BIBLIOTECA NAZ.
141
L
12
NAPOLI

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
141
L
12
NAPOLI

~~VIII.K.7.8~~

ga.l.a.148

AIMOINI MONACHI INCLYTI COENOBII D. GERMANI À PRATIS,

LIBRI QVINQVE, DE GESTIS FRANCORVM.

EIVSDEM AIMOINI libri duo, de Inuentione & tranſlatione corporis S. Vincentij Leuitæ & Martyris, nunquam antea impreſſi.
ABBONIS, Diſcipuli Aimoini libri duo, de obſeſſa à Nortmannis Lutecia.

CHRONICON CASINENSE

LEONIS MARSICANI, CARDINALIS, & Sanctæ Apoſtolicæ ſedis Bibliothecarij.

Inuentio SS. corporum Placidi Abbatis, ac ſociorum eius martyrum.
Liber miraculorum B. Mauri Leuitæ & Abbatis, hactenus prælo typographico ignotus.
BENEDICTINA, à Benedicto Papa XII. nomen ſortita. Et alia plura, quæ poſt indicem capitum Aimoini recenſita offendes.

OMNIA AVTEM STVDIO ET OPERA FRATRIS IACOBI DV BREVL, Monachi S. Germani à Pratis.

Ad calcem eſt rerum ac verborum index locupletiſſimus.

PARISIIS,
Apud AMBROSIVM & HIERONYMVM DROVART, ſub ſcuto Solari via Iacobæa.
M. DCII.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

Est Mon.ii S. Severini a Neap.
B.B. NAPOLI
BIBLIOTECA NAZIONALE V.E. III NAPOLI

COETVI FRATRVM INCLYTI MONASTERII D. GERMANI A' PRATIS, AD MVROS LVTECIÆ PARRHISIORVM ERECTI, F. IACOBVS DV BREVL, eorum quidem ætate & religione primus, ſed meritis nouiſſimus, S. P. D.

INTER omnes Græcorum ſententias, quas Stobæus magno ſtudio collegit, hæc mihi Sotionis cuiuſdam perplacuit (Qui relictis fratribus alios amicos quærunt, ſimiles illis ſunt qui ſuum rus incultum ſinunt, & aliorum excolunt) atque ita commouit: vt non Mecænatem quempiam ſummæ auctoritatis ſecundæque fortunæ (vnde fauor & emolumentum haud mediocre ſperari poſſet) ſed vos ipſos (Chariſſimi in Chriſto Fratres, & meæ ſenectutis piiſſimi fautores) eligerem, quibus hoc opus noſtrum dicarem. Et quidem rectè. Cùm enim ex laboribus Benedictinorum Monachorum, Aimoini inquam, Abbonis, Leonis Marſicani, Petri Diaconi, & Benedicti Papæ duodecimi potiſſimum conſlatum ſit: quibus quæſo magis, quam eiuſdem ordinis & profeſſionis ſequacibus competebat? Quem quidem ordinem (vt natura humana, fermento inobedientiæ primorum parentum ſemel corrupta ſemper eſt ad malum prona) in difformationem ſæpe lapſum, potentiſſimi Imperatores, Reges ac Principes, necnon ſanctiſſimi Ro. Eccl. Pontifices, & alij præſules, ſui officij Chro. Caſ. lib.1.c.14.
memores, reformari curarunt. SIC *Carolus magnus è Caſino monachos aliquot accerſiuit, qui regularem diſciplinam Cœnobiorum ordinis S. Benedicti in* Aim. lib. 5. ca. 10.
Gallia ferè omnino extinctam renouarent. IDEM *quoque filius eius Ludouicus Pius æque Imperator ac Rex facere tentauit, per quendam Abbatem, Benedictum nomine, tunc inter coæuos moribus & doctrina præcellentem.*

SVBSECVTI *ſunt Romani Pontifices, Gregorius 9. Nicolaus 4. Benedictus 12. & Alexander 6. qui in eundem finem ſuas conſtitutiones edidere: quas propterea huic operi contexuimus. Colophonem autem reformationum ordinis ſan-* † Habetur infrà pag. 904.
cti Benedicti facit Bulla † Leonis Papæ decimi: quæ annuente, immò rogante Franciſco primò, & verè magno Francorum Rege data, Congregationem Caſalis Benedicti (cui iam ab anno 1513 Monaſterium noſtrum ſancti Germani à Pratis, quoad conuentum duntaxat, vnitum eſt) erexit, ad inſtar Congregationis Montis Caſini; cum iuribus, priuilegiis & indultis eius: quæ nobis eſſe vo-

luit communia. HÆC reformatio virtutum iubare longe latéque coruſcans induxit me, vt in cœtum Monachorum huius Cœnobij tunc viuentium(nam nullus hodie ſupereſt) admitti inſtanter poſtularem, fierémque tandem poſt multas preces voti compos, ſchemate monaſtico die decima Iulij, anni 1549. indutus. Vt autem hanc domum cæteris eiuſdem congregationis domibus præferrem, non amor patriæ (quæ eſt vbicumque bene viuitur) ſed deuotio quam ſemper habui erga meum præſulem ac patronum, Beatiſsimum Germanum effecit. CAROLO quinto Imperatori ſymbolum iſtud,, Sors cecidit ſuper Matthiam, tributum legimus: quoniam huius Apoſtoli feſta die, proſpera quæque illi obuenere. Nam in ea natus eſt, & longo annorum interuallo electus in Imperatorem, coronatus, atque inſigni victoria Ticini, Franciſco primo, Francorum rege capto potitus. Ego verò ſortium mearum poſt Deum, talem tantúmque Pontificem ductorem recognoſco. Luteciæ enim in limite parrochiæ Sancti Seuerini, quondam Abbatis Agaunenſis, ad medium Parui Pontis, anno Redemptionis 1528, die 17. Septembris, ex probis quidem, ſed mediocris fortunæ parentibus ortus, ſola pedalis denſitas parietis obſtaculo fuit, quominus parœciæ noſtri Germani, veteris propter annoſam ætatem cognominati, ciuis exiſterem. Sed in ipſa D. Seuerini Æde, Vniuerſitatis primaria & Archipresbiterali ſacro fonte tinctus, mox ad ſuburbium S. Germani Pratenſis lactandus deportor. Anno deinde ætatis meæ 16 aut 17. parrochia ruralis eiuſdem D. Germani à Liciis cognominata, in diœceſi Pariſienſi, & Archidiaconatu Iozaij ſita nec multum à Corboillo (Al. Corbolio) diſtans mihi à patruo decrepito & capulari confertur. Quam, iniuſtè fateor, vtpote in cura animarum defectum ætatis patiens, & ſacro ordine carens, vſque ad meam profeſsionem monaſticam retinui. Quæ cum, expleto probationis anno, die vndecima Iulij ob feſtum venerationis D. Benedicti nobis ſolenni fieri debuiſſet: voluntas tamen Dei fuit, vt differretur in diem 25. eiuſdem menſis, quo tranſlatio corporis B. Germani celebratur. Nimirũ vt ipſe ſanctus ſortes meas iugiter comitaretur ac dirigeret. Sed cũ meæ profeſsionis ſyngrapha obedire tenerer decretis Congregationis Caſalis Benedicti: illa iure ſuo vtens, in ſuis comitiis anni 1572. me, qui hîc iugiter morari percupiebam, Priorem Brantholmianũ conſtituit, ibique triennio expleto, ad regimẽ Illidianæ Aruernorum Abbatiæ tranſmeare compulit. Nunc regimine vacuus, & annis 74. grauatus, vt alio vnquam migrandi ſublatus ſit timor, vobiſcum vltrà quam dici valet, lætor, meamque ſenectutem aſsiduis ſtudiis ſolor & iocundam reddo: perrarò è Muſæo, niſi diuini officii penſum aut neceſſaria corporis cura vrgeat, egrediens, atque eo modo monachi etymon perfectius opere complens. Ad quod faciendum, quum huius domus curam gererem,)hoc enim vſque tertio diuerſis temporibus mihi obtigiſſe noſtis) iuniores adhortari ſolebam: pericula diſcurſuum, & è conuerſo fructus ſolitudinis ob oculos eis

Lib. 1. „ ponens, quos Plinius iunior epiſtola 9. ad Minutium Fundanum eleganter de-
„ ſcribit. Poſtquam (inquit) in Laurentino meo aut lego aliquid, aut ſcri-
„ bo, nihil audio quod audiſſe, nihil dico quod dixiſſe pœniteat. Nemo apud me quemquam ſiniſtris ſermonibus carpit: neminem ipſe reprehẽdo, niſi tantum me, quum parum commodè ſcribo. Nulla ſpe, nullo

timore

timore ſollicitor, nullis rumoribus inquietor: mecum tantum & cum libellis loquor. HÆC *ſolitudo tempus mihi exhibuit emendandi, & maiore ex parte augendi, vndique conquiſitis codicibus chyrographis, opera S. Iſidori Hiſpalenſis Epiſcopi, quę nunc venalia proſtant. Eadem quoque effecit, vt Aimoino noſtrò extremam manum adderem: & optimis auctoribus quaſi ſatellitio ſtipatum in lucem prodire facerem. Valete Amantiſsimi Fratres, & mei in orationibus memores eſtote: vt Deus Opt. Max. vſque in ſenectam & ſenium non me derelinquat, ſed fœlici exitu ſortes vitæ meæ in medio veſtrûm quum libuerit terminari faciat. E' Cellula noſtra, die prima menſis Auguſti.*

AD LECTOREM.

AIMOINVM Monachum fuiſſe ordinis S. Benedicti ex eius in hiſtoriam Francorum præfatione ſatis colligitur: vbi dicit: *Id præcipuè conſeruare curaui, vt in omnibus his libris mentio fieret Benedicti patris, certis ex cauſis: cui ego meũ ſcire, meum poſſe, meúmque viuere poſt Deum acceptum fero.* Sed cuius Monaſterij fuerit, nuſquam expreſſit. Quo factum eſt, vt quidam eum Cœnobij Floriacenſis, ſiue S. Benedicti ad Ligerim Monachum crediderint: moti duntaxat Abbonis Abbatis nomine, cui opus ſuum dicat. Quod ſi ita eſſet, vt quondam Menedemus Chremeti, ita illi meritò obiici poſſet,

Tantúmne eſt ab re tua otij tibi,
Aliena vt cures, eáque nihil quæ ad te attinent?

Nam Cœnobij Floriacenſis nuſquam meminit: noſtri verò S. Germani à Pratis Abbates vſque ad hiſtoriæ ſuæ decurſum optimo ordine, nullo prætermiſſo commemorat: ac potiora eius priuilegia ad verbum refert: quæ in archiuis ſtudioſè adſeruata, non niſi domeſticis, nec paſſim, omnibus communicabãtur. At Aimoino ex officio quodammodo incumbebat illa noſſe. Erat enim monaſterij Notarius (quem nos hodie ſcribã Capituli nominamus) res quaſcũque in eo tranſactas literis mãdans. Vnde in quadam charta partim à ſoricibus corroſa, partim vetuſtate deleta, adhuc hæc leguntur. IN *nomine ſanctę & indiuiduæ Trinitatis Gozlinus, gratia Dei Abbas monaſterij beati Vincentij martyris, vbi venerabilis confeſſor Chriſti Germanus corpore quieſcit. &c.* ANNO *incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti* VCCCLXXII. *Regni verò Caroli* XXXII. Et in fine. *Aimoënus Notarius.....* & *Monachus ſcripſit & ſubſcripſit pridie nonas Octob.* HIC eſt ille Gozlinus, qui Pontifex Parrhiſiorum factus, vrbem contra Nortmannos cum Ebolo (aliàs Elbolo) nepote ſuo (cui Abbatiã noſtrã reſignarat) egregiè tutatus eſt: vt Abbo Monachus rudi ſcabro & impolito, veraci tamen poëmate deſcribit. Eodem quoque Gozlino iubente, Aimoinus libros duos miraculorũ S. Germani à duobus monachis prius incompta Minerua exaratos expoliuit ac perfecit: quales hodie apud Surium tomo 7. de Sanctis habentur. Incipiunt autem ab anno Chriſti 846. & deſinũt in annum 863. Quibus temporibus fuere ſucceſſiuè tres Archimãdritæ noſtri Cœnobij, ſcilicet Ebroinũs Pictauorũ Antiſtes, Hilduinus ſecundus, ipſéque Gozlinus. INSVPER Aimoinus duos libros de Inuentione & trãſlatione corporis B. Vincentij Leuitæ & Martyris è Valentia Hiſpaniæ ciuitate, ad Caſtrum monaſterium Albigenſis (al. Albienſis) regionis, nunc in ſedem pontificiam erectum compoſuit. Quos è vetuſtiſſimo codice MS. noſtræ biblio-

bibliothecæ exſcribi, prælo typographico committi, atque hiſtoriæ Francorum eiuſdem auctoris adiici curauimus. Incipiunt autem hoc modo. ANNO *octingenteſimo quinquageſimo quinto Incarnationis Domini, regnante orthodoxo Francorum principe Karolo, Hludouici principis filio. &c.* NEC multo poſt, ſcilicet cap. 2. lib. 1. indicat ſe tum vixiſſe (ne quis longè præcedentium temporum Hiſtoriam eum texere arbitretur) atque ab Audaldo Caſtrenſi monacho, ſacri corporis beati Vincentij tranſlatore ea accepiſſe: *Cuius (inquit) ab ore quę dicuntur, & multo etiam ampliora nos in fide accepiſſe confidimus*. Ex ſuperioribus patet, quo tempore noſter Aimoinus vixerit, & quidem longæuam, non tamen communem naturæ vſum excedentem vitam duxiſſe: nec Abboni Floriacenſi Cœnobiarchæ (qui, vt alibi diximus, Vaſconum ad cædem bile commota pronorum gladiis, anno ſalutis 1003, ſiue, vt alij, 1004, occubuit) ſynchronon fuiſſe: multóque minus ei nondum nato opus ſuum dicaſſe. Quo fit, vt his libenter aſſentiar, qui librum quintum vſque ad natiuitatem Philippi Auguſti, id eſt, annum redempti orbis *1165*. protenſum, non eſſe Aimoini, ſed alterius aut plurium appendicem aſſerunt. Hunc tamen librum Aimoinum inchoaſſe, ex his quæ in fine quarti habentur apparet. *Quæ ſcripſi (ait) vſque ad tempora Imperij Francorum, Adhemari nobiliſſimi Monachi & deuotiſſimi relatione addidici: poſteriora autem (quia ego rebus interfui palatinis) quæ vidi & comperire potui, ſtylo contradidi.* NEC quenquam moueat, quod in Epiſtola dedicatoria dixit ſe duntaxat quatuor libros ſcribere: Sæpe enim cótingit, vt abundante materia longius quam ſperabamus progrediamur: haud ſecus quam figulus dum vrceum parat, currente rota amphoram quandóque facit. FLORIACENSES cœnobitæ habent codicem Aimoini manu ſcriptum: ſed qui caput quadrageſimum primum libri quarti non excedat: Et tamen ſex Abbates ſancti Germani à Pratis qui præceſſerant, nimirum Autharium, Sanctum Droctoueum, Scubilionem, Deſiderium, Gauſcionem, & Germanum ſuis locis referat. Laudandi profectò illi, qui non his deletis nominibus, Abbatum ſuorum nomina ſuppoſuerunt: vt Aimoinum ſibi vendicare, & de tali tantóque auctore gloriari apud poſteros valerent: quem S. Thomas Aquinas, & doctorum ſcholaſticorum aquila, lib. 3. de Regimine principum, cap. 21, Hiſtoriarum ſcriptorem egregium appellat. Quis verò alius Abbo fuerit, quem Aimoinus Abbatem ſuum recognoſcit, & gregis eius ſe minimum, ex humilitate profitetur, non ſatis conſtat. Nam in ſerie Abbatum ſancti Germani à Pratis (quam infra pagina 427. cum ex ipſo Aimoino, tum ex aliis conſecutis collectam poſuimus) nullus huius nominis reperitur. Reſtat ergo opinari Aimoinum videntem pondus belli Normannici in Luteciam Parrhiſiorum vt plurimum incumbere, procul receſſiſſe, & in aliquod Cœnobiũ admiſſum, fratrúmq; conſortio iunctum, eorum Cœnobiarchæ, Abboni nominè, lucubrationes ſuas dicaſſe. Sicuti etiam Leufredani monachi, Rollone duce cunctas eccleſias & monaſteria Neuſtriæ (quæ poſtea Nortmannia dicta eſt) non

modò expilante ſed etiam diruente, ad nóſtrum Cœnobium confugerunt; & ſe ſuáque dedentes humanè excepti, foti, nutritíque, aliorum more, fuerunt. Me quoque (Lutetia ab Henrico IIII. Francorum Rege obſeſſà, & fame laborante bienniū in ſuburbana D. Vincentij Cœnomannorum Æde demorari contigit. Quod ſi tunc aliquid prælo dignum edidiſſem, non alij, quam eorum Archimandritæ, quaſi meæ ſuſceptionis gratias referens, obtuliſſem. Sed ipſe origine Pariſinus, non poteram meis conciuibus afflictis non condolere, & vt quondam Iſraëlitæ Babyloniam tranſlati, organa ingenioli mei ad tēpus in ſalicibus ſuſpendere: quæ his liberatis, & redux factus denuò ſumpſi plectróque pulſàui. Deum precor, vt eorum ſonus ſit vèſtris auribus gratus. Valete in Chriſto.

SPE LABOR LEVIS.

FRANCISCVS BERAVDERIVS IN SENATV Pariſienſi Conſiliarius, & Abbas Monaſterij S. Iuniani de † Nobiliaco, in Pictauia.

† Vulgò, de *Nonaillé*. Tam procul a latino receſſit Gallicus ſermo.

REGVLA priſca patris Benedicti ſtrata iacebat,
Caſsinei quondam gloria prima loci.
BREVLLIVS at veteris reſtaurat dogmata normæ:
Hinc erit ille ſuis tempus in omne decus.
Perfice laudis opus plenum, nec parce labori.
O vtinam cœptis annuat ipſe Deus.

FRATRIS ANTHONII BONIAN, D. GERMANI à Pratis monachi Epigramma,

AD LECTOREM.

GRAECIA Mæonidem magnis commendat Homerum
Laudibus, atque Titum Tybridis vnda colit:
Grata ſed Aimoino ſcriptorum principe gaudet
Gallia: nec laudes eius obire ſinet.
Nam velut ille ſuo Græcorum carmine geſta
Protulit, & Latij Liuius acta throni:
Hic etiam patrios actus, certamina, Reges,
Regnáque Gallorum luſit in Hiſtoria.
Sed quid? An hic ſolus totum patietur honorem?
Nonne parem merito BREVLLIVS accipiet?
Quippe velut fœtum lambendo format ab ortu
Vrſa, figurauit ſic opus Aimoinj
Ergo age, noſtrorum ſi tempora (Lector) auorum
Noſcere quæ fuerint ſollicitudo mouet,
Et vacat annales, regumque audire trophæa:
Hic liber vſque tibi conſpiciendus erit.
Quem modò non modica præbet tibi BREVLLIVS arte,
Cuique fuere manus vltima lima ſuæ.

INDEX

INDEX CAPITVM AIMOINI.

Capita primi libri ſunt XXV.

1 De Troianorum diſperſione. pag. 13
2 De Francorum appellatione. 14
3 De Frācorum antequam in Galliā venerint geſtis. 14
4 De Faramundo primo Francorum Rege. 15
5 De Ro. Imperij excidio, & Francorum incremento ſub Clodio aut Clodione Rege. 15
6 De Meroueo Rege. 15
7 De Childerico Rege. 15
8 De Baſinæ Thoringorum Regis vxore. 17
9 De Antemij Imperio, & prodigiis ſub eo. 18
10 De Theodorici Imperio. 19
11 De duobus Papis, & pœna Antipapæ fautoris. 23
12 De Clodouei Regis ortu & Regno. 24
13 De Clodouei Regis precatione. 25
14 De Crothildis deſponſatione. 26
15 De Clodouei Regis ad Chriſti fidē conuerſione. 27
16 De Clodouei conuerſi ad ſuos concio, & eiuſdem baptizatio. 28
17 De Clodouei expeditionibus & victoriis reliquis. 29
18 De Sancto Furſeo. 30
19 De bello contra Gundebaldum. 30
20 De bello contra Alaricum Gothorum Regem. 30
21 De Omine victoriæ & Ceruæ apparitione. 32
22 De Theodorici expeditionibus. 32
23 De Chariberti Regis morte, & pugna Clodouei contra Ragnacharium. 33
24 De Sanctis, Seuerino Abbate Agaunenſi, Genoueſa virgine, Germano Epiſcopo Pariſienſis, & Benedicto Abbate Caſinenſi. 34
25 De Terræmotu, Rogationum ſeu Letaniæ minoris inſtitutione, & Clodouei tranſitu. 35

Capita ſecundi libri ſunt XXXVII.

1 De regni Francorū inter filios Clodouei partitione, déque S. Ioanne Papa I. Et Theodorico Gothorum Rege Arriano. 37
2 De bello inter fratres ob diuiſionem regni orto. 38
3 De Crothildis ad filios ſuos reges oratione, qua eos ad vindictam de patruo ſumendam concitat. 38
4 De Sancti Sigiſmundi Regis Burgundiæ in ædificanda Baſilica Sanctorum martyrum Mauricij & ſociorum magnificentia, ipſiúſque Regis cum filiis nece. 39
5 De Iuſtiniano & Beliſario. 40
6 De Beliſarij ſucceſſu. 41
7 De Clothario & Childeberto regibus. 43
8 De Amalrico Gotho. 43
9 De Theodorici & Clotharij regum, in Thoringos expeditione & victoria. 45
10 De origine Francorum citatus Diuus Hieronimus. 46
11 De reliquis Clotarij & Theodorici geſtis 47
12 De conſpiratione Childeberti & Clotharij regum in necem nepotum ſuorum Clodomiri filiorum. 48
13 De Longobardorum origine & geſtis. 50
14 De Theodorico & Theodeberto. 51
15 De Beliſarij reliquis ſucceſſibus. 51
16 De D. Benedicto. 53
17 De Vigilij Diaconi conatibus. 53
18 De Childeberto rege, & B. Germano Epiſcopo. 54
19 De Childeberto & Clothario regibus, qui obſidionem Cæſarauguſtæ ſoluerunt, accepta S. Vincentij martyris ſtola, ſeu tunica leuitica. 55
20 De Gothorum regum à ſuis nece: Ædificatione Baſilicæ S. Vincentij (quæ nunc S. Germani à Pratis dicitur) per Childebertum regem facta, & de eius pragmatico. 56

Index Capitum Aimoini.

21 De Theodoberti in Italiam expeditione. 61
22 De Sancto Benedicto, & eius diſcipulo Mauro. 61
23 De Beliſarij reliquis geſtis, & nece. 63
24 De B. Gregorio Lingonenſi, & caſtro Diuionenſi. 63
25 De Chrotildis obitu, B. Germani meritis, & Clotharij progenie. 64
26 De odio Francorum in Partheoium. 65
27 De Clotharij edicto, & expeditione in Saxones. 65
28 De Chramno & eius geſtis. 66
29 De Childeberti poſt regni fraterni vaſtationem morte & epitaphio: Déque Ædis Sancti Germani ad Parrhiſios dedicatione. 66
30 De Chramni conatibus & Clotharij clementia & pietate. 67
31 De Longobardorum regibus, & Totila Gotho. 68
32 De Vigilij Papæ, & Theodoræ Auguſtæ controuerſia. 69
33 De Roma à Totila captæ, & Romanorum ad Iuſtinianum confugio. 70
34 De Bello Bucelleno Duci à Narſete illato. 70
35 De Alboino Longobardorum Rege. 71
36 De Cautini facinore, D. Medardi tranſitu & ſepulchro, Autharij Abbatis obitu, & eius ſucceſſore Droctoneo. 71
37 De Clotharij Regis donationibus & piis operibus, obitu, ac hæredibus. 72.

Capita libri tertij ſunt XCIX.

1 DE Chilperici Regis cum fratribus diſceptatione, ſuper hæreditate paterna. pag. 73
2 De Chariberto Rege, & priuilegio immunitatis Eccleſiæ Sancti Germani à Pratis. 74
3 De Guntranni liberis & geſtis. 80
4 De Sigeberti coniugio cum Bruna Gothorum Regis filia. 80
5 De Chilperici mulieroſi nouis nuptiis. 81
6 De Chilperici filiis & eorum geſtis. 82
7 De Saxonibus in Galliam irrumpentibus à Mummolo repulſis. 83
8 De Iuſtiniano & Iuſtino Auguſtis. 84
9 De Caſſiodoro, & B. Germano, pluribúſque claris viris. 84
10 De Narſetis inclyti geſtis. 84
11 De Hunis ſeu Auaribus Galliam inuadentibus. 85
12 De Clodonei geſtis, & Guntranni, déque nece Sigeberti Regis, conſilio Fredegundis. 86
13 De Fortunato Epiſcopo, & eius ſcientia. 88
14 De Brunichildis in conſeruanda prole ſolertia. 88
15 De Merouei & aliorum regum geſtis. 89
16 De D. Germani Epiſcopi tranſitu, ſanctitate & miraculis. 90
17 De Regum Hiſpanorum ſucceſſione, & rebus Longobardorum. 91
18 De Iuſtini minoris auaritia & amentia, eiúſque in imperio ſucceſſore Tyberio. 92
19 De Tyberio Conſtantino, & eius imperio. 92
20 De Britannorum rebus, & Guntranni facinore. 93
21 De Chilperici Regis in Prætextatum Rothomagenſem Epiſcopum ſimultate. 93
22 De Guntrano Duce Pythoniſſam conſulente. 94
23 De Merouœo oraculum à libris diuinis petente, & eius interitu. 95
24 De Guntranni Boſonis filiabus, virtute patris liberatis, ſuffragante D. Martino. 95
25 De Pictauorum Britonúmque diſcordia. 95
26 De Chilperici in Prætextatum Epiſcopum Rothomagenſem accuſatione, & Prætextati purgatione. 96
27 De Guntrani Burgundionum regis ad Childebertum oratione. 99
28 De Chilperici in Eunodium cæteróſque Childeberti fautores ſæuitia: & de motu Britonum. 100
29 De violatione templi Dionyſiani, & reparatione. 101
30 De Nantini Engoliſmenſis morte formidanda. 101
31 De Chilperici per Fredegundem in ſuos ſæuitia. 102
32 De inundatione aquarum, tempeſtate cœli, terræ motu, & prodigiis multis. 104
33 De legatis captis & remiſſis, D. Maurilij Epiſcopi laudabilis exitu: Déque Gregorij Turonenſis pro fide Catholica victoria. 104
34 De Tyberij Cõſtantini obitu, & Mauritij in imperium ſucceſſione. 105
35 De Flauio Langobardorum Rege. 105
36 De Mauritio Imperatore Frãcos in Langobardos ſollicitante. 105
37 De perſecutione Catholicorum in Hiſpania. 106
38 De Ioanne, Benedicto & Pelagio Romanis pontificibus. De Mũmoli in Auenionẽ profugio. De Childeberti ad Chilpericũ trãſitione. De Lupo Cãpanorum duce. De Chilp. in Petrogoricos expeditione

tione. De Baudaſtis interitu, & de Hoſpitij recluſi ſanctitate: & Beati Martini Galliciensis tranſitu, & Comete & portento cœleſti. 107
39 De Rodini Ducis obitu & pietate. 108
40 De Chilperici in hæreſim Sabellianã lapſu & reſipiſcentia. 108
41 De Agricola & Dalmatio ſanctis. 108
42 De Leudaſtis Comitis ob tyrannidem excõmunicatione, exilio & infœlici morte. 109
43 De Chilperici ſpectaculis. De Saluij viſione, & quæ eam ſecuta ſunt. 111
44 De benedictione, quam Priſcus Iudæus reſpuit, Chilpericus expetiit: & Eparchij recluſi obitu. 111
45 De Theodoro Maſſilienſi Epiſcopo, & Lupo ciue Turonenſi. De eclypſi Lunæ, & prodigioſo ſanguinis fluxu, aliiſque portentis. 111
46 De Priſci Iudæi obſtinatione & interitu. 113
47 De Chilperici, ob interfectum præſidium pontis Parrhiſienſis, in Guntrannum vltione. 113
48 De Tabellariis Chartetij Epiſcopi deprehenſis, & Theodorici ortu. 113
49 De Legatione fœciali Childeberti ad Chilpericum. 114
50 De vulgi in Ægidium Remẽſem Epiſcopum ſeditione, & Theodorici filij Chilperici obitu. 115
51 De Mummulo Magiæ & veneficij inſimulato. 115
52 De Clerici cuiuſdam libidine & ingratitudine deteſtanda in epiſcopum ſuum. 116
53 De Clotharij filij Chilperici ortu: partis Maſſiliæ per Mummolum reſtitutione, & Chilperici metu. 116
54 De Innocẽtio Rothenorum, & Sulpitio Biturigum Epiſcopis: Déque roſarum præmaturitate & arboribus biferis. 117
55 De filiæ Chilperici Regis per Legatos deſponſatione. 117
56 De Fredegundis aſtu & illecebris, & Chilperici obitu ac moribus: Déq; Aurelianorum cum Bleſenſibus in Dunenſes expeditione. 118
57 De Fredegundis & theſaurariorum Chilperici profugiis. 120
58 De Clotharij filij Chilperici per principes inauguratione, Déque Guntranni plauſibili ad populum concione. 120
59 De Rigundis detentione, & dotis eius occupatione. 121
60 De Theodoro Maſſilienſi Epiſcopo, qui pſeudofratrem Guntranni extulerat, multâ, & prodigiis huius anni. 121
61 De Guntranni cum cohæredibus regni concertatione. 122
62 De Fredegundis Reginæ in Aſylo Parrhiſienſi ſæuitia per Audonem inflamata. 124
63 De Prætextati Epiſcopi Rothomagenſis reſtitutione. 124
64 De diligenti Guntranni cuſtodia ſui, & Fredegundis in agrum perfugio, & fraude. 125
65 De Eberulphi punitione, & in beatum Gregorium Turonenſem ſimultate, & Guntranni geſtis. 125
66 De Pictauenſis Epiſcopi redemptione, ac populi reconciliatione. 127
67 De Gundoaldi geſtis, & aliis quibuſdam. 127
68 De Childeberti & Guntranni reconciliatione, & Guntranni conſilio Childeberto dato, Déque Gundoaldi factione. 129
69 De Gundoaldi in Conuenas fraude. 130
70 De literis à Guntranno ad Gundoaldum miſſis. De auri direptione: & de clauſtri Vincentiani apud Agennenſes ſpoliatione, & eius vltione: Déque callida Gundoaldi querela, & reliquis geſtis. 130
71 De Rigondis ad matrẽ reuectione. 134
72 De Mummoli rebus fiſco addictis, & Italiæ diluuio magno, & peſtilentia. 134
73 De B. Gregorij in Papam electione, & Anglorum ſeu Britannorum ad fidem Catholicam conuerſione. 135
74 De Mummoli ſupplicio. De aëris intemperie Leudegiſili patriciatu, Theodeberti ortu, & aquarum in Burgundia inundatione. 135
75 De Theodorici filij Childeberti natiuitate, & ipſius Childeberti in regni ſucceſſione confirmatione. 136
76 De Primatibus Childeberti læſæ maieſtatis conuictis, & de Antharis Langobardi cum Theudelinda nuptiis, Rocharedique Hiſpani fide Catholica, & de exercitu Burgundionum in Hiſpaniam miſſo. 136
77 De tunicæ Domini inconſutilis inuentione. De Lunæ obſcuratione, & prælio cum Britannis. In quo alter Francorum Ducum deſideratus eſt: alter cui mulcta poſtea indicta eſt, miſerè inops factus. 137
78 De Autharis Lãgobardi legatione ad reges Francorum, & eius morte. 137
79 De Theudelinda Autharis vidua, Agilulfo nubente. De monaſterij Caſinenſis direptione, & eclypſi Solis. 137
80 De Guntranni regis obitu, & monaſterio Sancti Marcelli ab eo ædificato. 138
81 De Childeberto vltionem de patre & patruo in Fredegundem meditante. 139
82 De mutua Francorũ Britonúmque cæde.

De Varnorũ exitio, Gripponis legatione,& Franc. in Italiam expeditione. 140

83 De Childeberti & vxoris eius interitu,& filiorum eorum Theodeberti & Theoderici ſucceſſione. 141

84 De Hunnorum in Thoringiam irruptione, & Agilulfi ſeu Agonis legatione in Franciam. 141

85 De Fredegundis graſſatione & morte. Quintrionis cæde, Coleni patriciatu. Inguinaria peſte, & piſciũ præ feruore fluuij decoctione, & Vuarnecharij liberalitate. 142

86 De Brunichildis caſu, mirabilíque errore & gratitudine in pauperẽ ductorẽ, Déque prodigiis cœleſtibus. 142

87 De crudeliſſimo regum inter ſe conflictu,& Angeli viſione, Clothariíque fuga & damno. 142

88 De Cathini cæde, Sigeberti ortu, Agilæ nece, Vaſconum domatione, Adoaldi Lãgobardi ſublimatione, & ſtrage apud Saxones. 143

89 De Inuentione corporis B. Victoris. De Etherij Lingonẽſis Archiepiſcopi obitu. De Childeberti minoris ortu: Deſiderij epiſcopi deiectione, & Dommili ſurrogatione, ac Solis eclypſi. 143

90 De Corbi, qui Comes palatij euaſit, ortu: Bertoaldi interitu:& Protadij Brunichildis amatoris inſolentia,& regum conflictu. 144

91 De Protadij Romani (qui factus eſt magiſter ſeu maximus domus regiæ) auaritia fœda, ob quam omnibus euaſit inuiſus, & tandem à proceribus eſt interfectus, & reges recõciliati. Déque ſucceſſione Claudij Romani viri prudentis. 145

92 De vltione quã Brunichildis de inimicis Protadij cœpit: Déque Deſiderij Epiſcopi lapidatione. 146

93 De Hermembergæ filiæ Regis Hiſpaniæ infauſtis cum Theodorico nuptiis. 146

94 De S. Columbani Hiberni in dicendo libertate & miraculis, Regíſque Theodorici reſipiſcentia ſimulata: Bobij Cœnobij conſtructione,& Columbani trãſitu. 147

95 Theodoricus metu fratris cum eo paciſcitur. 148

96 De Alemannorum in Vltraiuranos graſſatione. 148

97 De Theodorici conſiliis,& Theodeberti infami coniugio. De Berto Leuniſio, & apologo ci9 de lupo,& regũ cõflictu. 149

98 De Clothario ducatum recipiente, & ira Theodorici in eum. 151

99 De Theodorico fratris filiam procãte, & ob id à Brunichilde increpito: Déq; eius in Brunechildim ira: & Brunechildis, quæ eum veneno ſuſtulit in eundẽ crudelitate. 151

Capita libri quarti ſunt CXVII.

1 De Clotharij cũ nothis Theodorici, inſtinctu Brunechildis ſuper ſucceſſione in regnũ, certatione, & Brünechildis exitio. 152

2 De Auſtreſigilo præſule ſancto, falſo accuſato, & miraculoſè purgato, déque eius ſanctitate. 154

3 De Mauritij Imperatoris cum filiis cæde: Déque eiuſdem moribus prauis, & pœnitentia ſalutari cœlitus reuelata per Anachoretas Ægypti, & de Philippici geſtis. 155

4 De Pontificum Romanorũ ſucceſſione, & Eccleſiæ Romanæ primatu. 157

5 De Cachani Auaris ſeu Hunni cum Giſulfo Longobardo bello: Déque Romildæ amoribus infœlicibus. 157

6 De Clotharii Regis & monarchæ in Francia geſtis. 158

7 De tributo quod Langobardi Francis pependerunt. 159

8 De Berthetcudinis Reginæ obitu,& Sichildis matrimonio, ac filio Hairberto. Et de Dagoberti in ſocietatẽ regni aſſumptione. 159.

9 De Samone inter Sclauos rege conſtituto, eiúſque ſucceſſu & prole. 160

10 De Adoaldo Longobardorum Rege & eius ſucceſſore: Déque Gundeberga Regina. 160

11 De Dagoberti Regis Auſtraſiorum prudẽtia,& Rodoaldi inſolentia. 161

12 De Dagoberti cum Gomatrude coniugio, & cum patre Clothario diſceptatione, ac eorum pacificatione ſuper regno Auſtraſio. 162

13 De Siſebodi Regis Hiſpaniæ virtute & fide, Et Cantabriæ per eum ſubactione, & regni Gothorum per hoc dilatatione. 162

14 De Vuarnarii morte, & inceſtis Godini filij eius cum nouerca ſua nuptiis: & eiuſdem repudio, & repudiatæ furore ac fraude in Gogonem,& de Gogonis iuramento fidelitatis in multis templis præſtando, eiúſque nece. Item de Palladij Sedocíque exilio, & de Boſonis cæde. 162

15 De ſucceſſore Vuarnarij Præfecti aulæ Burgundiæ per Clotharium, & regulos ac proceres regni conſultatio: & ſeditione aborta ob cædem Hermarij ab Agniano factam. 163

16 De Clotharij iunioris obitu, miraculoſáque per D. Sulpicium à febribus ſanatione: Déque eiuſdem Sulpicij vitæ ſanctitate. Item de S. Lupo Senonum Præſule, & beati Eligij aurifabri innocentia & operibus. 164

17 De Dagoberti poſt annunciatam ſibi Clotharij mortem ſtudiis, & Ariberti ac Brunulfi

noſſi cõtra eõ factione. Déqoe corporũ SS.Dionyſij & ſociorum inuẽtione miraculoſa, oecnon & de Sadregiſillo locum tenente in Aquitana. 165

18 De Dagoberti cum Bertoaldo Saxonum Duce periculoſo prælio: & Clotharij ſuboentione mirifica, ipſiúſque Bertoaldi fugientis nece. 166

19 De Dagoberti poſt mortẽ patris in Burgundiã, vt oppreſſos erigeret, profectione, & reliqua peregrinatione: Déque eiuſdem repudiata coniuge, cum Veſtali matrimonio, Et de cõſiliariis eius bonis, Arnolfo Epiſcopo, Pipino & Choniberto Epiſcopo. 168

20 De Dagoberti ex Ragoetrudæ filio: qui dum à B. Amando baptizaretur reſpõdit Amen: & poſtea in auaritiam fœdam lapſu, ſpoliationéque templi D. Hilarij, ac libidine eiuſdem: ſed reſipiſcentia, conſilio Pipini. 168

21 De Legatis ad Imperatorem & de Imperatorum Focæ & Heraclij geſtis, & ſucceſſibos in Choſdrobem Perſarum tyrãnom, eiúſque nece, Crucíſque dominicæ receptione. 169

22 De Heraclij forma, & præſagij quo ſe à circunſis pellẽdnm viderat errore. Nam Iudæos propterea proſequebatur, è Frãciáque pellendos curauit: cũ à Sarracenis fuerit pelleodos. De eorum itaque agitur prælio & Heraclij morte. 170

23 De morte Ariberti regis Aqoitaniæ, & eius filij Chilperici: Déque negotiatoribus Francis malè à Sclauis acceptis: & de legatione ad Sameoem Sclauorum regem, & prælio cum eis cõmiſſo, eiúſque exitu Francis infœlici. 171

24 De conteorione inter Auares Hunos & Bulgaros de rege deligẽdo: & de Bulgaris expulſis à patria, & Frãciam inuadere parantibus vna nocte cæſis. 172

25 De regibus Hiſpanis, & bello eis à Dagoberto per Burgũdiones illato, & de miſſorij poſtulatione, & direptiooe ac recompenſatiooe. 172

26 De bello qood in Sclauos paraoit Dagobertus à Saxonibus ob tributi leuatione ficte ſuſcepto: ſed à Sigeberto filio regis fœliciter geſto. 173

27 De Clodouei filij Dagoberti ortu, & de regnorũ inter Sigebertũ & eum per patre diuiſione, & de Denteleni Ducatu. 174

28 De Sadregiſili Ducis oece, & filiorũ eius ob ignauiam & paternæ cædis negligentiam exhæredatiooe. Et de bello in Vaſcooes fœliciter geſto, præter quã quod Arembertus Dux perierat. 174

29 De legatiooe ad Iudicahilem Britanniæ regem: com quo Eligius vir bonus fœdus pactus eſt: Déqne Iudicahilis Audoëniquereligioſitate. 175

30 De Dagoberti in Eccleſias munificentia. Et de concione eius in concilio procerum regni: Déque teſtamento & dooationibus eius. 175

31 De fide præſtita Francis à Vaſconibos: & de Abbaribus S.Germani. 177

32 De Grimoaldi regis Lãgobardorum geſtis, & fratrum eius cęde: Déqoe Cõſtantinò Imperatote (qni & Conſtans dictus eſt) Beneuentom obſidente: & de crudelitate eios & exitio, & Mezentij tyranni: Déque Conſtantij Imperio. 177

33 De Dagoberti laudabili obitu & ſepultura: ac Ædis D. Dionyſij ædificatione & ornatu. 178

34 De viſiooe facta Anachoritæ, ſuper ſtatu Dagoberti regis defuncti: & quid proſit tẽplorũ ornatio, & obſit ſpoliatio. 179

35 De Clodouei ſub Ega iuſto principato: & paradiſi Romani pauimento. Et de Gothorum in Hiſpania regibos, Tolga & Ruſicindo. 180

36 De Theſauri regij diuiſiooe, & conſiliis Pipini Sigeberto datis. 180

37 De Egæ morte, & Erchinoaldi præfectora, & Ermenfridi homicidio. 181

38 De Pipini morte à multis fleta, & filij eius, poſt multam contentionẽ & factionem, ſucceſſione in præfectnra. 181

39 De Flaucato Maiore domus Burgundiæ, & ſimultate eius com Vvillebaldo. 182

40 De Nantildis Reginæ obitu: Vvillebaldi cæde, & Flaucati paolo poſt morte oon immerita. 182

41 De Clodouei in paoperes erogatione, Coocione, & templi ac Cœnobij Dionyſiani ab Epiſcopali ſubiectiooe exemptione: & de viris ſanctis qui intererant, ac piis eorum operibos. 184

42 De morte rurſus Dagoberti, & eios filij regno & matrimooio. De Grimoaldo Maiore domns. De Dagoberto minore atonſo & ablegato: & de Grimoaldi ſupplicio 185

43 De Clodooci, qui brachiũ B.Dionyſij abſcidit, ſceleribus, & prole ex Batilde, & Clotharij corooatiooe. 186

44 De Ebroino Maiore domus: & de Theodorico Rege Francorum, & Childerico Auſtraſiorum, eorúmque geſtis. 186

45 De Martio & Pipino Iuniore in Aoſtraſia præfectis, in Ebroinum & Theodoricum exercitum doceotibus: & de ſtrage in conflicto facta: & de doloſo iorameto ſupra capſas inanes exhibito. 187

46 De Ebroini cæde, & Vvaratonis in eius locum ſocceſſione: & de eius filij in eum impietate & exitio: Beatíque Audoeni tranſitu. 188

47 De Vvaratonis morte, Bercharij præfectura, & bello Auſtraſiorum Duce Pipino cootra Fraueos, Bercharij nece, &

Pipini prole. 189
48 De obitu Theodorici regis, & Clodouci filij eius, & Childeberti regno, & Grimoaldi præfectura: Caroli filij Pipini induſtria: Déque Abbatibus Sācti Germani. 189
49 De Childeberti Regis obitu, & Dagoberti ſucceſſione, Grimoaldi cæde, & filij eius Theudoaldi præfectura. 190
50 De Pipini cognomento Craſſi, patris Caroli Martelli obitu, Francorum inteſtino bello, Theudoaldi depoſitione, & Raganfredi ſublimatione, & Caroli capti liberatione. 190
51 De Dagoberti II. filij Childeberti II. obitu: & Danielis (qui Chilpericus dictus eſt) è clericatu in regnū ſublimatione. De Bello Caroli cum Friſonibus, & Chilperico ac Raganfredo graſſantibus circa Coloniam Agrippinam. 190
52 De Caroli contra Chilpericum & Ragāfredum altera victoria, & Clotharij in regem creatione. De tertio conflictu, & Eudonis fuga & direptione. Clotharij obitu, & Chilperici morte: Theodorici regno, Saxonum rebellione, Caroli victoriis in Alemannia, & in Eudonem atque Sarracenos in Gallia. 191
53 De Caroli Martelli in Burgundia victoriis, Eudonis morte, & Burdegalenſis prouinciæ ſubactione. 192
54 De ſupputatione annorū mundi. Ex qua conuincitur hanc hiſtoriæ collectionem non vnius eſſe auctoris. 192
55 De Friſonū à Carolo Martello ſubactione, Vvandalis in Gallia graſſantibus, & eorum à Senonibus per Ebbonem præſulem repulſione. 193
56 De Lugdunenſi Gallia, & Prouincia, & Saxonibus à Carolo Duce ſubactis. 193
57 De Sarracenorum circa Auenionem graſſatione, & Caroli Ducis in eos expeditione. De Gothorum circa Narbonam debellatione, & Sarracenorum oppreſſione, Auenionis ſubactione. De Pipino filio Caroli ad Liuthprandum, tondendi capilli gratia, miſſo. De reliquiis in Galliam dono miſſis, & Legatione Romam miſſa. De regni inter filios Caroli diuiſione, Prodigiis cœleſtibus, & Caroli Ducis tranſitu. 194
58 De filiorum Caroli Ducis diſcordia, & Grifonis captiuitate. 196
59 De Pipini & Carlomanni expeditione in Aquitaniam, & regni diuiſione, Alemanniæ deuaſtatione: & Odilonis Baioarij Saxonúmque oppreſſione & deditione dupla. 196
60 De Carlomanni monachatu, & monaſterio in Italia. 197
61 De Pipini & Grifonis fratrum diſcordia, & de legatione Frācorum ad regem qui Franciæ præeſſet conſtituendum: & de Pipini Maioris domus in regem vnctione & obitu. 197
62 De Pipini Regis Auſtraſiorū ſucceſſibus in Saxonia: & Stephani Papæ & Carlomanni fratris ad eum aduentu: & de eiuſdem Pipini inunctione. Et de S. Germani apparitione & tranſlatione. 198
63 De Pipino Aiſtulphum Langobardorum regem ad reſtitutionem eorum quæ Eccleſiæ Romanæ erant cogente. De Carlomanni monachi obitu, & Aiſtulphi ſubacti dolo & morte. 200
64 De Conſtantini muneribus ad Pipinum perlatis, & fide quam illi Taxillo Baioariorū Dux dederat, & Saxonū deditione. De ortu & obitu Pipini iunioris. 200
65 De bello in Vvaifarium Aquitaniæ Ducē moto, & eius pacatione: & innouatione ac vrbium captione Caroliſque Magni tyrocinio. 201
66 De bello Aquitanico in quo Biturica vrbs capta: & altero, in quo Taſſilo (al. Taxillo) defecit, déq; hyeme aſperrima. 202
67 De controuerſia Græcorum & Romanorum, ſuper Trinitate & imaginibus ſanctorū. Et de bello Aquitanico, in quo Pipinus Toloſā cœpit, & anno ſequēti caſtella plurima. De ſororū ac matris & neptiū Vvaifarij ad Pipinū adductione. Vvaifarij cæde, Pipini morbo & obitu. 203
68 De Caroli Magni in Hunoldum ſucceſſu, & cum fratre recōciliatione per matrē. De Carlomanni obitu, & vxoris eius fuga. 204
69 De Saxonū à Carolo Magno ſubactione, & Idoli illorū deſtructione. Déque prioris coniugij repudio, & ſecundæ matrimonio. Itē de legatione Adriani Papæ ad ipſum: & de expeditione ſuſcepta in Deſiderium, quem Ticini obſedit. 205
70 De Saxonū rebellione & perfidia, miraculóque ab incendio tēpli repulſione. De Ticini deditione, Deſiderij captiuitate, & Saxonū à Carolo ſubiectione. 206
71 De Langobardorū & Saxonū rebellione, & iterata ſubactione. Et ſimulata deditione & baptizatione. Déque Ibnalarabi Sarraceni ad regem aduentu. 207
72 De Caroli Magni in Hiſpaniā fœlici traditione & infœlici reditu per inſidias Vaſconum. De Saxonū graſſatione & cæde per Francos Orientales. 208
73 De Hildebrandi Ducis ad regem aductu: Déque regis in Saxones expeditione, & Vveſtfalorum in deditionē acceptione. De alia in Saxones expeditione, & ficta eorum baptizatione. De peregrinatione Romā vſque, & filiorū eius coronatione: Taxillonis deditione. 209

74 De

74 De Saxonico adhuc bello, & Sclauorum motu, & Francorum Orientalium temeritate & ſtrage ingẽti, & vltione quã de Saxonib⁹ ſumpſit Carolus Magnus. 210

75 De Hildegardis Reginæ obitu, Caroli in Saxoniam expeditione, & ingenti Saxonum ſtrage duplici. Déque Caroli matrimonio cum Faſtrada natione Frãca, aut (vt ſcriptum comperi) Fauca: & Bertradæ obitu. 212

76 De Caroli Magni & filij eius in Saxones expeditione iterata, & in eos victoria. 212

77 De noua recens Caroli Magni in Saxones expeditione, & Vvidikindi ſociorúmque eius deditione & baptiſmo. De Francorum Orientalium in regem conſpiratione, & eius ſedatione. 213

78 De Britonum ſubactione, & Beneuentanorum deditione. 214

79 De Taxillonis fraudulenta legatione, concordiæ gratia cum Carolo Magno, eiúſque ad vetam deditioné coactione. 215

80 De Taſſilone (al. Taxillone) maieſtatis conuicto, & in monachum cum Theone filio attonſo: Déque Hunnorum, quos illi exciuerant, tumultu & repulſione duplici à Baioariis facta: déque eorum cæde & ſubmerſione. Item de Cõſtantini principis in Carolum ira: & in Beneuentanos infelici bello. 216

81 De Sclauorum quadam natione bellicoſa & populoſa: qui Vvelatabi ſeu Vviltzi, & vt alij ſcribunt Vultzi dicebantur, ſubactione per Carolum Magnum, déque Palatij eius conflagratione. 217

82 De expeditione Francorum in Hunnos qui nunc Hungari dicuntur victurioſa: ſed peſte equorum calamitoſa. 218

83 De Feliciana hæreſi ſopita, & coniuratione Pipini in patrem detecta per Fardulſum: cui cœnobium Sancti Dionyſij in præmium datum: déque apparatu ad Hunnicum bellum. 218

84 De foſſa ingenti opere manuali incaſſum propter triſtes nuncios ducta. 219

85 De ſolenni hæreſis Fœlicianæ condemnatione, & Concilij Conſtantinopolitani reuocatione, Déque Saxonum rebellantium iterata bis deditione, & Hunnorum legato. 220

86 De Leonis Pontificis Maximi ad Carolum inſignibus miſſis, & Caroli ad ipſum muneribus: & de Saxoniæ iterata vaſtatiuue, Hunnorúmque Regiæ ſpoliatione. 221

87 De Barcinona per deditionem Zatis recepta, Oſca obſeſſa, Saxonia vaſtata à Carolo illic hybernante, & Legatos audiente. 221

88 De Saxonum Tranſalbianorum in Legatos Regis ſæuitia, eorúmque ab Abodritis clade: Legatis Helenæ & Hadefonſi: muneribúſque eorum & datis & acceptis, & de Balearium populatione. 222

89 De Leonis Pontificis per Romanos clade miſerabili ereptione, & ad Carolum Regem aduentu & reſtitutione in dignitatem priſtinam: Caroli in Saxoniam expeditione, Legatis Siciliæ, necefortium bellatorum Geroldi & Erici. De Guidonis ſeu Vvidonis Comitis rebus in Brittones bene geſtis. Déque Maurorum cæde, Oſcæ deditione, donatis ab Hieroſolymis miſſis. 223

90 De pyratis Nortmannis & Caroli in Turonos profectione religioſa: Liutgardæ coniugis eius ibidem obitu. De Cõuentu Magontiaco, profectione Regis in Italiam ac Romam, & inibi geſtis. De purgatione pontificis, donis patriarchæ Hieroſolymitani, Caroli coronatione cum applauſu populi, & Imperatoris Auguſtique appellatione: Animaduerſione in pontificis violatores. De Spoleti actis, terræ motu quo templa vrbéſque corruerunt. De peſtilentia, Legatis Perſarum & donis: Barcinonæ & Zatis captione, & Theatinæ ciuitatis cum Roſelino: Déque Iſaaci Iudæi cum elephante reditu. 224

91 De fœcialibus Hirenes & Caroli Imperatoris. De Iſaaci appulſu cum Elephanto: Ortonæ & Luceriæ deditione: Trãſalbianorum Saxonum vaſtatione, Grimoaldi & Vvinigiſi factis: Terræ motu & Legatis Conſtantinopolitanis, rebúſque ab eis geſtis. 226

92 De Saxonibus victis, & in Franciam miſſis de Godefridi Danorum regis ad Carolum itinere intercepto. De Leonis Papæ ad eundem aduentu, & cauſa eius. 227

93 De Cacani (ſic enim Paulus Diaconus ſcribit) ſeu Cagani, aut Capcani Hunnorum Regis nomine, Theodori ad Carolum aduentu, & petitione & obitu, & ſucceſſu tis Cagani, ſeu Capcani poſtulatis. De Bechonis Sclauorum Ducis cæde. 228

94 De Dalmatarum legatione: Venetiæ Dalmatiæque per Carolum Magnum ordinatione, Maurorum incurſatione, Pompilonenſium & Nauarrorum ad fidem Chriſtianam conuerſione, Claſſe Nicephori in Dalmatiam miſſa, & mira Legatorum à Perſide reuerſione. 228

95 De Lunæ ſoliſque eclypſibus, & Iouinianæ ſtellæ mirabili apparitione. De aciebus ſeu facibus in cœlo viſis. De

Stella Mercurij viſa in Sole ab auctore operis, ne vanus putetur. De muneribus miris Thomæ Patriarchæ: & de Maurorum ſtrage. 229

96 De Godefridi Danorum Regis in Abodritos & Sclauos conatibus: & Caroli iunioris reſiſtentia. Danorũ munimento contra Francos. Leone pontifice, & & eius in Britanniam legatis. 230

97 De claſſe Conſtantinopolitana Venetias miſſa. Dertoſa à Ludouico rege obſeſſa. De Nortdanhumbrorum regis reductione in regnum. De Legatorum reditu. Danorum regis motu. De quæſtione de ſpiritus ſancti proceſſione. Traſconis cæde. Aureoli obitu. Amoromi deditione oblata, & eclypſi Lunæ. 232

98 De Amoroz præfecti oblatis. Maurorum in Sardiniam & Corſicam irruptione. Motibus in Venetos, Dalmatas, Danos, Friſones, quos Dani vicerũt. De Godefridi Danorum regis (quem Saxo Gotricum appellat) iactantia & cæde. Pipini obitu. Boum lue. Eclypſibus. Amoroz pulſione. 233

99 De Legatis pacis ad Nicephorum à Carolo miſſis. De pace cũ Hemmingo Danorum rege, & de primorib⁹ vtriuſque. De tribus exercitibus in tres partes à Carolo miſſis, & proſperè reducibus Pharo i. turri ad Bononiam, quã Bolloniam vocant, conſtituta: & claſſe Gandaui inſtaurata: Legatis Danorũ & Hunnorum, Auarum, Sclauorum. Déque Caroli filij Imperatoris obitu nunciato. 235

100 De Hennungi ſeu Hemmingi obitu, & regni Danorum inter hæredes cõtentione & cæde. De Harioldi ſeu Haraldi & Ragenfredi Danorum regno. De Nicephori obitu. Michaëlis ſucceſſione, & Legatis pacis. Claſſe Maurorum in Corſicam & Sardiniam aduentante. Nortmanorum in Scotia ſtrage. De pace cum Abulama Sarraceno. Item cũ Beneuentanis, & cum Vvltzis, & Danis. 236

101 De legatione ad Michaëlem Imperatorẽ Conſtantinop. De Ludouici in conſortium imperij aſſumptione: Bernardi in regnum Italiæ. De conciliis cauſa reformationis Eccleſiæ. De pace cum Nortmannis, Danis, & de Danorum geſtis. De inſidiis Mauris poſitis, & earum vltione & ſtrage. De Michaëlis Imperatoris monachatu, Leonis imperio & Bulgarorum fuga. 337

102 De Caroli Magni ad ſuperos tranſitu, & Ludouici ſucceſſoris eius geſtis: & legationibus ad Imperatores vltro citróque miſſis, Beneuentanorum tributo, Danorum regum conflictu, & Harioldi ſeu Haraldi confugio. 238

103 De expeditione Ludouici Imperatoris in Danos, & eorum inter ſe conflictu. De coniuratione in Leonem pont. Max. De Legatione & donis Sardorum. De fœdere cum Sarracenis icto prius rupto. De terræ motu graui & inundatione Rheni, Romanorumque in Leonem Pont. ſæuitia. 239

104 De expeditione in Sorabos, Sclauos. De Vaſconum coniuratione ſubacta. De Stephano Papa Remis Ludouicum cõueniente, & de Legatis Hiſpaniæ. 240

105 De cauſa Legationis Abdirahmani Sarraceni, & Imperatoris Græci, ac Harioldi Dani. De eclypſi Lunæ & Cometæ, Stephaniique Pont. obitu. De porticus in Imperatorem ruina. Lotharij in conſortium imperij aſſumptione. De Legatis Leonis Imp. De Abodritorum defectione, & eius cauſa. De tyrannide Bernardi Regis Italiæ, & coniurationibus eius capitibus. 241

106 De ſententia in coniuratos lata, & eius executione. De Britonũ rebellium punitione. Irmingardis obitu. Eclypſi Solis. De Legatis Beneuentanis, & aliis auditis. 243

107 De Sclaomiro ad Lud. Impr. adducto, & in exilium miſſo. Similiter & de Lupo Vaſcone in exilium miſſo. Eccleſiaſtici ſtatus reformatione. Iudith vxore Imperatoris, Liudeuuiti rebellione. Cadolachi obitu. Balderici victoria. Bornæ conatibus. Vaſconum pacatione. Harioldi ſeu Heraldi Dani in Daniam profectione. 244

108 De expeditione in Liudevvitum Bornæ conſilio. Beræ in ſingulari pugna oppreſſione. Liudevviti in caſtellum receptione. De fœdere cum Abulamo icto & rupto. De Normannis pyraticis, à Flandris & Sequanæ oſtiis pulſis, Aquitaniam verò prædatis. Peſtilentia terræ: Aëris & imbrium intemperie graui, & eclypſi Lunæ. 245

109 De bello in Liudevvitum, & in Hiſpanos conſultatione. De confirmata regni inter filios diuiſione. Pontificis legatis. Bornæ obitu. Leonis imperatoris cæde. Fortunati Epiſcopi fuga. Lotharij hymenæis. Ludouici imperatoris in cõiurationis conuictos clementia. De rebus Danicis: Sclaomiri aut Sclaomiris obitu. De anni intemperie & hyemis aſperitate. 247

110 De Ceſpite prodigioſè ſublato. Sabellicus tamen arborem dicit in fine Ennea VIII. Et de aggere prodigioſè eiecto. De Vvinnigiſi Ducis monachatu & de obitu. Ludouici pœnitentia publica. Liudevviti ad Sorabos perfugio & perfidia. De Caſtro à Saxonibus ædificato. De geſtis in Hiſpania. Expeditione

ditione in Britones. Lotharij in Italiam miſſione. Pipini nuptiis, & Legatis orientalibus. 248

111 De Conuentu Orientalibus Francis indicto. Diſceptatione fratrũ duorum, de regno Vvltzorum. Accuſatione paſſiua Geadragi Abodritorum principis. Lotharij Romam acceſſione, & inſignium imperij ſuſceptione. Drogonis rectoratu. Liudevviti morte. De Theodori & Leonis primi apud Papam excæcatione & capitali ſupplicio, & de authoris eius per imperatorem inquiſitione. De paſchalis purgatione ſuſpecta. Ceadragi & Harioldi compendiũ vſque acceſſu. De prodigiis, & anni intemperie & peſtilentia. 250

112 De Bulgarorum regis legatione. Hiemis aſperitate. Lunæ eclypſi. Supponis & Pachalis obitu. Eugenij electione. Lotharij gratulatione. Britannica expeditione. Michaëlis imperatoris legatis & Venetorum Patriarcha. Conſultatione ſuper imaginum è templis deletione. De Abodritorum querela in Bulgaros. De Comitibus Spoleranis. Vaſconum ſtrage, & ducum captione per inſidias. De Ro. per Lotharium correctione, & glaciei è cælo caſu. 252

113 De Bulgarorum legatione audita. De aſtu & perfidia ac cæde Britanni hominis ſeditioſi. De legatis Danorum. De puella ſtupenda abſtinentia ab omni alimento, & inſtaurata comeſtione. 254.

114 De Bulgari poſtulatis. Conſultatione ſuper bello in Sarracenos ſuſcipiendo. Legatorum auditione. Ceadragi à ſuis accuſatione. Harioldi cum vxore & liberis bapriſatione. Baldrici de Bulgaris denunciatione. De organorum artifice. Aizonis ſceleribus & fuga. De Abodritorum legatis & rectoribus remiſſis. De Reliquiis S. Sebaſtiani ad Abbatem S. Dionyſij miſſis. & miraculis innumeris ad earum præſentiam factis. De Cœnobij ſancti Germani apud Parrhiſios Abbate & ædificatore. 255

115 De motu hiſpanico compreſſo, & Aizonis ſceleribus. Abumarnani ibidẽ graſſatione. Prodigiis cæleſtibus. Danorũ ac Bulgarorum motibus. Paparum obitibus. Legatis Imperatoris græcis: & tranſlatione corporum Beatorum Marcelli & Petri, per Hemardum. 258

116 De animaduerſione in duces Hiſpanicæ expeditionis, & in Baldricum foroiulienſem. De Legatis ad Michaelẽ Imperatorem miſſis, & à pontifice miſſis. De Danorum inter ſe motibus, & cum Francis, quos caſtris exuerunt: & de huiuſmodi facti deprecatione & purgatione. De Bonifacii Comitis egregio facinore. De lunæ eclypſi & prodigio cœleſti. 259

117 De Terræ motu, & venti violentia. De falſo Danici motus rumore. De Imperatoris exercitatione, & hiſtoriæ repetendæ auctoribus. 260

Capita libri quinti. LVII.

1 DE Caroli magni regis ac imperatoris clariſſimi pietatis ſtudio. Pyrenæi iugi ſuperatione. Infauſto ob inſidias reditu. Hildegardæ partu. Præfectorũ conſtitutione. Déque priuilegiis datis monaſterio S. Germani à pratis. 262

2 De Caroli magni ad vrbem profectionis cauſis: & filii eius Ludouici benedictione. De Ludouici in Aquitania regno. Caroli cum Saxonibus conflictu. Ludouici in habitu Vaſconico patri occurſu. De Vaſconis perfidia. 266

3 De Adelerici exilio. Ludouici militari enſis accinctu, & in Italiam profectione ac reditu: Déque Pipini rebellione. De hybernis regiis. De ãnona militibus negata. Albigenſium à tributo leuatione. Déque ſtipendiaria annona à Carolo inhibita.

4. De Legatorum auditione. Harmingardæ nuptiis. De Aquitaniæ munimentis conſtructis. De Saxonica expeditione ad quam Ludouicus eſt vocatus. De Barcinonica per Ludouicum expeditione. Oſcani agri vaſtatione. Déque Saxonum ſubactione poſt xxxiii annorum bella. 269

5 De Adonis Barcinonenſium Ducis captiuitate. De Vaſconum rabie, & eius vindicta. De Barcinonæ oppugnatione à Ludouico rege exercitu tripertito: & eius captione, Ludouicique ad patrem regreſſione. 270

6 De Hiſpanica expeditione repetita, & eius ſpoliatione: ac Iberi & Cingæ per Gallos tranſitu, & Maurorum per eoſdem cæde. 272

7 De nauium contra Normannos ędificatione: & Hiſpanicę expeditionis reſumptione: Gallorum ſtratagemate. Iberi iterata traiectione, & ſubtili per fimũ equinum hoſtilis aduentus deprehenſione. Abaidi Mauri fuga pręcipiti, & Maurorum cędę. Item de Tortoſę vrbis deditione facta Ludouico regi, qui tunc aderat. 273

8 De Oſce obſidione, & quorundam temerario auſu, & omnium re infecta reditu. De Vaſconum defectione & ſubactione. De Pyrenei iugi tranſitu, Vaſconum perfidia ſubtiliter depre-

henſa. De Regis Ludouici pietate, & Cleri in Aquitania reformatione. Monaſteriorum plurimorũ reparationẽ & ædificatione. Iuſticia regis Ludouici, & patris congratulatione. 274

9 De retũ ſumma per mortẽfratrum ad Ludouicum ſpectante:quam tamen ne patri ſuſpectus eſſet adire Ludouicus noluit. Paulò poſt tamen à patre vocatus, imperij inſignia ab eo ſuſcepit, 276

10 De Caroli imperatoris morte, & filij ſucceſſione, & miſſis ab eo ad purgãdã & puniẽdam infamiam ſororum:quorum Vvarmarius ab Hodoino cæſus, & Lambertus grauiter vulneratus eſt. De Ludouici in imperio confirmatione. De teſtamento Caroli & eius executione:Mulierũ excluſione:Legatorũ auditione:Iuſtitiæ adminiſtratione:Ordinum regularium & Benedictinorum regulis. De Clericis manu mittendis prius quam ſacerdotium adeant. De ſumptibus eccleſiaſticorum & præcipuè monachorum SanctiGermani,eorũmque publico inſtrumento. 277

11 De Ludouici modeſtia & cleri per eum à luxu ſeculari abſtinentia. Abodritorum motu compreſſo. De Ludouici cum Iudith nuptiis: cum fratribus reconciliatione & pœnitentia. Ducum ob rem in Hiſpania malè geſtam depoſitione,&Baldrici depreſſione,Berhardique eiectione. 284

12 De ſeditioſorum inLudouicũ conſpiratione, & eiuſdem apud Pipinum criminatione. Iudith reginæ in monaſterium intruſione. Lotharij aduentu in Franciam. Heriberti excæcatione. Odonis exilio. Hylduini Abbatis eiectione. Coniuratorum mitiſſima animaduerſione, & Iudith purgatione. 285

13 De Tranſmarinorum Legatorum muneribus: Berhardi purgatione & prouocatione ad ſingulare certamen. Pipini caſtigatione à patre & fuga eius. Baioariæ motu. Berhardi depoſitione. Pipini cuſtodia & temporis intemperie. 288

14 Filiorum Ludouici in ipſum arma. Gregorij Papæ in Franciam aduocatio, & aduocationis cauſa. De Iudith exilio. Ludouici captiuitate, Indicta pœnitẽtia, inſignium armorum exutione. De Ludouici beneuolis, & armis à diuerſis pro eo ſumptis. De eiuſdẽ reſtitutione,& vxoris reuerſione. 289

15. De Neuſtriæ ideſt Normanniæ incubatoribus: & clade quam imperatoris militibus cum Odonis cæde intulerunt. De Cabillone munitione, obſidione, deditione, direptione, flagratione, & Baſilicæ Sancti Georgij miraculoſa cõſeruatione. Procerum capitali ſupplicio. Gerbergæ ſubmerſione. Lotharij deditione: & Ludouici pietatis & iuſtitiæ operibus. 293

16 De Ebonis epiſcopi degradatione: & Agoberti Archiepiſcopi depoſitione, & plenaria Ludouici imperatoris reſtitutione, & cum vxore ac Vuala reconciliatione: eiuſque pia in filium Lothariũ, vt à ſpoliatione eccleſiæ deſiſteret hortatione,& procerum Lotharij per peſtem abſumptione. 295

17 De Reſtitutis eccleſiæ per Pipinum, per eundem ablatis. De Ludunenſis & Viennenſis epiſcoporum diſceptatione. De cauſa Gothica nomine Berhardi & Beringarij agitata. De diri cometæ apparitione, & prudenti Ludouici regis ſuper eo reſponſione. De Caroli filij Ludouici ex Iudith inſignibus & Neuſtriæ adeptione. Berhardi accuſatione peculatus. De altero Comite, & Pipini obitu. 298

18 De Lotharij in conuentum Vvormatianum aduentu, & cum patre reconciliatione: & de imperij diuiſione ibidẽ facta. 302

19 DeLudouici Iunioris,ob dictam diuiſionem,motu bellico: & eiuſdem per patrem caſtigatione. Aquitanorum de principe habendo tumultu. De Ludouici iunioris in Germania contra patrẽ motu. De eclypſi ſolis maxima. Ludouici imperatoris ægritudine, & piis in ea operibus. De eiuſdem legationibus & memorabili tranſitu, ſepultura, & tempore ac annis mundi. De bello per eclypſim figurato,inter filios Ludouici in Burgundia commiſſo,& Caroli Calui regni & imperii adeptione. 303

20 De Nortmanorum in Parrhiſiacos ſæuitia,& duris eorum miraculoſo per ſanctum Germanum interitu. De tranſlatione Sancti Vincentii, & Georgii ac Aurelii martyrum. 307

21 De ægritudine ac interitu Lotharii regis & de Caroli calui ad imperium electione cum denunciationibus & formulis verborum ad electionem pertinentiũ & eiuſdem Caroli coronatione. 308

22 De Baſilio Michaelem imperatorem occidente,imperium occupante, & filiam Ludouici poſtulante: Deque templi Diui Michaelis in monte Gargano à Sarracenis direptione. 312

23 De Vvinidis victis. Rotlandi epiſcopi à Sarracenis captione, & precioſa ſed doloſa(quia iam mortui) redemptione Britonum cum Nortmannis adhuc

impiis

impiis pactione. De Apoſtatæ ſupplicio. Cœnobii Sancti Germani apud Parrhiſios à Normannis direptione & incendio, & Vrbium contra eos munitione. 312

24 De Caroli Calui concubinatu cum Richilde. De legatis Adriani Papæ, & eius mandatis ad Carolum. De Caroli vana credulitate. De ægritudine Ludouici fratris eius. 313

25 De Legatis per quos tandem regni Lotharii diuiſio facta eſt inter Carolum & Ludouicum: & de vtriuſque portione quæ barbaris & vulgatis exprimitur vocabulis. 315

26 De vulneris, quod ex caſu Ludouicus accepit, difficili curatione. De Legatis Papæ, & imperatoris ad eum miſſis, & ad fratrem remiſſis. De Reſtitii Vvinidi captiuitate & excæcatione. De filiorum Ludouici diſcordia, & paciſcendi die. 317

27 De regni Lotharii noua diſceptatione per Legatos Papæ & Caroli regis. De Carolomanni è cuſtodia ereptione, & ſubſterfugio ac ſeditione in patrem. De Viennæ obſidione & captione. Carlomani fraudulenta deditionis ſimulatione. De conſciorum eius condemnatione & excommunicatione. De honoribus in Boſonem fratrem Richildis impenſis. 317

28 De mutua Ludouici regis Germaniæ filiorúmque circumuentione & de eiuſdem cum Engilberga imperatrice contra Carolum factione & conſpiratione. De Synodo octaua Conſtantinopoli acta, & quæ in ea de imaginum adoratione diſcuſſa ſint. De Ludouici coronatione, & Engilbergæ inſolentia & rebellione. De Rorici Nortmanni in Carolum fide, & Adriani Papæ obitu. 319

29 De Carlomanni degradatione, pernicioſa conſultatione, & vt excæcetur ſententia. 321

30 De Diabolo, qui viſibiliter Carolum filium Ludouici tentauit, ſecutus eſt & vicit, victum poſſedit, póſſeſſum vexauit. De Beneuentanorum ad defectionem ſolicitatione, & inſidiis Adelgiſo poſitis. 321

31 De Normannis Andegauos occupantibus: & Carlomanni cæcati ad Ludouicum Germaniæ regem perfugio, contra Carolum patrem. De Andegauorū obſidione. Rodulfi Normanni cæde. De Vvinidorum motu & pacatione. De Normannorum cum vrbe Andegauenſi deditione. De hyeme niuoſa: æſtate ſicca: & Salomonis Britonum ducis cæde. 322

32 De Ludouici & Caroli regum & fratrum colloquio. Richildis abortiuo partu. De Ludouici imperatoris Italiæ morte, & Caroli ob id in Italiam profectione: & filiorum Ludouici contra eum miſſorum vanis conatibus. De Ludouici in fratrem molitione, & procerum Franciæ perfidia. De Caroli à Papa ſuſceptione & coronatione. Boſonis ducatu & nuptiis, ſynodíque indictione. 324

33 De Synodi in Gallia actæ celebritate. De Anſegiſi ambitione ad primatum fauente imperatore Carolo. De eiuſdem Caroli inſolentia. De pacto cum Ludouico fratre. De Formoſi damnatione. Iterum de primatu Anſegiſi lectis literis. De Frotharii Burdegalenſis petitione: & de imperatoris in habitu græcanico luxu. 326

34 De Ludouici regis Alemannorum obitu. Normannorum ad Sequanam graſſatione. De Ludouici iunioris, hoc eſt filii Ludouici defuncti religioſo animo, & noua iudicii forma. De Imperatoris in eum dolo. De Imperatoris fuga, & militum ac procerum eius cæde, aut captiuitate & ſpoliatione turpi quidem, ſed ob perfidiam principis merita. De Richildis in fuga partu. De imperatoriis donationibus impiis, quibus Abbatias dedit, & filij eius ac Richildis morte. De Abbatiæ Sancti Germani longa per Comites Parrhiſienſes peculatione. 329

25 De Caroli imperatoris à ſūmo pontifice Romā accitu. Tributi exactione. Caroli in Italiam profectione: & ſynodica electionis eiuſdem in imperatorem cōfirmatione. De Carlomanni motu in patruum. Procerum in imperatorem coniuratione, ac eius fuga. De Caroli imperatoris per Iudæum intoxicatione, morte, ſepultura, tralatione, ac Carlomanni ægritudine. 334

36 De Ludouici iunioris, qui Caroli erat filius, ambitione & ambitu. De Richildis in Francia rapinis. De Regni inſignibus ab Ludouico receptis, & coronatione eiuſdem. 336

37 De Ioannis Papę in Franciam Trecas vſque profugio, & ſynodo per eum conuocata: & iis quæ in ea fuerunt agitata: & de Boſonis filia Carlomanno nubente. 337

38 De pace inter Ludouicum regem & Ludouicum conſobrinum eius, & de pactionibus ſeu conditionibus pacis firmioris faciendæ. 340

39 De obitu Ludouici filii Caroli. De con-

cordia facta inter Boſonem & Theodoricum. De fraudulẽtis conatibus Gozlini Abbatis, Ludouicum Germaniæ in Franciam concitantis. De oblatis eidẽ Ludouico cauſa pacis: & eorum acceptatione, ac reditu Ludouici in patriam. De Gozlini Conradique graſſatione, & filiorum Ludouici coronatione. De vxoris Boſonis ambitione, & eius coronatione: Et de Hugone Lotharii filio, regnum paternum attentante 342

40 De Carolo Ludouici Germaniæ regis regnum Langobardorum obtinente: Nortmannorum ſtrage. Ludouici Germaniæ regis in Franciam aduentu. De altera Nortmannorum clade, & vice quam rependerunt. De Regni Francorum inter hæredes diuiſione. De motu eorum, & Ludo. Germa. in Hugonem Lotharij filium, & in Boſonem. De Viennæ obſidione, & Caroli in Imperatorẽ coronatione. De Ludouici in Nortmãnos victoria, & ſubſequente eiuſdẽ fuga. De Ludouici filij regis Germaniæ, & Ludouici regis Francorũ morte. 344

41 De Nortmannorum circa Coloniam graſſatione, Viennæ deditione, Nortmannorum ad maritima receptione. Caroli imperatoris in eos, & præcipuè in Sigefridum profuſa largitione. Parrhiſiorum à Normannis obſidione, & eorundem repulſione: & templi ſancti Germani per eoſdem violatione, & eorum Laudunum vſque & Rhemos graſſatione. Hincmari cum reliquis fuga. Rhemorum miraculoſa conſeruatione: & Normannorum partim occiſione, partim elapſu & ſæuitia. 246

42 De Ludouici regis, filij Carlomãni ignauia, coniugioque ſacrilego. Danorum in Neuſtriam aduentu, & effero propoſito: eorundémque per Hugonem Abbatem inſigni clade. De Abbatibus ſancti Germani. Caroli ſimplicis infantia. Odonis Andegaui in tuenda & gubernanda eiuſdem infantili ętate egregiè nauata opera, & Caroli regno. De Nortmannorum à Burgundia per Richardum ducem expulſione. Terræmotu. Nortmannorum à Carnoto non ſine magna cæde depulſione. Cometę, & fame valida. Prodigioſis in cælo aciebus: Diſcordiaque Caroli ſimplicis cum primoribus Francorum. De Richardi Burgundi morte: Roberto Abbate Diui Germani. Abbatiaque crucis Sancti Audoeni, beneficio Caroli regis Cœnobio Sancti Germani addicta. 348

43 De Roberti principis rebellione, tyrãnide & cæde, ſociorúmque eius peruicacia. De Caroli ſimplicis, regis captiuitate, & in carcere obitu. De Ludouico rege ex Angla nato, in Angliam cũ matre profugiente. De Hugone magno, & Rodulfo Burgundo. Ludouici regis reuocatione, & coronatione, & de prodigiis cæleſtibus. 353

44 De Hugonis magni rebellione. Caritate annonæ. Ludouici captiuitate & morte Lotharij coronatione. De Hugonis à Pictauis reiectione, ope D. Hilarij & eiuſdem morte. De Ducibus Burgundiæ. De Hugone altero duce Francorum. De Anſegiſi epiſcopi eiectione. De Othone primo cum Saxonibus Trecas obſidente, & Saxonum ſtrage. De Helponis vanitate, & Brunonis eius ſocii ad ſuos reditu. 354

45 De Lotharii regis ſtrenuitate in repellendo Othone ab Aquiſgrano. De Othonis à Parrhiſiis expulſu, & de exercitus eius emerſione, & ſtrage. De Lotharij cum Othone pace nõ approbanda. De rectoribus & Abbatibus ſancti Germani. De Lotharii obitu, & filii eius Caroli: qui vltimus de ſtirpe Caroli magni breui tempore regnauit. De Hugone, qui Rex inungitur Francorum: & Abbatibus ſancti Germani. 355

46 De Arnulfi Remenſis epiſcopi ab Hugone perſecutione, degradatione, & Gerberti (Gaguino Geberti) philoſophi in eius locum ſuffectione. De Seguini epiſcopi Senonenſis fortitudine & magnanimitate. Arnulfi expulſione & reſtitutione. Gerberti depoſitione & poſt ad Papatum vſque aſſumptione. Hugonis regis obitu. Roberti regno. Seguini pietate, & Renardi cuiuſpiam obitu. 357

47 De Seguini tranſitu. Leotherici epiſcopatu. Henrici Burgundi obitu. Burgundico bello. De Rainaldo perſecutore eccleſiæ. Abbatibus ſãcti Germani, & genealogia multorum nobilium. 358

48 De Roberti regis obitu & prole. De Parrhiſiacæ vrbis conflagratione. De Philippo rege & nuptiis eius cum Bertha Flandrenſi. De Abbatibus Sancti Germani, & Cœnobio ſancti Martini de campis. 360

49 De Vrbano Papa II. qui in Claromontenſi concilio expeditionem Hieroſolymitanam perſuaſit: & de eius expeditione fœlicique exitu. 362

50 De Berthæ à Philippo repudio: alienæ raptu. Philippi excommunicatione, reſipiſ-

reſipiſcentia, obitu, & ſepultura. De Abbatibus S. Germani. De Ludouici regis coronatione contentioſa. Victoria in Hannonem variam vaccam, & in Aruernos ac Aquitanos. 363
51 De Caroli Comitis Flandriæ ſtrenua rerum adminiſtratione, & cæteris virtutibus. De eiuſdem nefandiſſima apud Brugas cæde, & cædis clariſſima per Ludouicum regem vltione. De Vvilhelmi Comitis Flandriæ ſuſceptione, & Abbatibus ſancti Germani. 367
52 De Ludouici groſſi regis prole numeroſa, & obiter de bono prolis: cuius carentia imperatoria domus & Anglicana graue detrimentum accepit: Déque Lotharij imperatoris præclaris facinoribus. De Ludouici iunioris cum Aliende Guillelmi Aquitaniæ ducis filia matrimonio. 369
53 De Cruce à Ludouico iuniore cum proceribus & epiſcopis aſſumpta, ob calamitatem quam res chriſtiana acceperat, capta Edeſſa. 372
54 De Nortmannia per Ludouicum Henrico Anglorum regi reſtituta, & eiuſdem Henrici ingratitudine. De diuortio Ludouici cum Aliendra, ob conſanguinitatem, & matrimonio eiuſdé cum Henrico Anglo. Item de matrimonio eiuſdem Ludouici cum Conſtantia Hiſpana, & filiæ eius Margaritæ cum Henrico filio Henrici Angli. De Interitu Conſtantiæ in partu, & tertiis nuptiis Ludouici cum Ala Bleſenſis Comitis filia. 373
55 De diſcordia generorum Drogonis Móceiani. De ſchiſmate inter Alexandrum tertium & Victorem ſeu Octauianum Antipapam: quem Fredericus imperator impiè defendit, cum multo malo ſuo. 376
56 De graſſatoribus & perſecutoribus eccleſiarum & pauperum à Ludouico ſubactis: & pace eccleſiis & monachis per eum non ſemel reſtituta. 378
57 De præmio à Deo, ob tanta merita, Ludouico collato, vt pote Philippo filio: De cuius generatione, natiuitate, & regeneratione agitur hoc capite vltimo. 380

FINITVR INDEX CAPITVM AIMOINI.

AD LECTOREM.

Incvria typographi factum eſt, vt ſex paginarũ numeri, qui ſunt, 425. 426. 427. 428. 429. 430. rurſum totidé ſequentibus paginis inderentur. Quod ſerò animaduerſum emendari non valuit. Nobis ergo viſum eſt, poſterioribus numeris addere hanc dictionem, Secvndò, in his quæ citata in catologo librorum & indice rerum deprehendentur: ad differentiam priorum numerorum additione carentium.

CONTENTA HOC VOLVMINE.

AImoini libri quinque hiſtoriarũ Pagina 1. In quorum tertio præclarum S. Germani Epiſcopi Parrhiſienſis priuilegiũ hactenus prætermiſſũ inſeritur: cuius authographũ in phylira ſeu tilia ſcriptum adhuc extat. pag. 75

Eiuſdem Aimoini libri duo, De Inuentione & tranſlatione corporũ S. Vincentij, Leuitæ & martyris, nunquam antea impreſſi. Ex vetuſtiſſimo codice M S. Bibliothecæ B. Germani à Pratis. 382

Abbonis diſcipuli Aimoini libri duo, de obſeſſa à Nortmannis Lutecia: & miraculis, interceſſione S. Germani Parrhiſienſis Epiſcopi, in hac obſidione patratis. 399

Abbatum Cœnobij ſancti Germani à Pratis catalogus: 427 *ſecundò.*

De Reformatione dicti Cœnobii, per congregationem Caſalis Benedicti anno. 1513 facta. 432

De Nobili Briſonnetorum genere: quorũ duo fuere Abbates præfati monaſterij. 433

Mauſolea Regum Reginarúmque Franciæ, quæ in templo diui Germani à pràtis adhuc extant. 435

Monumenta eiuſdem eccleſiæ ab infidelibus ſubuerſa. 436

Chronicon Caſinenſe in quatuor libròs diuiſum, rarum òpus, nec niſi ſemel, anno ſcilicet Domini 1513 impreſſum: Ex quo multa collegit Baronius. 439

Addidimus ad calcem, epiſtolam, quam pro reformatione monaſteriorum ordinis S. Benedicti in Francia, Theodemarus Abbas 12 Caſinenſis, ad Carolum magnũ Imp. miſit. Ex Bibliotheca V. C. Franciſci Pithoei. 797

De Inuentione SS. corporum Placidi Abbatis, ac ſociorum eius martyrum: Quæ contigit anno Domini 1588. Id eſt, poſt mille quadraginta ſeptem annos agonis eorum. Hunc enim in Meſſana Siciliæ ciuitate anno 541 compleuerunt. 801.

Bulla Sixti Papæ V. De feſto ipſorum martyrum celebrando, & in Calendariũ Romanum reponendo 807

Liber miraculorum beati Mauri Leuitæ & Abbatis, hactenus prælo typografico ignotus. Ex Bibliotheca S. Germani à Pratis. 811

Conſtitutiones trium Ro. Pont. Gregorij 9. Nicolai 4. & Benedicti 12. De Reformatione & obſeruantia regulari monachorum ordinis S. Benedicti Abbatis: quarum vltima, ab auctoris nomine Benedictina nuncupata, in capita diuiditur. 835

Bulla Alexandri Papæ 6. pro reformatione ordinis S. Benedicti. 901

Bulla Leonis Papæ 10. De erectione reformatæ Congregationis Caſalis Benedicti eiuſdem ordinis in Francia. 904

Edict du Roy, François premier, par lequel il quitte ſon droict de nomination és cinq Abbayes de ladicte congregation, & la confirme. 916

Eandem congregationem Caſalis Benedicti poſtea confirmarunt Reges Francorum, Henricus ſecundus, Carolus nonus, Henricus tertius, & Henricus quartus, 918

Piuilegia

PRIVILEGIA REGII COENOBII D. VINCENTII Leuitæ & Martyris, nunc S. Germani à Pratis nuncupati: quæ Aimoinus Hiſtoriæ ſuæ inſeruit, & Frater Iacobus DV BREVL, Archetypis prius accuratè collata, notis haud contemnendis illuſtrauit.

1 *PRiuilegium Childeberti Regis, filij Clodouei primi, de fundatione dicti monaſterij.* 56

2 *Priuilegium S. Germani Parrhiſiorum Epiſcopi, de immunitate dicti loci ab omni ſubiectione Prælatorum.* 75

3 *Priuilegium Caroli Magni Imp. de immunitate ab omni teloneiſolutione.* 293

4 *Aliud eiuſdem Priuilegium, de donatione Prioratus Madriolarum, à Munſterolo, Ygannæ, hodie Yonæ termino (vulgò* Monſtereau-faut-Yonne *vna leuga diſtantis.* 265

5 *Priuilegium Hludouici Pij, eiuſque filij Hlotharij Imp. confirmans villas menſæ conuentuali S. Germani per Hilduynum primum, Abbatem 18. vnitas.* 280

6 *Priuilegium Pipini, vltimi Aquitanorum Regis, filij Hludouici Pij Imp. Quo confirmantur villæ monaſterij noſtri in Aquitania conſtitutæ.* 298

7 *Priuilegium Caroli Calui, Francorum Regis, filij Hludouici Pij Imp. partionem bonorum monaſterij noſtri à Gozlino Abbate 21. factam confirmans.* 332

8 *Priuilegium Caroli Simplicis, Francorum Regis, de donatione Abbatiæ Crucis S. Audoeni (hodie Crux S. Leufredi) monaſterio beati Germani à Pratis facta.* 350

EXTRAICT DV PRIVILEGE du Roy.

PAR grace & priuilege du Roy, il eſt permis à Ambroiſe Drouart, Libraire Iuré en l'Vniuerſité de Paris, d'imprimer, ou faire imprimer vn Liure intitulé *Aimoini Monachi inclyti Cœnobij Sancti Germani à Pratis libri quinque de geſtis Francorum. Eiuſdem libri duo de inuentione & tranſlatione corporis S. Vincentij Leuitæ & Martyris. Item Chronicon Caſinenſe Leonis Marſicani. &c. Omnia autem ſtudio & opera Fratris IACOBI DV BREVL Monachi Sancti Germani.* Et defenſes ſont faictes à tous Libraires & Imprimeurs, ou autres de quelque qualité qu'ils ſoient de l'imprimer, ou faire imprimer, vendre, ny diſtribuer en ſes païs, terres & ſeigneuries, autres que ceux qu'aura imprimé, ou faict imprimer ledict Drouart, ſur les peines contenuës eſdites lettres, & ce iuſques au terme de neuf ans, finis & accomplis, à compter du iour & datte qu'il auroit eſté paracheué d'imprimer, comme plus à plain eſt contenu és Lettres patentes ſur ce donnees à Paris le ſeptieſme iour d'Aouſt, mil ſix cents deux.

Par le Conſeil, *DE LAVETZ.*

AIMOINI

AIMOINI MONACHI SANCTI GERMANI A PRATIS IN FRANCORVM HISTORIAM, AD ABBONEM

Abbatem Epiſtola nuncupatoria.

Domino venerabili & in Chriſti dilectione fundato, Abboni Abbati, totius gregis illi à Deo commiſſi minimus Aimoinus, perpetuæ felicitatis munus.

PRÆCEPTIS *beatitudinis tuæ parui beatiſſime Pater: quibus præceperas vt ingeniolum exercendo meum (quod tribuente Chriſto per tuæ ſollicitudinis tuorúmque diſcipulorum laborem ad meliora profeciſſe arbitrabaris) res geſtas Francorum ſiue regum, quæ & per diuerſos ſparſæ libros & inculto erant ſermone deſcriptæ, in vnius redigerem corpus opuſculi: ac ad emendatiorem latinitatis reuocarem formam. Inſtiti igitur vt potui, atque vtinam tam efficaciter quàm libenter. Porrò de opere tua paternitas viderit, rectè-ne an ſecus egerim. Ego autem ſolius obedientiæ (ſi tamen voluntate, conatúque eam decoraui) teſtimonio contentus ſum. Ammonitionis itaque tuæ non immemor, qua ſæpiſſimè hortatus es, vt ſitum Germaniæ & Galliæ, in quibus hæc quæ referentur acta ſunt non prætermitterem: ea quæ in auctoribus Iulio Plinio ac Oroſio inuenire potui colligens, huic opuſculo inſerendo, voluntati ſublimitatis tuæ ſatisfacere commodum duxi. His igitur adiunxi quæ Iulius de Germanorum Gallorúmque moribus, ac inſtitutis, in libro ſuæ interſerit hiſtoriæ. Ab egreſſu quoque Francorum è Troia, vſque ad id temporis quo Pipinus magni Caroli pater regnare cœpit, cunctam rerum geſtarum ſeriem in quatuor decreui libros partiri. Quos ea contexui ratione: vt ſequens ſemper priorem quantitate ſui & numero regum tranſcenderet. Verbi gratia: Primo continente quinque regum actus: Secundus continet ſex. Tertius ſeptem. Quartus verò octo & eo amplius. Genealogias quoque regum (quæ propter ſimilitudines nominum valde confuſæ erant)*

quanta potui diligentia diſtinxi: vnumquemque vel patris nomine, vel ſenioris iunioríſve appellatione ab altero diſtinguens: quemadmodum diligens lector in ſuis animaduertere poteſt locis. Id præcipuè conſeruare curaui vt in omnibus his libris mentio fieret Benedicti patris, certis ex cauſis: cui ego meum ſcire, meum poſſe, meumque viuere poſt Deum acceptum fero. Nec ignoro multos fore qui ſolita libidine omnibus detrahendi, huic volumini genuinum infigant dentem: quod vitare non poterit, niſi qui nihil omnino ſcribet. Calumniabuntur in tempora, conuertent ordinem, res arguent, ſyllabas euentilabunt: & quod accidere plerumque ſolet, negligẽtiam librariorum ad auctorem referent. Dicent etiam: En noſter hiſtoriographus nouuſque auctor, qui aliorum verbis pro ſuis vtitur. Hoc quidem me feciſſe non nego, neque id me piget, ac deinde facturum autumo: habeo bonorum exemplum, quo mihi id licere facere quod illi fecerunt puto. Nec ſententiis detrahentium ſatis moueor: tua laude vel vituperatione doctus eſſe ſufficiens. Vale pater venerande: & proſperis ad vota ſucceſsibus polle.

PRÆFATIO

PRÆFATIO IN GESTA FRANCORVM.

GERMANIA omnis in quinque populorum conuentus diuiditur: è quibus primi ſunt Vindelici, deinde Cimbri, poſt hos Teutones, ac perinde Peutini: vltimis omnium exiſtentibus Baſternis: qui confines ſunt Dacis. Porrigitur autem Germania in longitudinem ſexcentis octoginta ſex millibus paſſuum. In latitudinem, centum quadraginta octo millibus. Amnes in ea clari atque in oceanum decurrentes: Guthalus, Diſurgis, & Rhenus. In Rheno autem ipſo centum propè habentur in lõgitudine inſulæ: quarum nobiliſſima eſt Batauorum, & aliæ quamplurimæ, quæ ſternuntur inter Rhenum ac Fleuum. Ita verò appellantur oſtia in quæ Rhenus in ſeptentrione in lacus varios, ab occidente in amnem Moſam ſe ſpargit: medium inter hæc & modicum nomini ſuo cuſtodiens alueum. Oritur autem ex Lepontiis, qui Alpes incolunt: & longo ſpatio per fines Heluetiorum, Mediomatricum, atque Treuerorum citatus fertur. Et vbi oceano appropinquat, in plures defluit partes multis ingentibúſque inſulis, vt præmiſſum eſt, effectis (quarum pars magna à feris barbaríſque nationibus incolitur. Ex quibus ſunt qui ſolis piſcibus, atque ouis auium viuere exiſtimantur) multíſque capitibus in oceanum fluit. Intra Germaniam verò nulla inferius nobilitate Hercinium iugum prætenditur: de quo videlicet iugo Iulius Cæſar in hiſtoria belli Gallici, quòd ſylua adopertus ſit, variíſque ferarum generibus abundans hoc modo ſcribit. Ea (inquiens) quæ fertiliſſima Germaniæ ſunt loca circum Herciniam ſyluam, quam Eratoſtheni & quibuſdam Græcis fama notam eſſe video, quam illi Orciniam appellant, peruolgè Tectoſages nuncupauerunt atque ibi conſederunt. Quæ gens vſque ad hoc tempus his ſedibus ſeſe continet: ſummámque habet iuſtitiæ & bellicæ laudis opinionem. núncque in eadem inopia, egeſtate, patientia, qua Germani, permanent: eodem victu & cultu corporis vtuntur. Gallis autem prouinciarum propinquitas & tranſmarinarum rerum notitia, multa ad copiam atque vſus largitur: qui paulatim aſſuefacti ſuperari multíſque victi præliis, nec ſe quidem ipſi cum illis virtute comparant. Huius Herciniæ ſyluæ, quæ ſupra demonſtrata eſt, latitudo no-

Germania diuiſio. Peutini. Daci. Lõgitudõ. Latitudo. Amnes. Rheni ort⁹ Lib. 6. Cap. 1. Hercinia ſylua. Orcinia. Germani virtute præſtant.

uem dierum iter expedito patet. Non enim aliter finiri poteſt, neque menſuras itinerum nouerunt. Oritur ab Heluetiorum & Nemetum & Tauriacorum finibus, rectáque fluminis Danubij regione: & pertingit ad fines Dacorum & Anartium. hinc ſe flectit ſiniſtrorſus diuerſis à flumine regionibus: multarúmque gentium fines propter magnitudinem attingit. Neque quiſquam eſt huius Germaniæ, qui ſe aut audiſſe, aut adiſſe initium huius ſyluæ dicat, cùm dierum iter ſexaginta proceſſerit: aut quo ex loco oriatur acceperit. Multáque genera ferarum in ea naſci conſtat, quæ reliquis in locis viſa non ſunt: ex quibus quæ maximè differant ab aliis & memoriæ prodenda videntur, hæc ſunt.

Hercinia extenſio.

De feris Germaniæ præcipuè in Hercinia ſylua.

Bos ſyluestr

Eſt bos cerui figura, cuius à media fronte inter aures vnum cornu exiſtit excelſius, magíſque directum his quæ nobis nota ſunt cornibus: & ab eius ſummo ſicut palmæ rami latè diffunduntur. Eadem eſt fœminæ maríſque natura: eadem forma magnitudóque cornuum.

Alces.

Sunt item quæ appellantur Alces. Harum eſt conſimilis capris figura & varietas pellium: ſed magnitudine paulo antecedunt. Inutiles ſunt cornibus: & crura ſine nodis articulíſque habent: neque quietis cauſa procumbunt: neque ſi quo afflictæ caſu conciderint, erigere ſeſe aut ſubleuare poſſunt. His ſunt arbores pro cubilibus, & ad eas ſe applicant: atque ita paululum modo reclinatę quietem capiunt. Quarum ex veſtigiis cum eſt animaduerſum à venatoribus quò ſe recipere conſuerint, omnes eo loco aut à radicibus ſubruunt, aut arbores abſcindunt, tantum vt ſumma ſpecies earum ſtantium relinquatur. Hinc cum ſe conſuetudine reclinauerint, informes arbores pondere affligunt, atque vna ipſæ concidunt.

Vri.

Tertium eſt genus eorum qui Vri appellantur. Hi ſunt magnitudine paulò infrà elephantis: ſpecie & colore & figura tauri, magna vis eorum eſt & magna velocitas: neque homini neque feræ quam cóſpexerint parcunt, hos ſtudioſè captos foueis, interficiunt. Hoc ſe labore durant ado-
“ leſcentes, atque hoc genere venationis ſe exercent. Et qui plurimos ex his
“ interfecerint: relatis in publicum cornibus quę ſint teſtimonio, magnam ferunt laudem. Sed aſſueſcere ad homines & manſueti fieri, ne paruuli quidem excepti, poſſunt. Amplitudo cornuum & figura & ſpecies multum à noſtrorum boum cornibus differt, hæc ſtudioſè conquiſita ab labris argento circuncludunt, atque in ampliſſimis epulis pro poculis vtuntur.

Vrorum cornua.

lib. 6. cap. 1

Germanorum mores

Druidæ.

De moribus quoque hominum ac cultu idem auctor in eodem libro hæc refert. Germani (ait) multum à conſuetudine Gallorum differunt. Nam neque Druides (quos nos ſacerdotes vel diuinos vates poſſumus vocare) habent, vt illi qui rebus diuinis præſunt, neque ſacrificiis ſtudent. De Deorum numero eos ſolos ducunt quos cernunt, & quorum apertè operibus iuuantur, Solem ſ. & Vulcanum & Lunam. Reliquos nec fama
« acceperunt. Vita omnis in venationibus, atque in ſtudiis rei militaris
« conſiſtit. Ab paruulis labori ac duritiæ ſtudent. Qui diutiſſimè impuberes permanſerunt, maximam inter ſuos laudem ferunt: Hoc alij ſtaturam

alij

alij vires, neruóſque confirmari putant. Intra annum verò viceſimum fœminæ notitiam habuiſſe, in turpiſſimis habent rebus. Cuius rei nulla eſt occultatio: quòd & promiſcuè in fluminibus perluuntur, & pellibus aut paruis Rhenonum (id eſt nomen animalis) tegumentis vtuntur, magna corporis parte nuda. Agriculturæ non ſtudent: maiórque pars eorum victus in lacte, caſeo, carnéque conſiſtit: neque quiſquam agri modum certum, aut fines habet proprios. Sed magiſtratus ac principes in annos ſingulos gentibus cognationibúſque hominum qui vna coierunt quantum & quo loco viſum eſt agri attribuunt: atque poſt annum alio tranſire cogunt. Eius rei multas afferunt cauſas: ne aſſidua conſuetudine capti, ſtudium belli gerendi agricultura commutent: ne latos fines parare ſtudeant, potentioréſque humiliores poſſeſſionibus expellant: ne accuratius ad frigora atque æſtus vitandos ædificent: neque oriatur pecuniæ cupiditas, qua ex re factiones diſſentionéſque naſcunur: vt animi æquitate plebem contineant, cùm ſuas quiſque opes cum potentiſſimis æquari videat. Ciuitatibus maxima laus eſt, quàm latiſſimè circum ſe vaſtatis finibus ſolitudines habere. Hoc proprium virtutis exiſtimant expulſos agris finitimos cedere, neque quenquam propè audere conſiſtere. Simul hoc ſe fore tutiores arbitrantur, repentinæ incurſionis timore ſublato. Cum bellum ciuitas aut illatum defendit, aut infert, magiſtratus qui ei bello præſint, vt vitæ necíſque habeant poteſtatem deliguntur. In pace nullus eſt communis magiſtratus: ſed principes regionum atque pagorum inter ſuos ius dicunt controuerſiáſque minuunt. Latrocinia nullam habent infamiam quæ extra fines cuiuſque ciuitatis fiunt: atque ea iuuentutis exercendæ ac deſidiæ minuendæ cauſa fieri prædicant. Atque vbi quis ex principibus in conſilio dixerit, ſe ducem fore qui ſequi velint profiteantur: conſurgunt hi qui & cauſam & hominem probant, ſuúmque auxilium pollicentur atque multitudine collaudantur. Qui ex his ſecuti nõ ſunt, in deſertorum ac proditorum numero ducuntur: omniumque his rerum poſtea fides derogatur. Hoſpitem violare fas non putant: quique qua de cauſa ad eos venerint ab iniuria prohibent, ſanctóſque eos habent, hiſque omnium domus patent, victúſque communicatur. Ac fuit antea tempus cum Germanos Galli virtute ſuperarent: vltro bella inferrent: propter hominum multitudinem agríque inopiam trans Rhenum colonias mitterent. Hactenus de Germania, quæ in veteribus reperire potuimus pandere curauimus: nunc de Gallia dicendum.

Galliam omnem in quatuor prouincias Oroſius hoc modo diuidit. Gallia, inquiens, Belgica habet ab oriente limitem fluminis Rheni & Germaniam: ab Euro Alpes Penninas: à meridie prouinciam Narbonenſem: ab occaſu prouinciam Lugdunenſem: à Circio oceanum Britannicum: à Septentrione Britanniam inſulam. *De Gallia quadripartita vel tripartita diuiſione. Gallia. Lib. 1.*

Gallia Lugdunenſis ducta per longum, & per anguſtum inflexa, Aquitaniam prouinciam ſemicingit. Hæc ab oriente habet Belgicam: à meri- *Cap. 2. Lugdunenſis.*

diė partem prouinciæ Narbonēſis, quà Arelas ciuitas ſita eſt: & mari Gallico Rhodani flumine accipitur.

Narbonenſis. Narbonēſis prouincia pars Galliarum habet ab oriente Alpes Cottias: ab occidente Hiſpaniam: à Circio Aquitaniam: à ſeptentrione Lugdunēſem: ab Aquilone Belgicam Galliam: à meridie mare Gallicum, quod eſt inter Sardiniam & inſulas Baleares habens in fronte, quà Rhodanus fluuius in mare exit, inſulas † Stichadas. *† al. Stœchadas.*

Aquitania. Aquitanica prouincia obliquo curſu Ligeris fluminis, qui ex plurima parte terminus eius eſt, in orbē agitur. Hæc à Circio oceanum qui Aquitanicus ſinus dicitur: ab occaſu Hiſpanias habet: à Septentrione & oriente Lugdunenſem: ab Euro & meridie Narbonenſem prouinciam contingit.

Iulius verò Cæſar, qui cum eiuſdem terræ incolis decennio bellum geſſit, concordante ſecum Plinio multíſque aliis philoſophis, tres tantum vult eſſe prouincias. Cuius nos ſcripta eodem quo ipſe vſus eſt hic inſerimus ordine: aliqua tantummodo, quæ ille in aliis ſuæ hiſtoriæ locis de ciuitatibus ſiue fluminibus dixit, ſeu quæ Plinius aliter ac ille ſenſit, interponentes. *lib. 1. cap. 1.*

De Gallia ſecundum Iuliū Cæſarem. Gallia eſt omnis diuiſa in partes tres, quarum vnam incolunt Belgæ, aliam Aquitani, tertiam qui ipſorum lingua Celtæ, noſtra Galli appellantur. Hanc quoque partem Plinius Lugdunenſem Galliam eſſe aſſerit. Hi omnes lingua, inſtitutis, legibus inter ſe differunt. Gallos Lugdunenſes ab Aquitanis Garomna flumen, à Belgis Matrona & Sequana diuidit. Horum omnium fortiſſimi ſunt Belgæ: propterea quòd à cultu atque humanitate prouinciæ longiſſimè abſunt, miniméque ad eos mercatores ſæpe commeant, atque ea quæ ad effœminandos animos pertinent important: proximíque ſunt Germanis, qui trans Rhenum incolūt, cum quibus continenter bellum geruut. Qua de cauſa Heluetij quoque reliquos Gallos virtute præcedunt, quòd ferè quotidianis præliis cum Germanis contendunt, cùm aut à ſuis finibus eos prohibēt, aut ipſi in eorum finibus bellum gerunt. Hi vna ex parte flumine Rheno latiſſimo atque altiſſimo continentur: qui agrum Heluetium à Germanis diuidit. Altera ex parte monte Iura altiſſimo, qui eſt inter Sequanos & Heluetios. Tertia lacu Lemanno & flumine Rhodano, qui prouinciam noſtram ab Heluetiis diuidit. *li. 4. ca. 18.* *Belgæ.* *Heluetij.* *Hodie Mons S. Claudij.*

Celtica. Galliæ vna pars, quam eos qui ſpecialiter Galli dicuntur obtinere dictum eſt, initium capit à flumine Rhodano: continetur Garonna flumine: oceanum in finibus Belgarum attingit, etiam ab Sequanis & Heluetiis flumen Rhenū vergit à ſeptentrione. Vrbes in ea multæ ac opulentæ. Sed ex his præcipuæ ſunt noſtróque æuo plus cognitæ: Lugdunum, Cabillonis, Heduáque & Auguſtidunus, Senonis, Antiſſiodorus, Meldis, Trecas, Pariſius, Carnotū, Gennabus vbi nunc Aurelianis, Rhotomagus, Ebroas, Oximus, Cenomannis, Lixouium, Nannetis, Redonis, Venetus, Abrincatina, Andus quæ & Andegauis, Turonis, Biturigęs, Niuedunus, quam quidam

quidam Niuernis eſſe putant. Harum Auguſtidunus & Senonis magnæ antiquitus apud Gallos fuere auctoritatis atque potentię. Adeo vt vna earum. i. Auguſtidunus, quam Iulius Heduam nominat, amicitiam populi Romani amplectendo, toti penè Galliæ nixa fauore principata ſit. Porrò Senonis viribus confiſa ſuis, ipſam Romam orbis caput obſidere non pertimuerit, quam & cepit. Vrbs verò Biturica atque Turonica, ſecundum Oroſij diffinitionem, qui Aquitaniam à flumine Ligeri vſque ad Pyrenæos determinat mótes, quamque moderni ſequuntur non in Celtica Gallia, ſed magis in Aquitanica ſunt prouincia. Flumina in Lugdunenſi Gallia plurima: ſed ex eis præcipua Rhodanus, qui eius ab orientali parte terminus eſt. Quòd autem verbis Iulij poſuimus, qui prouinciam noſtram ab Heluetiis diuidit, terram illam intelligimus quæ hoc nomine proprio ſortita eſt. Deinde Araris qui per fines Heduorum & Sequanorum incredibili lenitate in Rhodanum influit: ita vt oculis in quam partem fluat iudicari vix poſſit. Quod nos quoque perſpeximus, ac admirati ſumus tantæ magnitudinis fluuium tam tardo motu profluẽtem. Poſt eum extat Liger qui terram illam quæ inter illum & Sequanam iacet penè inſulam efficit. Syluæ multæ: ſed eminentior cæteris Perticus. Et hoc quidem de Gallia Celtica quæ & Lugdunẽſis vocatur. Nunc de Belgica prouincia videamus. *Senones.* *Aquitania.* *Lugdunẽſis.* *Araris.*

¶ Belgæ ab extremis Gallię finibus oriuntur. Pertinent autem ad inferiorem partem fluminis Rheni, ſpectántque in ſeptentrionem & orientem ſolem. Vrbes eius inclytæ ac famoſæ, Colonia Agrippina, Tungris, Treueris, Metiſque, & Mediomatricum, Remis, Laudunus, Sueſſionis, Ambianis, Viromandus, Beluagus, Atrabatum, Lingonis & pagus Heluetiorum, quem nunc Alamanni incolunt. Eius prouinciæ fluuij. Scaldus, Matrona atque Moſa profluens ex monte Voſego, qui eſt in finibus Lingonum, & parte quadam ex Rheno recepta quæ appellatur Vacculus, vulgò autem dicitur Vualis, inſulam efficit Batauorum, quæ ruſtico ſermone vocatur Battua. Alter fluuius eſt apud Belgas Axona, vltimos Remorum fines præterfluens. Sylua quoque Ardenna, quæ eſt totius Galliæ maxima, atque à ripis Rheni finibúſque Teruerorum millibus amplius quingentis in longitudinem patet. Hæc de Belgis ſatis dixiſſe ſit, dummodo de Aquitania, quæ digna ſunt memoriæ tradantur. *Belgica.* *Ardenna.*

Aquitania, vt Plinio atque Iulio videtur, à Garonna flumine vſque ad Pyrinæos montes, & ad eam partem quæ eſt ad Hiſpaniam pertinet, ſpectat inter occaſum ſolis & ſeptentrionem. Plus tamen hoc tempore determinatio Oroſij ſuperius à nobis declarata tenetur: ſecundum quam traditionem in Aquitantia continentur vrbes egregiæ: Narbona, Arunnias, quæ nunc Clarus mons vocatur, Cadurx, Toloſa, Gaualis, Rotenus, Lemouis, Petragorica, Pictauis, Burdegalis, Sanctona, & Engoliſma. Fluuij quoque haud parui nominis in eadem ſunt prouincia: † Helauer qui non multo minor Ligeri eius excipitur alueo. Dordonia etiam qui ex monte qui Doꝛ dicitur, & eſt in finibus Aruernorum duobus ſca- *Plin. li. 4. cap. 17.* *Aquitania.* *† Vulgo. Alier.*

curiens fontibus, quorum vni nomen eſt Dor, alteri Donia: qui haud procul à monte ipſo coniunguntur, in Garonnam influit. Denique Aquitania dicta eſt eo quòd præ cæteris prouinciis fontibus, fluminibúſque exuberet. Eſt in ea ſylua vocabulo Lecenna non contemnendæ magnitudinis Biturigibus atque Aruinnis confinis: in qua vſque hodie oſtenditur lapidea domus Brunichildis reginæ quondam Francorum, amœno ſatis, vt nos quoque aſpeximus, ſita loco. Nam fluuiolus eam præterfluens, irrigua à latere efficit prata: meſſéſque à fronte oppoſitæ cinguntur ſylua venationi congrua. Has omnes prouincias dum Franci occupaſſent, in duas tantummodo partes diuidentes, eam quæ ſeptentrionem verſus tenditur & inter Moſam & Rhenum eſt Auſtriam: illam verò quæ à Moſa ad Ligerim vſque pertingit, Neuſtriam vocauerunt. Pars tamen Lugdunenſis Galliæ, quam Burgundiones occupauerant, Burgundiæ nomen retinuit. Aquitania quoque auitum non eſt dignata nomen mutare.

His de ſitu Germaniæ vel Galliæ, prout in libris veterum inueſtigare potuimus oſtenſis, nunc quæ Iulius de antiquorum conſuetudine vel moribus ſenſerit Gallorum, ipſius explicemus verbis.

De conſuetudine vel moribus Gallorum. Lib. 6. cap. 2.

Ait ergo: In omni Gallia eorum hominum, qui aliquo ſunt numero atque honore, genera ſunt duo. Nam plebs penè ſeruorum habetur loco: quæ nihil audet per ſe: nullo adhibetur conſilio. Plærique cum aut ære alieno aut magnitudine tributorum aut iniuria potentiorum premuntur, ſeſe in ſeruitutem addicunt nobilibus. In hos eadem ſunt omnia iura, quæ dominis in ſeruos. Sed de his duobus generibus alterum eſt Druidum, alterum equitum. Illi rebus diuinis interſunt, ſacrificia publica ac priuata procurant, religiones interpræetantur. Ad hos magnus adoleſcentium numerus diſciplinæ cauſa concurrit: magnóque hi ſunt apud eos honore. Nam ferè de omnibus controuerſiis publicis priuatíſque conſtituunt: Et ſi quod eſt admiſſum facinus, ſi cædes facta, ſi de hæreditate, de finibus controuerſia eſt idem diſcernunt, præmia & pœnas conſtituunt. Si quis aut priuatus aut populus eorum decreto non ſteterit, ſacrificiis interdicunt. Hæc pœna apud eos eſt grauiſſima. Quibus ita eſt interdictum, hi numero impiorum ac ſceleratorum habentur. his omnes decedunt: aditum ſermonémque diffugiunt, ne quid ex cogitatione incommodi accipiant: neque his petentibus ius redditur: neque vllus honor communicatur. His autem omnibus Druidibus præeſt vnus, qui ſummam inter eos habet auctoritatem. Hoc mortuo, ſi quis ex reliquis excellit, dignitati ſuccedit: aut ſi ſunt plures pares, ſuffragio Druidum allegitur. Nonnunquam etiam armis de principatu contendunt. Hi certo anni tempore in finibus Carnutum (quæ regio totius Galliæ media habetur) conſidunt in loco conſecrato. Huc omnes vndique qui controuerſias habent conueniunt: eorúmque iudiciis decretíſque parent. Diſciplina in Britannia reperta, atque inde in Galliam tranſlata eſſe exiſtimatur. Et nunc qui diligentius eam rem cognoſcere

volunt

volunt, plerunque illò diſcendi cauſa proficiſcuntur. Druides à bello abeſſe conſueuerunt: neque tributa vna cum reliquis pendunt: militiæ vacationem omniúmque rerum habent immunitaté. Tantis extantibus præmiis, & ſua ſponte multi in diſciplinam conueniuut, & à parentibus propinquíſque mittuntur. Magnum ibi numerum verſuum ediſcere dicuntur. Itaque annos nonnulli xx. in diſciplina permanent: neque fas eſſe exiſtimant ea literis mandare: cùm in reliquis ferè rebus publicis priuatíſque rationibus, Græcis literis vtantur. Id mihi duabus de cauſis inſtituiſſe videntur: quod neque in vulgum diſciplinā efferi velint, neque eos qui diſcunt, literis confiſos, minus memoriæ ſtudere. quod ferè pleríſque accidit, vt præſidio literarum diligentiam in prædiſcendo ac memoriam remittant. In primis hoc volūt perſuadere, non interire animas, ſed ab aliis poſt mortem tranſire ad alios: atque hoc maximè ad virtutem excitari putant, metu mortis neglecto. Multa præterea de ſyderibus ac eorum motu, de mundi ac terrarum magnitudine, de rerum natura, de Deorum immortaliū vi ac poteſtate diſputant & iuuentuti tradunt.

Alterum genus eſt equitum. hi cùm eſt vſus atque aliquid bellum incidit (quod ferè ante Cæſaris aduentum quotannis accidere ſolebat: vt aut ipſi iniurias inferrent aut illatas propulſárent.) omnes in bello verſantur: atque eorum vt quiſque genere copiíſque ampliſſimus, ita plurimos circum ſe ambactos clientéſque habet. Hanc vnam gratiam potentiámque nouerunt.

Natio eſt omnium Gallorum admodum dedita religionibus: atque ob eam cauſam, qui ſunt affecti grauioribus morbis, quíque in præliis periculíſque verſantur, aut pro victimis homines immolant, aut ſe immolaturos vouent: adminiſtríſque ad ea ſacrificia Druidibus vtuntur: quòd pro vita hominis non niſi vita hominis reddatur, non poſſe deorum immortalium numen placari, arbitrantur: publicéque eiuſdem generis habent inſtituta ſacrificia. Alij immani magnitudine ſimulacra habent: quorum contexta viminibus membra viuis hominibus complēt. Quibus ſuccenſis circumuenit flāma: exanimātur homines. Supplicia eorū qui in furto, aut in latrocinio, aut aliqua noxa ſunt cōprehenſi gratiora diis immortalibus eſſe arbitrantur: ſed cùm eius generis copia deficit, etiam ad innocentiū ſupplicia deſcendunt. Deū maximè Mercurium colunt: huius ſunt plurima ſimulacra. Hunc omnium inuentorem artium ferunt: hunc viarum atque itinerum ducem: hunc ad quæſtus pecuniæ mercaturáſque habere vim maximam arbitrantur. Poſt hunc Apollinem, & Martem, & Iouem, & Mineruam. De his eandem ferè quam reliquæ gentes habent opinionem: Appollinem morbos depellere: Mineruam operum atque artificiorum initia tradere: Iouem imperium cæleſte tenere: Martem bella gerere. Huic, cùm prælio dimicare conſtituerunt, ea quæ bello ceperint plerunque deuouent quæ ſuperauerint animalia capta immolant, reliquáſque res in vnum locum conferunt. Multis in ciuitatibus, harum rerum extructos tumulos locis

Religio Gallorum.

Deus Gallorum præcipuus Mercurius

conſecratis conſpicari licet. Namque ſæpe accidit vt neglecta quiſpiam religione aut capta apud ſe occultare, aut poſita tollere auderet: grauiſſimúmque ei rei ſupplicium cum cruciatu conſtitutum eſſet.

Gallorum origo. Galli ſe omnes à Dite patre prognatos prædicant: ídque ab Druidibus proditum dicunt. Ob hanc cauſam ſpatia omnis temporis, non numero dierum, ſed noctium finiunt: dies natales & menſium & annorum initia ſic obſeruant, vt noctem dies ſubſequatur. In reliquis vitæ inſtitutis in hoc ferè à reliquis differunt: quòd ſuos liberos niſi cùm adoleuerint, vt munus militię ſuſtinere poſſint, palam ſe adire non patiuntur: filiúmque puerili ætate in publico in conſpectu patris aſſiſtere turpe ducunt. Viri quantas pecunias ab vxoribus dotis nomine acceperunt: tantas ex ſuis *Gallorum ritus* bonis, æſtimatione facta, cum dotibus communicāt. Huius omnis coniunctim pecuniæ ratio habetur, fructúſque ſeruantur: & vter eorum vita ſuperauerit, ad eum pars vtriuſque cum fructibus ſuperiorum temporum peruenit. Viri in vxores ſicuti in liberos, vitæ necíſque habent poteſtatem. Et cùm paterfamilias illuſtriore loco natus deceſſit, eius propinqui conueniunt: & de morte, ſi res in ſuſpicionem venit, de vxoribus, in ſeruilem modum, quæſtionem habent: Et ſi compertum eſt, igni atque omnibus tormentis excruciatas interficiunt. Funera ſunt pro cultu Gallorum magnifica & ſumptuoſa, & omnia quæ viuis cordi fuiſſe arbitrantur, in ignem inferunt, etiam animalia: ac, paulò ſupra hanc memoriam, ſerui & clientes, quos ab his dilectos eſſe conſtabat, iuſtis funeribus confectis vna cremabantur. Quæ ciuitates commodius ſuam rempublicam adminiſtrare exiſtimantur, habent legibus ſancitum, ſi quis quid de republica à finitimis rumore aut fama acceperit vti ad magiſtratum deferat, néve cum quo alio communicet: quòd ſæpe homines temerarios atque impeditos falſis rumoribus terreri & ad facinus impelli, & de ſummis rebus conſilium capere cognitum eſt. Magiſtratus quæ viſa ſunt occultant: quæque eſſe ex vſu iudicauerint, multitudini produnt. De republ. niſi per conſilium loqui non conceditur.

De alijs Gallorum inſtitutis. Item idem ipſe alio in loco inquit. Eſt hoc inquam Gallicè conſuetudinis, vt & viatores etiam inuitos conſiſtere cogant, & quid quiſque eorum de quacunque re audierit, aut cognouerit quærant: & mercatores in oppidis vulgus circunſiſtat, quibúſque ex regionibus veniant, quáſque ibi res cognouerint pronunciare cogant. His rebus atque auditionibus permoti, de ſummis ſæpe rebus conſilia ineunt: quorum eos è veſtigio pœnitere neceſſe eſt, cùm incertis moribus ſeruiant, & plerique ad voluntatem eorū ficta reſpondeant. His de libro Iulij ſententiis antepoſitis, nó videatur lectori oneroſum, duorum clariſſimorum exempla ſubnectere virorum Oroſij atque Salluſtij de virtute prolata Gallorum. Quamuis enim id præfatio non ſpoponderit ſe acturam: tamen congruū æſtimatum eſt, duorum aut trium teſtimonia inſerere: vt dum eorum virtus magna fuiſſe docetur, maior fortitudo Francorum qui eos vicerūt fore declaretur. Ait denique Oroſius. Quotieſcunque, inquiens, Galli exarſerunt

exarſerunt contra Romanos, ſcilicet totis opibus ſuis ita Roma detrita eſt: vt ſub præſenti nunc concurſione Gothorum, magis debeat meminiſſe Gallorum. Ideo verò præſentem dicit concurſionem Gothorum: quia eius temporibus Gothi primum Romam ceperunt: quos poſtea Franci vicerunt, vt in ſequentibus declarabitur. Salluſtius autem ita ſcribit: Per idem tempus (haud dubium, quin quo bellum contra Iugurthā à Romanis gerebatur) à ducibus noſtris, Quinto Scipione & Memmio Manlio, aduerſus Gallos malè pugnatum eſt. Quo metu omnis Italia contremuerat. Illíque & vſque ad noſtram memoriam Romani ſic habuere, Alia omnia virtuti ſuæ prona eſſe: cum Gallis pro ſalute non pro gloria certari.

Explicit præfatio.

PROŒMIVM.

REgnum Francorum, antiqua Troianæ gentis proſapia nobilitatum, cum virorum ferocis corporis animíque virtute, tum maximè Regum excellentiſsima ſemper viguiſſe potentia, luce clarius conſtat. Quæ pro certo natio licet eo quo cenſetur nomine præferox eſſe cognoſcatur, manſuetudinis tamen eius inſignia adeo elucene, vt rebellium colla hoſtium non tam vindici ferire mucrone, quàm ſibi ſubiicere maluerit. Verum, vt diximus, cum regnum præcellentiſsima floruerit auctoritate, virorúmque prævalida animoſitate, non tam finium ampliare ſpacia ſuorum, quàm exterarum ſibi acquirere ſtuduit dominationem gentium. Viuidam namque bello dextram præferens, & parcere norat ſubiectis, & debellare ſuperbos. Quæ non immeritò domina euaſit multarum nationum: dum non diu paſſa eſt ſemet idololatriæ ſeruire dæmonum. Nam creatori potius quàm creaturæ ſubdi rectius ducens, ipſa (vt ita dictum ſit) ſui primordia regni Chriſto auſpice cœpta, cultui ipſius dedicare maluit. Hinc ad altiora ſe ſubrigens, catholicæ fidei norma, ardentius vſa deſiderio, ea cum regni terminis, vt dilataretur, ardenter effecit. Rerum verò ſecundarum proceſſu excitata, impetum non refrænabat ſuum: ſed adiungere ſibi finitimos bello coactos haud quaquam diſsimulandum arbitrabatur: donec Alamannorum gens, dominationis iugum ferre detrectans, bellum immanè excitauit. Quod quidem rex inclytus Clodoueus, qui quintus regum, ipſius gentis, regnũ tenebat, ſolerter ad victoriam vſque perduxit. Sed hîc proprio digeſta reſcrentur in loco. Nunc hiſtoriæ ordo texatur.

LIBER

LIBER PRIMVS DE GESTIS FRANCORVM: ET PRIMO DE TROIANORVM DISPERSIONE.

Caput primum.

A POſt triumphum victoriæ quam Græci de excidio egerunt Troiæ, multi ciuium euerſæ vrbis, qui effugere cladem potuere necis, quaquauerſum poterant, ſedes ſibi quęrere procurabant. Eorum quidem Antenor nomine non infimus genere, adiuncta ſibi ſociorum numeroſa multitudine, nauibus altum petiit mare. Tandem poſt magnos pelagi varióſque labo-
B res, Tanais ingreſſi oſtia fluminis, Meotides tranſmeantes paludes in finibus Pannoniorum caſtrametati ſunt. Adridente autem eis locorũ amœnitate, ſtationem inibi conſtituerunt ſuam: ædificata ciuitate, quam Sicambriam vocauerunt. Poſt multorum verò curricula temporum, contra Valẽtinianum, qui Romani tenebat imperij principatum, Alanorum gens contumax, rebellauit audacia perfidorum. Quos ille prælio ſuperatos, Meotidis coegit expetere latibula paludis. Illuc quoque eos cum ex- *Sicambria.*
C ercitus multitudine inſecutus, dum ſitu & difficultate locorum, quo minus eis nocere poſſet impediretur, Troianos Sicambriam habitantes in auxilium euocat. Hos hortatur, monétque vt ſuis tantummodo viam pandant, per quam ſecuros hoſtes & nil tale verentes inuadendo opprimant. Illi non id ſolum ſe facturos, verùm ſe Alanos hinc expulſuros ſpódent. Imperator decennio eis tributa, ſi id efficiant, indulget. Troiani fiducia animati, quòd forent gnari locorum, ſimul & munerũ promiſſio-
D ne allecti, Alanis locorum firmitate fidentibus, ex improuiſo ſuperueniũt: cædũt proſternũntque multos mortales: cæteróſq; in fugam actos à palude perturbant. Imperator virtutem gentis audaciámque miratus, (quòd loca, quæ totius orbis victores Romani expauiſſent, non ſolum intrare, verum & immaniſſimos hoſtes expellere non dubitaſſent) Attica lingua Francos. i. feroces nuncupauit. *Sicambri in decẽniũ tributo leuati, vt Alanos ex pellant.* *Franci à ferocitate nuncupati.*

De Francorum appellatione altera opinio. CAP. II. E

QVidam verò auctores referunt, quòd à Francione rege vocati ſunt Franci: dicentes quòd digreſſi à Troia regem ſibi Frigam nomine conſtituerint: ſub quo inquiunt eis Aſiam peruagantibus, quædam ex ipſis pars inter Macedones ſortem habitationis, accepit. Quorum viribus aucti Macedones, quanta ſub Philippo & Alexandro regibus bella geſſerint proſpera perſpicuū habetur. Porrò reliqua portio cum præfato principe, Europæ partes adiit: & inter oceanum & Thraciam ſuper littora Danubij conſedit. Quæ duobus à ſe electis regibus, in duarum ſe diuiſit nomina gentium. Et vna quidem natio Torgorum à Torgoto rege: alia verò à Francione, Francorum adepta nomen eſt: quæ Alanos vt diximus à Meotidis expulit paludibus. F

aliâs Torchorum & Torchoto.

De Francorum antequam in Galliam venerint geſtis. CAP. III.

Sicambri, qui poſtea Franci dicti ſunt, tributum ſibi in decennium duntaxat dimiſſum, poſtea ſoluere imperatori renuunt.

DEcennio ſanè exacto miſit imperator, qui conſueta, de gente Francorum, exigerent tributa. Illi pretio ſui ſanguinis eo leuatos fatentur: ſéque vectigal non ſoluturos, pro quo remittendo mortis diſcrimē perpeſſi forēt. His indignatus Cæſar ſuorū inſtruit aciē: quæ & viribus foret exercita, & tantæ genti obuiam ire parata. Nec morati obuiam eūt Franci Romanis, pugna in manibus, nec comperendinata, quamuis vni genti, aduerſus plures gentes, prælio decertandum foret. Franci ſanè robur aliarum nationum Romanis ſubſidio veniſſe conſpicati, cedendum ſibi loco vtilius æſtimantes, Sicambriam egreſſi, ripas Rheni fluminis occupauerunt. G Duces autem ſibi Marchomirum Sunnònem & Genebaudum, poſt funus memorati regis Francionis eligentes, plurima Germanorum oppida peruaſere. Quorum quidem numerus, cum primo digreſſionis ſuæ ab Aſia tempore, vix ad duodecim milia armatorum æſtimaretur: in tantam coaluit innumeroſitatem, vt ipſis etiam Germanis, proceritate & virtute corporum præminentibus, formidini eſſet. Quos tempore Theodoſij Nannius & Quintinus magiſtri militum, collecto exercitu, Germania pellere moliti ſunt. Quos prima quidem acie ſuperaſſe ſibi viſis, poſtmodum tamen cum maiores copias, iunctis ſibi Heraclio ac Iouiniano Romanæ militiæ principibus, adſciuiſſent: cōmiſſa pugna tantam ex Romanis Franci ſtragem, fugatis Heraclio ac Iouiniano, ediderunt: vt cunctis in circuitu nationibus hæc audientibus terrorē ſuæ virtutis incuterent. H Nec fuit in reliquum gens, quæ Francos iure belli ſub iugo redigeret tributi.

Sanè Arbogaſtes eiuſdem gentis comes, ad Romanos ſe contulit: & victus bello à Francis primo congreſſu aufugit. Poſtmodum tamen inita denuo pugna non paruam multitudinem manu fudit, cum reſiduis verò pacem firmauit: vti in vita beati Ambroſij plenius inueniri valet.

Stupri vindicta Treuerū prodit aduerſariis.

Treuerorum vrbem Franci, factione Lucij conſularis, eodem tempore peruaſerunt. Qui videlicet Lucius indignatione commotus, eo quod cognouiſſet

A cognouiſſet ab Auito Galliarum Auguſto vxorem ſuam ſtupro maculatam, atque cauillando ſibi audiſſet eum dicentem, quòd calidas quidem haberet thermas, ſed ipſe frigido lauaretur, iſta perpetrauit.

De Faramundo primo Francorum rege. Cap. IIII.

REgem verò, cæterarum more nationum, Franci ſibi eligentes Faramundum Marchomiri filium ſolio ſublimant regio. Cui filius ſucceſſit Clodio crinitus. Illo in tempore Francorum reges criniti habebantur. Finitimos itaque bello laceſſendo Thoringorum, qui Germaniæ incolunt fines, depopulantes, caſtellum quoddam Disbargum nomine occupant, in quo rex Clodio ſedem ſui conſtituit regni.

Prima ſedes Regni Sicambrorum francorum.

B *De Ro. Imperij excidio & Francorum incremento, ſub Clodio aut Clodione rege.* Cap. V.

EO in tempore, Romano Imperio à ferrea firmitate in teſtaceam decidente fragilitatem, Burgundiones Lugdunenſem, Gothi Aquitanicam peruaſerant prouinciam: eaque tantum pars Galliarum Romanæ ſuberat ditioni, quam Rheni fluenta ac amnis Ligeris determinant. Rex autem Clodio, anguſtos regni fines dilatare cupiens, exploratores à Disbargo trans Rhenum dirigit: & ipſe cum exercitu ſubſecutus Cameracum ciuitatem obſidens expugnauit & cepit. Carbonariam ſyluam ingreſſus Tornacum vrbem obtinuit: & quoſcumque Romanorum obuios habuit neci tradidit.

Alludit ad ſtatuã Nabuchodonoſoro in ſomnis oſtenſã: cuius pedes Rom. imperium ſignificantes partim ferrei, partim fictiles erant. Danielis 2.

C

De Meroueo Rege. Cap. VI.

POſt hæc Clodione rege vita decedente, Meroueus eius affinis, regni Francorum gubernacula ſuſcepit. Regnauit autem Clodio per xx. annorum curricula. Qua tempeſtate etiam Huni Rhenum tranſeuntes, Metis ciuitatem concremant, Treuerim diripiunt, Tungrenſe deuaſtant territorium. Ita per totam Galliam ſæua bellorum exardeſcebant incendia. Vbique luctus, vbique dolor, & plurima mortis imago. Aurelianenſem quoque adeuntes vrbem obſidione claudunt: & ne quis tutè egrediatur, portis cuſtodia vallatis, ſtudioſo conamine prouident. Erat tunc temporis eiuſdem ciuitatis præſul, virtute admirabilis, Anianus. Cu-
D ius meritis & orationibus, immaniſſimas Hunorum phalanges omnipotentia Chriſti ita protriuit: vt quibus profugi habitãt in terris, hucuſque ſit incognitum.

S. Anianus epiſc. Aurel.

De Childerico rege. Cap. VII.

MEroueo autem rege Francorum hac luce caſſo, Childericus filius eius ſolio ſublimatur regio. Huius regni primordia quibúſque bonis deteſtanda fuere. Hic namque contra Francos primum nequiter agens, cùm filias nobilium inceſto contaminare non deſiſteret, regno eiicitur. Qui expulſus, regem Thoringorum Biſſinum nomine expetiit,

tutam ſibi apud eum latebram fore autumans: nec ſpe ſua fruſtratus eſt. E
Nam cũcto exilij ſui tempore cum rege conuerſatus, honorifico apud eũ loco habitus eſt. Erat ei quidam è Francorum proceribus familiaritatis vinculo colligatus, nomine Vuinomadus: cuius ille omnia agebat conſilio, dum adhuc regni potiretur ſceptro. Hunc ergo euocans, animoſitatem Francorum ſeſe regno pellere minitantium edicit: quid facto opus ſit conſulit. Ille iræ eorum cedendum ſuadet: ne ſi permanendum putaret, augeret potius odium quàm minueret: humani dicens eſſe ingenij morem præſentiæ alicuius inuidere: abſentiæ compati. ſe interim dum ille quoquo locorum immoratur, animos gentis pertentaturum pollicetur, perſuaſurúmque vt cum eo in gratiam redeant. Diuidénſque aureum, ſibi medium retinet, mediumque illi confert, dicens: Suſcipe me- F
diam huius aurei partem: & ſi quidem Francos tibi conciliare potuero, hoc tibi erit ſignum. Dum hanc tibi miſero partem, & conuenire ſibi vtráſque contigerit, animaduertas oportebit eodem modo conuenientia populi ſtudia tibi congruere. Reditum ergo ad patriam accelerabis tuam: vt regnum quo nunc priuaris recipias. Poſt hæc verba Childericus Thoringam, vt prælibatum eſt, petiit. Franci verò immemores iniuriarũ quas romanis intulerant, Egidiũ patricium, qui à Romanis tuendæ Galliæ curam ſuſceperat, regem ſibi ſtatuunt. Cæca mens hominũ, cum ſibi putare conſulere, cui ipſe mala non deſinit irrogare. Nam quo pacto is benè illis conſultum vellet: cuius agros igne, populum gladio, vrbes vaſtatione protriuerunt? Vuinomadus ſanè verſuta callens aſtutia, G
& ad quæ animum intenderat efficere ſatis promptus, in breui amicitiæ Egidij inhæſit. Cui ille, familiariſſimum ſibi æſtimans amicorum, ſe ſuáque omnia credebat conſilia. Vuinomadus itaque, præſentiſcens Francorum ei ſuſpectam fore potentiam, cumulare & ipſe verbis, quibus poterat inuidiæ ſimultates nõ ceſſabat. Suadet ergo tributi onere eos opprimi oportere. Sed perpẽdẽs hac eos iniuria nõ flecti, qui vt cœperant odio Childericum, honore Egidium dignum acclamarent, Egidio ſic locutus eſt. Ita, inquit, Francorum frangere quibis contumaciam, ſi aliquos potentium gladio peremeris. Egidius id illi committit negotij. Vuinomadus oportunam nactus occaſionem, quos infeſtiores fuiſſe Childerico cognouerat, criminibus inſimulatos, Egidio mittit puniendos: ille, vt reos imperialis maieſtatis, gladio puniri iuſſit. Hac regis immanitate H
permoti Franci, Vuinomadum ab hoc conſilio immunem æſtimantes, querelam ei ſuam depromunt. Ille mirari ſe dicit variam eorum mutabilitatem mẽtium: vt de eius nunc crudelitate querantur, quem tanto antè præconio dignum iudicauiſſent. Simúlque hac eos oratione conuenit. Quæ, inquit, dementia veſtris veſanis inſedit animis: vt expulſo ciue, dominatui vos ſuperbi ſubderetis aduenæ? Sed dicturi eſtis infrænatam eius luxuriam vobis pudori fuiſſe. Vt quid ergó de huius feritate cauſamini, quem illi præferendum æſtimauiſtis? Spreuiſtis regem veſtra de gente creatum: qui benignus natura, benignior etiam abolita potuit eſſe

laſciuia

A laſciuia: & elegiſtis tyrannum ob hoc, vel maximè pertimeſcendum, quòd genus externa habeat natione deductũ. Animalia ſanè ratione caſtia, ſui potius quàm externi dominum expetunt generis: ſolis ciconiis alieni duces placent ſanguinis: quæ ventri deditæ aliarum ſe tuentur periculo auium. Verùm ſi conſiliis decreuiſtis parére meis, redeundum in gratiam cenſeo: & placandum principis animum expulſione offenſum. Durum certè iudico vnius non poſſe perpeti luxuriam: & tantorum perferre nobilium perditionẽ ciuium. His illi animati verbis, ſimul & atrocitate facti permoti, quod primores regni peſſundari videbant, Vuinomado dixerunt: Pœnitet nos iniuriarum proprio regi illatarum: quem ſicubi gentium inueniri poſſe ſciremus, ſupplices legatos mitteremus B exoratum, vt ſuum rediret ad regnum. Ille conuenientia regi Francorum perſentiſcens ſtudia, fidelem per puerum dimidium ei dirigit aureum; cuius partem mediam abeunti dederat in ſignum: legatóque hæc illi dicere iuſſit. Reuertere iam nunc, vt deſideratus dominus: ac vt felix vtere regno tuo. Qua legatione Childericus accepta, ouans patriam repetit: & è medio itineris mittit, qui Vuinomado aduentum nunciet ſuum, & edicat vt ſibi feſtinatò occurrat. Quod ille iunctis ſibi Francorum proceribus maturatò impleuit: & apud Caſtrum, cui nomen Barrũ eſt, ei occurrit. Præceperat porrò præfatus dux Barrenſibus, vt cum ſummo honore regem aduenientem exciperent. Cuius ipſi præcepto parentes, honorificentiſſimè eum obuiam progreſſi, ſuſcepérunt. Quod rex pro omine accepit: gratantérque eorum obſequio vſus, tributum quod regni eius dependebant partibus, liberalitate induſſit regia. Iunctis itaque cum Vuinomado viribus, Childericus inde progreſſus, Egidium acie ſuperatum regno decedere compulit. Qui expulſus Sueſſionem ciuitatem petiit: reliquóque quoad vixit tempore inibi deguit. Eo autem præſenti lumine caſſo, Siagrius filius eius eandem vrbem hæreditario iure poſſedit.

Scilicet corniciem. *Bar.* *Egidius dux Romanorum* *Siagrius, filius eius.*

Childericus verò cum & manu promptus & conſiliis eſſet prouidus, cum Adouagrio Saxonum rege Aurelianis pugnans victor extitit. Quem fuga lapſum Andegauos vſque perſequens, cùm eum non reperiſſet, ipsá vrbé oppugnans cepit: Paulum Romanarum comitem partium interemit. Sicque regni terminos, Aurelianenſem ac demum Andegauenſem vſque ciuitatem dilatare haud ſegniter procurauit.

D

De Baſinæ Thoringorum regis vxoris ad Childericum tranſitu.
Cap. VIII.

Baſina autem Biſſini Thoringorum regis vxor, cognoſcens Childericum paternum recepiſſe regnum, ad eum, priori abiecto viro, ire contendit: Dicebatur autem idem princeps conſuetudinem ſtupri cum ea habuiſſe, dum apud præfatum exultaret regem. Childericus ergo dum ab ea quæreret, qua de cauſa ad ſe venire tantopere curaſſet, hoc ab ea reſponſum accepit. Tua, inquit virtute & modeſtia cognita expetere decreui. Nam ſi vltimi in finibus orbis, te vtiliorem inuenire me ſperaré:

nulla itineris moleſtia impediret, quin eum properanter adirem. Cúmque ab ea rex hæc accepiſſet reſponſa, immemor amicitiæ & beneficioru ab eius viro ſibi collatorum, ipſo ſuperſtite, vt pote paganus, eam ſibi in matrimonium adſciuit. Cùm autem ſecreta iugalis thori ſuperueniſſent ſilentia, mulier virum ammonet à mutua eum debere vacare coniunctione: hortatúrque vt ante fores palatij exeat, & quæ viderit ſibi renunciet. Ille monita mulieris haud aſpernanda arbitratus, dicto paret. Et, ecce, præ foribus aulæ regiæ videt magnarum formas beſtiarum, veluti deambulantium, pardorum, ſcilicet vnicornium atque leonu. Perterritus itaque ad coniugem properat: rem ordine refert. Illa confidere eum imperat, & vt ſecundò ac tertiò id faciat edicit. Reuertenti itaque regi apparent iterum vrſorum luporúmque circumcurſantium imagines. Tertiò quoque egreſſus aſpicit canum figuras, minorúmque animalium ſe inuicé lacerantiu. Stupens igitur, viſionis ignarus, ſtratu repetit: cauſa prudéti fœminæ pandit, & quid iſta portendant ſollicitus explorator exquirit. Namque nó ſe ab ea fruſtra ad hæc intuéda miſſu certò ſciebat. Illa caſtè ſe agere virum ea nocte præmonet: cuncta ſe, ventura luce, declaraturam pollicens. Dum ergo aurea polum facies rutilíque iubar ſolis dié decorarent, ſurgit mulier maritique animum, dubia viſione ſuſpenſum hac reddidit oratione lenitum, Has inquit, mi vir, corde pelle curas: & quæ dicam intenta percipe mente. Etenim non tantum præſentium acta rerum, quantum futurorum, eſt oſtenſum præſagium. Nec te formas animalium, vti ante pedes vidiſti poſitas, dignu eſt perpendere: ſed potius in his poſterorum mores & actus noſtrorum oportet proſpicias. Noſtro namque qui primus ſurget à ſemine, filiíque cenſebitur nomine, inſignis erit potentiæ; quam leonis vel vnicornis conſpexiſti in ſpecie. In figura ſanè lupi ac vrſi ſignantur ipſius poſteri, virtute præualidi rapinæque auidi. At canis libidinis impatiens, nulliúſque virtutis, humana ſine eſſe ope præualens, eorum præſagit ignauiam, qui vltimis in ſeculis huius regni potientur ſceptris. Porrò minorum turba animalium ſemétque inuicé lacerantium, populus eſt ſine timore principum, qui dum regni primoribus mutuo ſeſe odio impugnantibus obſequitur attentius, variis ſeſe implicat cauſarum tumultibus: dúmque proceres alterutris ſeſe moliútur priuare honoribus, illis ignobile vulgus fauédo patet ſine numero cædibus. Hæc mihi, domine rex, tuæ viſionis eſt expoſitio manifeſta, & futuri indicatrix certa. Ita rex poſtpoſita viſionis propriæ mordaci cura, numeroſa venturæ ſuæ prolis lætatus eſt ſe agnouiſſe auſpicia.

Viſio diuerſorum animaliu.

Interpretatio prædictæ viſionis.

E F G H

De Antemij imperio & prodigiis ſub eo. CHAP. IX.

EA tempeſtate, Antemio Romanum gubernante imperium, Leone Conſtantinopolitanum, apud Toloſam Galliæ vrbem è medio eius tota die ſanguis largiſſimo fluxit riuo. Quod prudentes quíque Gothorum, qui eadem regnabant in ciuitate, perditionem, Francorúmque dixerunt

A dixerunt portendere dominationem. His quoque diebus Odoacer, qui Herulis aliíſque nationibus quæ Danubij ripas incolunt imperitabat, victoria elatus, quam Feletheo Rugorum rege bello deuicto adeptus erat, Italiam à parte Pannoniorum inuadere cogitabat. Cúmque fines Noricorum ingrederetur, colloquium cuiuſdam ſerui Dei, nomine Seuerini petiit: qui his in locis monaſterium ſibi conſtruxerat. A quo petita benedictione & impetrata, dum domum egredi vellet, & ſe ad limen oſtij, ne caput offenderet, inclinaſſet, (erat enim ſtatura procerus) hæc ab eodem viro Dei audiuit. Vade Odoacer, vilibus nunc animantium pellibus veſtitus, Italiæ dominus mox futurus. Qua viri Dei prophetia ille audita, Italiam ingreſſus, non vt debuit ſed vt voluit, cædibus ac rapinis cuncta B vaſtauit. Antemio verò imperatore fraude Ricimiri generi ſui interempto, ipſis etiam Romanæ vrbis ſummis arcibus infeſtus minitare cœpit. Qua de cauſa Romani, & maximè Gothi, legatos ad Leonem Conſtantinopolitanum imperatorem dirigunt: oratum vt ſibi aliquis mitteretur principum, per cuius auxilium impetum propulſarent hoſtium.

Huius ſancti Seuerini vitam habes to. 1. Surij de Sanctis, die 8. Ianuarij.

De Theodorici Imperio. Chap. X.

Erat autem quidam inter primores imperialis aulæ, Theodoricus nomine, vir ſpectatæ prudentiæ: cuius pater Theodorus Macedonia genitus, cuiuſdam Idatij patricij dum eſſet famulus, quandam conſeruam ſuam nomine Liliam amare cœpit ardentius. Quod agnoſcens C dominus, coniugis Eugeniæ conſilio vſus, eam illi tradidit coniugem: ſciens eadem de gente eſſe prognatam. Cuius domina, quæ ſe fructu ventris dolebat eſſe priuatam, hæc illi in mandatis dedit: vt quod prima nocte iugalis thori in ſomnis videret, id ſibi nunciare curaret. Ea igitur nocte qua primùm cum viro ſecreta petiit cubiculi ſilentia, videt mulier ab vmbilico ſibi procedere arborem, vſque ad tecta domus, excreſcentem. Terrore viſionis expergefacta, narrat viro viſionem, ſimul & dominæ iuſſionem. Ille mirari viſum: dominæque cœpit laudare præceptum. Sed timens pueri interitum, mutare iuſſit ſomnium, taléque dedit mandatum: Dum inquit, ante dominæ veneris conſpectum, & iuſſa fueris pandere ſomnium, dices vidiſſe te equum & equam pulcherrimos omnium obambulantes, aliúmque paruulum ponè eos ſequentem. Parens illa D verbis viri, refert dominis ficti verba ſomnij. Gratulantur illi pro auſpicio naſcituri pueri, famulos libertate donant: natúmque puerum ſibi adoptant in filium. Poſt hæc, Idatio & eius coniuge vita decedẽtibus, iuſſu Leonis imperatoris Theodoricus caſtris imperialibus miles eſt aſcitus. Qui cùm cæteris proceritate corporis eſſet eminentior, fortitudine quoque membrorum, virtutéque animi erat præſtantior. Vnde ipſi imperatori multíſque ſenatoribus charus habebatur. Venientibus itaque ſupradictis Romanorum Gothorúmque legatis, & propter quæ venerant intimantibus, imperator Theodoricum, patriciatus honore inſignitũ, ad partes direxit Italiæ tuendas. Qui euectu nauali Heſperiam ingreſſus, cũ

Viſio arboris ab vmbilico nupta ancilla procedentis.

Odoacro ad Herulis variis ſucceſſibus bella geſſit. Quadã autẽ vice bello E
deuict⁹, Rauẽnam, fugiẽs, petere eſt coactus. Cui mater Lilia obuiã venit,

Simile exemplum de Perſis Mœdos fugiẽtibus vide apud Iuſtinum lib. 1. & Oroſium lib. 1. cap. 19.

orat vt in bellũ redeat. Cũctanti taliter infit. Mihi crede fili, nõ eſt tuguriũ
quò fugiens te recipere poſſis, niſi alleuem veſtem & eam, ex qua primã
fuſus es in lucem, ingrediaris domum. Quibus verbis irritatus iuuenis,
pudoréque inflammatus, collecta ſuorum, quos ad præſens reperit, par-
ua quidem ſed robuſta manu, ſuper hoſtes irruit: qui ſecuri victoriæ, latè
diffuſi iacebant in campo. Hos ergo circũfuſos ſternit fugátque, ipſúm-
que Odoacrum capit. Quem nõ multò pòſt occidit: omnémque Italiam
à dominatione Herulorum eripuit. Sed hunc eius proſperum ſucceſſum
inuida mutauit fortuna. Nam (ſicut fieri aſſolet, vt bonis virtutis augmẽ-
tum, apud improbos inuidiæ det locum) quidam de ſenatoribus apud
vrbem regiam commanentes, ſecundis Theodorici inuidebant actibus. F
Quapropter derrogare apud imperatorem rebus ab eo optimè geſtis
conati ſunt: adeuntéſque Leonem imperatorem, eius clementiſſimum a-
nimum, ex ſua leuitate alios exiſtimantem, ab amore Theodorici auerte-
re geſtiebant: confingentes velle Theodoricum Heſperiæ arripere re-
gnum. His imperator credulus verbis, eum ab Italia accerſiuit: cuius
Theodoricus parens præceptis, cum nobilibus Gothorum ei Conſtanti-
nopoli occurrit. Delatorum verò verſutia princeps deceptus, ſegregatum
à ſuis Theodoricum interficere cogitabat. Sed huius machinationi, tech-
nis obuiauit Ptolemæus, vir ſenatorij ordinis, prouidus conſiliis. Qui
fidiſſimus amicorum Theodorici dum eſſet, & ab adoleſcentia iure ami-

Oratio Ptolemæi. Fide & pietate Roma ſublimata.

citiæ fœderatus, nulla poterat in eius odium calliditate deflecti. Hic ergo, G
ſubdola aduerſariorum perſentiſcens conſilia, adiit principem, talíque
apud eum oratione vſus eſt. Romani, inquit, gloria nominis quamuis ſit
bellorum ſublimata triumphis: plus tamen decoris emeruit inſignibus
integræ fidei magnificæque pietatis. Maiores quippe noſtri plus ſe alter-
» utrum pietate, quàm hoſtes certabant vincere bellico iure. Præſtantiſſi-
» mum quidem quòd fertur Scipio de Carthagine triumphaſſe: præſtabi-
» lius verò quòd dicitur infeſtiſſimi hoſtis exequiis non ſolùm interfuiſſe,
verùm & funus ipſum ſubiectis vexiſſe humeris. Laudabile quoque Põ-
peium Mitridatis deleſſe copias, ipſúmque ad mortem coegiſſe. Lauda-

Cicero lib. 3. aff. Valer. Max. lib. 9. cap. 2. Gell. lib. 6. cap. 4. Auct. de vir. ill. cap. 40.

bilius etiam Tigranem ſeſe dedentem, terræque ante pedes proſtratum,
ac diadema ſuum ſuper genua eius ponentem, non ſolùm eleuaſſe, verum H
etiam coronam eius capiti impoſuiſſe, ſibíque concedere feciſſe. Quid
mirabilem Reguli conſulis referam fidem, qui maluit inter inimicorum
manus inauditis perire ſuppliciis, quàm iuriſiurandi frangendo fidem
Romæ amantiſſimus viuere ciuis. Nõ ergo ſuſcipias, clemẽtiſſime impe-
rator, eorũ verba, qui decus imperij tui perfidiæ volunt inquinare macu-
la. Quid enim toto dicetur in orbe, ſi præſtantiſſimum ducem tam infan-
diſſima peremeris morte? Sed placeat tibi conſilium meum: & dum pa-
latium intrauerit Theodoricus, cuſtodiæ mancipetur vinctus. Poſt hæc
mittantur ex ſenatoribus aliqui, qui hoc à tua pietate reſponſum referãt

A Gothis: Non, inquit, dimittetur Theodoricus, niſi ſe purgauerit de obiectis criminibus. Placuit ſermo principi cunctóque ſenatui. Mittitur Ptolemæus, cum aliis legatis, hæc nuntiaturus Gothis. Præmiſerat ſanè puerum hæc illis intimaturum: vt eum cum cæteris venientem caperent, & hæc imperatori mandarent: Non remittentur ſenatores, niſi dominũ ſuum receperint Gothorum nobiles. Illi monitis ſibi vtillimis obſecundant: circunuentos ſenatores in vincula coniiciunt. Quare comperta, Cæſar feritatem gentis veritus, ne quid in ſuos crudele agerent, conſultò precauit, & Theodoricum ſaluum Gothis reddidit. Ita prouido amici cõſilio, ad præſens de mortis liberatus eſt periculo. Dum verò Romam reuerſus eſſet, varios eum contigit bellorum habere ſucceſſus. Nam & Auares ſæpe bello deuicit, victúſque ab eis eſt. Quodam autem die, ſupradictos hoſtes prælio ſuperatos fugientéſque totis cædens viis, haud procul
B ab amne, cui Hiſter nomen eſt, caſtra conſtituit, & paucis ſuorum aſſumptis ſpeculatum hoſtes proceſſit: cum, ecce, quidam Auar, Xerſes nomine, itidem tentoria Theodorici exploraturus ſingularis adueniebat. Quem Theodoricus ſolum aduentare conſpicatus, tres è ſuis dirigit qui eum captum ocyus ſibi præſentarent. Quos Auar Xerſes, fugam fingẽs, ſingulatim interemit. Alios quoque tres, pari modo neci tradidit. Tunc Theodoricus, ſociis reformidantibus, eum aggreditur: cum quo diu multúmque decertans, tandem Xerſes brachio vulneratus à Theodorico capitur, atque in caſtris Gothorum vinctus ſtatuitur. Cuius virtutem ſupradictus princeps admiratus, primùm blanditiis, dehinc minis, ad co-
C habitandum ſibi cogere nitebatur. Sed dum eum nec terrore concuti, nec promiſſis flecti poſſe conſpexiſſet: multis affectum iniuriis, ad patriã redire permiſit inuitus. Ille verò natatu flumen Hiſtrum ingreſſus, retro reſpiciens ad Theodoricum taliter infit. Tua, inquit, exutus dominatione, meæque redditus libertati, ad te nunc iam meum reuertar dominum, pollicens me tibi fidelem fore famulum. His dictis, ripam quàm reliquerat repetiit, & ditioni ſe Theodorici commiſit. His proſperis ſucceſſibus dum in Italia ſæpe fatus polleret patricius, Conſtantinopoli apud imperatorem inuidis detrahentium lacerabatur relationibus. Improborum »
etenim mentes hominum, aliorum incommodis ſua volentes augmen- »
tare commoda, bonorum benefacta virorum contrariam moliuntur »
D vertere in partem. Denique imperator delatorum verſutiis in errorẽ inductus inſimulationibus, furénſque animo, quòd Theodoricus inſidiator regni eſſe ferebatur, eum iterum ad ſe venire mandat: habitóque cum ſenatoribus mortis eius tractatu, iuriſiurandi fide eos obligat, ne quis arcani ſui proditor exiſtat. Theodoricus autem legatione principis accepta, è veſtigio ad Ptolemæum (cuius ſuprà meminimus) mittit puerũ: vt ſibi remandet vtrum expediat imperatoris audire præceptum. Ille dũ ſimulat ſe velle reſponſum non reddere, pueri qui miſſus fuerat inſtantia, veteríſque viri deuictus amicitia, tandem Theodorici legato talia dat præcepta: Hodierna, inquit, die, natalitio imperatoris exiſtente, nobíſ-

que ſenatoribus cum eo pariter diſcumbentibus, tu vice obſequentis famuli ponè ſtans meo adhærebis lateri: & inter conuiuandum de qua re E mihi fiet ſermo ad ſenatores, vel principem, intenta curabis aure percipere, eique à quo directus es nuntiare. Paret ille mandato, ac ſedulus Ptolomæi auditor fit in conuiuio. Tunc inter epulas & pocula, cùm procerum mero incaluiſſent corda, tali eos Ptolemæus eſt hortatus affamine. Hic, inquiens, dies cum ſit magnificis lætus epulis, iocundus oportet fiat delectabilibus famulis. Satisfiat ergo eorum voluntati qui his delectantur perfrui: quandoquidem auxit talium auiditatem exuberans opulentia vini. Omnibus ergo hoc ſermone ſuſpenſis, hæc ille dicere eſt orſus. Eo, inquit, in tempore, quo humanæ copia eloquentiæ cunctis inerat animantibus terræ, beſtiæ ſaltus in vnum coiere conſenſum, vt ſibi eligerent regem: & quæ hominum faſtidiebant dominium, F haberent ſui generis imperatorem electum. His ſeſe mutuò cohortantes verbis adoriuntur leonem, rogántque vt earum non abnuat voluntatem: Dicunt ſe velle eum habere principem, quem ſcirent eſſe conſilio prudentem. Suſcipit ius dominationis leo: & ab vniuerſis feris ſolio ſublimatur regio. Conueniunt frequentes ad eum ſalutandum, & adorant vt dominum. Inter cæteras igitur aduenit ceruus, forma corporis egregius, ramoſiſque pollens cornibus. Qui dum ſubmiſſa ceruice procideret adoraturus, à leone arripitur, epulum ei mox futurus. Sed ipſe dolum perſentiſcens, fortíque conamine caput excutiens, amiſſis cornibus ſyluam petiit profugus. Indignatus imperator contemptum ſui, & impatiens iræ, multa furibundus ceruo interminatur. Conqueruntur inter ſe G feræ pro principis iniuria: nec tamen inuenitur vlla quæ ceruum perſequi audeat, hanc contumeliam vindicatura. Qui etſi videretur eſſe inermis, pernici tamen curſu, tranſiliens ardui iuga montis, euaderet ſine beneficio noctis. Erat inter eas vulpes, artibus callens ingenioſis: hanc mittunt vt ceruum callidè conueniat, & ad Leonem redire faciat. Obtéperat illa iuſſis, ceruum adit: dicítque ſe eius dolori compati: &, quòd ſine cauſa talia paſſus ſit, ſibi iniuſtum videri. Ille è contra multa in leonem congerens maledicta, ſe, dum obſequitur, male multatum conqueritur. Cui vulpes. Videndum, inquit, eſt, ne quod tu iniuriæ deputas, ille amoris tui cauſa feciſſe comprobetur. Nam dum te, vt æſtimo, ſibi ſupplicem ad ſuum eleuare vult oſculum: tu, forte putans morſum, eius de- H clinaſti conſpectum. At ipſe te nunc abſentem eſſe dolet: de te abſente ſermonem agitat, in te ſolo eius intentio moratur. Quid plura? ſuadet ceruo vt leonem adeat, ac eius ſe ditioni committat. Qui dum, vt antè, inclinato capite regem adoraturus veniret, ceruice tenus vnguibus infixis à leone arripitur & à circunſtantibus feris ſine mora diſcerpitur. Vulpes propè ſtans, furtim cor eius aufert & deuorat. Cor cerui quærens, & non inueniens leo, fremit graue. Tremefactæ feræ inquirunt ſollicitè, quæ earum huic ſit obnoxia culpæ. Suſcipitio erat vulpem huius eſſe furti ream: quòd vidiſſent eam ceruo proximius adhærentem. Inquiſita vulpes, negat

Fabula lepida de Leone & Ceruo, docens potentiori non fidendum, nec ad euaſum periculũ redeundum.

A gat ſe conſciam huius criminis. Sed, dum ei non creditur, cruciatibus addicta in hæc prorupit verba. Væ, inquit mihi miſeræ, quæ tantas pœnas patior indignè. Vt quid enim à me exquiritur, quod eum minimè habuiſſe certa ratione cognoſcitur. Etenim ſi cor habuiſſet, perfectò huc non rediſſet. Primò, cornibus auulſis inermis aufugit: Secundò, non dubitauit ſubire periculum mortis. Nullatenus ergo cor habuit, qui ſibi conſulere neſciuit. Hæc locutus Ptolemæus conticuit. Puer Theodorici hæc intentè auſcultans, & ſagaci animo dicta intelligens, ad dominum ſuum reuerſus cuncta per ordinem pandit: & cautiorem aduerſus dolos inſidiantium eſſe præmonuit. Theodoricus itaque imperatoris iuſſionibus ſpretis (quibus Conſtantinopolim adire iubebatur) in Italia reſe-
B dit. Denique poſtmodum Gothorum, qui Italiam inuaſerát, rex eſt effectus & dominus. Imperij verò partibus quotannis modium terræ depēdebat. Vnde rei veritatem ignorantibus, dum medium rex Theodoricus ærariis publicis ſoluere diceretur, non addito cuiuſquam rei vocabulo, vt puta vini aut olei, modium nummorum conferre putabatur. *Modiū terra in ærarium cōtulit Theodoricus.*

De duobus Papis, & pœna antipapæ fautorū. CAP. XI.

EO tempore, defuncto Anaſtaſio Papa Romano, pro eius ſucceſſore fœda in clero ſimul & populo erat diſſentio. Quædam etenim pars in perſonam cuiuſdam Laurentij conſenſum præbebat: maior verò, &, vt pòſt patuit, ſaniori vtens conſilio, ſanctiſſimum ſibi elegerat Symma-
C chum. Ordinantur ergo vna die ambo, & Symmachus quidem in baſilica Conſtantiniana: Laurentius verò in eccleſia ſanctæ Mariæ. Sed cùm neutra pars alteri cederet; conſtituerunt vt lis cœpta iudicio ſuprà memorati regis Theodorici finiretur. Qui Rauennæ poſitus, dum legatos vtriúſque partis audiſſet: decreuit, vt qui prior ordinatus eſſet, aut quem maior pars cleri ſimul ac populi elegiſſet, in ſede apoſtolica reſideret. Vnde Symmachus, pontifex factus, conſtituit Laurentium in Nucerina ciuitate epiſcopum intuitu miſericordiæ. Hæc autem plenius in geſtis pontificalibus, qui ſcire voluerit, inueniet. In hac verò diſſenſione, vt beatus ſcribit Papa Gregorius, ſanctiſſimus Paſchaſius eccleſiæ Romanæ diaconus, partibus fauit Laurentij. Qui dum contemptor ſui atque amator eſſet pauperū Chriſti, eleemoſinarumque ſedulus diſpenſator: nūquā
D tamen flecti potuit vt Symmacho communicaret: illum diligens, illum ſemper præferens, quem eccleſia iuſto epiſcoporum iudicio ſibi præeſſe repudiauerat. Hic ergo Paſchaſius dum tempore Symmachi pontificis, terminum huius eſſet ſortitus vitæ, ad eccleſiam eſt delatus mandandus ſepulturæ. Cuius dalmaticam, quæ ſuper feretrum eius poſita erat, cùm quidam dæmoniacus tetigiſſet, ſtatim liberatus eſt. Germano autem Capuano epiſcopo medici dictauerant, vt pro recuperanda ſalute corporis, in angulanis thermis lauaretur. Hic itaque eaſdem thermas ingreſſus, eundem Paſchaſium in eiſdem caloribus ſtantem, & ſibi obſequi paratū inuenit. Quem cùm tremefactus inquireret, quid ibi tantus vir ageret,

Anno Chriſti 498. Et eſt Anaſtaſius II.

Papæ duo.

Symmachus prænomine Cœlius cōfirmatur Papa.

hoc ab eo reſponſum accepit: pro nulla, inquit, alia re in his ſum deputatus caloribus, niſi quia Laurentio fauens, ei contra Symmachum nequiter agenti conſenſi. Porro ſi pro me domino preces dignaris fundere, in hoc te exauditum ſcito eſſe, ſi huc rediens me non quiueris inuenire. Epiſcopus ſanè ad eccleſiam regreſſus, hoſtiã pro eo ſalutarem domino obtulit: & ad thermas reuerſus eum minimè inuenit. E

De Clodouei regis ortu & regno. CAP. XII.

PORRÒ Childericus rex Francorum, ex ſuprà memorata vxore ſua habuit filium nomine Clodoueum. Qui, vt ætate, in dies ſic & morũ creſcebat probitate. Hoc tempore fame valida totam penè Burgundiam opprimente, quidam ex ſenatoribus, nomine Editius, Deo & hominibus placens, ſtuduit agere rem placitam. Miſſis namque pueris congregauit F ad quatuor millia eorum, quos famis inopia coanguſtabat: hos toto egeſtatis tempore proprijs aluit, ac fouit ſumptibus. Quadã itaque die, ei tã pio operi inſiſtenti vox de ſuper audita eſt, dicens: Quia, inquit, ô Editi mihi in membris meis eſurienti alimoniam contuliſti, ſemini tuo panis non deerit in ſæculum ſæculi. Fidelis vtique Deus in verbis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis, fidelem famulum de præmio iuſti laboris voluit eſſe ſecurum. Interea rex Childericus, dum per XXIIII. annorum curricula Francorum ſtrenuè gubernaſſet regnum, ex hac vita deceſſit. Huic hæreditario iure ſucceſſit ſupradictus Clodoueus, vir in rebus bellicis ſtrenuus, nullíque priorum virtute ſecundus. Hic Siagrium Romanorum patricium, Egidij filium, à Sueſſionis ciuitate expulit: eámque G ſuæ ditioni ſubdidit. Exercitus ſanè Francorum multas Galliarum eccleſias inuadens, theſauros earum diripuit. Vnde, inter cætera ſpolia, de eccleſia Remenſi vrceum miri ponderis ſimul & decoris aſportauerunt: pro quo beatus Remigius, ipſius vrbis pontifex, legatum ad Clodoueũ direxit, multa prece depoſcens, vt ſi non aliud recipere mereretur, ſaltem vrceus ille ſibi redderetur. Tunc rex legato præcipit dicens, Sequere, inquit, me vſque Sueſſionis, ibi quæ capta ſunt ſorte miſſa diuidentur: Et ſi mihi ſors iuſta vas, pro quo oras, dederit, in recipiendo eo nulla tibi generabitur mora. Parens ille præcepto, iter regis vſque ad deſtinatum proſecutus eſt locum. Quò cùm perueniſſent, ex regis edicto ſupellex cũcta in medium defertur, ſorte diuidenda. Porrò rex veritus ne forte, ſorte H miſſa, vrceus ad alterius deueniret dominium, conuocatis principibus hac eos alloquitur oratione. Cùm rationis ordo expoſcat principem imperare potius ſubditis, quid velit quàm prece depoſcere: ego tamen, fortiſſimi commilitones, malo cum gratia, quàm cum auſteritate, quicquã à vobis exigere. Tyrannorum quippe eſt, leuia quæque cum vi & feritate ſubiectis præcipere: bonorũ verò principum ad grauia etiam ac difficilia toleranda, ſola lenitate inuitare verborum. Regij itáque dignitas nominis, pij patris debet exempla ſectari: vt plus reuerentiæ ſibi ex benignitate, quàm timoris exigat ex crudelitate. Rectius igitur duxi, manſueti animi

Egitij larga eleemoſina tempore famis. Eadem Greg. tur. lib. 2. cap. 24.

Obſerua Regem ſuis militibus coæquatum in ſpoliorum diuiſione: ita vt maiorem quouis alio nõ haberet portionem.

A animi beneuolentia id vos rogare, quòd poſſem regia vſus authoritate inconſultis vobis præripere. Vnde oratos vos omnes eſſe volo, vt vas iſtud (vrceum demonſtrans) veſtra mihi munificentia extra ſortis meæ portionem tribuat: deque remunerationis præmio nullus veſtrum ambigat, cùm me retributorem profitear, ſi hoc cum bona quiuero impetrare grâtia. Ad hæc Franci, reſpondentes regi, dixerunt. Nos, ô inclyte rex ſacramento olim tibi fidem promiſiſſe recolimus: vtque mortem, pro corporis tui ſalute ſubire parati eſſemus profiteri non erubuimus. Si ergo vitam ipſam (quæ cunctis carior eſt opibus) tibi vouimus: quid maius erit quòd iuſtè negemus? Sanè ex his ſpoliis non partem, ſed totum tuæ poteſtati cedimus. Vt volueris fac: aut mergi fluminibus, aut

Tyranni & boni principis differẽtia.

B flammis iubeas tradi voracibus, nil ad nos attinet, tantùm vt tuo ſatiſfiat deſiderio. Tam deuotam totius erga ſe exercitus voluntatem rege admirante, atque laudante, vnus ex Francis, leuitate animi commotus, gladio vrceum percutiens, ad regem dixit. Tu rex, hinc nihil accipies, niſi quod tibi vera ſors auferre permiſerit. Mirantibus cæteris ſimúlque audaciam viri incuſantibus, rex moleſtè id ſe ferre diſſimulans, vas ſuprà memoratum legato pontificis reddidit. Emenſo labentis anni circulo, idem princeps exercitum adunari præcepit in campo qui Martius dicebatur: generale proponens edictum, vt ſic adeſſent armati, ac ſi contra hoſtes pugnaturi. Procedit eo locò quo iuſſum fuerat exercitus, geſtis militiæ clarus, ac armorum nitore conſpicuus. Progreditur & rex Clodoueus, ordinatam ſuorum aciem inſpecturus. Circuitóque agmine, de-

C uenit ad eum qui vrceum ſuo percuſſerat mucrone; quem intuitus taliter alloquitur. Vniuerſum, inquit, perluſtrans exercitum, te ignauiorem nõ repperi, nec inutiliora gerentem arma conſpexi. Nam nec haſta aut clypeus, nec galea, aut gladius, alicuius ſunt vtilitatis. Et extenſa manu Frãciſcam eius terræ deiecit, quæ ſpata dicitur. Ad quam recipiendam cùm ſe ille inclinaſſet, rex ſuam vagina exemit; eiúſque ceruici valido conamine illiſit dicens. Sic tu Sueſſionis in vrceo illo mihi feciſti. Eo itáque mortuo, rex vnumquémque ad propria redire præcepit. Grandis propter hoc factum Francos terror inuaſit: & ne quis eius voluntati in poſterum contrairet coercuit. Inerat vultui eius grauitas mixta alacritati vt & iucunditate aſpectus mulceret probos, & ſeueritate terreret improbos.

Franciſca pro ſpata.

Clodouei vindicta in militem.

D

De Clodouei regis precatione. CAP. XIII.

QVo ergo ordine ad matris eccleſiæ ſinum, ac catholicæ peruenerit fidei vnitatem, paucis edicam. Duxit vxorem ex genere Burgundionum Crothildem nomine, Chriſtianam ab ipſis cunabulis infãtiæ. Hæc tali quadam ex cauſa, ad notitiam ipſius regis peruenit. Miſerat idẽ princeps legatos ad Gundebaldum regem Burgundionum, ſerendæ pacis gratia. Qui dum palatio immorantur, Crothildem puellam contemplati, inquirunt quæ ſit. Dictum eis eſt, neptem regis eſſe, ex fratre progenitam: quæ, inquiunt, parentibus orbata, nunc ſtipe alitur regia. Re-

Crothildis

greſſi itaque legati, nuntiant perfecta eſſe pro quibus ierant. Inter cætera dicunt vidiſſe ſe puellam adeò forma venuſtam, vt cuilibet potentiſſimo regi nuptui poſſit tradi. Quam, inquiunt, regia manantem à ſtirpe, patre eius hac vita carente, patruus ab ineunte nutrit ætate. Hoc audito, rex Clodoueus amore capitur puellæ: ſperans ſe ex hac occaſione, regnũ Burgũdiæ arripere poſſe. Dirigit e veſtigiò quẽdã ſibi familiariſſimũ nomine Aurelianũ; qui munera puellæ à ſe miſſa perferẽs, ſpeciẽ eius diligẽtius contẽplaretur. Huic imperat vt puellã adeat: de nuptiis voluntatem regis edicat: & quid animi illa ſuper hac re habeat agnoſcat. Ille præcepto parens, Burgundiæ partes ingreditur. Palatio appropinquans, ſocios ſyluis ſe abdere iuſſit: ipſe habitu mendici circumamictus, ad aulã properat, & vt futuræ ſibi dominæ colloqui poſſit explorat. Tunc fortè illa ad eccleſiam proceſſerat, domino vota ſuarum ſolutura precum: erat quippe dies dominica. Aurelianus inter cæteros pauperes præ foribus ſtans, egreſſum eius opperiebatur. Expletis miſſarũ ſolenniis, egreditur puella, egenis (vt ei mos erat) eleemoſinam largitura. Accedit Aurelianus, vt mendicus ſtipem poſtulaturus. Cumque illa aureum ei porrigeret, ipſe apprehenſam manum eius, pallio ſuper brachium reducto nudam, ori ſuo oſculaturus admouit. Illa pudore puellari rubore perfuſa, domum repetit. Mittit continuò puellam, qui inuentum (vt putabat) mendicum ad ſe deduceret. Quem coràm poſitum taliter alloquitur. Quid tibi, ô homo, viſum, vt eleemoſinam accepturus, manum meam veſte denudans oſculareris? Cui ille, interrogata omittens, tale dedit reſponſum. Dominus meus rex Francorum, audita generoſitatis tuæ excellentia, deſiderat te habere coniugem: Ecce anulus eius, & cætera ornamenta ſponſalia. Conuerſus autem vt ſacculum, quem poſt oſtium depoſuerat, ſumeret, oblaturus ei munera quæ detulerat, furtim ablatum eſſe perſenſit. Quæſtione habita inuenitur ſacculus: recepit eum vt̃ peregrinus: munera puellæ offert, de nuptiis iam ſecurus. Nam illa, vbi de Thori copula audiuit, legato in hæc verba reſpondit: Non eſt, inquit fas Chriſtianæ mulieri paganum ſortiri maritum: ſed ſi hoc cunctorum præordinauit conditor Deus, vt ille, per me, creatorem agnoſcat ſuum, petita non abnuo: quinimmo omnipotentis fiat domini iuſſio. Illo dicẽte regem eius deſyderio per omnia aſſenſum præbiturum, rogat illa vt ſecretum apud ſe hoc verbum teneat, ne patruus aliquo illud pacto perſentiſcat. Qui fidem dans ſe id nulla proferre ratione, regreditur ad regem, quem proſpero nuntio reddidit alacrem. Puella ſanè eum quem Clodoueus miſerat anulum, in theſauris patrui repoſuit cuſtodiendum.

De Crothildis deſponſatione. CAP. XIIII.

ITeratò Clodoueus eundem Aurelianum ad regem dirigit Gundebaldum: vt ſponſam requirat ſuam, nuptiali fœdere ſibi copulandam. Qui regem adiens Burgundionum, mandata ei depromit regis Francorum. Ille ſe neſcire fatetur quæ eius ſit ſponſa: nec ſe vlla poſſe dare reſponſa

A ſponſa. Sed tibi, inquit, cauendum ne publica affectus contumelia ex hac pellaris aula, qui noſtra aduenisti exploratū regna. Cui legatus, hæc, inquam, mandat dominus tuus, rex noſter, Clodoueus: Si vis mihi Crotildem meam reddere ſponſam, locum deſigna, quo eam recepturus adueniam. Ad ipſe miratus quòd neptem ſuam peteret Clodoueus, conuocatis regni primoribus, conſilium cum eis habuit quid eſſet facturus. Qui Francorum veriti animoſitatem, ne in Burgundiam pararent expeditionem, ſi eorum regni memorata non traderetur puella, talia ſuo principi dedere conſilia. Requirat, inquiunt, dominus noſter quid puellæ deſiret animus, & vtrum eidem regis Francorum delatus fuerit anulus. Quod ſi eſt vt hæc illa velit, & forte iam ſponſalia munera ſuſcepit, reniti non poteris: quin potius legatis eam tradere maturabis. Burgū- *Conſiliū*
B diones namque omnes plus conſiliis, quàm armis, ſuam tutantur rem- *armis*
publicam. Inquiſita puella, fatetur ſuprà memorata ſe ſuſcepiſſe dona, *præfe-* *runt*
regíſque copulam mente velle cupida. Gundebaldus, licet inuitus, Clo- *Burgun* *diones.*
douei eam tradidit legatis: nihil ei de ſuis tribuens theſauris. Poſtmodū tamen, opere & induſtria Aureliani, pars maxima ex ipſis ceſſit domino Clodouei. Vnde cum Clodoueus regnum ſuum vſque Sequanam, atque poſtmodū vſque Ligerim fluuios, ampliaſſet. †Milidunum caſtrum ei- †*Melun.*
dem Aureliano cum totius ducatu regionis, iure beneficij conceſſit. Suſceptam ergo ſæpedictus Aurelianus Crotildem deducere feſtinabat ad regem. Quæ finibus appropians regni ſui patrui, imperat Francis qui ſecum erant, vt prædam capiant, incendiáque villarum in regno Bur-
C gundiæ faciant. Nec mora, illi haud ſecus ac iuſſi fuerant perficiunt, iniectóque circumiacentibus villis incendio, auerſáque præda, Burgundia egrediuntur, Frācorum repetentes ſolum. Hoc illa cernens, dixiſſe fertur: Gratias tibi, inquit, ſumme Deus refero, quòd initium vindictæ paternæ necis conſpicio. Nam Gundebaldus rex, patrem eius infandiſſima peremerat morte: vt pòſt in ſequentibus demonſtrabitur. Porrò rex Clodoueus, in Sueſſionis ciuitate nuptias cum magna celebrans gloria, ſæpedictam Crothildem duxit vxorem. Hæc fidelis infideli coniuncta viro, eum ad fidē perducere conabatur. At ipſe id agere poſſe negabat, ritúmque & morem Francis aſſuetum, ſe nolle deſerere teſtabatur.

D *De Clodouei regis ad Chriſti fidem conuerſione.* CAP. XV.

CONcepit interea regina puerum, natúmque perducit ad baptiſmū, quem vocauit Ingomirum. Qui in albis poſitus ſpiritum exhalās, vitæ tranſmiſſus eſt perpetuæ. Pro qua re rex nimia repletus indignatione, dixit reginæ. Quia, inquit, puer in Dei veſtri baptizatus eſt nomine, dij noſtri illum præſenti luce fraudauerunt. Cui regina, Gratias ago, ait, omnipotenti Deo, qui dignatus eſt ex meo vtero primogenitum in ſuū ſuſcipere regnum. Genuit & alium filium, quem baptizatum vocauit Clodomirum. Quo ægrotante, rex coniugem cœpit increpare, dicens. Et hic propter ſuperſtitionem veſtram, deorum incurret offenſam. Sed

Bellum Frãcorum contra Alamãnos Greg. tur. lib. 2. cap. 30. orante regina, puero ſalus eſt reſtituta. Verùm rege in fidelitate permanente, tandem, vt ſupra dictum eſt, commouetur exercitus: bellúmque à Francis & Alamannis, totis regnorum viribus, excitur. Tunc rex Clodoueus, ſigno ſuis dato, bellum aggredi imperat. Sed inter præliandum, ſuos grauiter hoſtium, mucrone ſterni conſpiciens, in hanc vocem prorupit: Chriſte, inquit, potentiſſime Deus, quem Crothildis coniunx mea colit pura mente, trophæum meæ tibi voueo fidei, tribuas ſi his ex hoſtibus triumphum victoriæ. His peroratis Alamannos inuadit timor: Francos accendit virtutis ardor. Igitur hoſtes terga vertentes, victoriam Clodoueo relinquunt: ac demum regem ſuum gladio cæſum cóſpicientes, iure tributario Francis ſe fore ſeruituros libentiſſimè ſpondent. E

Primum Clodouei votum Chriſto factum.

Clodouei conuerſi ad ſuos Concio: & eiuſdem baptizatio. F

CAP. XVI.

alias Adartenſium Victor Clodoueus exinde regrediens, Tullo ciuitatem deuenit: repertúmque inibi beatum Vedaſtum poſtea Atrabatenſem epiſcopum, comitem ſui aſciuit itineris. Ventum dum eſſet Remis, cunctos ſuos ſuorúmque caſus coniugi refert rex. Gratiæ Deo in cómune referũtur: rex credulitatem ſuam profitetur. Gratulabunda coniunx ad ſanctũ Remigium Remenſis vrbis epiſcopum properat: fidem regis edicit: quid facto opus ſit edócet. Hortatur Antiſtitem ad aulam quantocyus regis properet: Dúmque animus adhuc dubia pendent ſub ſorte, viam ei veritatis qua ad Deum itur pandat. Vereri ſe dicit, ne mens proſperis elata ſucceſſibus, largitorem horum dum ignorat, contemnat: facilius enim pro libitu nobis attributa noſtro, temporis interſticio memoriæ eximuntur, quàm ſi qua aliorſum ac volumus euenerint. Accelerat pontifex monitis religioſæ parére mulieris: conſpectibus ſeſe offert regis, iãdudum præſentiam eius opperientis. Fides ab antiſtite profertur: modus credendi edocetur. Rex quoque, veritate agnita, vni ſe Deo famulaturum deuotus ſpondet: procerum ſanè regni atque exercitus ſe tentaturum ſententiam ex hac re quæ ſit fatetur: quo tantò magis deuotius Chriſto ceruices ſubdant ſuas, quanto plus blanditiis quàm terroribus allici ſe conſpexerint. Placet conditio, & ex regis edicto fit publica populi euocatio. Conueniunt regni primates, nec militaris quoque manus defuit. Quibus coram poſitis rex taliter infit. Franci troiugenæ (meminiſſe etenim vos nominis generíſque veſtri decet) quibus nunc vſque ſeruierimus diis, ad memoriam reducere animos veſtros virtutemque depoſco. Competens namque ac vtilis viſa eſt ratio oſtendendi, primum quorum cultui mancipati ſumus: vt dum inutiles eos fore conſtiterit, vnius veríque agnitio Dei libentius accipiatur. Quod tunc rectiſſimè fiet, ſi maiorum res geſtæ recenſeantur. Ac primum vrbem illam Troianæ quondam gloriam gentis intueamur: quam tot (vt autumabatur) numinum præſidio cinctam, imbellis, græcorũ leuitas, illis nil opis ferẽtibus, fraude magis quàm virtute oppreſſit. Et certe mœniũ illius propugnacula

S. Remigius Remenſis epiſcopus. Greg. tur. lib. 2. cap. 31. G

Clodouei concio. H

A gnacula, deorum eſſe ſtructa manu audieramus: arci quoque ſimulacrorum effigies ipſis conſecratæ, vt inexpugnabilis contra aduerſantium maneret incurſus, impoſitæ feruntur. Quod verò adiumentum, non dicam hominibus, verum ipſis maceriarum præberent ſtructuris, qui nec imaginibus opitulati ſunt ſuis? Abiiciamus ergo eos, quos inutiles eſſe probauimus: cultúmque deſeramus inanem. Soli verò Deo patri filióque eius Ieſu Chriſto, ſocia ſancti Spiritus virtute, mentes noſtras corporáque ſubdamus, vnum in trinitate & trinum in vnitate venerantes. Huiuſmodi religionis vel diſciplinæ patronum noſtrum dominum Remigiũ nobis autorem eſſe certum habetote. Sed & collateranea mea Crothildis, huius ſe eſſe profitetur fidei: méque huius ab omni potentia diuinitatis, B quod eſſet infortunium ſperare ſuaſit auxilium. Hic planè Chriſtus Deus in Alamannico, quod nuperrimè confecimus, bello, Alamannorum proteruam ſtrauit contumaciam: veſtrorúmque cordium incentiuo noſtræ virtutis excitauit audaciam. Ad rectas ergo ſpes animos ſubleuemus: humiles preces in excelſa porrigamus: cum nobis protectorem quæramus, qui in ſe ſperantibus omnia præſtat. Hæc dum rex fide plenus peroraſſet, pleróſque de populo flexit, vt Chriſto mitia ſubderent colla. Gaudet ſacerdos regem nondum initiatum, iam ſuæ gentis eſſe apoſtolum factum. Exornatur baptiſterium: deſcendit rex, veluti alter Conſtantinus, in ſanctificatum fontis alueum. Cui cùm ſanctus pontifex modum dominicæ paſſionis recitaſſet, rex ait illi. Si ergo cum Francis meis inibi affuiſſem, eius iniurias vindicaſſem. Quòd verò grata acceptabiliſque C Deo prædicti regis fides fuit, oſtenſum declarauit miraculum. Nam cùm fortè qui chriſma ferebat intercluſus à populo deeſſet, ecce ſubitò non alius ſine dubio quàm ſanctus apparuit ſpiritus, in columbæ viſibili figuratus ſpecie: Qui rutilanti noſtro ſanctum deferens chriſma, inter manus depoſuit ſacerdotis, vndas fontis ſanctificantis. Fit gaudium & exultatio: baptizantur multi de populo. Deo laudes, Deo gratiæ acclamãtur: & gaudens rex ab eccleſia ad propria regreditur. Et vt plenius deuotionem ſuæ propalaret fidei, baſilicam Deo ac principi Apoſtolorũ, in ciuitate Pariſiaca, in qua ipſius ſedes erat, conſtrui fecit: permanſitque in eo, vſque ad terminum vitæ, cuſtodia religionis & iuſtitiæ vigor.

Clodoueus baptizatur.

Affertur Chryſma à Colũba.

Amplius 3000. millia, ſecundum Greg.

Sedes regia iam à tempore Clodoũei, Lutetiæ.

Idẽ Greg. Tur. lib. 2. Cap. 38.

D

De Clodouei expeditionibus & victoriis reliquis.
Cap. XVII.

Contra hunc regem ciues Viridunenſis vrbis rebellauerunt. Sed dũ rex vrbem obſidione vallaſſet, & iam admoti arietes alta murorum pulſarent, ſupplicante ſancto viro Euſpicio, eiuſdem tunc vrbis archipreſbytero: verbum impunitatis à principe promeruerunt: & rex ciuitatem recepit. Poſtea cùm Aurelianenſem vrbem Clodoueus rex adire diſpoſuiſſet, ſanctum Euſpicium ac eius nepotem beatum Maximinum iuſſit vt ſuũ proſequerẽtur iter. Quibus & Initiacenſe contulit prædiũ: & vt ipſi ac poſteri eorũ illũ poſſiderẽt locũ, & per ſuũ firmauit pragmaticũ.

De ſancto Furſeo. CAP. XVIII. E

CVius in diebus ſanctus quoque Furſeus in Gallias, venit: & eodem concedente rege, monaſterium quod Latiniacum dicitur ædificauit, Hic autem beatus Furſeus ex Hybernia veniens, prius à rege Saxonũ Sigiberto honorificè ſuſceptus, cœnobium in eadem cõſtruxerat prouincia Saxoniæ. De hoc rege Sigiberto ſcilicet nil aliud in antiquis reperire potuimus hiſtoriis, quàm quòd in vita ſancti Furſei legitur excepiſſe hoſpitio eundem virum Dei. Verùm in Chronica quæ dicitur Gregorii (& putatur eſſe Turonenſis epiſcopi) refertur, quòd quidam rex Sigibertus filium ſuũ Chlodericum, ad Clodoueum principem direxerit, Francorum auxilium contra Gothos laturum. Memorat etiam idem Chronicus, eoſdem, videlicet patrem cum filio, fraude Francorum eſſe interẽptos, regnúmque eorum ac theſauros à Francis occupatos. F Sed quia codex in quo hæc digeſta inuenimus, vitio ſcriptorum erat deprauatus; ad liquidum inueſtigare nequiuimus cuius gentis rex fuerit, vel quæ iuſta necis huius cauſa extiterit. Tantummodo narrat regnum eius, opéſque à Clodoueo peruaſas.

De bello contra Gundebaldum. CAP. XIX.

GEſſit verò bellum Clodoueus, contra Gundebaldum regem Burgundionum, exercitumque eius ad internecionem deleuit. Cauſa autem huius pugnæ fuit, quia Gundebaldus fratrem ſuum Chilpericũ, G patrem videlicet Crothildis reginæ gladio interemerat, vxorémque eius, matrem ſuprà dictæ reginæ, lapide ad collum ligato fluuio immergi fecerat. Ob id rogatus à coniuge rex Clodoueus, Burgundiam cum exercitu Francorum ingreſſus deuaſtauit, regémque ipſum Gundebaldum, longa obſidione fatigatum, tributa dare cœgit. Godegiſilus autẽ, frater Gundebaldi, ad Frãcos defecerat; & coniunctis cum Clodoueo viribus fratrem expugnabat. Sed opere & induſtria Aredij viri ſapientis, qui ab Arelatenſi vrbe auxilium Gundebaldo laturus aduenerat, idem rex auro hoſtem repulit, quem ferro nequiuerat. Nam Clodoueus acceptis muneribus repedauit ad propria, relinquens Godegiſilo in auxilium quinque millia Francorum. Porrò Gundebaldus ſui iam ſecurus, fratrem Viennæ obſidione circundat; atque per aquæ ductum vrbem ingreſſus, multorum H cæde patrata, fratrem vnâ interemit. Francos quoque, in quadam turri congregatos, ferro trucidauit.

De Bello contra Alaricum Gothorum regem. CAP. XX.

COntra Alaricum etiam regem Gothorum, pugnans Clodoueus victor extitit. Quam pugnam ideo quàm maximè noſcitur inchoaſſe: quia Gothi Arrianæ hæreſeos, ſecuti Burgundiones erant: optimámque Galliarũ partem, à fluuio ſcilicet Ligeris vſque ad Pyrenæorum iuga montium, obtinebant. Extitit & alia iuſta huius pugnæ occaſio.

Hæc ſub anno Chriſti 648. qui fuit regis Clodouei 2 primus Refert Frater Guillelmus de Nangis in ſua chronographia. Et rectè quidem. Nã anno domini 644. erat in britãnia apud Orientales Anglos, nec adhuc Gallias intrauerat, teſte Baronio tomo 8 annalium. tãtum abeſt vt ſub Clodoueo primo Liatiniacum (vulgò Lagny) in agro Pariſiaco ædificarit.

Vitã eius ſatis prolixã habes apud Surium tomo 1. de ſãctis, die 16. Iãuarij. Ex qua Beda to. 3 lib. 3. hiſt. Angl. Cap. 19. multa deprõpſit.

b lib. 2. cap. 37.
c lib. 2. cap. 40 Greg. Tur lib. 2. cap. 32.

A Miſerat idem Clodoueus legatũ ſuũ, nomine Paternũ, ad Alaricũ regem
Gothorum, vt quæ pacis eſſent cũ eo tractaret: ſimul etiã vt volũtatẽ eius
agnoſceret, quo in loco ambos reges ſibi, pro vtriuſq; regni vtilitatibus
collocuturos, opporteret occurrere; & Alaricus, iuxta morem antiquo-
rum, barbam Clodouei tangens, adoptiuus ei fierit pater. Legato adue-
nienti, & propter quæ venerat intimanti, Alaricus deſignat locum: dicít-
que ſe colloquio non defuturum. Inquirit demum legatus, vtrum cum
paucis, an cum multitudine adueniret exercitus: ille ſe fatetur paucis aſ-
ſumptis eorum expetiturum colloquium. Rurſus interrogat Paternus,
vtrũ armati eſſẽt, an inermes: dicit ille ſuos omnes inermes vẽturos, & vt
itidẽ Franci faciant poſtulaturos. His omnibus conſentiens, Paternus,

„Adoptio „per tactũ „barba al terius.

B ad dominum ſuum regreſſus, nunciat ei quæ cognouerat cõplacuiſſe
Gothis. Progreſſus itaque Clodoueus, è Francia venit in Aquitaniam: &
antequam perueniret ad locum placito deſtinatum, ſuprà memoratum
dirigit legatum, quo habitu Gothi vterentur exploraturum. Qui dum
Alarico regi colloqueretur, ferreum oſtij obicem, eum pro baculo manu
gerere perſenſit, & quòd reliqui idem facerent agnouit: apprehenſáque
regis dextra dixit ei Quid, inquit, O rex, te læſit dominus me⁹ Clodoueus
& Frãci, vt nos fraude machinareris decipere? Quo negãte, & cauſa ad iur-
gium vſque procedẽte, definitum eſt, vt iudicio Theodorici Gothorum
regis (cuius ſuprà meminimus) hæc res terminaretur. Vnde ambo reges,
legatos ad eum in Italiam, vbi & regnabat, dirigunt. Qui vtriuſque par-

Placitum, pro colloquio. Hinc dictio gallica emanauit, Les plaidz.

Alarici regis fraus.

C tis agnita cauſa, ſtatuit vt legatus Frãcorũ equo aſcẽſo, ante fores palatij
regis Alarici ſtãs, eleuatã teneret haſtã manu, ſuper quã Alaricus & Gothi
eo vſque copiam iacerẽt nũmorũ argẽti, quouſque ſummitas operiretur
cõti: quorum ſumma ſolidorum ad dominium deueniret regis Frãcorũ.
Redeunt qui fuerant miſſi: iudicium referunt regis Theodorici, quod
cuncti laudauerũt Franci. Sed Gothi id ſe nõ poſſe implere dixerunt: inſu-
per & legatum Clodouei contumeliis affecerunt. Namque quadam no-
cte, dum ille in ſolario cuiuſdam domus dormitum iſſet, Gothi tabulatũ
quod ante lectũ eius erat deſtruxerũt. Qui ad requiſita dum ſurgeret na-
turæ, pede lapſo corruit, brachioque cõtrito vix viuus euaſit. Feſtinus ita-
que natale ſolum repetit: rei geſtæ ordinem ei à quo miſſus fuerat pandit:
flebilémque ſuæ querelam ærumnæ miſerabiliter depromit. Rex ergo
D Clodoueus in talibus non eſſe procraſtinandum ratus, ſimul pro iniu-
ria legati iræ impatiens, congregat exercitum; quem tali hortatur oratio-
ne ad pugnam. Virtutis veſtræ, ô fortiſſimi commilitones, ſecurus, ani-
moſitatem veſtram nullius exhortationis indigam iudico: quam adeo
hoſtes extimuerunt, vt legatum noſtrum infandà cæde perimere vellent.
Oſtendunt profectò ſe totius iram gentis non poſſe perpeti, qui vnius
expauerunt conſtantiam legati. Hoc ſolum vos noſſe cupio, vobis aduer-
ſum immaniſſimos hoſtes, non pro coniugibus aut liberis, non
etiam pro acquirendis certamen eſſe diuitiis: ſed potius pro inſeparabili
ſanctæ Trinitatis vnitate, quam ille nefandiſſimo diuidunt errore. Ad ex-

Oratio Clodouei.

Bellũ pro fide catholica, & pro iure gentiũ violato in legato.

tremum, pro diuinis ſimul humaníſque legibus, quæ iniuriarum immunes ſanciunt debere eſſe eos, qui mediatores hoſtilium efficiuntur armorum. Inter arma nanque hoſtilia, ſola legatio pacis ſequeſtra eſt: Exuit hoſtem, qui legatione fungitur. Feſtinemus igitur ad prælium: & diuina protectione confiſi, hoſtiles phalanges aggrediamur intrepidi. Hac allocutione ducis animati viri virtutis, contra hoſtes profiſcuntur, corde cõſtanti aut vincere aut mori parati. E

De Omine victoriæ & Ceruæ apparitione. Cap. XXI.

IN hoc bello diuinum illi affuiſſe auxilium, ſigna à Deo oſtenſa docuerunt. Nam dum legatos munera ferentes, ad ſepulchrum ſancti mitteret Martini, dixit eis. Ite, & à baſilica Sancti Martini mihi ſignum victoriæ referte. Abeuntes illi dum eccleſiam oraturi intrant, vox cantoris eorum inſonuit auribus, dicens. Præcinxiſti me, domine, virtute ad bellũ: & inimicorum meorum dediſti mihi dorſa. Lætantes illi, oratione completa muneribúſque oblatis, regi ſignum victoriæ à Deo ſibi conceſſum depromunt, & alacrem efficiunt. F

Pſal. 17. *Omen futuræ victoriæ*

Cùm autem flumen, cui Vigenna nomen eſt, tranſire deliberaret, & dum vadum non inueniret, eò quòd fluuius pluuiis auctus exundauiſſet, his dominum verbis exorare cœpit. Trinitas, inquit, in perſonis Deus, & in maieſtate vnus, mihi contra aduerſarios fidei catholicæ victoriam tribuens, facilem huius alueí concede tranſitum. Annuit his precibus clemens auris omnipotentis: cúmque illuceſcente die caſtra mouiſſent: ecce cerua quædam ſe ſubitò conſpectibus eorum ingeſſit. Illi (vt moris eſt Francorum, venatui ſcilicet inſiſtere) prædam putantes, eam auidè inſequuntur. At ipſa tranſito flumine vadum oſtendit, ac deinceps nulli comparuit. Ita rex cum omni exercitu tranſmeans, Pictauis peruenit: & haud procul à baſilica ſancti Hylarij tentoria fixit: edictóque compeſcuit populum qui ſecum aderat, ne quid in ea prouincia raperent, nec cibi quidem neceſſaria: cùm, ecce, medio noctis ſilentio, pharus ignea viſa eſt egredi ab eccleſia ſancti Hylarij, ac ſuper tabernaculum in quo rex quieſcebat protendit. Conſerto ergo prælio, victi Gothi terga verterunt. Inter ipſas verò confertiſſimas acies, Clodoueus cum Alarico certamen iniit. Cùmque eum terræ proſtrauiſſet, & quà letale vulnus infligeret rimaretur, duo Gothi eum à latere contis feriunt: ſed, propter loricam, eum vulnerare nequiuerunt. G H

Pharus.

De Theodorici expeditionibus. Cap. XXII.

REge itaque Alarico, qui Gothos per XII. annos rexerat, hoc modo interfecto, Clodoueus filium ſuum Theodoricum, cum valido exercitus ſupplemento, ad ſuperiores regni eius dirigit partes: qui peruagata omni prouincia, Rothenos, Cadurcóſque atque Aruernos ſubegit: & ad patrem victor rediit, qui tunc in Burdegalenſi vrbe hyemabat. Brumali autem recedente rigore, vernalíſque ſuccedente temperie, Clodoueus

A ueus Toloſam petit. Inde theſauros Alarici auferens, ad Engoliſmam properat. In cuius aduentu murus vrbis, diuino nutu ſponte ruens, aduenienti regi apertum præbuit iter. Qui vniuerſos Gothos quos inibi reperit, gladio interemit. Pari etiam modo per vicinas vrbes aduerſarios interficiens, ſuóſque conſtituens, eas ſibi parere compulit. Rebus ergo cũctis ex ſententia compoſitis, Turonis iter dirigit. vbi dum ſtatiuarum gratia aliquantiſper, moratur, legationem ſuſcepit Anaſtaſij Conſtantinopolitani principis, munera epiſtoláſque ei mittentis. In quibus videlicet literis hoc continebatur: quòd complacuerit ſibi & ſenatoribus, eum eſſe amicum imperatorum patriciorumque Romanorum. His ille perlectis, conſulari trabea inſignitus, aſcenſo equo, in atrio quod inter baſilicam ſancti Martini & ciuitatem ſitum erat, largiſſima populo con-
B tulit munera. Ab illa die, cõſul ſimul & auguſtus meruit nũcupari. Cùm autem equum, quem inter cætera donaria ſancto miſerat Martino, redimere centum datis ſolidis decreuiſſet: nec ille vllo modo eum de loco mouere poſſet: alios centum dari præcipiens, taliter infit. Sanctus Martinus bonus in auxilio: ſed carus noſcitur eſſe in negotio. Rex itaque recepto equo, pacéque per circuitum facta, Pariſios regreditur.

Engoliſmæ murus diuinitus collapſus.

Clodoueus cõſul & Auguſtus appellatur.

De Chararici regis morte; & pugna Clodouei contra Ragnacharium. Cap. XXIII.

Chararicum verò regem (qui ei quandam contra Siagrium pugnaturo auxilio eſſe debuerat, & fide fracta ſe ſubtrahens, ſpectator cer-
C taminis magis eſſe voluerat, quàm pugnator (vt ſcilicet poſtmodum victoris ſequeretur partes) Clodoueus, cum filio dolo cepit: & tonderi eos faciens, patrem quidem presbiterum, filium autem diaconum ordinari iuſſit. Cúmque Chararicus cauſaretur pro ſui humiliatione, filius ad eũ hæc inquit. Frondes (barbam demonſtrans) ad ſummum verticem, in viridi ligno deciſæ, citò ſuccreſcent: Vtinam & auctor huius facti tam velociter pareat. Quod verbum vbi nunciatum eſt Clodoueo, ſtatim eos gladio puniri præcepit: regnúmque eorum cum theſauris peruaſit. Poſt hæc parauit expeditionem contra quendam ducem, nomine Ragnacharium, apud Camaracum vrbem commorantem: quem quidem ei ſanguinis affinitas coniunxerat, ſed morum improbitas infeſtum reddebat.
D Nam obſcœnitati & luxuriæ deditus, ſuis etiam omnibus erat odioſus. Adſciuerat quoque ſibi quendam ſpectatæ, vt putabat, prudentiæ familiarem, nomine Faronem. Qui fallendi artifex, ita eum mente alienauerat; vt ſi quid muneris quilibet ei offerret, in ſumendo eo ipſum participem aſciſceret. Sint, dicens, iſta mihi & conſiliario meo Faroni. Hac ducis ignauia permoti, qui in eius militabant aula, conferre ſecum cœperunt, qua ratione hanc à ſe remouerent iniuriam. Deſidia enim impetantis, opprobrio eſt ſubditis. Quapropter Clodoueum per internuntios ſollicitant, vt gerendi aduerſus eum cauſam belli exquirat. Mandant ſe, priuſquam in manus veniatur, prælio ceſſuros, vinctumque dominum,

Sacri ordines quãdoque pro pœna reis impoſiti.

Incauta locutio, cauſa mortis.

Princeps ignauus à ſuis proditus.

† aliàs Ricinirum.

† aliàs Cinomãnorum.

Proditores deluſi, auratis pro aureis muneribus acceptis.

ſi eis præmia conferantur, tradituros. Qui, nil moratus, cum valida ſuorũ manu contra eum proficiſcitur, mittens prius proditoribus armillas E
æreas deauratas, cum gladiis ſimili modo ornatis, loco muneris. Ventũ itaque eſt ad locum certaminis; & conſcij proditionis, fugam ſe fingunt quærere ſubſidio ſalutis. Ragnacharius verò dum fugere nititur, à ſuis captus, Clodoueo præſentatur vinctus. Quem ille, vt degeneris animi virum, gladio puniri iuſſit, fratrem quoque eius ſimiliter præcepit occidi: improperans ei, quòd non ferendo auxilium fratri, permiſiſſet ſe & illũ turpiter teneri. Pari etiam modo multos parentum ſuorum neci tradidit, theſauróſque eorum abſtulit: ne quis remaneret, qui inſidiari regno eius vel vitæ poſſet. Nam fratrem Ragnacharij, † Ricunirũ nomine, quem aduerterat regni cupidiorem, miſſis ſatellitibus apud † Cenomãnorum vrbem vita priuari fecit. Vnde vna dierum, aſtantibus regni primoribus, F
dixiſſe fertur: parentibus, inquit, orbatus cunctis, periculum mei pertimeſco capitis: dum neminem habeam propinquum, meæ cuſtodem ſalutis. Quod quidam caluminæ cauſa dictum æſtimauerunt: ſi fortè quiſquam prodiret, qui ſe regi ſanguine proximũ aſſereret. Proditores verò Ragnacharij, cognito deprauata fuiſſe dona quæ acceperant proditionis gratia, Clodoueo querelam detulerunt. Quibus inquit Clodoueus. Ingrati eſtis beneficiis vobis collatis: nam quantis putatis eos debere interire ſupplicijs, qui domino ſuo auctores ſunt mortis? Abite potius ad propria: ſufficiátque vobis ipſa indigna, qua fruamini, vita. Illi indignationem principis veriti, ad ſua ſunt habitacula reuerſi. G

De ſanctis, Seuerino Abbate Agaunenſi, Genoueſa virgine, Germano Epiſcopo Par. & Benedicto Abbate Caſinenſi.

Cap. XXIIII.

Huius ſancti vitam habes apud Surium to. 1. de ſanctis die 11. Februarij.

† Chaſteau Landõ, pro Nanton.

S. Genoueſa.

† Nãterre

† aliâs Antiſsiodorenſis.

De S. Germano Epiſcopo Par.

HVnc regem ferè per annum continuum febre laborantem, vir domini Seuerinus (qui in cœnobio Agaunenſium martyrũ tunc erat abbas egregius) ab eo accerſitus, ſaluti reſtituit: ac poſtmodum in loco qui caſtrũ † Nantonis dicitur, laudabile vitæ curſum cóplens migrauit ad Dominũ. Huius quoque inclyti regis tẽporibus, florebat in vrbe Pariſiaca virgo virtutũ Genoueſa meritis pollés. Quæ in † Nãmetodoro, vico Pariſiaco, huic mundo parẽtibus edita, temporibus Honorij imperantis in occidente, Theodoſij vero minoris in oriente, à Sancto Germano † Altiſſiodorenſi epiſcopo, proficiſcenti in Britanniam ob Pelagianam H
hæreſim deſtruẽdam, tempore ſupradicti Valentiniani principis conſecrata, poſt obitum parentum, tempore Childerici genitoris huius præcelſi principis Clodouei, in vrbem Pariſiacam deuenit: ibíque ad tempora vſq; Clotarij & Childeberti filiorũ præfati inclyti regis, eximiis vitæ meritis conſenuit. Tempore quoque Clodouei nobiliſſimi regis, vrbs Edua huic mundo protulit florem lilij fragrantiſſimi, beatiſſimum ſcilicet Germanum, poſtmodum præſulem Pariſiorum. Qui à parentibus literis traditus, intra terni luſtri ſpacium, à beato Agrippino Diaconus

A inſtituitur:ac ſequenti triennio preſbyter ordinatur. Dehinc à venerabili pontifice Nectario abbas ad ſanctnm Symphorianum aſciſcitur. Agebat eo in tempore curam imperialis maieſtatis, Anaſtaſio defuncto, Iuſtinus ſenior, in cuius imperij partibus, in Nurtia ſcilicet prouincia, exortus toto orbe venerandus vita & nomine Benedictus: iam tunc pueriles attingens annos, à parentibus ſcholis artium liberalium deputatus. Romanam quoque eccleſiam, poſt †Symmachum Hormiſda, ſuſcepit regendam. Cuius temporibus, ſæpedictus rex glorioſus Clodoueus direxit ad beati Petri limina; hortatu ſummi præſulis Remigij, regiæ dignitatis auream coronam gemmis precioſiſſimis inſignitam. Quo facto patenter oſtendit, ſe Deo non fore ingratum, dum ad ipſius apoſtoli ſepulchrum inſignè mitteret regium, ſciens ſe à Chriſto ſolio regni eſſe donatum. Nam & Soſius conſul Romanus, capta Hieroſolymorum vrbe in domini templo coronam obtulit: ſed hic munere gratior, quia fide potior. Ille etenim idolorum cultor, aſt iſte catholicæ eccleſiæ pro poſſe ſedulus venerator. Ille, quòd eſſet præſens, quamuis ipſi vrbi templóque infeſtus: verùm hic abſens, Romuleæque amator domus, nec minus baſilicæ apoſtoli Petri deuotus.

De S. Benedicto Abbate, deque ad huc infra. lib. 2. Cap. 16. & 22.

† Cælius prænomine dicebatur. Obiit autẽ 14. Kal. Augusti. 514.

B

De terræmotu, Rogationũ ſeu letaniæ minoris inſtitutione, & Clodouei tranſitu.

CAP. XXV.

HIs etiam diebus apud Viennam Galliæ vrbem, multorum domus ſimul & eccleſiæ terræmotu concuſſæ ceciderunt. In Paſchali verò feſtiuitate, beatiſſimo Mammerto eiuſdem vrbis epiſcopo miſſarum ſolennia celebrante, palatium regale, quod in eadem erat ciuitate, cœleſti concrematum eſt igne. Lupi quoque vel vrſi ſyluis profugi, eidem ciuitati innumeri cœperunt eſſe infeſti, adeò vt multorum lacerantes corpora, propria eos cogerent deſerere habitacula. Vnde memoratus ſacerdos, adueniente dominicæ aſcenſionis die feſto, conuocato populo præmonuit agere triduanum ieiunium, ac omnipotentis Dei expoſcere ſuffragium. Appropinquante autem die ſtatuto, conuenit omnis populus ad eccleſiam cum gaudio letanias peragens, cum triduano ieiunio. Exinde pulcherrimus in ſancta vniuerſali eccleſia mos inoleuit, vt, quoquò terrarũ Chriſti fides diffunditur, à cunctis fidelibus hæ letaniæ cum exultatione peragantur.

Cõflagratio Palatij.

Lupi & vrſi in ciuitatem irruentes.

C

D

Porro inclytus Clodoueus rex Francorum, metas ſibi attributi attingens æui, defunctus eſt anno quinto poſt quàm Alaricum regem Gothorum interfecerat: & in baſilica ſancti Petri, quam ipſe rogatu ſuæ coniugis fabricauerat, ſepultus eſt. Super cuius tumulum à ſancto, vt fertur, Remigio, hoc deſcriptum eſt Epitaphium.

Diues opum, virtute potens, clarúſque triumpho,
Condidit hanc ſedem rex Clodoueus: & idem
Patricius magno ſublimis fulſit honore.

Epitaphiũ regis Clodouei.

Plenus amore Dei, contempſit credere mille E
Numina: quæ variis horrent portenta figuris.
Mox purgatus aquis & Chriſti fonte renatus,
Fragantem geſſit, infuſo chriſmate, crinem.
Exemplúmque dedit: ſequitur quod plurima turba
Gentilis populi: ſpretoque errore ſuorum,
† alias Auctorem. † *Ductorem eſt cultura Deum, verúmque parentem.*
His felix meritis ſuperauit geſta priorum:
Semper conſilio, caſtris, belliſque tremendus.
Hortatu dux ipſe bonus, ac pectore fortis:
Conſtructas acies firmauit in agmine primus.

Regnauit autem Clodoueus annis xxx. obiit verò anno Dominicæ incarnationis. D.XIIII. relinquens quatuor filios regni hæredes. F

A tranſitu verò ſancti Martini, vſque ad tranſitum ipſius Clodouei regis computantur anni. CXII.

LIBRI PRIMI FINIS.

LIBER

A

LIBER SECVNDVS.

De regni Francorum inter filios Clodouei partitione, déque S. Ioanne Papa I. & Theodorico Gothorum Rege Arriano.

B

CAPVT I.

IGITVR quatuor filij † Clodouei, id eſt Theodoricus, Clodomirus, Childebertus, atque Clotharius, regnum inter ſe æqua lance diuidunt. Et Theodoricus quidem ſedem regni ſortitus eſt Metis: Clodomirus Aurelianis: Clotharius Sueſſionis: Childebertus Parrhiſius, quo & patereorum. Quo † tempore ſanctiſſimus Papa Ioánes, qui Hormiſdæ ſucceſſerat, Conſtantinopolim ad imperatorem Iuſtinum eſt profectus, à Theodorico Gothorum rege miſſus. Iuſtinus náque Auguſtus, cùm eſſet vir fide catholicus, hæreticos impugnans, eccleſias eo-
C rum Orthodoxis condonauerat, conſilio memorati Papæ vſus. Quapropter Theodoricus Arrianæ exiſtens hæreſeos, eum cum aliis catholicis viris ad imperatorem direxit, mandans quòd niſi Arrianis eccleſiæ redderentur, cunctum Italiæ populum gladio percutiens extingueret. Sanctus autem Antiſtes, vt erat languidus, iter arripiens nauigio, Conſtantinopolim eſt euectus. Occurrit autē ei Auguſtus & omnis ciuitatis clerus: gaudente principe ſuſcepiſſe ſe in regia ciuitate pontificem ſedis apoſtolicæ. Peroratis ergo pro quibus ierat, & impetratis, ipſi Iuſtino Auguſto vt vicarius beati Petri imperialem impoſuit coronam. Et accepta remeandi licentia, reuerſus eſt Rauennam. Quem Theodoricus, eò quòd audierat eum ab Auguſto honorificè ſuſceptum, diutina cuſtodia maceratum, ieiuniis, ac ſqualore carceris afflictum, vltimū coegit exhalare ſpi-
D ritum. Qui deficiens animam Chriſto martyr reddidit. Alios quoque qui cum eo fuerant, partim igne cremauit, partim variis pœnis interfecit. Inter quos Symmachum patricium, & Boëtium eius generum poſt carceris cuſtodiam, gladio puniri iuſſit. † Qui videlicet Boëtius quam diſertus fuerit in literis ſecularibus, quámque fuerit catholicus, ex eius comprobatur codicibus. Teſtatur hoc Arithmetica, nec non Dialectica, ipſa etiam omnium animis gratiſſima Muſica ab eo tranſlata; & Latinorum iam dudum eam deſiderantium auribus delectabiliter infuſa. Porrò eiuſdem de ſanctæ Trinitatis conſubſtantialitate liber, liquido oſtēdit quàm eximius ſuo, ſi licuiſſet, tempore ſanctæ eccleſiæ colonus extitiſſet, The-

† *aliâs Chlodouei.*

† *Hoc ita accipe. Quorum regum tēpore. Nā S. Ioānes Papa ſedere non cœpit niſi anno Chriſti 524. teſte Baronio tomo 7. annal.*

Symmachi & Boëtij interitus & laus.

† *Anno Chriſti 526.*

Theodorici Regis mors ſubitanea. odoricus autem tam immanis ſceleris ſtatim pretium luit. Nam nonageſimo octauo, poſt hoc facinus die, ſubita morte defunctus, indignam vitam digno exitu finiuit. Cuius animam quidam ſolitarius, apud Liparam manens inſulam, vidit inter ſanctiſſimum Papam Ioannem & Symmachum exconſulem deductam, in Vulcani demergi ollam, eo loco vicinam quæ ideo ſic dicitur, quòd inibi mare, tanquam æneum vas, ferueſcat ab igne. Hoc modo periit Theodoricus, homo in ſuis initiis honeſtis pollens moribus. Romanis etenim primitiis quotannis ad ſubſidium, conferebat tritici centum viginti millia modiorum: qui veniens ad extrema, vt ex ſuperioribus patet, polluit omnia. Huic fuit in coniugio iūcta ſoror Clodouei regis, nomine Audefleda. Suas quóque ſorores aut filias, Theodoricus principibus circumpoſitarum ſociauerat nationum: Nec erat vlla gens vicina Italiæ, cuius rex eſſet eius affinitatis expers. Nūc cœptæ ordinem proſequamur hiſtoriæ. E F

De bello inter fratres ob diuiſionem regni orto. CAP. II.

DIVISO quadrifariam (vt ſuprà prælibatum eſt) regno, aliquantiſper ſæua bellorum quieuere incendia. Dani verò, gens inquietiſſima, conſcenſis quampluribus nauibus, fines regni † Theodorici regis ingreſſi depopulantur. Contra quos ſupradictús rex filium ſuum Theoldebertum cum exercitu illas direxit ad partes: qui fugatis hoſtibus, captiuíſque ereptis, victor reuerſus eſt. *Hic alius à præcedēte, fuit Clodouei filius, Metis regnās.*

De Crothildis ad filios ſuos reges oratione: qua eos ad vindictam de patruo ſumendam contitat. G

CAP. III.

THeodorico itaq; rege hoſtilē incurſum propulſante, Crothildis regina reliquos filios, Clodomirū atq; Childebertū necnō Clothariū aduocās, hac eos oratione alloquitur. Omnipotēs, inquit, totius cōditor ac rector orbis Deus, paterni vos ideo voluit eſſe hæredes regni, vt maternæ vos cōſtitueret vindices iniuriæ. Quapropter, dilectiſſimi filij, feliciter nati, felicius educati, ſi benè quid de vobis promerui, vlciſcimini, quæſo, iniuſtā patris matríſque meæ infandiſſimam necē. Gaudeam, inquam, hos me enutriſſē materni executores doloris, quorum ingemiſco periſſe auos magni ſi adhuc viuerent authores honoris. Neque etenim paruipēdenda eſt vobis cauſa mearum querelarum, quibus contigit tantorū carere patrociniis propinquorum: quos vobis abſtulit inimici atrox inuidia, priuſquā huius vitæ perciperetis oblectamina. Quid verò ſpei vobis ſit in reliquum animaduertite. Num parcituros putatis nepotibus, qui non pepercerunt fratribus? Et certè illos parua pro parte regni, è medio ſuſtulerunt hominum: vobis autem mitiores fore cenſetis, quibus ablatis magnorum inerit ſpes regnorum? Namque ſi vos iuſtam non exegeritis vltionem, ipſi vobis infauſtam inferent necem. Quòd ſi miſeratione non moueмini mortuorum: anxios ſaltem cōtemplamini meorum affe- H

ctus

A ctus viſcerum qui fuerint, dum patrem gladio, matrem fluminis ſubmerſione, ſororem exilij relegatione, damnari conſpexi. His filij piis maternæ querelæ commoti affectibus, exercitum Francorum perualidum cõgregantes, Burgundiam contra Sigiſmundum & Godmarum, filios Gũdebaldi regis, pugnaturi ingrediuntur.

De S. Sigiſmundi Regis Burgundiæ in ædificanda baſilica ſanctorum martyrum Mauricij & ſociorum eius magnificentia, ipſiuſque Regis cum filiis nece. CAP. IIII.

TVnc temporis Sigiſmundus baſilicam ſanctorum Mauricij ſociorúmque eius, magnis extruebat impenſis, in loco nuncupato Agauno. Circa eundem quippe locum magnanimitatem ſuæ oſtendit deuotionis: dum eſſet vir optimæ mentis & ſanctarum locupletator eccleſiarum. Nam & prædiorum illi loco contulit copiam, & clericorum ordinem pſallentium conſtituens, ſanctæ religionis martyres propitios ſibi adſciuit. Meminerat etenim ſe, coniugis perſuaſionibus deceptum, vnicũ amiſiſſe filium. † Quem dum illa odio proſequitur nouercali, in tantum exoſum fecerat patri, vt felle commotus iuberet eum puniri † gladio. Nec multò pòſt facti pœnitentia ductus, ſecum ipſe reputans quid ſceleris admiſerit, ad ſepulchra ſanctorum recurrens ſæpè, humiq́ue proſtratus, eos erga ſe clementiſſimos fore efflagitans rogabat: vt ſi quid minus perfectum, diuinæq́ue maieſtati aduerſum, in ſuis reperiretur actibus, id, C eorum interuentu, iuſtus iudex in hoc ſæculo potius, quàm in futuro puniret examine. Quam petitionem ad effectum iuxta votum perueniſſe conſtat. Audiens quippe exercitum aduenire Francorum, inſtruit & ipſe copioſam ſuorum manum: atque aduerſus eos, pugnaturus, aciem dirigit. Congreſſione itaque facta, Francis acriter præliantibus, victi Burgũdiones fugæ præſidio ſe committunt. Sigiſmundus verò cum tutelam ſanctorum Agaunenſium martyrum, citato expeteret curſu, à Clodomiro Francorum rege, qui eum perſequebatur, captus, atque Aurelianis perductus carceri eſt mancipatus. Tunc beatus Auitus, qui in territorio eiuſdem vrbis abbatis fungebatur officio, rogare Clodomirum cœpit, ne tam excellentis nobilitatis, inſigniſque bonitatis, virum neci traderet. Quod ille audire detrectans, eum in villa cui Calumnia nomen eſt, per-
D duci, ac ibidem cum filiis † capite cæſum in puteum proiici iuſſit. De quo poſtmodum ſublatus, atque ad Baſilicam ſanctorum Agaunenſium deuectus martyrum, cum digno honore eſt ſepultus. Quem ſanctorum collegio Chriſtum dominum adnumeraſſe, ideo non ambiguum habetur: quòd febricitãtes quiq́ue ſi pro remedio animæ ipſius, ſalutare fideliter fecerunt offerre ſacrificium, continuò ab infirmitatis ſuæ liberantur incommodo. Auctor verò necis eius, non diu lætatus eſt in hoc facto: Nam ſequenti anno idem Clodomirus, commoto exercitu partes Burgundiæ † deueſtaturus, aggreditur. Cui occurrit frater regis defuncti: ac fraternæ necis auidus vindex, pugnam cum eo non dubitauit conferre:

Greg. Tur. lib. 3. cap. 5. & 6.

† Nomine Sigeriũ.

† Strangulatum ſcribit Greg.

S. Auitus Abbas

† atque etiam cũ vxore, ſecundum Greg.

Natalis eius recolitur die prima Maij.

†. nomine Godomarus.

ſed Burgundiones, more ſibi ſolito, animoſitatem Francorum non fe- E
rentes hoſtibus terga nudarunt. Rex verò Clodomirus iuuenta alacrior,
armis munitus, & ipſo præſentis certaminis proſpero ſucceſſu animatus,
dum audacius quàm debuit hoſtes inſequitur, pernicitate equi cui inſe-
derat vectus, agmen inimicum, ſui nimium negligens, anteceſſit. Quem
illi à ſuis deſertum, à ſe verò circunuentum conſpicati, telis eminus vrge-
re cœperunt. Sola etenim ſpecies viri, & nimis notæ atque alacris forti-
tudinis gloria, perturbabat hoſtem, ne quis propius accederet. Qui vbi
ſe hoſtilibus circundatum cuneis vidit, nullúmque adeſſe ſuorum: in vir-
tute ſola remedium ponens ſalutis, conuertit equum ſeſéque collegit in
arma. Æſtuare tamen magnanimus cœpit iuuenis, atque incertus animi
ingentia pectore cœpit conſilia: obuiamne eundum, an hoſtibus ceden-
dum foret, aliquandiu deliberauit. Tandem aliquando inuenit ratione F
viam, vicítque mentem pudor: intérque cōfertiſſimos aduerſi agminis
viros proruens, ferro iter aperire conatus, quem primum obuiam ha-
Clodomirus Rex occiditur. buit equo deiecit. Circunuentus autem, confoſſis lateribus vitæ terminū
ſortitus eſt. Impiger ſanè iuuenis & manu promptus, ſed conſilio parum
prouidus: qui in ſecundis amorem poſuerat vitæ: fuit tamen maternæ
pro poſſe vltor iniuriæ. Porrò Franci, regis interitu comperto, non, (vt
nationes cæteræ) ſubſidium quæſierunt, fugæ: ſed ira feruente Burgun-
diones, inſecuti, cædunt, proſternúntque grauiter: deuaſtatáque omni
prouincia natiuum repetunt ſolum. Regnum regis interfecti cum eius
vxore, Gundeaca nomine, frater Clotharius accepit: filios verò eius, Theo-
doaldum, Guntarium atque Clodoaldū auia eorum Crothildis materno G
ſuſcepit nutriendos affectu.

De Iuſtiniano & Beliſario. Cap. V.

His ipſis apud Conſtātinopolim diebus, Iuſtino humanis rebus exē-
pto, Iuſtinian⁹ ei ſucceſſit in regno. Is autē Iuſtinia⁹ dū eſſet tēpo-
rib⁹ memorati Iuſtini ſacri ſcrinij præpoſitus, & Beliſarius equitū præfect⁹
mutuæ ſibi adinuicē dextras dederāt amicitiæ. Ii iuriſiurādi ſe obligaue-
rāt fide, vt ſi quilibet eorū altioris grad⁹ potiretur honore, ſociū ſibi æqua-
ret dignitate. Quadā itaq; die, cū coæquęuis ſibi lupanar ingreſſi, cōſpiciūt
duas mulierculas ex gente Amazonum ſorte captiuitatis abductas, ini-
bi eſſe proſtitutas. Eas illi rapiunt, atque ad proprias domos deducunt:
vni earum nomen Antonia alia vocabatur Antonina. Et Antoniam H
quidē Iuſtinianus: Antoninā verò accepit Beliſarius. Erántque ambæ
ſorores. Vna ergo dierum, Iuſtiniano meridianis horis ſub diuo quieſ-
cente, cùm caput in ſinū ſuæ reclinaſſet amatæ, adueniens aquila, alis ex-
Auſpiciū portendēs imperiū Iuſtiniano. panſis ab ardore ſolis eum conabatur defendere. Intellexit mulier auſpi-
cium, quod Iuſtiniano portendebat imperium: & experrectum tali voce
compellat virum. Oro, inquit, amantiſſime iuuenis, vt dum regni poti-
tus fueris ſceptris, non me indignam iudices gratiſſimæ amplexibus con-
iugis. Illo dicente impoſſibile hoc eſſe, vt ipſe ad culmen proueheretur
imperiale: rogat mulier, vt quod illa pro certo ſciebat, ne ſe inexoratum
ei præberet

Commutatio annulorum, in teſſeram promiſſionis.

A ei præberet. Quo tribuente aſſenſum, factáque commutatione anulorũ vtrínque eſt diſceſſum. Sanè Beliſarius eíque copulata Antonina, eadem inierunt connubij fœdera: vt, quia non dubitabat Beliſarius adepturum ſe potioris honoris gradum, ſi imperio potiretur Iuſtinianus, ſociam ſui eam adſciſceret ſtratus. Nec multũ fluxerat temporis, cùm imperator Iuſtinus expeditionem parauit aduerſus regem Perſidis. Sed in ipſo belli apparatu morbo præuẽtus, anno aſſumpti imperij octauo eſt defunctus. Conſenſu Senatus, totiúſque ſimul exercitus, Auguſtus efficitur Iuſtinianus. Qui, nihil moratus, collecto exercitu cõtra Barbaros eſt profectus. Et commiſſa pugna, fugatíſque hoſtibus, regem ſe eorum cepiſſe gauiſus eſt. Quem in ſolio regni iuxta ſe ſedere fecit: & vt prouincias, quas Romanis eripuerat, ſibi reſtitueret imperauit. Cui ille, Non, inquit, dabo.

Iuſtinianus fit imperator.

B Ad hæc Iuſtinianus reſpondit, Daras. Pro cuius nouitate ſermonis, ciuitas eo loci conſtructa eſt, cui Daras nomen eſt. Rex autem Perſidis, licet non voluntarius, omnia ei reſtituit quæ Romani fuerant iuris: ſícque in regnum ſuum eſt redire permiſſus. Iuſtinianus quoque Auguſtus, cum magno triumpho Conſtantinopolim eſt regreſſus. Tunc Antonina, eius quondam amata, ſui nequaquam oblita, ſumptis quinque aureis palatiũ eſt ingreſſa: E quibus duos dedit ianitoribus, vt ſibi pateret introitus, tres verò tenentibus cortinam, vt ſuam permitteretur enarrare cauſam: & ſtans ante principem, hunc apud eum habuit ſermonem. Cùm ſcriptura dicat, honor regis iudicium diligit: & item, rex qui ſedet in ſolio iudicij diſſipat omne malum intuitu ſuo: ego, clementiſſime imperator, hæc

Pſal. 98. Prou. 20.

C dicta eſſe de te intelligens, fiduciam ſumpſi te adeundi, tibíque propriæ neceſſitudinis cauſam exponendi. Eſt deníque in hac ciuitate iuuenis, qui mecum permutatis anulis fidem pepigit alterni amoris, profeſſus quòd me ſibi iungeret ſub nomine legitimæ coniugis. Ob id ſerenitatis tuæ præſentiam adij, tui ſuper hac re expoſcens ſententiam iudicij. Cui imperator, ſi, inquit, fides eſt pacta, non debet fieri irrita. Quo illa audito, anulum ſuo detrahens digito oſtendit Auguſto: Videat, ait, dominus meus cuius iſte fuerit anulus. Agnoſcit princeps eum quem dederat anulum: iubet eam introduci in cubiculum: ornamentíſque regalibus indutam, de cætero vocari & eſſe Auguſtam. Quod factum vehementer abhorruit populus cunctúſque Senatus: adeò, vt palam clamarent nefa-

D riam rem feciſſe Auguſtum: vt publicæ abiectionis ſcortum ſibi copularet in matrimonium. Hac Cæſar exagitatus iniuria, plæróſque Senatorũ pertrahi iubet ad necem. Quæ res in tantum perterruit plebem, vt, ſibi quíſque metuens, conatibus eius in poſterum minimè obuiare auderet.

De Beliſarij ſucceſſu. CAP. VI.

POſt hæc commilitonem ſuum Beliſarium in Aphricæ promouit partes, patricium eum conſtituens: qui quóque ſupradictam Antoninã, Auguſtã ſororẽ, duxit vxorẽ. Hunc dum Iuſtinianus ſũmo cõplecteretur amore, magnis locupletare ſtudebat opib⁹ diuitiarũ, erat aſſiduus

imperatoris conſilio: participes quóque aſſumebatur in conuiuio. Sed quia ſemper inuidetur felicioribus, paupertatíſque nullus inuenitur æmulus, immoderatéque detrahentium lacerantur morſibus affluentes opibus, multi Beliſarij proſperis offendebantur ſucceſſibus. Huic calumniam acerbo componunt felle, & acerbiori parant exitu. Denique regem adeunt improbiſſimi homines, & inuidiam excitant, aſſerentes, necem regis ac vſurpandi imperij potentiam à Beliſario affectatam. Haud difficile princeps impulſus eſt, vt credibile duceret quod pro vero affirmabatur. Itaque priuſquam ſibi probaretur, tentamentum aliquod flagitij parricidalis, vel mendacij ſuſpicionem excluderet examen veritatis, ſuggerentibus calumniatoribus, iubet eum expugnare Vvandalos. Hi ſæpiſſimè maximas Romani exercitus vires, clariſſimæque nobilitatis peſſundederant duces. Accepta hac iuſſione principis, Beliſarius domum repetit mœrens ac triſtis. Quem vxor ſua graui cernens affectum mœrere, inquirit ab eo cauſam offuſcantis faciem eius mœſtitiæ: rogat ſibi manifeſtari ſecretum, ſi fortè conſilij aliquod valeat conferre ſubſidium. Cui ille prælij rem fore dixit, non lanificij: ideóque viros magis quàm fœminas oportere conſuli. Ad hæc illa. Confido, ait, in Chriſto, me virilem prolaturam ſententiam, ſi huius arcani attingere quiuero ſcientiam. Veridicus námque eſt ſermo apoſtoli dicentis, quòd ſaluetur vir infidelis per mulierem fidelem: erat enim ipſa catholica, quamuis Beliſarius hæreſi inuolueretur nefanda. Tunc ſæpefatus patricius paululum quid inter ſemetipſum deliberans, conſiderânſque quia & in fœminis inuenitur ſapientia, nec priuatur infirmior ſexus rerum profundarum intelligentia; coniugi refert, vt Vvandalos expugnaret ſibi imperatum eſſe. Illa muliebri abiecta imbecillitate, hac virũ exhortatione ad fidem orſa eſt inuitare: Nullus, inquit, proteſtante ſacra ſcriptura, ſperauit in domino & derelictus eſt ab eo. Quapropter, mi vir, ſuadeo tibi, relictis hæreticorum blaſphemiis, trinum & vnum Deum agnoſcere, qui regnat in cœlis. Fac ergo votum Deo cœli, & eris victor melius quàm fuiſti. Per ipſum námque Beliſarium imperator Iuſtinianus multarum ſibi ſubiugauerat feritatem gentium. Spondente itaque illo fidem Chriſti, mulier iterum dicit ei. Nullatenus immutetur decor vultus tui, ſollicitatus difficultate prælij: & pallor qui tuam obtinuit faciem, diſcedat à te. Nunquid non ſunt nobis duodecim millia puerorum, quos propriis alimus ſtipendiis: & decem & octo milia militum, quos cum particiatus dignitate adquiſiſti? Quo reſpondente, etiam ſunt: adiecit illa. Aſſumpta igitur parte militum ad duodecim ſcilicet milia, puerorúmque ad quatuor milia, terreſtri itinere partes aggredere Aphricæ: Ego verò cum reliquo exercitu, videlicet ſex milibus militum, & octo milibus puerorum, nauali euectione fines petam Lybiæ. Hócque nobis adinuicem erit ſignum, vt tui in caſtris copioſum accendant ignem, & nos in nauibus lumen oſtendamus facibus. Quid plura? factis dicta compenſantes Aphricam partito petũt agmine. Vvandali terrena expeditione comperta, naualis ignari agminis, ad pugnam

Paupertas inuidia caret. — *1. Cor. 7.* — E, F, G, H

A ad pugnam ſe præparant, coniugibus ac liberis ad belli ſpectaculum in caſtris conſtitutis. Conſerto prælio cùm neuter exercitus alteri loco cederet, nuntius ad Vvandalos venit aſſerens vxores eorum & natos gladio trucidatos. Antonina enim cum ſuis de naui in litus egreſſa, caſtra hoſtiũ peruaſerat, nullúmque viuentem reliquerat, nec pueros quidẽ ac puellas. At Vvandali pugnantes comperta ſuorum nece, rupta acie, dum ſuis timent, propria neglecta ſalute, ad caſtra reuerti feſtinant. Quos confuſè ruentes, qui caſtra inuaſerant obuiam facti excipiunt ſternúntque, ac toto palantes perſequuntur campo. Rex autem Childemerus cum duodecim tantum Vvandalis fuga periculo exemptus, caſtellum quoddam munitiſſimum eſt ingreſſus: in quo à Beliſario obſeſſus, dum nullus
B ei pateret exitus, rogabat memoratum patricium, vt liber vinculis ante conſpectum duceretur imperatoris. Cui cùm ſpopondiſſet Beliſarius quòd non reſti aut funibus, non etiam ferreis conſtringeretur nexibus, aut ligaretur maſtigia: & credens ille promiſſa, vbi ſe dedidit, catena vincitur argentea, Conſtantinopolímque in triumpho perducitur. Sed in palatio conſtitutus, cum ab Aulicis multis afficeretur iniuriis, poſtulauit principem, vt conceſſo ſibi quem primum habuerat equo, duodecim ex his qui eum colaphis ſputiſque inceſſabant, ſingulare cum eo inirent certamen: Ibi, inquit, & meæ probrum ignauiæ, & illorum ſpectare habes fortitudinem audaciæ. Imperator petita non abnuens, cum eo, pro ſpectaculo, duodecim iuuenibus congredi imperat. Quos ille, ſimulata
C fuga, poſt tergum iaciens ſpicula omnes interfecit. Poſt hæc, ex præcepto principis Childemerus eunuchus factus, patricius Romanorũ finiũ qui Perſidis prouinciæ adiacẽt ordinatur. Cũ Perſis maxima ac proſpera bella geſſit: ibíque vitã finiuit. Sed ad ordinẽ reuertamur hiſtoriæ.

Pugna anceps inter Beliſarium & Vvandalos.

Uvãdali vincunt.

Childemerus eorũ Rex Conſtantinopolim ducitur catenis argenteis vinctus.

De Clothario & Childeberto regibus. Cap. VII.

INterfecto, eo quo ſuprà diximus modo, Clodomiro natorũ Crothildis primo, reliqui eius duo filij, id eſt Clotharius atque Childebertus, iterum cum exercitu Burgũdiam petunt: fugatóque rege eius Godomaro, regnũ Burgundiæ Francorum ſubiugauere ditioni. In hac pugna Theodoricus, quem Clodoueus ex concubina ſuſceperat, fratribus auxilium præbere detractauit: eò quòd filia regis Sigiſmundi eſſet nupta illi,
D neptis videlicet regis Godomari.

De Amalrico Gotho. Cap. VIII.

AMalricus † autẽ, filius Alarici regis Gothorum, cum partem regni paterni quæ à Francis non fuerat peruaſa ſuſcepiſſet regendam, legatos ad Chidebertum & Clotharium direxit: rogans vt inito fœdere ſororem † eorum mereretur coniugem accipere. Quam illi non negantes, (vt regibus tantæ gentis dignum erat) ſummo cum honore miſerũt. At ille, vt erat gente & animo ferus, habere eã cœpit remiſſius, nec diligere vt reginam, ſed contumeliis dehoneſtare quaſi pretio emptam ancillam

al Almaricus.

† materno nomine Crothildem, alias Clothildem.

Nam dum eſſet ipſe nefanda, qua & pater ſuus, Arrianæ hæreſeos maculatus perfidia, deſpectui eam habens quòd eſſet fide catholica, eunti ad Orthodoxorum eccleſiam, multa ingerebat probra. Stercora namque in eam, vel in eius proiiciés viam, fœtoris commouebat violentiam: vt deuotam à puræ orationis ſtudio auerteret mentem. Quibus præſtricta contumeliis filia Clodouei, ad fratres cum lachrymis ſcribit, epiſtolam mittens per quendam ſibi fidelem: & cauſam ſuarum exponens iniuriarum, ad extremum intulit, Miſeremini, inquit, mei fratres amantiſſimi, & mearum neceſſitudines indignamini cauſarum. Vrbs Aruerna Childebertum in finitimis ſuis, de fratris Theodorici regimine ab eo vi prærepta tenebat: cùm memorata ſororis ſcripta ad eum peruenerunt. Inde vir militiæ peritus, non expectato fratris Clotharij ſolatio, compoſitis ordinibus caſtra mouit: atque improuiſus armatas acies Hiſpaniis infudit. Nec defuit congreſſioni Amalricus, terreſtri naualíque pugna certare paratus. Vbi vtrique exercitui placuit, in campo prælio decreuêre. Sed Childebertus validior equitatu auertit hoſtem: nec diutius reſiſtere potuerunt Gothi: cùm virorum contis, & fremitu equorum conturbarentur. Conuerſi igitur ſunt in diuerſa alij: plærique ad claſſem refugiebant. Ex ea quoque parte occurrêre Franci, ac vniuerſos, præoccupato itinere, repellunt à mari. Ipſe Amalricus fugere conatus, eccleſiam catholicorum curſu petebat. Tunc vnus è turma Francorum citato equo eum inſecutus, haſta cominus percuſſum terræ deiecit exanimatum. Cuius comperto interitu Childebertus poſt tergum iter dirigens Gothorum, Toletum vrbem, ipſo terrore belli ciuibus conſternatis, ſine mora oppugnauit & cepit: multíſque ablatis theſauris & ſorore aſſumpta repedare feſtinabat ad patriam. Sed antequam cupitas peruenirent ad ſedes, ſoror regis, neſcio quo depreſſa incommodo, vita deceſſit. Cuius corpus in loculo poſitum Parrhiſius eſt delatum, ac in baſilica ſancti Petri, iuxta patrem humatum. Sanè in theſauris quos Childebertus auexit ab Hiſpaniis, reperta ſunt eccleſiaſtici vtenſilia miniſterij, ex vaſis quos dicunt fuiſſe Salomonis, ſexaginta precioſiſſimi calices, quindecim patenæ, viginti capſæ euãgeliorũ. Quæ omnia cũ ſolido fabricata eſſent auro, gémíſque ornata opere incluſorio, rex tamẽ integer, ab eorũ cupiditate (vt erat largiſſimus) cũcta diuerſis præbuit Eccleſiis. Sed dũ incurſare ſtudet aliena, perdidit quæ putabat ſua. Nam Theodoricus frater ipſius, dolens Aruernorum vrbem ab eo ſibi fuiſſe ſublatam, eam tempore iteratò inuadit: Cæſiſque vel fugatis quos Childebertus ad tuendam reliquerat ciuitatem, Mundericum (qui ſe propinquum regis iactitabat, regnúmque ſibi deberi) perimi iuſſit, & quæ eius erant ſub fiſcum redigi. Hic etenim Mundericus perſuaſis Aruenicis ciuibus: collecta etiam ruſticorum non parua manu, caſtrum Victuriacum contra Theodoricum peruaſit. Vbi dum rex eum obſidione cinxiſſet, & ſuperare nequiret: cuidam ſuorum Aregiſilo nomine imperat, vt dato ſacramento ſecuritatis, Mundericum à caſtello exire ſuadeat, quatenus à circunſedentibus perimi poſſet. Ille

Amalricus occiditur.

præcepto

A præcepto obtemperat, ac circumuentum hominem caſtro educit: datóque in hunc modum ſuis ſigno; quid, ait, ô populi hunc virum aſpicitis, ac ſi nunquam amplius eum vidiſſetis? His illi auditis impetu in Mundericum proruunt. Quod ille cernens, Aregiſilum ſic alloquitur: Quia (inquit) ô Aregiſile periuriis me decepiſti tuis, ex hoc tempore te viuentem nullus cernet oculis carnis, & hæc dicens, vti pone eum ſtabat, lancea inter ſcapulas adacta eum terræ defixit: euaginatóque gladio hortatus ſocios ſuper hoſtes irruit, ac quouſque ſpiritus vitæ in eo fuit, cedere non ceſſauit. Archadius quoque, qui vrbem Aruernam Childeberto tradiderat, Bituricas aufugit. Ea vrbs tunc Childeberto parebat. Mater verò eius atque amita comprehenſæ, apud Cadurcum vrbem exilio addictæ ſunt.

Mundericus proditorem ſuum Aregiſilũ occidit. & cum aliis fortiter dimicans cadit.

B *De Theodorici & Clotharij regum, in Thoringos expeditione, & victoria.*

CAP. IX.

INde Theodoricus fratre Clothario in ſocietatem aſcito, ipſe cum filio Theodeberto Thoringam petit. Præerat Thoringis rex Hermenfridus, duobus ſuis fratribus trucidatis. Cui acceſſerat ex coniugio vana quædam mentis elatio, quòd ei filia Theodorici regis Italici, ex ſorore ſuſcepta Clodouei, iure copularetur nuptiali. Hæc muliebri faſtu elata, quod regali manaret è proſapia, fratrē mariti † Bercharium nomine ingenti oderat crudelitate. Denique ſuadet viro, vt fratrem ſibi æmulum vita priuet & regno. Id ille nil moratus effecit, miſſiſque lictoribus eum perimi iuſſit. Pari modo alium, vocabulo Baldricum, ſuſpicione C fraternæ inſimulatum vindictæ, infanda damnauit morte. Hac arte Amalberga (id quippe nomen mulieri) vacuefecit ſibi aulam regni, dũ ſimulat ſaluti ſe velle conſulere mariti. Miſer ille, qui putauerit quòd illa in eius fratribus parricidales odiſſet cogitationes: nec animaduerteret conſortes regni ac periculorum ſublatos eſſe ſuorum. Adeò apud improbos eſt affectus vilis, vt citò prauis ſuggeſtionibus extorqueatur. Profectus itaque Theodoricus in Thoringam, obuiam habuit Hermenfridũ cum innumera multitudine hoſtium. Foderant autem Thoringi foſſã, quam texerant operimento ceſpitum: vt aduenientium inibi debilitarẽtur equi Francorum. Quo cognito, Franci acriter indignati, hoſtes vltima labefactarunt pernicie: actóſque in fugam vſque Oneſtrudh fluuiũ D proſequuntur. ibi etiam aduerſarij reſiſtere auſi, tranſitúque prohibere Francos graui ſatagebant certamine. Sed vbi ſe Franci ipſo vſu veteri aſſuetáque vincendi confirmauerunt conſuetudine, ordine ſuo nixi, incurſantes cædere, ſcutis repellere, niſu omni ac virtute inconditam multitudinem in fluuium vrgére cœperunt. Nec difficile fuit plurimos in amnẽ mergi, cùm haud procul à littore res gereretur. Tanta autem ſtrages tũc de Thoringis facta fuiſſe fertur: vt cæſorum congerie completo fluuio, Franci ſuper interfectos in vlteriorem tranſirent ripam. Hermenfridus ipſe cum paucis elapſus in munimentum ſe contulit vrbis. Quem poſtea Theodoricus, fide data, Tulbiacum ad ſe venire mandauit: cúmque, dũ

† alias Berthariam.

ò praua fides ò muliebris conſilia.

Theodorici perfidia.

Hemefredus Rex Thoringorum ex alto præcipitatus occumbit.

deambulatum per murum vrbis irent, & inter ſe alterutrum ſermocinarentur, præcipitem deorſum egit. Qui ruens comminuto cerebro exanimatus eſt. Ex eo quoque genitis minimè pepercit: Sed eos ſtrangulari præcipiens vniuerſas Thoringorum ciuitates Francis ſubiugauit, priſtináque eos iuſſit incolere domicilia. Denique Francos Thoringorum prius poſſediſſe fines ſuperior declarauit ſermo. E

De origine Francorum citatus diuus Hieronymus.

Cap. X.

To. 1. operum.

SEd & beatus Hieronymus, in opuſculo quod de vita ſancti ſcripſit Hilarionis, aſſerit hanc gentem, non tam amplam quàm robuſtam, inter fines Saxonum quondam habitaſſe & Alemannorum: memorans illius nationis illuſtrem iuuenem ab eodem viro Dei dæmone eiecto fuiſſe curatum. Nec vobis oneri erit ipſius diſertiſſimi verba ponere viri; cùm & noſtram (ſi inſerantur) honeſtent materiam, & gentis fortitudinem notam faciant pariter & decorent: ſimul etiam vt virtus Dei in gé- F
„ tili quoque operata homine euidenter appareat. Ait ergo diuinæ legis
„ interpres. Candidatus Conſtantij imperatoris rutila coma & candore
„ corporis indicans prouinciam (inter Saxones quippe ac Alemannos gés
„ eius non tam lata quàm valida apud hiſtoricos Germania, nunc verò Frá-
„ cia vocatur) antiquo hoc eſt ab infantia poſſeſſus à dæmone, qui
„ noctibus eum vlulare, ingemiſcere, fremere dentibus compellabat, ſe-
„ cretò ab imperatore euectionem petiit, cauſam ei ſimpliciter indicans: G
„ & acceptis ad Conſularem quoque Palæſtinæ literis, cum ingenti honore
„ ac comitatu Gazam deductus eſt. Qui cùm à Decurionibus loci illius
„ quæſiſſet, vbi habitaret Hilarion monachus: territi Gazenſes & putan-
„ tes eum ab imperatore miſſum, ad monaſterium adduxerunt: vt & ho-
„ norem commendato exhiberent: & ſi quid ex præteritis iniuriis in Hila-
„ rionem eſſet offenſæ, nouo officio deleretur. Deambulabat tunc ſenex in
„ arenis mollibus, & ſecum de pſalmis neſcio quid, ſubmurmurabat. Vi-
„ dénſque tantam turbam venientem ſubſiſtit: & reſalutatis omnibus, ma-
„ núque eis benedicens poſt horam cæteros abire præcepit, illum verò cũ
„ ſeruis ſuis & apparitoribus remanere. Ex oculis enim eius ac vultu cur
„ veniſſet agnouit. Statim ergo ad interrogationem ſuſpenſus homo, vix
„ terram pedibus tangens, & immane rugiens, Syro, quo interrogatus H
„ fuerat, ſermone reſpondit. Videres de ore barbaro, & qui Francam tan-
„ tum ac Latinam nouerat linguam, Syra ad purum verba reſonare: vt nó
„ ſtridor, non aſpiratio, non idioma aliquod Palæſtini deeſſet eloquij. Có-
„ feſſus eſt itaque quo in eum modo dæmon intraſſet. Et vt interpretes eius intelligeréi, qui Græcá tantum ac Latinam nouerant linguam, Græcè quoque eum interrogauit. Quo ſimiliter & in verba eadem reſpondéte, multáſque incantationum occaſiones & neceſſitates magicarum obtendenti artium, Non curo, ait, quomodo intraueris, ſed vt exeas in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti impero. Cúmque curatus eſſet, ſimplicitate

S. Hilarion dæmonem eiicit è corpore cuiuſdam.

A citate ruſtica decem auri libras offerens, hordeaceum ab eo accepit panem: audiens quòd qui tali cibo alerentur, aurum pro luto ducerent. Hæc dixit Hieronymus, vir in ſancta eccleſia omni laudum præconio dignus. Nos autem ad rem cœptam vertamus articulum.

De reliquis Clotharij & Theodorici geſtis. CAP. XI.

DEnique dum apud Thoringam moræ fierent, Theodoricus fratri Clothario occultas parat inſidias: Expanſóque in parte domus velo armatos poſt id ſtare iubet; qui Clotharium ad ſuum venientem colloquium ex improuiſo interimerent. Clothario itaque ingredienti domũ pedes apparuere detecti armatorum. Quod vbi animaduertit, ſuos capere arma iubet, ſeque præcedere. Intellexit protinus Theodoricus fratrem B dolum præſenſiſſe: & ne amplius manifeſtum fieret factum, loco muneris diſcum ei dat argenteum, gratias agens propter collatum auxilium. Neſcientibus ergo ſuis quid actum foret, Clotharius metatum repetiit ſuum. Poſt hæc Theodoricus cum ſuis queſtus ſe ſine cauſa ſuum perdidiſſe cantinum, aduocans Theodebertum filium ſuum, Vade, ait, ad patrem tuum, & pete ab eo vas à me ei dono datum. Abiit ille, ac ſine mora quod petiit impetrauit. Clotharius inde regrediens, Radegundem, Bertharij regis filiam, ſecum abduxit: quæ poſtmodum apud Pictauam vrbem multis effulſit virtutibus.

Theodoricus fratri inſidias tendit.

S. Radegundis.

Cùm igitur vt præfati ſumus, Theodoricum atque Childebertum, quos iunxerat natura, diuideret diſcordia, tandem domeſtico fœdere ciuilium C ſunt ſequeſtra bellorum certamina. Sed quorundam nefandorum molitionibus hominum, qui aſſiduis gaudẽt rerum mutationibus, iterum pactæ pacis violata ſunt iura. Quapropter multi nobilium filij obſides, vtraque ex parte qui fuerãt dati, ſeruituti ſubiiciuntur. Inter cæteros verò neptos beati Gregorij Lingonicæ ciuitatis epiſcopi, dum cuiuſdam barbari ſeruitio premeretur, à memorati pontificis ſeruo Leone vocabulo, qui præparandis epulis miniſterium exhibebat, ſubducitur, priſtinæque libertati hoc ordine reſtituitur. Audiens quippe ſacerdos præfatus eum Treueris detineri, mittit pueros, qui oblato domino eius pretio, illum exinde abducerent. Quibus barbarus reſpondit. Hic, tam præclari generis puer non dimittetur, niſi mihi decem libræ aurei dẽtur. Illis D hæc epiſcopo nuntiantibus, Leo ſe obtulit dicens. Permitte me, & ego per Dei auxilium puerum liberabo. Quo permittente, quæſitum ille quendam hominem rogat, vt ſe domino pueri quaſi proprium famulũ vendat, & pretium loco beneficij in ſuos vſus habeat. Obaudit ille dicta, & eum duodecim aureis memorato vendidit viro. Querit deinde emptor à Leone quid operis ſciat agere. Cui Leo: In præparandis, inquit, epulis nullus me præteriit diſciplina artis. Imperat ergo dominus, vt adueniente die Solis (ſic enim barbari vocant diem dominicam) tale paret conuiuium, quod venturi ad eum amici habeant admiratum. Quare ille aggregata pullorum gallinaceorum multitudine, ita præparauit: vt diceret

B. Gregorius Lingonenſis epiſcopus.

conuiuæ ſe nec in menſa regis tale quid guſtaſſe. Gauiſus dominus Leonem promptuario præficit, ac ſummam ſui gratiam impartit. Poſt anni circulum cum Attalo (id quippe nomen nepotis epiſcopi erat) in prato, eò quòd ille cuſtos equorum eſſet, deſcendit. Et verſis ſibi inuicem dorſis, ne agnoſceretur loquentes: Attalum ſic compellare cœpit: Tempus eſt inquam, ô puer, vt de patria cogitemus. Hac igitur nocte dum equos è paſtu reduxeris, caue ne ſumno graueris: Sed, vt à me vocatus fueris, iter ſi ſapis noſtrum parabis. Ea fortè nocte Leo generum domini ad domum redeuntem proſecutus, vina porrexit. Cui ille ioco: ait dico, ô puer ſi valeas, qua nocte ad patriam reuerti deſtinas? Ad quem Leo item iocando, veritatem tamen effatus, hac inquit nocte, ſi Deus permiſerit. Vtinam, ait aliter me cuſtodiant famuli mei, ne quid de domo mea auferas. Necdum itaque prima noctis quiete tranſacta, Leo ad Attalum properans, quærit an habeat ſpatham. Quo negante, ille à capite domini ſui ſcutum ſimul cum framea aufert: ſciſcitantique domino, reſpondit ſe eſſe, velléque Attalum qui tanquam ebrius quieſcebat ſuſcitare, vt ad paſtum equos deducat. Illo verò non abnuéte profectus eſt ad Attalum: aſcenſiſque equis, raptíſque quibuſdam veſtibus ſiue ornamentis, triduò ieiuni iter peragunt. Venientéſque ſuper Moſam, dum à quibuſdam detinerentur, relictis equis ſuper parmas fluuium tranſmearunt: inuentáque arbore pruni, eius ablato fructu, inter iter agendum eo ſe ſatiant. Porrò viam ingreſſi Campaniæ, nocte quadam audiunt ſonitũ poſt terga currentium equorum. Tunc Leo ad puerum: Proſternamur, inquit, terræ, ne videamur. Tunc poſt truncum rubi ſe collocant, extractis tamen gladiis, vt, ſi neceſſe foret, his ſe defenſarent. Equites verò eo loco conſtiterunt, ſpectantes donec equi vrina ſe leuarent, Dixítque alter ad alterum. Veni, quia fugiunt hi deteſtabiles: verùm ſi inuenirentur, vnum ex eis patibulo, alium gladiorum ictibus perderem. Erat autẽ qui hæc loquebatur dominus illorum: qui motis equis cum ſocio receſſit à loco. Illi verò eadem nocte Remis venientes, à preſbytero Paulello per biduum recreati ad beatum Gregorium ſunt regreſſi. Attalus cum gaudio eſt ſuſceptus: Leo cum vxore ac filiis libertate, præmióque terræ donatus eſt.

Att. induſtriã ſerui.

E F G

De conſpiratione Childeberti & Clotharij regum, in necem nepotum ſuorum, Clodomiri filiorum.

Cap. XII.

H

Greg. Tur. lib. 3. cap. 18.

INterea Crothildis regina Parrhiſius reſidens, filios Chlodomiri, nepotes ſuos, ſolerti nutriebat diligentia. Childebertus verò zelo ductus, quòd videbat reginam ſuper eos maternum declinaſſe animum, autumans deperire ſibi, quicquid materni affectus in illos transfundebatur, Clotharium excitat; vt è medio hominum tollendi adoleſcentes occaſionem quærat. Doloſa adinuicem captantes conſilia, ad matrem dirigũt, qui memoratos iuuenes ab ea ſuſceptos ad ſe perducerent, aſſerentes ſe velle

A velle debitam illis regni reddere portionem. Dolum regina non præui-
dit: mandatóque filiorum paruit eò ſtudioſius, quo adoleſcentulis benè
eſſe gratulabatur conſultum. Suſcepit legatus iuuenes, vt eos deduceret
ad reges. Eo diſcedente è veſtigio aduenit alter forpices & gladium de-
ferens, Quibus regina viſis, inquirit quid ſibi iſta velint: cui Veredarius
ſic inquit. Mandant filij tui, veliſne tuos nepotes tonderi, an gladio per-
cuti: delibera, vnum enim eorum neceſſe eſt fieri. Quo illa audito, alta
trahens à pectore ſuſpiria ingemuit, & ait. Nunc mihi bonum eſt cum fi-
liis meis mori: mortua eſt pietas. Nunc profectò illud eſt tempus, quo ſi
omnes dent ſua conſilia, huic malo remedium inueniant nullum. Nouũ
hoc flagitij genus eſt, quo patrui innocentium appetunt vitam nepotũ.

De iure Regalis capillitij vide FrãcoGalliam Hotomãni, cap. 11.

B Doleo, fateor parricidas generaſſe me filios, qui non poſſent parcere pa-
rentibus. Sed de illis taceo, quos iuſta allegatio maternæ calamitatis exo-
ſos fecerat. Verùm in iſtis nullæ reperiuntur cauſæ offenſionis: niſi quòd
in regno natis, regiſque filiis, debita inuidetur portio paternæ hæredita-
tis. Pereunt itaque ad dolorem mihi, ad fructum illis. At quærat quis, vt
quid eos occidere velint? cognoſcat, quia ad præſens ipſis mors eorum
proficiet. Miſeram me, quæ ad hos fructus fœcunditatis ſum reſeruata:
vt infelicia eis porrigerem vbera, qui mihi chara nepotum auferrent pi-
gnora. Ego, infantuli, veſtræ cauſa ſum perditionis: quæ inconſideratis
perſuaſionibus patrem veſtrum obieci periculis mortis. Satis infelix ma-
ter fueram, auia volui eſſe ſolicitior. Videns mihi ætatem procedere, ten-
taui conſulere poſt me nepotibus, atque vtinam conſuluiſſem. Sed nunc

Planctus Crothildis Reginæ in nepotum nece.

C eos mihi quidem eripit intolerabilis ærumna, quos magis magíſque cõ-
mendauerat natura & miſericordia. Summe Deus, ne inter greges no-
xiorum deputes animas innocentium, nec eos ſæua inferorum crucient
ſupplicia: ſed mundo ſupernum iter carpentibus è veſtigio tranquilla
æternæ vitæ ſuccedant habitacula. Hic dictis, indignatione ſimul & com-
paſſione vox eſt intercepta loquentis. Verùm vbi ſpiritum reſumpſit,
ecquid ait, aliud reſtat? Conditio mihi offertur, vtrum malim eos ton-
deri an gladio percuti. Sed vtcunque ſe res habeat, nullatenus clericos fie-
ri patiar. Hæc dixit, putans quòd pietate flexi naturæ, à tanto deſiſterent
ſcelere. Quamuis enim ei nota eſſet Clotharij feritas: nunquam tamen
credere potuit, quòd vſque ad parricidium perſeueraret. At ille longè ab

Clotharij crudelitas in nepotes ſuos

D eius ſententia aberrans, arreptum † ſeniorem natu puerum, ad terram
eliſit, cultellóque latus perfodiens vita priuauit. Quod cernens iunior,
† ad Childebertum ſe contulit: & ſuffuſus lachrymis ſpecie miſerabili,
patrui inhærens veſtigiis, orare veniam, ac vt animum ſibi regis Clotha-
rij conciliatum redderet obſecrare. Motus ille miſeratione, fratrem de-
precabatur; vt naturæ cõtemplatione molliret iram, nepotíque parceret,
ſuper iram conſtituens ius naturæ. Promittebat etiam ſe pro huius rei vi-
ciſſitudine, beneficium quod ipſe vellet recompenſare. Cui frater, dum
tu (inquit) huius facti miniſter exiſtis, vt quid miſereri te velle ſimulas?
Quin potius puerum à te expelle, aut pro eo morere. Veritus Childeber-

† Theobaldum decẽ annorum.

† Guntarus ſeptennis.

E

rus verba fratris, nec eius valens, immò nolens, contraire voluntati, puerum à ſe repulit: quem Clotharius eo quo fratrem eius interemit modo. E
Reliquus qui ſupererat è fratribus, vitæ potius ac ſaluti quàm regno intentus, prompta fidiſſimorum ſibi famulorum ope vſus, fuga ſe exemit periculo, ei nomen Clodoaldo. Qui poſtea clericus factus, preſbytérque ordinatus, dignè eſt conuerſatus: & finem vitæ ſortitus, Nouigento † villa territorij Parrhiſiacæ vrbis ſepultus, multis miraculorũ ſignis cœlo viuere declarat. Clotharius autem, nutricis puerorum pari modo neci traditis, aſcenſo equo ab eo receſſit loco vnà cum ſuis. Tunc Crothildis regina ablata nepotum corpuſcula condiens aromatibus, in baſilica ſancti Petri fecit humare. Theodoricus autem Theodeberto filio ſuo deſpódit vxorem vocabulo Vuiſegardam, filiam Vuaconis regis † Longobardorum. F

S. Clodoaldus.
† Hodie vulgò dicitur, Sainct Cloud, duabus leucis à Leutecia diſtans. Huius autẽ ſancti Natalis recolitur die 7. Septembris.
† aliàs Lãgobardorum.
† aliàs Huinili.
Scandinauia.

De Longobardorum origine & geſtis. Cap. XIII.

Hic locus nos admonet, intermiſſa paululum cœptæ rei ſerie, exordium huius pandere gentis, & præterita retrò tempora retractando repetere: maximè cùm præclara quædam Francorum geſta, in hiſtoria contineantur Longobardorum. † Heruli igitur, qui & Longobardi, ab inſula Germaniæ, quæ Scandinauia dicitur, egreſſi, Ibore ac Aione ducib9, regionem quæ Scoringa dicitur quaſi habitaturi ſunt ingreſſi. De qua propter victus penuriam exire compulſi, tranſierunt in Maurigam. Vnde progreſſi habitauerunt in Golanda: mortuíſque ducibus, regem ſibi Agelmundũ, filiũ Aionis ducis ſtatuerunt; qui per triginta triũ curricula annorum illis præfuit. Cui ſucceſſit Lamiſſio: Lamiſſioni quoque Lethij: poſt Lethij regnauit Hildehoc. Quo defuncto, quintus Gudehoc regnũ ſuſcepit. Deinde poſt pugnam, quam inter Odoacrẽ & Pheleteum fuiſſe ſuperiori commemorauimus libello, profecti Longobardi de Golanda peruenerunt in Rugiland, quæ Latinè Rugorum patria dicitur. Nam lãd lingua Germanorum, patria dicitur verbo Latinorum. Exempto autem humanis rebus Gudehoc, ſucceſſit eius filius Claffo. Decedente quoque Claffone, Tato regnum tenuit. Quo tempore Longobardi relicta Rugorum patria, venerunt in campos patentes, qui ſermone barbarico feldt appellantur, manſerúntque ibi. Quo dum demorantur, † Radulphus rex Herulorum fœdus quod cum Tatone pepigerat irrumpens, eò quòd cõpererat fratrem ſuum germanum à filia Tatonis nefandiſſimè interemptum, bellum ei intulit. Sed ipſe cum ſuis à Longobardis ſuperatus, vita pariter & regno eſt priuatus. Tanta autem conſternatio, ac, vt verius dicam, mentium alienatio eius inuaſit exercitum; vt virides ſegetes, lini campos, flumina crederent: dumque brachia quaſi nataturi extenderent, à ſuperuenientibus ſine difficultate cædebantur hoſtibus. Irruit autem ſuper Tatonem Vuacho filius fratris ſui: interfectóque eo, regnum ipſe iam octauus ſuper Longobardos tenuit. Huius filiam, vt prædictum eſt, Theodoricus filio ſuo Theodeberto deſpondit. Quam ille poſt mortem

† al. Rotdulfus.

Margin letters: G H

patris

A patris relinquens, Deutheriam Romani generis fœminam hac de cauſa duxit vxorem. Dum Gothi, poſt mortem Clodouei, multa de his quæ ipſe eis abſtulerat, peruaſiſſent: Theodoricus Theodebertum filium ſuū ad ea recuperāda direxit. Qui ad vrbem† Bituricam accedens: legatos ad caſtrum Caprariam, vt ciues ſibi aperiant, dirigit. Deutheria verò mulier nobilis & ſapiens, cuius vir ad prædictam vrbem propter hoſtilem tranſierat incurſum, Theodeberto mandauit, quòd veniens cum pace ſuſciperetur. Quo aduentante, illa ei obuiam eſt progreſſa. Cujus ſpecie rex captus, ſuo eam coniunxit ſtatu.

† aliâs Biterris.

De Theodorico & Theodeberto. Cap. XIIII.

B IN illis diebus Theodoricus† Siginaldum parētem ſuum occidens gladio, clàm mandauit Theodeberto vt filium eius, qui vnà cum eo ierat, interimeret. Sed ille, eò quòd illum de ſacro fonte leuaſſet, oſtenſis paternis literis fugam ſuaſit, donec poſt mortem patris ipſo regnante ad eum reuerteretur. Qui fugiens apud Latium latuit. Poſt nuntiatur Theodeberto patrem grauiter ægrotare; qui poſtpoſitis cæteris rebus eò tendit, Deutheria Aruerni relicta.

† aliâs Siginaldū.

Theodoricus autem, cum iam viginti quatuor annis regnum tenuiſſet, vita decedens Theodeberto filio ſedem ſui reliquit regni: qui manſuetus cunctíſque modeſtus, iuſtitiæ quoque cultor fuit egregius. Conſurgentes verò Childebertus atque Clotharius eum regno pellere conati C ſunt. Quos ille demulcens, regnum ſagaciter recepit; miſſoque nuntio Deutheriam ab Aruerno euocans, ſibi eam in matrimonium copulauit. Cernens Childebertus quòd eum vi ſibi ſubdere nequiret, amicitia ſibi necti commodiùs duxit: accercitúmque triplicibus ex omni ſupellectili ſua ornamentis donauit.

Theodebertus regnat.

† Ginaldus autem, Siginaldi filius, audiens Theodebertum loco patris regnare, ad eum rediit. Quem rex deoſculans cunctas ei paternas reſtituit hæreditates: data ei tertia ex omnibus quæ à patruo acceperat muneribus parte. Verùm Deutheria cernens filiam ſuam, quam ex priori ſuſceperat viro, valdè adultam, verita ne à rege concupiſceretur, vehiculo impoſitā indomitíſque bobus tractam, apud Viridunum de ponte in Moſam præcipitari iuſſit. Erat porrò Theodebertus rex egregiè moratus: agnoſcens D verò quòd Deutheria ſuam, vt prædictum eſt, interemiſſet filiam, repudiata ipſa, Vviſegardam iterum ſibi ſociauit.

† aliâs Ginaldus. Ginaldo reſtituuntur res.

Deutheriæ crudelitas in filiam ſuā.

De Beliſarij reliquis ſucceſſibus. Cap. XV.

POrrò Beliſarius poſt inclytum quem de Vvandalis, vt ſuprà diximus, apud Conſtantinopolim egit triumphum, intimus amicorum Iuſtiniani principis habebatur. Et aſtipulante prioris ſocietatis prærogatiua, cùm inter primos ſecretorum arbitros ipſe primus accerſiretur, multorum contra ſe inuidorum excitauit corda. Qui dolentes vberiore illum pollere potentia, ſibíque deputantes officere in quo ille proficeret, quaſi

Renouatur inuidia in Beliſarium.

ſalutis Cæſaris ſolliciti, crebro ei denunciabant, ab inſidiis Beliſarij fore cauendum. Quòd niſi ipſi ſimulatione fidelioris conſilij reuocauiſſent, E iamdudum Beliſarij gladio interfectum Iuſtinianum, regnúmque indigno hæredi vacuefactum. His atque huiuſmodi regiorum ſatellitum ſeu etiam primorum palatij ſermonibus Auguſtus per inuidiam paulatim accendebatur: Et ſuſpectam habens Beliſarij potentiam, patriciatus ei interdixit curam. Qui publicis expeditus actionibus, ſecuram deliberans in reliquum agere vitam, priuatas incolebat ædes. Sed, quia difficile
" eſt in proſperis inuidia carere, iterum zelus, iterum orta inſimulatio, quia
" vltrà quàm priuatis mos eſt ſeſe agebat: duodecim námque millibus puerorum vallatus, quocunque eundum foret, progrediebatur. Fuere nonnulli qui vitam quoque ipſam ereptum ei ire vellent. Verùm cùm imperatoris mentem ad ſuam nequirent inflectere ſententiam, ipſum dignitate regia priuare moliti ſunt: opportunámque nacti occaſionem, procedentem ad circi ſpectaculum principem, priuata detentum cuſtodia, F corona ſpoliant ſimúlque veſte purpurea: deductúmque ad medium theatri quendam Florianum, in ſolio ſedere faciunt regio. Iuſtinianus autem tali dehoneſtamento affectus, ad Beliſarium miſit qui dicerent: Hæc mandat Iuſtinianus Cæſar quondam & Auguſtus. Immemor, inquit, iniuriarum, mi Beliſari, factus modernarum, ad memoriam quæſo reduc priſtina beneficia: & ſi quid præuales, adiuua me. Ad hæc Beliſarius ita reſpondit. Si (ait) auita mihi ſuppeditaret potentia, ferrem poſcenti ſuffragia. Nunc autem incaſſum fundit preces, cùm mei præſentia conſulares violauerit faſces: Verumtamen Chriſti domini mei parens præcepto, G non referens mala pro malo, auxilium illi laturus accingar vt potero. Et ſimul, his dictis, ad conſpectum properat noui principis, cunctis vt ſequerentur ſuis præcipiens pueris. Et pro foribus theatri ſtans, conſpexit eminus turbam ſe odientium cathedræ imperatoris Floriani circunſiſtere. Conuerſus igitur ad eos qui ſecum erant, En, inquit, fidiſſimi milites, adeſt omnibus votis expectata dies, ad capeſſendam vltionem ex inimicis. Vallatus eſt tyrannus caterua malignantium, qui ſe ei ſociauerunt, freti improbitate morum: nec dubitandum pari eos debere perire interitu, quos æquales reddidit malitiæ cauſa. Armate itaque dexteras vindices: & quod me videritis facere, vos quoque facite. Poſt hæc introgreſſus dum veluti adoraturus genu flecteret, euaginato enſe falſi principis H caput amputauit. Quod cernentes qui cum eo venerant, diſtrictis gladiis circunſtantes fortiter ferire cœperunt. Turbati hi qui prius de permutatione dominationis ſibi applaudebant, fugæ potius quàm defenſionis auxilium quæſierunt. Caput Floriani, cum corona regni, Beliſarius ſuſtulit: veniénſque ad Iuſtinianum taliter ei locutus eſt. Æmuli (inquit) meæ tuæque ſalutis, ſeminarium diſcordiæ, inter nos ideo quàm maximè ſæuiſſe viſi ſunt: vt & me exortem honoris redderent, & te mei præſentia deſtitutum contumeliis, vti nunc palam cernitur, afficerent. Attamen ego his quæ aduerſariis ſuggerentibus cõtra me egiſſe cognoſceris poſthabitis,

Iuſtiniano inſignia imperatoria adimuntur.

Beliſarij ad ſuos breuis oratio.

Florianus imperator occiditur.

A habitis, gratiam imperij lucíſque rependo, quam illi ereptum iri voluerant: Recolenſque priora erga me beneficia tua, hoc te nunc dignor munere. His dictis, diadema regni eius impoſuit capiti. Iuſtinianus hoc modo imperio reſtitutus, ſæpefatum Beliſarium iteratò patricium ordinans, aduerſus Gothos, qui Italiam inhabitantes Romanos grauiter armis premebant, dirigit. *Iuſtiniano reſtituitur imperium.*

De diuo Benedicto. Cap. XVI.

HIs diebus beatiſſimus Benedictus pater prius in loco qui Sublacus dicitur (qui ab vrbe Roma quadraginta millibus abeſt) & poſtea in caſtro Caſſino, quod Harũ appellatur, & magnæ vitæ meritis, & apo- *De eodem vide ſuprà Lib. 1. cap. 24. & infra. lib. 2. cap. 22.*
B ſtolicis virtutibus effulſit. Quo etiam tempore ſanctiſſimus Agapitus Romanæ ſedis pontifex, ad regiam vrbem profectus, Iuſtinianum principem in Euthycis ſectam delapſum, ad veram & catholicam reduxit fidem: damnatóque Anthimo patriarcha Conſtantinopolitano, nó multò pòſt idem Papa apud eandem vrbem diem obiit. Cui ſucceſſit in pon- 536.
tificatu Syluerius. Hic eleuatus eſt à tyranno Theodoro, qui apud Gothos regnum arripuerat, ſine deliberatione decreti imperialis. Qui corruptus pecunia talem timorem induxit clero; vt qui non conſentiret, gladio puniretur. Poſt menſes duos nutu diuino extinguitur Theodorus: & eleuatus eſt rex Vvitigis. Tunc veniens Beliſarius patricius in partes Siciliæ, audiuit quòd Gothi feciſſent ſibi regẽ: & inde per Campaniam properauit *Beliſarius Neapolim capit.*
C Neapolim: quam & obſidere cœpit, quia ciues Neapolitani noluerunt aperire ei. Qui pugnando ciuitatẽ introiuit: & Gothos, quoſcunque obuios habuit, neci tradidit: factóque maximo bello contra Vvitigem, ingreſſus eſt vrbem Romam, & ciuitatem muniuit. Tunc recolligens Vvitigis multitudinem Gothorum, vno anno ita obſedit vrbem Romam, vt nulli eſſet facultas egrediendi vel ingrediendi. Verùm intra ciuitatem fames opprimebat populum, adeò vt aqua vænundaretur pretio. Pugnæ tamen maximæ fiebant à Beliſario defendente Romanos, vel ciuitatem, aduerſus Gothos: quos etiam Rauennam fuga petere poſtmodum compulit. *Vvitigis Romam obſidet.*

De Vigilij diaconi conatibus. Cap. XVII.

TVnc temporis Vigilius diaconus, qui apud Conſtantinopolim erat apocriſarius, animaduertit diſplicere Auguſto & Auguſtæ damnationem Anthimi patriarchæ Conſtantinopolitani; & volens ſibi apud dominos rerum parare gratiam, perſuaſit Auguſtæ, vt mitteret ad Syluerium pontificem literas hoc modo ſcriptas. Aut ad nos, inquit, ne pigriteris venire; aut certè ſcriptis tuis reuoca Anthimum in locum ſuũ. Quibus beatus Syluerius perlectis ingemuit: & in hæc verba imperatrici reſcripſit. Licet hæc cauſa finem temporali meæ inferat vitæ, ego tamẽ, Auguſta domina, rem hanc nunquam faciam, vt reuocem hominem in dãnata perfidia permanentem. Hac de re indignata Auguſta, mittit Vigi- *De eodem infra cap. 32.*

lium ad Beliſarium, præcipiens vt inuenta occaſione Sylucrium in exiliũ agerer; Vigiliúmque pontificem conſtitueret, qui ſe reuocaturum Anthimum repromiſerat. Huius præcepti tenorem ſuſcipiẽs Beliſarius, Ego, inquit, voluntati principum contraire non audens, licet inuitus iuſſionẽ adimpleo: ſed huius machinator ſceleris, iram non effugiet iudicis cuncta cernentis. Subornatis itaque teſtibus, qui dicerent dominum Papã Gothis ciuitatem ſimúlque patricium tradere voluiſſe, iuſſus eſt præſentare ſe ad audientiam in palatium principis. Et ingredientem cum ſolo Vigilio Antonina patricia ſic alloquitur: Dic domine Silueri, quid fecimus, vt nos tradere in manus Gothorum velles? Adhuc ea loquente, ingreſſus Ioãnes ſubdiaconus regionarius primæ ſedis, tulit pallium de collo eius, induítque veſte monaſtica. Qui apud Pontiam inſulam in exiliũ relegatus, inibi confeſſor vita deceſſit. Vigilius verò in pontificali ſede reſedit. Iteratò Beliſarius cum Vuitige rege Gothorum dimicans, exercitũ eius maxima cæde labefactauit, ipſúmque captum Conſtantinopolim triumphans perduxit.

B. Siluerius Pon. Max. in exilium mittitur.

E F

De Chideberto rege & beato Germano epiſcopo. Cap. XVIII.

VErùm Childebertus rex Francorum, aſcito in auxilium Theodeberto, Theodorici filio, nepote ſuo, aduerſus Clotharium fratrem ſuũ pugnaturus ire diſpoſuit. Mox nuntius ad Crothildem matrem ſupradictorum properat regum (quæ tunc Parrhiſius morabatur) aſſerẽs vtróſque fratres germanos, in mutuam perniciem exercitus adunare multitudinem. Quo comperto, mater filiorum condolens nequitiæ, materni affectus præſtricta neceſſitudine, ad ſepulchrum ſancti Martini properat: & lachrimarum effundens flumina, orationem fudit ad dominum in hęc verba. O bone (inquit) Ieſu qui diſcordes elementorum curſus fœdere ſancto conſocias, tu fratres, malo diſcordiæ temerantes iura naturæ, in vnitatem pacis redire concede: nec mihi obſit, quod tales genui vel etiam educaui qui ignorent, fratres & affectus neſciant propinquorum, interemerint patruos, iugulauerint nepotes: non tamen eò vſque fore proceſſuros exiſtimaui, vt quòd nati ſunt obliuiſcerẽtur. Tu modo, omnipotens pater, qui naturæ auctor atque arbiter es, honeſtum inter germanos compone pactum: tu perturbatores pacis, potentiæ tuæ virtute deterre. Has illam preces pro natorum ſalute fundentem audiuit omnipotens, cœlíque à parte ſerena intonuit. Nam Clotharius periculoſum ratus aduerſum duorum potentum regum copias prælio decernere, confugium in † Aurelianẽſi pago, in loco qui Combros dicitur, fecit: donec aut animus erga ſe fratrum tranquillior, aut ſibi ad reſiſtendum virtus numerioſiore ſuorum manu, qui iam iamque affuturi credebãtur, eſſet paratior. Maior autem ſpes eius in Chriſti domini virtute conſiſtebat. Cùm ecce, ſubitò in loco quo aduerſarij caſtra fixerant, matutino ſub tempore audita ſunt tonitrua mugire, imbres ruere: fulgura verò per procellas deiecta tentoria rupêre, equóſque eorum in diuerſa egerunt. Porrò militaris

Oratio Crothildis Reginæ ad Deum, vt filij eius Childebertus & Clotharius armis depoſitis in pacem redeant.

† aliàs Aurelienſi.

G H

A militaris manus ſolis contra violentiam imbrium cōtecta clypeis, miſericordiam domini efflagitatura humi proſternitur: vtque moderatiori quàm merebantur vindictæ pœna ferirentur exorant. Quódque admirabilius eſt, in caſtris Clotharij nec ſpiritus flauit venti, nec pluuiæ cecidit gutta, nec vlla prorſus coruſcationis apparuerunt ſigna. Tum demum qui venerant exterminatum, legatos miſerunt ad Clotharium, qui pacem peterent fœdúſque perpetuum inirent. Quod ille volens conceſſit: & ex vtriúſque exercitus conſenſu vtrinque diſceſſum. Ita precibus Deo deuotiſſimæ mulieris, matris videlicet ſuæ, ab imminenti piaculo ſimul & interitu fratres erepti, immane facinus quod mente conceperāt explere permiſſi non ſunt. Fuere plæríque læti, quibus placebat concordia germanitatis.

B His diebus beatus Germanus poſitus in ſopore, inſpicit à quodam ſene claues ſibi portæ Parrhiſiacæ porrigi. Et interrogans, quid hoc fieret, accepit reſponſum, vt ſaluas eas faceret. At pōſt ciuitatis eius epiſcopo, nomine Euſebio, decedente, dum præcellentiſſimo regi Childeberto occurriſſet, in eius electione mox effectum illa vox cœleſtis promeruit, & epiſcopatus ſortitus eſt gradum dignitatis

B. Germani viſio, futurum eum epiſcopū Paris. prænūciās.

De Childeberto & Clothario regibus, qui obſidionem Cæſar-Auguſtæ ſoluerunt, accepta S. Vincentij martyris ſtola ſeu tunica leuitica.

CAP. XIX.

C CHildebertus autē rex qui anterioribus, vt ſuperiùs declaratum eſt, annis Hiſpaniam ingreſſus Toletum vrbem ceperat, Clotharium fratrem ſuum, cum quo fœdus firmauerat, ſolicitauit in adiumentum ſui: quò, eius fretus ſocietate, eandem prouinciam ſibi ſubacturus aggrederetur. Quo, cum valido exercitus aduentante ſupplemento, viribus coniunctis, Cæſarauguſtam vſque acceſſerunt. A cuius vrbis ingreſſu prohibiti, obſidionem adoriuntur. Et reſiſtentibus oppidanis, cùm ſumma vi vtrinque decerneretur; tandem Hiſpani, ipſa obſidionis diſpoſitione & Francorum feroci perterriti animoſitate, animos à prælio reuocauerunt: ac tota mentis intentione ad Chriſti miſericordiam implorandam conuerſi, aſſumptis crucibus cum letania murum obambulantes circuire cœperunt. Quod reges cernentes, aliquod maleficium D exercere ſuſpicati ſunt: captúmque quendam ex ruſticis ſollicitiùs interrogant, cuius religionis habitatores ciuitatis eſſent, aut quid vrbem circumeundo præcantationibus agerent. Quibus ille, ciues ait Chriſtiani ſunt; nunc vt ſui miſereatur dominus, exorant. Cui reges. Vade, inquiūt, dic epiſcopo vrbis, vt ad nos nihil hæſitans veniat. Quem aduenientem Childebertus taliter alloquitur. Chriſtianæ, inquit, religionis ac vnius veri Dei vos agnoſcentes eſſe cultores, parcere vobis decreuimus, ſi aſſenſum noſtræ petitioni tu qui Antiſtitis in hoc loco fungeris officio præbens, nobis ſancti Vincentij reliquias contuleris: qui (vt beatiſſimus Germanus Parrhiſiacæ noſtræ videlicet vrbis epiſcopus, nobis ſæpiſſimè

542.

Cæſarauguſtani obſeſſi ad Deum cōuertuntur, & litanias agunt.

retulit in hac vrbe, vt multorum ſynceritas & ſignata veritatis verba teſtantur, eximius Leuita enituit. Pontifex nil moratus eiuſdem inclyti Leuitæ ac martyris ſtolam, id eſt tunicam regibus offert. Quam illi condigno honore ſuſcipientes, obſidionem iuxta promiſſum ſoluunt. Et deuaſtata omni prouincia, cum ſpoliis & ingenti præda natiuum repetunt ſolum. E

De Gothorum regum à ſuis nece: Ædificatione Baſilicæ S. Vincentij (quæ nunc S. Germani à Pratis dicitur) per Childebertum regem facta, & eius pragmatico. CAP. XX.

Theodorus Theudegilus. Agila.

POſt Amalricum autem, Theodorus Hiſpanias tenuit. Quo interfecto, Theudegilus ſucceſſit. Hic dum inter cœnandum alacritate vltra ſolitum vtitur, extinctis cereis à ſuis occiditur, & Agila regnum arripuit. Gothi verò iam olim vitium hoc in conſuetudinem vertêre; vt dum eis rex proprius diſplicuerit, à ſuis interimatur. Verùm Childebertus acceptam beati Vincentij ſtolam Parrhiſius defert: ædificatámque ſolo tenus, ſecundum beatiſſimi Germani diſpoſitionem Baſilicam, nomini eiuſdem ſancti Leuitæ ac martyris dedicari fecit. In qua non minimam vaſorum partem, quæ cum à Toleto aſportaſſe ſuprà memorauimus, cũ capſis Euangeliorum, cruces quoque mirifici operis, aliáque deuotus excellentiſſima contulit munera. Quam eccleſiam quomodo, & quo inſtinctu eam ædificare cœperit, eius pragmaticum ita deſignat. F

CHILDEBERTVS REX FRANCORVM *vir inluſter. Recolendũ nobis eſt & perpenſandum vtilius, quod hi qui templa domini Ieſu Chriſti reædificauerint, & pro requie animarum ibidem tribuerint, vel in alimoniam pauperum aliquid dederint, & voluntatem Dei adimpleuerint, in æterna requie ſine dubio apud dominum mercedem recipere meruerint. Ego Childebertus rex, vnà cum conſenſu & voluntate Francorum & Neuſtraſiorum, & exhortatione ſanctiſſimi Germani Pariſiorum vrbis pontificis, vel conſenſu Epiſcoporum cœpi conſtruere templum in vrbe Pariſiaca, prope muros ciuitatis, in terra quæ aſpicit ad fiſcum Iſciacenſem, in loco qui appellatur Locotitie, in honore ſancti Vincentij martyris, cuius reliquias de Spania apportauimus, ſeu & ſanctæ Crucis, vel ſancti Stephani, & ſancti Ferreoli, & ſancti Iuliani, & Beatiſſimi ſancti Georgij, & ſancti Geruaſij, Protaſij, Nazarij & Celſi pueri: quorum reliquiæ ibi ſunt conſecratæ. Propterea in honore dominorũ ſanctorũ, cedimus nos fiſcum largitatis noſtræ, qui vocatur Iſciacus, qui eſt in pagis Pariſiorum, prope alueum Sequanæ, vnà cum omnibus quæ ibi ſunt aſpecta, cum manſis, commanentibus, agris, territoriis, vineis, ſyluis, pratis, ſeruis, inquilinis, libertis, miniſterialibus (præter illos quos nos ingenuos eſſe præcipimus) cũ omnibus appenditiis ſuis, quæ ibi aſpiciunt, cum omnibus adiacentiis, quæ ibi adagunt, cum omnibus quæ nos deſeruiunt tam in aquis vel inſulis, cum molendinis inter portam ciuitatis & turrim poſitis, cum inſulis quæ ad ipſum fiſcum adiacent, cum piſcatoria quæ appellatur Vanna, cum piſcatoriis omnibus quæ* G H

ſunt

A *ſunt in ipſo alueo Sequanæ, ſumúntque initium à ponte ciuitatis, & ſortiuntur finem, vbi alueolus veniens Sauara præcipitat ſe in flumen. Has omnes piſcationes quæ ſunt & fieri poſſunt in vtráque parte fluminis, ſicut nos tenemus, & noſtra foreſtis eſt, tradimus ad ipſum locum: vt habeant ibidem Deo ſeruientes victum cotidianum per ſuccedentia tempora. Damus autem hanc poteſtatem, vt cuiuſcunque poteſtatis littora fuerint, vtriúſque partis fluminis teneant vnam perticam terræ legalem, ſicut mos eſt, ad ducendas naues & reducendas, ad mittenda retia & retrahenda, abſque vlla refragatione. De argumentis verò per quæ aues poſſunt capi ſuper aquam, præcipimus vt nulla potens perſona inquietare audeat famulos Dei: ſed omnia ſecurè teneant, poßideant, per infinitas temporum ſucceßiones. Et cum areis & caſis in Pariſius ciuitate, cum terra*
B *& vinea, & Oratorio in honorem Sancti Andeoli martyris, quæ de Elario & Ceraunio dato precio comparauimus, omnia & ex omnibus, quicquid ea nos deſeruierint in poſtmodum pro requie animæ meæ, quando Deus de hac clarißima luce dederit diſceſſum, ipſe fiſcus, qui vocatur Iſciacus, cum omnibus quæ ibi ſunt aſpecta, ipſo die ad ipſum templum domini, quod nos ædificamus, deſeruiat, & omnia quæ ibi ſunt opus tã ad lumen, quam in Dei nomine ad ſtipendia ſeruis Dei, quos ibi inſtituimus, ſeu ad ipſos Rectores qui ipſos regere habent, omnia & ex omnibus ibi tranſoluant eiuſque temporibus & per longa annorum ſpatia ad ipſum templum Domini abſque contradictione vel refragatione, aut iudiciaria contentione, inſpecta ipſa præceptio omníque tempore proficiat in augmentũ. Et vt hæc præceptio ceßionis noſtræ futuris temporibus, Deo auxiliante, firmior habeatur, vel per tempora inuiolabiliter conſeruetur: manibus proprijs vel noſtris*
C *ſignaculis ſubter infra decreuimus roborare. Datum quod fecit menſis Decembris die ſexto. Anno XLVIII. poſtquam Childebertus Rex regnare cepit. Ego Valentianus Notarius & Ammanuenſis recognoui.*

PRAGMATICVM Aimoinus præfatum Childeberti priuilegium aptiſſimè nuncupauit. Eſt enim vox græca, id omne quod magno eſt vſui & efficax ſignificans. Ita Conſtantinus magnus Imperator, munificentiſſimum illud priuilegium, quod quarta die ſui baptiſmi (vt quorundam eſt opinio) Syluestro PP. I. eiúſque ſucceſſoribus Romanæ eccleſiæ Epiſcopis contulit, pragmaticum appellat. Diſt. 96. Conſtantinus. §. Præ omnibus. Cuius quidem priuilegij Nicolaus PP. 3. mentionem faciens, in cap. fundamenta. *Pragmaticũ quid.*
de elec. lib. 6. eandem quoque vocem retinuit Ergo priuilegium Childeberti Regis, tam piam ſanctámque in eccleſiam Dei, eiúſque miniſtros largitionem complectens, verè eſt pragmaticum: Id eſt ſacrum reſcriptum, omnibus huius Ædis incolis ſemper magno vſui futurum. Canone 12. Concilij Chalcedonenſis τα πραγματικα dicuntur γραμματα βασι-
D λικα, id eſt literæ Regiæ ſiue imperiales: quales ſunt hæ pijſſimi Childeberti Regis. In quibus cum ſint nonnulla parum hodie vſitata, ea vtcumque interpretemur.

(VIR INLVSTER.) Hac eadem voce Clodoueus 2. Francorum Rex, Dagoberti filius vtitur in priuilegio donationis loci Caſtri Bagaudarum, ad conſtruendum monaſterium, quod primò Sancti Petri, & deinde Sancti Mauri Foſſatenſis nomen habuit. Sed iam ab anno Chriſti 1536. excucullatis monachis, in Decanatum conuerſum eſt, Epiſcopatuíque Pariſiẽſi (quo pinguior eſſet) vnitum. Nec alium titulum, quam viri illuſtris, adſumit Carolus magnus, in illo Immunitatis priuilegio, quod in Ariſtalho palatio conſtitutus, & Regni ſui annum quintum agens, noſtræ S. Germani Baſilicæ largitus eſt. Verè ergo di- *Erat*
xit B. Rhenanus in librum Tertulliani, de Cultu fœminarum: Viri illuſtris titulo primos *annus do-*
illos Francorum Reges contentos fuiſſe, tabellæ vetuſtæ quæ extant teſtantur. *mini 778.*

(AD FISCVM.) Franciſcus Hotomanus in ſua Francogallia, cap. 8. Quamuis fiſci nomen ſtrictè propriéque ad theſauros pertineat. l. 3. C. de quadri. præſcri. (Quod etiã origo appellationis oſtendit:) tamen etiam ad fundos & prædia productum eſt, quæ in

fiſci patrimonio eſſe dicuntur. l. 2. §. 1. ff. Ne quis in loco pub. & l. 38. §. 1. Ad municipalem. E

(Locotitie, prolocotitia.) Quandoquidem Græco eloquio λευκότης albedo eſt, Luteciam græci (auctore Ptolomæo geographo) tribus additis literis Leucoteciam, ab albedine (vt reor) gypſifodinarum & lapidicinarum, quæ hanc ferè totam gyrant, appellarunt: id atteſtante Iano Laſchare hoc diſticho,

Natiuo Leucoteciam candore coruſcam
Dixêre, ex etymo gallica terra tuo.

Ortelius legit, λευκοτεχία. Inde deriuatæ voces Lecutitij & Locotitiæ, ac viciniſ ciuitati locis inditæ. Nam Robertus Gaguinus lib. 1. locum quod templi D. Genoueſæ (qui tunc extra ciuitatem erat) à Clodoueo, primo Francorum Rege Chriſtiano, Sanctis Apoſtolis Petro & Paulo extructi dicatiſque, Collem Lecutitium vocat: quod perinde eſt, ac ſi diceret, Collem Luteciæ vicinum. Parique ratione Childebertus loco noſtro Locotitiæ nomen fuiſſe ſcribit.

Cvivs nos reliqvias de Spania apportavimvs) Spania pro Hiſpania poſitum, Græcorum amore. Ait enim Eraſmus in expoſitione cap. 10. Matthæi, vbi recẽſentur 12. nomina Apoſtolorum. Non eſt Scariothes, quemadmodum habetur in noſtris codicibus, ſed Iſcariothes. Nam idem facimus Latini cognomento Iudæ, quod Græci faciunt Hiſpaniæ Spaniam pronunciantes. F

(Præter illos, qvos nos ingenvos eſſe præcipimvs) Ariſtoteles lib. 3. polit. cap. 8. Oportet ingenuos eſſe, & cenſum habere ad onera perferenda. Non enim ciuitas eſſe poteſt ex pauperibus omnibus, quemadmodum nec ex ſeruis. Sunt autem ingenui, qui ex matrẽ libera nati ſunt: nec * patris cõditionem in hoc ſequuntur. Quare matre libera, patre verò libertino ſiue ſeruo naſci tantundem eſt, ac ſi quis ex duobus ingenuis naſceretur. Inſtitut. de Ingenuis. in princ. Marcianus l. 5. lib. 1. ff. de ſtatu hominum. lib 3. C. de Rei vindic. l. Partum. In Auth. nouella 156. de prole partienda inter ruſticos, collatione 10. Item 3. de ſeruis non ordi. cap. vlt. Et 3. de natis ex libero ventre. cap. 1. Sic. B. Greg. lib. 1. Regiſtri epiſtola 53. Decernit filios Gaudioli (cuius vxor, Sirica libera erat) in ſeruitutem ab eccleſia minimè trahendos. Indecens enim (ait) credimus eſſe, vt progeniti ex libera muliere filij, ad ſeruitutẽ retrahantur. Hos ergo Childebertus per ſuã donationem minimè vult libertate, re vtique inæſtimabili (Inſtitut. Quibus ex cauſis manu. non li. §. Cum ergo) fraudare: ſed in ſuo fauorabili ſtatu remanere. Ab his ingenuis tot feuda quę Iſciacus habet, promanaſſe arbitror: vt nullus ſit noſtræ ditionis pagus pluribus conſtans. G

* *In quib' verò patrẽ ſequatur proles habes in l. cũ legitima ff. de ſtatu hominum.*

Libertas, res inæſtimabilis.

(Cvm molendinis inter portam civitatis et tvrrim poſitis.) Porta hæc etiamnum nomen retinet, licet aucta multis vicibus vrbe (quæ prius ſola inſula Sequanenſi continebatur) nunc ſit ſedes iudiciaria Præfecti Parrhiſiorum, & carcer publicus, Magnum Caſtelletum vulgò nuncupatus. Tvrris eo loci fuit, vbi nunc eſt Paruum Caſtelletum ab Hugone Aubriota Parrhiſienſi Præpoſito, tempore Caroli ſexti, Francorum regis, ædificatum, contra quotidianos ſcholaſticorum inſultus, nocturnáſque per vrbem graſſationes.

(Cvm piscatoria, qvæ appellatvr Vanna.) Vanna, alias Gor vulgò nuncupata, piſcatoria eſt (ſi retia parti inferiori apponi ſolita demas) immobilis, trianguli figuram præ ſe ferens. Nam pali in profundum fluenti confixi, atque ſua longitudine ſuper aquam eminentes, ſic ſunt in duas partes quaſi brachia diſpoſiti, vt inſtar murorum ſint: atque piſces cum vndis citiſſimè profluentes lata quidem via recipiant, ſed multo anguſtiore retineant. Porrò Vanna (cuius meminit Childebertus) vbinam fuerit dubitatur à multis. Sunt enim qui è regione vici Iſciaci fuiſſe contendant. Alij (quibus magis aſſentio) ſecus paruam Palarij Parrhiſiorum inſulam (quam dominus Guillelmus Colletier, Procurator Caſtelleti pariſiaci anno Domini 1224. ad annuum cenſum duodecim denariorum pariſienſium à nobis tenuit) in illo ſcilicet loco, vbi molendinum frumentarium, à prædicta vulgari dictione Gor, Gordinum cognominatum eſſe ſolebat. Quod ſumptibus parœciæ Sancti Euſtachij constructum fuiſſe puto. Ad eam enim ante paucos annos ſpectabat: neque propterea quicquam præter duos ſolidos Pariſienſes annui cenſus monaſterio noſtro reddebat. Sed vt euerteretur, ipſáque parua inſula operiretur fluctibus, pons nouus lapideus ab auguſtiniana via ad Luparam fieri cœptus, effecit. H

Le moulin de la Gourdine.

(A ponte civitatis.) Numerum ſingularem pro plurali poſuit: vt ſæpe in iure reperitur, ff. de verb. ſignif. l. In vſu. & lib. 7. C. de liberali cauſa. l. 8. Vrbem quippe totam in inſula tunc collectã, quam vndique Sequana alluebat, pontes vtrimque, ſi non plures, ſaltem duos, & quidem lapideos habuiſſe certiſſimum eſt. Quorum maior à via Dionyſiana ad palatium recta linea tendens, erat eo loci vbi nunc eſt pons molitorum: ſicut patet ex quadam ſententia Præpoſiti Pariſienſis anno Domini 1323. in cõmodum Maglorianorum,

A rianorum, contra Sanctæ Opportunæ virginis; ſanctique Mederici confeſſoris canonicos, pro reparatione pontis molitorum, lata. Alter vero pons lapideus multo minor, non ille videtur fuiſſe, qui hodie paruo Caſtelleto adiacet, alioquin de ponte in pontem nimis obliquum iter extitiſſet: ſed alius in loco pontis Sancti Michaelis extructus. Cuius nos, exſiccato hac in parte Sequanæ alueo, fundamenta vidimus. Sed vtrumque pontem exundantes aquæ ſubuerterunt. De qua ruina in quodam vetuſto volumine, ſeu (vt vocant) rotulo pergameneo noſtræ bibliothecæ ſic Gallico idiomate habetur. *L'an 1296. la riuiere de Seine fut ſi grande, que les deux ponts de pierre de Paris tumberent, & les moulins & maiſons qui eſtoient deſſus & le petis Chaſtellet.* Eadem refert Iacobus Meyerus ſub eodem anno, libro 10. annalium Flandriæ, ſubiungens nullam vnquam talem ſiue memoria humana ſiue hiſtorica extitiſſe Sequanicam inundationem. His pontibus lapideis dirutis ſucceſſere ſublicij. A quibus incipit pars Sequanæ, quam cum omni iuriſdictione & dominio à fundatore ſuo Childeberto Rege acceptam, monachi ſancti Germani etiamnum retinent; & terminatur in illo loco, vbi vetus pagi Sauaræ, ſeu Separæ (vtrumque enim legitur) riuulus in Sequanam deſcendere ſolebat, haud procul à Diui Clodoaldi Burgo, olim Nouigentum ſuper Sequanam dicto. Quod quidem dominium multi tollere, aut ſaltem ex par-

L'ancien Rhu de Scare.

B te labefactare conati ſunt: ſed (vt ſcribit doctiſſimus R. Choppinus lib. 2. ſui Monaſtici, titulo 2. art. 22.) illud ratum ſanctúmque perpetuò valere iuſſit Ordo clariſſimus, fiſcali Actore perperam obluctante: Tribus ſcilicet S. Conſultis, 5. Kal. Septemb. An. 1389. Quinto Idus Martij. An. 1560. & 4. kal. Maias. 1582. Exin vrbanorum piſcatorum corpori, nouo cum iis ſuborto litigio, inhibita fuit piſcatio in monaſtica eius fluminis parte: niſi à Monachis illi prius hoc nomine veniam impetrarent. Qui autem ex eo corpore antea fluuij oras quaſdam mercede conduxiſſent in tempus, eam mercedem pendere dictis monachis condemnati ſunt. Areſto inſigni Calend. April. An. 1586. Hæc Choppinus, memoria plus quam Themiſtoclea aut Hortenſiana præditus.

Areſta Sequaniſe ius Monachus S. Germani confirmātia.

(Et nostra forestis est) Foreſtis pro foreſta (vt coniicio) ſumitur. Neque tamen iuxta vulgarem ſenſum, ſyluam vel larum nemus, ferarum vtique domicilium ſignificat: ſed fluuium in quo quis habet poteſtatem capiendi piſces & aues, aliáque iura aquatica. Quod ex vetuſtiſſimo codice Dionyſiani monaſterij, hiſtorias Turpini, Eginardi, aliorúmque veterum continente liquet. Nam donationes Caroli Calui, Francorum Regis referens, ait. Dedit etiam foreſtam aquaticam, quæ à fluuio Sauaræ eſt, vſque Cambreias, cum Rippatis, &c. Donatio hæc in eius epitaphio ſepulcro inſculpto ita per-

C ſtringitur.

Multis ablatis nobis fuit hic reparator:
Sequanij fluuij, Ruolij q; dator.

Seine Ruel.

Et Plato lib. 7. de legibus, circa finem, multa de venatione diſſerens, hanc triplicē facit, Aquatilium, volatilium, & terreſtrium: vt non abs re fuerit, ſi quis dum piſces capere ſtudet, venari ſe dicat: & mare, ſtagnum, vel flumen pro foreſta habeat. Non tamen cuique in omnibus aquis Plato venari cōcedit, ſed hac exceptione vtitur. *Piſcatori in portubus, ſacris fluminibus, paludibus, & ſtagnis ne piſcari fas eſto: in cæteris omnibus locis liceto.* Eſt autem ſacrum flumen Sequana, loco ſacro, eccleſiæ ſcilicet noſtræ, data.

(Vt habeant ibidem Deo servientes victum cotidianum.) Hinc clarè vides contra mentem Childeberti eſſe, vt Abbas omnes reditus ex illa parte Sequanæ, quam nobis dedit prouenientes, ſolus percipiat, nulla ſuorum religioſorum, qui hic Deo die ac nocte ſeruiunt, habita ratione. Sed non nouerat illa ætas inexplebile Commendatariorum genus. Quod vtinam numquam exortum fuiſſet. Inde enim (vt ſcribit Papirius Maſſonus, mei amantiſſimus, lib. de Rom. pont. In Paulo ſecundo) contingit

D oues deglubi, templa dirui, diſciplinam ruere, plurimos ab Eccleſia abigi, & literarum ſtudia deſeri. Quæ mala (inquit) quotidie in Gallia videmus, & aulicos (corruptiſſimum hominum genus) pinguedine Eccleſiaſtica inflatos intumeſcere. Quos immortalis Deus, etſi, ſerò, grauiter tamen vlciſcetur.

(Damus autem, &c. vtriusque partis fluminis. &c.) Carolus magnus hoc ius in ſuis priuilegiis à ripa Ripaticum appellat. Ripatica autem inter regalia cōnumerat Fœ. Imp. lib. 2. feud. tit. 56. Quæ ſint Regalia. Vide lib. 5. Aimoini, cap. 1. priuilegium huius Caroli Imp. de donatione Madriolarum, in Diœceſi Senonenſi.

(Vnam perticam terræ legalem) Iſidorus lib. 15. etym. ſiue Originum, cap. 15. de menſuris agrorū ait. Pertica à portando dicta eſt: & eſt decē pedum. At Budæus lib 5. de Aſſe, triplicem facit perticam: paruam duodeuiginti pedum, maiorem 20. & maximam viginti quinque. In territorio tamen Pariſiacenſi non niſi eſt duplex pertica. Quarum prima, qua menſurantur prata & ſyluæ, eſt viginti pedum: altera, qua agri & vineæ, octodecim. De qua poſteriore hic locus priuilegij Childeberti videtur intelligēdus. Non enim de

prato aut ſylua, ſed de terra agitur. Denique viæ Regiæ non niſi 18. pedum cenſentur. Pertica, alias virga dicitur: ſed hæc eſt viginti pedum. E

(ADDVCENDAS NAVES.) Vt apud Liuium lib. 10. decadis primæ, fluuiales, & l. Iulia Repetundarum. ff. de vaca. & excu. mu. marinas naues legamus: tamen ſine additione poſitæ vtráſque ſignificare poſſunt. Vnde ait Vlp. §. Magiſtrum autem. l. 1. de exercitatoria actione. Nauem accipere debemus, ſiue marinam ſiue fluuiatilem, ſiue in aliquo, ſtagno nauiget.

(DE ARGVMENTIS VERÒ, PER QVÆ AVES POSSVNT CAPI SVPER AQVAM) Argumenta vocat opera argutè inuenta (extra de verb. ſign. forus. & Inſtitu. de teſtam. ordin. in glo.) ſiue artificia ingenioſa, Gallicè *Engins*, ab ingenio dicta: quibus incautæ aues illaqueantur. Plato in Sophiſta. *Natatilium alterum volucre videmus genus, aliud aquaticum. Et volucris quidem venatio omnis, aucupium dicitur. Aquatica verò penè vniuerſum piſcatoria.*

(ET ORATORIO ANDEOLI MARTYRIS) Oratorium iſtud erat proculdubio in loco, vbi nunc Lutetiæ parrochia S. Andreæ conſpicitur. Hunc verò Andeolum ſubdiaconum S. Polycarpus Smyrnæorum antiſtes in Gallias cum Andochio & Benigno presbyteris, ac Thyrſo diacono ad prædicandum gentibus miſit. Sed vt maiorem ſementem ab inuicem diuiſi facerent, tres Auguſtudunum petiere: ipſe autem Andeolus Carpentoractum ire diſpoſuit. F Le pays de Viuarets. Atque per Viuarienſem regionem tranſiens, hoſpites ſuos, alióſque hinc inde concurrentes ad Chriſti fidem conuertit. Quod vbi Seuerus Imperator reſciuit, cum ſpinoſis fuſtibus crudeliſſimè flagellari, eiúſque caput enſe ligneo in crucis modum ſcindi præcepit, anno Domini (ſecundum Baronium tomo 2. annal) 205. Cadauer eius catena ferrea grandi lapidi alligatum & in vicinum Rhodanum proiectum, ad locum miraculosè rediit, Le bourg S. Andeol. vbi nunc eſt vrbs, veterem appellationem Burgi Sancti Andeoli retinens, atque à Viuario, *Viuarium Viuers.* primaria diœceſis ciuitate duabus leucis, menſura patria longiſſimis, diſtans. In ea eſt Prioratus ordinis S. Auguſtini, ab Abbatia Diui Rufi Valentiæ Allobrogum pendens: vbi glorioſi huius martyris caput argento decoratum viſitur: Nam reliquum corpus impij hæretici, non abhinc multis annis rapuerunt, & ad nihilum redegerunt, rapidis Rhodani fluentis aut voracis ignis flammis adminiculo vſi: ſed acriorem & æternum proculdubio in inferno experturi.

(TAM AD LVMEN, &c.) Obſerua Childebertum tria hic perſtringere. Cultum ſeu ornatum Eccleſiæ: Seruos Dei, id eſt monachos in ea diuinum officium perſoluentes: Et eorundem Rectores ſeu Abbates. Quaſi velit bonorum quæ Baſilicæ à ſe ædificatæ conceſſit, G partem cedere fabricæ Eccleſiæ, alteram Religioſis, pro officiorum ſuorum ſedulitate; Et tertiam Abbatibus ſucceſſiuè futuris, propter hoſpitalitatem & pauperum ſuſtentationẽ: Secundum quod iura de eccleſiarum cathedralium redditibus ſtatuerunt. To. 2. concil. cap. 25, Concilij Bracarenſis primi. Sed cum pauperum cura negligeretur, atque à bonorũ eccleſiæ perceptione excluderentur, dum Prælati & clerici, ſiue etiam Abbates & monachi hanc prouinciam in alterutrum reijcerent: Tandem decreto Concilij 2. Romani, præſente S. Siluestro Papa, ſub Conſtãtino magno celebrati, c. 4. ordinatum fuit: vt de redditibus eccleſiæ, vel oblationibus fideliũ, quatuor fierẽt portiones: quarũ vna eſſet pontificis, altera clericorũ, tertia pauperũ, quarta fabricæ & ornamentorũ ipſius eccleſiæ 12. q. 2. Conceſſo. & quatuor ſeq. cap. Item ca. 13. Concilij Tribur. anno Domini. 895. habiti. Ca. 7. Concilij Vormatienſis, & c. 10 Concilij Nannetenſis. At (proh dolor) Prælati atque etiam Abbates, vt pauperibus & reparationi eccleſiarũ dicatas partes caperent, ſuęque coniungerẽt: obtenſis zeli Dei ac pietatis velis, dixerunt ſe talium curam non per alios, ſed per ſe gerere velle. Itaque relicta clericis ac monachis tenuiore portione, tres in ſuam ambitioſã & auaram naſſam conuerterunt: de fouenda interim omnibus delicijs cuticula, non de egenorum ſubleuanda inopia, aut ſartatectis eccleſiæ ſoliciti. H

(DATVM &c. ANNO XLVIII.) Ita prorſus ſcriptum in prototypo, cui aſtipulantur Aimoïnus lib. 2. cap. 29. & Gaguinus in fine libri primi, ſequentem annum quo mortuus eſt, regni quadrageſimum nonum numerantes: cum quo etiam ipſe Gaguinus annũ Chriſti 559. concurrere facit. Recentiores tamen ferè omnes, tempus à Rege in Regem ſupputantes, tantum quadraginta quinque annos regni eius conſtituunt. Sed poſſibile eſt annum Dominicum cum in principio tum in fine regni bis ſumi, parte nimirum ſynecdochicè pro toto poſita: ita vt non niſi vnicus annus controuerſus reſtaret: Aut forſan Clodoueum patrem hunc cum fratribus aliquanto tempore ante obitum Regem pronunciaſſe. Iudicent alij vt voluerint: Archetypi integri, chyrographo ac ſigillo Regio muniti, maior fides.

EGO VALENTIANVS NOTARIVS &c.) Poſt hæc verba ſequitur immediatè magnum chyrographum: cuius apparent tãtum extrema, ob ſuperinductum veterum more, ſigillum Regium. Vt enim Petrus Caroli ſexti Francorũ Regis Capellanus, in Chronicon

Damaſi

A Damaſi Papæ, ſeu potius in catalogum & vitas Romanorum Pontificum commentatus, ante nos admonuit: Olim non appendebantur ſigilla per corrigiam vel fila, ſicut hodie: ſed affigebantur literis, tenebántque chartã amplexam ab vtraque parte, cum bona quantitate ceræ. Idque obſeruatum eſt vſque ad Ludouicum Craſſum, qui regnare cœpit anno domini 1110. Hic enim primus cœpit appendere ſigilla: cum patris eius Philippi primi, & anteriorum Regum priuilegia, quæ in noſtro Chartophylacio extant, habeant illa affixa, atque ab vtraque parte pergameni apparentia. Porrò priuilegium Childeberti Regis habet figuram impreſſam regij capitis, eámque planam: ita vt Græcorum more vultus vtraque mala appareat. Contra Carolus Magnus, cum eſſet Imperator Romanos maluit imitari, inſculpta ſigillo capitis effigie, cuius dextra tantum mala appareret. Hunc quoque filius Hludouicus Pius imitatus eſt. Vidi enim priuilegium, quod ipſe anno imperij ſui primo Dionyſianis monachis conceſſit: vbi facies ſic verſa viſitur. Beneficio eorundem monachorum vidi priuilegium Dagoberti Regis, datum anno ſecundo regni eius. Cuius ſigillo caput impreſſum ſiniſtram malam oſtendit. Quo fit, vt ſubdubitem, num primum Regum Franciæ genus (quod in Pipino Caroli Magni patre defecit) læuam faciei partem, ſecundum dextram in ſigillis viſibilem imprimere pro conſuetudine habuerit.

B

Ædificata igitur & multis prædiis & ornamentis ditata eccleſia, Abbatem inibi conſtituit Autharium nomine, magnæ nobilitatis virum, qui præeſſet ibi Deo famulantibus. Nunc igitur ad ordinem reuertamur hiſtoriæ.

Autharius Abbas primus Vincentianæ ædis, quæ nunc eſt S. Germani.

† Iſte Autharius fuerat antea Heduæ ſiue Auguſtoduni, in cœnobio Sancti Symphoriani martyris Prior, ſub beato Germano Abbate, & poſtea Parrhiſiorum Antiſtite: quem, vt ſibi notiſſimum & tali regimine dignum, curauit huic nouæ plantationi per Childebertum Regem præfici.

De Theodeberti in Italiam expeditione.

CAP. XXI.

C

CHildeberto itaque cum fratre Clothario Hiſpaniæ partes aggrediente, Theodebertus Theodorici regis filius, memoratorum nepos regum, in Italiam cum maximo ſuorum equitatu contendit: eámque, ab Alpibus vſque ad maritimorum confinia locorum peruagatus, tributariam effecit: & ad propria reditum maturans, Bucellenum ducem ad peruadendam Siciliam, & reliqua Italię finitima reliquit. Qui Tyrrheno mari transfretato, Siciliam maxima ex parte ſubegit: caſtráque vel vrbes Italiæ peruadens, ex ſubiugatarum præda nationum xenia regi Theodeberto mittebat.

De ſancto Benedicto, & eius diſcipulo Mauro.

D

CAP. XXII.

HVius principis temporibus à Cenomannica vrbe legati ad caſtrum Caſſinum profecti, beatiſſimum patrem Benedictum, poſt eremiticam (vt præmiſimus) vitam in illo ſancto degentem cœnobio, omnigena popoſcerunt prece: vt fratres in monaſtica probatos conuerſatione, ad occidentales dirigeret partes, à quibus leui iugo regulæ illis ab ipſo traditæ Gallicana ſubderetur ceruicoſitas. Qui gratulanti animo dilectũ ſuum diſcipulum Maurum ad has noſtras direxit partes: Eíque ſanctiſſimum ſui obitus prædixit imminere diem: euidentiſſimè deſignans eò ſua ſacratiſſima transferenda fore membra, quò charitatis vinculo ſibi

aliàs Cinomannica.

Vide vitã S. Mauri to. 1. Sury de ſanctis, die 15. Iãuarij.

vnitum mittebat alumnum. Inclytus ergo domini leuita Maurus iter ad A
Gallias agens, dum in pagum deueniſſet Antiſſiodorenſem, die qua dominicæ cœnæ (ex more) in terris celebrabatur ſacra ſolennitas, ad monaſterium Sancti Romani, nutritij quondam patris Benedicti, diuertit: cuius gratuita collocutione laborem lõginqui alleuans itineris, ei in proximo eſſe denuntiauit diem, quo beatus pater cœleſtem gaudens ſcanderet ad patriam. Et, ecce nocte illa quæ ſanctum præcedebat diem ſabba-
542. S.Greg.li. 2. Dialog. cap.37. Viſio S. Mauri in obitu diui Benedicti. ti, quo vigilia reſurrectionis colitur Chriſti, ſcilicet. XII. Kal. Aprilis, ſubitò raptus in ſpiritu, vidit viam palliis ſtratam ac innumeris coruſcam lampadibus, ab eius cella ad cœlum vſque pertendere: quódque eo tramite dilectus Domino cœlum Benedictus ſcãderet, angelum ſibi dicentem audiuit. Et ad ſe reuerſus lachrymas votiuæ indices viſionis effundẽs, B
quæ ſibi reuelata fuerant ſancto Romano aperuit, ac participem cœleſtis eum faciens gaudij, ſanctum cum eo exultans celebrauit Paſcha. Glorioſus etenim in ſanctis Deus, aſſiduè ſibi placitos mirificans famulos, huic egregio patri excellentius cæteris iure præbuit iter ad ſe perueniendi: qui
Pſal. 83. in conualle poſitus lachrymarum, aſcenſiones virtutum ſuo in corde diſ-
Geneſ. 28. poſuerat, ſcalam Iacob, per quam aſcendentes angeli monſtrati ſunt, ſuis proponens ſectandam ſequacibus. In cuius autem (vt pace omnium loquar ſanctorum) non dicam martyris, verùm & Apoſtoli tranſitu, tam innumeris diuini fulgoris ſpendens apparuit via luminaribus, veſtibúſque ornata nuptialibus. Neque enim in eo calle textile credendum eſt apparuiſſe pallium, quo æternæ incorruptionis migrabatur ad regnum. C
Nihil porrò mirandum hunc diuinæ latorem legis, hanc in aſſumptione Spiritus promeruiſſe gloriam: qui corruptibilis adhuc circumamictus tegmine carnis, tantis effulſit miraculorum ſignis, vt niſi vir toto venerabilis orbe, papa videlicet Gregorius, eius eſſet vitæ relator, ſimulq́ue aſſertor eximius, profectò ab infidelibus tam mirandis derogaretur actibus. Verùm vt prætercam quòd adhuc puerulus eremum petiit intrepidus, quod (vt quidam propter ipſum ait ſapiens) nec Martinus toto nominatus in orbe feciſſe dignoſcitur, illud certè non omittendum, quòd poſt multiplicia chariſmatum dona ab omnipotẽte ſibi conceſſa, tribus
D. Greg. lib.2.c.31. ammirandis, nec ſæculo antea cognitis, reſplenduit miraculis. In eo nãque quòd ſolo intuitu ligati ſoluit vincula ruſtici; quódque ſub momẽ-
Cap.35. to, quaſi ſub ſolis radio, vniuerſus ante conſpectum eius collectus eſt D
Cap.37. mundus; ſiue quod ſtrata palliis ac innumeris coruſca lampadibus via, ad polorum ſubuectus eſt alta; neminem illi puto conferendum ſanctorum. Magna porrò nobis, ſi diſſimulare nolumus, indicta probitatis eſt neceſſitas, quibus donatum eſt tantum ac talem in præſentiarum habere patronum: vt ab illius nunquam pro poſſe magiſterio diſcedentes, quæ audiuimus ab illo & mentis oculis vidimus, in illo ſectemur: aderit pro certo nobis: vtq́ue quondam corporales ruſtici nexus, ſic noſtrorum ſoluet ligamina peccaminum: & quorum in contemplatione totius orbis creditur elegiſſe domicilia, eorum (ſi deuotè illi adhæreant) animas ſua ſe-

quentes

A quentes veſtigia, cum magno diuini luminis ſplendore, in æterna deducet habitacula. Huius ſanè patris vitam (vt prædictum eſt) beatus ſcripſit papa Gregorius: cuius flores eloquij in ſancta vniuerſali eccleſia velut aſtrum refulgent. Sed & Odo venerabilis abbas huius Floriacenſis monaſterij, in quo ſæpe nominandus corpore requieſcit pater Benedictus, ipſius memoriam in quodam ſermone mirificis extollit laudibus. Nos verò pro amore tanti patroni noſtri, his prælibatis ad hiſtoriam recurramus. *S. Benedicti corpus in monaſterio Floriacẽſi poſitum.*

De Beliſarij reliquis geſtis & nece. CAP. XXIII.

B Beliſarius igitur (qui iam ſecundò ad Africam tranſiens Vultharith Vvandalorum regem rebellionis inſimulatum, ſub dolo pacis interemerat, reſiduóſque Vvandalorum Reipublicæ iugo ſubſtrauerat) audito quòd Franci Italiam infeſtarent, Romam redire maturatò contẽdit. Et ciuitati appropinquans cum magna omnium vtriuſque ſexus lætitia ſuſceptus, obtulit beato Petro per magnus Papæ Vigilij, auream crucem centum librarum, precioſiſſimis gemmis exornatam, in qua ſuas deſcripſerat victorias. *Crux aurea obla a B. Petro à Beliſario.* Indéque ad bellum retractus Francorum, dum paucitatẽ gentis contemnit, virtutémque ignorat, paucis & ipſe aſſumptis pugnã non dubitauit committere. Sed Romanis pro ſalute & libertate, Francis pro adipiſcenda gloria certamen erat. Et quia eò ſe glorioſiorem ſperabant reportare triumphum, ſi totius orbis victores Romanos viciſſent, *Pugna Beliſarij cum Francis.* C mori potiùs quàm loco cedere elegerant. Inito itaque prælio dum neutra acies alteri cederet, tandem Romani ſalutem, pro qua aliquandiu ſubſtiterant, deperire ſibi intelligentes, dum fortiſſimos quoſque ſuorũ bello oppetere cernerent, paulatim ſe certamini ſubtrahere cœperunt. Ita vir ſtrenuiſſimus Beliſarius à ſuis deſertus, ab hoſtibus circumuẽtus, nequicquam fortiter faciens extinctus eſt. Et qui multarum ſub triumpho gentium captiuos adduxerat reges, à duce non dicam imperatoris aut regis, verùm tetrarchæ Francorum victus, vita cum nominis ſui priuatus eſt gloria.

De B. Gregorio Lingonenſi, & caſtro Diuionenſi.
CAP. XXIIII.

D Erat tunc temporis beatus Gregorius, Lingonicæ vrbis præſul ſummus. Sed quia huius põtificis meminimus, dignum eſt vt ſitum Diuionenſis caſtri, vbi maximè morabatur, pandamus. *Caſtrum Diuionẽſe.* Eſt denique illud caſtrum in campi planicie muris firmiſſimis circundatum, turribus triginta tribus honeſtatum: terras habens fertiles, per quas à meridie Oſcarus haud procul à muro fluit piſcibus dites. Ab Aquilone alter fluuius per portam ingreditur, ac ſub ponte decurrens, pérque aliam portam egrediens, molendinos ſumma vertit velocitate. Murus ad viginti pedes quadratis ædificatus lapidibus, deſuper minores ſuperpoſitos habens lapides, in altitudinem pedibus xxx. in latitudinem xv. porrigitur. Portæ

ibi quatuor, à quatuor plagis cœli. Quod cum tantæ ſit magnitudinis, E
cur vrbis vocabulo caruerit mirum habetur. Hoc quidem ab Aureliano imperatore conſtructum antiquitas aſſeruit.

De Chrotildis obitu: & beati Germani meritis & Clotharij progenie.
CAP. XXV.

INterea bonæ memoriæ regina Crothildis, vxor Clodouei quondam magni regis, piis quoad vixit intéta operibus, apud vrbem poſita Turonicâ migrauit ad dominum plena dierũ. Cuius corpus à filiis ipſius Childeberto ac Clothario regibus cum magno pſallentium choro exinde ſublatum, Parrhiſiúſque delatum, in ſacrario baſilicæ ſancti Petri, iuxta latus viri ſui eſt ſepultum. In eadem etiam orationis domo, beata Genouefa humata quieſcit. F

Tunc temporis beatiſſimus Germanus Theodeberto Auſtraſiorum regi, pro villis Auguſtodunenſis eccleſiæ Cabillone occurrit: memórque ſancti Symphoriani, in ingreſſu palatij ita ſpiritu Dei in ſe redundante piè locutus eſt: vt antè rex annueret quam verba petitor explicaret. Cui & ore prophetico finem dixit de tranſitu. Nam paucis interim diebus dum Remis remearet rex, extrema ſorte febre valida vexatus defecit, anno regni ſui XIII. quaſi ſancti viri ſermo dictus fuiſſet ab angelo. Hic vxorante Deſiderato Viridunenſi Epiſcopo, ciuibus eiuſdem vrbis octo milia ſolidorum, qui annuatim exinde eius inferebantur theſauris, largiſſima benignitate ad reſtaurationem conceſſit ciuitatis. Fuit idem rex egregiè moratus eloquióque affabilis. Qui beatiſſimum Maurum in quadam parte regni ſui, in Andegauenſi videlicet pago, monaſterium conſtruentem, quod † Glannafolium antiquitùs dictum eſt, mirificè coluit: prædiáque ingentia cum aliis regiæ munificentiæ donis, per ſemetipſum, ad eundem accedendo locum, benigniſſimè cótribuit. Succeſſitque ei Theodebaldus filius eius, vir quidem Deo deditus & ſeruos eius vnicè diligens, ſed in ſuos crudelis. Cuius tempore ſtella ex aduerſo veniens in lunam ingreſſa eſt. Tunc quoque vuæ, in arbore quæ Sambucus dicitur, natæ ſunt: & flores ipſarum arborum, quæ nigra proferre ſolent grana, botros protulerunt. Grauis eo tempore ac ſolito aſperior hyems facta eſt: ita vt torrentes congelati, peruium ſuper ſe populis iter præberent: aues quoque rigore aſtrictæ vel fame, abſque vllo hominum dolo, immerſæ niuibus capiebantur. Hic accepit vxorem filiam Vvaconis regis Longobardorum, Vvalderadam nomine, ſuæ ſororem nouercæ. Qui cum per octo annorum curricula ſtrenuè ſuſceptũ gubernaſſet regnum, vita decedens, principatum gentis quam regebat cum theſauris Clothario dereliquit habendum.

† Hodie eſt monaſterium S. Mauri ad Ligerim.

Theobaldus fit rex Auſtraſiorum.

Clotharius Rex.

Huic verò Clothario fuerunt virilis ſexus filij, ex diuerſis coniugibus orti, numero ſeptem, & vna fœmina. De Ingunde quidem, Guntharius, Childericus, Cherebertus, Guntrannus, Sigebertus & Cloſinda filia. De Charagunde verò, ſorore Ingundis, habuit Chilpericum. Amore denique

Clotharij progenies.

alias Cloſinda.

Ingundis

A †Ingundis ductus, Charagundem eius germanam ſibi in matrimonium copulauerat. De Gunſinde autem genuit Chramnum. *† aliàs Vvigundis, Crãnum.*

De odio Francorum in Parthenium.
CAP. XXVI.

TVnc temporis Franci Parthenium in palatio regis Theodoberti quendam potentem, qui eos tributi onere valdè preſſerat, immenſis perſequebantur odiis. Qui cùm ſe cerneret non poſſe euadere, duos rogat epiſcopos vt ſe Treueros deducant, ſæuientíſque populi ſeditionem ſua prædicatione ſedent. Quò dum vnà cum eo eunt, vnà noctium cœpit prædictus vir dormiens voces emittere dicẽs. Heu heu ſuccurrite qui adeſtis. Expergefacti circumiacentes rogant, quid eſſet. Reſpondit ille vidiſ- *Horridũ Partheny viſum.*
B ſe ſe Auſanium quondam amicum ſuum, ac Papianillam vxorem propriam, quos olim zelo ductus occiderat, vocantes ſe ac vi compellantes, & dicentes: veni vt ante Deum de iniuſta nece noſtra nobiſcum contendas. Tandem venitur Treueros, & epiſcopi turbatum populum ſua volebant oratione lenire. Cùm nequirent, Parthenium in eccleſiam ductum, vni arcæ immiſerunt, ſternentes deſuper vela eccleſiæ. Cúmque populus ſcrutata baſilica recederet, frendens quòd non inueniretur, vnus è turba exclamat: En, inquiens, arca vbi non eſt quæſitus noſter aduerſarius: ſtatímque è reſerata arca extrahitur ac lapidibus ad columnam ligatus perimitur. Fuit verò in ſumendis cibis auidus: Sed quæ ſumebat hauſto aloe ſtatim egerebat, vt alia citiùs ſumere poſſet. Strepitum quoque ventris in *† Parthenius interficitur.*
C publico ſine vlla emittebat verecundia.

De Clotharij edicto & expeditione in Saxones.
CAP. XXVII.

PRopoſuit autem Clotharius edictum, vt cunctæ eccleſiæ Galliarum fiſco tertiam partem ſoluerent fructuum. Quod, reſiſtente Iniurioſo Pontifice, † in ipſo exordio tentamentorum caſſatum eſt. *† Turonẽſi: vt ſcribit Greg. Tur. li.4. cap. 2.*

Poſt hæc idem rex in Saxones rectum iter direxit: qui aſſiduis excurſionibus Francorum deuaſtabant fines. Quibus ſuper Vviſeram fluuium bello ſubactis, Thoringos quoque, eò quòd Saxonibus auxilium tuliſſent, depopulatus eſt. Denuò Saxonibus rebellare parantibus, Clotharius *Greg. Tur. lib. 4. c. 14.*
D aduerſus eos exercitum mouet. Verùm Saxones ſuperioris belli plaga humiliati, per legatos commiſſorum poſtulantes indulgentiam, de cætero emendationem pollicentur: ſuarúmque rerum omnium partem mediam, exceptis coniugibus ac liberis, loco pignoris offerunt. Quod Frãci deſpectui habentes, prælium adoriundum putarunt. Coacti Saxones manum conſerere, tanta in Francos ſtrage baccathi ſunt: vt vix pauci Clothario regi ſupereſſent ad fugæ potius ſocietatem, quàm ad præliandi ſubſidium. *Frãcorum ſtrages.*

De Chramno & eius geſtis. CAP. XXVIII. E

ERat prætereà Clothario filius nomine Chramnus, corpore quidem elegans, ſed mente leuis, dolis nulli verſutorum ſecundus. Huic animus inquietus, prompta audacia; cui pater vices ſuas per Aquitaniam commiſerat. Aſt illius effera vis animi, eum vt regem agere non ſinebat: tyrannica denique adactus crudelitate, res aliorum rapinis diripiebat. Qua propter pater eum, legatione directa, ad ſe euocare curauit, vt inſo-
Gre. Tur. lib.4.c.17. lentiã qua tumebat, modeſta increpatione redargueret. Ille mandatis patris poſthabitis, Parrhiſius ad Childebertum ſummo ſtudio contendit, ea propoſiti intentione vt ad genitorem nunquam rediret. Abducere verò amicos regios parentéſque feſtinabat, & præcipuè Childebertum patris germanum: quem etiam in tantùm ab eo alienum effecerat, vt fratris vitam appeteret, Chramno tactis ſanctorum pignoribus ſponte promittente, quòd patris perpetuus exiſteret hoſtis. Perpetratumque foret facinus magnum ac memorabile, fratre in mortem fratris conſpirante, ſi Deus non impediſſet, & Childebertus matura morte non oppetiiſſet. Compoſito namque cum Childeberto fœdere, Aquitaniam iterum repetit, omnia per quæ primùm ierat ſubacturus. Poſt quem pater, Saxonica occupatus expeditione, ire non valens, Cherebertum ac Guntrannum filios cum exercitu eò dirigit. Quem illi per Aruernicum ſecuti territorium, in Lemouico iam eo aſſecuto caſtra ſuper montem Nigrum conſtituerunt: miſeruntque ad eum vt quæ peruaſerat redderet. Quod dum ille ſe facere ſponderet, nec tamen faceret, ipſi contra eum pugnaturi aciem direxerunt. Quibus cùm ille haud ſegnius obuiam iret, orta tempeſtate ab hoc ſunt repreſſi facinore. Poſt hæc Chramnus per ſubintroductas perſonas, fratribus inſinuari facit, patrem bello oppetiiſſe Saxonico. Illi pro vero dictum arbitrati, Burgundiam citato repetunt calle. His abeuntibus Chramnus poſt eos iter dirigens, capta Cabilonenſi vrbe, ad ca-
Gre. Tur. lib.4.c.16. ſtrum properat Diuionenſe. Vbi quidam clericorũ curioſi quid Chramno accideret, ſuper altare tres poſuerunt codices, id eſt, Prophetarum, Epiſtolarum Apoſtoli, ac Euangeliorum. Oratione ergo ad Dominum facta, aperto prophetarum libro; hunc primum reperiere verſiculum,
Eſai. 5. Auferã maceriam eius, & erit in deſolationem: pro eo quòd debuit facere vuam, fecit labruſcam. Reſerato etiam Apoſtoli codice hoc inuenerunt, H
1. Teſſ. 5. Cùm dixerint pax & ſecuritas, tunc repentinus eis veniet interitus. Do-
Matt. 7. minus autem in Euangelio ait. Qui non audit verba mea, aſſimulabitur viro ſtulto; qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam, &c. Ec hæc quidem de Chramno oſtenſa ſunt.

De Childeberti poſt regni fraterni vaſtationem morte & epitaphio: déque ædis Sancti Germani ad Parrhiſios dedicatione. CAP. XXIX.

CHildebertus verò æſtimans fratrem à Saxonibus interfectum, Remos accedens cuncta incendiis ac rapinis vaſtauit. Tunc duæ locu-
ſtarum

A ſtarum acies, per Aruernum ac Lemouicum, in campum tranſiere Romaniacum: vbi commiſſo inter ſe prælio, magnum reliquere aceruum locuſtarum interfectarum. Cœpta Chramni celeri deſtituuntur obitu Childeberti. Nam idem rex poſt diutinam regni functionem, febre vexatus moritur; ac Parrhiſius in eccleſia ſancti Vincentij quam ipſe fabricarat, à beatiſſimo Germano honorificè ſepelitur. Eius regnum vel theſauri ad Clotharium redierunt.

Gre. Tur. lib. 4 c. 20. Locuſtarũ acies.

Francorum rector, præclarus in agmine ductor,
Cuius & Allobroges metuebant ſoluere leges,
Dacus & Aruernus, Britonum rex, Gotthus, Iberus:
Hic ſitus eſt, dictus rex Childebertus honeſtus.
B *Condidit hanc aulam Vincenti nomine claram:*
Vir pietate cluens, probitatis munere pollens:
Amplectens humiles, proſternens mente rebelles.
Templa Dei ditans, gaudebat dona repenſans.
Millia mendicis ſolidorum dans & egenis,
Gazarum cumulos ſatagebat condere cœlo.

Epitaphiũ Regis Childeberti.

Igitur defuncto glorioſiſſimo rege Childeberto XLIX. poſtquam regnare cœperat anno, nondum quidem dedicata vel conſecrata Sancti Vincentij quam fabricauerat eccleſia, glorioſus Clotharius rex non dignum ducens hoc fore procraſtinandum; conferre curauit cum beatiſſimo Germano, vnáque cum Vltrogotha regina præfati inclyti Childeberti vxore, necnon & cum Crothberga & Crothſinda eius affinibus: quaC tenus ipſa cum digno honore conſecraretur à beatiſſimo Germano, & vt in die dedicationis, ex rebus propriis ipſi eccleſiæ dotem honorificè conferrent. Quod & fecerunt, & † ſcripto ſuo corroborauerunt. Hinc igitur ad ordinem hiſtoriæ redeamus.

Prima dedicatio eccleſ. S. Germani. Nã altera ſequuta eſt, ab Alexandro pp. 3. anno 1163. facta

† Ab hoc ſcripto caremus, nec quid noſtra Baſilica contulerint ſcimus.

(Cvm Crothberga et Crothsinda.) Affines Vltrogothæ, nõ filias aut conſanguineas dicit: quas tamen Ioannes Tilius in collectaneis rerum Francicarum, eius fuiſſe filias atque in noſtra baſilica cum ſuis parentibus ſepultas aſſerit. Memorantur infra lib. 3. cap. 2. in priuilegio S. Germani epiſcopi.

De Chramni conatibus & Clotharij clementia & pietate.

Cap. XXX.

D Eſtitutum ſe Chramnus tãto parricidalis flagitij conſorte animaduertens, ad Conabum Britonum principem confugit, recidiuáque reparare bella tentabat. Cui nobilitas coniugis, odiorum ſuppeditabat materiam; quod præmineret proſapiæ claritudine: ei nomen Calte, Vuillecario genita Aquitaniæ duce. Qui videlicet Vuillecarius, minis Clotharij territus, quibus Chramno fauiſſe arguebatur, tutelam baſilicæ ſancti Martini expetiit: quã pridem & † Auſtrabius alter dux expetierat. Perſecutoribus quærentibus eum exinde auellere, nec valentibus, admotis ignibus pariter cum ipſa orationis domo flammis eſt crematus: quam Clotharius ſolerti induſtria venuſtiori donauit gratia, ſtannóque eius operuit tecta. Non diſſimulandas autem filij arbitratus iniurias, inde

Gre. Tur. lib. 4. c. 20.

† aliàs Auſtrapius.

quanta potuit ſuorum manu Britanniam eſt ingreſſus. Occurrit autem ei Chramnus, cum Conabo Britonum rege, barbarorum agmẽ ductante. Vbi ad certamen ventum eſt, tentato vtrinque agmine, vbi neque Chramnus pecunia conductos deficere à fidei vidit Britannos, neque Clotharius filium erga ſe ſuſcepta depoſuiſſe odia, ſuóſque ad belli paratos certamina, armis decernendum æſtimauerunt. Tunc Clotharius in incerto belli poſitus, lachrymis ſuffuſus ora Chriſtũ exorat in hæc verba: Chriſte, inquit, Deus qui occulta hominum ſolus agnoſcis, precibus nũc adeſto meis, iuſti exercens examen iudicis. Etenim quòd nulli iuſto, maximè tibi omnium cognitori rerum veniabilis Chramni nequitia poſſit videri, ſatis certus ſum: ideo quòd naturalis oblitus gratiam pietatis, hoſtili animo contra vitam inſurrexit patris. Et quòd fraude machinatus occultè nequiuit efficere, id nunc palàm illato bello contendit explere: dumque vnius decrepiti ſenis accelerare quærit exitium, non dubitauit morti exponere tantarum innumeroſitatem gentium. Et certè regnandi ſpem dederam, cùm viuens tuendæ ei Aquitaniæ ſolicitudinem mandaueram: ſed morantem non paſſus eſt, nec expectauit regnum, niſi parricidio adipiſceretur. Reſpice ergo domine de cœlo, & iudica iuſtè, illúdque iudicium exerce, quod contra Abſalon patri Dauid quondam infeſtiſſimum exercuiſti. Non ego quidem Dauid, ſed tamen fide non degener. Credidit ille mundi redemptorem venturum: credo & ego veniſſe, æquíque arbitrum ſæculi iudicem futurum. His intentum precibus audiuit omnipotens Deus. Nam ſuperior bello factus, Britannos vſque ad refugia nauium (quas ad hos vſus parauerant, vt ſi aduerſa bellorum forent eò ſe conferrent) perſecutus, maximam ex eis ſtragem dedit. Chramnus quoque ipſe, dum filias paritérque vxorem captiuitati ſubducere geſtit, ab exercitu captus, patríque præſentatus, iuſſúque eius in cuiuſdam paupercùlæ caſa ſuper ſcamnum extenſus, orarióque ſugillatus, ibidem cum coniuge ac filiabus igni eſt concrematus. Hoc modo iuſtæ exſoluit pœnas vltionis inſidiator patris, quam differri non oportebat. Condemnatus eſt ſequeſtra pietate iudicio patris, qui ſe omni euacuauerat pietate. Periit quidem non optando patribus officio, ſed non diſſimulando. Cui ille parceret, qui ſaluti paternæ quantum in ſe fuit non pepercit? Hunc itaque improbitatis ſuæ finem Chramnus inuenit.

Oratio Clotharij cõtra filiũ perduellẽ pugnaturi.

2. Reg. 18.

Chramni exitus.

E F G H

De Longobardorum regibus & Totila Gotho.

Cap. XXXI.

Clothario autem Francorum tenẽte principatum, Lãgobardorum genti Aldoinus præerat; qui non multò pòſt tempore Langobardos in Pannoniam deduxit. Gothis autem qui Italiam incolebant, poſt Vvitigim Batula (qui & Totila dictus eſt) præfuit. Qui ad beatiſſimum veniens patrem Benedictum, cuius ſuprà meminimus, ab eo & arguendo commonitus, & commonendo, à ſuæ crudelitatis immanitate eſt emol-

Batula, qui & Totila, Gothorum Rex.

D. Greg. lib. 2. dial. cap. 15.

A emollitus. Cui idem vir domini, quòd mare tráſiturus, Romam ingreſſurus, IX. annis regnaturus, decimo eſſet moriturus, prædixit.

De Vigilij Papæ & Theodoræ Auguſtæ controuerſia.
Cap. XXXII.

VIgilius etiam ſanctæ Romanæ præſul eccleſiæ, qui eo quo commemorauimus modô, in locum ſanctiſſimi ſubrogatus fuerat Syluerij, legationem ſuſcepit Theodoræ Auguſtæ, ſe habentem in hunc modum. Veni, & adimple nobis quæ prona voluntate promiſiſti de patre noſtro Anthimo, & reuoca eum in priſtini gradus honorem. Ad hoc reſcripſit Vigilius. Abſit hoc à me, domina Auguſta: prius locutus B ſum malè & inſipienter; nunc autem nullo modo tibi conſentio, vt reuocem hominẽ hæreticum & anathematizatum. Quo audito, Auguſta miſit Anthimum ſcribonem cum valida militum manu Romam, præcipiẽs ei ac dicens, Vigilium Romanum pontificem, noſtris ſanctionibus rebellem, decernimus vt naui impoſitum ad noſtrum deduci facias conſpectum: nec cuiuſlibet baſilica ſanctorum defenſionis ei ſit adiumentum, excepta eccleſia principis Apoſtolorum. Anthimus Romam profectus memoratum Papam, dum miſſarum ſolennia in oratorio ſanctæ Cæciliæ x. Kal. Decembris celebraret (erat quippe dies feſtus ipſius ſacræ virginis) munera populo erogantem, tenuit, nauíque impoſuit, vt Conſtantinopolim deduceret. Quem populus Romanus proficiſcentem vſque ad nauim proſecutus, poſtulabat vt benedictionem illis daret: qua tradita C mota eſt nauis. Non defuere tamen quos iniuſta expulſio Syluerij, in odium ipſius excitaret. Hi lapides poſt illum, vel quælibet telorum genera ſors obtulerat, iacientes, in hunc modum ei conuiciabantur: fames tua tecum, mortalitas tua tecum, mala intuliſti Romanis, mala reperias quò vadis. Aliqui ſanè ex fautoribus ipſius comitatui eius adhæſerunt. Qui per Siciliam iter faciens, in ciuitate Cathinenſi quoſdam ad ſacros promouit ordines; quibus tuendæ Romanæ eccleſiæ delegauit curam. Ipſe nauigio Conſtantinopolim vſque deuectus, ab imperatore & clero vrbis honorificè ſuſceptus, per biennium inibi eſt detentus. Imperatore reuocationem Anthimi ab eo exigente, cautionémque manus eius, qua id ſe facturum ſpoponderat, oſtendente, ad hoc vſque altercatio proceſſit, vt D diceret Papa Vigilius: Ego quidem ad clementiſſimos reipublicæ moderatores Iuſtinianum eíque coniunctam æſtimaui me veniſſe Theodoram: ſed Diocletiano ac Eleutheria moribus reperi crudeliores. Verùm quia Chriſtus me vobis pro commiſſis adiudicauit peccatis, patiar quicquid eſt miſerrimum, dum vos inſſeritis quicquid eſt immaniſſimum. Haud enim rependitur meritis meis congrua viciſſitudo, dum maiora his mea mereantur facinora. Matura vltio flagitij ſubeſt, & digno conuenior expulſionis Syluerij pretio. Neque porrò Dei oculum, tam impij machinator ſceleris, præterire poteram. Et quidam familiarium principis propè adſtans, alapam in faciem pontificis dedit, dicens. Homicida neſ-

Cap. 17.

Liberè dictum Vigilij Papæ.

cis cui loqueris? An putas ignorare nos, dediſſe te alapam notario tuo, qui & continuò cecidit exanimis: & filium viduæ Haſterium, cui nepteni tuam dederas Vigiliam, iuſſu tuo fuſtibus vſque ad ſupremum labefactum exitium, Papámque Sylucrium factione tua exulem factum? Quo ille audito, pertimuit: ſolique Deo ſpem ſuam committens, in baſilicam ſanctæ Euphemiæ confugit, tenuítque columnam altaris. A qua auulſus, fune colla ligatus per totam circunduci vrbem iubetur, atque ad veſperam ergaſtulo claudi: vbi modicum quid panis & aquæ ei quotidie tribuebatur. Poſtmodum ſuggerente Narſete Romanarum partium duce vinculis ab imperatore leuatus, ac ſimul cum clero ſuo Romam redire permiſſus, vbi Syracuſas attigit, calculi languore fatigatus defecit. Cuius corpus Romam delatum, ac ad ſanctum Marcellum via Salaria eſt humatum, ſuccedente ei Pelagio in pontificatum.

Indignum facinus in Vigilium pontificem maxi.

E

F

De Roma à Totila capta & Romanorum ad Iuſtinianum confugio.

CAP. XXXIII.

TOtila quoque rex Gothorum deprædata Sicilia regreſſus, Romam obſidione cinxit. Cuius ciues tantam tunc famis penuriam paſſi ſunt: vt cibi inopia coacti natorum ſuorum carnes edere vellent. Feſſis diutina pugna ſimúlque inedia Romanis, nec valentibus mœnia tueri, Totila à parte Hoſtienſi vrbem irrupit. Qui parcere potius Romanis, quàm eos perdere malens, per totam noctem qua victor vrbem intrauit, quoſdā ſuorū buccinis clangere iubet, vt ciues ſe à Gothorū gladiis, aut eccleſiis tuerentur, aut quibúſque modis occulerent. Habitauítque aliquantum temporis cum Romanis, plus paterna pietate circa eos vſus, quam tyrannica crudelitate. Hanc illi, vt concedatur, animi benignitatem, (qui nimiæ antea crudelitatis extiterat) beati patris Benedicti (quem olim, vt prædictum eſt, audierat) monitio contulit.

Fames ingẽs Romæ.

Roma à Totila capitur.

G

Aliqui ſanè ex ſenatoribus Romani quondam gloria nominis, tunc autem miſeræ reliquiæ deſertæ ciuitatis, Conſtantinopolim Iuſtinianum principem adierunt ſupplices, aduerſum Gothos auxilia poſcentes. Turbatus graui nuntio Cæſar rebus in Heſperia minus proſperè geſtis, Narſetem eunuchum, cubicularium verò ſuum, expertum belli virum, omni militiæ, & his quæ in †Italia erāt præfecit. Ille properè (neque enim differendi tempus dabatur) cum lecta pube, tranſmiſſo Mediterraneo freto in Latium contendit. Et iunctis ſibi Longobardorum auxiliis, cum Gothis prælio conflixit: Totiláque rege interfecto, Italiam ab eorum dominatione eripuit.

† aliás Sicilia.

H

Totilæ interitus.

De bello Bucelleno duci ab Narſete illato. CAP. XXXIIII.

BVcelleno etiam duci Narſes bellum intulit: quem Theodebertus rex Francorum (vt ſupra memorauimus) cum Italiam introiſſet, reuerſus ad Gallias, cùm Amingo alio duce ad eam ſubiiciendam reliquerat. Qui Bucellenus, interempto Beliſario, dum penè totam Italiam direptionibus

E nibus vaſtaret, & regibus Francorum de manubiis ſubiectorum hoſtium munera copioſa conferret; in Campania hyematurus in loco cui Tannetum nomen eſt, dyſenteriȩ morbo laborans, bello graui à Narſete ſuperatus extinctus eſt. Amingus verò dum Vviduo Gothorum comiti, contra Narſetem rebellare paranti, auxilio eſſe non dubitaret, vtrique Narſetis virtute vincuntur. Vvidinus captus Conſtantinopoli exiliatur. Amingus, qui ei auxilio eſſe voluerat, Narſetis gladio perimitur. Tertius quoque Francorum dux nomine Leutharius, Bucellini Germanus, dum multa onuſtus præda repedare feſtinat ad propria, inter Veronam ac Tridentum iuxta lacum Benacum propria morte defũctus eſt. Habuit nihilominus Narſes certamen aduerſus † Siſuualdum Brentorum regem, qui adhuc de Herulorum ſtirpe remanſerat: quos ſecum in Italiam veniens Odoacer adduxerat. Solus quippe Siſuualdus do Herulorum gente reſtiterat. Huic Narſes fideliter ſibi primum adhærenti, multa beneficia contulit: Sed nouiſſimè, ſuperbè rebellem & regnũ dilatare ſuum per Italiam cupientem, bello ſuperior cepit celſáque de trabe ſuſpendit. Hic Narſes prius quidem chartularius fuit: deinde propter virtutum merita patriciatus honorem promeruit. Erat verò vir piiſſimus, religione catholicus, in pauperes munificus: in recuperandis ſanctorum baſilicis ſatis ſtudioſus: vigiliis & orationibus adeò intentus, vt magis precibus Deo profuſis, quàm armis, victor foret bellicis.

† aliàs Siſuluidum.

F

Narſetis laudes.

De Alboino Longobardorum rege. CAP. XXXV.

G IN illis diebus Alboinus, filius Aldoini Longobardis præfuit. Hic viuente adhuc genitore, cum Thuriſmodo Turiſſendi Gepidarum regis filio bello conflixit. Et cùm ſumma vi vtrimque decerneretur, Alboinus Turiſmodũ ſpatha ceruice tenus percuſſum ad terram deiecit mortuum. Turbati Gepidi quòd regis filium, per quem maxima ex parte prȩlium ſubſtiterat, interemptum conſpiciebant, in fugam verſi ſunt. At verò Alboinus patrata victoria ad patrem lætus rediit. Nec multò pòſt ei vita decedenti in regnum ſubſtitutus eſt.

De Cautini facinore: Diui Medardi tranſitu & ſepulchro: Autharij Abbatis obitu, & eius ſucceſſore Droctoueo. CAP. XXXVI.

H HIs diebus Cautinus Aruernæ vrbis epiſcopus, rem inauditam feciſſe memoratur. Erat in ipſa vrbe Anaſtaſius quidam nomine, officio verò presbyter, ingenuus genere: Hunc freqẽnter pontifex nunc precibus nunc minis compellabat, vt proprietatem ſuam quam per chartas glorioſæ memoriæ Crothildis reginæ poſſidebat, cum ipſis chartis ei dono daret. Quo omnibus modis renuente, epiſcopus à villa ad vrbem deductum cuſtodibus legauit inedia afficiendum, ni petita compleret. Sed ille forti animo reſiſtebat, dicens ſibi melius eſſe ad tempus fame affici, quàm traditis rebus filios exhæredare. Erat apud baſilicam Caſſij martyris crypta, & in ea ſarcophagum cuiuſdam magni hominis ex Pario mar-

Greg. tur. lib. 4. cap. 12.

Cautini perfidia.

Crudele facinus.

more factum. In hoc igitur mauſoleo, ex iuſſu epiſcopi, cum mortuo viuens ſepelitur preſbyter: operitúrque lapide, datis cuſtodibus qui eum cuſtodirent. Verùm preſbytero, tanquam altero Iona, orante ad dominum, cuſtodes inebriati vino vertuntur in ſomnum. Quod ille intelligẽs, brachiis (quæ tantummodo libera habebat) propter magnitudinem ſepulchri operculum ad vnam impulit partem: reſeratóque aliquantulum loculo caput erexit, & ſic toto pectore aditum egrediendi ſibi parauit. Grauabatur autem (vt ipſe poſtmodum aſſeruit) nimio fœtore qui ex putrefacto emanabat corpore. Itaque ſepulchro liber, ad oſtiũ cryptæ properat (fiebant enim hæc in initio noctis) quod obſeratum inueniens, & inter rimas proſpiciens, videt hominem cum ſecuri prætereuntem: hunc leni ſuſurro euocans, rogat vt aditum ſecuri reſeret. Quo impetrato, preſbyter progreditur liber, rogans virum ne de ſe cuiquam indicaret, ac demum ad domum ſuam, indéque ad regem Clotharium properat. Cui cùm cauſam enarraſſet ſuam, rege ac optimatibus dicentibus quòd nec Herodis vel Neronis tempore talia fuerunt geſta, iubetur adduci epiſcopus. Qui dum iſtud ſe iuſſiſſe negaret; à preſbytero conuictus confuſúſque abſceſſit. Preſbyter verò res ſuas tenuit.

E F

Quo tempore beatus Medardus Vermandenſis epiſcopus, plenus virtutibus, migrauit ad dominum. Cuius corpus Clotharius rex honorificentiſſimo recondidit mauſoleo.

Anno Chri. 556.

Hiſdem etiam diebus defuncto Authario, ſancti Germani cœnobij primo Abbate, venerabilis vir Doctroueus, ex diſcipulis videlicet beatiſſimi Germani, ab eodem ſancto pontifice, annuente glorioſiſſimo Clothario rege, loco eius ſubrogatur. G

S. Droctoneus Abbas 2. Sancti Germani a pratis.

De Clotharij regis donationibus & piis operibus, obitu, ac hæredibus.
CAP. XXXVII.

IDem verò inclytus rex Francorum Clotharius, ad ſuffragia egregij confeſſoris Martini, ad tutelam ſibi expoſcendam Turonos abiit. Multus ibi pro ſua ſalute, ſuorumque peccaminum abolitione, domini ac ſanctorum eius precator, & clariſſimis donis eidem ſacro loco regia libertate impartitis, in ditandis etiam aliis cœnobiis ſanctorum munificentiſſimus extitit. Indéque venationis gratia exercendæ (cuius ſtudioſos eſſe Francos ſuprà meminimus) Cotiam ſyluam ingreſſus, dum ſupra vires corporis, quod ſenectus debilitauerat, indulget exercitationi, animo validior quàm corpore: comminuit omnem ſuæ vigorem ſalutis, ægritudinémque contraxit grauem: febris erat vehemens: continui ac ſine vlla intermiſſione viſcerum dolores. Dum cruciatur, atque alternis vicibus nunc frigus nunc calor membra exagitant, inter ægra ſuſpiria « quæ mens extorquebat ſibi malè conſcia, hæc iterabat verba: Vah vah « quàm magnus eſt rex ille cœleſtis, qui ſic humiliat ſublimes terræ reges. « Iſte cùm ſit immortalis, melior eſt quouis orbis terrarum principe mor« tali. Quòd ſi melior, & potentior: ſi potentior, ergo & miſericordiæ largitor. H

Clotharij verba in obitu.

A gitor. Qui non, vt multi hominum, mortibus delectatur reorum: ſed mi-
ſericors ac miſerator pœnitentiam amplectitur peccatorum. Illius igitur «
clementiæ munus totis eſt exoptandum affectibus, déque eius miſeratio- «
ne nunquam deſperandum. Inter hos atque huiuſmodi ſermones finem
imperij dedit, corpus terræ, regnum filiis derelinquens, per quinqua-
ginta & vnum annos poteſtate functus continua, ac ſemper in maius aug-
mentata. Filiis regni hæredibus huiuſmodi vocabula: Primus Chariber-
tus, ſequens Guntrannus, tertius Chilpericus, quartus Sigebertus vocati.
Sepultúſque eſt in baſilica ſancti Medardi, vt ipſe iuſſerat: quæ xxx. & eo
amplius milibus, ab eo loco in quo finem vitæ inuenit aberat: magno
obſequio per tantum ſpatium deductus filiorum ſeu & pſallentium cle-
B ricorum.

FINIS LIBRI SECVNDI.

LIBER TERTIVS.

De Chilperici regis cum fratribus diſceptatione ſuper hæreditate paterna.

CAPVT I.

C SEpulto Clothario, varia eſt inter filios eius ſorte regna-
tum. Siquidem Chilpericus (cui inter fratres mẽs prom-
ptior) non contentus cum cæteris partem ponere fratri-
bus, theſauros patris Parrhiſiaca in vrbe reconditos ra-
pit, ac Francis, quos auidiores fore pecuniæ perſenſit,
precio ſolicitatis, apud eos regnum arripuit. Verùm
coniuncti fratres, improuida irruptione eum à ciuitate deturbauere. De-
hinc conditionibus pacis conſentientem euocant, totúmque regni cor-
pus, quadripartita ſectione, ex æquo hi quatuor fratres partiuntur: &
Chareberto quidem Parrhiſiorum vrbs, quondam Childeberti, ſorte *Diuiſio*
prouenit: Guntranno Aurelianenſis, regnum videlicet Clodomiri: Chil- *regni in-*
perico Sueſſionenſis aſſignatur ciuitas, caput & ipſa regni paterni. Sige- *ter filios Clotharij.*
D berto autem Mediomatricum (quæ & Metis) ceſſit, Theodorici patrui
quondam ſubiecta dominatui: vrbs famoſa & inclyta, ac ideò inter cæte- *Metenſis vrbis præ-*
ras vrbes Galliæ haud mediocri ſemper habita loco. De qua quid in vete- *conia.*
rum reperimus libris, paululum intermiſſa re cœpta, in medium profera-
mus. Cùm gens Vvandalorum iunctis ſibi Sueuis & Alanis Gallias depo-
pulatum ire deſtinauiſſet, Crocho rege ipſorum à matre ſua quærenti,
quid faciendo Magni nomen obtineret: illa ad eum, ſi, inquit, fili famo- *Dictũ ne-*
ſus in orbe eſſe cupis, magnarum ædificia ædium à maioribus extructa *fandum matris*
deſtrue, egregiáſque vrbes deſtruens eorum incolas gladio extingue. Ne- *Crochi re-*
que enim meliora prioribus potes condere habitacula, aut bellando no- *gis Vvandalorum.*

minis tui gloriam amplius propagare. Cuius ille reſpóſis non ſegnis executor extitit, ac ſi diuino oraculo non hominis voce dictum fuiſſet. Nam apud Maguntiam ponte Rhenum tranſiens, primò ipſam vrbem miſerabiliter deleuit: ac demum curſum itineris ad Metenſem vrbem deflexit. Cuius muri nocte quæ diem aduentus eius præcedebat, diuino nutu ſponte ruentes, viam irrupturis aperuerunt: incertum vtrum hanc diuina dignatio, flagitioſis & impœnitentibus inuexerit calamitatem ciuibus, an fortè vt infandiſſimi homicidæ iuſta acceleraretur perditio: quò, cœleſtia autumans opitulari ſibi ſuffragia, eò contenderet, vbi nefandi auſus merita lueret ſupplicia. Ciuibus denique Metenſibus vſque ad internecioné penè peſſundatis, Treueros properat. Treuerici in arenis ciuitatis præſidio locato, conatibus eius reſtiterút. Crochus Treueris infecto negocio, Arelas expugnare niſus, à quodam milite Mario nomine captus, per ciuitates quas euerterat ductus, pœnis excruciatus interiit. Sed de his ſatis dictum. E F

De Chariberto rege, & priuilegio immunitatis eccleſiæ S. Germani à pratis.

Cap. II.

† mulieré valde cordatam, ac vita religioſa præditã, vigiliis & orationib⁹ atque eleemoſinis nõ ignauã ait Greg. Tur. li 9. cap. 26.

CHaribertus rex Parrhiſiorum † Ingobergam duxit vxorem: huic erant ancillulæ duæ, nomen vni Marcoueſa, altera vocabatur Merofidis. Harum amore rex ita deperire cœpit, vt vxorem eiiceret Ingobergam, & eas ambas in locum eius ſubſtitueret. Pro qua re à beato Germano præfatæ vrbis epiſcopo increpatus, nec correctus, † vtráſque cũ filio, quem ei vna earum genuerat diuinitùs percuſſas ſe perdidiſſe indoluit. Ipſe quoque non poſt multum tèmporis, in Aquitania apud caſtrũ Blauia vitæ finem † ſortitus, in baſilica ſancti Romani eſt ſepultus. G

† & propterea ab eodem excõmunicatus: vt Reginol. 1. Chronicorũ, & Iuo Carnoten. in fine partis quintæ ſui Decreti ſcribunt. † Anno Chriſti (ſecundum Tilium) 573. Mortem autem eius prædixit S. Eufronius Turonorum epiſcopus 18. Auth. Greg. Tur. lib. de gloria confeſſ. cap. 19.

His diebus beatiſſimus Germanus ſentiens diem ſui imminere exitus: cernens quoque eccleſiam Romanæ ſedis multis atteri (vt ſuprà dictum eſt in deiectione Syluerij & ſucceſſione Vigilij) calamitatibus, verens etiá ne vrbis Parriſiacæ pontifices, per ſuccedentia tempora inquietudine aliqua peruaderent eccleſiam ſanctæ Crucis ſanctíque Vincentij (quam glorioſus rex Childebertus ædificauerat) occaſione permaximè illa quæ „ in præcepto inclyti Clotharij regis inuenitur, ita inquiens: Abbatem loci „ illius conſtituimus & cætera, præceptum immunitatis edere decreuit: in quo omnes epiſcopos ſedis Parrihiſiacæ alienos efficeret ab hac occaſione. Præuidebat etiam mens ſancta, quòd huic immunitati vel libertati monaſteriorum, poſtmodum conſentiret ſancta & apoſtolica Romana eccleſia. Sicuti etiam beatus Papa Gregorius poſtmodum in decretis ſuis ſanciendo confirmauit. Hoc autem priuilegium immunitatis tale eſt. H

Immunitas eccleſiæ Diui Germani.

Dominvs

A DOMINIS, *viris apoſtolicis, ſanctis, & in Chriſto fratribus, omnibus Epiſcopis Pariſiacæ vrbis cũ gratia Dei futuris, & cæleſti viſitatione ditatis, Germanus peccator.* OMNIBVS *non habetur incognitum, qualis ac quantus circa monaſteria & eccleſias, aut erga Deum timentium virorum fuerit inclyte memorie glorioſiſsimus Childebertus rex. Cuius ſumma beniuolentia multis largita eſt copioſa beneficia, & immunitati noſtræ ſtabilitatem perpetuam. Scilicet cogitans, quia qui iſta temporalia reſeruaret metenda ſibi, multò maiora à Deo illi attribuerentur: ſi ob eius amorem eccleſias & templa fundaret, & egentium inopiam ſubſtentaret, & pro magnis parua offerret, atque pro terrenis cæleſtia adipiſceretur. Vnde & nobis ob ſepulturæ ſuæ meritum, aliqua à ſe conſiderare mandauit, & conſiderata ceſsit. Itaque inclitus iſte Princeps Pariſius Baſilicam*

In originali Priuilegij S. Germani, nulla eſt diphtongus. Volateranus lib. 33. Diphtógis primũ nõnulli veterũ nõ vtebantur: vt ex marmotũ inſcriptionibus apparet.

B *in honorem ſanctæ Crucis, & Domni Vincentij, vel reliquorum ſanctorum in vnum membrum cõſtruxit, & ſibi ſepulturam inibi collocauit: ac largitatis ſuæ copiam per teſtamenti ſui paginam nobis habere decreuit, & habendi meritum loco tanti ordinis conſtituit. Sed dum pagina teſtamenti ſui, & cordis fides ſub humana fragilitate temporaliter vigeret: agente id quorundam calliditate, ne æterna illi tribueretur beatitudo, ac ſcriptum non ſortiretur effectum, ſimulq́ue Abbas & congregatio deputata non perciperent, ac ſterilitate victus & veſtitus deperirent: monuit me illius recordatio, & ob amorem illius terruit me tanta ſecuritas, ſimulq́ue pietatis & charitatis affectus. Ille etenim poſt Deum dũ ſupereſſet fuit noſtra immunitas & ſecuritas, pax & recuperatio, ac ſequeſtratio omnis à ciuili negotio.* NOS *verò in hac re pietati illius conſulentes, & cæterorum*

C *rum Regum velle ſtabiliri conantes, charitatem fraternæ dilectionis veſtræ nobiſcum volumus concordari: quatinus illius ſancti loci honor celeberrimus, & memoria iam dicti principis glorioſi eniteat eodem in loco omnibus huius æui temporibus. Habeátque Abbatem ex propria congregatione ipſa eccleſia. Qui ſub gu-* “
bernatione Regum per ſucceſsiones eundem locum prouideat. Sítque alienus pon- “
tifex omnis Pariſiorum ab eodem loco: vt non deinceps aliquam poteſtatem in “
omnibus ad ipſum locum pertinentibus habeat. Simulq́ue ſancimus, vt nullus “
Metropolitanus, aut aliquis ſuffraganeus eius, cauſa alicuius ordinationis illuc ingredi præſumat: niſi ſolummodo ab Abbate eiuſdem loci vocatus venerit ad ſanctitatis myſterium celebrandum, aut ad eccleſias conſecrandas, aut ad benedictiones clericorum vel monachorum inſtituendas: quod debitum renuere nullatenus debet. Cæterum quicquid à die præſenti, tam à tempore meo, quam &

D *ſucceſſorũ meorũ omnium in ſede Pariſiorum reſidentium Epiſcoporum, vel à Deum timentibus principibus eiuſdẽ plebis, in fiſcis, villis, agris, in auro vel argento fuerit delegatum ſiue donatum, vt ad integrum habeat volo, rogo, coniuro. Decreui etiam per hanc cartulam immunitatis & ceſsionis, meam baſilicam ſuperius nuncupatam ſine geſtorum obligatione manere. Et quia id antea conſuetudo non fuit, & modò à Regibus & Principibus mihi eſt conceſſum, voluntatem pietatis veſtræ in hoc ſcripto prætermittere nolui: ſed in omnibus per vos roborari & confirmari expoſco, vt deinceps ratum permaneat. Et ſi aliquis vnquam fuerit, qui contra hanc deliberationem meam (quam ego pro firmitatis ſtudio, cum Metropolitani, & reliquorum Epiſcoporum conſilio ac ſuaſione decreui conſcri-*

bere) quoquo tempore venire temptauerit, aut fortaßis locum refragandi quæſierit: imprimis à liminibus ſanctarum eccleſiarum ab omnibus Epiſcopis & ſacerdotibus Dei tam præſentis temporis quam & futuri ſit excommunicatus, & alienus à pace: & in futuro iudicio, cum ſanctis & amicis Dei (in quorum honore hæc conſcriptio facta eſt) meum ac dominorum meorum Metropolitanorum, ſeu Coepiſcoporum præſentium ſuper ſe adeſſe ſentiat iudicium, ac ſit anathema maranatha. Et inſuper, vt hæc cartula firmiorem poßit adipiſci plenitudinem: Comprouincialium Dominorum Epiſcoporum, & fratrum meorum presbyterorum, ſeu Diaconorum conſcriptionibus ipſam volui corroborare. ACTVM *Pariſius ciuitate, ſub die duodecima Calend. Septembris, Anno quinto Domni Chariberti Regis.* GERMANVS *peccator hāc cartulā ceßionis & immunitatis à me factam relegi & ſubſcripſi, ſub die quo ſuprà. Nicetius Lugdunenſis Epiſcopus in Chriſti nomine, petente Apoſtolico Domno, & fratre meo Germano Epiſcopo, & Domna Vlthrogotha Regina, atque Domna Chrodeſinta ac Chroberga, conſtitutionem hanc, ſcilicet à præſenti tempore à ſucceſſoribus Domni Germani Epiſcopi perpetuò cuſtodiēdam relegi, & manus meæ ſubſcriptione corroboraui notato die. Prætextatus Cabillonenſis Epiſcopus, deliberationem ſuperius comprehenſam, rogante & præſente Domno Germano Epiſcopo, gaudenter ſuſcepi relegendam, & ſubſcripſi notato die. Felix Aurelianenſis Epiſcopus, iuxta conſenſum & deliberationem Domni Germani inperpetuo manſuram, ſubſcripſi notato die. Eufronius Niuernenſis Epiſcopus, rogante Domno Apoſtolico Germano Epiſcopo, hanc deliberationem relegi, & ſubſcripſi notato die. Domicianus Carnotenſis Epiſcopus, iuxta conſenſum & deliberationem fratris mei Germani Epiſcopi, conſenſi & ſubſcripſi notato die. Domnolus Cenomanenſis Epiſcopus, conſenſi & ſubſcripſi notato die. Caletricus peccator, iuxta conſenſum & deliberationem Domni Germani Epiſcopi, conſenſi & ſubſcripſi notato die. Victurius peccator, iuxta deliberationem hanc, Germano præſente fratre meo & rogante, conſenſi & ſubſcripſi notato die. Leodebandus peccator conſenſi & ſubſcripſi notato die.*

Erat annus Domini. 569.

E F G

Amanuenſis Notarius ſub iuſſione Domni Germani Epiſcopi hoc priuilegium ceſſionis ſcripſi & ſubſcripſi.

De præcedenti priuilegio in Philyra ſcripto.

H

PLinius lib. 13. nat. hiſt. cap. 2. dicit in Palmarum foliis primò ſcriptitatū, deinde quarundam arborum libris. Et lib. 16. cap. 14. docet philyras tenues eſſe tunicas tiliæ arboris, inter corticem ac lignum natas: quæ etiam vinculis ex ea factis nomen indit. Ad hoc valet auctoritas Herodiani libro primo ita dicentis, COMMODVS *Imperator ſumpto in manus libello (quales de philyra tenuiſſimi atque in vtramque partem replicabiles fiunt) conſcribit in eo quoſcumque illa nocte interficere deſtinauerat.* Cedrenus in annalibus in eam rem ait. *Antiqui in ligno, corticibus, ac è libro tiliæ confectis tabulis ſcribebant. Græcè tilia eſt philyra.* Porrò, nonnulli, qui priuilegium ſancti Germani in huiuſmodi philyra deſcriptū vident (nam adhuc integrum adſeruatur) attoniti mirantur, putántque necdum pergamenum in vſu fuiſſe, & vt rudes rudiora ſecula ſomniant: cum tamen attendere deberent, priuilegium Childeberti Regis iſto antiquius, non cortice ſed membrana cōſtare. Quinetiam ſi penitius indagare vellent, ſcirent profectò libros diuinæ legis (quos ſeptuaginta interpretes Ptolomæo Philadelpho Ægyptiorum Regi ex Hebræo in Græcum vertendos attulerunt) aureis literis conſcriptos in mem-

A in membranis fuiſſe. Quarum ſubtilitatem & cōmiſſuras, quæ ita latebant, vt viſu diſcerni non poſſent, ipſe Ptolomæus (teſte Ioſepho, lib. 12. antiq. cap. 2.) diu multúmque miratus eſt. Quod verò Sanctus Germanus cortice maluit vti: hoc ideo (ni fallor) fecit, vt ſeneſcentem ac intereuntem antiquitatem reuocaret. Quem Dagobertus Rex, Clotharij ſecundi apud nos ſepulti filius imitatus eſt. Nam Dionyſianis monachis (quibus totus addictus fuit) priuilegium munificentiſſimum in cortice ſcriptum conceſſit. Guillelmus Paradinus lib. 2. hiſt. Lugdun. cap. 20. ſcribit in cathedrali ſancti Ioannis Eccleſia eſſe commentarium in pſalmos in cortice pariter ſcriptum, qui etiamnum facile legi poteſt. Fortaſſe veteres philyra, è tilia, potius quam ex alia arbore abſtractam ad ſcribendum vtebantur: quoniam (vt ait Plinius lib. 16. cap. 4.) hæc materies teredinem non ſentit.

(Habeatqve Abbatem ex propria congregatione.) Vt defuncto Abbate congregatio ſibi alium eligat, ſtatuit quoddam Concilium Toletanum: vt habetur 16. q. 7. cap. vlt. Non tamen extraneum, ſi domeſticus idoneus adſit. Electio enim potius debet fieri de gremio, quam de extraneis. Diſt. 61. Nec emeritis, & quatuor ſeq. ca. Item diſt. 63. Sacrorum. Qui locus eſt caput 78. libri primi legis Francicæ, à Carolo magno datæ. Item diſt. 23. In nomine domini §. Eligatur autem. 18. q. 2. Quam ſit neceſſàrium. & ca. Abbas. Hæc
B iura apprimè ſciens Iuo Carnotenſis Epiſcopus, epiſtola 120. Gaufrido Cenomanenſis eccleſiæ decano, ſciſcitanti quando Epiſcopus de altera eligendus eſſet eccleſia, reſpondit. Secundum decretum Celeſtini Pp. 1. tunc primum alter de altera eligendus eſt eccleſia: ſi de ciuitatis ipſius clero, cui Epiſcopus eſt ordinandus, nullus dignus (quod euenire non credimus) potuerit reperiri. Quod & de omnibus aliis ad aliquem gradum ſeu dignitatem promouendis accipi debet. Vnde indifferenter ait glo. §. Sine. capituli 17. Authenticæ de ſanctiſ. Epiſcopis. Donec in eccleſia eſt idoneus, aliunde ſumi alius non debet. Hancque gloſſam confirmat lex. In eccleſiis. De Epiſc. & clericis. lib. 1. C. infinitæque aliæ, quas moleſtum eſſet recenſere.

(Qvi svb gvbernatione Regvm.) Ex his verbis diſce antiquum ius, quod Reges Francorum in Abbatiis ſui Regni ſemper habuerunt. Vt enim Abbatum electio propriis congregationibus conceſſa fuerit, tamen electionis factæ adprobatio, & (vt vocant) ratihabitio ab ipſis Regibus pendebat. In vita Sancti Hermelandi Abbatis Antrenſis (quam refert Surius tomo. 2. de ſanctis die 25. Martij) ita legitur. Fratres Cœnobij Antrenſis ſubrogarunt Hermelando Adalfredum Abbatem, Rege id approbante.

Harivlfvs pius ac doctus monachus cœnobij Centulæ, ſiue Centulenſis, id eſt, Sancti
C Richarij Pōtiuenſis, ſcripſit ante quingentos & decem annos, nimirum anno Dom. 1088. quatuor libros de geſtis ſui monaſterij, quos manuſcriptos habet V. C. Nicolaus Faber, Principis Condæi in re literaria præceptor. In eorum fine eſt vita Beati Madelgiſilli confeſſoris, ab eodem Hariulfo edita. In qua hæc leguntur. *Quoniam moris erat in locis regalibus, vt* (Cap. 5.) *nemo præficeretur abſque nutu regio, diriguntur de clauſtro Centulenſi fratres boni teſtimonij: qui Carolo magno vtrumque renuncient, & Abbatem Symphorianum mortuum, & dominum Angilbertum iam electum. Qui multo fauore annuit huic electioni, iuſſitque vt maturius perficeretur.* Quinque monaſteriorum: Id eſt, Caſalisbenedicti, Sancti Sulpicij Bituricenſis, Sancti Illidij Claromontenſis S. Vincentij Cœnomanenſis, & Beati Martini Sagienſis, congregationem ad inſtar congregationis Montiſcaſini alias S. Iuſtinæ de Padua reformatam, Franciſcum primū, Francorum Regem crexiſſe, eorúmque Abbates dumtaxat triennales, à nominatione Regia exemiſſe notiſſimum eſt. Et tamen filius eius, Henricus 2. regnum poſtea adeptus, & hāc eandē congregationē confirmans, nō prætermiſit addere ſuo edicto menſis Feb. An. 1547. vt Abbates ad nutum capituli generalis, quoties expedierit, inſtituti, Regi ſeu eius Cancellario, intra ſemeſtre ſpatium præſentarentur, ab eodem literas adprobationis, abſque vlla pecuniæ graui exactione, recepturi. Nimirum vt ſupremus temporalis dominus be-

vide Choppinū lib. 1. monaſtici, tit. 1. ar. 4. & lib. 2. ſacræ politie, titul. 8. art. 27. in margine.

D neficiorum omnium Franciæ Rex ſemper agnoſceretur. Qvod vt in Abbatum, ita & in Epiſcoporum electionibus obſeruatum eſt. Nam Sanctum Gregorium Turonenſem clerus, nobiles, plebſque (vt à Celeſtino Papa. 1. decretum fuerat, diſt. 63. Cleri plebiſque. Et à B. Greg. eiuſdem ſedis pontifice, ſæpè obſeruari mandatum, lib. 2. Regiſtri epiſtola 58. & lib. 9. epiſtola 74.) communi acclamatione elegerunt. Et tamen conſenſus Regis requiritur, & propterea ad eum legatio dirigitur. Sanctvm Bonitum Beatus Auitus, frater eius moriens ſucceſſorem in Epiſcopatu Aruernorum nominauit, atque ad hoc tota eccleſia conſenſit. Et nihilominus ad Theodoricum Regem legati miſſi ſunt: vt is auctoritate ſua calculum electioni adiiceret. Pari etiam auctoritate S. Sulpitius Archiepiſcopus Bituricenſis, & Primas Aquitaniæ ordinatus fuit. His adde Lugdunēſem Archiepiſcopum, in ſerie triceſimum ſecundum, nomine Sacerdotem. De quo refert Greg. Tur. libro de vitis patrum, cap. 8. quum Lutetiæ vltima premeretur ægritudine, à Childeberto Rege, fundatore noſtro (cui admodum charus erat) viſitatus fuit. A quo petiuit & impetrauit, vt ſibi in Archiepiſcopatu, ſuus nepos S. Nicetius ſuccederet. Quod & factum eſt, nomina-

tioni regiæ ſuffragiis populi accedentibus. Cvi hæc non ſufficiunt, videat plures alios ſic A
promotos, id eſt cum conſenſu Regis, apud Gregorium Turonenſem in hiſtoria Francorum: & potiſſimũ lib.3.cap.2. & 17. lib.4.cap.7.11.15.18. lib.6.cap.9. lib.7. cap.17. lib.9. cap.23. Habebant tamen iſti Reges (ſicut monſtratum eſt) rationem electionis factæ, nec ab ea facile declinabant, ſi fauore ac vitio ſimoniæ caruiſſet: & electo dotes neceſſariæ (vt ſunt mores, literæ, ætaſq; congrua) ſuffragarentur. Quod hodie nõ fit. Nã ſublata canonicis & monachis eligendi poteſtate, per illud nunquam ſatis deplorandum fœdus, quo Leo Papa 10. & Franciſcus 1. Francorum Rex, pragmaticam ſanctionem à Philippo Auguſto & eius nepote D. Ludouico editam, aboleuerunt, quilibet defectum ætatis, morum, & literatum, nonnunquam etiam & natalium patiens, prout fauor arriſerit, per Regias literas Domino Papæ præſentatus, ad pinguiora ſacerdotia quæ vacauerint in totius diſciplinæ eccleſiaſticæ diſpendium & ruinam, promouetur. In ſynodo Romana ſub Nicolao Papa 2. habita, ſtatutum fuerat, vt per laicos nullo modo quilibet clericus aut presbyter obtineret eccleſiam, nec gratis nec pretio: Idque confirmauit Greg. pp. 7. tam dantes quam recipientes anathemati ſubiiciens. 16. q. 7. Si quis deinceps. & c. ſeq. Verùm has ſanctiones ita eludunt, vt dicant Regem beneficia non conferre: ſed tantum intercedere, & pro perſonis quas proponit deprecari. At ita deprecatur, vt ſi Ro. Pont. non annuerit, temporalia B
horum beneficiorum (quorum gratia expetuntur) ſubtrahat, vel per modum prouiſionis, nominatis perſonis concedat, aut œconomum, ſeu potius diſſipatorem, qui pro eis faciat, introducat. Tales ſunt nimirum preces potentum, vt neceſſitatem quandam coniunctam habeant, cogántque eos quibus offeruntur aſſentiri. Quod Ioannes Sareſberienſis, quondam Carnutum Antiſtes, non inuenuſtè hoc diſticho notauit.

Eſt orare Ducum ſpecies violenta iubendi:

† alias. & quaſi nudato. *Cogeris, † & nudo ſupplicat enſe potens.*

(Simvlqve sancimvs. &c. Nisi ab Abbate. &c.) Eadem poſtea ſtatuit Sanctus Gregorius lib. 4. regiſtri, epiſt. 43. ſeu cap. 87. Et citatur in decretis. 18. q. 2. Luminoſo.
„ Hinc eſt quod Aimoinus de hoc ſancti Germani priuilegio praeloquutus, dixit. Præuide-
„ bat mens ſancta, quod huic immunitati vel libertati monaſteriorum poſtmodum conſen-
„ tiret ſancta & Apoſtolica Romana eccleſia. Sicuti etiam beatus Papa Gregorius poſtea in decretis ſuis ſanciendo confirmauit.

(Sanctitatis mysterivm.) Myſterio ſanctitatis Miſſam intelligit. In qua Ieſus Chriſtus (qui eſt totius ſanctitatis fons & origo, exemplárque ſimili carens) immolatur & ſumitur. Sic Palladius Epiſcopus Cappadociæ, in vita duorum Machariorum, ſancta my- C
ſteria appellat ſacram Euchariſtiam, ſectione 17. hiſtoriæ ſanctorum patrum. De his Machariis, qui florebant anno redemptoris 379. Niceph. lib. 9. cap. 14. lib. 11. cap. 42. & 43. Caſſiodorus lib. 8. hiſt. trip. cap. 7. Sozomenus lib 6. cap. 19.

(Avt ad ecclesias consecrandas.) Obſerua conſecrationem & dedicationem eccleſiarum, quæ ſunt huius monaſterij, & de quarum Rectoribus Abbas noſter prouidet, non poſſe inconſulto Abbate fieri ab Epiſcopo, in cuius diœceſi ſunt conſtitutæ.

» (Msam basilicam.) Iſidorus lib. 15. etym. ſiue orig. cap. 4. *Baſilica prius vocabantur Re-*
» *gum habitacula, vnde & nomen habent: Nam βασιλεὺς Rex, & Baſilicæ regiæ habitationes. Nunc au-*
» *tem ideo diuina templa baſilicæ nominantur: quia ibi regi omnium Deo cultus & ſacrificia offeruntur.* Eadem ſcribunt Amalarius lib. 3. de eccleſ. off. cap. 2. Et Vvalfridus Strabo, libro de rebus eccleſiaſticis cap. 6. Sed adiicere poſſumus eccleſiam noſtram non tantum propter inhabitantem Chriſtum, ſed etiam propter fundatorem Regem, baſilicam dici. Cæſar Baronius in notis martyrologij Romani, ſub die quinta Auguſti, originem huius dictionis longe altius à gentilibus repetit. Commentatores Iuris canonici hanc faciunt differentiam inter baſilicam & eccleſiam: quod ante cõſecrationem dicatur baſilica, poſt conſecrationem eccleſia ĩ. de conſ. eccle. c. 1. lib. 6. Et in antiq. de relig. domi. c. 1. in glo. Sed quam vana ſit D
hæc differentia vel ex hoc loco apparet: vbi eccleſia dudum in honorem ſancti Vincetij conſecrata ac dedicata, baſilica nuncupatur.

(Sine gestorvm obligatione manere.) Id eſt (vt coniicio) non deinceps obligari ad reddendam rationem ſuorum geſtorum coram Epiſcopo Pariſien. vel aliis Præſulibus.

(Et qvia hoc antea consvetvdo non fvit.) Iure communi omnia monaſteria monachorúmque diſciplina ad eum pertinent Epiſcopum, in cuius territorio ſunt
To. 12. Concil. conſtituta 11. q. 1. de perſona. 16. q. 1. verè 18. q. 2. Monaſteria. Sed nec ipſi Abbates ab eius ſubiectione immunes ſunt. Nam in Concilio Aurelianenſi primo, cap. 21. ita ſtatutum le-
» gitur. *Abbates pro humilitate religionis in Epiſcoporum poteſtate conſiſtant: & ſi quid extra regulam*
» *fecerint, ab eis corrigantur. Qui ſemel in anno, in loco vbi Epiſcopus elegerit, accepta vocatione conueniãt.* 18. q. 2. Abbates. Et in capitulari Regum, lib. 6. cap. 157. Fuit autem habitum hoc concilium tempore Clodouei primi, Francorum Regis Chriſtiani. Itaque non eſt mirum, ſi beatus

Germanus

E Germanus (qui ipſo regnante Auguſtoduni natus eſt) de exemptione huius baſilicæ ab
omni ſubiectione Metropolitani & Epiſcoporum loquens, talem antea conſuetudinem
non fuiſſe dicat: Indicans videlicet omnia ferè cœnobia adhuc ſub cura diœceſanorum
Epiſcoporum fuiſſe, exemptionibúſque necdum feneſtram patuiſſe. Sed dum illi pote-
ſtate conceſſa abutentes, ſolummodo bonis temporalibus inhiant, atque viſitationis
prætextu, cum equitatu numeroſo aduenientes, præter ſumptus annuam taxam pecuniæ
exigunt, de monachorum recta conuerſatione (cuius prima fuerat habenda ratio) parum
ſoliciti: effecerunt, vt non exiguus monaſteriorum numerus à iuriſdictione ordinaria re-
cederet, ſéque Apoſtolicæ ſedi immediatè ſubiiceret. Exactiones enim Prælatorum, in-
ducunt odium ſubditorum. Ideóque tales non pontifices ſed exactores dicuntur. 10. q.3.
Quia cognouimus. Quæ quidem exactiones, vt in diuerſis diœceſibus fiunt. ſi bene ſan-
cto Bernardo innotuiſſent: non ita profectò exemptiones tanquam ambitioſas & per-
nicioſas monachis inſectatus fuiſſet, epiſtola 42. ad Henricũ Senonenſẽ Archiepiſcopum,
ab illa clauſula, *Miror quoſdam in noſtro ordine.* &c. Et lib. 3. de conſideratione ad Eu-
genium Papam 3. cap. 4. Vbi tamen concludit ſe non loquutum, de monaſteriis ſtatim ab
ipſa ſui fundatione exemptis. *Nonnulla* (inquit) *monaſteria ſita in diuerſis Epiſcopatibus, quod ſpe-* “
F *cialius pertinuerint ab ipſa ſui fundatione ad ſedem Apoſtolicam quis neſciat? Sed aliud eſt, quod largi-* “
tur deuotio: aliud quod molitur ambitio impatiens ſubiectionis. Quæcumque ergo in exemptos, aut
exemptionem ambientes protulit, ad noſtrum ſancti Germani monaſterium vtpote ab
ipſo fundationis tempore exemptum referri nequeũt. Hoc enim B. Germanus, veluti exe-
cutor voluntatis defuncti Childeberti Regis (quæ ſibi innotuerat prius) fecit. Quod
apertè his verbis demonſtrat. Nobis ob ſepulturæ ſuæ meritum, aliqua à ſe conſiderare “
mandauit. Et paulò poſt. Nos verò in hac re pietati illius cõſulentes. &c. Eadem ratione “
Petrus venerabilis epiſtola 28. libri tertij, in reſponſione ad 17. obiectionẽ Ciſtercienſium,
defendit exemptionem eccleſiæ Cluniacenſis. Nimirum ab ipſis fundatoribus (qui eam
in proprio alodio cõſtruxerant) ſoli Romano pontifici ſubiectam fuiſſe, non autem al-
teri Epiſcopo prius eam poſſidenti ablatam.

(Et modò a regibvs et principibvs mihi est concessvm.) Reges
intellige quatuor filios Clotharij primi, Charibertum, Sigibertum, Guntrannum & Chil-
pericum. Quorum quidem tres priores ex Ingunde vxore, quartum ex eius ſorore Are-
gunde (quam repudiata altera, thori participem fecerat) ſuſcepit. Ab his ergo Regibus
obtenta facultate, B. Germanus noſtram baſilicam immunem liberámque ab omni iuriſ-
G dictione epiſcopali reddidit. Quam ne ipſi Prælati poſtmodum infringerent, eorum con-
ſenſum (vt ait) prætermittere noluit: ſed per eos roborari & confirmari curauit. Æquum
enim erat, vt ab his quos potiſſimum tangebat, approbaretur.

(Sit anathema Maranatha.) D. Paulus in fine primæ epiſtolæ ad Corinthios
hac imprecatione vtitur in eum qui dominum noſtrum Ieſum Chriſtum non amat. Eſt
autem anathema, æternæ mortis damnatio. Et nõ niſi pro mortali debet imponi crimine,
vt eſt in Concilio Meldenſi, ca. 56. Et 11. q. 3. Nemo Epiſcoporum. Item in vltima addi-
tione capitularis Regum, c. 7. At ꝗ. de ſent. & re iudi. Ad Apoſtolicæ in glo. lib. 6. Anathe-
ma ſic definitur. Anathema eſt excommunicatio, cum ſolennitate facta. Quæ ſolennitas
habetur parte tertia Romani pontificalis: & eſt talis. Epiſcopus pontificalibus indutus, &
duodecim presbyteri ſuperpelliciis, candelas geſtant in manibus. Quas pronunciata ab
ipſo Antiſtite anathematis forma, in terram proiiciunt, & extingunt. Taléмque per vni-
uerſam diœceſim, atque etiam vicinis Epiſcopis ſic excommunicatum denunciant. Soto
in quartum ſententiarum. diſt. 22. quæſt. 1. articulo. 1. §. Anathema. Originem huius dictio-
nis doctiſſimè tradit: deinde ſubdit. Eſt anathema idem prorſus, quod excommunicatio
maior: vt habetur in quinta ſynodo, canone, Certum. 24. q. 3. Niſi quod anathema quẽdam
H per ſe maiorem terrorem videtur incutere. Et ideo in conciliis & in iure frequentior eſt
huius nominis vſus. Maranatha autem dicitur, Aduentus domini. Sit ergo anathema
Maranatha, id eſt, ſit excommunicatus vſque ad aduentũ domini. Supple, niſi pœniteat.
23. q. 4. Giliſarius. In glo. De his vocibus Anathema Matanatha, vide Cæſarem Baronium,
tomo 1. Annalium, ſub anno Chriſti 57.

(Charibertvs.) Ita ſcribitur in concluſione Synodi Turonicæ ſecundæ: quæ anno *Tom. 2.*
ſequenti acta eſt. Item apud Iuonem Carnotenſem, epiſtola 164. codicis impreſſi, & in *Concil.*
eius decreto, in fine partis quintæ. Non autem Aribertus vel Cherebertus, vt recentio-
res nominant.

De Guntranni liberis & geſtis. CAP. III. E

GVntrannus autem quattuor filios ex diuerſis habuit concubinis, quarum recenſere nomina ſuperſedi: maximè cum nec ei legitimo fuerint copulatæ coniugio:& eo adhuc ſuperſtite cum ſuſcepta prole terminum ſortitæ ſint vitæ. Fuit ſanè idem rex ſummè bonus, pacis æquique ſeruantiſſimus, hoc ſolum tanti gloriam viri obnubilante facto, quòd lenociniis deditus meretricum, licitum refutauit matrimonium. Hic quadam die venatum in ſyluam profectus, ſociis prout res expoſcebat huc illúcque diſperſis, ipſe cum vno ſuorum fidiſſimo fidelium ſub arbore quieturus reſedit; poſitóque in familiaris amici gremio capite oculos cupiens furari labori, obdormiuit. Et ecce ex ore quieſcentis regis in modū reptillis animal egreſſum, oras propè labentis riuuli percurſare, ac F in vlteriorem ripam tranſire ſatagere cœpit. Quod cernens ille ſuper cuius genua rex ceruicem inclinauerat ſuam, gladium vagina nudatum fluuiolo ſuperpoſuit, & ſic animal illud ad alteram tranſmeauit partem: atque ſub radice cuiuſdam montis ingreſſum, poſt aliquot horarum rediit ſpatium, & eodem ponte vſum in os Guntranni regis eſt ingreſſum. Et ſurrexit rex, & familiari narrans ſomnium, mirabile ſe dixit vidiſſe viſum, inquiens, Conſpexi fluuium permaximum ponte ferreo conſtratum, per quem tranſuectus, ſpeluncam in cuiuſdam montis radice conſtitutam ſum ingreſſus: inibi inæſtimabiles theſauros, abſconditámque veterum *Viſum mirabile Guntranni.* repperi gazam patrum. Refert alter quid de eo & ipſe intuitus ſit: conſonaque ſibi apparuerunt ſomnij verba, ac viſio manifeſta. Quid plura? G effoſſus eſt locus, enorméque auri ac argenti inuentum pondus. De quo Guntrannus ciborium miræ magnitudinis ſimul & pulchritudinis compactum, Hieroſolymam mittere deſtinauit ad Ieſu Chriſti domini ſepulchrum. Sed cùm & itineris difficultas, & Sarracenorum qui eadem infeſtabant loca timor, ne vota perficeret obſtitiſſent: in baſilica quæ Cabilonenſi adiacet ciuitati (cuius condendæ ipſe auctor extiterat) ſuper ſepulchrum ſancti Marcelli poni iuſſit. Quod quandiu tumulum ſancti martyris durando venuſtauit, nullum in tota Gallia opus quod ei æquipararetur potuit inueniri.

De Sigeberti coniugio cum Bruna Gothorum regis filia. CAP. IIII. H

POrrò Sigebertus, cognito quod fratres ob infauſta coniugia, graui ſubiacerent opprobrio, Gogonem legatum in Hiſpaniam ad Athanahildum regem Gothorum, qui exercitum imperatoris ab Hiſpania expulerat, mittit, petitum filiæ illius † Brunæ nominæ nuptias. *† aliâs: Brunia.* Quam illeà patre cum multis ſibi traditam opibus, ad Sigebertum perducit. Sigebertus eam eò quòd Arrianæ dedita eſſet hæreſi, à catholicis baptizari, Brunichildemque vocari præcipiens, ac fide inſtrui orthodoxa, cum magno *Brunichildis regina.* apparatu epularum duxit vxorem. Hæc vt in regnum confirmata eſt, Gogonem, qui ſe ab Hiſpaniis abduxerat inuiſum regi Sigeberto fecit. Huic deni-

A denique Gogoni, cum in infantia Sigeberti omnes Franci de regno eius, Chrodinum maiorem domus elegiſſent, virum probum ac timoris Dei plenum, ille oblato ceſſit honore regem allocutus in hæc verba. Omnes Franciæ potẽtes conſanguinitatis mihi iure fœderantur: nec valeo iurgia eorum portare, dum quiſque mea fretus propinquitate, eò ad nocendum alteri efficiatur promptior, quò mei cenſuram iudicij non pertimeſcit, quaſi affinitate propinquior. Sed bonum eſſe aſſeritis æquitatis intuitu, etiam parentes punire. Quis hoc abnegat? Verùm perpeti infamia denotantur, vel Torquatus filium pro contempto ſuo præcepto ſecuri percutiens, vel Brutus, duos pro patriæ libertate ex ſe natos pari modo perimens: adeò vt præcipuus poëtarum de eo ita ſcripſerit: Infelix vtcunque B ferent ea facta nepotes. Sed eſto, ſit melius pro miſericordia, quam pro crudelitate argui: vt quid autem fruſtra improbis miſericordia impenditur, dum indulta venia inſolentiores ad exercenda paſſim vitia efficiãtur? Non mihi ergo contingat, propter tranſitoriam eorum gratiam, æternæ damnationis ſubire ſententiam. Poſt hæc verba, rege cunctíſque optimatibus in eius arbitrij diſpoſitione electionem tantæ ſucceſſionis ponentibus, ipſe eo quidem die ſiluit. Diluculo verò ſubſequentis diei matutinùs conſurgens, ad domum Gogonis cum quibuſdam palatij primatibus properat. Et brachium eius collo ſuperponens ſuo, ſignum futuræ dominationis dedit, eíque dixit. Dominus noſter rex Sigebertus, cœtúſque reipublicæ noſtræ, comitem me deſtinauerunt fore domus regiæ: hoc ego C nunc tibi cedo munere: vtere felix meo priuilegio, quo me ſponte carere profiteor. Huius exemplum cæteri qui aderant proceres ſecuti, Gogonem maiorem domus acclamauerunt. Strenuus in gerendo principatu Gogo eò vſque eſt habitus, donec Brunichildem de Hiſpania accerſire eſt iuſſus. Ille dies mortis Gogoni fuit: cui expedierat exilio mutaſſe ſedes, antequam omni belua crudeliorem in ceruicibus locandam aueheret ſuis. Namque Brunichildis (vt prælibatum eſt) regio potita coniugio, animum regis ab eo alienans, ad poſtremum iugulare coëgit. A qua tantum humani ſanguinis effuſum, tantæ cædes actæ potentum ſeu etiam regum in Francorum regno ſunt: vt non immerito Sibyllam ante multa ſęcula de ea vaticinaſſe ſit creditum. Veniet, ait Bruma de partibus Hiſpaniæ, ante cuius conſpectum gentes ſiue gentiùm reges peribunt: ipſa verò D calcibus equorum diſrupta peribit.

Brunichildis perſidia.

De Chilperici mulieroſi nouis nuptiis. Cap. V.

Chilpericus quoque rex æmulatus & ipſe fratrẽ, cùm plurimo, præter regium morem, fœminarum vallaretur grege, quæ regi propter decorem magis quàm propter nobilitatem generis copulabantur, dirigit, qui Brunichildis ſororem natu maiorem, à patre Atanahildo petant, ac vice ſua ſpondeant ſe, ſi eius potiundæ facultas detur, cæteras abdicaturum cõiuges. Quorum verbis Atanahildus credulus, filiam † Galſontam nomine, ad Chilpericum deſtinat magna ditatam dote. Quæ catholi-

† al. Valſontam.

co baptiſmate proprium nomen loci magis conſecrata, regi thoro nuptiali eſt coniuncta. Legatis ſanè Atanahildi regis quærentibus, vt tactis ſanctorũ pignoribus fides firmaretur, quo † Galſonta in vita ſua ſolio regni non pelleretur, Chilpericus non abnuit: præbitis ſacramentis pactáque pace eos ad propria ſiuit abire. Sed vt erat animo leuis, iura præuaricatus eſt pactionis. Nam Fredegundis, coniunx quondam vocata Chilperici regis, offenſa nouæ nuptæ aſpectibus inuiſis, exigui propè temporis interuallo tantum adulandi arte præualuit, vt ſe coniugio regis redderet. Inde ad audenda maiora proteruia muliebri elata, dominam ſe omnibus qui in aula erant regia præferebat, contumeliíſque afficere Galſontam Atanahildi regis filiam non ceſſabat. Illa merito de iniuriis queſta, ab eo, qui omnem iam circa eandem imminuerat affectum, verbis blandioribus deludebatur. Denique ferialibus furiis exagitatus, inſtigante Fredegunde, eam in ſtratu quieſcentem crudeliſſimè ſtrangulauit: immanè facinus, nulliſque antea cognitum tyranno, ac Franco homini, maximè regi, penitus incongruum: coniugem innocuam, & quam ab hoſtibus raptam vindicari ferro, aut mortem pro ea opportere, decuerit, hanc ſecuram, in communi thoro cubantem, ſuffocare non erubuiſſe. Demens, qui illius meretriculæ perſuaſionibus, tantum connubij violaret decus: cuius fraude in proximo erat ipſe perimendus. Poſt tranſitum ſanè Galſontæ, magnum virtus diuina ad eius ſepulchum dignata eſt oſtendere miraculum. Nam vitro in quo ante illud poſitum oleum accẽdebatur in terram decidente, duritia aufugit pauimenti: & ſic in terram, ac ſi in modium farinæ, eſt integrum defixum. Non tulerunt fratres, tanto ſcelere maculatum conſortem eſſe ſuum: ſed coniuncti ſimul regno pellere moliti ſunt. Quod conſilium non tam aſtu Chilperici, quàm ipſa leuitate qua cœptum fuerat diſſipatum eſt.

† aliàs Vualsöta.

Chilperici feritas Galſonta vxore ſua in lecto ſtrangulata.

Mirũ ad ſepulchrũ Galſontæ.

E F G

De Chilperici filiis & eorum geſtis. Cap. VI.

Erant Chilperico tres filij, Theodebertus, Meroueus, Chlodoueus, ex Audouera regina ſuſcepti. Quam Fredegundis eodem perfidiæ commento quo Gaſontam, hac de cauſa pepulit. Chilpericus cum fratre Sigeberto expeditionem in Saxones agens, Audoueràm reginam domi reliquerat aluo grauidam. Cui Fredegundis, vtpote ancilla ex eius orta familia, ad cuncta deſeruiebat vitæ neceſſaria. Hæc hortatur dominam vt natam puellam perducat ad baptiſmi gratiam, quò rex adueniens gratuletur non ſolùm natam ſibi eſſe filiam, ſed etiam in Chriſto renatam. Paret mulier ſuadenti meretriculæ cò attentius, quo autumabat eam ſibi bona conſilia dare. Quærenti deinde matronam quæ puellam ſuſciperet poſt ſacri baptiſmatis vndam: reſpondit non poſſe inueniri nobiliorem ea, quæ eius exequeretur muneris obſequia. His quoque illa credula verbis, efficitur filiæ mater ſpiritualis. Regredienti poſt hæc regi it obuiam Fredegundis: cúmque his interpellat verbis. Quàm glorioſus (ait) apparet hodie rex Chilpericus rediens victor triumphatis hoſtibus, cui nata eſt filia

Eadẽ Gaguinus, lib. 2.

Fredegundis perfidia.

H

A eſt filia † Childechinda forma egregia corporis. Sed prô dolor, ſcelus hac nocte à te patrabitur, refugiendum quidem, ſi vitari poſſet ne domina mea Audouera tecum ſecreta ſubiret cubiculi ſilentia. Huius nouitate ſermonis rex ſtupefactus, cauſam quæſiuit. Cùm ſileretur, elicuit ſtudio quærendi & motu indignationis, & comperto indicio, quòd eius commater foret regina ex prole ſuſcepta, Fredegundi in hæc reſpondit verba: ſi Audoueræ nunc fraudor amplexibus, te ſociam aſciſcam mei ſtratus. Et properanti ad aulam occurrit regina, ferens in vulnis paruulam, quam bis (vt ita dicam) generauerat filiam. Ad quam rex, nefandam (inquit) ô regina rem perpetraſti, & regiæ inconuenientem maieſtati. Nec potero te habere coniugem, cum commatris adepta ſis
B nomen. Poſtea epiſcopo qui puellam baptizauerat in exilium acto, reginam cum filia ſacro adopertas velamine monaſterio retruſit, prædia ac facultates eis tribuens. Fredegundem verò ſibi copulauit. Incidit ea tempeſtate neceſſitas Sigeberto regi, fratri Chilperici atque Guntranni, exercitum ducendi aduerſus Cacanum principem Hunorum: qui confinia regni eius depopulaturus aduentabat. In hoc congreſſu ſuperior bello factus, ingentes Hunorum ſtrages dedit: cum reliquis verò pacem firmauit. Cuius abſentiam Childericus aucupatus, vt ſe eius habebat inquietudo morum, domeſtica ſeditione publicam interpolans pacem Francorū, Remos opulentiſſimā regni ei⁹ vrbē improuiſo impetu occupauit. Super plagam fractus Sigebertus Sueſſiones & ipſe de regno Chilperici per-
C uaſit, captæque vrbis populū imperio ſuo adiūxit. Repertūque Theodebertum Chilperici, filium cuſtodiæ mancipauit. Quem patri petenti clementiſſimè muneratum poſtea reddidit: dato prius ſacramento, ne quid in poſterum Theodebertus contra Sigebertum moliretur. Quod, præpediēte humani generis inimico, non diu inuiolabile permanſit. Chilpericus quoque bello ſuperatus, conditionem pacis amplexus eſt.

De Saxonibus in Galliam irrumpentibus à Mummolo repulſis.

Cap. VII.

Saxones qui ad Italiam iuſſu Theodeberti ſenioris demigrauerant, cum coniugibus ac liberis in Gallias prorumpunt. Quibus Mummolus Guntranni regis patricius obuiam pergens, eos fugaciter Italiam
D repetere compulit. Sequenti anno iterum Saxones ad Rhodanum vſque fluuium Gallias ingreſſuri acceſſerunt. Mummolus cum exercitu ſuo obuius, tranſitum ei fluminis denegabat. Sed acceptis muneribus, per fines regni quod tuebatur: tranſeundi ad Sigebertum licentiam tribuit. A quo ſuſcepti, iubentur proprias incolere terras. Quò dum tendunt, plurimos negociatorum in itinere deceperunt, æris laminas quadam arte ad auri optimi atque probati ſpeciem coloratas vænundantes, aurúmque pro pretio earundem accipientes. Hac de re multi mercatores ad inopiæ malúſe deuolutos ſerò doluerunt. Sed Saxones fraudulentiæ ſuæ pœnas matura vltione luerunt. Nam à Sueuis aliíſque nationibus, quæ patriam eo-

† al. Childebinda.

Saxones Galliam ingrediuntur.

rum peruaſerant, terna acie ſuperati, ad xx. millia ſuorum fermè interemptis, reliqui conditionibus hoſtium, licet inuiti, paruerunt. E

De Iuſtiniano & Iuſtino Auguſtis. Cap. VIII.

Iuſtiniani imperatoris laus.

IVſtinianus eo in tempore poſtquam triginta tribus annis imperium felici rexit ſorte, ſceptrum cum corona regni Iuſtino reliquit minori. Fuit autẽ Iuſtinianus vir fide catholicus, pietate inſignis, æquitatíſque cultor egregius: ideóque ei omnia cooperabantur in bonum. Qui & bella ciuilia proſperè per varios duces, & maximè per Beliſarium geſſit: & in cauſis ciuilibus componendíſque legibus mirificus extitit. Ob cauſam etiam multimodarum victoriarum vt Alemannicus, Gothicus, Alanicus, Vvandalicus, Aphricanúſque diceretur, habere agnomina meruit. Extruxit quoque idem princeps intra vrbem Conſtantinopolim Chriſto F Deo (qui eſt ſapientia Dei patris) templum: quod Græco vocabulo Hagiam ſophiam. i. ſanctam ſapientiam nominauit. Cuius opus adeo cuncta ædificia excellit; vt in totis terrarum ſpaciis huic ſimile non poſſe inueniri qui vidêre teſtentur.

Templum Sanctæ Sophiæ à Iuſtiniano Imp. Cõſtãtinopoli ædificatũ.

De Caſsiodoro & B. Germano pluribúſque claris viris. Cap. IX.

Caſſiodor⁹ Dionyſius abba. Priſcianus. Arator. S. Benedictus B. Germanus.

HVius temporibus Caſſiodorus tam in ſeculari quàm diuina ſcientia: Dionyſius abba, in paſchalis calculi argumentatione mirãdus: Priſcianus Cæſarienſis in arte grammatica: Arator in exarandis Apoſtolorum actibus arte metrica, claruerunt. Benedictus quoque in cœleſti diſciplina placidius cæteris effulſit. Beatiſſimus quoque Germanus præſul Parrhiſiacæ vrbis, ad ſancta loca Hieroſolymam pergens, indéque rediẽs, præfatum principem adiit: à quo & honorificè eſt ſuſceptus. Cúmque eũ plurimis vellet honorare muneribus; vir Deo plenus auri argentíque ſpernens munera, ab eo reliquias tantummodo ſanctorum expetiit. Cuius deuotioni præfatus congaudens princeps, de domini noſtri Ieſu Chriſti corona ſpinea, ſimúlque reliquias Innocẽtum, vnáque brachium ſancti Georgij martyris pro magno munere contulit. Quæ vir Dei gratanter ſuſcipiens ad propria rediit: & prædicta ſanctorum pignora in eccleſia ſanctę Crucis ſanctíque Vincentij condidit. Hæc nos ſtudium boni principis, vel eorum qui eius fuere temporibus, dicere paucis coëgerunt: nunc Narſetis acta ſuccinctè perſtringamus; vt poſtmodum continuo ductu inchoatæ percurrat hiſtoriæ ordo.

Anno Domini. 577. Hoc brachiũ cum pede Innocentis adhuc eſt in eccleſia S. Germani: ſed de corona ſpinea nihil.

De Narſetis inclyti geſtis. Cap. X.

NArſes itaque multimodis ſubiugatarum glorioſus triumphis nationum, ciuica inſignis corona, ſummæ per Italiam æquitatis exercebat iura. Sed his rebus ſibi apud improbos expertus eſt potius nocuiſſe inuidiam, quàm apud probos fuiſſe gratiam. Nam cùm pro liberandis ciuibus mortis ſe diſcrimini ſæpiſſimè obtuliſſet, circumpoſitarum verò

gentium

A gentium in ſe odia excitauiſſet, tanta à Romanis pertulit: vt plus poſt bellum à ſuis, quàm in ipſo bello ab hoſtibus periculi in ſeſe expertus ſit. Impleuerúntque Romani facinus execrandum: vt quem protectorem ſuæ ſalutis habuerant, eum ante tribunal iudicis etiam abſentem accuſare nõ erubeſcerent. Nec nouum apud eos hoc genus flagitij fuit. Quippe Scipio maior quondam Aphricanus, deuictæ Carthaginis nobilitatus trophæis, ab ingrata ſibi vrbe Roma diu exulans, in agris ſuis morbo ſimul & triſtitia defecit. Alter quoque Aphricanus Scipio, ſuperioris haud ignobile genus Scipionis, poſt perdomitam Libyam cauſam aduerſus accuſantes in ſenatu dicere coactus, quòd ſibi pro patria laboranti ab improbis & ingratis denunciari cognouiſſet, medio ſubſequentis noctis tempore ab æmulis in cubiculo necatus eſt. Simili modo contra hunc Nar-
B ſetem relatio Romanorum ad Iuſtinum cucurrit principem, ac eius coniugem Sophiam: querelantium nihil ſibi collatum libertatis deuictis Gothis, quibus terrior ſuperſit dominus, eunuchus ſcilicet Narſes. Quibus cognitis, Cæſar ira exardeſcens ſucceſſorem Narſeti Longinum direxit præfectum. Quod vbi Narſes agnouit, ita dixiſſe fertur: Si malè, inquit, egi cum Romanis, digna factis recipiam meis. Si verò bona, & ſi reddere volũt ſimilia; vt quid calũniantur, ſuentes capiti meo falſa teſtimonia? Tanta autem indignatio, pręcipuè Auguſtæ, aduerſus Narſetem excitata eſt; vt inter cætera (quia eunuchus erat) iniurioſo ſatis ſermone mãdaret, debere eum in gynæceo fœminarum penſam diuidere lanarum, non conſulatum tenere Romanum. Ad hæc Narſes, filum (ait) filabo, quo
C talis ordietur tela, quam Iuſtinus & Sophia nequeant in omni ſua reſcindere vita. Nec promiſſa moratus, ad Alboinum regem Longobardorum mittit, qui Pannoniæ paupertina rura deſerere, & ad Italiam ſolo vberem eum hortarentur tranſire. Qui monita non aſpernatus, cum cuncto ſuo populo eorúmque ſupellectili, Heſperiam properat. Narſes autem vrbe Romana relicta, Neapolim venit. Quem ſubſecutus Papa Ioannes, qui Pelagio ſucceſſerat, Romam redire rogauit. Quo impetrato, vtrique regreſſi ſunt. Et ſanctiſſimus quidem Ioannes non diu ſuperuixit. Narſes verò poſt aliquantum temporis defunctus eſt: corpúſque eius in loculo plumbeo poſitum, Conſtantinopolim cum omnibus theſauris eius eſt delatum: Sed vt promiſſa ſoluamus, hiſtoriæ eſt ordo repe-
D tendus.

Romanorũ ingratitudo in Narſetẽ. Liuius lib. 38. Valer. Max. l. 5. c. 3. Oroſi. lib. 4. c. 20. Plin. l. 1. de viris illuſ. cap. 49.

De Hunis ſeu Auaribus Galliam inuadentibus. Cap. XI.

HVni qui & Auares, rupto fœdere quòd cum rege Francorum Sigeberto pepigerant, in imparatam ſe Galliam infundunt. Quos cum ille congregato exercitu bello excipere deſtinauiſſet; Huni magicis artibus priuſquam ad manus veniretur, quibuſdam phantaſmatibus Francos perterrefactos fugere compulerunt. Rex ipſe, fruſtrà reſiſtere conatus, capitur: Sed prudentię ſuæ aſtu oblatis muneribus honorificè ad ſuos redire permiſſus, pacem cum Hunis in reliquum ſtabilem firmauit. Nec

prætulit mortis compendium ſaluti: condemnans in hoc facto prauum Craſſi Romani quondam conſulis conſilium: qui vt dedecus ſeruitutis euaderet, non precium hoſtibus, ſed ſibi interitum parauit. Nam dum fortè contra Thraces pugnans, cæſis ſuorum milibus in poteſtatem hoſtium deueniſſet: ne ludibrium inimicis foret, virgam, qua ad ſtimulandum equum vtebatur, in oculum Thracis ſe tenentis impegit. Barbarus dolore iráque percitus, latus Craſſi gladio tranſuerberauit: ſicque vir magni nominis ſimul & fortitudinis, dum deuitat quòd fortuito caſu, ſiue beneficio hoſtis etiam poſſet euadere, incidit in mortem: quam illatam vel nec benè volens amicus aduerſariis poteſt auertere. E

Craſſus conſul Romanus.

De Clodouei geſtis & Guntranni, déque nece Sigeberti Regis concilio Fredegundis. Cap. XII. F

EO tempore Clodoueus, Chilperici filius, Burdegalenſem (quæ ad regnum Sigeberti pertinebat) vrbem inuaſit. Super quem Sigulfus dux partium Sigeberti irruens, eum exinde expulit: ac velut ſeruum præ ſe ageret, ad propria feſtinè regredientem buccinis inſonando, vſque ad refugia Parrhiſiacæ vrbis inſectatus eſt. Quo comperto, Chilpericus Theodebertum alterum ex filiis, qui Sigeberto pridem iurauerat, nullatenus ſe ei nociturum, in Neuſtriam ad occupandas vrbes quæ fratri ſubiectæ erant mittit. Theodebertus nonnullis vrbibus ſubactis, tributa Turonenſibus, Pictauis, Caturcenſibus, Lemouicinis iure victoriæ adſcribit: peruagatúſque Aquitanicam prouinciam, monaſteria ſeruorum ſeu ancillarum Dei direptionibus vaſtans, monachos ſiue clericos tormentis, ſanctimoniales verò turpibus dehoneſtamentis affecit. Denique ad monaſterium ſancti Martini, quod Lata dicitur, dum quidam hoſtilis agminis tenderent, vellentque fluuium qui interfluebat tranſire, clamauerunt monachi, dicentes: Nolite ô barbari, nolite huic cœnobio ſancti Martini iniurias inferre. Hoc audito, quidam redierunt compuncti corde retrorſum: viginti tamen ex ipſis aſcenſa naui flumen tranſeuntes, cæſis monachis, monaſterium infringunt: réſque diripiunt: factíſque ſarcinis nauim repetunt. Sed non defuit beati confeſſoris virtus. Nam ingreſſi alueum, amiſſis remis dum haſtilibus nauim impellunt, illa ſub pedibus merſa eſt. Ipſi verò lanceis confixi ſuis in profundum delabũtur: vno tantùm ſuperſtite, qui hæc eos deſerere hortabatur. Monachi verò eos réſque ſuas aquis eripiunt, ipſos ſepulturæ, res verò monaſterio inferentes. Taliſque tunc Theodebertus Aquitanicis viſus eſt Chriſtianis, qualis quondam Diocletianus catholicis in toto orbe conſtitutis. Congreſſu Pictauis aduerſus Gũdoaldum ducem habito, vniuerſas penè eius deleuit copias. Nec Chilpericus quieuit, qui fratri Sigeberto ludibrio ſuos fuiſſe exercitus indignabatur: non contentus enim filij triumpho, cum magna & ipſe veniens manu Campaniam depopulatus eſt Remenſem. Sigebertus tamen non vſquequaque ocioſus fuit, nec multa diu regni ſui paſſus eſt diſpendia. Nam inſidiis opportunè locatis, omnem exercitum Theodeberti G H

Sacrilegiũ in monaſterio S. Martini cõmiſſum, diuinitus punitum.

Cãpania Remenſis.

A deberti cum ipſo attriuit. Qui dú euadere nititur, à cohorte regia oppreſſus occiditur. Corpus eius ab Arnulpho duce collectum, & ad Engoliſmam delatum, ibidem eſt humatum. Deinde congregatis ſuperioribus Francis Auſtraſiis, collecto etiam ſuorum adiumento, contra fratrem aciem dirigit: ſed intercurrentibus legatis pax conuenit. Inde communi conſenſu expeditionem in Guntrannum ſuum fratrem, Burgundiæ regem agunt. Sigebertus Aruernis ciuibus mandat, vt Arelas ex inſperato inuadant. Quo præcognito, Guntrannus per internuncios Arelatenſes de aduentu hoſtium certos facit. Illi præoccupatis inſidiarum locis duce Celſo, eos qui ſe interfectum venerant interficiunt. Guntrannus quoque contractis vndecunque viribus, obuiam parat ire fratribus. Cumque B caſtra in loco qui dicitur fixiſſet, reſidente Sigeberto apud Archiacum, Chilperico identidem eo loci quo duodecim pontes Sequanæ ſuperimpoſiti fuiſſe referuntur, mediantibus optimis quibúſque prudentia viris (quibus moris eſt ſemper regibus præbere conſilia) hi tres fratres in vnum coëunt fœdus. Trecis deinde in oratorio ſancti Lupi dextras iungentes, Sigebertus cum Chilperico iuſiurandum Guntranno præbuerunt, nil ſe vlterius aduerſus eum hoſtiliter acturos. Eadem eis etiam Guntrannus viſus eſt ſacramenta dediſſe. Inde cum gratia diſceſſum eſt: & ſe nuicem ſalutantes, Guntrannus ad propria, Sigebertus atque Chilpericus ad caſtra redeunt. Tunc Auſtraſij iurgari contra Sigebertum cœpere, promiſſa ſibi flagitantes ſolui, qui ſe meminiſſent ſpe hoſtilis prædæ ad belli ſocie- C tatem ſollicitatos: oportere eum aut ex proprio ſtipendia illis largiri, aut publicum demóſtrare, cuius rebus ditentur, aduerſarium. Sé, interim dú reges inter ſe pacem venditant, aut inimicitas quaſi mercenarios haberi queruntur, ad pericula primos, ad honorem vel præmia vltimos. Nec cótra Guntrannum ſe querelam cuiuſlibet offenſionis prætendere velle fatentur: cum quo Sigebertus iuſtæ firmarit fœdera pactionis: ſed in Chilpericum veteris inimicitiæ recordatione cunctorum odia exardeſcere: illum eſſe ex multis vnum cuius vita ingrata, mors foret omnibus grata. His igitur ſuorum perſuaſionibus coactus Sigebertus, fratrem perſequi ſtatuit: qui, nil tale metuens, maiorem exercitus partem ad hyberna dimiſerat. Ipſe accepto fraternę inſectationis nuntio, cum paucis equitibus Tornacum vrbem confugit. Quem ſubſequens Sigebertus, Parrhiſio- D rum ingreſſus eſt vrbem. Cui occurrens ſanctus Germanus pontifex: ſi, inquit, fraternú cruentus cupis effundere ſanguiné, iuxta Pſalmiſtæ vocé eam quá fratri paras foueas tibi experieris paratá: fratricidæque nó priuaberis vocabulo, cùm voluntas ipſa non careat ſupplicio. Hæc ille quaſi ab epiſcopo, partibus fratris fauente dicta aſpernatus, cogitabat cœpta perficere. Et veniens in villam cui vocabulum eſt Victoriacus, offendit ibi validam de regno Chilperici manum Neuſtraſiorú ſpecie ſe ei tradere volentiú. Qui, viſo rege, certatim ad eú venientes ditioni ſe eius ſubdunt. Nec quilibet ducum aut procerum regni Francorum cum Chilperico relictus eſt, excepto Anſoaldo: qui fortunam regis etiam in aduerſis maluit non

Sigebertus ictum fœdus violat.

S. Germanus prædicit mortẽ Sigeberto fratrẽ ſuũ Chilpericum perſequenti.

deſerere, quàm promiſſam violando fidem proditor eſſe vel dici. Tantis igitur Sigebertus vallatus militum cateruis, cunctas vrbes regni Chilperici imperio ſuo adiunxit. Inde progreſſus in vrbem, cui Tornacum nomen eſt, fratrem obſidione cingit. Qui ſe vrgeri conſpiciens hęrebat conſilij incertus, qua via coniugem ac filios, quos ſecum ibidem adueniens deduxerat, periculo eximeret: ſed mulier artibus viro longè callidior, duos ſubornat viros, quibus audacia contemptum mortis inuexerat. Hos hortatur monétque Sigebertum adeant, eúmque ſe dominum adorare ſimulantes interimant. Quod ſi efficiant, euadentibus præmia: interemptis verò condignam ſepulturam, eleemoſynáſque ad loca ſanctorum, pro oblatione tanti facinoris ſe præbituram, ſpondet. Illi nihil morati præcepto ſatisfaciunt, ac vrbe egreſſi ad caſtra progrediuntur hoſtium. Nihil viris his audacius, nil terribilius eo bello in hoſtem ex vrbe proceſſit. In medium namque aduerſariorum prouentes non trepidauerunt, non retractauerunt: ſed tanquam familiarum ſuorum conſortiis immorarentur, non ante remeandum putarunt, quàm circumuentum à lateribus regem, cultellis latera fodientes, nefandiſſimæ neci traderent. Clamor ilico vniuerſorū, luctuſque totis oritur caſtris; vt palàm daretur intelligi regem oppetiiſſe Sigebertum. Impetu itaque facto in homicidas irruunt, leuíque negotio, membratim ſectos duos delent viros. Chilpericus dum egredi formidaret, & quid accidiſſet ignoraret, accedente ad ſe coniuge Fredegunde, interiiſſe fratrem vt comperit, ad ſpem vitæ & ſalutis animum quaſi ab inferis reduxit. In craſtinum egreſſus vrbem, redeuntibus in gratiam Neuſtraſiis, qui ad Sigebertum ab eo deſciuerant, corpus fratris in villa cui Lambrus nomen eſt ſepeliri mandauit. Quod poſtmodum à fidelibus ablatum, & in eccleſia ſancti Medardi Sueſſionis iuxta patrem Clotharium eſt humatum. Regnauit autem annis XIII.

Tornacū obſidetur. *Fredegōdis conſilium.* *Rex Sigebertus interficitur.*

E F G

De Fortunato epiſcopo & eius ſcientia. CAP. XIII.

EIus tempore Fortunatus, qui in Rhetorica metricáque arte famoſus habebatur, ab Heſperia in Gallias tranſiens Pictauis epiſcopus ordinatur. Hic multorum vitas paſſionéſve ſanctorum, partim proſa partim metro compoſuit: ad amicos quoque ſingula diſticha elegans orator conſcripſit. Vnde præfato regi elegiacum miſit carmen, congratulans ei in nuptiis Brunichildis. Quem cum quidam conſors librum, ad diuerſos ab eo ſibi familiares conſcriptum manibus intuliſſet meis: in eo fecunditatem viri, dulcémque affabilitatem ſatis admiratus ſum.

Fortunati epiſc. laus. *li.6. Opuſculorum.*

H

De Brunichildis in conſeruanda prole ſolertia. CAP. XIIII.

INterfecto autem hoc modo Sigeberto, mutatio facta eſt multis familiarium eius, amicitiam Chilperici expetentibus. Porrò Brunichildis (quàm Sigebertus, dum à perauaſione vrbium rediret fraternarum, Parrhiſius ſibi occurrere imperat) in eadem degés ciuitate, nece viri comperta, fluctuabat animo qualiter ſe, ſuámque prolem ab imminenti liberaret interitu. Tunc Gundoaldus dux arreptum puerum Childebertum nomine, per feneſtram in ſporta depoſitum cuidam fidelium ſuorum tradit,

A vt eum Metis exhiberet. Quem inibi perductum, adnitente Gundoaldo (de quo præmiſimus) vniuerſi Auſtraſij in regnum ſublimant patris. Brunichildem onere filij leuatam altera inuadit cura. Nam ſibimet timenti, nec ſomnus oculis, nec animo quies dabatur. Cui etſi voluntas diſcedendi erat, facultas deerat. Tantis ergo preſſa ſollicitudinibus, à ſuperueniente Chilperico Rothomagum in exilium truditur. Theſauri eius opibus Chilperici ſociati: filiæ Meldis ad cuſtodiendum miſſæ ſunt.

De Merouei & aliorum regum geſtis. CAP. XV.

MEroueus etiam miſſus à patre Chilperico, vt ciuitates quæ flumini Ligeris adiacent, ad ſuam transduceret partem, poſtpoſito patris *Merouæ Brunichildē vxorē ducit.* B præcepto, Cenomannos contendit, ac ſi matrem ſuam Audoueram, quæ ibidem exulabat, viſitaturus. Inde Rothomagum transiens ad Brunichildem venit: eámque in coniugium accepit. Non tulit hoc Chilpericus pater: ſed eos ab inuicem diſſociare volens, Rothomagum vſque acceſſit. Cuius illi declinantes præſentiam, baſilicam ſancti Martini ſuper muros præfatæ vrbis ligneis conſtructam tabulis ſunt ingreſſi: irritáque fuiſſent Chilperici tentamentorum exordia, niſi ſacramento ſpopondiſſet ſe eos minimè ſeparaturum, imò permittente Deo magis copulaturum. Quod illi credentes, ad eum progreſſi, ab eo apparatioribus epulis per biduum ſunt ſuſcepti. Tertio die profectus ſecum abducit filium, paruipendens quod dederat iuſiurandum. Morum egregius cenſor, qui illicitum in filio damnaret C matrimonium, nec futurum pro periurio ſuper ſe Dei pertimeſceret iudicium. Verùm ille plus metuebat verſuta Brunichildis ingenia, ne filium imbueret perfidia, quàm indignaretur pro diuinæ legis illata iniuria.

Reuertenti inde nunciatur proceres Campaniæ Remenſis, Sueſſionenſem ſibi præripuiſſe vrbem. Qui continuò raptis copiis, eoſdem acie ſuperans, multos nobilium interemit: captámque ciuitatem iuri ſuo reſtituit. *Cāpania Remenſis.* Clodoueum verò filium Turonos dirigit: vt & Petrogoricum Aginenſémque pagum ſibi ſubiiciat edicit, iuncto ei duce Deſiderio, vt eius frueretur in cunctis incommoditatibus ſubſidio. Quos Mummolus Guntranni patricius, obuiam cum exercitu progreſſus, deuicit, fugauítque non ſine maximo ſuorū detrimento. Nā de exercitu eius quinquaginta D milia ſunt cæſa: cùm à parte hoſtiū, licet deuictorū, non niſi viginti milia ſint proſtrata. Exinde Chilpericus filiū Meroueum ſuſpectū doli, quòd partes Brunichildis fulciret, inſtigante nouerca Fredegunde coma attonſum, ac in monaſterio Aniſole detruſum, iuſſit ordinari presbyterum. *Eadē Gre. Tur. lib. 5. cap. 14.*

Hoc monaſterium diocœſis Cenomanenſis à Chideberto Rege, Clodouei primi filio fundatum, nunc Sancti Carilephi (vulgò Sancti Cales) nuncupatur. Cuius quidem ſancti vitam eruditè ſcriptam, habes apud Surium tomo 4. de ſanctis, die prima Iulij. De eodem Vincētius lib. 21. ſpec. hiſt. cap. 41. & ſeq. Antoninus parte 2. hiſtoriali, titulo 12. cap. 8. in princ. Catalogus ſanctorum lib. 6. cap. 37. Hunc Aniſolæ locum fuiſſe primitus eximiæ deuotionis & obſeruantiæ regularis, inde apparet. quod Chilpericus Rex eum cæteris omnibus regni ſui cœnobijs ad cuſtodiam, diſciplinam & inſtructionem filij ſui Merouei prætulerit.

De diui Germani epiſcopi tranſitu, ſanctitate & miraculis. E

Cap. XVI.

An. ſcilicet dom. 578. Authores Sigisbert⁹, Greg. tur. lib. 5. ca. 8. Fr. Guill. de Nangis in ſua chr. & annales Franciæ.

EOdem tempore ſanctiſſimus, & verè Deo dignus Germanus Parrhiſiorum epiſcopus migrauit ad Dominum, ferè octogenarius. Cuius corpus in oratorio ſancti Vincentij eſt ſepultum. Quid autem Fortunatus de hoc beatiſſimo viro ſcripſerit non prætermittam. Quadam, inquit vice præcellentiſſimus rex Childebertus ſenior, cùm ei direxiſſet ſex milia ſolidorum pauperibus eroganda, expendens tria millia reuertitur ad palatium: interrogatúſque à rege ſi adhuc reſideret quod tribueret; reſpondit medietatem reſediſſe, nec inueniſſe ſe inopes quibus totum expenderet. Cui rex, domine, inquit, dona quod reſtitit: Nam Chriſto largiente quod donetur non deficit. Incidens itaque rex aurata miſſoria, & argentea comminuens vaſa, quicquid primum habebat dat ſacerdoti ne perderet. Erat ergo ſpectanda contentio inter ſacerdotem & principem. Faciebant apud ſe de miſericordia pugnam, & de pietate certamen: theſauros vt ſpargerent, ac de ſuis talentis egeni diteſcerent. F

Denique alia vice cũ aptus ad ſedendum ſacerdoti requireretur equus, rex ei ſuum tribuit, rogans vt ſibi eum retineret. Interim beatus vir poſtulanti captiuo equum donat interdictum: quoniam apud ipſum plus fuit, quàm illa regis, vox pauperis.

Paraliti⁹ ad ſepulchrum S. Germani curatus. Idẽ refert Gre. tur. l. de gloria conf. c. 90.

Ingrediente autem poſtmodùm Chilperico rege in vrbem Parrhiſiacam: ſequenti die poſtquam rex ingreſſus eſt ciuitatem, paralyticus, qui in porticu baſilicę ſancti Vincentij (in qua beatus Germanus requieſcit in corpore) reſidebat, dirigitur. Manè autem facto, ſpectante populo beato Antiſtiti gratias referebat. Quod cùm regi nunciatum foret, magna cum deuotione illuc adueniens, & tanto gauiſus miraculo, eius epitaphium his diſtichis rhythmicè compoſuit. G

Epitaphiũ D. Germ. Gaguinus l. 2. in Chilperico Rege hoc idẽ epitaphiũ refert.

Eccleſiæ ſpeculum, patriæ vigor, ara reorum,
Et pater & medicus, paſtor amorque gregis,
Germanus, virtute, fide, corde, ore, beatus,
Carne tenet tumulum, mentis honore polum.
Vir cui dura nihil nocuerunt fata ſepulchri: H
Viuit enim: nam mors quem tulit ipſa timet.
Creuit adhuc potius iuſtus poſt funera: nam qui
Fictile vas fuerat, gemma ſuperba micat.
† Huius opem ac meritum, mutis data verba loquuntur:
Redditus & cæcis prædicat ore dies.
Hunc vir Apoſtolicus rapiens de carne trophæum:
Iure triumphali conſidet arce throni.

† al. Nũc

Factáque illi prædictus rex oblatione ſolenni munificentia regali, ad propria rediit.

Per

A Per idem tempus defuncto ſanctiſſimo Droctoueo abbate, Scubilio abbas ei ſucceſſit in regimine.

Tunc quoque Chilpericus legationem ſuſcepit Childeberti iunioris, nepotis ſui, petentis matrem ſuam ſibi reddi Brunichildem. Cuius ille non aſpernatus preces, eam cum munere pacis poſcenti remiſit filio.

S. Droctoueus, & Scubilio, Abbates S. Germ. Brunichildis reſtituitur.

(DEFVNCTO SANCTISSIMO DROCTOVEO.) Obitus eius contigit die 10. Martij, quem anniuerſaria ſolennitate colimus. Fuerat ad ſanctum Symphorianum Heduorum, à B. Germano in ordinem monaſticũ ſuſceptus: ſed poſtmodum huc cum Authario aliiſque eiuſdem Cœnobij perfectioribus monachis, introducendæ religionis cauſa, venerat. Ad eum dum viueret, hoc Epigramma Fortunatus miſit.

Vir venerande, ſacer, meritis & honore colende,
Droctouee, mihi ſemper amore pater.
B *Qui de diſcipulis Germani iure beati,*
Norma magiſterij factus es ipſe ſui.
Cuius pontificis ſacra per veſtigia currens,
Deſpicis hic mundum, & cupis ire polo.
Perge libenter iter, cæli manſurus in orbe:
Et pro me famulo quaſo precare Deum.

Habetur li. 9. Opuſ. epigr. ſeu cap. 10.

(SCVBILIO.) & hic etiam fuit ex grege ſancti Symphoriani Auguſtudunenſis monachus, quem S. Droctoueo ſubſtitui Chilpericus Rex procurauit.

De regum Hiſpanorum ſucceßione, & rebus Longobardorum.
CAP. XVII.

ATanahildo autem rege Hiſpaniæ defuncto, Leuua cum Leuigildo fratre regnum aſſumunt. Mortuo Leuua, Leuigildus integrum Hiſ-
C paniæ regnum tenuit, habens Gadſumdam, matrem Brunichildis, vxorem. Apud Longobardos Alboinus (de quo præmiſimus) regnabat. Qui maxima ex parte Italię vrbibus potitus, ſuos in eis ſtatuit: Romanos, quos vel maximè aduerſarios patiebatur, expulit. Hic ciuitatem cui Ticinum nomen eſt (quæ alio vocabulo Papia dicitur) per tres annos obſidens, tandem cepit. Cuius cùm incolas (vt pote paganus) quia Chriſtianos eſſe cognouerat, gladio ferire deſtinauiſſet, equus eius in medio portæ corruit. Qui calcaribus impulſus, fuſtibus cæſus, nullo modo adigi poterat ad ſurgendum. Tandem ſuggerentibus ſuis in religionem rex conuerſus fregit quod de nece Chriſtianorum vouerat votum. Huic fuit nupta Cloſinda, Clotharij Francorum regis filia. Qua defuncta, Roſemundam Chunimundi Gepidorum regis natam accepit coniugem. Cuius ipſe du-
D dum interfecerat patrem. A qua, cum tribus & eo amplius annis in Italia ſuper Longobardos regnaſſet, in vindictam paternæ necis dedecoroſiſſima interemptus eſt morte. Et vir bellicoſiſſimus ſumméque audaciæ, vnius mulierculæ conſilio periit: qui per tot hoſtium ſtrages bello famoſiſſimus extitit. Et illa quidem tantæ immanitatis debita luit maturatò ſupplicia. Nam dum corruptori ſuo, Helmechim nomine, quem ipſa in necem regis armauerat, poſtmodum è balneo egredienti veneni poculum, quod ſalutare aſſerebat eſſe, porrexiſſet, ille agnito mortiferum hauſtum ſe bibiſſe, euaginato gladio, eam, quod reliquum erat, bibere coëgit: ſicque nefandiſſimi homicidæ iuſtè factorum ſuorum, ſubiacuere vindi-

† al. Gatſuintam.

Ticinum.

E quo Alboini corruente & immoto manente, admonetur parcere Ticinẽſibus, quos occidere ſtatuerat.

Alboini regis interitus.

† al. cleph. *Regnum Lõgobardorum in duces diuiſum.*

ctæ. At verò poſt Alboinum, cùm † Cheph nobiliſſimus Lógobardorum anno vno & ſex menſibus tenuiſſet principatum, denuo duces in Longobardorum gente decennio creati ſunt. Et vnuſquiſque ducum ſuam regebat ciuitatem. E quibus aliquanti Gallias prædandi cupidine petentes, apud Prouinciam cum Amato patricio, qui regi parebat Guntranno, bello confligunt: factáque de Burgundionibus maxima ſtrage, ipſum ducem interemerunt. Quod Guntrannus audiens, euocato ad ſe Mummolo ſpectatæ virtutis viro, patriciatus ei indixit curam. Prorumpentibus iterum in Gallias Longobardis, Mummolus cum valida Burgundionum manu occurrit. Qui duobus præliis hoſtibus vſque ad ſupremum labefactatis, reliquos fugaciter in Italiam redire compulit. Nec vltrà adiecerunt Longobardi vt ad Gallias tranſirent. Nam Mummolus poſt tergum eorum dirigens Frãcorum exercitum, † Anagnij caſtrum, in finibus Italiæ ſitum, debellauit & cepit. Quam ob cauſam comes Longobardorum Ragilo, Anagnium veniens, deprædatus eſt, & ad ſua reuerti feſtinans, ab obuio ſibi duce Francorum, Crannichis nomine, perimitur. E F

† al. Anã.

De Iuſtini minoris auaritia & amentia, eiuſque in imperio ſucceſſore Tyberio.
CAP. XVIII.

Greg. Tur. lib. 5. c. 19.

PEr hæc tempora apud Conſtantinopolim, vt ſuprà diximus, Iuſtinus minor regnabat: in tantum auaritiæ deditus, vt arcas ferreas fieri iuberet, in quibus ea quæ rapiebat auri talenta cógereret. Is cùm à diuinis mandatis aurem cordis auerteret, iuſto Dei iudicio amẽs effectus eſt. Poſt hæc Tyberium Cæſarem aſciuit, qui eius imperium gubernaret: hominem iuſtum, vtilem, eleemoſynarium, ſapientem, in iudiciis æquum, in victoriis clarum, & quod his omnibus ſupereminet, veriſſimum Chriſtianum. G

Igitur Iuſtinus cum vndecim imperaſſet annis, amentiam tandem quam incurrerat cum vita finiuit. Bella ſanè quæ per Narſetem patricium Gothis vel Francis illata ſuperius per anticipationem diximus, Iuſtiniani quidem temporibus concepta, ſed ſub Iuſtino terminata ſunt.

De Tyberio Conſtantino, & eius imperio. CAP. XIX.

Eadẽ Gre. Tur. l. 5. c. 19. Pau. di. l. 3. de geſt. Longob. c. 6 crucẽ ſculpere in pauimẽto poſtea vetitũ l. 1c. tit. 8. l. vnica. *Tyberius ingentem theſaurum inuenit.*

MOrtuo Iuſtino Tyberius Conſtantinus Romanorum regum ſexageſimus ſecundus ſumpſit imperium. Hic, vt ſuperius diximus, ſub Iuſtino adhuc Cæſar cùm publicá rem gereret, & multas egenis eleemoſynas erogaret, magnam ei dominus auri copiá ſubminiſtrauit. Nam deambulans per palatium, vidit in pauimento domus tabulam marmoream, dominicæ crucis vexillo inſignitam, & ait. Crucem Domini, qua pectus frontémque munire debemus, indignis vt quid pedibus conculcamus? Et ſimul cum verbo iuſſit eandem tabulam auferri à pauimento. Qua amota, reperiunt & aliam ſimili ſignaculo expreſſam. Poſt hanc quoque reperiunt & tertiam. Quibus ablatis, inæſtimabilis diúque occultatus in lucem profertur theſaurus: quem Tyberius iuxta conſuetum H

ſibi

A ſibi morem pauperibus erogauit. Narſetis quoque theſaurum in quadam Italiæ vrbe terra difoſſum, quodam decrepito indicante ſene inuentum, in ſimile diſtribuit opus. Sophia verò Auguſta immemor promiſſionis quam Tyberio fecerat, eum ab imperio remouere, Iuſtinianúmque Iuſtini nepotẽ ſubſtituere moliebatur. Quod imperator agnoſcens, Auguſtam cuſtodiæ mancipauit: Iuſtinianum verbis obiurgatum blandioribus, tanto in poſterum amore dilexit, vt filiam ſuam filio eius promitteret, ac filio ſuo filiam eius ſociendam expoſceret. Sed hæc res, qua de cauſa, incertum eſt cur non peruenerit ad effectum. Ad hũc Chilpericus rex Francorum ſuos dirigens legatos, multa ab eo ornamenta, aureos etiã ſingularum ſuſcepit librarum, habentes ab vna parte effi- *Numiſma Tyberij imperatoris excellens.*
B giem imperatoris: in circulo ſcriptum, Tyberij Conſtantini perpetui Auguſti: Ab alio verò quadrigam ac aſcenſorẽ, continentéſque ſcriptum Gloria Romanorum. Huius exercitus ab eo miſſus Perſas potentiſſimè debellauit: victórque regrediens tantam prædæ molem cum viginti pariter elephantis abduxit, vt humanæ crederetur poſſe ſufficere cupiditati.

De Britannorum rebus & Guntranni facinore. Cap. XX.

DVm hæc in orientis geruntur partibus, in Britannis hæc acta ſunt. † Maclianus & Bodicus illo tempore comites Britonũ erant: qui amicitiam mutuam ſacramentis adinuicem datis iunxerãt. Mortuo Bodico, Maclianus filium eius Theodericum de regno Britanniæ expulit. *† al. Maclianus.*
C Theodericus reſumptis viribus, Maclianum cum filio eius, Iacob nomine, interfecit, paternámque hæreditatem recepit. Vvarocus Macliani filius patri in comitatu ſuccedit.

Tunc quoque Guntrannus rex Francorũ duos Magnacharij ſoceri filios quõdam ſui, interemit, facultates eorum fiſco ſubiiciẽs: dehinc ſubſecuta mors duorum filiorum ipſius eſt. Quapropter Guntrannus liberis orbatus, Childebertum ſuum ex fratre Sigeberto nepotem adoptauit in filium. *O quã iuſta Dei iudicia! Gũtrannus duos filios Magnacharij interfecit & totidẽ filios ei mors ſuſtulit.*

De Chilperici regis in Prætextatum Rothomagenſem epiſcopum ſimultate. Cap. XXI.

CHilpericus frater eius, alter rex Francorum, Prætextatum Rotho-
D magenſem epiſcopũ exilio deſtinauit: eò quòd conſilio Brunichildis reginæ vſus, inſidias ipſi paraſſe diceretur. Merouecus verò filius eius, quem tonſuratum ac monaſterio detruſum à patre fuiſſe memorauimus, iterum laicus efficitur. Nam à Guntranno duce (de quo ſequens ſermo plura narrabit) per legatos ſolicitatus, à monaſterio egreſſus, & à Gaileno ſuo familiari veſte laicali indutus, ad eccleſiam ſancti Martini Turonos vt confugeret eſt impulſus. Ad hanc denique & ipſe Guntrannus confugerat, metuens minas regis Chilperici: eò quòd diceretur filium eius Theodebertum in bello ſuperius memorato interemiſſe. Quapropter Chilpericus Ruccolenum quendam Turonos direxerat, qui eum *Cap. 15.* *Merouecus apoſtatat.*

B. Gregorius Turonenſis epiſcopus.

exinde vi obſtraheret. Ruccolenus Turonos veniens, beato pontifici tūc E
Gregorio mandauit, vt Guntrannum à baſilica ſancta expelleret. Quod ſi
agere differret, ſciret eum cum valida manu venturum, & hæc impletu-
rum. Sanctus autem Antiſtes reſpondit, hoc nunquam fuiſſe factum, nec

Punitio Ruccoleni domū eccleſia deſtruentis.

à ſe vllo modo eſſe faciendum. Interim miſer dum domum eccleſiæ, in
qua hoſpitabatur deſtruere non formidat, regio correpus morbo ad Ba-
ſilicam ſancti Martini defertur: vbi nil medelæ adeptus, non poſt multos
dies eſt defunctus. Porrò Meroueus ad ſæpedictam veniens eccleſiam,
memorato pontifice miſſas celebrante, petiit eum eulogias ſibi dare.

Eulogie pro ſacra communione.

Quo récuſante, minatus eſt ſe quoſdam de populo interimere, quoniam
ſine iudicio ſacerdotum eum communione priuaret. Tunc Pontifex eu-
logias quidem ei dedit; regi verò per diaconum innotuit quæ acta fuerāt.

Diaconus S. Gregorij iniuſtè in exiliū miſſus.

Regina itaque clamante ipſum clericum exploratorem à Merouco miſ- F
ſum: rex eum in exilium relegauit, direxit autem ad ſacerdotem, vt inimi-
cum ſuum de eccleſia expelleret. Sed eo differente, Chilpericus exercitum
commoueri præcepit. Quod audiens Meroueus, à Baſilica egredi voluit.
Leudaſtis verò Turonicus comes, pueros eius, qui pro neceſſariis cauſis
in villam ierant, peremit. Quapropter Meroueus adnitente Guntranno,
Marileſſum medicum à rege venientem tenuit: ablatóque auro ac argen-
to quòd ferebat, eum vtique occidiſſet, niſi ille eccleſiam expetiſſet. Inte-
rea dū de patre ac nouerca, Meroueus multa loqueretur facinora, quadā
die Gregorium epiſcopum ad conuiuium inuitans, rogat aliquid ad ædi-
ficationem legi. Tunc Antiſtes arrepto Salomonis libro, hunc primum G

Prou. 30.

verſiculum inuenit ac legit: Oculum qui auerſatur patrem, effodiēt eum
corui de torrentibus. Et hæc quidem ille non intellexit; Antiſtes verò mi-
ratus eſt, redargutionis ſibi verba prima occurriſſe.

De Guntranno duce Pythoniſſam conſulente.
CAP. XXII.

POſt hæc direxit Guntrannus ad mulierem Pythoniſſam, quæ ei ali-
quando non ſolum annum, ſed & diem & horam qua Charibertus
rex obiret, prędixerat, vt eam ſuper ſtatu interrogaret ſuo. Cui illa hæc re-
miſit mandata: hoc inquit anno Chilperico defuncto, Meroueus deuictis
fratribus regnum accipiet, téque ducem conſtituet: quo munere quin-
quennio functus, ſeptimo efficieris epiſcopus. Hoc ille epiſcopo Grego- H
rio retulit: & ab hoc reſponſum accepit: Iſta magis à Deo quàm à diabo-
lo exquiri debuiſſent. Veruntamen Fredegundis, quæ occultè Guntran-
no duci fauebat propter mortem Theodeberti (non enim ex ea fuerat na-
tus) miſit ad eum, vt Merouco ſuaderet egredi ab eccleſia. Ille præſto pu-
tans fore percuſſores, non diſtulit: ſed nil ei nocuit. Demum Chilperi-
cus per diaconum, ad ſepulchrum ſancti Martini duas mittit chartulas:
quarum vna cōtinebat, vt ſibi diuinitus in alia quæ erat vacua reſcribere-
tur, ſi foret fas Gnntrannum à templo extrahi. Diaconus triduò expe-
ctans, inanis à reſponſo abſceſſit: ſed Guntrannus venientibus regiis miſ-
ſis,

A ſis, pallam altaris cum ſacramento fideiuſſorum dedit, iactanter pollicitus numquàm ſe inſcio rege templum egreſſurum.

De Meroueo oraculum à libris diuinis petente, & eius interitu.
CAP. XXIII.

TAndem Meroueus, poſtpoſitis Phytoniſſæ reſponſis, per triduum vigilans, in diuinis hoc reſponſum libris accepit: in Regum quidem, Eò quòd, inquit, reliquiſtis dominum Deum veſtrum, tradidit vos Deus in manus inimicorum veſtrorum. In Pſalterio autem, Deieciſti eos dum alleuarentur. In Euangelio verò: Scitis quia poſt biduum paſcha fiet, &c. His ille viſis, flens ad ſancti Martini tumbam, cum † quingentis & eo B amplius viris, aſſumpto quoque Guntranno duce, diſceſſit: & per Antiſſiodorenſem vrbem Diuione caſtro veniens, exinde ad Remenſem Campaniam tranſiit. Quià Taruanenſibus in quadam villa circumuentus, & ſe capiendum fore intelligens, veritus ne ſi ad patrem duceretur graues de ſe pœnas daret, Gailenum quendam ſibi familiarem rogauit, vt ſe gladio percuteret. A quo cultro per viſcera traiectus interiit. Gailenus truncatis manibus ac pedibus, naribus ſimul & auribus, turpiter vitã finiuit.

Eadē Gre. Tur. lib. 5. cap. 14.
Pſal. 72.
Matt. 26.
† al. Sexcentis.
Merouei miſer exitus.

Poſt hæc Sanſon, Chilperici filius, mortuus eſt: cuius funus cum nimia lamentatione idem rex proſecutus eſt. Eo anno ſtella in medio lunæ fulgens viſa eſt.

Cometes viſus.

C *De Guntranni Boſonis filiabus virtute patris liberatis ſuffragante diuo Martino.* CAP. XXIIII.

QVidam potentiſſimus procerum Chilperici, Guntrannus Boſo vno nomine ſic dictus, relictis in eccleſia ſancti Hilarij filiabus ſuis, ad Childebertum tranſiit. Anno verò tertio regni Childeberti iunioris qui erat Chilperici & Guntranni ſeptimus decimus, Guntrannus filias ſuas à Pictauis auferre volens, Dracolenum quendam ſibi infeſtiſſimum, ſéque perſequentem, vt à ſe auerteretur, precibus ac muneribus flectere nitebatur. Dracolenus, vt erat mente elatus, ſuperbè reſpondit, aſſerens ſe funiculum, quo alios deceptos perdere ſolebat paratum habere, vt eo Guntrannum inuolueret. Non tulit Guntrannus ſuperbia iactantem; ſed manus eleuans in cœlum, prodigia facientem inuocauit D dominum, & vt ſibi per interceſſionem beati Martini miſereretur, orauit. Congreſſus contra aduerſariun, fauces contumaciæ verba profantes conto tranfodit, eleuatúmque è ſella equitatoria deiecit exanimem ad terram. Hoc euentu felici vſus, tranſlatas à Pictauorum vrbe filias deduxit quo voluit.

Guntrãni pulchrum facinus.

De Pictauorum Britonúmque diſcordia. CAP. XXV.

PIctauenſes quoque & Bagaſſeni (qui nunc Arbaſſeni dicuntur) coniuncti Andegauenſibus, Vvarocum comitem Britonum repentino impetu opprimere moliebantur. Quorum præuenit inſidias Vva-

Vuarocus rocus, circa medium noctis ſuper eos irruens, & maximam ex eis ſtragem faciens. Tertia verò die cùm ducibus Chilperici fœdus pepigit, dans E filium ſuum obſidem, & quæ peruaſerat reddens. Venetum quoque vrbem ea conditione refudit. vt ſi ex gratia regis eã tenere mereretur, tributa quotannis ſoluere non moraretur. Aliquanto autẽ interiecto tempore à fide deſciſcens, Eunium Veneticæ vrbis epiſcopum ad regem dirigit, pro quibuſdam cauſis reſponſa laturum. Quem rex cum ira obiurgatum direxit in exilium.

De Chilperici in Prætextatum Epiſcopum Rothomagenſem accuſatione, & Prætextati purgatione. Cap. XXVI.

Vide Gre. Tur. lib. 5. cap. 18. *† Ea nũc eſt D. Genouefa.* *† Cap. 21.* *Prætextatus epiſc. Rothom. accuſatur.*

His ita geſtis, Chilpericus Rex congregato concilio pontificum, in F eccleſia ſancti † Petri Parrhiſiacæ vrbis, Prætextatũ Rothomagenſem epiſcopum (cuius iam meminimus) † exilio reuocatum, in eorum præſentia cum hac accuſatione exhibuit, dicens. Quamuis, venerandi põtifices, regia poteſtas reum maieſtatis, legibus cõdemnare poſſit: Ego tamen hunc, qui falſum ſibi paſtoris nomen vſurpat, coniurationis contra me factæ auctorem, ſacris non contradicens canonibus veſtræ audientiæ repræſento. Et conuerſus ad Prætextatum Rothomagenſem epiſcopum, vt quid, ait, ô epiſcope munera populo contra meam erogaſti ſalutem? Quáve de cauſa filium meũ Merouеum cum vxore patrui coniunxiſti? Non ignorabas quid de hac cauſa ſacri ſentiant canones? Quare autem ita filium aduerſus patrem armaſti ſuum, vt ille pariter cum vita G regnum vellet eripere meum? Poſtquam verò rex ſiluit, Franci, qui præ foribus ſtabant frementes, oſtia Baſilicæ effringere nitebantur, vt antiſtitem pœnis ſubderent. Sed rex hæc fieri prohibens, Prætextato copiam purgandi tribuit. Cúmque ille obiecta refelleret, quidam falſæ teſtes ſurgentes calumniabantur à pontifice ſibi munera data, vt regem dolo perderent. Quibus epiſcopus, In hoc (inquit) veros vos eſſe confirmo, quòd muneratos vos à me eſſe fatemini? Quid enim veſtris ditatus donis aliud agerem, niſi vt par pari referrem? Quod verò falſo confingitis, me mala regi machinatum eſſe, id omnibus modis falſum eſt. Hæc eo dicente rex quidem in regiam ſe recepit: Epiſcopis autem in domo eccleſiæ reſidentibus, adueniens Etius Archidiaconus Parrhiſienſis ita eos alloquitur: Nunc (inquiens) eſt tempus, ô ſanctiſſimi ſacerdotes, quo aut pro ve- H ſtra magnanimi conſtantia glorificemini: aut pro deiectione & contumelia fratris ac coëpiſcopi veſtri contemptui in poſterum, ſi tacueritis, habeamini. Tunc cæteris tacentibus (eò quòd metuerent reginæ furorem, cuius inſtinctu iſta gerebantur) & digitũ ori ſuo ſuperponẽtibus, Grego-

Greg. Tur. ſententia. rius Turonorum Antiſtes ſic orſus eſt loqui. Oportet nos, fratres chariſſimi, & maximè eos qui principis fruũtur familiaritate, ſalubria ei ſuggerere conſilia: ne fortè ira deuictus plus iuſtò in ſacerdotẽ domini cõmoueatur, & à Deo Innocentiũ vltore graui⁹ puniatur. Illis quoq; nec ad iſta

Ezech. 3. reſpõdentibus: ſubiunxit Antiſtes. Cauenda nobis, ſanctiſſimi patres, illa terribilis

A terribilis domini cõminatio eſt, quã per prophetam prænunciauit, ſi me, inquiens, dicente ad impium, morte morieris, non annunciaueris ei, ſanguinem eius de manu tua requiram. Nos itaque, qui ſpeculatores in domo Dei ſumus poſiti, non negligamus regi pericula ſua oſtendere: &, ſi neceſſe ſit, exemplis ad reſipiſcendum prouocetur: qualiter Maximus imperator, beatum Martinum impiis communicare compellens, imperio pulſus ſit; vel Clodomirus, ſacerdoti † Auito non obaudiens interierit. † *vt ſuprà lib. 2. c. 4.* Cumque nec tunc quidem aliquis eorum reſponſa præbuiſſet: aliqui adulatoriæ artis regi denunciauerunt, nullum ei pertinacius reſiſtere, quàm Gregorium Turonicum. Qui mox per quendam aulicum euocatus ſtante rege prope tabernaculum ramis tectum, Bertrannóque Burdegalenſi pontifice dextrę eius inhærente, ſiniſtræ verò Ragnemodo Parrhi-B ſiaco, taliter Rex epiſcopum allocutus eſt dicens. Dic domine pontifex qui iuſtitiæ tramitem cæteris ſeruas mihi cur denegas? Sed, vt video, peruerſis conſentis, & impletur in te vulgare prouerbium, quod coruus corui oculum non eruet. Cui ſacerdos, mihi, inquit, ô rex æquitatem deſerenti correptores erunt multi. Te autem delinquentẽ quis corripiet, niſi ille qui ſe prædicat peccaminum vindicem? Qua propter ſi nos, te de iuſtitia commonentes, audire contempſeris; plus à Deo quàm à nobis condemnaberis. Ad hæc rex: Apud alios ſemper iuſtitię cauſam obtineo, apud te nunquam. Verùm ego optimam inueni vltionis meæ materiam. Perſuaſo namque Turonico populo, vt clamet ſibi à te æquitatis iura denegari; ego quoque proclamabo, me, qui etiam regia polleo dignita-C te, nil eorum quæ ipſi poſtulant à te poſſe promereri. Et ſic orto aduerſum te populorũ odio, iniuſti nomine denotaberis. Econtra pontifex reſpõdit, Si quidẽ ſim iniuſtus, id Deo magis quam tibi notũ eſt. Tu verò ſi noſtra aſpernaris monita, ſacros ſume canones: &, his ſaltẽ conſentiens, iuſta decerne. Tũ demũ Rex animũ Antiſtitis, vt erat callidus, hoc modo mulcere cœpit (erat autẽ corã eis menſa paníſque ſuperpoſitus cũ diuerſis ferculis) Ait ergo Rex ad ſacerdotẽ: En, inquit, ferculũ tui gratia paraui, in quo nil aliud quàm cicer, carnéſque continentur volatilium. Vtere nunc eo libens mecum. Beato verò Gregorio reſpondente, quòd cibus ei gratior eſſet facere voluntatem patris ſui qui in cœlis eſt, & à rege petente, vt ſponderet nihil ſe contra canones acturum, eleuatis Chilpericus D manibus iurauit per viuentem in ſæcula, ſe decreta ſanctorum patrum non tranſgreſſurum. In craſtinum verò, aurora incipiente, legati Fredegundis reginæ ad hoſpitium memorati pontificis venerunt, poſcentes, & duas libras argenti pro munere offerentes: vt in deiectionem Prætextati cónſentiret cæteris epiſcopis. Dicebant enim aliorum ſe voluntatem probatam habere. Illo itaque recuſante, & ſi ſibi mille libræ darentur, nullo modo aſſentire velle ſe aſſerente, illíſque magis inſtantibus, tandem pollicitus eſt in decretis canonum fratribus ſuis ſe aſſenſum præbiturum, Tunc illis quæ petebant ſe impetraſſe putantibus, & gratias agendo recedentibus, aduenerunt quidam ſacerdotes ſimilia petentes. Qui-

I

bus Antiſtes eadem quæ prioribus reddidit reſponſa. Conuenientibus autem in concilium epiſcopis, adueniens Chilpericus rex ait illis, reperiſſe ſe in decretis canonum, quòd epiſcopus furti obnoxius, ſacris deberet priuari ordinibus: Erat enim rex literis eruditus. Cúmque pótifices quærerent, quis eorum furti inſimularetur: Rex dixit. Num obliti eſtis, quanta vobis oſtenderim, quæ Prætextatus mihi furto abſtulit? Demonſtrauerat nãque Rex pridie varia ornaméta: quorũ pretiũ ad tria millia æſtimabatur ſolidorum, cum ſacculo duobus milibus nummiſmatibus aureis referto. Hæc omnia dicebat ſibi ab epiſcopo furata. Sed Prætextatus obiectis facilè ſe purgauit, hoc modo Regi reſponſa dans. Excellétia tua, domine mi Rex, reminiſci valet (ſi dignatur) Brunichildem Rothomago abeuntem pleraſque ſarcinas in diuerſis ſpeciebus mihi commendaſſe: & poſt aliquod tempus miſſis pueris eas à me repetiſſe. Cumque ego ex hac re, domine Rex tuam cóſuluiſſem voluntatem, pręceptis obaudiens tuis; vnam eis ſarcinam, eò quòd amplius ferre non valerent, contradidi. Venientibus iterum ac tertiò, ex tua iuſſione cætera reddidi: dicente magnificentia tua mihi, vt à me ea reiicerem, ne pro his ira inter vos iterum repullularet. Hæ duæ tantum ſarcinæ apud me remanſerunt. Nunc igitur cuius furti me arguis fore obnoxium? Cui reſpondit rex. Si hæc ita ſe habeant, & cuſtodiæ cauſa iſta ſuſcepiſti: cur limbum aureis intextum filis exinde rapiens ſecuiſti, & eum, pro noſtri deiectione, his qui tibi placuit diſtribuiſti? Tunc ſacerdos: Ad iſta iam, inquit ſemel dixi, & nunc iterum dico, me non ob aliud illis iſta largitum fuiſſe, niſi vt eorum muneribus mihi conceſſis parem referrem gratiam. Vt verò, propriis deficientibus, ex cómendatis aliqua præſumerem, confidentia auſum tribuit: eò quòd Meroueus, cuius illa cóiugium expetiuerat, ex te carnaliter genitus, mihi in baptiſmo ſpiritualis eſt filius. Animaduertens Chilpericus Prætextatum hoc modo non poſſe ſuperari, relicto concilij loco, ac conuocatis quibuſdam ſibi adulantibus, ait. Illis victum me verbis epiſcopi fateor, & vera eum proſequi ſcio: ſed vt Fredegundi reginæ ſatisfiat, ita hoc, ex veſtra quaſi perſona cóſiliũ ei dátes, dicite: ſcis quia dominus noſter Chilpericus rex miſericors eſt, & confeſſis citò ignoſcit. Vade ergo & proſternere pedibus eius, confiteréque te in eum peccaſſe; ac confeſtim indulget tibi. Quibus iuſſa perficientibus, ſeductus eſt Prætextatus eorum dolis: qui ſe quoque pollicebâtur pedes regis deoſculaturos, vt ei ignoſceret. Sequenti die reſidentibus epiſcopis in conſilio, Chilpericus cũ Prætextato iteratò altercari cœpit dicés. Si munera pro munerib⁹ retribuiſti, ſacramenta pro parte Merouei contra meam ſalutem cur exégiſti? Ad hęc ſacerdos reſpondit. Notum feci celſitudini veſtrę, Meroueum me ex lauacro ſuſcepiſſe ſalutari: Ideóque ſi facultas fuiſſet, etiá angelum domini in eius euocaſſem auxilium. Quid plura? procedente longius altercatione, Prętextatus ad pedes Regis corruit, clamás: Miſerere, clementiſſime Rex, homicidæ, qui te regno pellere volui, & filium tuũ tibi ſubſtituere. Hæc eo loquente, proſtratus & ipſe Rex pedibus aliorum ſacerdotum qui in

ſynodo

A ſynodo reſidebāt, aiebat. Audite, ſanctiſſimi ſacerdotes nefandiſſimum reum execrabile crimen confitentem. Veruntamen pontificibus à terra regem eleuātibus, iuſſit rex Prætextatum ab eccleſia egredi: ipſe autem in regiam ſe recepit, mittens ad ſynodum quoſdam canones, quibus erat annexus quaternio nouus, continens hæc. Epiſcopus in homicidio, vel « cæteris criminalibus deprehenſus peccatis, ſacris priuetur ordinibus. « His lectis, dum Prætextatus ſtaret ſtupens, ait illi Bertrannus Burdegalē-ſis Antiſtes. Audi frater & quondam coëpiſcope, niſi regis promerueris gratiam, noſtra non poteris frui ſocietate. Poſt hæc rogauit Chilpericus pontifices, vt aut veſtis Prætextati ſcinderetur, aut centeſimus octauus pſalmus (qui maledictiones ſcariothicas continet) ſuper eum recitaretur, vel certè in perpetuum communione priuaretur. Sed pontificibus hoc

B agere recuſantibus, & maximè Gregorio Turonenſi renitente, ab eccleſia Prætextatus pellitur, ac cuſtodiæ traditur. De qua dum fugere noctu niteretur, comprehenſus cæſúſque, in inſula quadam maris, quæ ciuitati adiacet Conſtantiæ, in exilium relegatur. *Prætextatus epiſcopus in exilium mittitur.*

De Guntranni Burgundionum regis ad Childebertum oratione.

CAP. XXVII.

PORrò Guntrannus rex Bungundionum Childeberto regi Auſtraſiorum, nepoti ſuo, vt pacificus cum proceribus regni ſui ad pontem, quem Petreum dicunt, ſibi occurreret, mandauit. In cuius amplexibus diu immoratus, vniuerſis audientibus ſic eſt locutus. Euenit, meis præ-

C pedientibns peccatis, vt ex me genitis carerem filiis. Vnde mihi propriis orbato hæredibus, neceſſe eſt † quærere extraneos, quibus partos relinquam theſauros. Optimum itaque iudicaui te, omni humana carne mihi carior nepos Childeberte, eligere, qui & mei ſucceſſor regni, & congregati eſſes poſſeſſor theſauri. Quapropter maneat, oro, quæ inter patrem & filium debet manere dilectio. Vnus nos protegat clypeus: vna contra aduerſantes tueatur haſta: & ab hodierno & deinceps talis inter nos charitas permaneat, vt ſi dante Deo filios procreauero, te tamē à iure non ſecernam hæreditario. His dictis, & proceribus Childeberti pro eo † ſpōdentibus, eò quòd ipſe puer adhuc eſſet, ſimul prandentes & ſe muneribus honorantes ad ſua ſunt reuerſi. Veruntamen legatos vtrique ad *† al. adoptare.* *† al. reſpōdentibus.*

D Chilpericum regem miſerunt, denunciantes vt aut ea quæ de eorū regno peruaſerat redderet, aut ſe ad belli certamina præpararet. Quod ille tunc quidem deſpectui habuit. Quo tempore ſiniſter populi rumor aduerſus Salonium & Sagittariū epiſcopos ſurrexit. Hos ſanctus Nicetius Lugdunēſis Antiſtes, enutritos, primum quidem diaconij, deinde ſacerdotij eos gradibus inſigniuit. Et Salonium quidem Ebreduni, Sagittarium verò apud Vapingum epiſcopos inſtituit. Illi verò non velut epiſcopi, religioni operá dabant: ſed, tanquā tyranni, homicidiis, rerum alienarū peruaſionibus, adulteriis quoque vacabāt: & in tantū eorū excreuit malitia, vt ſuper Victorē Trecaſſinū antiſtitē, natalitij ſui diē feſtū agentē cū cohorte *Salonij & Sagittarij epiſcoporū perfidia.*

irruentes militari, eius veſtimenta ſcindentes, famulos cæſos fugantes, apparatum prandij omnem raperent, & ipſum cum hac contumelia ſolùm relinquerent. Qua cauſa ad aures Guntranni regis delata, ex eius iuſſu collecta eſt ſynodus apud Lugdunum; qua præſidente ſancto Nicetio, hos conuictos à propriis expulit ſedibus. Vnde illi grauiter indignati, regis gratiam ſibi adquirentes, acceptis ab eo epiſtolis ad papam Romanum Ioannem profecti ſunt. Cui perſuadentes ſe iniuſtè damnatos, ſcripta eius ad regem detulerunt, iubentia vt ſuis reſtituerentur locis. Quos rex verbis corripiens, ad proprias iuſſit vrbes redire. At illi cum Victore quidem pacem facientes, homines qui ei iniurias irrogauerant direxerunt, vt ipſe de eis vlciſceretur. Qui dominici præcepti memor, non reddens mala pro malis, illæſos dimiſit ad propria. Salonius denique & Sagittarius peſſimis quotidie adiicientes peiora, in expeditionem quam Mummolus contra Longobardos egit pergentes, multa perpetrarunt homicidia. In ciues pari modo ira crudeliter ſæuiebant; vt multos vſque ad effuſionem ſanguinis cæderent. Quod vbi regi Guntranno nunciatum eſt, eos exhiberi præcepit: à præſentia tamen ſua vſque ad audientiam ſubſtinere. Hoc Sagittarius adeò indignè tulit, vt de rege indigna loquens, publicè proclamaret filios regis non fore regnaturos: eò quòd mater eorum ex Magnacharij fuiſſet familia. Erant namque adhuc filij regis ſuperſtites. Propter hoc rex ira commotus, equos eorum & cuncta quæ habebant abſtulit, & ipſos in duobus monaſteriis à ſe procul diuiſis pœnitentiã agere inſtituit: mandãs propriis iudicibus circum ea loca cõſtitutis, vt eos cum ſumma armatorum cautela cuſtodirent, ne fortè elaberentur. Tunc fortè ſeniore ex filiis regis ægrotante, accedentes quidam familiarium eius ad eum, ſuaſerunt vt præfatos epiſcopos ad proprias iuberet regredi eccleſias: ne fortaſſis ob eorum damnationem ira Dei ſuper domum incumberet principis. Cúmque rex petita non abnuiſſet, Salonius & Sagittarius regreſſi ad ſua, tam eximios ſanctæ religionis cultores ſe oſtendebant: vt quotidie totum ex ordine Pſalterium recitando, nunquam à pſalmodia ceſſare viderentur. Qui tamen poſt paululum, ad ſuum in tantum reuerſi ſunt vomitum: vt fornicarioni & ebrietati inſeruientes, dum clerici matutinos pſallerent hymnos, ipſi adhuc in conuiuio poſiti vina flagitarẽt. Incipiente autem aurora, circundati † mollibus, vſque ad tertiam diei horam ſomnum capiebant. Cúmque in talibus verſarentur, Deum poſt terga ponentes, ipſi quoque à Deo poſtpoſiti iram eius incurrerunt: vt in ſequentibus demonſtrabimus.

Synodus Lugdunẽſis.

† al. mulieribus.

De Chilperici in Eunodium cæteróſque Childeberti fautores ſæuitia: & de motu Britonum. Cap. XXIII.

HIs diebus Chilpericus Pictauenſem peruaſit vrbem, fideléſque nepotis ſui, videlicet Childeberti regis, cũ † Eunodio duce ab eius ſunt hominibus pulſi. Eunodius itaque in exilium truſus, facultatibus fiſco ſubactis, poſt annum patriæ & ſuis redditus eſt rebus. Daccho autem, Gadarici

† al. Ennodio.

A Gadari filius, relicto Chilperico dum vtique vagaretur, à Dracoleno duce, qui dicebatur induſtrius, faude captus eſt, iurante ſibi quòd non interficeretur. Cùm verò eum ad regem perduxiſſet, egit vt interimeretur. Quod vbi Daccho in cuſtodia poſitus agnouit, confeſſus cuidam presbytero peccata ſua, pœnitentiam, neſciente rege, petiit. Qua accepta interfectus eſt. Porrò Dracolenus à Guntranno duce eo quo † diximus interfectus eſt modo. † *Cap.24.*

Britanni eo tempore grauiter regionem vaſtando Redonicam, ad vicum, qui dicitur Cornutus aduenerunt. Contra quos Bibolenus dux miſſus recedentes inſecutus eſt, Britaniamque ferro & igne depopulatur. Hoc adeò Britannos in maiorem commouit iracundiam, vt ſequenti B anno non ſolum Redonicam, verùm & Nanneticam infeſtarent prouinciam. Qui tamen legatis Felicis Nannetici epiſcopi emendationem polliciti, mendaces fuerunt. *Britanni Redonicã prouinciã vaſtant.*

De violatione templi Dionyſiani & reparatione. CAP. XXIX.

ILlo tempore mulier quædam, à zelante viro apud Parrhiſios quòd adultera eſſet impetita, dum opem petiſſet à ſuis parentibus, & illi eam innocentem credentes, ſacramentum pro ea viro vel eius parentibus ſuper ſepulchrum ſancti Dionyſij feciſſent, ab eis quòd periuraſſent redarguti ſunt. Et cauſa vſque ad iurgium prorumpente, cùm propter nobilitatem eorum (erant enim primi in palatio Regis Chilperici) neutra pars C alteri cederet, gladiis ſe inuicem percutientes ſacram baſilicam ſanguine polluerunt. Interea eccleſia ſine officiis manente diuinis, dum hæc ad regem delata fuiſſent, interminatus eſt nulli eorum prorſus fore beneuolum, donec Ragnemodi Parrhiſiaci Antiſtitis, (in cuius diœceſi hæc acta fuerant) reconciliatione veniam merentur. Quos epiſcopus, facinus confitentes, pœnitentia indicta communioni reſtituit, eccleſiamque reconciliauit. *Templum diui Dionyſij ſanguine contaminatur.*

De Nantini Engoliſmenſis morte formidanda. CAP. XXX.

TVnc temporis Nantinus, Engoliſmenſis comes, huiuſmodi ex cauſa grauem diuinitus paſſus mortis pœnam. Maracharius auunculus D eius comitatu prædictæ vrbis diu potitus, ad clericatum accedens, poſt non multum tempus epiſcopus eſt factus. Quem cùm aduerſarij eius, immiſſo in capite piſſo veneno, nefandiſſimè necaſſent, non diu lætati ſunt. Nam † Frótonius, cuius conſilio hoc perpetratum eſt ſcelus, vno tantum anno poſt eum functus eſt epiſcopatu. Cúmque ei Heraclius Burdegalenſis presbyter ſucceſſiſſet, Nantino, qui ob vlciſcendam auunculi mortem comitatũ à rege emerat, grauiſſimè increpabatur, quòd auunculi ſui interfectores ſecum retineret. Quare in maius creſcente controuerſia, comes villas eccleſiæ ab auunculo per teſtamentum relictas peruaſit: aſſerens quòd non † deberet ea tenere teſtamenta, quorũ teſtator ab eius † *al. Frõtinus.* † *al. deberent.*

fuerat clericis interemptus. Poſt hæc crudeliori exardeſcens iracundia, interfectis etiam quibuſdã laicis, vnum ex preſbyteris lãcea vulneratum, dum adhuc viueret ſuſpendi, ac ad confeſſionem criminis cogi iuſſit. Qui diu reuinctis poſt terga manibus pendens, fluente è patenti vulnere ſanguine innocentem reddidit ſpiritum. Pro tantis igitur ſceleribus Nantinus ab Heraclio excommunicatus, cõuenientes apud Santonas vrbem quoſdam ſacerdotum rogauit, vt pro ſe antiſtitem interpellarent: pollicitus ſe res eccleſiæ redditurum, & mala quæ commiſerat emendaturum. Antiſtes verò, rogantibus annuẽs fratribus, eum communioni reſtituit. Sed comes Engoliſmam reuerſus, domos quas peruaſerat deſtruxit: dicens ſi hæc eccleſia recipit, ſaltem deſerta inueniatur. Epiſcopus ſanè, his auditis, iterum communione eum priuans; vita deceſſit. Nantinus quoque à quibuſdam epiſcopis pecunia corruptis communioni redditus, in morbum incidit. Cùm verò valida cruciaretur febre, clamabat. Heu heu quæ tormenta ab Heraclio illata patior. Ipſe me nunc cruciat, ipſius igne conſumor: mortem peto, ne diu malè viuam. In his vocibus conſtitutus interiit. Audiant iſta, qui ſacerdotibus vel Deo ſeruire cupiẽtibus, iniurias irrogant. Intelligant Deum eſſe vindicem iniuſtè oppreſſorum.

Nantini crudelitas. — E

Excõmunicationis vis. — F

De Chilperici per Fredegundem in ſuos ſæuitia. CAP. XXXI.

CHilpericus etiam rex, ſuggerente Fredegunde regina, proſcriptionibus grauiſſimis populum ſibi ſubiectũ atterere cœpit. Qua de cauſa multi è plebe natiuum relinquentes ſolum; maluerunt exules nouas quęrere ſedes; quàm patrios incolendo fines iniuſto ruere ſub onere tributi. Inter cætera namque quæ cogebantur ſoluere liberiori etiam orti progenie, è terra † proprio culta labore, * amphorã vini regiæ inferebant menſæ, Marcus Referendarius huic muneri præpoſitus; cunctas Aquitaniæ vrbes quæ ad regnum Chilperici reſpicere videbantur, ad hæc ſoluenda verbis vel minis inuitaret, à Lemouicinis ſeditione orta iugulatur: & tomum verſuſque quos ſecum ferebat, igne cremati ſunt. Porrò Chilpericus, dum peſſimis quotidie adiiceret peiora, febre arripitur valida: à quo cùm conualeſcit languore, paruulus eius filius nec dum baptiſma conſecutus, ægrotare cœpit grauius. Qui baptiſmatis gratia imbutus, leuato pauliſper incommodo, matrem nequiuit lætificare gaudio pleno. Nam fratrem eius Clodobertum, cui ætas prouectior, eo conualeſcente doluit ſimilia incurriſſe. Ita denique latens peſtis in totam diffundebatur regiam prolem, ac ſi à viſceribus tranſiens paternis, in filiorum membris hæreditatem videretur velle ſibi vendicare ſedem. * Tandem Fredegundis, cuius toties dolor lacera torquebat præcordia, quoties ſemimortuã natorũ cõtẽplabatur corpora, priſtinæ feritatis oblita, humani induit cõpaſſionem animi. Adiénſque regẽ, huiuſmodi apud eum habuit ſermonem.

— G — H

† al. pprio

** Inde tributũ vini quod Regi penditur, vulgóque dicitur, le huictieſme, originẽ ſumpſiſſe arbitror. Eſt enim amphora vini, octaua pars modij pariſini. At Chilpericus tantum de vnoquoq; arpẽno vineæ hoc exigebat, teſte Regione. l. 1. Et tamẽ populus quaſi nimis oppreſſus vociferabatur. Hodie idem tributum ex ſingulis modiis appenſa hedera venalibus Rex colligit, præter exactionem pro ingreſſu vrbiũ in dies creſcentem.*

** Reſipiſcit à malis Fredegũdis, interitu filiorũ: & conuerſa ad cor, ſanctã admonitione maritum affatur.*

A nem. Beneficiis, inquit, diuinis noſmet, mi vir, benefactis reſpondere con- «
uenit; quos ſuperna non punit clementia, tanto tempore perſeuerantes in «
malitia. Neque enim flagella omnipotentis Dei ſuſtinuimus, quaſi rei: «
ſed in virga filiorum eruditi, propheticum illud dictum in nobis ſumus «
experti, quia flagellat Dominus omnem filium quem recipit. Ecce, nos *Hebr. 12.*
namque & febribus, & variis ſæpe vexati calamitatibus, inſuper filiorum «
amplexus amittimus gratiſſimos, quos lachrymæ viduarum & orpha- «
norum, à nobis iniuſtè oppreſſorum, morti reddidere proximos. Pœni- «
teat nos tandem aliquando malorum quæ geſſimus: & conuerſi ad do- «
minum, placabilem eum ſuper noſtram imploremus eſſe malitiam. Ne- «
que enim, quamuis indignos, ſibi ſupplices auerſabitur; quia eſt miſeri- «
B cors & miſerator. Incendamus igitur iniquas deſcriptiones: & quas ad «
oppreſſionem conſtituimus pauperum, ad noſtram noſtrorúmque de- «
leamus ſalutem. Nihil eſt quòd timeamus, ſi verè pœniteamus, quaſi «
paſſuri grauia, qui pertulimus grauiſſima. Quid enim pati poteſt grauius, «
quàm vt amittatur quod eſt carius? Quid verò nobis poterit eſſe dulcius, «
quàm natorum affectus? Quibus porrò per tot annorum curricula par- «
tos reſeruamus theſauros: ſi præmittimus hæredes, quos optaueramus *Luc. 12.*
fieri ſucceſſores? Cauendum profectò eſt, ne illius Euangelici incurramus «
ſententiam diuitis: qui innouando horrea & congregando multa, acce- «
pit reſponſum, ſe non viſurum diem craſtinum, nec ſuarum cogniturũ «
hæredem rerum. Sed propitius iam poteſt eſſe qui vindicauit, & mitior «
C quàm ſi non vindicaſſet. Huiuſmodi orationem circunferens Fredegun- «
dis regina, tranſduxit Chilpericum regem à furore animi, atque intentio-
nẽ eius adeò emolliuit: vt libellos, quibus nephanda cõtinebatur lex, ma-
nu propria voracibus traderet flãmis. Quibus peractis, iunior eorum fi- *Filiorum*
lius diem obiit. Cuius corpuſculum in oratorio ſanctorũ Dionyſij ac ſo- *Chilperici*
ciorũ eius martyrũ eſt humatũ. Nec longũ fluxerat tempus, alter quoque *regis mirã-*
ex filiis ſuperius nominatis, Clodobertus, morti cœpit eſſe proximus. Cõ- *dus interi-*
ſternata mater anxiis gemitibus languentis filij, ad Baſilicam ſancti Me- *tus.*
dardi Sueſſionos eum defert: vbi vterque parans votis, aureis donis ſancti
honorarunt ſepulchrum. Sed adueniente nocte, æger vltimum exhalauit
ſpiritum. Cuius funus præfatę vrbis populus, pulla veſte circumamictus,
cũ maximo luctu ad eccleſiam ſanctorũ Criſpini & Criſpiniani eſt pro- *Pulla ve-*
D ſecutus. Quo in loco prędictus regis filius tumulariam eſt adeptus ſepul- *ſtis in fu-*
turam. Sequenti abhinc anno, alius ex filiis Chilperici, Theodoricus no- *nere.*
mine, terminum ſortitus eſt vitæ. Vnde Chilpericus diuinæ animaduer-
ſionis iudicium ceruici imminere ſuæ cognoſcens, multa pauperibus
Chriſti, ſeu eccleſiis, largitur donaria. Reſtiterat ſanè adhuc vnus è regia
prole, quem Chilpericus cuſtodiæ mancipatum, ſuggerente Fredegunde,
cuſtodibus legauit puniendum. Ita efferbuerat Chilpericus in malitia, vt
non ei ſufficeret generi eius imminens cœleſtis vindicta, niſi eam augmẽ-
taret per ſua facinora.

De inundatione aquarum: tempeſtate cœli: terræmotu & prodigiis multis. E

CAP. XXXII.

ANno quinto Childeberti regis (qui fuit nonuſdecimus Chilperici atque Guntranni) tantæ lues aquarum per vniuerſas regiones factæ ſunt Galliarum: vt flumina terminos, quos nunquam antea exceſſerant, prætergreſſa, pecora quidē exitio, ædificia verò quorumcumque locorum graui afficerent ruina. Quibus alueorum ſuorum metas repetētibus, pluuiiſque ceſſantibus circa mēſem, qui September dicitur, denuò arbores floruerunt.

Prodigia horrenda. Tunc quoque fulgur per cœlum cucurriſſe viſum eſt: ſonituſque tanquam ruentium arborum per totam penè terram auditus.

Burdegalenſis ciuitas terræmotu concuſſa eſt: & de Pyrenæis montibus immenſi lapides ſunt euulſi; quibus immenſa pecorum hominúmque multitudo percuſſa interiit. F

Vicus Burdegalenſis incendio diuinitus orto, nulliúſque hominis incitamentis augmentato, inflammatus, multos exuſſit, ſubitò comprehendens domos & areas frugibus refertas.

Aurelianenſis vrbs ſimili incendio vaſtata eſt.

Apud Carnotinum pagum, de effracto pane ſanguis effluxit.

In vrbe Pictaua lupus è ſyluis veniens per portam ingreſſus eſt: qua cum cæteris clauſa, lupum ciues in media interemerunt vrbe. Cœlum quoque ardere viſum eſt: & Liger fluuius plus ſolitò excreuit. G

Ventus auſter tam violens fuit, vt ſyluas proſterneret, domos vel ſepes erueret, hominéſque vſque ad internecionem volutaret. Cuius turbinis ſpatium, eo loci quo viſus eſt cucurriſſe, tenuit in latitudinem iugera ſeptem, licet longitudo quāta eſſet non poſſet æſtimari. Sed hæc prodigia, grauia ſunt ſubſecuta mala. Nam & diſcordia inter reges orta, bella excitauit ciuilia: & dyſenteriæ morbus totas propè occupauit Gallias. Qua † peſte Auſtrigildis regina Guntranno regi nupta laborans, querelam marito aduerſus medicos detulit: quaſi illorum negligentia erga ſe, ægritudo cōualuiſſet. Iuſſu Guntranni diuerſis pœnis medici interierunt: ipſáque poſt deficiens mortua eſt.

†al. cauſa.

Medici ad querelā reginæ morientis interempti.

De Legatis captis & remiſſis. De Maurelij epiſcopi laudabilis obitu: déque Gregorij Turonenſis, pro fide catholica victoria. H

CAP. XXXIII.

QVibus diebus Chilpericus legatos Mirionis Galliciæ regis, qui Sueuis imperitabat, ad Guntrannuum regem miſſos, apud Pictauem cœpit, & Parrhiſius in cuſtodia poſuit. Quos tamen poſt annum liberos ad propria remiſit. Maurilius quoque Caturcenſis pōtifex, dū propter podagræ infirmitatem candens ferrum tibiis ſeu pedibus imponeret, languorem peſſimum incurrit. Quo ingraueſcente, dum multi epiſcopatum ambirent: ipſe Vrſicinum eligens, dum adhuc ſuperſtes eſſet benedici

Maurilius epiſcopus Caturcēſis.

fecit

A fecit, ſicque ab hoc ſæculo migrauit. Fuit autem eleemoſynarius valde, ſcripturis in tantum eruditus diuinis, vt genealogias veteris teſtamenti plerúmque memoriter recenſeret. Pauperes eccleſiæ ſuæ erga iniquorum iudicum oppreſſionem ſubſtentabat, vt illud Iob domino decantaret dicens: Pater eram pauperum, & cauſam eorum diligentiſſimè inueſtigabam. *Iob.29.c.*

Tunc & Gregorius Turonenſis, cum Egilano Leuuigildi Hiſpanorum regis Legato, quem ad Chilpericum miſerat, quia erat ipſe Egila Arrianus, de fide ſanctæ Trinitatis conflictum habuit: & eum mirabiliter ſuperauit. Qui quamuis negaſſet ſe aliquando fieri catholicum: tamen infirmitate impulſus eſt ipſam amplecti religionem.

B

De Tyberij Conſtantini obitu & Mauritij in imperium ſucceſſione. CAP. XXXIIII.

TYberius verò Conſtantinus poſtquam imperium VII. rexit annis, ſentiens diem ſuæ imminere vocationis, vnà cum concilio Auguſtæ Sophiæ, Mauricium genere Cappadocem, virum ſtrenuum elegit ad imperium: ſuámque filiam regalibus ornamentis ornatam ei tradidit, dicens. Sit tibi imperium cum hac puella conceſſum: vtere eo feliciter, in mente habens, æquitatem ac iuſtitiam præcipua optimi imperatoris eſſe inſignia. Hæc poſtquam dixit, corpoream relinquens ſarcinam, ad æternam migrauit patriam: maximum ſui obitus populis ſibi ſubditis C relinquens luctum. Fuit enim ſummæ bonitatis, in eleemoſynis promptus, in iudicando cautiſſimus. Nullum deſpiciens, omnes diligens, ipſe quoque eſt dilectus à cunctis. Quo defuncto, Mauricius purpura indutus, diademate redimitus, ad circum proceſſit: & adclamatis ſibi laudibus, largitis populo (vt moris eſt) muneribus, primus ex Græcorum genere in imperium confirmatus eſt. *Inſignia optimi Imperatoris, æquitas & iuſtitia.*

De Flauio Langobardorum rege. CAP. XXXV.

AT verò Langobardi, cùm per annos decem ſub poteſtate ducum fuiſſent, tandem cómuni conſilio Flauium, Autharij ſupra memorati principis Clephonis filium, regem ſibi ſtatuerunt. Cui ob reſtaurationem regni, duces qui tunc erant, mediam totius ſubſtantiæ ſuæ partem D contribuerunt: vt eſſet vnde rex ipſe, ſiue qui ei obſequebantur, per diuerſa diſtributi officia, alerentur. Erat ſanè hoc mirabile in gente Langobardorum: nulla erat violentia, nullæ ſtruebantur inſidiæ, vnuſquiſque quo libebat ſecurus ſine timore pergebat. *Decẽnio dudum ſinito Langobardi Regẽ eligunt.*

De Mauritio imperatore Francos in Langobardos ſollicitante. CAP. XXXVI.

HOc tempore Mauritius Imperator, Childeberto regi Francorum quinquaginta millia ſolidorum per legatos ſuos, ea vel maximè, direxit gratia: vt cum exercitu ſupra Longobardos irrueret, eóſque Italia

pelleret. Qui, nil moratus, cum innumera Francorum multitudine Italiam ſubitò introiuit. Langobardi verò conſerendæ manus ſpem abiicientes, munimentis ſuarum ſe commiſere vrbium: & intercurrentibus legatis, oblatíſque muneribus, pactum cum Childeberto fecerunt. Quo ad Gallias remeante cognito, Imperator Mauritius quòd cum Longobardis fœdus iniiſſet, ſolidos, quos ei ob Langobardorum expulſionem dederat, repetere cœpit. At ille ſuorum virium potentia fretus, pro hac re nec reſponſum reddere voluit. E

De perſecutione catholicorum in Hiſpania.

Cap. XXXVII.

EXtitit in illis diebus apud Hiſpanias perſecutio dira catholicorum F quæ tali quadam ex cauſa à Gadſunda matre Brunichildis eſt excitata. Herminigildus, Leuugildi regis filius, ſororem Childeberti habebat vxorem, qui videlicet Herminigildus prædicatione Leandri Hiſpalenſis pontificis, atque adhortatione ſuæ coniugis, ab Arriana hæreſi (qua pater ſuus languebat) ad catholicam fidem conuerſus fuerat. Gadſunda autem tentabat ſi poſſet † Ingundam ſuam neptem flectere, vt maritũ qualicunque perderet morte. Sed cũ id nequiſſet implere, ſuadet regi, vt filium cum vxore propria alterius ciuitatis iubeat incolere domicilia, dicens ſe offendi, eo quòd alterius eſſent fidei. Cùmque hac iniuria Herminigildus minimè flecteretur ad neganda veræ fidei ſacramenta; G impius pater eum ſepſit cuſtodia. Quem poſtmodum, in ipſo ſacro paſchali die, ſecuri percuſſum interemit. † Ingundis verò poſt mariti ac martyris funus, ab Hiſpaniis fugiens, dum Galliæ repeteret genuina arua, in manus militum incidens, qui limitem Hiſpaniæ aduerſus Gothos tuebantur, cum paruo filio capta atque in Siciliam ducta, ibi diem clauſit extremum. Filius verò Conſtantinopolim imperatori Mauritio eſt directus. Captiuitate ſororis Childebertus comperta, & de his quæ contra eam geſta fuerant certior factus, exercitum in Hiſpaniam traiecit. Cum Gothis prælio conflixit, maximámque cladem eis inferens, victor exinde regreſſus eſt.

† *aliàs Iugundam.*

† *aliàs Iugundis.*

Rurſum Mauritius Auguſtus legatos ad Childebertum mittens, eum vt contra Langobardos exercitum dirigeret orabat. Childebertus exiſtimans ſuam adhuc germanam Conſtantinopoli degere, legatis Mauritij H acquieſcens, vt ſuam poſſet ſororem recipere, iterum Francorum exercitum ad Italiam contra Langobardos direxit. Verùm Langobardis aciem producere, atque aduerſariis ire obuiam meditantibus, Franci ac Alemanni diſſentionem inter ſe habentes, ſine vllius lucri conquiſitione, ad patriam remearunt.

A *De Ioanne, Benedicto, & Pelagio Romanis pontificibus: de Mummoli in Auennionem profugio. De Childeberti ad Chilpericum tranſitione. De Lupo Campanorum duce. De Chilperici in Petrogoricos expeditione. De Baudaſtis interitu, & de Hoſpitij recluſi ſanctitate: & B. Martini Gallicienſis trāſitu & Comete, & portento cœleſti.*

Cap. XXXVIII.

Romanam porrò eccleſiam poſt Ioannem, Benedictus ſuſcepit regendam. Poſt quem Pelagius abſque iuſſione principis ordinatus eſt: eò quòd Langobardi obſiderent Romam, nec poſſet quiſquam à Roma progredi.

B Mummolus Patricius à Guntranno rege deſciſcens, in Auenionem caſtrum ſe contulit: vbi aduerſus inſectantes, armis ſeſe defenſare, aliíſque ſubſidiis munire parabat. *Mummolus.*

Childebertus etiam, Guntranni pace relicta, Chilperico coniungitur: promittente Chilperico, eò quòd ſine liberis eſſet, Childebertum regni ſui facturum ſe hæredem. Cuius promiſſionis, vt in cæteris ſolitus erat, mendax apparuit.

Lupus dux Campanienſis ab Vrſione & Bertefrido in fugā actus, cum iam iámque aut capiendus, aut interficiendus cum ſuo exercitu foret, Brunichilde pro eo intercedente, ab imminenti periculo eripitur: præſidium tamen eius ſupra memorati duces direptioni tradiderunt. *Lup' dux Cāpanæ.*

C Chilpericus Deſiderium ducem ad peruadendas † Petrogoricū & Agēnum Aquitaniæ vrbes, cum inſtructis dirigit copiis. Qui fugato Ragnoaldo duce, prædictas vrbes inuaſit, vxorémque Ragnoaldi cunctis rebus expoliauit. *† al. Petrogorium.*

Baudaſtis dux cum maxima ſui exercitus parte in Vvaſconia periit.

Fuit illo tempore recluſus quidam Dei ſeruus, Hoſpitius nomine, apud Nicenſem vrbem; qui catenis ſuper nudum corpus conſtrictus ferreis, deſuper cilicio tegebatur. Cæteris quidem diebus purum panem & paucos dactylos edebat: in quadrageſima verò radicibus earum, quas eremus ferebat, herbarum alebatur. Per quem in terris ſolo adhuc corpore conuerſantem, virtutes multas ad laudem & gloriam nominis ſui Dominus oſtendere eſt dignatus. *Hoſpitius recluſus.*

D Ea tempeſtate beatus Martinus Gallicienſis migrauit ad Dominū. Hic Pannonia oriundus loca ſancta in oriente circumiens, abundè ſe illic literis imbuit: & per Galliciam reuertens, in baſilica quæ prima apud Hiſpanos in honore ſancti Martini dedicata eſt pontifex ordinatus, triginta in hoc officio expleuit annos.

Anno ſeptimo Childeberti regis, qui fuit XXI. Chilperici atque Guntranni, ſtella cometes viſa eſt in die ſancto paſchæ.

Apud Sueſſionenſem ciuitatē cœlū ardere viſum eſt: In Parrhiſiaco pago sāguis de nube fluens, veſtimenta multorum hominū cruentauit. Valetudines variæ, ac mortalitas magna, eo anno Frācorum attriuere gentē. *Oſtenta mira.*

De Rodini ducis obitu & pietate. XXXIX. E

TVnc quoque Rodinus dux mortuus eſt, verus eleemoſynarius, bonitatis plenus, iuſtè ſe in cunctis agens, ac pauperes Chriſti diligens. Hic dum vna dierum mortuum ſepelire vellet, propriis præcepit pueris monumentum quoddam aperire, vt in eo defunctum poneret. Quod illi cum maturatò impleſſent, inuenerunt immenſi ponderis theſaurum, ſolidorúmque non contemnendum numerum, eleuatúmque à terra detulerunt ante domini ſui præſentiam. Ille verò donum cœleſte intelligens, pauperibus cuncta (vt conſueuerat) largitus, talentum ſibi creditum ei à quo acceperat duplicatum per manus retranſmiſit egenorum. Multa autem ſigna & prodigia eo anno in cælo ſunt viſa. F

Rodinus Dux inuentum theſaurum pauperib. largitur.

De Chilperici in hæreſim Sabellianam lapſu & reſipiſcentia.
CAP. XL.

PEr idem tempus Chilpericus rex Sabellianam volens promulgare hæreſim, ſcripſit Galliarum epiſcopis, vt trinitate abiecta vnum tantum dicerent Deum: aſſerens eundem eſſe Patrem qui Filius vel Spiritus ſanctus eſt, & eundem Filium ac Spiritum ſanctum qui Pater eſt, nec diuiſionem perſonarum in Deum vllo modo cadere. Quod cum Gregorio Turonenſi, (qui tunc cæteros epiſcopos ſanctitate præibat) ſuadere conaretur. & tamen in hac ratione Hilarium atque Auguſtinum ſibi contrarios fateretur: ait ad eum beatus Antiſtes. Cauendum eſt, Domine mi rex, ne G & ille iraſcatur tibi, cuius illi fuerunt famuli: qui, vt tu ipſe fateris, in iſta credulitate ſunt contrarij. Porrò rege cum faſtu reſpondente, quòd ſapientiores eo ex hoc forent interrogandi: ſacerdos dixit, non eſſe ſapientem, quicunque aliter ex fide ac ipſe ſentiret. Saluio autem Albigenſi epiſcopo ad palatium venienti ſuadebat, vt ſibi conſentaneus exiſteret, lecta in auribus eius chartula in qua memoratam hæreſim conſcripſerat. Quá ille intantum beatus abhorruit: vt ſi in eius fortè manibus deueniſſet, in partes ſciſſam minaretur igne cremare. Denique cernens rex omnes ſibi contraria ſentire, ab illa quidem quieuit intentione. Addidit autem noſtris literis ω, id eſt, omega, & tres alias, quarum characteres ab ipſo inuentos cum propriis ſonis hic ſubſcripſimus, χ, ch: θ, th: φ, ph: directíſque epiſtolis ad ciuitates ſibi parentes, præcepit vt pueri in his docerentur: & libri pumice planati reſcriberentur. H

Agricola epiſcopus Cabilonenſis. Dalmatius epiſcopus Rutenenſis.

De Agricola & Dalmatio ſanctis. CAP. XLI.

HIs diebus Agricola Cabilonenſis, & Dalmatius Rutenenſis, viri in ſanctitate præcipui & pontificatum optimè adminiſtrantes, è ſęculo migrauerunt. E` quibus Agricola, qui vtique in vita beati Germani Pharrhiſiorum præſulis memoratur, eccleſiam ſuæ ciuitatis, columnis fulſiuit †marmoreis, varietate muſiui depinxit. Dalmatius verò ſuam ſępe deſtruendo, dum meliorare nititur, imperfectam reliquit.

†ali. marmore variauit: muſiuo depinxit.

De Leudaſtis

A *De Leudaſtis Comitis ob tyrannidem excommunicatione, exilio & infælici morte.* CAP. XLII.

LEudaſtis ſanè Turonicus comes eo tempore à comitatu ſubmotus eſt: eò quòd populum iniuſtè opprimeret, & Gregorio pontifici (cui frequenter ſacramenta dederat, ſe nunquam nociturum) iniurias irrogaret. Succedentéſque Eunomio, Laudaſtis contra epiſcopum felle commotus, quaſi eius conſilio iſta ſibi eueniſſent, ad regem perrexit: accuſans Gregorium, quòd ciuitatem Turonicam regi Guntranno tradere vellet: & de regina per multa loqueretur mala, affirmans eam cum Bertranno Burdegalenſi epiſcopo miſceri. Habebat autem cooperatorem Riculfum *Gregorius Tur. falsò accuſatur.*
B clericum: qui contra magiſtrum multos eſt machinatus dolos. Rex itaque, pro his quæ de regina dicta erant, ſynodum adunari præcepit. Conuenientibus ergo apud Britanicum villam epiſcopis, & Bertranno iniuſtè ſibi crimen impoſitum eſſe conquerente, Gregorius ex decreto fratrum, ter inſiurandum præbuit ſe id nunquam fuiſſe locutũ, & quamuis id contrarium auctoritatibus viderent, ad ſatisfaciendum tamen regi paratũ eſt. Quamobrem adeuntes pontifices regem, dixerunt ei. Frater & coepiſcopus noſter Gregorius ſacramentis ſe innocentem oſtendit. Quid nunc de te, vel eo qui Bertranno epiſcopo fratri noſtro calumniam inflixit agendum cenſes, niſi vt communione priuemini? Quibus reſpondit rex à ſemetipſo hæc non dixiſſe, ſed à Leudaſte indicata narraſſe. Quæſitum Leudaſten nec inuentum (ipſe enim ſibi timens audientiam fugerat) Antiſti-
C tes excommunicauerunt eum: & abſentibus ne eum in communionẽ reciperent ſcripſerunt. Eo loci mirabilem patientiam regis qui aderant mirati ſunt: quia quamuis tale ſcelus de regina diffamatum foret, quod ipſi quoque ignominiam generaret, numquam tamen ita animo commotus eſt, vt quemlibet iniuſtè opprimeret: quod aliàs ſanè non conſueuerat agere. Solummodo Leudaſtem, eò quòd contra epiſcopum falſum tulerat teſtimonium excommunicatũ, ab omni ſuo iuſſit eliminari regno. Tunc Leudaſtis vniuerſas ſuas res quæ ei per beneficium regis conceſſæ fuerant, à ciuitate Turonica in † Bituricenſiũ fines aſportauit, & diu huc illucque oberrans, tandem poſt longum æui ſpatium reconciliatus eccleſiæ, & in gratiam receptus à rege, dum moneretur à pontifice Gregorio, *† al. Bituricum.*
D quatenus obſeruaret ſe à reginæ animo contra ſe turbato, paruipendens ammonitionem, dum illa in quadam oraret eccleſia ad pedes eius prouoluitur. A qua deſpectus, dum oratorium fuiſſet egreſſus, & quædam mercimonia emere vellet, vt muneribus ſibi reginam conciliaret, ab eius pueris circumuallatur. E quibus vnum gladio percutiens, à reliquis in fugã actus, in medio ponte Parrhiſiacæ vrbis, pede inter duo † ligna lapſo tibiam ſibi fregit. Vnde ſublatus, & in vnam villam iuſſu regis ad ſanandum deportatus, à miſſis reginæ inter duos veſtes effracto gutture, infelicẽ vitã finiuit. Hoc ergo exitu periit, qui vt crimen epiſcopo ſuo obiiceret, multos in vincula cõiecerat, quoſdam etiã verberibus affecerat: nec in ip- *† Tũ ergo ligne' erat pons, nõ lapide ſtrat' aut pars aliq̃ta eius reparabatur.* *Lendaſtis calumniatoris ſancti Gregorij exitus.*

Aſperius nihil eſt humili cũ ſurgit in altũ.

ſis quoque ſceleribus degenerabat. Nã de fiſcalinis ortus ſeruis, primum E
culinæ deputatus eſt regiæ: ſed quia lippis erat oculis, inde in piſtrinum
redigitur. Vbi dũ inter fermentatas maſſas ſe delectari aſſimulat, fuga ſe
ſeruitio ſubtraxit. Quam dum ſæpius reductus repetit, auris abſciſione
ſignatus eſt. Qui hanc iniuriam tegere non valens, ad vxorem Chariberti
regis ſe contulit. Cui adulationibus familiariſſimus factus, cuſtos equorum efficitur. Inde, cómitatum ſuper cæteros nactus cuſtodes, poſt mortem reginæ comitatum Turonicum à Chariberto percepit: de quo cum
ignominia, quam præfati ſumus, deiectus eſt. Riculfus verò clericus, qui

Riculfus clericus, ob falſum teſtimonium dirè flagellatus.

contra Antiſtitem proprium falſus non dubitauit eſſe teſtis, præcipiente
rege tãta ſuſtinuit flagella; vt etiãſi æreus foret, miraculũ tamẽ ſpectantibus præberet tanta patiens tormenta. Verùm à capitali ſupplicio, interuentu beati Gregorij, liberatus eſt. Qui inter cruciatus & verbera hoc F
confeſſus eſt, ideo ſe talia de regina adinueniſſe: vt, ea de regno eiecta, Clodoueus (qui ſolus ex filiis Chilperici ſupererat) à patre regnum ſuſcipiens
regnaret. Hic etenim Clodoueus ex alia vxore Chilperici natus, poſt mor-

Fredegũdis peruerſũ ingenium.

tem filiorum regis qui ex Fredegunde geniti erant, inſtigante ipſa regina,
apud Brenacum villam à patre manere iuſſus eſt, vt ſimili quo fratres
morbo deperiret. Nam apud eundem vicum dyſenteriæ tunc ſæuiebat
peſtis. Sed ille vbi mortis euaſit diſcrimen, dolos perſentiſcens nouercæ,
faſtuosè eam deſpiciens, iactitabat ſe ſolum hæredem regni relictum.
Non defuere tamen qui delatoria contra eum vſi arte, non ſolum quæ
ipſe iniuriosè loquebatur de regina, verùm & aliqua ad ipſam referrent G
mendacia: aſſerentes maleficio matris cuiuſdam meretriculæ, quæ
cum Clodoueo ſolita erat cubare, eius filios interiſſe. Regina hoc audito iracundia commota, puellam quidem cæſam ante hoſpitium Clodouei palo præcepit infigi. Matrem verò eius verberibus laceratam, vera
fuiſſe quæ dicta erant profiteri coëgit. Cùm à rege vltionem poſceret, rex
venatum profectus, filium vt ad ſe veniret iuſſum alligari fecit, & reginæ
direxit. Quem illa ſepſit in cuſtodia, interrogans rei veritatem, vel qui ex
principibus ei fauerẽt. Verùm ille nihil criminum confeſſus, amicos ſuos

Noyſy.

ſeu familiares detexit. Illa eum poſt biduum trans Matronam in villam,
Nocetum nomine, duci, & ibi in cuſtodia cultro interimi mandans, regi
per ſubintroductas inſinuari fecit perſonas, quòd ipſe ſe interfeciſſet, &
adhuc cultrum in loco vulneris perſiſteret. Quod rex audiẽs, nullum pro H
morte filij concipiens luctum, eum ibidem ſepeliri mandauit. Mater Clodouei crudeliter necata, ſororà pueris reginæ illuſa in monaſterium eſt
detruſa. Mulier quæ contra eam locuta fuerat, vt viua vreretur adiudicata; dũ mendaciũ fruſtra dixiſſe clamaret, ad ſtipitẽ ligata viuens exuſta eſt.

Comes ſtabuli.

Theſaurarius Clodouei à Cupano ſtabuli comite de Biturico retractus, &
reginæ vinctus directus, ab ipſa, rogante pro eo beato Gregorio Turonico epiſcopo, vinculis ac pœnis abſolutus eſt.

A *De Chilperici ſpectaculis: de Saluij viſione: & quæ eam ſecuta ſunt.*

CAP. XLIII.

PEr id tempus Chilpericus apud Sueſſionas & Parrhiſios circos ædificari iubens, ſpectacula populis præbuit. Sanè poſt memoratam ſynodum, dum beatus Gregorius, ad propria rediturus, cum præfato Saluio familiare colloquium in atrio domus regiæ haberet, ait ad eũ vir domini Salui⁹. Vides ne, ô frater, ſuper tectũ aulæ quę ego cerno? Cui cũ ille reſpõderet ſe nil aliud quàm tegulas, quas rex pridem ſuperponi iuſſerat, videre, rogarétq; vt ſi ipſe aliud quidlibet cerneret indicaret (æſtimabat enim illum ſolito more iocari) ille iteratò ad eum: Conſpicio, inquit, gladiũ iræ Dei ſuper hanc dependentem domum. Nec fruſtrà hæc vaticinatus eſt. Nam poſt viginti dies duo filij regis mortui ſunt: de quibus paulò pòſt dicemus. Ipſe quoque Archipræſul Gregorius vna noctium poſt matutinos hymnos, ſtrato recubans, vidit angelum Dei ſuper eccleſiam volãtem, qui clara voce dicebat. Heu heu Percuſſit Deus Chilpericum & cunctos filios eius: nec erit ex his qui nunc viuunt, vllus in regno eius ſucceſſor. Tunc enim quatuor adhuc ſuperſtites erant. Hoc tempore ſynodus apud Lugdunum congregata, multos epiſcoporum negligenter agentium coarguit.

Viſio Saluij.

B

Viſio B. Gregorij.

De benedictione quam Priſcus Iudæus reſpuit: Chilpericus expetiit, & de Eparchij recluſi obitu. CAP. XLIIII.

C

INterea Chilpericus in villa Nouigentum nominata conſiſtens, dum Parrhiſios iter ſuum deſtinauiſſet, præfatum Gregorium Antiſtitem rogabat, vt cuidam Iudæo, nomine Priſco, ſibi familiariſſimo manus imponeret. Sed reluctantem Iudæum, & ſe non credere reclamentem, inſuper & fidei noſtræ derogantem, opportuna ſatis diſputatione beatus põtifex redarguit. Cui rex, quia, inquit, ô ſancte ſacerdos perfidus benedictionem reſpuit, vtique & ipſa elongabitur ab eo. Ego verò tibi dico verbis Iacob, quibus ille contra ſe luctantem allocutus eſt angelum, Non dimittam te, niſi benedixeris mihi. Pontifex igitur benedicens regi, ac vnà cum eo cibum accipiens, ad propria rediit.

Gen. 32.

D Eo tẽpore obiit† Eparchius apud Engoliſmam recluſus, vir magnificæ ſanctitatis: qui hominem, furti gratia patibulo ſuſpenſum, vitæ reſtituit.

† *Vulgò dicitur,* S. Cibar. *Vitã eius habes to. 4. Surij de ſanctis, die 1. Iulij.*

De Theodoro Maſſilienſi epiſcopo & Lupo ciue Turonenſi: de eclipſi Lunæ & prodigioſo ſanguinis fluxu: aliíſque portentis.

CAP. XLV.

IPſis diebus Theodorus Maſſiliæ epiſcopus à Dinamio rectore prouinciæ comprehenſus iniuſtè, & iniuriis affectus, dum inde liber ad Childebertum regem properaret, iterum à Gruntranno rege capitur. Cuius clerici odio eum habentes, hoc audito res eccleſiæ inuadunt, promptua-

ria ſpoliant, de ipſo etiã pontifice crimina falsò proloquuntur. Tunc Childebertus Rex ad auunculum ſuum regem Guntrannum dirigit, mandãs partem Maſſiliæ, quam ei poſt obitum patris ſui dederat, ſibi reddi: ſin aliter, ſciret ſe eo plura amiſſurum. His Guntranno nequaquam aſſentiẽte, & inſuper vias in regno ſuo cuſtodiri iubẽte, ne quis fidelium nepotis ſui Maſſiliam adiret, Childebertus Gũdulſum ſenatorij generis virum, ſuum verò domeſticum, ducem creatum, memoratam direxit ad vrbem. Qui per Turonicam eò tendens ciuitatem, à beato Gregorio agnitus (quod matris eius eſſet auunculus) humaniſſimè diebus quinq; apud ipſum eſt habitus, ac itineris neceſſariis ſumptis eſt profectus. Cũque à Dinamio & clericis ipſi quidem introitus vrbis, epiſcopo verò Theodoro, qui iam cuſtodia ſolutus ſe ei iunxerat ingreſſus negaretur eccleſiæ; tandem aliquãdo Dinamio ſuaſerũt, vt in eccleſia beati Stephani, quæ muris vicina erat, eis collocuturus deſcenderet. Quò dum veniſſet, ab oſtiariis ipſe ſolus receptus eſt, cæteris qui eum ſequebantur excluſis, deductúſque à Gundulfo ac Antiſtite in ſalutatorium increpatur grauiter. Illis itaque qui cũ eo venerant & ſe non receptos indignabantur fugatis, Gundulfus ſeniores capi præcepit, volens eos ad vrbem deducere, vt illi portas aperirent. Interim Dinamius, agnoſcens ſe captum teneri, ad pedes eorum ruit, pollicẽs ſe portas reſeraturum, regíque ſimul & pontifici de reliquo fidem ſeruaturum. Sua igitur fide dimiſſus, ducem pariter cum pontifice, exultante omni populo, recepit in vrbẽ. Clerici ſanè, qui eo impulſore nequiter contra ſuum egerant paſtorem, dum ad domum eius ſe contuliſſent, fideiuſſores dare compulſi ſunt, vt regi Childeberto ſe præſentarent. Gundulfus autem recepta Maſſilia, & epiſcopo ſuæ ſedi reſtituto, ad regem reuerſus eſt. Dinamius autẽ ſpreta quã promiſerat fide Antiſtiti, ad Guntrannũ regẽ mittit qui dicerẽt, ſe quidem vrbẽ tradere velle, ſed Theodorũ obſtare: nec illi ciues vllatenus parituros, niſi ſacerdos alicubi truderetur in exiliũ. Quibus verbis Rex irritatus, eum ſibi vinctum exhiberi iuſſit. Sed cũ Antiſtes, ſibi metuens, non facilè egrederetur ab vrbe, euenit neceſſitas dedicandæ baſilicæ ſuburbanæ. Dũ igitur eò properaret, ex inſidiis ſubitò aduerſarij prorumpentes, clericos cæteróſque obſequentes cæſos in fugam agunt, ipſúmque equo proprio deiectum, vili imponentes iumẽto ad regem deduxere. Cui Aquenſem peruenienti ad vrbem, Pientius epiſcopus clericos ac cætera viæ attribuit neceſſaria. Porrò rex eo diſcuſſo, dũ immunem inueniſſet à culpa, multis honoratum muneribus ad ſuam reuerti imperauit eccleſiam. Qui à plebe cum lætitia receptus, inuenit eccleſiæ res ſuáſque, à clericis peruaſas. His quippe pro cauſis fœdus inter Guntrannum & Childebertum ruptũ diſcordiáque immenſa acta eſt. Veruntamẽ regibus hoc modo ab inuicem diſſidentibus, Lupus quidam ciuis Turonicus vxore defuncta, dum clericatum expeteret, à fratre Ambroſio ne id faceret prohibitus eſt, pollicente coniugem ſe eius congruam generi illi prouiſurum. Cui Rex dum ſtudet dare operam, ab adultero, qui cum coniuge Ambroſij ſtupri rem habebat, vtrique perempti ſunt:

Lupus.

Dumque

A Dumque vnus alterum Deo ſubtrahere, ac vitæ præſentis oblectamentis tradere nititur, & ſe & illum perdidit.

Hoc anno luna eclipſim paſſa eſt: & intra territorium Turonicum verus de effracto pane ſanguis effluxit. *Prodigia.*

In Syluanectenſi pago hominis cuiſdam domus, cum ille manè ſurgeret ſanguine introrſu aſperſa apparuit. Murus Sueſſionenſis diuinitus ſubuerſus eſt. Andegauis terræmotus factus eſt. Intra muros vrbis Burdegalenſis ingreſſi lupi canes deuorauerunt: ignísque per cœlum cucurriſſe viſus eſt.

De Priſci Iudæi obſtinatione & interitu. Cap. XLVI.

B EA tempeſtate Chilpericus rex, dum multos Iudæorum baptizari iuſſiſſet, & ipſe eos ex ſacro lauacro ſuſcepiſſet, nullatenus Priſcum familiarem ſuum (cuius ſuprà † meminimus) verbis ad credendum conuertere poterat. Iubens ergo eum cuſtodiæ mancipari, ab eo muneribus ſeducitur, vt daretur ei ſpacium filium ſuum Maſilienſi Hebrææ coniungendi, ac tum demum iuſſa compleret. ſed qui noluit confiteri Chriſtum, non longo pòſt tempore deſcendit ad infernum. Nam orto inter ipſum ac quendá † Patrium, ex Iudæo conuerſum, iurgio, ab eo gladio percuſſus interiit. *Priſci Iudæi perfidia.* *† Cap. 44* *† al. Patirum.*

De Chilperici, ob interfectum præſidium pontis Parrhiſienſis, in Guntrannum vltione. Cap. XLVII.

C APud pontem Parrhiſiacæ vrbis memoratus princeps cuſtodes poſuerat; vt inſidiatores de regno fratris ſui Guntranni aduenientes arcerentur. Hos Aſclepius, officio quondam ducis functus, nocte vna omnes interemit, pagúmque ponti proximum depopulatus eſt. Quapropter Chilpericus cum exercitu ſuper fratrem irruere volens, conſiliis bonorum virorum monitus reſtitit, mittens fratri legatos, vt mala ſibi illata corrigeret. Ille iuſtitiæ amator, prout monebatur agere non diſtulit. Veruntamen Chilpericus his non contentus, aliquas à fratre ciuitates auferens, nouos eis comites præfecit: præceptum dans, vt earum tributa ſuo inferrentur theſauro.

D *De tabellarij Charterius epiſcopi deprehenſis: & Theodorici ortu.* Cap. XLVIII.

HIs diebus à Nunnichio comite Lemouicino duo detenti ſunt homines, ex nomine Charterij Petrogorici Antiſtitis literas ferentes. In quibus, inter alia quæ de Chilperico continebantur maledicta, hoc etiam legebatur, quòd epiſcopus quereretur ſe de paradiſo pulſum deſcendiſſe ad infern: vtique hoc volens intelligi, quòd à regno Guntranni, in dominium deueniſſet Chilperici. Quibus regi pariter cum delatoribus directis præcipitur adduci epiſcopus, de his rationem redditurus: ſed cum non facilè conuinceretur, ad propria illæſus regredi iubetur.

Denique poſt funera filiorum, Chilperico filius naſcitur, quem ſequenti anno Parrhiſiis in Paſchali feſto baptizari fecit, Theodoricúmque nominauit. E

De legatione fœciali Childeberti ad Chilpericum.

Cap. XLIX.

PORrò Childebertus Ægidium Remenſem Archiepiſcopum, cum aliis optimatibus, ad Chilpericum patruum ſuum, confirmandi fœderis quod inierant cauſa dirigit. Ex quibus Ægidius in hunc modum legationis retulit ordinem. Pacem quam tecum, glorioſè rex, inclytus nepos tuus firmauit, petit omnino à te ſtabiliri. Fratris autem tui beneuolentia ideo vti nequit: quia partem eius ex Maſilia iniuſtè retinet, neque transfugas reddere ei vult ſuos. Idcirco ſi, iunctis viribus veſtris, vnanimes eius expugnationem adorſi fueritis, vltio debita, pro illatis iniuriis, ab eo facilè exigi poterit. Ad hæc ita reſpondit Rex. Fratris (inquit) mei culpa tam eſt in aperto, vt difficilè occultari queat. Nam ſi dulciſſimus nepos meus animo malefacta eius recenſeat (reliquis prætermiſſis) reperiet patrem ſuum fraude Guntranni interiiſſe. Quapropter & ego me ſpondeo adiutorem illi in vltionem paternæ futurum necis, quem amiſi fratrem magnæ ſi nunc viueret dilectionis. Hæc dum Rex peroraſſet, datis obſidibus fœdus ſtabilitum eſt. Continuò Chilpericus exercitum de regno ſuo commoueri præcepit, qui ciuitates fratri ſubditas obſidens, circumiacentes depopularetur agros. Tunc Berulfus, partium eius dux, cum Turonicis & Andegauis vna ex parte, Deſyderius & Bladaſtis ex alio latere cum maxima multitudine, Bituricenſes aggrediuntur. Quibus rex hoc dedit mandati, vt capta vrbe ſacramenta nomine exigerent ſuo. Sed Biturigi apud caſtrum Mediolanenſe, quod nunc † Magdunum dicitur, quindecim armatorum millia Deſyderio duci opponentes, cum eo conflixere. Reliqui duces vrbem obſidione cinxerunt. Chilpericus verò, licet nondum exercitus Childeberti aduenisſet, tamen quoſdam de eius ducibus ſecum habens, vniuerſas copias ſuas per Parrhiſios transducens, vaſtando cuncta Milidunum venit. Cui Guntrannus non dubitauit obuiam ire, in ſolo Deo ſpem habens: cuneúmque hoſtium, præ cupiditate ab aliis ſegregatum, crepuſculo noctis aggreſſus vltima labefactauit pernicie. In craſtinum, intercurrentibus legatis, frater cum fratre paciſcitur: pollicentibus vtriſque commiſſorum correctionem. Quippe Chilpericus, cum milites furto ac rapinis abſtinere moneret, nec tamen obtemperarent, comitem Rothomagenſem gladio percuſſit: ſicque reliquos coercens, ad propria reduxit, cunctam prius reſtituens prædam, captiuóſque relaxans. At illi qui Bituricos obſederant, accepto nuncio vt inde recederent, quęcunque oculi viderant, manus rapiebant, dum ad ſua redirent.

F G H

† *Vulgò Mun.*

Melun.

De vulgi

A *De vulgi in Ægidium Remenſem epiſcopum ſeditione, & Theodorici filij Chilperici obitu.* CAP. L.

CHildebertus autem omnes militiæ ſuæ quas aggregauerat cohortes dum vno in loco detinet, murmur ſubitò populi minoris aduerſus duces & Ægidium epiſcopum nocte proxima infremuit, dicentis. Tollantur à facie regis, qui regnum eius inter ſe venditant: qui vrbes eius alienæ ſubiiciunt ditioni. Hæc dicentes, manè facto ad tentorium regis properant armati, vt Ægidium interimerent pontificem. Quo cognito, ſacerdos aſcenſo equo cũ paucis fugam arripuit. Cui tam veloces timor fugienti addidit alas: vt labentem tibia faſciolam colligere non curaret. Ea
B tamen cauſa illi fuit auxilio, quòd aduerſarij equos ad inſequendum paratos non habebant: dúmque illi moram in ſequendo faciunt, ipſe ſe intra vrbem Remorum contulit. Poſt hæc Guntrannus Childeberto nepoti ſuo, partem Maſſiliæ quam inuito eo retinebat reddidit. Chilpericus quoque pro obitu filij (quem ei natum † ſupradiximus fuiſſe) graui affectus mœrore, nuptias filiæ ſuæ, quam regi Hiſpaniæ per legatos tunc deſponderat, in poſterum diſtulit. Quapropter, miſſis veredariis, legatũ qui in Hiſpaniã regrediebatur reuocauit: dicẽs ei, luctu pro morte filij grauatus, nuptias in tẽpus quod cõſtitui celebrare nequeo. Verũ legato inſiſtẽte, voluit eò dirigere filiã quam ex Audouera ſuſceperat, Deóque in monaſterio Pictauenſi tradiderat, ſed à beata Radegunde prohibitus eſt

† Cap. 48.

Vbique ſe-ſpdit Chilperici impietas. Ecce filiã ſuã ſanctimonialẽ vult matrimonio iũgere. Quæ quidẽ vocabatur Baſina: vt author eſt Greg. Tur. lib. 9. c. 39.

C *De Mummolo magiæ & veneficij inſimulato.* CAP. LI.

DVm iſta geruntur, relatio quorundam ad Fredegundem cucurrit reginam, dicentium puerum qui tũc defunctus erat, technis Mummoli ſui præfecti, per quaſdam mulierculas maleficiis & incantationibus vitam amiſiſſe. Is reginæ iamdudum erat infenſus. Quæ talia de eo audiens, rapi meretrices ad ſupplicia iubet: quę ſe fatebantur carminibus multos interemiſſe innocentes, filiumque eius pro Mummoli donaſſe ſalute. Tunc quidem regina alias earum flammis tradidit, alias rotis innexuit. De Mummolo verò conqueſta eſt apud regem: quem Rex oneratum catenis adduci, trabéque reuinctis poſt erga manibus ſuſpendi præcipiens, quid maleficij noſſet interrogabat. Sed nil ſe de morte filij regis noſſe
D dicens, hoc ſolummodo confeſſus eſt, quòd potiones præcantationéſque varias à memoratis accepiſſet mulierculis, ad promerendam regis & reginæ gratiam. Tandem depoſitus, mandauit regi ſe nil ſenſiſſe pœnarum. Ille eum maleficum eſſe proteſtatus, loris duriſſimis flagellari, ac gladio percuti imperauit, pro cuius vita regina, egrè licet, obtinuit: qui tamen non poſt multum dolore ipſorum tormentorum interiit. Regina autem aſſumens theſaurum pueri, veſtes quidem omnes igne combuſſit, aurum verò fornace conflans, terra obruit: ne quid eſſet, quod ei filium ad memoriam reduceret.

Veneficarum perfidia.

De Clerici cuiuſdam libidine & ingratitudine deteſtanda in epiſcopum ſuum. E
CAP. LII.

POrrò Etherius Lexouiæ epiſcopus clericum quendam, propter puellam quandam quam ſeduxerat, morti deſtinatum, viginti redemit aureis. Cui profitenti ſe doctorem fore literarum, ſcholam cõmittit. Sed cùm à parentibus puerorum, quos docebat ſæpe ad conuiuium vocaretur, vnius matrẽ concupiuit. Quod cùm illa caſta indicaſſet viro ſuo, & ille clericum ad ſupplicium quæreret, iterum à pontifice liberatus priſtino reſtituitur honori. Hic itaque miſer tantorum oblitus beneficiorum, dũ vna dierum pontifex ad agricultores exercitandi gratia exiſſet, cum ſecuri eũ ponè ſequebatur. Conuerſus ſacerdos & videns eũ, vt quid, ait, me cũ hac proſequeris dolabra? Tunc ille, eius prouolutus pedibus, veniã petiit, F dicens: Indulge, pater ſancte, reo facinus confitenti. Ab archidiacono nanque vt talia auderem impulſus, ter iam eleuatis ad te percutiendum manibus, ſubita tegebar caligine, validòque arripiebar tremore: At vbi depoſueram manus, confeſtim & viſus & vigor redibat priſtinus. Quod vbi Antiſtes audiuit, Deo gratias agens, illum hæc tacere iuſſit, ſéque ad domum contulit. Verùm Archidiaconus perpendens per alium ſe non poſſe nocere epiſcopo, per ſeipſum calumniam fingit: Aſſerens ſe vidiſſe mulierem à cubiculo pontificis egredientem: ſtatímque cum iam dicto » clerico irruens, epiſcopum vinciri imperat. Alligatur pontifex eius mani- » bus, de cuius ſæpe brachiis vincula deiecerat, atque ab eo mancipatur cu- G » ſtodiæ, quem ſæpius cœnoſo eduxerat de carcere. Interea cernens epiſco- » pus humanum ſibi deeſſe auxilium, precibus opem implorat diuinam. Itaque diuinitus ſolutis vinculis, cuſtodibúſque ſopitis, fugiens è cuſtodia ad regem tranſiit Guntrannum. Tandem aduerſarij inuenta occaſione, regi Chilperico ſuggeſſerunt, illum proditorem regni eſſe. Verùm populus pro paſtore mœſtus, direxit qui regem pro reducendo eo exorarent. Chilpericus ergo miſit ad fratrem; vt pontificem ad ſuam dimitteret vrbem, dicens ſe nil offenſæ in ipſo reperiſſe. Guntrannus autem multas epiſcopo tribuens pecunias, ad propria eũ remiſit, datis ad Antiſtes regni ſui epiſtolis, vt illũ muneribus honorarent. Qui iter faciens tanta à fidelibus ſuſcepit munera, quanta vix ciuitati inferre ſuæ quiuit.

De Clotharij filij Chilperici ortu: partis Maßiliæ per Mummolum reſtitutione & Chilperici metu. CAP. LIII. H

IN illis diebus Chilperico denuò natus eſt filius, nomine Clotharius. Quapropter vniuerſos carceres in regno ſuo Chilpericus aperiri iuſſit, & diuerſorum reos criminum abſolui. Verũ idem Rex Parrhiſios vrbem, contra pactum quod cum Francis inierat (ne ſcilicet iure dominantis aliquando in eam ingrederetur) violenter intrauit: ob quam rem portionẽ eiuſdem ciuitatis, quæ eum contingere videbatur, iuſtè amiſit.

Mummolus partem Maſſiliæ quæ ad Guntannum ac Childebertum competebat

A competebat,à ſe peruaſam reddidit. Chilpericus, metuens Guntrannum & Childebertum contra ſe conſpiraſſe,apud Camaracum theſauros,omnéque defenſionis ſuæ præſidium,conſtituens, exercitum ſæpe mouebat, & ac ſi ad prælium progreſſurus,in papilionibus reſidere faciebat.

De Innocentio Rotenorum & Sulpitio Biturigum epiſcopis:deque Roſarum præmaturitate & arboribus biferis.

CAP. LIIII.

THeodoſio Rotenorum epiſcopo defuncto, Innocentius, Gaualitanorum comes,per decretum Brunichildis reginæ ſucceſſit.

B Remigio quoque Biturigum præſule decedenti, Sulpitius à Guntranno rege ſubſtituitur: dicente præfato principe multis epiſcopatus competitoribus,Non eſt(inquit)noſtræ conſuetudo manſuetudinis, eccleſias Chriſti pretio vendere: ne nos damnatione digni, & vos mago Simoni ſimiles videamini. Et hoc quidem Rex dignum memoria protulit verbum.

Att. dictũ memorabile Guntranni regis.

Hoc anno roſæ viſæ ſunt menſe Ianuario; & arbores quæ menſe Iulio fructus protulerant,iterum menſe Septembri alios protulerunt.

Idẽ ſcribit Greg. Tur. lib. 6. c. 33 Roſæ & fructus arborũ alieno tẽpore.

De Filiæ Chilperici regis per legatos deſponſatione.

CAP. LV.

C IN dicti menſis Septembris Calendis, Childericus filiam ſuam Hiſpanorum regi,hoc ordine per legatos deſpondit. Veniens Parrhiſios, Fiſcalinorum multos à parentibus ſegregatos,cum filia Hiſpanias petere vi compellebat. E quibus aliqui vitam ſibi laqueo extorſerunt,ne à propinquis quoquam ſecederent. Multi etiam violentia illuc ire coacti, teſtamenta condiderunt,quaſi in proximo vita carituri. Taliſque tunc luctus Parrhiſiacis erat incolis, qualis quondam fuit Ægyptiis interemptis primogenitis. E legatis ſanè Childeberti (quos ad Chilpericum direxerat, obteſtans,ne de theſauris ciuitatum quas ſibi præripuerant,vel de mancipiis, quicquam filiæ tribueret) vnum clàm interemptum fuiſſe ferunt. Suſpicio erat Chilpericum eius necis fuiſſe authorem: qui tamen per reliquos nepoti mandans,nil ſe ex vetitis præſumpturum,multa ex ſuo filię largitus eſt. Quinetiam regina tanta in auro, argento, variiſque veſtibus protulit munera,vt Rex exiſtimaret ſe inopem relinqui. Cernens illa turbari propter hoc regem, ad circunſtantes Francos,ita vt Chilpericus audiret,ſic locuta eſt: Nullus (inquit) noſtrum autumet hæc regalium eſſe ornamenta theſaurorum. Quædam enim ipſe princeps mihi dotis nomine contulit,quædam proprius labor adquiſiuit,aliqua veſtra munificentia tribuit. Hac ſatisfactione ſuſcepta,intentio regis quieuit. Francorum quoque primores filiam regis clariſſimis ditauere donis. Tanta denique theſaurorum fuit copia,vt ſex plauſtra his onerata eam præcederẽt. Quæ

Hæc Rigũdis dicebatur vt infrà. c. 59.

D

digrediens ab vrbe Parrhiſiorum poſt oſcula & lachrymas parentum, E
dum curru veheretur, in ipſo portæ limine effracto vnius axe rotæ, ad terram corruit. Cui cùm plurimi malam optarent horam, populus hoc pro auſpicio ſuſcepit. Dum octauo denique ab vrbe miliario tentoria fixiſſent, quinquaginta viri, raptis centum equis cum eorum aureis phaleris, ad Childebertum regem ſe contulerunt. Vnde metuens Chilpericus ne aliquæ inſidiæ pararentur filiæ à nepote ſuo vel fratre, quatuor milia armatorum eius deputauit tuitioni, quibus Bobo & Vvado duces præerant. Præcepit etiam vt de ſubſtantiis pauperum: neceſſaria eis in itinere ſubminiſtrarentur: ne fiſci reditus aliquo modo minuerentur. Hac igitur cum pompa, cúmque vtriuſque ſexus multimoda familia, Hiſpanias petiit Chilperici regis filia: ij verò qui eam deducebant, cuncta per F
quæ ibant vaſtata linquebant.

De Fredegundis aſtu & illecebris, & Chilperici obitu ac moribus: déque Aurelianorum cum Bleſenſibus in Dunenſes expedione CAP. LVI.

ERat autem præfata Fredegundis forma egregia, conſilio callida, dolis (excepta Brunichilde) parem non agnoſcens. Quæ addicto ad ſuas libidines Chilperico, ita mentem eius cupiditate ſui obſtruxerat: vt fœmineas vincere non præualens auiditates, quaſi vile mancipium inſolentiæ muliebri obſequeretur. Dum igitur impenſo eam diligeret amore, quadam die, venatum profecturus, è regia in ſtabulum deſcendit equorum. Regina verò æſtimans regem iam progreſſum, in interiori cubiculo G
caput primum aquis parabat abluere. Rex ergo iterum in regiam regreſſus, cubiculum poſt illam intrauit, & eam, vt iacebat, ſuper ſcamnum accliuem baculo in poſterioribus, ludens, percuſſit. Illa autumans Landericum hoc feciſſe (qui comes tunc & Maior domus erat regiæ, conſueuerátque cum regina ſtupri habere conſuetudinem) ait: Vt quid Landerice talia facere præſumis? Illicò Rex, ac ſi amens effectus, vbi hæc audiuit in ſuſpicionem deductus, indignatione nimia furens, animíque impos, exiliit, fugiens turpis corruptelæ contagia: nec furentem capiebat aula. Itaque ſyluarum ſecreta petiit, vt venatibus intentus, tantam animo conceptam leniret iracundiam. Cognoſcens verò regina non æquo animo regem verba tuliſſe ſua, & periculum ſuæ imminere ſaluti, ſi eum opperiretur venturum, timorem abiicit, fœmineámque audaciam aſſumit: & H
mittens vocari iuſſit Landericum, cui & dixit. Res capitis tui Landerice nunc agitur: plúſque tibi de ſepultura quàm de lectulo, niſi caues, in proximo cogitandũ erit. Narrauítque ei cũcta quę dicta ſeu geſta fuerãt. Quibus agnitis, Landericus reputare ſecum ſcelera ſua ipſe cœpit, & conſcientiæ ſtimulis exagitari: nullum fugæ locum nec euadendi ſubſidium ſibi relictum: circumuentum velut quibuſdam retibus & captum teneri. Denique ingemiſcens altius, Væ (inquit) diei, quo in tantam cordis amaritudinem deueni: diſcrutior miſer animo, & quid agam vel quo me vertam ignoro. Cui Fredegundis, Auſculta (ait) paucis: & quid ego te facere velim,

A & quid nobis profuturum ſit, ſcies. Reuertente rege de venatione (vt ei mos eſt) ſub obſcura nocte, immittantur homicidæ, qui præmiorum pollicitatione contemptum ſumentes vitæ lethali eum perfodiant vulnere. Quo facto, nos ſecuri à mortis periculo, cum filio regnabimus Clothario. Laudat Landericus conſilium, & reuertentem de ſylua Chilpericum, his qui cum eo venerant alio intentis, circumſtantes qui miſſi fuerant præcepto ſatisfaciunt, atque deſilientem equo opprimunt, clamantes, inſidiatores à Childeberto rege Auſtraſio directos dominum ſuum interemiſſe, & ſe in pedes quantocyus ſyluam verſus dediſſe. Quo audito, qui aderant arreptis equis, quos non videbant inſequi conati ſunt. Quos cùm minimè inueniſſent ad propria ſunt reuerſi. Madalulfus Syluane-

Chilperic⁹ rex perfidia vxoris Fredegũdis interficitur.

B ctenſis epiſcopus (qui iam tertia die in tentorio reſidebat, & regi minimè colloqui poterat propter faſtum ſuperbiæ, qua idē rex tumebat) vt eum interfectum cognouit, aduenit, ablutóque eius corpore & veſte meliori circundato, naui impoſuit: & à Calenſi villa, vbi hæc acta fuerant, Parrhiſios deducēs, in baſilica ſācti Vincētij ſepeliuit: quam ipſe immunē ab omni ciuili negotio, tā in eundo, vel redeundo, vel negotia exercēdo, per totas regni ſui prouincias regali præcepto, tempore Abbatis Scubilionis effecerat: necnon & duas poſſeſſiones in pago Caturcenſi ſitas (quarum altera Ipiac us, altera autem Adiacus dicebatur) tēpore Droctouei Abbatis, per ſyngraphũ ibi contulerat. Fuit verò Chilpericus gulæ deditus: cuius deus vēter erat. In cuius tempore pauci clerici ad epiſcopatũ ſunt promo-

Ea nunc eſt S. Germani à Pratis.

Chilperici Regis vitia. quæ pariter Gre. Tur. l. 6. c. vlt. cōmemorat, adiiciēns hũc fuiſſe ſui temporis Neronē et Herodē.

C ti, ipſo neophytis eccleſias contradente. Ipſe nanque omnes ſui temporis ſapientes ſcientia ſe anteire exiſtimans, cōpoſuit duos libros imitari Sedulium volens. In quibus plurimi verſus † Scazontes erant: breues quoque ſyllabas pro longis, lōgáſque pro breuibus continebant. Cumque & alia opuſcula, vel hymnos, ſiue miſſas cōponeret, quæ nulla poterant ratione ſuſcipi, cum ipſis etiam memoratis ſuperius libris à memoria aboliti ſunt hominum. Cauſas pauperum non facilè ad ſe ingredi ſinebat. Eccleſias ſeu monaſteria hoſtili odio inſectabatur; adeò vt plerúnque in palatio reſidēs aſtātibus ſibi diceret. Ecce, diuitiæ noſtrę ad eccleſias tranſierũt: ſoli nunc epiſcopi regnant: ſolis eis defertur honor. Sacerdotes etiam domini ſibi in fabulam verterat & in prouerbium. Quid autem plura de eius prauis recēſemus moribus? Nullum denique vnquā perfectè dilexit: à nullo

† Σκάζω Claudico. Scazontes verſus, id eſt, claudicantes, qui numeris ſuis nō perficiuntur.

D dilectus eſt. Hoc modo periit inuiſus ſuis, nec amabilis extraneis.

Defuncto Chilperico, Aurelianenſes iuncti Bleſenſibus expeditionem ſuper Dunenſes agentes, eos inopinatè oppreſſerũt, res eorũ mobiles auferentes, immobiles igne cremantes. Sed eis ad ſua redeuntibus, Carnotini cum Dunenſibus fœderati, ſimilem per omnia vltionis inflixerunt plagam, par pari referentes: & cùm in maius ira augmentaretur, interuenientibus vtriuſque partis comitibus pax facta eſt.

De Fredegundis & Theſaurariorum Chilperici profugiis. E

Cap. LVII.

Templum diuæ virginis apud Parrhiſios. Chelles. *Miſſorius aureus, eſt ſuppellex aurea quæ vulgo,* le Buffet, *dicitur.*

INterea Fredegundis regina marito viduata, ad baſilicam Parrhiſiacæ vrbis in honore ſanctæ Mariæ dicatam, cum Theſauris quos ſecum habebat, ſe conferens, à Ragnemodo ſuſcipitur epiſcopo. Nam theſaurarij Chilperici regis cum theſauris apud Calam vicum repertis, cúmque miſſorio aureo quem idem Rex magnis fabricarat impenſis, ad Childebertum regem ſe contulerunt. Porrò eadem regina prudenti conſilio vſa, ad Guntrannum regem legatos direxit: mandâns, ſe cum filio, quem ex Chilperico fratre ipſius ſuſceperat, in clientelâ illi velle F tradere. Guntrannus, de fratris interitu veris indiciis certior factus, Parrhiſios ſummo ſtudio contendit. Occurrit autem ei Fredegundis, & eum intra vrbem recipit. Poſt quem Childebertus adueniens, dum à ciuibus ingreſſus ei prohiberetur, ad patruum mittit, poſcens vt pactum quod dudum inierant, rectius firmaret. Verùm memoratus princeps ipſos quidem legatos perfidiæ redarguit, quòd eorum prauis conſiliis amicitia olim cum nepote iuncta dirempta foret: ſe verò cum eis fœdus non facturum reſpondit. His Childebertus ſibi nuntiatis, iterum mandauit vt ſe de regno Chariberti, quod ſibi debebatur, remoueret. Reſpondit ille ſibi magis deberi, qui frater defũcti erat: nec ſe vllo modo fraternam hæreditatem alteri ceſſurum. Rurſum alios nuncios mittens Childebertus G rogabat, vt Fredegundis ſibi ad ſupplicia traderetur; quæ patrem cum patruo maligno peremiſſet ingenio. Reſpondit ille, in proximo placitum cum nepote ſe habiturum, ibíque de his & ſimilibus tractaturum: eóſque ei à quo directi fuerant remiſit: Occulte nanque Fredegundi videbatur patrocinari. Quam dum ſæpius ad conuiuium euocaret, vna dierũ è medio prandio regina ſurgens à rege inuitabatur, vt aliquid cibi adhuc ſumeret. Sed illa (iuxta conſuetudinem mulierum) ſibi accidiſſe dicente, vt pro conceptu ſurgeret, Rex ammiratus eſt, ſciens nondum quartũ præteriiſſe menſem ex quo alterum pepererat.

De Clotharij filij Chilperici per principes inauguratione, deque Guntranni plauſibili ad populum concione. Cap. LVIII. H

PRincipes ſanè Chilperici (è quibus Anſoaldus primus erat) acceptum filium eius Clotharium per ciuitates regni eius circunduxerunt: & ſacramenta ex nomine ipſius atque Guntranni ſuſceperunt. Guntrannus verò vniuerſos quos Chilpericus iniuſtè oppreſſerat, releuans, eccleſiis teſtamenta ab eo ablata reſtituit. Sed ſuſpectus, hominum inter quos venerat malitia, nuſquam niſi armis cuſtodibúſque vallatus progrediebatur. Vnde quadam die in eccleſia facto ſilentio, circunſtantem populi multitudinem hac voce rogauit: Obſecro (inquiens) vos qui adeſtis populi, vt firmiorem quam fratribus meis ante hoc non ſeruaſtis, mihi fidem cuſtodiatis:

A ſtodiatis: quatenus valeām cum quiete nepotes enutrire meos, vóſque cũ iuſtitia regere: ne fortè (quod Deus auertat) me ante tempus ſublato, & ipſi careant nutritore, & vos rectore. Cúmque eius verba ammirans populus laudaſſet, Dominum pro eius rogabat ſalute.

Concio popularis.

De Rigundis detentione & dotis eius occupatione. Cap. LIX.

DVm hæc agerentur, Rigundis Chilperici regis filia (quam ad Hiſpanias miſſam fuiſſe † diximus) Tholoſam veniens, moras itineris ibi innectere cœpit. Sed perlato ad aures Deſyderij vrbis ducis de morte Chilperici nuncio, capta, ac theſauris omnibus ſpoliata, in baſilicam ſanctæ Mariæ confugit. Cui Deſyderius arctum conſtituens victum, theſaurum ſigillo munitum, in quadam domo fortiſſimis tradidit viris cuſto-
B diendum, & ipſe ad Mummolum † Auinione reſidentem tranſiit.

† Cap. 55.
† al. Auēnone.

De Theodori Maßilienſis qui pſeudofratrem Guntranni extulerat multâ: & prodigiis eius anni. Cap. LX.

NOua iterum contra Theodorum Maſſiliæ pontificem iurgia ſunt orta: eò quòd Gundoaldum quendam, qui ſe fratrem Guntranni falsò aſſerebat, ſuſcepiſſet. De cuius origine pauca diſſerere libet. Hic denique Gundoaldus in Galliis natus, moréque regum à matre ſua enutritus (vti cõſuetudo antiquis Franciæ fuit regibus) capitis comam gerebat profuſã. Oblatus itaque à matre Childeberto ſeniori eſt, dicente ea quòd Clotharij fratris eius filius eſſet: ſed quia Clotharius eum odio habebat,
C ideo ad ipſum (cuius nepos erat) delatum vt ab eo educaretur. Quẽ Childebertus, expers filiorum ad educandum ſuſcepit, poſcẽtíque Clothario videndum tranſmiſit. Ille intuitus eum, incidi eius præcepit capillos, hũc ſuum negans filium fuiſſe. Poſt obitum quoque eius dum à Chariberto eius filio loco fratris aleretur: à Sigeberto euocatus, iterum inſciſſis crinibus Coloniæ in cuſtodiam truditur. Vnde fuga elapſus, ſuccreſcentibus capillis primum ad Narſetem Italiam tunc gubernantem, indéque ad imperatorem tranſiens familiariſſimus ei efficitur. Lapſo ſanè pauci temporis interuallo, Guntrannus Boſo (cuius ſuprà meminimus) ad ſepulchrum domini orationis gratia properans, eum Conſtantinopoli repperit. A quo, vt ipſe poſt aſſeruit, ſolicitatus ad
D Gallias rediit: & à Theodoro epiſcopo Maſſiliæ exceptus, ſumptis ab eo equis ad Mummolum ducem, qui à Guntranno rege deſciſcens Auinionem confugerat, ſe confert. Quod Guntrannus Boſo agnoſcẽs, eius ſe velle conatibus contraire aſſimulans, Theodorum epiſcopum in cuſtodiam poſuit, arguens eũ inſidiatorẽ regni auſum fuiſſe ſuſcipere. Sed põtifice ſub duris cuſtodibus dominũ exorãte, lux immẽſa totã ſubito in qua cuſtodiebatur repleuit cellulã: ita vt dux memoratus nimio arriperetur timore. Ductus tamen Antiſtes ad Guntrannũ regẽ, cũ Epiphanio Antiſtite (qui ex Italia Maſſiliã demigrauerat) iterum mancipatur cuſtodię. In qua quidẽ Epiphanius obiit, Theodorus verò innoxus repertus ad ſua rediit.

Gundoaldus.
Priſci Frãcorum reges comati.
Eadẽ Gre. Tur. lib. 6. cap. 24.
Theodor⁹ epiſcopus Maſſiliẽſis.

Nam prolatis literis ex nomine fidelium Childeberti, quibus inſcriptum erat vt Gundoaldum honorificentiſſimè exciperet, abſolutus eſt. Guntrannus ſanè dux cum alio duce Guntrannti Regis, theſauros Gundoaldi (qui ad quandam maris inſulam, euentum rei præſtolando demigrauerat) diuidens, non paruum auri ac argenti pondus in vrbem Aruernorum deuexit. Ex qua ad Childebertum demigrans, in redeundo à Guntranno rege cum filio captus minis ab eo terrebatur: quódque pœnis pro inuitato à ſe Gundoaldo conſumeretur, interminantem ſæpe audiebat. Cui ille, Ex hoc, inquam, me innocentem comprobabo, cùm, filio in obſidatum tradito, Mummolum eius fautorem ingenio captum tibi tradidero. Credidit Rex pollicenti, & retento puero ipſum ſiuit abire. Qui Auinionem cum copioſa ſuorum manu vallans vrbem, quibuſdam ſatellitibus Rhodano ſubmerſis, ipſe, colloqui Mummolo cupiens, ſuper ripam brachij fluuialis, quo ciuitas cingitur, deambulat. Hortatu denique Mummoli (ſpondentis nil aduerſi eum paſſurum) flumen cum vno ex amicis ingreſſus, ſocio aquis ſubmerſo, Boſo vndis ſe huc illucque circunferentibus, haſtam à milite ſibi protenſam arripiens, ereptus eſt. Demum illatis ſibi à Mummolo conuiciis, & grauioribus illi à ſe relatis, dum eum obſideret, Gundulfus (cuius ſuprà meminimus) miſſus à Childeberto, eum ab obſidione remouit, Mummolum ſecum deducens in Aruernum. Qui diu ibi faſtidiens reſidere, ad ſuam, vnde digreſſus fuerat, rediit ciuitatem: iunctuſque duci Deſyderio, qui ad eum (vt diximus) de pago venerat Tholoſano, euocatum Gundoaldum (more antiquorum Francorum) regem proclamantes eſſe ſuum, eleuauerunt eum clypeo. Cumque tertiò totum cum eo circumiſſent exercitum, clypeus repentè ruens cum rege, vix à terra eleuari potuit.

Gundoalſdus ab exercitu rex declaratur.

al. eleuauerunt ſuper eũ clypeum.

Erat dum talia agerentur menſis decimus: apparuerũtque in vineis pãpini cum vuis ad plenum formatis, & in arboribus flores.

Prodigia.

Pharus quoque ignea, per cœlum nocte currens media, latè mundum luce luſtrauit clara.

Columna etiam ignis cælo pendere viſa eſt: cui ſuperpoſita erat ſtella magna, quàm æſtimabant homines interitus Gundoaldi eſſe indicem, cùm & terra tremeret, ac alia multa apparerent ſigna.

De Guntranni cum cohæredibus regni concertatione.
Cap. LXI.

IN illis diebus Guntrannus rex duces ſuos ad peruadendas vrbes quas Sigebertus de regno Chariberti fratris amborum tenuerat, quáſque Chilpericus Childeberto nepoti ſuo, ex fratre Sigeberto genito, vi præripuerat, direxit. Veruntamen Cariricus, comes partium Childeberti, poſt mortem Chilperici ſacramenta fidelitatis à Lemouicinis, domini ſui vice, exegerat. Cæterum Pictauos paria acturus veniens, à ciuibus cum gratia ſuſceptus, audiuit Bituricos, qui regi parebant Guntranno, hoſtiliter in Turonicos irruiſſe: quoniam & ipſi quidem iam ſe ad Childebertum contulerant.

A contulerãt. Idcirco Bituricenſibus territoriũ Turonicũ depopulantibus,
Maroilenſis vici eccleſia, ſácto Martino dicata, ab eis eſt cremata. Vbi cuidẽs apparuit virtus beati cõfeſſoris, pallã altaris cũ circũiacentibus herbis
à flamma defendentis. Mirabile dictu, trabes ingentes igne fuiſſe combuſtas, & molliciem linthei ſeu herbarum manſiſſe intactã. Cognoſcẽs ergo
Garincus quæ agebãtur, miſit qui Turonenſibus denuntiarẽt, ne vllatenus
ad partem Guntranni transferrent. Ad quæ mãdata, Gregorius epiſcopus
hæc reddidit reſponſa. Guntranno regi, poſt fratrum obitum, omne regnum Francorum eo iure deberi, vt quemadmodũ Clotharius pater eius
ſuper proprios filios, ſic Gũtrãnus ſuper nepotes ſuos principaretur. Non
igitur ſe repugnaturos: ſed ipſũ quoque ineptè agere ſe dixit æſtimare, qui
B putaret tanto principi ſe poſſe repugnare. Videns comes non qualia
ipſe voluerat, ſed qualia mandauerat rex, à Turonenſibus geri, relicto
in vrbe Pictauorum Eberone Childeberti regis cubiculario, ipſe quaſi exercitum contra inimicos congregaturus exinde diſceſſit. Tunc Pictaui
fines ſuos vaſtari cernentes (nam Turonici cum Aurelianenſibus, & ſæpe nominatis fœderatis hoſtibus, agros eorum rapinis ac incendio ſubuertebant) legatos eis de pace miſerunt: petentes, vt vſque ad placitum, quod patruus cum nepote conſtituerat, quieſcerent: & tum
demum illum quem Deus ſorſque dediſſet dominum eſſent habituri. Sed
illis reſpondentibus petitiones eorum non ſe præpoſituros, regis præceptis, coacti Pictaui, ſacramento ſe fideles Guntranno fore ſponden-
C tes, fautores Childeberti à ſuis pepulere mœnibus. Nec tamen hæc facientes diu in fide durarunt. Tandem adueniente die, colloquio regum
præfinito, Childebertus, mãdat Ægidio Remenſi archiepiſcopo legatione
fungi apud patruum. Qui nil moratus, ad Guntrannum pergit, hócque
initium ſermonis, ad demulcendum principem habuit. Gratias, inquit,
præcellentiſſime regum, omnipotenti referimus Deo, qui tibi non ſolum
regni tranquillitatẽ, verũ & augmentũ quotidie attribuit. Cui rex: Illi, ait,
verè ſunt gratiæ referendæ, qui omnium eſt benigniſſimus gubernator
regnorum, non tibi cunctorum nequiſſimo hominũ, cuius conſilio mearum ſunt vaſtati fines vrbium: qui ſub veſte ouina non domini ſacerdotis,
verùm crudeliſſimi geris officium proditoris. Silente ad iſta ſacerdote,
præ nimia indignatione vnus legatorum ait regi. Mandat tibi glorioſiſ-
D ſimus nepos tuus, dominus noſter childebertus Rex, vt patris eius hæreditatem illi ad integrum reformes. Ad hæc Guntrannus Rex reſpondit. Iam
me ex hac cauſa reſponſo ſatis feciſſe arbitrabar: Reſponderam enim in
alio placito, quod & nunc reſpondebo, pactionibus ea mihi ceſſiſſe, nec
me vlli eis ceſſurum niſi gratia amicitiarum. Tunc alter è legatis his ad
regẽ vſus eſt verbis. Si hæc, inquiẽs, optimè princeps, difficilia tibi vidẽtur
impetratu, ſaltẽ illa impetret, vt Fredegundis ei ad ſupplicia dedatur, quæ
patrẽ eius cũ patruo nefãdiſſimè interemit. Huic quoq; Rex hoc reddidit
reſponſum. Tradi ei, dicens, nullatenus poteſt, eò quòd filium regem
ac rege genitum habet: & eam innocentem à crimine quo impetitur eſſe

puto. Poſt hæc Guntrannus Boſo qui dudum (vt prædictum eſt) ad Childebertum tranſierat,& tunc cum legatis ibi aduenerat, quaſi aliqua regi Guntranno ſuggeſturus,ad eum acceſſit. Iubet Rex ſilere atque eum huiuſmodi præuenit ſermone. Quid ais ô bone vir, cuius pruden rex ideo orientis expetiit regna,vt nobis Ballomirē quēdam(ſic nanque rex nominabat Gundoaldum) inde arceſſeret, qui vrbes noſtras peruaderet? O ſemper perfide, & nullo modo in his quæ promiſeris permanens. Reſpondit ad iſta Boſo: Tibi inquiens,regi in ſolio regali reſidenti,nemo audet contradicendo obloqui: veruntamen ſi quiſquam meorum æqualium iſtud mihi impingeret crimen,obiecta armis refellens, Deo opituláte & te ſpectante, eum potenter ſuperarem. Tacentibus interim cæteris, Rex ſubiunxit. Cunctos piè viuentes hoc indignari oportet,ac conari vt è medio auferatur hominum tyrannus hic: cuius pater procurator fuit regalium molendinorum,&(vt verius fatear) lanæ opificio vitam produxit ſuā. Et quamuis fieri poſſit, vt vnus homo vtriuſque ſit artis peritus: propter opprobrium tamen regis, quidam ex legatis calumniari cœpit, dicens. Ne loquaris tam incultè, ô Rex: nam qua ratione poteſt exiſtere, vt cuiuſlibet hominis ſint duo patres, re ſpirituali excepta? Non ſunt hæc regiæ dignitati congruentia verba. Vniuerſis igitur pro his ſermonibus in riſum ſolutis,alius legatorum dixit regi, Valedicimus tibi ô Rex,& quia nepotis tui pacem aſpernaris,ſcito ſecurim fore paratam qua fratres percuſſi ſunt tui,vt ea excidaris. His dictis iuſſit rex eos à conſpectu ſuo pelli, ac ſuper capita recedentium ſtercora de plateis collecta proiici. Pro tanta igitur iniuria vehemens inter reges diſcordia exorta eſt.

E F G

Guntranno Boſoni Gūtranus rex exprobrat ignobile genus.

Legati nimis ſuperbe loquuti, opprobriis & ſtercore afficiuntur.

De Fredegūdis reginæ in Aſylo Parrhiſienſi ſæuitia per Audonem inflammata.
CAP. LXII.

PEr idem tempus, Leonardus quidam optimatum Chilperici à partibus Tholoſæ aduenicns, Fredegundi reginæ adhuc in maiore eccleſia Parrhiſiaca reſidenti intimauit, ſe fuga lapſum ab eius filia †: quam affirmabat in magna victus ac veſtitus degere inopia. quibus verbis regina indignata, præcepit ab eo auferri balteū quem ex munere memorati meruerat regis,ac omni priuari dignitate. Simili modo multos ab obſequio filiæ recedē tes vel honore priuauit,vel contumeliis ſeu pœnis affecit. Nec verebatur dominum,aut eius genitricem,in cuius manebat Baſilica dum peruerſa ageret,adhærente ei Audone, ſuo in malis omnibus cooperatore: quem populus tunc peremiſſet,niſi in eccleſiam confugiſſet. H

† Rigunde.

De Prætextati Epiſcopi Rothomagenſis reſtitutione. CAP. LXIII.

PRætextatum ſanè Rothomagenſem pontificem, de exilio mandauit Guntrannus rex reduci. Propter quē cùm ſynodum vellet rex congregare, Ragnemodus Parrhiſienſis. Antiſtes dixit à ſacerdotibus nequaquá cum communione fuiſſe priuatum,nec eſſe neceſſe ideo epiſcopos vocari. Sic demum Prætextatus vrbi reſtitutus eſt ſuæ.

De

A *De diligenti Guntranni cuſtodia ſui, & Fredegundis in agrum perfugio, & fraude.* Cap. LXIIII.

INterea cùm morante Rege apud vrbem Parrhiſiacã, adueniens quidam pauper ſuggeſſiſſet ei, vt ſe à Faraulpho Chilperici quondam cubiculario obſeruaret, dicens ſe cõſilium eius, quod de perimendo rege conceperat, compertum habere: audito hoc rex interrogatum quidem & negantem dimiſit, ſe verò ita armis & cuſtodibus muniuit: vt nuſquam, nec ad eccleſiam quidem, ſine armorum aut cuſtodum munimento procederet. Fredegundem autem in Rotoialenſem, Rothomagenſis territorij vicum, ad peragendum quod ſupereſſe poterat vitæ, direxit. Quam multi optimatum Chilperici proſecuti, eam inibi cum Melanio (qui Prætextato depulſo, ab ea ſubrogatus, ac poſt reuocato, à Guntrãno reiectus erat) reliquerunt, promittentes ſe filio eius Clothario fideliter parituros. At illa exortem ſe honoris, & relictam indignata, & Brunichildem potentiorem (vt erat) æſtimans, Olericum quendam fallendi dolis inſtructum ad eam dirigit: quatenus ſimulando ſtrenuum famulatum, occultum mortis inferret ictum. Qui dominæ iuſſis obtemperans, fingit ſe crudelitate Fredegundis offenſum, ad Brunichildis properaſſe conſpectum: quòd audierit eius benignum in omnes affectum. Tandem in partem ſuſceptus amicitiarum, omnibus adulabatur, dominam etiam vſque ad cubiculi deducens ianuam, coæqualibus ſe præbens beneuolum, maioribus ſubiectum. Sed non diu, quis eſſet ſuſpitione imminente valuit tegere: nanque quæſtioni ſubditus, prodidit omnia malignitatis arcana, & diris affectus ſuppliciis ad priorem remiſſus eſt dominam. Cui quæ ſibi accidiſſet enarrans, vt quaſi ſuſpicio auferri ab animo Brunichildis poſſet, re autem vera vt pœnas pro non perpetrato lueret ſcelere, manuum ac pedum abſciſione ab ea eſt mulctatus.

B

C

De Eberulfi punitione, & in beatum Gregorium Turonenſi ſimultate, & Guntranni geſtis. Cap. LXV.

INteriectis diebus Guntrannus rex Cabilonas regreſſus, fraternæ necis authorem ſollicitè inueſtigans, per reſponſales Fredegundis, Eberulfum, in palatio Chilperici cubiculariis præpoſitum, eius ſceleris cognouit eſſe caput. Rogatus verò ab ea idem Eberulfus fuerat, ne ipſam deſereret. Qui dum conſenſum ei denegaſſet ſuum, ob id apud regem accuſatus eſt ab illa. Rex igitur, felle commotus, circumſtantibus amicis iurauit, ſe non ſolum homicidam, verùm cunctam eius perditurum generationem: quatenus auſus interficiendorum Regum, de regno tolleretur Francorum. Hoc terrore perculſus vir ſuprà nominatus, ad baſilicam ſancti Martini, cum clericis quibus frequentes intulerat iniurias aufugit. Tunc Aurelianenſes cum Bleſenſibus, ad cuſtodiendum ne exinde vſpiam dilaberetur, iuſſu regis alternas ſortiti vices, in eundo ac redeundo multas agebant prædas. Dumque duo,

D

qui multas iam dicti rapiebant confeſſoris, ad domum cuiuſdam ruſtici potum petituri aduenıſſent, & ille ſe habere negaret: vnus eorum protenta haſta, vt eum percuteret, ab eo ictu gladij peremptus eſt, alter caſu ſocij perterritus, aufugiens quæ malè peruaſerant reddidit. Poſt hæc facultas omnis Eberulfi, quæ multa erat valde, diuerſis à rege conceſſa. Domus quoque, quam intra muros poſſidebat Turonicos, adeò direptioni tradita eſt, vt nihil niſi nudi ſupereſſent parietes. Pro his itaque cauſis calumnias ſancto Antiſtiti inferebat Gregorio, quaſi cuncta eius gererentur conſilio: minabaturque quòd ſi vnquam Regis rediret in gratiam, ſimilem ei retribueret viciſſitudinem. Verùm Antiſtites plus clementia pro eius miſeriis, quàm indignatione pro illatis ab eo commouebatur iniuriis. Cúmque foret eidem miſero domicilium in ſancti Martini ſalutatorio, & à preſbytero (cui ſeruandi oratorij cura delegata erat) reliquiæ clauderentur ianuæ: per oſtium illius ſalutatorij ingreſſi eccleſiam pueri vel puellæ vniuerſa rimabantur ornamenta ſacri templi. Quod poſtquam cuſtos ſacræ ædis animaduertit, ac ferreis ipſas fores affixit clauis, media fermè nocte in ipſis nocturnalibus hymnis à præfato Eberulfo epiſcopus Gregorius & clerici tantis laceſſiti ſunt conuiciis, vt laudes Deo debitas relinquere cogerentur. Sed & clericum quendam iam temulentus, quòd vinum ſibi non largiretur, ſuper ſcamnum extenſum penè vſque ad mortem flagellis cecidit, multorúmque cædem in atrio beati Antiſtitis exercuit, non veritus illi ingerere contumeliam, cuius quotidie flagitabat clementiam.

Salutatorium S. Martini.

Viſum diui Gregorij Turonẽſis.

Porrò vna noctium vidit idem epiſcopus ſomnium, quod eidem viro retulit, in hunc ſe habens modum. Videbam ait me ſacro ſancti Martini aſtantem altari, ac dominici celebrare myſteria ſacrificij: Guntrannúmque regem ipſam ingreſſum orationis domũ ſuis imperantem, vt te à palla altaris, cui inhærebas, euulſum foras pellerent. Cui cum intermiſſis ego miſſarum ſolenniis me obuium præberem, & ne te contingerent manibus quoque detinerem: tu interea, ara ſacra deſerta, huc illucque pauitans circunflectebaris. Tum ego ex hoc moleſtus, dum tibi innuerem ne quoquã abſcederes, euigilaui, mecum in animo viſionis reuoluens cauſã. Ad hæc Eberulfus, multum (ait) cogitatio mea cum viſo quadrat quoque tuo. Quidnam cogitas, inquit Antiſtes? Cogito, infit ille, ſi me Guntrannus Rex hinc voluerit extrudere, vna manu pallæ altaris inhærente, altera te cum clericis gladio trucidare. Intellexit epiſcopus illum dæmonis inſtinctu talia effari. Nec longũ fluxerat tempus, cœperunt fieri actu manifeſta, quæ fuerãt epiſcopo viſu reuelata. Denique Guntrãno quærente virum, qui arte ab eccleſia educens Eberulfum, aut ſibi adduceret vinctum, aut gladio relinqueret trucidatum, obtulit ſe Claudius quidam, ad id opus ſtrenuum ſpondens ſe fore miniſtrum. Pollicito itaque ſibi tanti ſceleris precio, ad Eberulfum acceditiurat per Deum pérque omnia cœli ac terræ ſancta, nullum fidelius aut poſſe aut velle cauſam eius apud regem exequi, quàm ſe (perpendebat enim infelix, alio eum non poſſe

A commodius decipi commento, quàm ſuo periurio). Quid plura? Credidit miſer deieranti, ac in craſtinum à clericis accitus, cum eo ad côuiuium accedit. Finitis epulis, Eberulfo ſecum per atrium baſilicæ deambulanti, & mutuam amicitiam iureiurãdo pollicenti, ait Claudius. Si fortè facultas foret iocundiora reperiri vina, faterer me eorum ardere deſiderio. Reſpondens Eberulfus cuncta quæ cuperet ſe præbiturum, dummodo dignaretur eius adire hoſpitium: & vniuerſos dirigit pueros potioris vini hauſtum quæſituros. Cernens Claudius illum reſediſſe ſolùm, cuius magis ipſe lethum, quàm aliud ſitiret merum, manus eleuans erga ſancti Martini ſepulchrum, eum in hunc exorabat modum. Te (inquiens) ſancte confeſſor oro, vt ſoſpes reuiſam coniugem cum filio. His dictis euaginato gladio impetum faciebat in aduerſarium: cuius conatum vnus in-
B telligẽs famulorum, brachiis complexum reſupinat Eberulfum, qui iam à Claudio erat ſaucius. Ille è vagina exemptum enſem, inimici defixit in latera. Síque à circunſtantibus eius ſatellitibus inuaſus, multis telorum interfectus eſt ictibus. Claudius verò tam immanis facinoris ſibi malè conſcius, ad cellam Abbatis confoſſo latere abſciſſoque pollice profugit, poſcens ſe occuli ab eo. Veruntamen irruentibus Eberulfi ſtipatoribus vallatur armis domus: iacula per feneſtras intrò iaciũtur. Abbas quoque vix à duobus clericis illæſus reſeratis extrahitur oſtiis: per quæ introgreſſi aduerſarij Claudium ſub lecto latitantem nacti iugulant, ſocióſque eius ſimul. Quorum corpora, domo protracta, ac ſuper nudam humum iacentia, parentes amicique colligentes ſepelierunt. Ad vindicandum au-
C tem homicidium in ſacræ ædis atrio perpetratum, etiam energumini ac pauperes præ foribus excubantes cum fuſtibus & ſaxis properarunt. Hâc igitur ad ſe cauſam perlatam rex Guntrannus grauiter primò quidem tulit: donec, comperto rei geſtæ ordine, animum ad alia tractanda conuertit. Subſtantiam Eberulfi ij quibus regalis eam contribuerat poteſtas auferentes, vxorem eius inopem reliquerunt.

Eberulfus interimitur.

Claudij exitus.

De Pictauenſis epiſcopi redemptione ac populi reconciliatione.
CAP. LXVI.

ANno decimo regni Childeberti, Guntranni viceſimo quarto, idem princeps aduerſus Gundoaldum, exercitum ex vniuerſis vrbibus ſi-
D bi ſubiectis commouit. E quibus Aurelianenſes cum Bituricenſibus Pictauenſem aggreſſi ciuitatem, ciues qui iam à fide deſciuerant, ad priſtinam vi reuocantes ſocietatem, epiſcopum iniuriis afficere moliebantur. At ille comminuto vno eccleſiaſtici miniſterij aureo calice, ſe quidem ab exilio, populum autem à captiuitate redemit.

De Gundoaldi geſtis & aliis quibuſdam. CAP. LXVII.

IN illis diebus Gundoaldus iter Pictauos deſtinatum, audita expeditione, ad Engoliſmam deflexit: Vbi ab Antiſtite & proceribus gratanter exceptus, eorum remunerata ſedulitate, Petragoricas tendit. Cuius

præſulem malè multatum reliquit; eò quòd ſe cum fauore nó excepiſſet. E
Indéque Tholoſam petens, præmiſſis militibus, Magnulfo pontifici ſibi
occurrere mandat. Quapropter Magnulfus conuocatam plebem hortatur, monétque vt viriliter repugnet: ne fortè calamitati, quam quondam
ſub Sigulpho experti ſunt, iteratò ſubdatur: memineríntque quatenus Deſyderius ipſius dux vrbis memorati expertus ſit fortunam viri, dúm quódam ſimile molitus fuerat. Et hæc quidem populum ad rebellandum excitauerunt: ſed robur aduentantis exercitus portas aperiri ſuaſit. Receptũ
igitur Gundoaldum vrbe, ac ſecum prandentem, his epiſcopus affatur
verbis. Licet te filium Clotharij, regnúmque tibi deberi aſtruas; incredibile tamen apud noſtros manet, te quæ cœperis poſſe perficere. Reſpondit ad iſta Gundoaldus. Ego, inquit, & Clothario me genitum fateor, & F
debitam regni portionem in præſentiarum adeptus, vrbe capta Parrhiſiorum ibi propriam ſtatuam ſedem. Nunquàm, ait pontifex, tu iſta impediente Chriſto complebis, quamdiu quiſpiam regij ſuperfuerit germinis. Tum Mummolus alapa domini ſacerdotem percuſſit, dicens. Nó

Indignitas in pontificem.

pudet, ineptiſſimè, tam nugacibus dominum noſtrum regem confutare
verbis? Deſyderius quoque, agnitis his quæ contra ſalutem ſuam populo
ſuaſerat; pugnis eum, fuſtibuſque cum reliquis cecîdit, àc poſt fune reuinctum pedes direxit in exilium, raptis tam ipſius quàm eccleſiæ facultatibus. Franci itaque, qui vndique ad perſequendum Gundoaldum permoti fuerant, vſque ad Dordoniam progreſſi flumen, præſtolabantur ſi
quos eius, fama ferente, perſentiſcerent motus. Sociauerat ſe ei Vvaldo G
cubicularius † Rigundis, vir haud ſpernendæ potentiæ: reliquis puellæ

† Filia Chilperici Regis.

miniſtris fuga dilapſis. Sed & Deſiderius cum Mummolo ac Bladaſta,
necnon Sagittario (qui ſponſionem de præſulatu Tholoſano iam eliciuerat ab eo) intimi erant in conſilio, pérque eos res agebatur. His diebus
ad amicos in ſuperiori Francia degentes miſit epiſtolas, duobus eas tradens ferendas clericis: quorũ vnus, Caturcinæ vrbis incola, ligneã quã ferebat cauans tabulam, immiſſis literis ceram ſuperinduxit. Nil tamen illum hæc fraus iuuit, quin à fidelibus Guntranni regis deprehenſus, patefacta legatione, poſt flagella cuſtodiæ cum ſocio manciparetur. Porrò
Gundoaldus ad Burdegalenſem tranſiens ciuitatem, Bertranno præſule
humaniſſimè ſe ſuſcipiente, aliquandiu ibi reſedit. Quærenti verò ei, quæ
res inexpugnabilem hoſtibus eum efficeret, indicatum ab vno familia- H
rium eſt, quendam orientis regem, reliquias ſancti martyris Sergij brachio alligatas ferentem ſemper aduerſarius præualere. Cúmque ſollicitè
inueſtigaret quis huius teſtis domini † patrocinia poſſideret, Bertrannus

Inexpugnabilis quomodo quis efficiatur.

† id eſt, reliquias.

epiſcopus dixit, eſſe in eadem vrbe quendam Syrum negociatorem, nomine Eufronem, qui olim ab oriente ea detulit. Hic (inquiens) in domo
ſua, quam eccleſiam conſecrauit, inter alia miracula illius dilecti Dei meritis patrata, hoc etiam videre promeruit, quòd ciuitate flammata, ipſa
Baſilica permanſit intacta. Mittitur è veſtigio Mummolus dux cum ipſo
epiſcopo, memoratas inquiſiturus reliquias. Cui acrius inquirenti, reſponſum

A ponſum Eufron reddidit. Noli, obſecro, me ætate confectum defatigare
ſenem, nec ſancto illi inferre iniuriam. Verùm acceptis centum aureis, ab
hac deſiſte intentione. E contra ille aſſerens ſe etiam ſi ducenti darentur,
cœpta non deſerturum. Inſuper videns capſulam de pariete pendere, ap-
poſita ſcala iubet diacono, vt aſcendens loculum deponeret. Qui præce-
pto parens, dum ſancta manu tangeret pignora, tanto arrigitur tremore,
vt confeſtim ruiturum omnes ipſum putarent: depoſita tamen Mum-
molo tradidit. ille inuentum † os precioſi martyris, auſu temerario per- *† al. inuẽ-ta precioſi martyris pignora.*
cuſſum cultello in tres partiuit partes. Quibus reſilientibus, nec vſquam
apparentibus, magnus aſtantes inuadit horror. Proſtratis autem illis ad
orationem, flentéque præcipuè ſene (qui ſe tanto ingemiſcebat priuatum *Miraculum diui Sergij martyris.*
patrocinio) apparuerunt particulæ haud procul poſitæ: Harũ vna Mum-
B molus aſſumpta diſceſſit. Sed Beatus martyr id ſibi non gratum fore, ex
hoc præcipuè oſtendit, quòd eidem viro, cuius hæc acta fuerant imperio,
noluit eſſe auxilio. Veruntamen idem Gũdoaldus iteratò duos ad regem
Guntrannum deſtinans legatos (quemadmodum olim Francorum mos *Virga ſacrata legatis data.*
fuerat legatis) iuſſit illis virgas ferre ſacratas, quibus prolatis totius im-
munes forent iniuriæ. Hi itaque qui directi erant, incautè legationem *Paganis caducei erant.*
ſuam prius popularibus vulgarunt, quàm regi præſentarentur. Vnde rex
eos ſibi exhiberi iubens vinctos, inquirit vnde, vel à quo, ſeu à quibus, di-
recti eſſent. Illi rem omnem, vt erat, enarrant ordine, miſſos ſe à Gundoal- *al. ſeuerè interrogat.*
do Clotharij (vt ipſe profitebatur) regis filio; quatenus debitam repete-
rent regni partem. Quam (inquiunt) niſi maturè reſtituatur: cum circun-
C iacentibus in proximo depopulabitur vrbibus. Nec paruam illico co-
actam aiebant bellatorum manum: cùm præter Aquitanicas copias, va-
lidos ſperaret ſibi ex Auſtria affuturos auxiliatores. Idque præpotentes
ducum ex regno Childeberti noſſe, an ipſi vera proſequerentur. Et hæc *al. proſequerẽtur.*
quidem legati ad primam interrogationem prodiderunt. Poſtea verò ad
trocleas extenſi, & diutiſſimè cæſi indicarunt Rigundem Chilperici filiã,
cum Magnulfo Tholoſano pontifice, in exilium relegatam. Demum
cuſtodiæ deputati, vſque ad aliam audientiam iubentur adſeruari.

De Childeberti & Guntranni reconciliatione, & Guntranni conſilio Childeberto dato, deque Gundoaldi factione CAP. LXVIII.

D INterea Childebertus, nunciis patrui impellentibus, à loco ſuæ habita-
tionis digreſſus, aduenit ei collocuturus. Tunc ex præcepto Guntran-
ni, ſupramemorati in amborum præſentiam perducti viri, cum prius re-
lata iterum recapitulaſſent, addiderunt, vniuerſos Rigundis theſauros à
Gundoaldo peruaſos: ipſúmque dicere ſolitum, inuitante Guntranno
Boſone ab oriente ſe ad Gallias tranſiiſſe. Cùmque principibus Childe-
berti hæc nota eſſe aſſeuerarent, ſuſpitio nata eſt: Ideo aliquos ad præſens
colloquium venire diſtuliſſe. Tunc demum Guntrannus rex haſtam, *Haſta traditio, inſignum ſucceſſionis.*
quam manu gerebat, nepoti tradidit, inquiens. Hoc, amantiſſimè nepos,
indicio noueris te mihi ſucceſſurum in regno. Idcirco, tradita tibi à me

poteſtate, cunctas regni mei ciuitates tanquam tuas diſpone, reminiſcens te ſolum ex noſtra ſupereſſe ſtirpe. Ita quidem rex audiente omni populo proferens, ſemotum à cœtu aliorum nepotem monuit, ne cui manifeſta faceret quæ ipſe ei dicturus foret. Denique inſtruens eum, quos fidelium de rebus agendis conſuli, quóſue oporteret à concilio remoueri, ſeu quibus proprij corporis tuendi curam committi, Ægidij epiſcopi fraudulentias ac periuria, matris quoque Brunichildis verſutias cauendas præmonuit. Finita ſermocinatione, ad conuiuium ambo reges conſederunt: & inter redundantioris menſæ epulas, ſereniſſimus princeps Guntrannus ſic alloquitur conuiuas, Hortor vos, inclyti Franciæ primates, vt nepotem meum ſummo dignum honore cenſentes, fidei cultũ ei exhibeatis: quandoquidem ipſe tranſgreſſus æuum pueritiæ, ſuadet meliora de ſe ſperare. Nec cõtemnatis, vt puerum: ſed reueremini, vt dominum. Poſt hæc Childebertus, reſtitutis ſibi à patruo ciuitatibus, quas pater tenuerat ſuus, ad propria maturauit regreſſum. E F

De Gundoaldi in Conuenas fraude. Cap. LXIX.

EA tempeſtate Gundoaldus à Deſyderio derelictus, vnà cum Mummolo, Bladaſte, ac Vvaddone ſiue Sagittario, Conuenas vrbem ingreditur. Ea vrbs in cacumine præcelſi montis trans Garomnam ſita eſt, procul cæteris remotis montibus. Ad radices rupis fons oritur, cui imminet deſuper turris altiſſima, quę ciues, per cuniculum deſcendẽtes aquatũ à lęſione defendat hoſtium. Circunuentis igitur, memoratus vir, eiuſdem vrbis incolis, vt bona ſua intra muros propter aduentantem recondere nt exercitum, dum illi eius monitis paruiſſent, hac eos fraude decepit. Confingens enim hoſtes iam in proximo eſſe, ita eos affatur. En inimici, egredimini ad reſiſtendum eis. Quibus digreſſis, expulſo etiam Antiſtite, poſt eos clauſit portas, ſéque ad repugnandum cum ſatellitibus parat. G

al. Vvaldone.
Conuenæ.

„ Quàm cæca mens hominum, ignara futuri! Fuit profectò pòſt ille dies (vi-
„ delicet qui ſimili ordine ipſum expulſum mortalibus oſtendit ab vrbe)
„ quo magno emptos pretio, eos qui pellebantur, vellet videre receptos, re-
„ iectis his qui putabantur fidiſſimi.

De litteris à Guntranno ad Gundoaldum miſſis: de auri direptione: & de clauſtri Vincentiani apud Agennenſes ſpoliatione, & eius vltione: deque callidâ Gundoaldi querela & reliquis geſtis. Cap. LXX. H

HIs diebus Guntrannus rex ei literas, ex perſona Brunichildis exaratas miſit, ſuadentis vt dimiſſis, quas aggregauerat ad hyberna copiis, ipſe Burdegalam hyematũ ſecederet. At hoſtilis duces agminis, quos ſuper Dordoniam caſtrametatos fuiſſe præfati ſumus, audientes Gundoaldum vlteriorem tenere Garomnæ ripam fluminis, collecta virorum fortium expeditáque multiudine, fluuium natatu transmeare diſpoſuerunt. E quibus aliqui infirmis equis vecti, fluuialis aquæ oppreſſione perierunt

A rierunt: reliqui natando ad contrariũ delati litus, offenderũt in itinere maximum camelorum, mulorúmque numerum, auro & argento onuſtorum, quos fugientes aduerſarij reliquerant. Quibus captis, & ob impedimenta cum reſiduis vulgi dimiſſis, ipſi quàm maximis poſſunt itineribus Gundoaldum perſequuntur. Et venientes ab baſilicam ſancti Vincentij Agennenſis territorij, reſiſtentibus his qui eò res ſuas contulerant, ignem oſtiis admouent, conſumptíſque eis, vniuerſa intro reperta, cum ſacri miniſterij vtenſilibus, auferunt. Affuit è veſtigio diuina vltio: & quorundam manibus ſacro igne ardentibus, alij dæmonibus replebantur, quidam ſemetipſos interimebant. Tandem reſidui Conuenas peruenientes in campeſtribus caſtra poſuerunt. Vaſtatur primum tota ſub-

Vltio diuinam prædatores templi diui Vincentij.

B urbana regio. Vnde quidam acriori prædæ ſuccenſi cupiditate, dum longius à ſuis recederent, à vicinarum vrbium cuſtodibus trucidabantur. Interea obſidione cœpta, audaciores per ardua collis aſcendẽtes, Gundoaldo conuiciabantur, dicentes. Vnde, ô ſilicernium, hæc tanta tibi præſumptio, vt vitam piſtorum arte ſolitus transfigere, nunc te regem audeas nominare? Nempe pro ſimilibus auſis, à dominis rerum, regibus ſcilicet Francorum, ſæpe attonſus exilióque es damnatus. Te quippe vniuerſę Galliæ Ballomirem vocitant cognomine. Age nunc inepte, nobis reſponſum redde, quis te coëgit iſta præſumere? vel quos habeas adiutores virium, expone? Nanque in proximo noſtra captus muſcipula, merita lues ſupplicia pro tua ſtulta pertinacia. Hæc & alia illis vociferantibus,

Gundoaldus antea piſtor, Regem agere vult.

C nequaquam mouebatur ad iram Gundoaldus: tantummodo ingemiſcendo, aiebat, memoratas ſibi à patre illatas contumelias, ſéque à propinquis iniuſtè patria pulſum, ab extraneis miſericorditer receptum, proximíſque hoſtili odio ſemper eum perſequentibus, ab extraneis amica familiaritate receptum. Deinde, inquiens, dum peregrè regum pollerem diuitiis, intimúſque eſſem imperatoris Conſtantinopolitani amicitiis, Guntrannus Boſo me ſuis decepit fallaciis. Nam in orientem gratia profectum orationis, de ſalute ſolicitus interrogans patris, quærebam vnà qualiter ſe ſtatus regni vel fratres haberent mei. Tum ille, De patre, ait quæris? is obiit mortem: fratres moriendo ſecuti patrem, vix quempiam ſuorum reliquere ſuperſtitem. Remanſit ſanè ſolus Guntrannus, & ipſe liberis orbatus, cum paruulo nepote, ex Sigeberto genito fratre. Ad hæc

D ego, & quid, inquam, mi amantiſſimè, mihi nunc cenſes agendum? Hîc verò ille, & me hortabatur Gallias adire, & Francos affirmabat, mei cupidos, mihi velle regnum tradere, maximéque eos qui Childeberti nepotis mei ætatem, ad rem tutandam publicam perpenderent inutilem. Nunc igitur vos quoque dominum agnoſcentes me fore veſtrum, à mea deſiſtite obſidione, mihíque fauendo, fratrem Guntrannum ad concordiam reuocate. Talia Gundoaldum proſequentem maledictis aduerſarij deterrebant, inſupérque tela in eum iaciebant. Quintuſdecimus iam, ex quo ibidem aduenerant, fluxerat dies, cùm Leudegiſilus regalium præpoſitus equorum, quem vulgò † Comiſtabilem vocant, quémque Rex ei

† Conneſtabilem.

præfecerat expeditioni, extructa machinaměta ad ſubruendos deduci imperat muros. Erant carri, vimineis cratibus tabuliſque tecti ligneis: in quibus latentes milites fundamenta ſubfoderent murorum. Sed parum hoc proficiente inſtrumento (præſertim hoſtibus, præacutis ſudibus, validiſque eos inhibentibus ſaxis) etiam parietes videbantur non fore idonei, eò quòd ignibus iactis facilè poſſent exuri. Nam obſeſſi cuppas pice ac ſiccis repletas lignis, accenſáſque, iacientes deſuper, & opera exurebant, & inimicos acceſſu prohibebant. Conſumptóque in hôc certamine die, in craſtinum, qui obſidebant, aliud nocendi genus excogitant. Denique ex virgis ramíſque arborum vnum miræ magnitudinis faſcem facientes, cupiebant eo implere vallem. Verum conatibus eorum, & profunditas vallis, & ignis ab aduerſariis de ſuperioribus cum lapidibus miſſus, reſtitit. Leudegiſilo contéplanti omnes actus ſuos irritos fieri, in mété venit opportunius fore clauſos de proditionis tétare ſententia. Aduocatum itaque Mummolum ad ſibi colloquendum, incuſare cœpit, cur clementiſſimum regem Guntrannum deſeruerit, & iniquiſſimo tyranno ſe iunxerit. Quid porrò expectas, ait, an vt capta vrbe malè diſpereas? Quin potius reſipiſcens ad benignum reuertere dominum, relicto illo nugaciſſimo, poſt paululum puniendo. Tunc Mummolus ſe quidem conſulturum reſpondit. Regreſſus verò in vrbem conuocat Sagittarium atque Vvaddonem. Bladaſtes enim timens captum iri vrbem iniecto domui eccleſię igne, dum cæteri ad reſtinguendum properarent incendium, ipſe clàm aufugit. Iunxerant autem factioni ſuæ Caruilſum eiuſdem vrbis ciuem: cuius apothecis, quæ permultæ erant, ipſi alebantur. Hunc ergo Nummolus cum prædictis adiit: oſtendit deinde quàm iniquo res ſuæ ſint conſtitutæ loco, quámque odioſi ipſi cunctis effecti ſint gentibus, dum incerti generis regi fauent. Ad extremum hortatur cedant rebus aduerſum ſe fluentibus: & ſi ſibi ſacramento ſecuritas vitæ ac ſalutis detur ciuitatem iam iámque capiendam cum pſeudorege hoſtibus dedant. Aſſentinentibus ſociis, memoratus dux Leudegiſilum mádat venire ad colloquium, & quæ ſibi cum ſodalibus côplacuerint exponit. Laudat ille ſententiam, inſiurandumque præbet ſe apud regem ſuum eorum vitam impetraturum. Quòd ſi principis voluntas in ſua durauerit pertinacia, in qualibet illos ſe ſpondet clauſuros eccleſia, donec Guntranni deferueſceret ira. Hac Mummolus ſeductus verſutia, Gundoaldum tali identidem circumuenit muſcipula. Prono (inquit) animo deuotáque mente me tibi fidelem fore, non ſolum contra hoſtes pugnando, ſed etiam ipſe probaſti experiendo. Nam quàm ſæpe meis conſiliis vſus, ſemper fruitus ſis proſperis, tutè melius ſcis. Nunc quoque par mihi manet conſulendi affectus, ſicut tu benè es meritus. Ideò autem cum aduerſariis ſermonem habui, vt eorum erga nos perſentiſceré, quis ſit animus. Qui inquantum perpédere quiui, tuæ nequaquam aduerſantur vtilitati. Immo mirari ſe aiunt, te tantopere præſentiam fratris vitare: autumaréque quòd genealogiæ ignarus tuæ cum gnaris diffugias diſputare: nec fratri, tuæ cupido

Leudegiſili calliditas.

† al. Vvaldonem.

al. Kariulfum.

E F G H

A pido viſionis agnoſcendum te præſentare. Si ergo nunc tibi me audire
placuerit,atque ad regis Guntranni præſentiam vnà cum his mecúmque
properare:& te hac ſuſpitione exſolues, & tibi pacíque conſules.Non fe-
fellit animus Gondoaldum, ſe à Mummolo iri deceptum:eíque hoc red-
didit reſponſum:Ego(inquiens) licet inuitus has iam deſeruerim partes,
vobíſque impulſoribus Europam adierim;bona tamen voluntate atque
integra fide veſtras ſemper foui partes,nec meas vtilitates veſtris prætuli
commodis.Et quanuis eius qui me huc pellexit venire perfidia in propa-
tulo claruerit, dum & me fugax reliquit, & theſaurorum partem furto
abſtulit: nihilominus ego vos,quaſi meæ authores ſalutis, perpetuò co-
lui ac fratrum loco dilexi.Nunc igitur ſi ſecus(quod non oportet, immò
B quod non decet) aduerſum me egeritis, præſertim cum ego corpus ani-
mámque meam,ſimul cum conſilio ac opibus,in veſtris cóſtituerim ma-
nibus,ſcrutator cordium illud aduertat Deus. His dictis, aſſenſum præ-
buit;vt cum eis ad hoſtes deſcenderet.Mummolo verò monẽte,ne ſuper-
bo vtens ad eos iret habitu:quin potius reformato ei,quem ab ipſo acce-
perat balteo aurofabrefacto,proprio accingeretur,qui fulgore memora-
ti carebat metalli. In hoc(inquit)tua iam patet faudulentia,dum ea quæ
ex tuo vſque ad iſtud poſſedi tempus repetis. Illo quoque negante vlla ſe
contra eum vſurum fraude,ventum eſt ad portam vbi eos fortiſſimi op-
periebantur aduerſariorum duces,Boſo videlicet cum Bollone Biturigũ
comite,non minima ſatellitum vallati caterua.Quibus Gundoaldum ex- *Comes Biturigum, Bollo.*
cipientibus,Mummolus in vrbem regreſſus portas firmiſſimè obſerauit.
C Cernens Gundoaldus ſe à ſuis derelictum, & ab hoſtibus circundatum,
introitúmque vrbis ſibi præcluſum,manus eleuãs ad cœlum,cum cordis
gemitu,ſic orabat ad Dominum.Iudex æterne ac vltor innocẽtium Deus, *Oratio Gũdoaldi in ſuos proditores.*
cui omne patet ſecretum,qui nullius amplecteris dolũ, nec lætaris frau-
dibus malignantium, eſto velox vindex mearum miſeriarum,retorquẽs
in eos qui me tradiderunt inimici,deceptionis ipſorũ laqueum. Poſt hæc
verba conſignans ſe cruce dominica, cum his qui ſe ceperant abire cœ-
pit ad eorum caſtra.Nódum collem† cui ciuitas imminet,prætererat, & *† al. qui ciuitati.*
impulſus à Bollone ruit in faciẽ,ferebatúrque in profundum vallis.Cum-
que ſurrexiſſet, & contra aduerſum montem niteretur, à Boſone lapide
percuſſus in capite, concedit, ſpiritumque exhalauit. Inde fune legatis *Gundoaldus interficitur.*
D pedibus protractus, loricáque qua amiciebatur executus, ac lanceis
confixus, per totum circunducitur exercitum. Mummolus verò omnes
theſauros diripiens,vniuerſos in diuerſis occuluit locis: datáque ſequen-
tis luce diei,hoſtibus portas vrbis aperuit.Qui in tãtam cædis exarſere in-
ſaniam:vt etiam ſacerdotes domini ad ipſa iugularent altaria, reliquóſq; *Cõuenæ diripiuntur.*
ciuium cum ipſa concremarent vrbe.Quorum dux Leudegiſilus clam ad
principem Guntrannum nuntios miſerat, ſuper traditores ciuitatis eius
exquiſituros iudicij ſentẽtiam.Ille cunctos gladio puniri præcepit: vt hu-
iuſmodi auſus de regno tolleretur Francorum,ne quis ſcilicet tyrannis in
reliquũ ſuffragari auderet.Quo cognito Cariulfus cũ Vualdone è caſtris

fuga lapſi ſunt. Mūmolus quoſdam ad arma concurrere cernēs, & ſuper ſe irruere eos velle intelligens, ad tabernaculum Leudegiſili recta graditur via, incuſans fidem ſibi pollicitam infringi. Cui Leudegiſilus: Ego (inquit) progreſſus cuncta mitigabo. Et his dictis prolato extra limen oſtij pede, ſignum ſuis vt Mummolum cum Sagittario epiſcopo morti traderent, dedit. Illis iuſſa facere maturantibus, pueri Mummoli eo præcipiente, aditum domus defenſare nitebantur, donec dominus eorum armis ſe muniret. Sed aliquibus eorum letho occubentibus, aliis vulneratis, Mummolus armatum ſe oſtio obiicit, & aduerſarios omni virtutis conamine cædens, exinde remouit. Quos dum loco cedentes incautè inſectatur, egreſſus domū à lateribus cirumuenitur, confixúſque telis cōcidit exanimis, cuius caſu Sagittarius, quondam epiſcopus, turbatus dum ſtaret ſtupens, quidam ad eum: vt quid (ait) epiſcope, hic ac ſi amens conſiſtis? Quin potius operto, ne agnoſcaris, capite feſtinus ſyluam pete. Cui dum pontifex parens plantas fugæ commendaſſet, quidam velociter gradienti, caput cum operimento eum aſſecutus, abſtulit. Leudegiſilus ad ſua cū victore exercitu regredi feſtinans, dum milites nequaquam à rapina coerceret, cuncta per quæ tranſitus fuit vaſtata reliquit. E F

Proditores Gūdoaldi & ciuitatis Cōuenarum iuſtè plexi.

De Rigundis ad matrem reuectione. CAP. LXXI.

HIs diebus Fredegundis Cuppanem cubicularium ſuum Tholoſam direxit, exploraturum quonam pacto erga filiam ſuam res ſeſe haberent. Cui etiam hoc commiſit mandati, vt quocunque valeret ingenio, eam ad patrium reueheret ſolum. Qui dictis obaudiens Tholoſam petiit: reginæque filiam in magna humiliatione conſtituam offendit: & ad matrem, quàm celerrimè potuit, deuexit. G

De Mummoli rebus fiſco addictis, & Italiæ diluuio magno, & peſtilentia. CAP. LXXII.

GVntrannus verò theſauros Mummoli ſibi exhiberi pręcipiens, vxori eius propter nobilitatem, qua pollebat generis, ea quæ per arrhabonem meruerat conceſſit. Fuerūt autem in theſauris memorati ducis talenta auri xxx. argenti ducenta. Quæ omnia Guntrannus & Childebertus nepos eius partiti, Clotharium extra partem conſtituerunt. Ea tamen quæ Guntranno regi euenerant, ab ipſo vtilitatibus Dei eccleſiarum diſtributa ſunt. Oblatus quoque eſt ei ex familia iam dicti principis, inter memorata xenia homo tam immenſi corporis, vt aliorum ſtatum hominū triū excederet menſura pedum. Eo tempore, Authario ſuper Longobardos regnante, fuit aquæ diluuium in finibus Venetiarum, & Liguriæ, & cæteris regionibus Italiæ, quale poſt Noe tempora creditur non fuiſſe. In hac valida aquarum procella intantum apud vrbem Romam Tiberis fluuius excreuit; vt aquæ eius ſuper muros vrbis influerent, & maximas in ea regiones occuparēt. Subſecuta eſt ſtatim hanc innundationem grauiſſima peſtilentia, quam inguinariam appellant. Quæ primum Papam H

Italiæ inūdatio.

Peſtis inguinaria.

Pelagium

A Pelagium perculit,& ſine mora extinxit. Deinde paſtore interempto, ſe in populos extendit.

De beati Gregorij in Papam electione, & Anglorum ſeu Britannorum ad fidem catholicam conuerſione. Cap. LXXIII.

QVum igitur tanta tribulatio miſeram quateret vrbem, beatus Gregorius, qui tũc leuita erat, & ſub pontifice Pelagio apocriſiarij functus officio, à cunctis generaliter Papa electus eſt. In cuius ordinatione cũ nihil aliud quàm iuſſio principis deeſſet (non enim licebat tunc temporis quemlibet in Romana ciuitate ad pontificatũ promoueri, abſque iuſſione principis Conſtantinopolitani) vir domini Gregorius legatum ad Mauritiũ direxit imperatorem, obſecrans ne populo in ſui electione præ-
B beret aſſenſum. Cuius litteras præfectus vrbis interceptas diſrupit, & conſenſum populi imperatori tranſmiſit. Qui valde gauiſus quòd locum aptum largiendi honoris diacono, olim ſibi amicitiæ familiaritate chariſſimo, reperiſſet (nam filium imperatoris de ſacro fonte ſuſceperat) eum abſque dilatione ordinari præcepit. Ordinatus autem tam cautum, támque humilem, ſe in omni ſua præbuit actione: vt (ſicut ex geſtis ſiue ſcriptis eius dignoſci poteſt) vix vllus in ſucceſſoribus eius, illi inueniri poſſit ſimilis in flore eloquentiæ, ac puritate doctrinæ, vel etiam in ſanctitate vitæ. Tunc temporis idem beatus Gregorius Auguſtinum & Mellitum, necnon Ioannem, cum aliis ſeruis Dei ad Britannias dirigens, ſuis eos literis, epiſcopis ac regibus Francorum (per quos illis tranſeundum erat) *Gregorius repudiabat pontificatum.*
C commendauit. Quorum prædicatione nationem Anglorum ad Chriſti fidem conuerſam eſſe intantum gauiſus eſt: vt in libris moralium huius rei faciens mentionem, inter cætera de fructu bonorum operum ſuorum gratulans, diceret: Ecce (ait) lingua Britanniæ quæ nihil aliud nouerat quàm barbarum frendere: nunc in Dei laudibus Hebręum nouit Alleluia reſonare. *Anglorũ conuerſio ad fidem Chriſtianam.*

De Mummoli ſupplicio: : de aëris intemperie: Leudegiſili patriciatu: Theodeberti ortu: & aquarum in Burgundia innundatione.
Cap. LXXIIII.

D ANno xxv. regni Guntrani; Mummolus patricius rebellionis conuictus, iuſſu ipſius regis† Senonis villa iugulatur. Eius verò vxor Sidonia, cum omni theſaurorum copia, à Dommulo domeſtico, ac Vvandalmaro cameræ regis præfecto, Guntranno præſentatur. *† al. Senonia.*

Anno xxvi. eiuſdem principis, exercitus ipſius Hiſpanias petens, inſolita aëris temperie grauatus, infecto negotio eſt regreſſus.

Viceſimo autem ſeptimo anno regni ipſius, Leudegiſilius ab eodem Guntranno patricius in Prouincia ordinatur. Natus quoque eſt Childeberto regi filius, nomine Theodebertus.

Eo anno nimia inundatio aquarum in Burgundia fuit, egreſſáque ſunt flumina terminos ſuos. Signũ verò apparuit in cœlo globus igneus:

qui, cum maximo tonitrus fragore: ſcintillans in terram decidit. Ipſo E quoque anno Siagrius comes, ex præcepto Guntranni, Conſtantinopolim ad componendam cum imperatore pacem profectus, inibi fraude patriciatum aſſumere voluit. Quæ res cœpta quidem eſt, ſed ad effectum minimè deducta. Levvigildus etiam Hiſpaniæ rex moriens, Recharedo filio regnum reliquit.

De Theodorici filij Childeberti natiuitate & ipſius Childeberti in regni ſucceſſione confirmatione. Cap. LXXV.

ANno xxviii. ſuprà memorati regis, ipſi principi nunciatur, Childeberto ſuo nepoti alterum natum eſſe filium, nomine Theodoricum. Vnde eum cum Brunichilde matre eius ad ſe euocans, iterum hæredem regni ſui teſtamento ipſum fore deſignauit. Acta ſunt hæc loco F nuncupato Andalao: quo ſoror ſimúlque vxor Childeberti affuerunt, multíque è Francia & Burgundia potentes: vt palam omnibus daretur agnoſci Childeberto, poſt auunculi ſui Guntranni funus, regnum Burgundiæ deberi.

De primatibus Childeberti læſæ maieſtatis conuictis: & de Antharis Langobardi cum Theudelinda nuptiis, Recharedíque Hiſpani fide Catholica, & de excitu Burgundionum in Hiſpaniam miſſo.
Cap. LXXVI.

al. Setacechingus, vno vocabulo.

EO tempore, Setace, Chingus & Boſo, Guntrannus, Vrſio quoque ac G Hirtefredus, optimates Childeberti regis, eò quòd eum tractaſſent perimere, ipſo ordinante perempti ſunt. Sed & Leudefredus, Alemannorum dux offenſam antedicti regis incurrens, fuga elapſus ne morti adiudicaretur latuit, & Vncelenus loco ipſius dux ſubſtitutus eſt. Porrò apud Baioariam poſt Charibaldum, Thaſſilo à Childeberto rex ordinatus eſt. Qui mox cum exercitu Sclauorum prouinciam introieus, parta victoria ad ſolum proprium cum maxima remeauit præda. Fuit autem Charibaldus (cuius nunc mentionem fecimus) ſocer Autharis regis Longobardorum, ex Theudelinda filia ſua. Quam memoratus Autharis per ſemetipſum, ſub ſpecie legatarij profectus, in domo paterna contemplatus eſt, cámque adamauit, & poſtmodum ſibi in matrimonium iunxit. Quo tēpore Recharedus, rex Glothorū, nō patris Levvigildi perfidiā, ſed fratris H Herminigildi fidē ſectatus catholicā, prius à Leandro Epiſcopo baptizatur ſecretius. Deinde omnes libros ſectę Arrianę apud Toletū vno in loco adunari præcipiens, igne cremauit: & Gothos ad veræ fidei vnitatem adduxit. Anno xxix. regni Guntranni iteratò exercitus Burgundionū Hiſpaniam ingreditur: ſed negligentia Boſonis, militiæ principis, grauiter Gothorum gladiis necatis quibuſdam è ſuis, vix ad patriam eſt regreſſus.

Autharis. Theudelinda. Rechard⁹.

De

A *De tunicæ Domini inconſutilis inuentione. De lunæ obſcuratione, & prælio cum Britannis: in quo alter Francorum ducum deſideratus eſt, alter cui mulcta poſtea indicta eſt miſerè inops factus.* CAP. LXXVII.

TRiceſimo verò ſæpe dicti principis anno, fama per totos Francorum diuulgauit fines, tunicam Domini noſtri Ieſu Chriſti (quæ ei in paſſione ſublata eſt, & vni militum ſorte tradita, iuxta illud prophetæ vaticinium, quia ſuper veſtem meam miſerunt ſortem) inuentam eſſe, profitente quodam Simone, Iacobo patre progenito. Qui per duas ferè hebdomadas pœnis affectus, tandē profeſſus eſt ipſam tunicam in ciuitate Zaphat, procul à Hieroſolymis, in arca marmorea poſitam eſſe. Quam Gregorius Antiochenus, & Thomas Hieroſolymitanus, Ioānes quoque Conſtantinopolitanus epiſcopus, cum aliis multis pontificibus, triduano cōpleto ieiunio cum deuotione maxima tranſtulerunt: ac in loco quo crux dominica veneratur poſuerunt, cum ipſa, in qua prius fuerat, marmorea arca. Quæ tantæ leuitatis dum efferretur fuiſſe viſa eſt, vt nullum onus portantes ſentirent. *Idē habes in appēdice Grego. Tur. c. 11. Pſal. 21. Tunica domini incōſutilis.*

B

Eo anno luna obſcurata eſt: & inter Francos ac Britānos ſuper fluuium †Vviſcon bellum ortum: vbi † Bippelenus dux Francorū, factione Ebrecharij alterius ducis, à Britonibus iugulatur. Vnde poſt Ebrecharius mulctam, quam lex parentibus interfecti ſoluendam eſſe præcepit, reddere coactus, ad inopiæ malum deuolutus eſt. *† al. Vviſnona. † al. Peppelenus.*

C *De Autharis Langobardi legatione ad reges Francorum & morte.* CAP. LXXVIII.

ANno XXXI. Guntranni regis, Theodefredus dux Vltraiuranus moritur: eíque Vvadalmarus ſuccedit. Interea rex Langobardorum Autharis, legationem verbis pacificis ad Guntrannum regem dirigit. A quo iidem legati iocundè ſuſcepti, & ad Childebertum ſunt directi: vt per eius nutum pax cum gente Langobardorum firmaretur. Dúmque legati Autharis regis in Francia morarentur, rex Autharis apud Ticinum veneno (vt tradunt) accepto moritur: ſtatimque à Langobardis nuncius mittitur ad Childebertum regem Francorum, qui Autharis regis mortem eidem nunciaret, pacémque ab eo expeteret. Quod ille audiens legatum D amicè quidem ſuſcepit, pacem verò in poſterum ſe daturum promiſit. Poſt aliquot tamen dies cum promiſſa pace dimiſit.

De Theudelinda Autharis vidua, Agilulfo nubente. De monaſterij Caſinienſis direptione & eclipſi ſolis. CAP. LXXIX.

DEfūcto Authari, Theudelinda regina, quæ ſatis placebat Lāgobardis, permiſſu eorundem, Agilulfum (qui & Ago dictus eſt) ducem Taurinacium, virum ſtrenuum ac bellicoſum, & ſibi maritum, & Langobardorū gēti regem elegit. Ad hanc reginam ſapientiſſimus papa Gregorius quatuor dialogi ſui libros quos de vita ſanctorū ſcripſerat, direxit: ſciens eam & Chriſti fidei deditam, & in bonis actibus eſſe præcipuam.

Monaſteriū Caſinenſe diripitur. S. Greg. l. 2. Dia. c. 17. Codex regulæ, pōdus panis, & menſura vini cœnoby Caſinēſis, Romā tranſportata. Series & nomina quatuor Abbatum qui B. Benedicto ſucceſſere, vſque ad deſtructionē monaſterij

Circa hæc tempora, cœnobium beati patris Benedicti, quod in caſtro Caſſino ſitum eſt, à Longobardis noctu inuaditur. Qui vniuerſa diripiētes, ne vnum quidem monachum tenere potuerunt: vt prophetia venerabilis Benedicti patris, quam longè antè præuiderat, impleretur: qua dixit, vix apud Deum obtinere potui, vt ex hoc loco mihi animæ concederentur. Fugientes porrò ex eodem cœnobio monachi Romam petierunt, ſecum codicem ſanctæ regulæ, quam præfatus pater compoſuerat, & quædam alia ſcripta, necnon pondus panis & menſuram vini, ac quicquid ex ſupellectili ſubripere potuere, deferentes. Monaſterij autem Caſſinenſis, poſt beatum Benedictum, Conſtantinus, poſt hunc Simplicius, deinde Vitalis, ad extremum Bonitus, cōgregationem rexit: ſub quo hæc deſtructio facta eſt. E

Solis deliquium.

Anno XXXII. regnante Guntranno, ita à mane vſque ad medium diem ſol minoratus eſt, vt tertia pars ex ipſo vix appareret. F

De S. Guntranni regis obitu & monaſterio Sancti Marcelli ab eo ædificato. CAP. LXXX.

De eo Gre. Tur. li. de glor. mart. cap. 76. itē in hiſt. Frāc. l. 4. c. 24. & li. 9. cap. 21. Ordo pſallēdi ex cœnobio Agaunēſi, id eſt S. Mauritij adſūptus, & in alia deriuatus. Idē repetit infra li. 4. c. 33. † Quod nunc ſancti Germani a Pratis dicitur. Manicare, id eſt, mane ſurgere.

ANno XXXIII. eiuſdem regis, ipſe rex corpore exemptus, terrenum (vt creditur) regnum pro cœleſti commutans, in eccleſia ſancti Marcelli Cabilonis ſepultus eſt. Hanc denique baſilicam ipſe (vt præfati ſumus) diuino ſucceſus amore, in ſuburbio quidem prædictæ ciuitatis, ſed in territorio Segonum, ſaltúque Brexio ſtudioſiſſimè ædificauit: vbi monachos aggregans, monaſterium conſtruxit, quod pluribus prædiis facultatibuſque ditauit: Synodum XL. epiſcoporum aggregari præcipiēs, vt ordo pſallēdi, qui in loco ſanctorum Agaunenſium, temporibus Sigiſmundi regis ab Auito & cæteris pontificibus illius temporis inſtitutus fuerat, in cœnobio quod ipſe fabricarat teneretur, effecit. Qui videlicet ordo etiam ad ſepulchrum ſancti Martini antiquitus celebratur: & à beato Germano in monaſterio ſancti † Vincentij ſeruari iuſſus: necnō in monaſterio ſancti Dionyſij (vt poſt declarabitur) à Dagoberto rege agi præceptus: & à nobis cuiuſmodi eſſet exquiſitus, taliter ſe habere eſt repertus. In diebus nanque æſtiuis ſex antiphonæ binis pſalmis explicabantur. Porrò toto Auguſto, propter crebras feſtiuitates, manicationes fiebant. Manicare autem mane ſurgere dicitur. In Septembri verò ſeptem antiphonæ canebantur, diſtributis vnicuique binis pſalmis. In Octobri octo, cum ternis pſalmis. In Nouembri nouem, cum ternis itidem pſalmis. In Decembri decem, cum ternis ſimiliter pſalmis. Verū in Ianuario ac Februario, vt poſſibilitas ſinebat. Hoc tamē obſeruantes, ne minus à duodecim pſalmorū quantitate ad vigilias dicerent nocturnas. Ad ſextam tamē ſex pſalmi cum alleluia: ad duodecimam duodecim, ídque cum alleluia, pſallebantur; ſed de his iſta ſufficiant. Fuit autē Gūtrānus in bonitate præcipuus, in erogāda pauperibus alimonia largifluus: Chriſti ſacerdotibus ſe humilē prębēs, Leudis ſui beneuolū, gētibus externis pacatū. Talibus itaque pollens virtutibus, multis nationibus eius laudes præcinentibus G H

Leudi.

tibus

A tibus, præſens regnum Childeberto nepoti ſuo relinquens, ipſe ad ſuper-
num migrauit. † *† Die 28. martij, quo eius feſtũ in martyrologiis cõmemoratur.*

De Childeberto vltionem de patre & patruo in Fredegundem meditante.

CAP. LXXXI.

CHildebertus duorum regnorum vallatus præſidiis, vltionem pa-
tris & patrui, quos factione Fredegundis periſſe certis habebat con-
pertum indiciis, meditabatur. Congregatis igitur cunctis Auſtraſiis, &
de regno Burgundiæ auxiliaribus validis, Gundoaldum ac Vvintrionem
duces his præficit: mandátque vt terram hoſtilem petentes, prædas agant, *Campania Remenſis.*
incendia ſpargant, captiuos quamplures abducant. Qui è Campania
B Remenſi digreſſi, pagum Sueſſionicum vaſtaturi, aggrediuntur. Cùm in-
terim Fredegundis, euocatis qui ſibi parebant Francis, aſcito etiam
Landerico (qui tutor à Guntranno, vt meminimus, Clothario filio ſuo
datus fuerat) facta concione, ſic vniuerſos alloquitur: & præ ſe puerum
geſtans, rogat, ne infantiam regis pupilli contemnentes, hoſtibus depo-
pulandos agros relinquãt: meminerintque ſe non contemptum pueritiæ
promiſiſſe, ſed venerationem maieſtati regiæ. Fouerent porrò honorem, *Infans in cunis præficitur prælio.*
quem conferendum in cunis adhuc poſito æſtimauiſſent: ne in matura
ætate vacuus poteſtatis, plenus ignominiæ Rex remaneret. Se certè, qui-
bus poſſet modis, remunerationi pro filio non defuturam: quæ ſpecta-
trix cunctorum ac teſtis vniuſcuiuſque vel ignauæ, vel virtutis, in eminen-
C tiori conſtituta loco deſuper pugnam ſpectaret. Cúmque his exhortatio-
nibus, muneribus quoque, eos ad belli certamina reddidiſſet animoſio- *Stratagema Fredegundis.*
res, ad extremum intulit. Ne (ait) quempiam veſtrum multitudo deter-
reat aduerſariorum: ſi aperta congrediamini fronte, inueni fallendi eos
viam, quæ vobis pariat victoriam. Vos tantum ſequimini me præuiam:
& quæ Landericum, vicem regis agentem, me ſuggerente videritis facere,
vos quoque eadem facite. Placuit cunctis quod dixerat regina, & ex con-
ſilij ſententia, regem adhuc matris ſugentem hubera, ferrata ſequuntur
agmina. Intempeſta nocte ſurgens exercitus, ſyluam Landerico ducente
eſt ingreſſus. Qui arrepta ſecuri, ramum præcidit arboris, ſuſpenſúmque
tintinabulum collo equi cui inſidebat ferens, hortatur ſocios, vt ſuum
omnes ſequantur exemplum. Qui certatim arborum præciſis ramis, arre-
D ptíſque vna tintinabulis (factũ imitati ducis) matutinis hoſtilibus aſtite-
re caſtris. Interea Fredegundis Clotharium filium ſuum propriis geſtans
vlnis, vſque ad locum certaminis armatum præcedebat exercitum: vt
miſeratio eos infantis accenderet, quem, ſi victi forent, captiuum de rege
facturi videbantur. Sed vnus hoſtium, qui cum ſociis prætendebat mu-
nia vigiliarum, clara necdum luce eos conſpiciens aduentare, & rem pror-
ſus ignorans, conuerſus ad ſocium, quænam eſt, ait, hæc quam contem-
plor ſylua, cùm heſterno veſpere hic nulla apparerent vel minima vir-
gulta? Cui ſocius: Tu (inquit) pridianas adhuc ructans epulas, vinóque
ſolutus, obliuioni mandaſti, proxima ſaltu & opportuna nos equis no-

ſtris inueniſſe paſcua. Nunquid non audis tintinabula, paſcentium equorum collis dependentia? Mos quippe antiquis inoleuerat Francis, & maximè Auſtraſiis, vt paſcentibus equis tintinabula imponerent: quò, ſi fortè longius in paſcendo oberraſſent, eorum ſonitu dignoſci poſſent. Dum igitur vigiles, hos atque huiuſmodi inter ſe ſerunt ſermones, ſylua, quæ prius apparuerat condenſa, decidētibus ramis fronde quidem rariſſima, ſed armorum nitore videbatur denſiſſima. Turbatis itaque cuſtodibus, & quid agerent hæſitantibus, ſuperueniente exercitu, cum adhuc feſſi multo ſuperioris diei labore quieſcerent, alij in ſuis ſtratis, alij expergefacti, ſed ſomno ſoluti pœnas dabant. Cæſi multi mortales: reliqui in fugam vertuntur. Ipſi duces, aſcenſis equis, vix diſcrimen euaſere mortis Landericus Vvintrionem fruſtra ſequi conatus, velocis equi rapido vectum curſu minimè valuit aſſequi. Parta tanta ac tam inſperata victoria, Fredegundis cum filio Clothario, & cum armatorum maximo cuneo, Remenſem inuadit Campaniam: replens omnia incendio & ſanguine. Vaſtabantur cuncta die noctuque, exurebantur ædificia, diripiebantur patrimonia, perimebantur quicunque erant habiles ad bella, infirmi ſeruabantur ad ſeruitutis officia. Vbi cædibus ac rapinis ſatisfactum, Fredegundis ſuum Sueſſionas reduxit exercitum. Acta ſunt hæc in pago Sueſſionico, in loco nuncupato Trueco.

E F

De mutua Francorum Brittonúmque cæde: de Varuorum exitio: Gripponis legatione: & Francorum in Italiam expeditione.

Cap LXXXII.

G

Anno ſecundo cùm regnum ſuſcepiſſet Burgundiæ Childebertus, exercitus Francorum ſimul ac Brittonum in mutuum inhiantes interitum, mutua ſemet cæde proſternunt. Sequenti anno multa in cœlo ſigna ſunt oſtenſa: & apparuit ſtella cometes. Eo anno exercitus Childeberti cum Varuis, qui rebellare tentabant, conflixit: quos etiam penè vſque ad ſupremum exitio dedit. Hac etiam tempeſtate Grippo legatus Chideberti, cùm à Conſtantinopoli remeaſſet, & eidem regi quomodo honorificè ab imperatore Mauritio ſuſceptus foret nunciaſſet, & quòd iniurias, quas apud Carthaginem perpeſſus fuerat, imperator ad voluntem Childeberti ſe vltum ire promiſiſſet: Childebertus iteratò viginti duces cum lecta in Italiam dirigit pube, ad delendam Langobardorum gentem: è quibus Andoaldus, & Olo, atque Cedinus, eminentiores fuere. Sed Olo, cum improuidè ad Bilitationis caſtrum acceſſiſſet, iaculo ſub mamilla ſauciatus cecidit & mortuus eſt. At verò Andoaldus & ſex duces Francorum ad Mediolanenſes venientes, in campeſtribus caſtra poſuerunt. Quo loco imperatoris legati ad eos venerunt: nunciantes adeſſe exercitum in adiutorium eorum: dicentéſque quia poſt triduum vnà cum eis veniemus: & hoc vobis erit ſignum. Cùm videritis villæ huius, quæ in monte eſt ſita, domos incendio concremari, fumumq́ue vſque ad cœlos conſcendere, noueritis nos cum cohortibus, quas pollicemur, aduentare.

Cometes. *al. Varnis* *Grippo.* H

tare.

A tare. Sed expectantes Francorum duces diebus ſex iuxta placitum nullum
ex his quos legati promiſerant veniſſe conſpexerunt. Cedinus autem cum
tredecim ducibus læuam Italiæ ingreſſus, quinque caſtella cepit, à qui-
bus etiam ſacramenta exegit. In Tridentino quoque territorio, decem
caſtella à Francis diruta, & commanentes in eis vniuerſi ducti captiui.
Prò Ferruge verò caſtro intercedentibus epiſcopis Ingenuino Sauionenſi,
& Agnello Tridentino, data eſt redemptio, per caput vniuſcuiuſque viri
ſolidus vnus, vſque ad ſummam ſexcentornm ſolidorum. Interea Fran-
corum exercitus, cùm eſſet tempus æſtiuum, propter inconſueti aëris in-
commoditatem, dyſenteriæ morbo grauiter laborabat. Cumque per
trium curricula menſium Italiam peruagaretur, neque regem quem per-
B ditum venerat, attingere valeret, eò quòd ſe intra Ticinenſem vrbem
clauſiſſet, aëris (vt diximus) intemperantia infirmatus, ad propria re-
diit.

De Childeberti & vxoris interitu, & filiorum eius Theodeberti & Theodorici ſucceßione. CAP. LXXXIII.

ANno quarto regni Burgundiæ à Childeberto ſuſcepti, paterni verò
regni viceſimo tertio, ætatis porrò ſuæ xxv. idem rex Childebertus
cum vxore propria (ſicut fertur) vi veneni extinguitur. Hic eſt Childeber- *Diuiſio regni inter filios Childeberti.*
tus filius Sigeberti, qui etiam iunior dictus eſt. Cui ſucceſſerunt duo fi-
lij ſui, adhuc pueruli, ſub tutela auiæ Brunichildis conſtituti. Theodeber-
C to quidem, regnum Auſtraſiorum, quod pater Childebertus à genitore
ſuo Sigeberto ſibi relictum acceperat: Theodorico autem, regnum Gun-
tranni, quòd Childebertus iure adoptionis tenuerat, ſorte obuenit. Qui
etiam ſibi ſedes in his locis, in quibus & priores conſtituere reges. Ad hos *lib. 5. epiſt. 58. & 59.*
fratres, & ad auiam eorum Brunechildem, extant epiſtolæ beati Grego-
rij Romani pontificis, Auguſtinum, quem Anglis Saxonibus deſtina-
uerat epiſcopum illis commendantis. In quibus idem vir domini peten-
ti memoratæ reginæ, fatetur ſe reliquias beatorum apoſtolorum Petri & *l. 5. epiſt. 15.*
Pauli miſiſſe.

Hunnorum in Thoringiam irruptione, & Agilulfi ſeu Agonis legatione in Franciam. CAP. LXXXIIII.

D TVnc temporis Hunni (qui & Auares dicuntur) à Pannonia egreſſi,
in Thoringiam, bella grauiſſima cum Francis geſſerunt. Qui ta-
men à Brunichilde, ſeu ab eius nepotibus, accepta pecunia redierunt ad
propria.

Ago quoque rex Langobardorum, cauſa eorum qui ex caſtellis Tri- *Agnellus epiſcopus.*
dentinis captiui à Francis ducti fuerant, Agnellum Tridentinum epiſ-
copum in Franciam miſit. Qui exinde rediens, aliquantos ſecum captiuos
quos Brunichildis ex proprio redemerat, reuocauit. Euum etiam dux
Tridentinorum à præfato principe miſſus, pro obtinenda pace ad Gallias
perrexit: Qua impetrata ad Italiam reuerſus eſt.

De Fredegundis graſſatione & morte, Quintrionis cæde, Coleni patriciatu, inguinaria peſte, & piſcium præ feruore fluuij decoctione, & Vvarnecharij liberalitate. CAP. LXXXV. E

EO igitur anno quo Childebertus vita deceſſit, Fredegundis regina cum filio Clothario, ſuperioris victoriæ elata triumpho, Parrhiſius & reliquas vrbes ritu peruaſit barbarico. Quorum exercitus ſuper Theodebertum & Theodoricum reges irruens, aduntas ab ipſis militares copias loco nominato Latophao graui cæde labefactauit, reliquoſque in fugam egit. Anno ſecundo regni Theodeberti ac Theodorici, Fredegundis regina ſenex & plena dierum defuncta eſt, ac in baſilica ſancti † Vincentij in ſuburbio Parrhiſienſi ſepulta. Anno tertio ſupradictorum regum Quintrio dux, inſtigante Brunichilde, interficitur. Sequenti abhinc anno Colenus, genere Francus, Patricius ordinatur. His diebus, apud Maſſiliam & reliquas prouinciæ ciuitates, naſcentibus in hominum inguinibus, ſeu delicatioribus locis, quibuſdam glandulis in modum nucis, maxima generata eſt mortalitas. F

Fredegundis mors.

† Nūc eſt S. Germani.

Quintrionis cædes. Colen⁹ Patricius.

Inguinaria.

In lacu quoque Dunenſi, in quem Arula flumen influit, aqua feruens adeò ebulliuit, vt multitudinem piſcium decoctam ad litus proiiceret. Vvarnecharius autem maior domus regis Theodorici, moriens, omnes facultates ſuas in alimonias pauperum diſtribuit.

Piſces in flu. decocti. Vvarnechary liberalitas.

De Brunichildis caſu, mirabilique errore & gratitudine in pauperem ductorem, deque prodigiis cœleſtibus. CAP. LXXXVI. G

POrrò Brunichildis à Theodeberto nepote ſuo, & proceribus, qui ei parebant, de regno Auſtraſiorum expulſa, & à quodam paupere in Marciacenſi Campania ſola inuenta & cognita, ipſa petente ab eo ad Theodoricum alterum nepotem ſuum eſt deducta. Theodoricus auiam Brunichildem, eo quo digna erat honore ſuſceptam, ſecum quo ad vixit fecit manere. Pauper, quo ductore ſæpefata vſua fuerat regina, ob huius viciſſitudinem beneficij Antiſſiodorenſem adeptus eſt epiſcopatum.

Pauper fit epiſcopus Antiſſiodorenſis.

Anno quinto memoratorum regum, iterum ea quæ ſuperioribus annis apparuere ſigna: globi ſcilicet ignei, in partibus occidentis per cœlum currentes, inſtar multitudinis aſtrorum.

Prodigia cœleſtia.

H

De crudeliſſimo regum inter ſe conflictu: & Angeli viſione: Clotharíique fuga & damno. CAP. LXXXVII.

THeodebertus itaque ac Theodoricus, conceptam iamdudum cōtra Clotharium, patruelem ſuum rixam tandem parturiunt: & adnitente auia Brunichilde, ſuper fluuium Aruennam, nec procul à Doromello vico, cum eo prælio confligunt. Ibíque tanta ſtrages ex vtriſque partibus, & maximè ex Clotharij parte, facta eſt, vt fluuius ipſe humanis oppletus corporibus, ſuos nequiret explere curſus. In ea pugna Angelus domini euaginatum aſtans, viſus eſt tenuiſſe gladium. Clotharius ſuos immaniſſimè

maniſſimè ſterni conſpiciens, in fugam vertitur: & per Milidunum caſtrum in inſula Sequanæ ſitum, Parrhiſius properat. Theodebertus & Theodoricus poſt terga fugientem ſecuti, ciuitates regni eius magna ex parte euertentes, ciues ſeruituti ſubiiciunt. Coactus Clotharius tenorem pacti ab hoſtibus propoſiti, inuitus licet, firmauit: vt inter Ligerim & Sequanam, vſque ad Mare Oceanum limitémque Britonum, dilataretur Theodorici regnum: & inter Sequanam & Iſaram ducatus integer Denteleni, itémque vſque ad mare, Theodeberto cederet. Duodecim tantum pagi, inter Sequanam & Iſaram vſque ad maris Oceani litora Clothario remanſerunt.

Melun.

De Cathini cæde, Sigeberti ortu, Agilæ nece, Vaſconum domatione, Adoaldi Langobardi ſublimatione, ſtrage apud Saxones.

Cap. LXXXVIII.

ANno ſexto regni Theodeberti, nec non & Theodorici, cathinus dux Theodeberti interficitur. Sequenti abhinc anno, Theodorico ex concubina naſcitur filius, nomen Sigebertus. Et Egila patricius nullis culpis extantibus, ſed ſola ſuggerente cupiditate, per concilium Brunichildis eſt peremptus, facultatéſque eius fiſco aſſociatæ. Eo tempore Theodebertus ac Theodoricus Vvaſcones domuerunt: ducémque ſuper eos nomine Genialem, inſtituerunt. His diebus, leuatus eſt Adoaldus rex ſuper Langobardos Mediolani in circo, in præſentia patris ſui Agilulfi regis, aſtantibus legatis Theodeberti regis Francorum: & deſponſata eſt eidẽ regio puero filia regis Theodeberti, & firmata eſt pax perpetua, cum Francis. Eodem tempore Francis cum Saxonibus pugnantibus, magna ſtrages ab vtriſque partibus facta eſt.

Catin⁹ cæditur. Sigebertus. Egila cædes. Vvaſcones domãtur. al. Adoloaldus. Aliulfi.

De inuentione corporis beati Victoris: de Etherij Lingonenſis archiepiſcopi obitu: de Childeberti minoris ortu: Deſiderij epiſcopi deiectione, & Dommili ſurrogatione, ac ſolis eclipſi.

Cap. LXXXIX.

BEatus verò Enchonius, pontifex Mauriennenſis, corpus ſancti Victoris (qui Solodori vna cum ſancto Vrſo paſſus fuerat) hoc modo inuenit. † Quadam nocte in ſua ciuitate quieſcentem, reuelatio diuina per viſum ammonuit, vt ſurgens quantocyus ad eccleſiam, quam Sedeleuba quondam Burgundionum regina in ſuburbano Genabenſi conſtruxit, iret. Ibi, in medio baſilicæ eſſe deſignat locum, quo corpus ſanctum eſſet humatum. Cumque epiſcopus Genabenſem feſtinus adiſſet vrbem, aſſumptis ſecum Ruſtico & Patricio Antiſtitibus, triduano peracto ieiunio, nocte ſequenti, eo loci quo glorioſi martyris quieſcebant membra, lux cœleſtis apparuit. Tunc hi tres domini ſacerdotes, eleuato quo tegebatur lapide, inuenerũt ſanctũ in arca argẽtea iacentẽ. Cuius facies, ſeptẽpliciter quàm cuiuſlibet viuentis hominis, diuino irradiata reſplendebat fulgore. Huic tam mirandæ egregij martyris inuentioni interfuit Theodoricus princeps: qui loco illi maximam portionem facultatis

al. Echonius. SS. Victor & Vrſus, ambo ex legione Thebæa paſſi referuntur die vlt. Septẽ. † Sumpta sũt hæc omnia quæ ſequũtur ex appendice Greg. Tur. c. 22. facta eſt autem hæc reuelatio (ſecundũ Sigibertũ in chr.) an. Chriſti 608. Corp⁹ diu Victoris miraculos inuenitur.

al. Vuarincharij. Vuarincharij contulit: quam ille (vt præfati ſumus) eleemoſynis delegauerat erogandam. Ad ſepulchrum denique beatiſſimi Victoris, Chriſti E potentia multa exinde miraculorum oſtendit ſigna. Eo anno Etherius Archiepiſcopus Lingonenſis. Lingonenſis archiepiſcopus obiit: ordinatuſque eſt Secundinus loco ipſius. Anno octauo regni Theodeberti, ex concubina naſcitur ei alter filius, auum Childebertum nomine referens. Synodus etiam Cabillone collecta, Deſyderium Viennenſem epiſcopum deiecit: eóque factione Brunichildis & Aridij (Lugdunenſis pontificis, qui Secundino ſucceſſerat) al. Dommulus. in exilium acto, ſubrogatus eſt Dommilus in ſacerdotale officium. Eo anno eclipſis ſolis facta eſt.

De Corbi qui comes palatij euaſit ortu: Bertoaldi interitu: & Protadij Brunichildis amatoris inſolentia: & regum conflictu. Cap XC. F

Anno nono memorati regis, iteratò ei filius naſcitur nomine Corbus. Comes palatij ipſius principis, tunc temporis Bertoaldus erat Bertoald⁹. vir ſapiens & cautus, moribus regis congruus, in prælio fortis, ac in commiſſo fidelis. Protadius verò quidam erat genere Romanus, Brunichildi Protadi⁹. cauſa ſtupri familiariſſimus, & ob id in pago Vltrauirano, poſt Vuandalmarum, ab ea dux conſtitutus. Creſcente itaque conſuetudine vitij, creuit Vltrairano. ſimul & deſiderium honoris augmentandi. Tacitè ergo hoc præmeditata conſilium, præſumpſit nepotem orare ſuum, vt interficeret Bertoaldum, & maiorem totius regiæ domus conſtitueret Protadium. Tum fortè Bertoaldus, à Theodorico cum trecentis in Neutriam, vt partem regni eius al. Arenanno. rueretur, directus viris, à †Renauno villa venationi operam dabat. Quo G comperto, Clotharius filium Meroueum & Landericum ducem, datis in adiumentum viris ſtrenuis, ad opprimendum Bertoaldum dirigit. Bertoaldus hoſtes ſuper ſe, certis nuntiis id deferentibus, irruere velle cognoſcens, & ſe ad reſiſtendum viribus imparem fore ſciens, terga vertens Aurelianos ſe confert: ibíque à beato Auſtreno eiuſdem vrbis epiſcopo ſuſcipitur. Landericus ante portam ciuitatis Aurelianenſis exercitu deducto, Bertoaldum ad pugnam egredi prouocabat. Cui Bertoaldus: Numeroſo, ait, vallatus milite confidis me cum paucis tibi non poſſe reſiſtere. Verùm, ſi placet nos duo ſingularis ineamus certamina pugnæ, procul ſuſpenſa armatorum multitudine, & rei euentũ expectãte. Nullius adſit ſolatium ſatellitis: ſolius expectetur examen iuſti iudicis. Recuſante H Landerico congredi, Bertoaldus iterato dixit ei. Quia formido te nunc prohibet mecum manum conſerere, proximum eſt vt domini noſtri, pro tuis auſis temerariis, quibus pręſumpſiſti pręripere partem regni domini mei regis, inter ſe decernant cũ armatorum cuneis. Tunc, ſi placebit, ego & tu vermiculatis adoperti veſtibus, inter conferta congrediamur agmina. Ibi & meæ probrum ignauiæ, & virtutis tuæ poteris documenta perſentiſcere. Has conditiones non renuente Landerico, vtrique quædam ſibi adinuicem, ſi à cœpto deſiſterent, imprecati ſunt maledicta. Hæc dum in die feſtiuitatis ſancti Martini geſta fuiſſent, & Theodoricus

A Theodoricus pro certo agnouiſſet, quod pars regni ſui à Clothario peruaſa foret: ipſa die qua incarnati verbi natiuitas à cunctis fidelibus deuotè colitur promouet exercitum, & apud Stampas ſuper fluuium Iunna, cótra Clotharium, qui haud ſegnius parabat occurrere, aciem dirigit. Sed dum arctus eſſet Iunnæ fluminis tranſitus, antequam totum Theodorici pertranſiſſet agmen initum eſt certamen. Inter confertiſſimas igitur, ac in mutuam inhiantes perniciem phalanges, Bertoaldus nominatim Landericum vocitare, &, vt ſecum iuxta placitum congrederetur, non ceſſabat prouocare. Quod dum Landericus abnueret, ac paulatim loco cederet, Bertoaldus ad ſolum ſubeundæ mortis affectum inſurrexit: & quia iam cognitum habebat, quod Brunichildis eum à priſtino honoris gradu deiicere, ac Protadium pro eo moliretur conſtituere, melius inducauit B cum decore bello oppetere, quàm reliquum quod ſupereſſe poterat, vitæ cum dedecore ducere. Dum itaque palantia ſtudet impulſare agmina, oppreſſionémque in cedentes hoſtes facere, occurrentes quoque mucrone ſterneret, vnus à multis circundatus oppreſſuſque extinguitur. In eo prælio Meroueus filius Clotharij capitur: Landericus cum Clothario in fugam vertitur. Theodoricus victor Parrhiſius ingreditur. Poſt hæc Theodobertus cum Clothario Compêdium venit: exercitus verò eorum illæſus ad propria reddiit.

Bertoald᷒ Protadiũ ad ſingulare certamen prouocat.

De Protadij Romani (qui factus eſt magiſter ſeu maximus domus regiæ) auaritia fœda, ob quam omnibus euaſit inuiſus, & tandem à proceribus eſt interfectus, & reges reconciliati: déque ſucceſſione Claudij Romani viri prudentis. C Cap. XCI.

Anno decimo regni Theodorici, iuxta voluntatem Brunichildis, ex præcepto Theodorici Protadius maior domus conſtituitur. Qui quum ſenſu argutiſſimus, ac in conſiliis haberetur ſtrenuus: ſæua tamen illi inerat contra locupletes cupiditatis macula, fiſcum volenti replere, ac ſeipſum ditare. Denique nobilitatem inſectando Burgundiæ, omnes cupiens ſibi ſubiicere, res eorum conabatur iniuſtè auferre, ne quis ſibi poſſet honorem quo fruebatur ſubripere. Quapropter non valebat quilibet potentum reperiri, qui eius vellet familiari colloquio vel amicitia frui. Sed dum Brunechildis, veteris inimicitiæ recordatione, vin-D dictam meditaretur expulſionis ſuæ, moneretque Theodoricum theſauros patris de manu Theodeberti quærere (aſſerens illum non Childeberti, ſed cuiuſdam hortulani, filium fuiſſe) Protadius cœpit regem ad hæc peragenda ſtudioſius commonere. Tandem Theodoricus cum exercitu profectus, apud Cariacum caſtra poſuit, paratus in craſtinum cum fratre congredi: qui haud procul cum valida Auſtraſiorum conſederat manu. Interea Leudi Theodoricum hortari cœperunt vt fratri reconciliaretur, nec vaniſſimæ cupiditati poſtponeret decus germanitatis: Protadius contrà, vehementer reſiſtere, dicens pacem fieri non opportere. Animaduertentes cæteri proceres eum ſolum eſſe, qui conſiliis eorũ refragare-

tur alterutrum ſermocinabantur opportunius fore vnum tradere morti, quàm totum exercitum periclitari. Opportunè exercitationis gratia, tentorio egreſſus, rumore ferente, comperit quoſdam Protadium velle perimere: & proripere ſeſe volens, vt eos ab iniuris memorati viri remoueret, à ſuis prohibitus ac vide tentus, mittit quendam, Vncelenum nomine, qui principibus factionis, iuſſionis ſuę auctoritate, tales† interdiceret auſus. Tunc Vncelenus ad eos veniens, qui iam tabernaculum regis circundederant, quo Protadius vna cum Petro, medicinæ artis perito, ad tabulas ludens ſedebat, taliter infit. Iubet dominus meus Rex Theodoricus, vt interficiatur Protadius paci contrarius. Poſt quod verbum certatim omnes tentorium gladiis conciderunt, & Protadium inibi peremerunt. Theodoricus licet à ſuis coactus, cum fratre Theodeberto pacificatus, & vtrorumque exercitus ſaluus ac integro numero, ad ſua regreditur. Anno. xi. regni Theodorici ſubrogatur Protadio maior domus quidam Claudius, itidem Romanus genere, homo prudens, fide plenus, iocũdus in fabulis, prouidus in cũctis: ſed ſagina corporis valde grauis. qui prædeceſſoris ſui territus exemplis, amicitiam cum vniuerſis ſeruans, lenem ſe ac fauorabilem præbebat. His diebus defuncto Scubilione cœnobij ſancti Vincentij abbate, Deſyderius ei ſucceſſit in regimine.

†al. indiceret. — *Protadius interimitur.* — *Claudius.* — *Deſideri⁹ Abbas 4. S. Germa.*

E F

De vltione quam Brunichildis de inimicis Protadij cepit: déque Deſyderij epiſcopi lapidatione. Cap XCII.

ANno xii. regni Theodorici, Vncelenus, qui fallacia ſua Protadio cauſa mortis extiterat, inſidiis Brunichildis pede truncatus, rebúſque ſuis expoliatus, egens eſt redditus. Vvolfus quoque patricius, eò quòd in necem iam dicti conſenſiſſet Protadij, in Farmiaco villa ſuggerente Brunichilde, iuſſu Theodorici interficitur. Natus etiam eſt ex concubina Theodorici filius, nomine Meroueus: quem Rex Clotharius de ſacro fonte leuauit. Porrò ſæpe dictus rex Theodoricus, perſuaſionibus Aridij Lugdunenſis epiſcopi, ac auiæ ſuæ Brunichildis deceptus, ſanctum Deſyderium Viennenſem pontificem exilio reuocatum lapidari præcepit. Ad cuius tumulum miracula creberrimè ſunt oſtenſa.

G

Deſyderi⁹ Viennẽſis epiſcopus.

De Hermenbergæ filiæ regis Hiſpaniæ infauſtis cum Theodorico nuptiis. Cap. XCIII.

H

TVnc temporis Theodoricus Aridium præſulem, Rocconem & Eborinum præfectos equorum, ad Bertricum regem Hiſpaniæ direxit: qui filiam illius, coniugio ſibi ſociandam poſcerent: & ſi pater vellet iuſiurandum præberent, quòd diebus vitæ ſuæ eam regio non priuaret honore. Cui Bertricus gaudens annuit, puellámque legatis tradidit. Quam Theodoricus lætus accipiens primum vnicè dilexit: quę tamen maleficiis Brunichildis virum non cognouit. Deinde, faciente eadem auia ſua, Theodoricus Hermenbergam (id quippe nomen virgini) theſauris expoliatam abire præcepit ad Hiſpaniam. Hac de re indignatus Bertricus,

A tric⁹,ad Clotharíu regem(Theodorici ex patruo genitū)miſit legatos:qui eū ad belli ſocietatē,expoſitis iniuriæ cauſis,inclinarēt.Vbi ille votis eorū viſus eſt ſatisfeciſſe, cum miſſis ipſius ad Theodebertum rectà proficiſcuntur via. Hūc quoque auxilio ſibi affuturū cognoſcētes, rectà ad Agonem Langobardorum regem,cum ſuprà memoratorum legatis tegū,iter dirigunt:vt ij quatuor reges ſuper Theodoricū irruentes,eū vita ſimul & regno priuarent, & vindictam contumeliæ regi Hiſpanorū illatæ ſumerent. Cúmque Theodorico perlatū fuiſſe,huiuſmodi conſiliū illoscōtra ſe ſtruere velle,deſpectui habuit,vt futile.Legatus verò Bertrici cūcta pro quib⁹venerat ſe autumās impetraſſe,ad Hiſpaniā nauali rediit euectione.

B *De Sancti Columbani Hyberni in dicendo libertate, & miraculis: regiſque reſipiſcentia ſimulata: Bobiíque cœnobij conſtructione: & Columbani tranſitu.* Cap. XCIIII.

Regni Theodeberti ac Theodorici anno XIIII, beatus Columbanus ab Hybernia Oceani inſula progreſſus, primum à Theodeberto ſuſcipitur:demum,propter confluentium ad ſe populorum multitudines inde migrans & ſolitariam agere vitam cupiens, ad regnum Theodorici tranſiit, atque in loco cui Luxouium nomen eſt,à præfato rege habitare eſt iuſſus. Ad quem viſitandum dum frequenter rex adueniret, ac à viro Dei, cur relicto legitimæ coniugis matrimonio, adulterinis deſeruiret commixtionibus, argueretur, illéque ad obediendum eius ſalutaribus monitis aurem cordis inflecteret:auia Brunichildis vipereis antiqui ho-C ſtis inflammata incitamentis, aduerſus ſanctum Columbanum commoueri cœpit acrius. Sed ſanctus vir illius malitiæ obuiam ire parens,ad eam in Bruchariacho villa commorātem properat.cui regina cum nepotibus ſuis Theodorici filiis occurrens,orabat,vt regiam prolem benediceret.At ille ait,nequaquam illos regalia ſceptra ſuſcepturos; eò quòd de lupanaribus emerſerint. Regina indignata pueros præcepit abire, & ipſa poſt paulutum eſt ſecuta.Viro autem Domini ad propria regredi feſtinante,& regiæ aulæ limen pede tangente, ſubito fragore totius mota eſt domus fabrica. Sed nefandiſſimè mulieris mens non eſt commota: immò maiori iracundiæ igne ſuccenſa. Verebatur enim quòd omni extorris dignitate pelleretur à regno,ſi rex poſt habitis meretriciis delinimentis,ali-D cuius regalis fœminæ potiretur coniugio. Interdixit igitur egreſſum & regreſſū à monaſterio tam ſancto viro, quàm fratribus cum eo manentibus: præcipiens ſuis optimatibus,vicina cœnobio loca colentibus, ne quempiam exire permitterent,vel progreſſum hoſpitio ſuſciperent. Denuo vir ſanctus,vt eam à tanta moneret deſiſtere pertinacia, ad palatium perrexit.Eo fortè die Theodoricus cum auia ſua in Spinſia reſidebat villa: nunciatúrque ei hominē Dei pro foribus ſtare,nec in hiſdē ædibus hoſpitare velle. Tunc Rex iram domini ſibi imminere veritus, melius dixit eſſe virum Dei opportunis ſubſidiis honorare; quàm Deum ex ſeruorum eius offenſa, ad iracundiam prouocare. Iuſſit ergo regio cultu

Columbanus.

Brunichildis obduratio.

Regis Theodorici reſipiſcentia.

quæcunque erant victui neceſſaria parari, & domini famulo per miniſtros proprios deferri. Quod dum illi maturato impleſſent, beatus Columbanus ſeuero (vt erat) vultu reſpiciens in eos, inquirit quid ſibi iſta velint? Dictum ab eis eſt, alimenta eſſe in ſuos ſuorumque vſus à rege directa. Quibus ille, non (inquit) teſte ſcriptura accepta ſunt Deo impiorum munera: itaque non oportet eius ſeruos ſuſcipere, quæ ipſe probatur odiſſe. Poſt hæc verba vaſa cuncta in fruſta diſrupta, vinum ac ſicera ſolo fuſa, cæteráque ſeparatim ſunt diſperſa. Pauefacti regij miniſtri, ad regem reuerſi rei geſtæ ordinem promunt. Rex nimio terrore perculſus, diluculo cum auia ad virum Dei properat. Precantur de commiſſis veniam: pollicentur in reliquum actorum ſuorum emendationem. His pacatus promiſſis ad monaſteriũ rediit. Verùm hæc pollicitatio nullius efficacis protulit fructum operis. Nam Theodoricus in cœno luxuriæ (vt antè conſueuerat) eſt obſeruatus: & Brunechildis animus ſemel nequitia imbutus, à perſecutione beati viri nequaquam eſt immutatus: quin potius eo vſque proceſſit ſpiritus immanitatis ferox, vt nepoti ſuaderet ſanctũ Dei in oppidum Veſuntionum exilio relegari: indéque reuerſum vſque ad maris Britannici litora deduci, vt transfretato freto, nunquam de cætero Galliarum reuiſeret arua. Cúmque vir domini, ſecundum ſui propoſitum animi, deliberaſſet ad patrium ſolũ nullo modo regredi, per regnum Theodeberti ad Italiam tranſiens, cœnobium, quod Bobium dicitur, conſtruxit: plenúſque ſanctitatis ac dierum migrauit ad Dominum. E F

Bobium edificatur.

Theodoricus metu fratris cum eo paciſcitur. CAP. XCV. G

ANno xv. regni ſui Theodebertus aliqua ſibi de fratris Theodorici poſſeſſionibus adiungere parans, eum in ſe excitauit. Veruntamen prouido prudentium conſilio virorum electus eſt locus, cui Saloiſſa cognomen, vt fratres ad deſtinatum locum cum paucis, ſed Franciæ primoribus, conuenientes quæ pacis eſſent eligerent. Ibi Theodoricus cum decem milibus tantum virorum, Theodebertus verò cum magna Auſtraſiorum affuit manu: bello, etiam ſi frater petitis annueret turbare pacem volens. Theodoricus tantæ multitudinis contemplatione perterritus quæ ille cupiebat quanuis non ſponte conceſſit. Conuentus fratrum huiuſmodi fuit, vt Aleſatio, & Sugitenſi, Turonenſi quoque, ac Campanenſi, comitatu Theodoricus cederet, & ad Theodebertum ius omnium horum tranſiret. Inde cum gratia, ſed ſimulata, diſceſſum eſt: ac ſe inuicem ſalutantes, vterque ad ſua regna ſunt regreſſi. H

De Alemannorum in vltraiuranos graſſatione. CAP. XCVI.

Alemanni Vltraiuranos ſuperant.

HIs diebus Alemãni Veneticorum fines ingreſſi, Vltraiuranos Cambeleno & Herpino ducibus ſibi obſiſtere conatos acie ſuperant: ac, vſque ad refugia montium perſecuti, proſternunt. Dehinc, nullo inquietante, Iuranum ſaltum peruagantur, cædibus ac incendijs cuncta per quæ tranſibant replentes: captiuíſque plurimis abductis, cum ſpolijs & ingenti præda redierunt ad propria.

De

A *De Theodorici conſiliis & Theodeberti infami coniugio: de Berto Leuniſio: & Apologo eius de lupo: & regum conflictu.* Cap XCVII.

THeodoricus acceptas iniurias vlciſci deſiderãs, cũ ſuis tractabat quo pacto fratrẽopprimeret. Eo ãno Theodebertus Bilechildẽ (quã Brunechildis à mercatoribus emptam, eò quòd foret forma egregia, illi dederat coniugem) interemit puellam, Theudechildem nomine ſibi accipens in vxorem. Theodoricus, vt præfati ſumus, Theodebertum infeſtis inſectans odiis, ad Clotharium mittit, qui velut ex perſona ſua dicerent. Contumeliis à fratre affectus, reddere ei quæ meretur cogito, ſi te illi non affuturum auxilio cognouero. Quapropter ego rogo te quietum manere, nil adiumenti illi ferentem: pollicens, ſi victor euaſero, regnúmque
B cum vita ab eo quiuero auferre, ducatum Denteleni, quem ipſe tibi iniuſtè ſublatum retinet, mẽ tuæ remiſſurũ poteſtati. Huic † petitioni aſſentiente Clothario, Theodoricus anno XVII. regni ſui menſe Maio, vniuerſos ditionis ſuæ ad bella promptiſſimos Lingonis coadunari præcipiens, ac per Vernonam caſtrum (tum temporis ædificari cœptum) iter faciens Tullum deuenit. Ibi obuium habens Theodebertum, cum ſupplemento militiæ Auſtraſiorum non dubitauit conſerere manũ. In Campania nanque Tulenſi aduerſus fratrem congreſſus, exercitum eius grauiter attriuit. Euaſit tamen Theodebertus, & fugiens de prælio, per Metenſem vrbem, ſaltúmque Voſagum, Coloniæ ciuitatis receptacula petiit. Theodoricus fratrem perſequi eueſtigio feſtinans, beatum Leum-
C ſium Magontiacenſem Antiſtitem obuium habuit: à quo huiuſmodi monita percepit: Inchoatis, inquit, inſiſte, & ad perfectum, iuuante Deo, iſtius attinges operis. Ruſtica refert fabula, lupum catulos ſuos ad prædam ducentem, eos ad ſe in montem vocaſſe, taliáque mandata dediſſe: Neminem, ait, quæ vobis filij expediant per alienos quærere ſcitote, niſi per paucos qui ex veſtro ſũt genere. Vnde vos moneo ſuſcepta nõ deſerere munia, & victui inueſtigare neceſſaria. His ſuggeſtionibus Theodoricus haud ſegnis executor paruit: præcipuè ſciens eum ſuæ fauere vtilitati, & Theodeberti ſtultitiæ aduerſari. Tranſitáque Ardẽna, † Tulliacum vſque acceſſit. Theodebertus interea, qui fugã parauerat, diſtulit. Nam Saxones cæteráſque ſuperioris Germaniæ gentes, in ſui ſolatiũ ſollicitatas bel-
D lo, in ſuprà nominato opponit loco: & certatum eſt acriter quoad Theodebertus reſtitit. Renitebatur enim, quamuis exercitus eius more pecorum obtruncaretur. Vbi verò ipſe, pondus prælij pati non valens, fuga ſibi conſuluit, auerſi ſunt omnes qui conſtiterant pugnaturi. Quorum maxima pars incerta fuga diſperſa extinguitur: reſidui Coloniam verſus, cum rege feſtinanter properant. In prima pugnæ congreſſione, tanta vtriuſque partis animoſitate concurſum eſt, vt cadauera interfectorũ, prę multitudine comprimentium ſe populorum, non valentia ad terram ruere quemadmodũ equis inſederant, vna cũ viuis circunferentur. At poſtquam phalanx victa, hoſtibus terga nudauit ſua viarũ ſtrata, necnon ſyl-

† ali. pactioni.

Apologus de lupo.

† ali. Tulbiacum.

uarum deuia, corporibus mortuorum ſunt repleta. Theodorico vbi factum eſt indicium Theodebertum euaſiſſe, incentiuum accelerandi itineris acceſſit: vt conficiendi belli impendium putaret, ſi dux & populus bello promptior † interciperetur. Aduenies itaque cum ſuis in Ribuariorum fines ſeſe immiſit, occurrentia quæque deuaſtans vel exurens. Cuius terræ incolæ ad eum venere rogatum, ne ob vnius culpam diſſidium pararet eis, quos ſuos fore ſciret iure victoris. Quibus ille. Non (inquit) vobis, ſed Theodeberto, interitus paratur: cuius caput, ſi meam promereri vultis gratiam, vos neceſſe eſt auferre, aut ipſum viuum vinctúmque ad me perducere. Illi regiam Coloniæ introgreſſi, Theodeberto taliter locuti ſunt. Sic (inquiunt) mandat Theodoricus frater tuus, ſi (ait) recipere meruero theſauros paternos, quos Theodebertus adhuc iniuſtè retinet peruaſos, proprias feſtinus repedabo domos. Ideo te hortamur, domine rex, vt portione quæ ei debetur reddita, noſtra eum non ſinas infeſtare domicilia. His Theodebertus dictis credulus, ac pro vero prolata arbitratus, quo regalis continebatur gaza pariter cum ipſis eſt ingreſſus. Eo igitur, perſcrutante quid fratri opportunius, ſine ſui damno, poſſet reſtituere, vnus è circunſtantibus, euaginatum gladium ceruici eius illidens, caput abſtulit, ac per muros Coloniæ circuntulit. Quod cernens Theodoricus, ipſa confeſtim vrbe potitus, regias inuaſit opes: & primates ciuitatis in ſua ſibi verba iurare cópellens, dú in baſilica ſancti Gerionis ſacramenta exigeret, viſum illi fuit, quendam pugno ſuo ſe in latus percuſſiſſe. Et conuerſus ad ſuos, Obſeruate, ait, ad oſtia, ne quis egrediatur: eò quòd ignorem quis horum † Roboariorum periurio obnoxiorú, me vulnerare conatus ſit. Obſeruantibus auté his, à cubiculariis veſte remota latus regis inſpectum, nullúmque vulnus eſt inuentum. Solummodo ſignum quoddam apparuit purpureum: quòd ego reor citæ mortis fuiſſe indicium. Compoſitis ex ſententia rebus, inde cum multis ſpoliis progreſſus, ſecum abduxit filios fratris ſui, cum filia quæ ſpecie nitebat decora. Dum Mettos aduieniſſet, repperit auiam ſuam Brunichildem inibi obuiam ſibi veniſſe. Quæ arreptis Theodeberti filiis, eos ſine mora neci tradidit: & minorem quidem natu, Merouecum nomine, in albis adhuc poſitum, lapidi illiſum innocentem coëgit exhalare ſpiritum. Regnauit itaque Theodoricus annis XVII. Quidá verò auctores ſcripſerunt Theodebertum poſt illam Theodorici victoriam, ſuámque ærumnam, Rhenum tranſiſſe: & Theodoricum, capta Colonia, Bertharium cubicularium ſuum ad comprehendendú cú miſiſſe. A quo comprehenſus, atque ad Theodoricum perductus, indumentíſque regiis exutus, Cabillonas dicitur in exilium fuiſſe relegatus. Ob recompenſationem quoque tam præclari operis. Bertarius equum eius cum ſtratura regia fertur à Theodorico percepiſſe.

† al. interficeretur.

Diſſidiú.

Theodebertus rex perimitur.

† al. Ribuariorú, vulgo Ribaux

Brunichildis crudelitas.

E F G H

De

A *De Clothario ducatum recipiente: & ira Theodorici in eum.*

Cap. XCVIII.

CLothario, iuxta pactum quod cum Theodorico (eo quo ſuprà memorauimus modo) pepigerat, Ducatus Denteleni ſuo reſtituitur dominio. Vnde Theodoricus, cernens Auſtraſiorum ſibi parere regnum, indignatione nimia permotus, Clothario per legatos mãdat, vt ſe de memorato ducatu remoueat. Quod niſi efficiat, ſe ad vindicandam illatæ contumeliæ iniuriam, quibus poſſet non defuturum modis.

B *De Theodorico fratris filiam procante, & ob id à Brunechilde increpito: déque eius in Brunechildim ira: & Brunechildis, quæ eum veneno ſuſtulit, in eundem crudelitate.* Cap. XCIX.

INterea dũ Mettis moraretur Theodoricus, amore filiæ fratris Theodeberti (quam Coloniæ captiuauerat) deperire cœpit. Quam dum ſibi copulare vellet, ab auia, ne hoc faceret, prohibebatur. Cui ille. Et quid, ait, incurram offenſionis, ſi illam vxorem duxero? Ad hæc Brunechildis: Non (inquit) eſt fas fratre progenitam, te habere coniugem. Ad hæc Theodoricus, vt audiuit, felle commotus, tali ei reſpondit modo. Nonne tu Deo odibilis cunctíſque inuiſa bonis, mihi dixeras eum fratrem non eſſe meũ? C Vt quid impoſuiſti mihi tã graue onus fratricidij? & euaginato enſe voluit eam percutere. Quæ à circunſtãtibus erepta, ac manibus† domo elata, mortis quidẽ euaſit diſcrimen; ſed nepoti dolos parauit temeritate fœminea. Nam egredienti è balneo, per manus miniſtrorum pecunia corruptorum, veneni porrexit poculum. Quo hauſto, vt pœnitens ſcelerum quæ geſſerat, vitæ ſortitus eſt terminum, quam criminibus fœdauerat. Tradunt verò memorati ſcriptores, eum apud præfatam vrbem Mettenſem, dum contra Clotharium expeditionem agere meditaretur, dyſenteriæ morbo interiiſſe, octauodecimo regni ſui anno.

† *al. elapſa.*

FINIS LIBRI TERTII.

E

LIBER QVARTVS.

De Clotharij cum nothis Theodorici, inſtinctu Brunechildis ſuper ſucceßione in regnum, certatione: & Brunechildis exitio.

Caput I.

EXTINCTIS, & varia ſorte obeuntibus, tot Francorum regibus, à quibus per quinquaginta fermè & vnum regnatũ eſt annos, ſolus legitimæ ſucceſſionis hæres Clotharius (Chilperico patre genitus) è regia ſtirpe videbatur relictus, in quem regnandi ius potiſſimũ transfundi oporteret. Brunechildis tamen moliebatur, ſi poſſet, Sigebertum Theodorici filium regno præponere Auſtraſiorum. Quatuor nãque Theodoricus ex pellicibus ſuſceperat filios, quorũ iſta ſunt nomina: Sigebertus, Chorbus, Childebertus, atque Meroueus. Sed quia erant materno latere minus nobiles, regni quoque gubernaculis æſtimabãtur fore impares. Simul quia & Brunechildis electo vno ad ſpeciẽ regnandi, nõ poteſtatẽ ſummę regi, ſed ſollicitudinem ſibi reſeruare velle intelligebatur: & primates Franciæ tanto tempore fœmineo dominatui dedignabantur ſubiici. Vnde, adnitentibus Arnulpho atque Pipino Auſtraliæ primoribus, Clotharius Captomacum vſque acceſſit. Brunechildis in Vuarmatia reſidens, eius audito aduentu, ad eum dirigit, obteſtans, vt de regno Theodorici quod filiis reliquerat ſecederet. Clotharius reſpondit, conuentum nobilium debere eam aggregare Francorum, & communi tractatu de omnibus conſulere rebus: ſe verò iudicio illorum in omnibus pariturum, nec præceptis promiſit obſtaturum. Brunechildis verbis ſe decipi animaduertens, miſſo in Thoringam Sigeberto Theodorici primogenito, gentes etiam quę trans Rhenum habitant, ad belli ſocietatem inuitare tentabat. Cum quo etiam Vuarnarium maiorem domus, ac Alboinum è proceribus Auſtriæ præeminetiſſimnm dirigendos curauit. Verum Vuarnarium ſuſpectum habens, quòd ad Clotharium tranſitum meditaretur, directis poſt eorum tergum literis, Alboino puniendum mandauit. Alboinus lectos apices ſcindens ad terram proiecit. Qui tamẽ à quodam familiarium Vuarnarij inuenti, ac in tabula cera lita tranſcripti, eidem ſunt oſtenſi. Quibus ille viſis, periculum ſibi imminere perpẽdens mortis, colligere ſeſe, ac præparare animo cœpit, quo pacto Theodorici filiis deletis, regnum Clothario vnà ſecum contraderet. Primò itaque nationes, ad quas ad ſupplementum belli accerſendas directus fuerat, ab es alienauit. Deinde cum Brunechilde ac Sigeberto Burgundiam ingreſſus, vniuerſos primates, ſimul cum pontificibus ipſius gentis, in ſuam

F G H

Theodorici nothi Sigebertus Chorbus, childebertus alias Theodebertus, Meroue⁹. Arnulph⁹ Pipinus.

Vuarnarius.

A ſuam deduxit ſententiam, ſecreto apud eos huius rei vſus verbo. Et quia omnes ſuperbiam Brunechildis ſimul & crudelitatem exoſam habebant, ſe voluntati eius polliciti ſunt non defuturos. His ita patratis, nuncios ad Clotharium miſit, & vt cum exercitu aduentaret mandauit, ſpondens ſe, ſi ei integra fide ſecuritas vitæ ac honoris concederetur, regnum Burgundionum pariter cum Auſtraſiorum vniuerſa militia traditurum. Venienti itaque Sigeberto cum Burgundionibus, in Campania Catalaunenſi ſuper fluuium Axonam, occurrit Clotharius cum Neuſtraſiis: habens ſecum complures Auſtraſios, inter quos Aretheus patricius, Rucco & Sigoaldus, necnon Endilanus duces. Igitur dum vtrinque armatorum cunei ad prælium parati conſtitiſſent, Vvarnarius cum ſuis (iuxta quod conſtituerat) ſigno dato è pugna, ante congreſſum, diſceſſit: Eadem fecere, quibus par inerat pugnandi affectus. Clotharius poſt eos paulatim iter faciés (vt pote qui nullum eorum perdere geſtiebat, quos ſuos fore confidebat) ad Ararim vſque fluuium (qui nunc Ragonna dicitur) peruenit. Captiſque tribus Theodorici filiis, Sigeberto, Chorbo atque Meroueo (nam quartus, nomine Childebertus, pernicis equi ſubſidio vſus prelio elapſus, nuſquam poſtmodum eſt repertus) ad vicum Siona, ſuper Vincennam flumen ſitum, rediit. Ibique, inſtantia Vvarnarij & cæterorum procerum ei fauentium, Brunechildis cum Theudelina Theodorici germana, de pago Vltraiurano ad villam vrbanam ab Herpone regalium præpoſito equorum protracta, Clothario præſentatur. In cuius conſpectu Clotharius Sigebertũ ac Chorbũ, eius nepotes Theodorico progenitos, iugulari iuſſit. Merouẽũ verò, cui ipſe pater ſpiritualis in baptiſmo fuerat datus, Ingobodo graphioni commendans, in Neptricum perduci, atque ibi nutriri clementiſſimè mandauit. Porrò Brunechildem præſentari ſibi præcipiens, aſtante multitudine exercitus, qui non ſolum ex Neuſtria, verùm etiam ex Auſtria & Burgundia conuenerant, accepta authoritate, quo minus odia tegerent, quæ aduerſus eam iamdiu animo conceperant, per triduũ diuerſis eã tormentis affici, cameloque impoſitã per totũ circunduci exercitũ iubet. Ad poſtremũ reputans ei quòd x. reges Francorũ, eius partim conſilio, partim manu, vel etiã maleficio extincti eſſent, ſic eã alloquitur. Vt quid inter mulieres maledicta, ac peſſimarũ exquiſitrix artiũ, in tantam erupiſti peruicaciam, vt non erubeſceres tam multiplicẽ præclaræ ſtirpis ſubuertere generationem? Peribis igitur crudeli pœnarũ exẽplo, quæ non expauiſti tam ingenti te vocari facinore parricidam. Nam, vt de cæteris ſileam, Sigebertum meum patruũ, tuum verò virum, nouimus tuo cõſilio vſum contra fratrem inſurrexiſſe ſuum: propter quod in improuiſum incurrit interitum. Meroueus quoque frater ex patre meus, tui cauſa à genitore odio habitus, nefandiſſimo crudelitatis genere eſt interfectus. Quid autem memorem Chilpericum meæ natiuitatis parentẽ: quem, vt fertur, per directos apparitores morte affeciſti, nil tale verentem? Nequeo ſine lachrymis tantum exitum referre patris, ærumnáſque meæ explicare orbitatis. Fraternas acies, alternáque bella, quæ profanis

al. Eudalanus. *La Saune.* *Sigeberti & Chorbi cædes.* *Brunechildis exitus triſtis, & ſcelera.*

(Margin letters: B, C, D)

decertata ſunt odiis, reuoluere: pudetque tu, totius aulæ procella, excitâs E in mutuam necem nepotes animaſti tuos: vt frater fratrem interimeret, nec iuſta commoueretur mentis compaſſione. Theodoricus denique, tuis credulus perſuaſionibus quòd Theodebertus eius non eſſet germanus, effuſor extitit fraterni ſanguinis: cùm iam pridem Merouei ex ſe geniti, cruore pollutas gereret manus. Theodeberti filium, in albis nouæ regenerationis adhuc conſtitutũ, à te ad petram alliſum, notũ eſt cũ fratre Innocentẽ exhalaſſe ſpiritũ. Illud non omittendũ recens piaculum, videlicet Theodoricũ maleficio tuo veneno necatum: atque eius filios, vt aduerſum me bella mouerẽt perſuaſos, tres ex ipſis, acſi reos, neci eſſe traditos. Silere malo innumerabiles ducum ſtrages, quæ vtrum iuſtè an iniuſtè fuerint perpetratæ, non eſt iſtius temporis explicare: dummodo vos dulciſſimi commilitones, & præeminentes Franciæ primores, decernatis cui F ſubiaceat ſupplicio tanti obnoxia ſceleris. Acclamantibus cunctis, inauditis eam debere ſubiici pœnis, iubet indomitum exhiberi equum, crinéſque miſerrimæ reginæ, cum brachiis caudæ eius conligari, ac demum ad curſũ concitari. Sícque in primo impetu currentis equi calcibus cerebrum diſperſum. Reliqua verò membra, per aſpera quæque ſentibus rupibuſve protracta loca, diſſipata ſunt. Hunc Brunichildis exitum tulit, mulier in cædibus propinquorum maximè exercitata, quibus extinctis poſſeſſionem eorum, quaſi ſpolium, ſuis iunxerat. Cui ſecundæ res ſuperbiam augebant, vt muliebris impotentia ſupra modum ſeſe extolleret. Nec tamen ex toto ita vecors extitit, quin Dei ac ſancto- G rum eius memorias, à prædeceſſoribus ſtructas, venerabiliter excoleret, ipſamque, nouas fabricando, deuotè multiplicaret. Nam in ſuburbano Laudunenſi baſilicam in honorem ſancti Vincentij conſtruxit: & apud Auguſtidunum aliam ſancto dedicari iuſſit Martino: vſa neceſſariis ad hoc opus miniſteriis venerabilis viri Siagrij, prædictæ vrbis epiſcopi. Multis quidem & aliis in locis, ſub nomine ſancti Martini magnificas fundauit eccleſias: illum ſibi præ cæteris adiutorem fore confidens, & cõfidendo expoſcens. Ædificia ſanè ab ipſa conſtructa vſque in hoc tempus durantia, oſtenduntur tam innumera, vt incredibile videatur ab vna muliere, & in Auſtra tantummodo & Burgundia regnante, tanta in tam diuerſis Franciæ partibus conſtrui potuiſſe. Ea autem cum filio & nepotibus gubernante regnum, apud Gallias, diuinæ virtutis gratia irradiati, H fulſerunt vt luminaria Eutherius Lugdunenſis Archiepiſcopus, Siagrius Auguſtidunenſis, Deſyderius Viẽnenſis, Aunarius Antiſſiodorenſis cum fratre Auſtreno Aurelianenſi. Lupus archiepiſcopus Senonenſis, & Columbanus abbas.

Albati catechumeni.

Brunichildis fundationes.

Aliàs Auſtraſia.

Viri ſanctitate clari.

De Auſtreſigilo præſule ſancto, falſo accuſato & miraculosè purgato: déque eius ſanctitate. Cap. II.

Vitã eius habes apud Suriũ to. 3. de ſanctis, die 20. May.

AVſtreſigilus quoque Bituricenſis Archiepiſcopus, ſub rege Guntranno diu in palatio conuerſatus, mappam ei ad extergendas præbere

A bere conſueuerat manus. Hic quadam vice à quodam peſſimæ mẽtis homine falſo accuſatus, quædam abſque iuſſione principis ſcripta confeciſſe, dum id ſedulò denegaret, iubetur à rege, armis obiecta repellere. Qui diluculo ſurgens, dum per puerum omnem ſuorum apparatum armorũ deferri feciſſet in campum, & ad exorandum Dominum eccleſiam beati Marcelli expeteret, obuianti pauperi & eleemoſynam roganti, trientem tribuit, ſicque orationi incubuit, nec defuit orationi effectus. Nam dum cũ rege ad locũ certaminis properaret, occurrit eis nũtius, dicens, aduerſarium eius, dum ad deſignatũ occurrere feſtinaret locũ, equo corruiſſe, vitæque terminum incurriſſe. Tunc rex ad beatum conuerſus virum: Lætare, inquit, amantiſſimè iuuenis, quia Dominus defenſor tuus eſt, ne tibi B nocere poſſit inimicus. Poſt hæc cathedram epiſcopalem ſortitus admirandis in mundo virtutum enituit bonis.

De Mauritij imperatoris cum filiis cæde: déque eiuſdem moribus prauis & pænitentia ſalutari cælitus reuelata per Anachoretas Ægypti: & de Philippici geſtis. CAP. III.

DVm hęc Galliarum in partibus geruntur, Mauritius Auguſtus poſtquam vno ac viginti annis rexit imperium, cum filiis Theodoſio Tyberio & Conſtantino à Foca, qui fuit ſtrator Priſci patricij, occiditur. *al. ſtator.* Fuit autem vtilis reipublicæ: denique contra hoſtes dimicans ſæpè victoriam obtinuit. Huni quoque, qui & Auares appellantur, eius virtute deuicti ſunt. Hic medio imperij ſui tempore, dum diuinæ legi contrarias præ- C ceptiones ederet, & à beato Gregorio frequenter ammonitus, eas corrigere nollet, immò eidem viro Dei quia factis non poterat, verbis iniurias irrogare non deſiſteret: tali meruit à Domino redargutione coerceri. Quidam monachico ſchemate adopertus Conſtantinopoli degens, exemptâ vagina ſpatham à porta ciuitatis vſque ad ſtatuam gladiatoris, quę in medio fori erat poſita, perferens, pronunciauit imperatorem gladio puniendum. *Omẽ mortis Mauritij imperatoris.* Quod Auguſtus audiens, valde pertimuit: vocatúmque quendam præfectorij ordinis virum ſibi familiariſſimum, ad ſanctos in ſuperioris Ægypti eremo manentes, cum xeniis cereorum ac thimiamatum miſit: omni cum deuotione depoſcens, vt pro ſe Domini exoraret clementiam. Ipſe quoque pias conditoris ſui aures, die noctúque non deſiit precibus D pulſare: ac, vt ſua in pręſenti potius vita puniret peccamina, nec ſeruaret ea ad ſubeunda perpetui ignis incendia, non deſtitit implorare. Rediens porrò præfectus à ſanctis ſolitariis, imperatori nunciauit dicens, Incolæ ſolitudinis ſancti viri dixerunt mihi, quod humilitatis tuæ preces exaudiens Deus, ſempiterna quidem non te priuaret gloria, veruntamen huius temporalis honorem, quo frueris imperij, cum magna à te auferret ignomina. Gauiſus eſt imperator: quia etſi trãſitoria non effugeret mala, non perderet tamen præparata iuſtis præmia. Ac ipſum etiam tali voluit ſuperna viſione conſolari dignatio, Quadam nocte, alto depreſſus ſopore, vidit ſe æneæ ſaluatoris imagini, quæ ante fores palatij poſita erat, *Viſio eiuſdem.*

aſſiſtere: & vox ex ipſo incarnati verbi charactere audita eſt, dicens, date Mauritium: & apprehendentes eum quidam ignotæ formæ & claritatis miniſtri, ſtatuerunt ante præſentiam loquentis. Vóxque iterum ſonuit, interrogans illum, quid magis eligeret; vtrum in iſto ſæculo quæ nequiter egerat recipere, an futuro ea ſeruare examini. Cui Mauritius: O Ieſu, inquit, bone, qui humanum genus tuo redemiſti ſanguine, iube me nnuc potius malè cōmiſſa luere, & venturi iudicij diem nō formidare: immò electorum tuorum participem fac eſſe. Tuncque loquebatur, Tradatur (ait) Mauritius Focæ militi, cum vxore & duobus filiis. Euigilās imperator à ſomno, & viſionē ſecū ipſe reuoluēs, aduocare iuſſit Philippicū generum ſuum, quem aliquando arripiendæ tyrānidis inſimulatione ſuſpectum habuerat. Ille conſummatam erga ſe Cæſaris iram eſſe pertimeſcens, valedicens coniugi, tanquam amplius eam non viſurus, ad aulam properat. Cui Mauritius occurrens, ad genua eius prouoluitur, obſecrans vt quæ contra eum, falſa cogente ſuſpitione, indignè commiſſerat, ea ille propter Dominum benignè remitteret. Stupefactus Philippicus, & quid ſibi vltra ſpem accidiſſet admirans, Auguſtum de terra leuauit: & vt ipſe ei magis remitteret, ſi quam aduerſus eum malitiam retineret, orauit. Cui Mauritius: Tu magis, inquit, indulge; & ſi quiſpiam in exercitu ſit honoribus functus qui vocetur Focas, edicito. Narrauítque ei omnem ex ordine viſionem. Philippicus verò reſpondit, nullum ſe militum noſſe, qui Focas diceretur nomine: Eſſe verò inter gregarios ſtratorem Priſci patricij, vocabulo Focam, atq; eidem viro formidoloſam ineſſe temeritatem. Ad hæc Cæſar: Si quidem eſt formidoloſus, & ſanguinarius. Paucis interim interiectis diebus, irruere in eos, qui pactionem ſtatutam tranſgreſſi, Romanas ſibi attributas inceſſabant cuſtodias, volens iter cum exercitu arripuit. Porrò in terra hoſtili conſtitutus, cùm milites furto ac rapinis abſtinere compelleret, nec tamen largirētur conſueta ſtipendia, ſed inſuper in deſertis tranſigere hyberna cogeret tempora, non minimū in ſe excitauit ſeditionis. Hac etenim offenſi acerbitate veteris viri militiæ conferre ſecū cœpere, & indigè ferre, imperatorem, qui nullo Romanæ ſtirpis nobilitaretur parēte, tam nequiter ipſos opprimere velle. Nec ſe diutius perpeti poſſe externum tyrannum, cùm haberent in exercitu dignum Romani generis imperij gubernatorem. Hęc ſecum milites vociferantes verbis adoriuntur Focam tunc Centurionem: rogant vt Romani imperij ſuſcipiat gubernaculum. Qui eorū præceptis obaudiens, purpuram induit. Quo præcognito, Mauritius animi deſperatione reſolutus, ceſſit rebus aduerſum ſe fluentibus, & in quandam inſulam mari contiguam aufugit. In qua ab apparitoribus, quos Focas ad eum perſequendum direxerat, gladio cum vxore ac duobus filiis percuſſus, etiam morte temporali impleuit ſomnium ſuum.

Mauritij imperatoris interitus.

A *De Pontificum Romanorum ſucceßione: & eccleſiæ Romanæ primatu.*

CAP. IIII.

Beatiſſimus autem Papa Gregorius, comperto quòd Focas potiretur imperio, ad eum ſiue ad eius Auguſtam Leuntiam direxit epiſtolam, verbis gratulationis refertam. Ipſius principis tẽpore, idem dilectus Domini Gregorius de præſentis vitæ laboribus ad æternã demigrans requiẽ, *Eſt lib. 11. epiſt. 36.* Sabiniano ſedem reliquit pontificalem. Qui poſt annum & menſes quinque obiens mortem, Bonifacio ſedem reliquit. Eo poſt octo menſes & dies duodecim vita decedente, ſubrogatur alter Bonifacius ad ſedem pontificalem. *aliàs dies xxii.* Hic à præfato Auguſto petiit, & impetrauit, vt ſedem Romanæ B & apoſtolicæ eccleſiæ, caput eſſe omnium eccleſiarum ſtatueret: quia eccleſia Conſtantinopolitana primam ſe omnium eccleſiarũ ſcribebat. Ipſe quoque princeps, alio Papa Bonifacio rogante, iuſſit in veteri fano, quod Pantheon vocabant, abolitis idolorum ſordibus, Baſilicam beatæ ac perpetuæ virginis Mariæ & omnium martyrum fieri: vt vbi quondam omnium, non dicam deorum, ſed dæmonum cultus agebatur, ibi deinceps omnium fieret memora ſanctorum.

De Cachani Auaris ſeu Huni cum Giſulfo Longobardo bello: Deque Romildæ amoribus infelicibus.

CAP. V.

C EA tempeſtate Rex Auarorum, quem ſua lingua appellant Cachanum, *al. Auaris* cum Foroiulianis Longobardis bello confligens, ducem ipſorum, nomine Giſulfum, cum plurimis ſuorũ interfecit. Cuius ducis vxor (vocabulo Romilda) obſidentis ſe, in memorata vrbe, Cachani regis pulchritudinem admirata, ei ciuitatem tradidit ſtupri mercede ſibi pollicita. Quã idem rex, capta vrbe populoque eius captiuato, vna propter iuſiurãdum quod dederat nocte, ac ſi in matrimonium accepit. Poſt hæc duodecim Auaribus eam tradidit: qui viciſſim ſibi ſuccedentes ea, vti vili ſcorto, abuſi ſunt. Ad poſtremum, palum in medio campo configi præcipiens, eã in acumine eius inſeri mandauit, cum huiuſmodi exprobrationis verbo: Talem, inquit, merita es virum habere, dignum profectò poſterorũ memoria. Idem rex proditionis eius exemplum reliquit: qui etſi proditionẽ D amplexus eſt, proditionis tamen auctorem ſibi diſplicuiſſe monſtrauit; *Vindicta in fœminã ob proditionem.* illud fortè pertimeſcens ne quæ proximis non pepercerat, ipſi, ſi eius potiretur amplexibus, minimè parceret. Igitur dira proditrix patriæ, tali exitio periit: quæ amplius ſuæ libidini, quàm ciuium & conſanguineorum ſaluti proſpexit. Cuius filiæ (non matris luxuriam, ſed caſtitatis amorem ſecutæ) ne ab Auaris contaminarentur, crudas pullorum carnes ſibi inter mammas ſub faſcia poſuerunt: vt earum ex calore corporis putrefactarum fœtore, Auaros à ſui commixtione remouerent. Quod & factum eſt. Nam quicunque eas obſcœno volebat attactu contingere, fœtoris repulſus immanitate procul recedebat, cum execratione dicens, omnes

Langobardas fœtidas eſſe. Quarũ vna Alemãnorũ regi, alia dicitur Baioariorũ principi poſtea nupſiſſe: dignas pro ſeruata pudicitia nuptias ſortitæ. Filij verò eius, quos ex præſcripto Giſulfo viro ſuo ſuſceperat, vaſtata vrbe, aſcenſis equis dum fugæ ſe cõmittunt, minimus illorũ ab vno ex hoſtilibus cuneis, qui velocius cæteris cucurrerat, capitur. Quem dum propter puſillitatem corporis, is qui eum ceperat interimere voluiſſet, magiſque ad ſeruiendum ſibi, propter egregiam formam ſeruare elegiſſet (erat enim ipſe puer micantibus oculis, lacteóque crine exornatrix eum natura donauerat) ducere ad caſtra cœpit. At puer ingentes animos anguſto in pectore verſans, & ſe captiuum trahi ingemiſcens, paruũ quo iuxta ſuam ætatẽ accinctus erat gladium (vt eius aſſueſceret vſum) vagina exemptum niſu quo valuit ceruici ſe trahentis illiſit. Quo terræ proſtrato, conuerſo equo, retrogrado calle ad fratres regreſſus, non modico lætificauit gaudio. Nunc iam ad noſtræ reuertamur ordinem hiſtoriæ.

E F

Iuuenis ingens factũ.

De Clotharij regis & Monarchæ in Francia geſtis.
Cap. VI.

IGitur Rex Francorum Clotharius, trigeſimo regni ſui anno poſtquam regnare cœperat, patre defuncto Monarchiam regni adeptus, Vvarnarium, cuius inſtantia regnum Burgundiæ fuerat adeptus, maiorem domus in ipſo conſtituit regno: dato ei ſacramento, ne cuncto quo viueret tempore ſucceſſorem acciperet. Auſtraſiis verò Radonem quendam, probabilis vitæ virũ eodẽ honoris gradu donatũ præfecit. Vltraiuranis quoque Erponẽ genere Francorum patriciũ inſtituit. Qui dum quæ pacis sũt diligeret, malorũ deprimẽs nugacitatẽ, ab ipſis pagẽſibus, inſtinctu Alethei patricij, & Leudemundi Sedunẽſis epiſcopi, perimitur. Tunc temporis Clotharius ad villam cui nomẽ eſt Maurelegico cũ Berthetrude regina accedẽs, iuſtitiæ obtentu multos iniquè agentes gladio puniri iuſſit. Leudemundus autem Sedunenſis pontifex, monitu Alethei ad Berthetrudem veniens reginam, & eam ſecretius aduocans, vt theſauros ſuos Sedunum transferret, hortatur, dicens; optimè ſe noſſe, Clotharium eo anno de ſæculo migraturum; Aletheúmque eſſe paratum ſuam vxorem relinquere, & reginam cum regno aſſumere: eò quòd eſſet ipſe Aletheus è nobili Burgundionum proſapia. Regina hæc audiens, & ſe talem, cui talia ſuaderentur, æſtimatam eſſe grauiter ferens, rapido ſe in cubiculum proripuit curſu. Leudemundus intelligens verborum ſuorum calumniam ſe ſubiturum, per vrbem Sedunum ad Abbatem Auſtraſium Luxouio properat; vt per eius preces indulgentiam regis mereretur. Quod & factum eſt. nam promiſſa impunitate ad ſedem ſuam redire permiſſus eſt. Aletheus iuſſu Clotharij Maſſolacum villam veniens, in conſpectu procerum cauſam dicere iuſſus, dum ſe obiectis purgare nequiret criminibus, capitalis ſententia eſt damnatus.

G H

Pagenſes.

Anno trigeſimo quarto regni ſui, Clotharius Vvarnarium palatij comitem, de regno Burgundiæ, cũ vniuerſis pontificibus ſeu primatibus ad

ſe

A ſe Bonogilum villam euocans, dãdo: ſiue petitionibus eorum annuendo, cunctos ſibi fideliſſimos effecit.

De tributo quod Langobardi Francis pependerunt. Cap. VII.

EXigit nunc locus, referre quemadmodum Langobardi duodecim millia ſolidorum, tributi nomine, regibus Francorum permulta ſoluerint annorũ curricula: vel etiam qua de cauſa duas ciuitates, id eſt, Auguſtam & Seuſium, dominationi ceſſerunt Francorum. Defuncto (vt ſuprà oſtenſum eſt) Cleph rege nobiliſſimo, duces ſuper Langobardos creati, irruptione in Gallos facta, greges captiuorum ſimul cum præda abegerunt. Ob cuius præſumptionis temerarios auſus, prædictas vrbes à partibus Guntranni regis perdiderunt. Ex communi autem tractatu, duo- B decim legatos ad imperatorem Mauritium mittentes, pacem cum eo fecerunt. Alios quoque eiuſdem numeri legatos, ad Guntrannum & Childebertum deſtinauere; qui amicitiam & ſocietatem eorum efflagitantes, duodecim millia ſolidorum ſe ei ſoluturos fore, vice ſua ſponderent: hoc præcipuè ipſis miſſis ſuis in mandatis tradentes, vt quorum propenſiorem in fœdera amicitiarum aduerterent beneuolentiam, eorum quàm maximè vnire ſibi ſtuderent concordiam. Tandem audita vtriuſque partis ſententia, patrocinio ſe commiſere Francorum: tradita inſuper Guntranno regi valle Ametegis cognomine. Sícque vſque ad tempora Agilulfi regis ſui, memorata ſoluêre tributa. Qui electos gentis ſuæ legatos, *al. Agiulfum.* his nominibus, Agnulfum, Pompeium ac Cautonem, ad Clotharium C direxit Francorum principem: poſcens vt vectigal, quod ei ſingulis depẽdebat annis remitteret. Hi circumuentis pecunia quos intimos conſilio regis eſſe cognouerant (datis videlicet vnicuique mille ſolidis) vſque ad tria millia ſolidorum, obtulerunt regi ipſi triginta ſex millia ſolidorum ſimul cum precibus: & ita remiſſo ſolitæ penſionis onere, redierunt ad propria.

De Berthetrudis reginæ obitu & Sichildis matrimonio ac filio Hairberto. Et de Dagoberti in ſocietatem regni aſſumptione.
Cap. VIII.

ANno trigeſimo ſexto eiuſdem principis, Berthetrudis regina mori- D tur: quam vnico amore Clotharius dilexerat, & omnes Leudi bonitatem eius cernentes vehementer amauerant. *Leudi.* Poſt cuius obitum Clotharius rex aliam accepit coniugem, nomine Sichildem: de qua habuit filium nomine Hairbertũ. *aliàs Haribertum* Anno trigeſimonono regni ſui, Clotharius Dagobertum filium ſuum, ex Berthetrude regina ſuſceptum, conſortem regni fecit: eúmque ſuper Auſtraſios regem inſtituit, retinens ſibi, quod Ardemna & Voſagus, verſus Neuſtriam ac Burgundiam excludebant. *Deſideri9 Abbas 4. SãctiGermani moritur.* Hac etiam tempeſtate, Deſyderio abbate monaſterij Germani diem obeunte, Gauſcio ſucceſſit in regimen. *Gauſcio Abbas. 5.*

De Samone inter Sclauos rege conſtituto: eiuſque ſucceſſu & prole. E
Cap. IX.

ANno quadrageſimo principatus Clotharij, homo quidam, nomine Samo, natione Francus de pago Senonico, multos negotiatorũ mercandi cauſa in Sclauorum patriam (qui etiam Vvinidi dicuntur) ſecũ deduxit. Sclaui iamdudum Hunis (qui & Auares dicuntur) ſubiecti, dominationis eorum iugum detrectare tentabant. Siquidem cùm primum vectigalia eis, vti dominis, dependerent, prçliantium caſtra tutarentur, fugientibus auxilia ad reſiſtendum ſubminiſtrarent: tantas ab ipſis ſibi illatas tolerabant contumelias, vt non homines hominibus, ſed feras crederes quibuſlibet vilibus imperitare iumentis. Nam inter cætera quæ crudeliter (dictu quoque horrendum) in eos exercebant, vnum illud nefandum, cunctíſque antea ſæculis inauditum erat ſcelus, quòd quaſi hyematuri, eorum adeuntes domicilia, vxores ipſorum ſuis aſſumebant ſocias ſtratis. Verùm illi qui de coniugibus Sclauorum & Hunis erant geniti, hoc malum quod vitrici eorum diu fuerant perpeſſi nolentes perpeti, immanè contra dominos & patres ſuos excitauere bellum. Ad quod Samo cum ſociis, adiumento Vvinidis futurus fortè profectus eſt: factáque congreſſione Vvinidi Hunos ſuperant. In hoc certamine Samo cum ſuis præclarum militiæ documentum dedit: prærupto namque ſeſe periculo dans, plurimos hoſtium deſtruxit. Hoc ſucceſſu Samo à Sclauis ad regnandum expetitus, eò quòd egregia eius delectarentur fortitudine, de negociatore rex conſtitutus, per triginta ſex annos ſtrenuè regnum gubernauit, aduerſum innumeros bellorum tumultus, quç cum Auaris geſſit: In quibus ſemper, prudenti aſtutia vſus, victor extitit. Habuit quoque duodecim ex genere Vvinidorum vxores: ex quibus duodecim filios ac quindecim genuit filias.

Vvinidi Sclaui. F G *al. xxii. filios.*

De Adoaldo Longobardorum rege: & eius ſucceſſore: déque Gundeberga regina. Cap. X.

ADoaldus autem, Agilulfi (qui & Ago dictus eſt) Longobardorum regis filius, patri in regnum ſuccedens, dum decem annis cum matre Theudelida regnaſſet, à quodam, Euſebio nomine, qui ab imperatore Conſtantinopolitano ad eum directus legatus fuerat, poſt balneum potione accepta, in amentiam vertitur. Cũque ipſius legati perſuaſionibus, duodecim Lõgobardorũ optimates iuſſiſſet perimi, à cæteris regno pellitur. In cuius locum, Arioaldum Taurinacium ducẽ, cui Gũdeberga Adoaldi regis Germaniæ in coniugiũ cõuenerat, ſubſtituerunt. Quæ videlicet regina, cùm & ſpecie decora, & bonitate polleret mentis præcipua, nec caſtitatis careret gratia, quadam die quendam Adalulfum vocabulo, non infimo inter Langobardos ortum loco, ſibi obſequentem, quòd optimæ eſſet formæ cœperat laudare. Ille reginam in ſui autumans exarſiſſe amorem, ad aurem ei infit. Quia tuç placuit beneuolentiæ meum ſtratum laude

al. Adaloaldus. al. Agiulfi. *al. Theudelinda.* H *al. Arialdũ Adaloald'.* *Adalulfi perfidia.*

A laude tua efferre; placeat quæſo me ſodalem ſtratus aſſumere. Hoc verbũ illa haud perfunctoriè ferendum arbitrata, in faciem eius expuit. Qui veritus ſi ipſe rem non proderet, reginam cuncta propalaturã, regem adiit: aſſerens ſe, ſi tutus ad narrandum concederetur locus, rem neceſſariam ei reſeraturum. Et ſecedente rege ſeorſum cũ eo, vera falſis hoc cœpit obnubilare modo. Taſo (ait) Tuſcanæ rector prouinciæ, per triduum iam cum regina ſermonem tuæ ſerit perditionis: vt illa te veneno perdat, & ipſum ſibi maritum aſſumat. His rex credulus, coniugem in caſtro Italiæ reclusit, cui nomen Amello. Quo comperto, Clotharius per internuntios Arioaldum arguere cœpit: non rectè illum egiſſe dicẽs, quòd reginam, & ex regio genere Francorum exiſtentem, ſine examinatione legali, dehoneſtamento dignam æſtimauiſſet huiuſmodi. Qui dum iuſtã ſe habere cauB ſam vinculorum vxoris fateretur, vnus legatorũ, Anſoaldus nomine, tali regem interpellat ſermone. Facilè, inquit, examen huius rei tibi probabitur, ſi facultas familiarium reginæ detur alicui, bello cum criminatore cõtendere. Quod dum ille conceſſiſſet, ſimulque approbaſſet, & Adalulfum quo minus propoſita abnueret, deſperatio ſalutis compelleret; Aribertus quidam Reginæ conſobrinus, hominem, vocabulo Pittonem, vice ſua preliaturũ aduerſus Adalulfum dirigit. A quo idem criminator ſine mora victus, gladióque eſt punitus. Gũdeberga regina poſt tres fermè reclusionis ſuæ annos, ad priſtinam regni eſt regreſſa dignitatem. *Calũniator Reginæ duello victus.*

C

De Dagoberti regis Auſtraſiorum prudentia & Rodoaldi inſolentia.

Cap. XI.

REgni Clotharij anno quadrageſimo primo, cum Dagobertus rei ſummam in Auſtria ſtrenuè gubernaret, & quendam Rodoaldum maioribus apud Auſtraſios clarum, adhortante beatiſſimo Arnulfo pontifice ac Pipino maiore domus, honoribus extuliſſet; cœpit idem vir mutata inſaniens mente, iracundiam in ſe regis prouocare. Nam direptioni rerum ſtudens alienarum, ſuperbiæ deditus, elationis plenus, locum detrahendi inuidentibus ſibi dedit. Qua de cauſa exaſperatus Dagobertus, interficere eum moliebatur. Vnde territus Rodoaldus ad Clotharium ſe D contulit: obſecrans, vt ſuam apud filium vitam obtinere dignaretur. Clotharius viſo filio, inter alia, ne Rodoaldum interimeret precatur. Dagobertus promittit, eum, ſi quæ malè geſſerat corrigeret, ſpem vitæ habere poſſe. Sed cùm Treueros vna cum Dagoberto Rodoaldus acceſſiſſet, nulla extante mora, iuſſu regis ipſius ante oſtium cubiculi regalis, à Bertario Scarponenſi capite truncatur. *aliàs Auſtraſia. Pipinus.*

De Dagoberti cum Gomatrude coniugio: & cum patre Clothario diſceptatione, ac eorum pacificatione ſuper regno Auſtraſio. E

CAP. XII.

ANno quadrageſimo ſecūdo regnante Clothario, Dagobertus omni ornatu cultuq́ue regio fultus, iuſſu patris Cilppiacum, haud procul Parrhiſius, venit: ibíque germanam Sichildis reginæ, Gomatrudem nomine, in coniugium ei pater tradidit. Die verò tertio nuptiarum, grauis inter patrem ac filiū orta eſt diſſentio. Petebat enim Dagobertus reddi ſibi Solidatum quod ad Auſtraſium pertinebat regnum. Clotharius autem contradicebat, nil ei volens ex hoc cōcedere. Tandem eliguntur duodecim Franci (è quibus vnus extitit vir Deo placitus Arnulphus Metenſiū Antiſtes) quorum ſalubri conſilio pater pacatus cū filio, reddidit ei quæ poſtulabat. Hoc tantum exinde quod citra Ligerim, vel in regione quam Prouinciam cognominant ſitum eſt, ſuæ ditioni retinuit. F

Auſtraſiū regnum.

De Siſebodi regis Hiſpaniæ virtute & fide: & Cantabriæ per eum ſubactione & regni Gothorum per hoc dilatatione.

CAP. XIII.

IN Hiſpania ea tempeſtate humanis rebus † Berterico exempto, Siſebodus ei ſucceſſit in regno. Qui bello ſtrenuus, conſilio bonus, ac præ cæteris retroactis Hiſpaniæ regibus fide prōptus, Cantabriam, olim dominantibus Francis poſſeſſam, ſibi ſubiugauit. Denique dux Francio qui eidem prouinciæ aliquandiu præfuit, tributa regibus Frācorum perſoluebat. Quo mortuo eādem regionem milites imperatoris Conſtantinopoli reſidentis (quibus contra exteras vt prælibauimus nationes cuſtodiendi limitis Hiſpaniç erat mandata ſollicitudo) peruaſerunt. Hanc autem (vt nunc prçmiſimus) Siſebodus eis abſtulit, multáſque vrbes maritimas capiens, ad ſolum vſque deſtruxit. Cumque ab eius exercitu, milites in præfatis inuenti ciuitatibus obtruncarentur, Siſebodus pia commotus miſeratione, volens pleroſque eripere neci, ad ſe confugiendi fiduciam dabat, eodéſque, pollicita impunitate, vt ſibi fuga conſulerent hortabatur: ingemiſcénſque aiebat. Væ mihi miſero, cuius regni temporibus tanta humani ſanguinis fit effuſio. Dilatatum itaque eſt Gothorum Hiſpaniā incolētium regnum, per littora maris vſque ad Pyrenæi iuga montis. G H

† al. Berterico.
Siſebodus rex.
Francio.

De Vvarnarij morte, & inceſtis Godini filij eius cum nouerca ſua nuptiis: & eiuſdem repudio, & repudiatæ furore ac fraude in Gogonem: & de Gogonis iuramento fidelitatis in multis templis præſtando eiuſque nece. Item de Palladij Sedeciq́ue exilio, & de Boſōnis cæde.

CAP. XIIII.

ANno quadrageſimo tertio Clotharij regis, Vvarnarius palatio regni Burgūdiæ præpoſitus diē clauſit extremū. Cuius filius Godinus, animi

Vvarnarij mors.

A animi vanitate cõmotus, nouercam ſuã duxit vxorẽ. Qua diuinæ legis iniuria rex impulſus Clotharius, Arnoberto duci imperat, Godinum vt quantocyus interimat. Godinus formidinis grauamine preſſus, relicta Burgundia in Auſtriam tranſiens, à Dagoberto interceſſionem implorauit: vt patrem ab executione præcepti ſeuerioris ad molliora inflecteret. Nec Dagobertus detrectauit. Clotharius, ægrè licet oranti tamen filio conceſſit, vt contuitu honoris quem Vuarnarius pater Godini geſſerat, & remunerandæ ſedulitatis eius in regem ſupremæ gratia, necis ſententia mitigaretur: Ea videlicet ratione, vt Godinus vxorem, quam contra canonum decreta duxerat, abiiceret. Qua repudiata, acceptáque vitæ ſecuritate, Burgundiam repetiit. Sed mulier multo aliter quàm ſperari poſſet, in- B iuriam ſibi illatam inæquanimiter ferens, delatoria aduerſus Godinum vſa fraude, regem adiit, & in medium huiuſmodi detulit ſcenam, quòd ſi in regis præſentiam Godinus adueniret, cum gladio perimere deliberaſſet. His rex credulus, ſecuritatem vitæ ac ſalutis honoríſque ſui, à Godino ſacramento exegit. Qui dum inſiſtentibus Chranulpho & Vvandalberto domeſticis regis, in baſilica ſancti Medardi Sueſſionis, atque ſancti Vincentij Parrhiſiis, iuſiurandum præbuiſſet, nullas ſe inſidias regi machinaturum, neque ſic ei fides abhiberetur; compellitur à memoratis viris in eccleſia ſancti Aniani Aurelianis, necnon ſancti Martini Turonis, eadem iterare ſacramenta. Cúmque voluntati regiæ ſatisfacturus ad iam dicta properaret loca, inſidiis memoratorum virorum, rege id non abnuente, apud Carnotinos in conuiuio cum plurimis ſuorum, repugnare C quidem volentium ſed minimè valentium, nefandiſſimè iugulatur.

Nuptiæ inceſtæ.

Muliebris fraus.

Godini iuramẽtum.

Eo anno Palladius quidam, eiúſque filius Sedocus Toloſatium epiſcopus, incuſante Aniano duce quòd rebellionis Vvaſconum fuiſſent conſcij, in exilium truduntur. Boſo etiam ex Audoleno patre genitus, indigena Stampenſis, ex præcepto Clotharij, ſtuprum cum regina Sichilde commiſſum ei reputantis, à † Barneberdo interficitur duce.

Paladij Sedocique exilium.

Boſonis cædes.

† al. Arneberdo.

De ſucceſſore Vvarnarij præfecti aulæ Burgundiæ per Clotharium, & regulos ac proceres regni conſultatio: & ſeditione oborta ob cædem Hermarij ab Agniano factam. CAP. XV.

D CLotharius autem potentiores omnes optimatum Burgundiæ, Trecas conuenire iubens, de ſucceſſore Vvarnarij cum eis agebat, ſollicitus ſcrutator, quem vellent rectorem palatij à rege ſibi præfici. Illis porrò dicentibus, nullius præter Dei & regis ſe velle pati dominium: rex gratanter verba eorum ſuſcipiens, deſiderio quoque ſatisfecit. Anno XLIIII. regni Clotharij, filiorum regis ac proximorum præſulum quoque Galliæ Clippiaci concilium congregat: vt, quæcunque pacifica regno vel vtilitati eccleſiæ congruerent, ſtatuerentur. Inter primores itaque Franciæ qui conuenerant, quidam Hermarius gubernator palatij Ariberti filij regis ſimúlque baiulus à pueritia, † Agniano ſuper ſe irruente, perimitur. Is erat Saxo genere, vnuſque ex optimatibus aulæ regiæ. Qua de re graui

Hermarij cædes.

† al. Aginano.

orta ſeditione, penè vſque ad mortes lis inſurrexerat, niſi Clotharius, agnita cauſa, tumultum repreſſiſſet auctoritate regia. Nam Agniano copiam ſecedendi in montem cui Marcomirus nomen eſt, attribuit, iuncto non paruo pugnatorum numero, qui ei, ſi ita res exigeret, præſidio forent. Brunulfus verò auunculus Ariberti, frater videlicet Sichildis reginæ collecta nobilium & ſociorum manu, Agnianum debellare tentabat. Quod agnoſcens Clotharius, Leudos, qui maximè indignabantur pro iniqua tanti viri nece, ad ſe euocat, edicítque, ſi ſe habere inoffenſum vellent, ne in bellum prodeant. Eóque modo reuocato eorum impetu, prælium inteſtinum quieuit. E

De Clotharij iunioris obitu: miraculoſáque per diuum Sulpitium à febribus ſanatione: déque eiuſdem Sulpitij vitæ ſanctitate: Itē de S. Lupo Senonum Præſule, & beati Eligij aurifabri innocentia & opera. F

CAP. XVI.

Clotarij Iunioris obitus. 631.

† Ea nunc eſt ſancti Germani.

MOnarchiæ ſuſceptæ anno XVI. paterni autem regni XLIIII. Clotharius rex moritur: atque in ſuburbano Parrhiſiorum, in baſilica ſancti † Vincentij, ſepelitur. Hic Clotharius, iunior appellatus eſt, propter auum ſuum ſimili nomine, cum adiectione tamen ſenioris, dictum: qui primus etiam dici poteſt, iſto exiſtente ſecundo, necnon ſubſequente altero. De quo in poſterioribus declarabitur.

B. Sulpitius cognomēto pius Bituricenſium epiſcopus, regē ſanat. vitam eius habes to. 1. Surij de ſanctis die 17. Ianuarij.

Clotharij 2. dotes

S. Lupus Senonum Præſul à Clothario rege in exiliū miſſus, & poſtea reuocatus.

Diuus Eligius aurifaber.

Hūnc verò Clotharium beatus Sulpitius (tunc quidem Archidiaconus, poſtmodum autem Bituricenſium epiſcopus) anteriori tempore à G grauì liberauerat febrium incommodo, ſeptem prius dierum conſummato ieiunio. Fuit autem patiens, literis eruditus, timoris Dei plenus, pauperibus neceſſaria tribuens, eccleſiarum domini atque ſacerdotum vtilitati conſulens. Veruntamen ſubdola malignantium verſutia ſubreptum eſt ei, vt beatum Lupum præſulem Senonum, à ſede propria expulſum, in exilium mitteret. Qui vir tantæ ſanctitatis fuiſſe, palàm ex geſtorum ſcriptis ſuorum oſtenditur: vt quadam die celebranti ei ſacra miſſarum ſolennia, cælitus gemma in ſanctum prolapſa ſit calicem. Denique Rex pœnitens facti, ab exilio eum iuſſit reduci, & ad ſe perduci. A quo commiſſorum poſtulata impetratáque venia, muneratum eum remiſit ad ſua. Beatus quoque Eligius aurifex probatiſſimus, relicto patrio Lemouicini territorij ſolo, ad eundem regem tranſiens, ſellam auream regiæ dignitati congruam fabricandi, ab eo præceptum pariter & impenſas accepit: & puras ab omni cupiditatis macula gerens manus, quæ ad vnius opificij ſuſceperat vſum, in duo diuiſit: & vnam quidem non minoris magnitudinis, quàm iuſſus fuerat, perfectam reddidit. Quod verò ex attributis ſibi auri ſumptibus ſuperfuit, ne negligens perderet, vel ſuæ concupiſcentiæ ſatisfaciendo retinere videretur, in minorem conflauit. Qua re princeps perſpecta, laudatum illum ac remuneratum, palatij iubet incolere domicilia. Sed de his iſta ſufficiant. H

A *De Dagoberti poſt annunciatam ſibi Clotharij mortem ſtudiis: & Ariberti ac Brunulſi contra eum factione. Déque Corporum Dionyſij & ſociorum inuentione miraculoſa: necnon & Sadregiſilo locum tenente in Aquitania.* CAP. XVII.

FAma itaque defuncti Clotharij ad Dagobertum peruenerat, more ingenij humani, cui ſatis eſt vbi capita acceperit, cætera non requirere. Quapropter Dagobertus lectos è regno Auſtraſiorum quos fidentiores repperit, in Neuſtriam & Burgundiam dirigit: vt ducum ſiue pontificum, ipſarum gentium, ſibi gratiam ſociarent. Id ab omnibus cum lætitia ſuſceptum: eò quòd cognoſcerent regnum ei deberi. Remenſes B Dagobertum aduenientem primi ſuſcipiunt, inibi principibus memoratarum nationum cum ſummo gaudio confluentibus. Ardebat Aribertus, frater eius, aliquid ſibi publicorum committi munerum. Pari modo Brunulfus frater Sichildis reginæ, Ariberti auunculus, paulatim ambiendo quoſque potentiores, efficere moliebatur, vt ſpreto Dagoberto, rerum omnium ſumma nepoti ſuo committeretur. Verùm illi parandæ ſibi potentiæ magis intentum, quàm communi vſui, arbitrati, & quòd eſſet ingenio remiſſior, declinandum æſtimauere. Dagobertus tamen optatis potitus, Brunulfo dignam factis viciſſitudinem poſtmodum reſtituere curauit. Compoſitis verò erga ſe rebus, & ſtudiis omnium qui rem militarem vel adminiſtrabant, vel circa ſuum imperium conſpira- C bant, tactus corde, atque reſpectu fraternæ compaſſionis ad miſerationem inflexus, amicorum conſilio, fratrem ex parte conſortem regni fecit. Collatáque ei prouincia quæ à ripa Ligeris Vvaſconiam verſus, extenditur vſque ad Pyrenæi iuga montis, qui Galliam ab Hiſpania diſterminat: pactum etiam cum eo ſcripto pepigit, vt priuato contentus habitu, nil amplius de paterno ſperare deberet regno. Qui vbi poteſtatem adeptus eſt, ſedem regni Tholoſam eligens, ſenſu non (vt putabatur) tardus, verùm natura acris ad obeunda negotia, ſtatim ingenio ſuo materiam inuenit. Anno enim tertio poſtquam regnare cœperat, totam Vvaſconiæ terram ſubegit, atque regnum ſuum latius effecit. Vniuerſa autem Auſtria cum Burgundia, Neuſtria quoque, dominio parebant Dagoberti. Cuius actus licet à nonnullis ſeparatim digeſti habeantur: tamen ne D eos facta eius lateant, apud quos præfata non inuenitur ſcriptura, ea nos libuit perſtringere. Dagobertus quippe à Clothario genitore venerabili viro Arnulfo, Metenſi pontifici, ad erudiendum traditus, pueritiæ annos in ſtudiis exercuit literarum: adoleſcentiam verò ſuam venatibus (quem morem Francorum principibus ſæpe fati ſumus fuiſſe familiarem) aſſuefaciens, agere ceruum quadam die inſtituit. Qui facilè, induſtria equitum ac ſagacitate inuentus canum, ea velocitate qua illud animal vti conſueuit, ſyluas & montes, & ſi qua etiam occurrere flumina tranſiens, in vicum cui Catuliacus vocabulum eſt, curſu defertur. In hoc vico ædicula erat, quæ corpora martyrum Dionyſij ac ſociorum eius tegebat, in quam

aliàs quarto.

aliàs Anſtraſia.

Venatio Frãcorum principibus familiaris.

ſe ceruus tuto reperto confert confugio. Canes eueſtigio eum ſecuti,nec ingredi apertis ianuis valentes, oſtiatim oblatrabant. Adueniens Dagobertus rem ſpectaculo ammiratur dignã. Finitimos deinde rumor iſtius miraculi, & præcipuè Dagobertum, ad reuerentiam ſollicitat ſanctorum. Præterea Clotharius quendam Sadregiſilum nomine; rebus ſub ſe tractandis præfecerat, Aquitaniæ ducatu ſpecialiter ei commiſſo. Hic itaque regis filium ſuperbia qua tumebat deſpicere contendens, proſperè eum agere non æquo ferebat animo. Excuſatio ſanè erat iuuenilis ætatis, ne tumorem ex ſubiectione principum contraheret. Fortè Clotharius venatum iuit: ac non paruo terrarum ſpacio à filio ſeiunctus opportunitatem præbuit, vt ducem ad conuiuium accerſitum, & contumaciæ redargutum, Dagobertus flagellis cædi, barbæque amputatione deturpari preciperet. Audacis itaque facti conſcius, latebra qua ſe inſequente ceruum confugiſſe viderat, ipſe quoque ſe recipit. Poſt hæc Clotharius rediens, ducis comperta contumelia, ex ſe genito multa furibundus interminans, mittit qui eum accerſirent, dignas pro commiſſis vt lueret pœnas. Interea Dagoberto coram martyribus humili corde proſtrato, ſomnóque oppreſſo, aſſiſtens quidam venerando iocundus vultu ne timeat edicit: cúmque non ſolum præſenti periculo, verùm æterno liberandum ſupplicio, & inſuper ſolio regni donandum ſpondet, ſi tantummodo memorias eorundem ſanctorum ſe ornatum iri promittat. Nec fides promiſſis defuit: Nempe vt non vana quibus ſæpe ludificamur ſomnia fuiſſe intelligeret, hi qui miſſi ad eum à ſacra æde abducendum fuerant, cùm non plus vno miliario à ſanctuario abeſſent, progredi diuina vltrà prohibentur virtute. Redeunt confuſi: eíque à quo directi erant, quæ pertulêre nunciant. Ille eos inertiæ ſimul & infidelitatis arguens, dirigit alios qui quod illi neglexerant implerent. Quos ſimilia paſſos quaſi nati fautores deſpiciens, per ſemetipſum filium à ſepulchris martyrum auellere cupiens ibat. Sed quia non minus in reges, quàm in alios homines Dei præualet potentia, qui alios arguerat inertes fit ipſe iners. Tãdem agnoſcens Chriſti ac ſeruorum eius poteſtatem, indulget veniam, filióque redit in pacem. Sicque abeundi accepta licentia, ædi beatæ ſuccedit, ac precibus deuotis glorioſos martyres ad ſui ſuffragium inuitat. Dagoberto tamen (vt poſtea claruit) nullus locus iucundior fuit.

Huius Sadregiſili necem habes infrà. cap.28.

Miraculũ à B. Dionyſio oſtẽſum.

Auctor hic ſui eſt immemor. Nam ſupra ca.16. mortem ac ſepulturam Clotharÿ 2. deſcripſit: & modò hunc rediuiuum atque pugnãtẽ facit.

De Dagoberti cum Bertoaldo Saxonum duce periculoſo prælio: & Clotharij ſubuentione mirifica: ipſiuſque Bertoaldi fugientis nece.

Cap. XVIII.

AVſtraſiis verò Francis Rex inſtitutus à patre, aduerſus Saxones, qui rebellare tentauerant, arma mouit: tranſgreſſúſque Rhenum, cum Bertoaldo Saxonum duce pugna commiſſa, enſe percuſſus in caput deciſos cũ parte galeæ crines patri per armigerum mittit, & vt ſibi antequam cunctus corruat exercitus, in auxilium properet mandat. Forte fortuna affuit: Clotharius enim venationis gratia Longolariam ſyluam petierat

aliàs Langolariam.

A tierat. Vbi accepto periculorum filij nuntio, graui exagitatus dolore, raptis quos in promptu habebat iuuenibus, ad alios etiam vt ſe ſequerentur directis legatis, breui tempore longum iter emenſus (nam & noctibus viam carpebat) ad filium vſque peruenit. Et ea quidem nocte fixis ſuper Vviſceram fluuium tentoriis quieuerunt. Mane autem facto, dũ Franci plauſus ac voces lætitiæ pro aduentu regis Clotharij ederent, Bertoaldus Saxoniæ dux ſuper ripam fluminis prælium præſtolans, audito tumultu, interrogat vt quid tantus in Francorum caſtris oriretur tumultus. Dictum eſt ei Clotharium aduenisſe regem, atque ob id diem feſtum agere Francos. At ille ad hæc, falſa (ait) ſpe decepti præ timore deſideria ſomniant ſua. Nam regem, quem ſecum gratulantur manere, certa ferente fama nos compertum habemus vita iam defunctum. Clotharius citeriori

B armatus ſuperſtans littori, dum talia ſuperbè profantem audiret, nil dicens, quo maior taciturnitate ſua hoſtibus incuteretur timor, celerrimè galea nudauit caput. Erat quippe eius cæſaries pulchra canitiæ variata, in cuius aſpectu ab aduerſariis maximè dignoſcebatur. Denique ſtatim à Bertoaldo agnitus, incongrua percepit reſponſa, in hunc modum à præfato contrariæ partis duce prolata. Tune (dixit) hîc muta aderas beſtia? Tunc rex huiuſmodi commotus conuitio, & vltrà quàm dici poſſit exardeſcens ira, capiti repoſita caſſide, calcaribus equum verſus eum impulit, vt tranſmeato flumine ſe de inimicis ſuis vlciſceretur. Franci itidem, iniuria ducis permoti, atque eius exẽplo animati, flumẽ natantes tranſibant ſequentes regem, qui fugienti Berthoaldo infeſtus inſiſtebat. Grauaba-

C tur, ſanè ad inſequendum, & pondere armorum, & quòd dum tranſnataret fluuium, aqua ſinum eius necnon ocreas repleuerat. Bertoaldus tamen recedendo clamabat ad regem, non æquo & bono illum eſſe intentum qui ſe perſequeretur; ſed quòd ſola hæc ageret laudis cupidine ductus, qui tanti æſtimaretur, vt ſequeſtratus à ſuis, hoſtem terga dare ſibi compelleret. Verendum verò, ne hæc res in contrarium verſa, ipſum potius peſſundaret. Iſta autem dum diceret fugere non ceſſabat: & ſæpe ſe eius ſeruum, illum verò ſuum fatebatur dominum. Viderique iniuſtum, vt vel ſeruus à clementiſſimo domino, vel dominus à ſeruo, licet inuito ac coacto, perimatur. Verùm Clotharius callidè hæc eum proſequi ſciens, nec ea quæ dicebantur curans, tandẽ pernicitate equi quo vehebatur

Clotharij regis iam ſenis vigor.

D eũ aſſecutus interemit. Sublatóque eius capite, ad filium & cæteros Francos qui triſtes eò quòd eum conſequi nequerent, eius ſaluti timentes, poſt eũ iter pro poſſe accelerabant, regreditur. Indéque releuatis mœſtitia eorũ animis, vna cum eis Saxoniam ingreſſus, ita depopulatus eſt eam; vt nullum in hominem viuentem relinqueret, qui longitudinem ſpatæ quam tunc fortè gerebat exceſſiſſet. & Clotharius quidem hoc taliter egit.

De Dagoberti poſt mortem patris in Burgundiam, vt oppreſſos erigeret, profectione: & reliqua peregrinatione: déque eiuſdem repudiata coniuge, cum veſtali matrimonio: & de conſiliariis eius bonis, Arnulfo epiſcopo, Pipino & Chuniberto Epiſcopo. E

Cap. XIX.

DAgobertus autem, eo defuncto, totius regimen nactus gentis, in Burgundiam ea propoſiti intentione proficiſcitur; vt oppreſſis & calumniam ſuſtinentibus iuſtitiam exercendo, ſubueniret. Ex cuius aduentu fiducia bonis, maximéque pauperibus orta: ſeditioſos verò, atque rapinis intentos, formido grauis inceſſerat, ac quædam mẽtium conſternatio. F Qui vbi Lingonas attigit, pauperibus ac viduis ſe adeundi facultate conceſſa, vnicuique, abſque vllius acceptione perſonæ, quod ſuum erat, legibus ſolui fecit: æquitate ſeruata, quam diligit altiſſimus. Poſt hæc Diuionem caſtrum adiit, paria ibidem † acturus: Indéque Cabillonas profecturus, balneum matutinus ingreditur, præcipiens Amalgario & Arneberto ducibus, Vuillebaldo quoque patricio, vt Brunulfum Ariberti fratris ſui auunculum, propter infidelitatem ſibi ſuſpectum, interficerent. Deinde à Cabilonenſi vrbe, per Auguſtidunum Atiſſiodorũ iter dirigens. Pòſt per Senonum ciuitatem Parrhiſius deuenit & Romuliaco villa conſtitutus, Gomatrudem reginam (nouercæ ſuæ Sichildis germanam) eò quòd eſſet ſterilis, conſilio quorumdam Francorum relinquens, Nantildem quandam puellam, à monaſterio raptam, in matrimonium ſibi iunxit. G Vſque ad id temporis conſilio beati Arnulfi, Metenſis vrbis pontificis, necnon Pipini, in regno Auſtraſiorum maioris domus officium gerentis, vſus eſt: ideóque tã ſtrenuus támque efficax in adminiſtrando apparebat regno, vt circumpoſitæ nationes eius vererentur nomen, ſuáque auxilia in ſubiiciendis exteris ſponderent gentibus fide próptiſſima. At verò poſt diſceſſum præfati Antiſtitis, conſiliis iam dicti Pipini, & Chuniberti vrbis Coloniæ præſulis obaudiens, ſuggerentibus eis, æquitati ac iuſtitiæ operam dabat.

† al. accelerans.

Arnulfus. Pipinus.

De Dagoberti ex Ragnetrude filio: qui dum à beato Amando baptizaretur reſpondit Amen: & poſtea in auaritiam fœdam lapſu, ſpoliationéque templi diui Hilarÿ: ac libidine eiuſdem: ſed reſipiſcentia conſilio Pipini. H

Cap XX.

POrrò VIII. anno regni ſui, cùm (more regibus aſſueto) ſuperiores Frãciæ partes peruagaretur, mœtúſque eſſet quòd filium non progeneraret qui poſt ſe regnaret, puellam quandam Ragnetrudem nomine thalamo ſibi ſociauit: ex qua filium eo anno ſuſcepit. Quem dum poſtmodũ in Aurelianenſi vrbe, venerabilis vir Amandus Traiectenſiũ epiſcopus iuxta morem fidelium præſignaret, aſſiſtente genitore paritérque Ariberto Aquitaniæ rege, finita oratione, & nullo è tanta exercitus multitudine

Infans fatur.

A titudine Amen reſpondente, aperuit dominus os pueri (qui non pluſquam xxx. à natiuitate expleuerat dies) ac audientibus cunctis reſpondit Amen. Statim igitur ſanctus Antiſtes eum regenerauit: quem Aribertus rex de ſacro fonte leuauit, nomenq́; Sigiberti ei impoſuit. Magnus ex hoc facto ſtupor cum exultatione, nó tã reges quã vniuerſos repleuit circum aſtantes. Exinde Dagobertus, dum patriã ſæpè ſtudet Neuſtriam inuiſere & regnum; prioris oblitus bonitatis, non ſolũ eccleſiarum, verùm etiam quorumque locupletium inhians rebus, improbus effectus eſt prædo. Nam inter alia eccleſiarum Galliæ ſpolia, ex occaſione baſilicæ † diui Dionyſij exornandæ, direptas valuas fuſili ære fabrefactas à templo ſancti Hilarij Pictauenſis fertur abſtuliſſe. Quas dum per Oceanum in Sequanam deuehi iuſſiſſet, vt per eam Parrhiſios vſque ducerentur; vna earum flu- B uio abſorpta, nec poſtmodum dicitur fuiſſe reperta. Luxuriæ tam infrænatæ ſe tradidit, vt (exceptis tribus quæ cum nomine cultu etiam fulciebantur regio) plurimus concubinarum illi obſequeretur numerus. Auerſum itaque cor eius à Deo fuiſſe æſtimabatur, prorſúſque abalienatum: niſi in ſemet reuerſus, peccata ſua eleemoſynis redimere deliberaſſet. Erat in regno eius Pipinus de potentiſſimis Auſtraſiorũ, familiaritati eius inhærens: qui oderat improbos, nec ſe miſcebat flagitioſis. Hunc quidam malignantium: Dagoberto adorſi ſunt facere odioſum: Sed domini protectus clementia (cuius in obſeruanda iuſtitia ſectabatur præcepta) & inſidias paratas euaſit, & regi vtilia ſuadendo fideliſſimus apparuit. Cui cohærebat alter, Ega nomine, in conſilij ſalubritate & in principis haud C diſſimilis familiaritate. Is erat ex Neuſtria, nó mediocri præditus potẽtia.

† al. Domini. *Hilarij S. Valuæ.* *Luxuria regis.* *Pipini probitas.*

De legatis ad Imperatorem: & de Imperatorum Focæ & Heraclij geſtis, & ſucceſſibus Heraclij in Choſdrohem Perſarum tyrannum: eiuſque nece: cruciſque dominicæ receptione.

Cap. XXI.

TVnc temporis Seruatius & Paternus, qui legatione functi fuerant, ad Heraclium Focæ ſucceſſorem regreſſi, Dagoberto ſe præſentarunt dicentes, pacem ſe cum Heraclio firmaſſe perpetuam. Denique Focas imperator ab vniuerſo deſertus ſenatu (quaſi peruerſa inſaniens mente, opes imperij in mare proiiceret, dicens ſe muneribus Neptunum placare velle) D ab Heracliano tunc Aphricæ præfecto perimitur. Atque Heraclius, Heracliani filius, ei in imperium ſubſtituitur. Anno ix. poſtquam purpura ſe induerat, hic Heraclius multas prouincias à Perſis peruaſas Reipublicæ reſtituit, aliáſque grauiter labefactatas vindicauit. Choſdrohe enim princeps Perſarum, cuncta per quæ tranſibat vaſtando, Hieroſolymam venitatque inter cæteras eccleſiaſticas ſeu populares manubias, partem ſalutiferæ crucis, quam ibi Helena mater Conſtantini quondam Auguſti reliquerat, aſportauit. Traditóque filio ſuo regno, ipſe in argentea turri (quam ad hos vſus parauerat) aureo reſidens ſolio, vexillum noſtræ redemptionis, quaſi collegam regni, è latere conſtituit. Quod vbi He-

Choſdrohes. *Crucis dominicæ pars.*

raclio nunciatum eſt, cum valida militum manu Perſidem petens, obuiam habuit Choſdrohes filium, cum maxima Perſarum phalange: quæ cum metu coacta tyranni, non voluntate ducta iuuandi proſequebatur. Et conſpirantibus vtriúſque partis ſtudiis, imperator cum Perſarum ductore ſingularem aggreſſus eſt pugnam: propoſita lege, ne quis de vtroque exercitu progrederetur, qui duci ſuo auxilium ferret. quod ſi quis infringere decretum præſumeret: ab ipſo principe ſuo ſuccifis poplitibus vicino immergeretur flumini. Diu igitur animoſéque congreſſione facta, Heraclius ad aduerſarium, vt quid (ait) tui hoc quod conſtituimus præuaricant pactum? Ille reflexa ceruice, vt videret quis ſuorum ſe veniret iuuatum, ab Heraclio percuſſus equo deiectus eſt mortuus. Statim Perſæ ſupplices ſe Heraclio ſubdunt. Qui cum ſuis ad vlteriora progreſſus, Choſdrohem in memorato reperit fano reſidentem, & iuxta eum dominicam crucem. Quem dum interrogaret, vtrum Chriſti fidem ſuſcipere, & ſalutare lignum (quod, licet indignus honorificè tamen iuxta ſuum tractauerat modum) velle adorare, illéque reſponderet nullatenus id ſe facturum, Heraclius eum ilico interfecit, peruagatúſque vniuerſam Perſidem, filium Choſdrohe paruulum (quem cum eo inuenerat) baptizari præcipiens, eidem præponit. Et argentum quidem turris exercitui, aurum verò reſtaurationi deputans eccleſiarum, cum multimoda præda ac VII. elephantis, aſſumpta etiam ſaluatoris cruce, Hieroſolymam, indéque Conſtantinopolim remeauit.

Heraclij ſtratagema.

E F

De Heraclij forma: & præſagij quo ſe à circunciſis pellendum viderat errore. nam Iudæos propterea perſequebatur è Franciáque pellendos curauit: cùm à Sarracenis fuerit pellendus, de eorum itaque agitur prælio & Heraclij morte. G

CAP. XXII.

FVit autem vultu decorus, viſu hilaris, mediocris ſtatura, egregiæque fortitudinis: qui & leones ſæpe in arena, & plures ſolus interfecerit. Cúmque literis abundè eſſet inſtructus, ad vltimum aſtrologus efficitur. Agnoſcens itaque in ſignis ſyderum, imperium ſuum à circunciſa gente vaſtandum, & autumans id de Iudæis fuiſſe præmonſtratum; per internuncios Dagobertum rogauit regem Francorum, vt cunctos Iudaicæ ſtirpis, qui in prouinciis illi ſubiectis manebant, Chriſtianos fieri præciperet: Eos verò qui nollent, aut exilio aut morte damnari. Quod Dagobertus volens effecit: omneſque qui noluerũt baptiſma ſuſcipere procul à finibus eliminauit Franciæ. Porrò Heraclio non de Iudæis, ſed de Sarracenis fuerat præoſtenſũ. Agareni ſiquidem (qui & Sarraceni) gens perfida, ab Abraham cum origine ritum trahens circunciſionis, à radice Caucaſi montis progreſſa, terras Heraclij populatũ venerunt. Contra quos lecta militum manus à Cæſare directa, grauiter eſt ab hoſtibus cæſa. Nã cẽtum quinquaginta millia ex militibus interiſſe referuntur. Spolia cæſorum victores rapta Auguſto per legatos recipienda miſerunt. At ille qui vltionem potius meditaretur, non ſolùm oblata reſpuit: verùm ipſa legatione H

Iudæi expelluntur Francia.

Strages magna Chriſtianorum.

Alanos

A Alanos in adiutorium ſui, reſeratis portis quas Alexander magnus Caſpio monti impoſuerat, ad centum quinquaginta fermè armatorum millia pretio eduxit. Sarracenorum duo duces erant, qui ducenta millia armis inſtructa in bella ducebant. Cúmque vtérque exercitus procul à ſe inuicem caſtra poſuiſſet: nocte quæ diem belli præcedebat, ſubito in caſtris Græcorum quinquaginta duo millia pugnatorum exanimata in ſtratis reperta ſunt. Qua de re reliqui metu perculſi, in diuerſa fugerũt: regnum ſuum depopulandum aduerſariis relinquentes. qui, quaſi accepta iniuria quòd obuiare auſi hoſtes fuiſſent, vehementius vaſtationi inſtiterunt. Tantæ cladis nuncio Heraclius accepto, diffidens ſe poſſe reſiſtere, cùm iam illi maiore propè Aſiæ parte peruaſa, Hieroſolymam infeſtare diſponerent, in morbum incidit: & procedente in deterius corporis B ægritudine, vſque ad languorem animæ videlicet in Eutychis delapſus eſt ſectam. Sociata quoque iure connubij ſororis ſuæ ſibi filia XXVI. ſuſceptæ poteſtatis anno diem clauſit vltimum. Cui ſucceſſit Heraclona filius, cum matre Martina. Hic etiam duobus annis rerum ſumma potitus, fratri Conſtantino iura reliquit imperij.

Alanorũ eruptio.

Exercitus ingens.

Heraclij in hæreſim lapſi mors

De morte Ariberti regis Aquitaniæ & eius filij Chilperici: déque negociationibus Francis malè à Sclauis acceptis: & de legatione ad Samonem Sclauorum regem: & prælio cum eis commiſſo, eiúſque exitu Francis infelici. Cap. XXIII.

C Anno IX. Dagoberti regis, Aribertus frater eius Aquitaniæ rex moritur, reliquens paruulum filium nomine Chilpericum: qui non diu rebus humanis ſuperfuit. Opinio mortis eius Dagoberto aſcribebatur. Qui eius comperta morte, Barentũ ducẽ ad peruadendũ eius regnum, vel ad theſauros ſibi adducendos, direxit. Barentus verò graue diſpẽdium exinde feciſſe memoratur. Eo tempore commutatores mercium ex Francia, Sclauorum ingreſſi patriam, à Sclauis rebus expoliati ſuis, & qui reſiſtere tentauerant interfecti ſunt. Quapropter quidam Sicharius vocabulo, miſſus eſt à Dagoberto ad Samonem memoratæ gentis principẽ, poſtulaturus de commiſſis iuſtitiam. Qui dum ſciret ſe à Samone nolle videri, veſtibus quibus Sclaui vtebantur, ne agnoſceretur, indutus, conſpectibus D ſe offert regis præſentiam ſuam refugientis. Et quæ ſibi in mandatis tradita fuerant prolocutus, ait non debere eum contemptui habere gentem Francorum: eò quòd ipſe, ac populus ei ſubiectus, obnoxij forent ſeruitutis Dagoberto eorum regi. His verbis Samo prouocatus ad iram, reſpondit: ſe cum populo ſuo, ſimul & terra, Dagoberto libentiſſimè pariturum: Si tamẽ (inquit) diſpoſuerit nobiſcum amicitias conſeruare. Ad hæc Sicharius: Non eſt (ait) poſſibile, vt ſerui Chriſti cum canibus fœdera iungant. Et reſpondente Samone, quandoquidem vos ſeruos profitemini eſſe Dei, & nos eius ſum⁹ canes: ideo ea quæ vos nequiter contra eius geritis voluntatẽ vt inutiles famuli, nobis frequenter cõceditur morſibus

Barentus. Samo rex

ipſa vlciſci. Et ſtatim eiectus eſt Sicharius de conſpectu ipſius. Qua exaſperatus Dagobertus contumelia, lectas ex Auſtria dirigit militares copias, ad debellandam † Vvinidorum gentem. Quibus fuere auxilio Alemanni cum Rotberto duce, necnon & Langobardi. Qui in ea, qua congreſſi parte victoriam adepti, plurimum captiuorum ad propria redeuntes abduxerunt numerum. Auſtraſij verò Franci Vvinidos, qui in Vogaſtro ſe confugerant caſtro, obſidione clauſerunt. Quam dum ſegniter amminiſtrarent, irruentibus ſuper ſe hoſtibus grauiter afflicti, caſtra cum tentoriis deſerentes aufugerunt. Hac victoria Vvinidi animoſiores redditi, in Toringam & circumiacentes Francorum terras ſeſe effundunt: ita vt Deruanus dux, qui vrbibus præerat Sclauorum quæ vſque ad id tempus Francis paruerant, deſperatis rebus ſe ad cæteros transferret Sclauos. Enimuerò non tam virtute Vvinidorum hæc clades accidit Francis, quantum ignauia Auſtraſiorum. Alioqui vindictam quam ſub Clothario in Saxones, hanc ipſam ſub Dagoberto in Sclauos exercuiſſent. E F

† Vvinilorum.

aliàs. Vogaſtro.

Fräci vincuntur.

De contentione inter Auares Hunos & Bulgaros de rege deligēdo: & de Bulgaris expulſis à patria & Franciam inuadere parantibus vna nocte cæſis.

CAP. XXIIII.

HIs diebus inter Auares cognomento Hunos, & eos qui Burgari dicuntur, magna ſurrexit contentio, cui deberetur regni ſucceſſio: vtrum ex Bulgaris orto, an ex Auarum ſemine procreato. Lis vſque ad arma deducta, Hunis victoriam peperit. Victi Bulgari, & à propriis exules terris, Dagobertum expetunt regem Francorum, poſcentes vacantem tellurem ſibi concedi ad habitandum. Ille hyematum eos in Baioariam dirigit: donec cum amicis deliberaret quid de eis ageret. Quibus per domos Baioariorum hoſpitantibus, rex habito cum familiaribus tractatu (veritus ne quid noui molirentur) euocatis Baioariis hoc dedit in mandatis, vt vnuſquiſque eum qui apud ſe hoſpitaretur cum coniuge ac liberis contrucidaret. Quod factum eſt: & vna nocte, quæ tam crudeli operi deſignata erat, omnes neci traditi ſunt. G

Veſpera Siciliana.

Bulgari cæduntur.

De regibus Hiſpanis & bello eis à Dagoberto per Burgundiones illato: & de Miſſorij poſtulatione: & direptione ac recompenſatione. H

CAP. XXV.

POrrò apud Hiſpaniam defuncto Siſebodo rege clementiſſimo, Sentila ſucceſſit in regno. Qui dum multa in ſuos crudelia exerceret, quidam Siſenendus, haud ignobilis Hiſpanienſis ad Dagobertum ſe contulit, rogans auxiliari eũ ſibi, quo Sentilam Hiſpania expelleret. Dagobertus vniuerſã regni Burgundionũ militiã proficiſci eò iubet, auxiliũ Siſenando laturam. Igitur vbi in Hiſpaniam diuulgatum eſt, ad ſubſidium ſui Siſenandum ducere exercitum, illico cuncti Sentilam, iamdudum ſibi ocioſum, deſerũt, ac illum alterum bello aptiorem, ſine pugna ſecuti, ſublimant

Henrici Hiſpan. regis &

A ſublimant in regnum. Abundantius & Venerandus duces cum exercitu tantum Tholoſano Cæſar-auguſtam vſque Siſenandum proſecuti ſunt. Vbi nobiles Gothorum ſe ei tradiderunt: & ipſi ab eo donis munerati, ad propria redierunt. Poſt hoc Dagobertus directis Amalgario & Venerando legatis, poſcebat promiſſa ſibi ſolui. Spoponderat enim Siſenandus ſe ei miſſorium aureum ex theſauris Gothorum daturum, quem olim Torſimodus (qui apud Gothos regnauerat) ab Æthio Romanorum patricio dono acceperat. Quem dum legatis rex libenti animo tradidiſſet, Gothi ſpeculati quòd per illos tranſeundum foret iter, miſſorium diripiunt, nec cum publicis paſſi ſunt offerri ærariis. Quamobrem Siſenendus poſtea Dagoberto regi, pro recompenſatione miſſorij, ducenta millia ſolidorum annumerauit argenti. Quos Dagobertus baſilicæ ſancti Dionyſij B largitus eſt: in cuius conſtructione quantum liberalitaté oſtéderit ſuam, in ſequentibus declarabitur.

Bertran. Queſclini ſimile exemplum.

Miſſorium aureum.

De bello quod in Sclauos parauit Dagobertus à Saxonibus ob tributi leuationem fictè ſuſcepto: ſed à Sigeberto filio regis feliciter geſto.

Cap. XXVI.

ANno autem decimo poſtquã præfatus Dagobertus regnare cœperat, memor malitiæ Sclauorum in ſuos, collegit lectam è Franciæ bellatoribus ſcaram, quam noſturmam vel cuneum appellare poſſumus. Cui properanti ad capiendam vltionem ex inimicis, occurrêre Saxonum C legati, ſpondentium ſe fore vindices contumeliarum quæ Francis illatæ erant, ſi tributo quod regiis exhibebant vſibus leuari meruiſſent. Quingentas namque vaccas inferendales à Clothario ſeniore, Clodouei filio Chilperici patre, regiæ menſæ inferre iuſſi fuerant. Quæ ideo inferendales dicebantur: eò quòd ſingulis inferrentur annis. Dagobertus verò, ſapienti Auſtraſiorum conſilio, petita non abnuit: eo videlicet pacto, vt per ſuccedentia ſemper tempora, Francorum limitem ſibi vicinum Saxones contra aduerſantium defenſarent incurſus. Hoc pactum ſacramento quidem ſuper arma (vt eis mos erat iurantibus) firmatum: ſed nulla efficacia factorum eſt ſtabilitum, licet cenſu quem ſoluere ſolebant liberati eſſent. Sequenti etiam anno cum aſſiduis Sclauorum in-D curſionibus Toringia laboraret, collato cum pontificibus ac ſenioribus gentis conſilio, Dagobertus filium ſuum Sigebertum Auſtraſiis præpoſuit: vt fungeretur rectoris munere cum regni honore. Tutores duos filio delegauit, Chunibertum Campaniæ præſulem, & Adalgiſum palatij rectorem. Theſaurum etiam eis ſufficientem tribuit: & quçcunque conceſſit, teſtamento cuncta inſeri ac ſigilli impreſſione ſignari mandauit. Deinceps quandiu Sigebertus vixit, ſtudio ac induſtria Auſtraſiorum, irruptiones refrænatæ ſunt Vvinidorum.

Scara, teutonica vox.

Tributum quod Saxones Frãcis ſoluebant.

Vaccæ cur inferendales dictæ.

De Clodouei filij Dagoberti ortu & de regnorum inter Sigebertum & eum per patrem diuiſione: & de Denteleni Ducatu recepto. CAP. XXVII. E

ANno XII. regis Dagoberti, eidẽ de regina Nantilde naſcitur filius, nomine Clodoueus: qui & Hludouicus inueni tur nuncupatus. Vnde rex, ſuggerentibus iis qui vtilitatibus regni conſulere videbantur, æqua lance inter hos duos filios regnum diuidere ſtatuit. Sigebertum itaque ſeniorem ex liberis, Auſtriæ (vt prælibatum eſt) regem inſtituit: Clodoueum verò minorem natu, pari dignitate Neuſtriæ ac Burgundiæ præfecit: Reſtituto etiam ducatu Denteleni, qui vſque ad illud tempus ab Auſtraſiis iniuſtè retinebatur poſſeſſus. Quod quamuis Auſtraſij ægrè tulerint: metu tamen Dagoberti & ad præſens confirmauerunt, & in poſterum ſtabile fore promiſerunt. F

De Sadregiſili ducis nece: & filiorum eius ob ignauiam & paternæ cædis negligentiam exhæredatione. Et de bello in Vaſcones feliciter geſto, præterquam quòd Arembertus dux perierat. CAP. XXVIII.

ANno XIII. regnante Dagoberto, Sadregiſilus dux Aquitanorum, à quibuſdam hominibus gladiatorio aduerſus eum animo inſurgentibus trucidatus eſt. Hic eſt Sadregiſilus quem à Dagoberto, adhuc in pueritiæ annis conſtituto, ſuperior † declarauit ſermo flagellis cæſum & barbæ raſione deturpatum. Cuius filij cùm vltores potuiſſent fieri effuſi ſanguinis paterni: maluerunt viuere deſides ac otioſi, quàm perurgendo armis homicidas, cruorem exigere interfecti. Idcirco in publico Francorum conuentu, à quibuſdam proceribus ſecundum leges Romanas (quę ſanciunt à paterna eos decidere hęreditate debere, qui noluerint interfecti necem vindicare) omnibus paternis expoliati ſunt bonis, atque inanes relicti. E quorum poſſeſſionibus, multas Dagobertus tribuit eccleſiæ ſancti Dionyſij obſequia curantibus. G

† *Cap. 17.*

Anno XIIII. Dagoberti, dum ei nunciatum fuiſſet Vaſcones à ſuo imperio deficere velle, exercitum Burgundionum cum XII. ducibus eò dirigit. Qui commiſſa cum hoſtibus pugna eoſdem acie ſuperarunt: & multos ex eis captiuos ducentes, terram eorum rapinis ac incendio deſolauerunt. Denique cũ ſũma felicitate totus ad propria rediſſet illæſus exercitus: ni dux Arembertus, cũ maxima parte nobiliũ, & etiam veteranorum, ex his quos ſecum duxerat in valle Robola, à Vaſconibus fuiſſet interfectus. Huius tantæ multitudinis quæ Vaſconiam bello ſubegit, licet multis rectoribus vteretur princeps fuit † Audoenus: qui multis in præliis ſub Theodorico inuentus eſt ſtrenuus: cui prærogatiua omnis de ſummis reſeruabatur rebus. Ad quem accedentes Vaſconum primores, rogauerunt parci ſibi: promittentes ſe Dagoberto regi præſentaturos, & de quibus arguerentur ſatisfacturos. Hæc ille allegata ſine dolo intelligens, exercitum vnde venerat reduxit. H

† *Audoenus.*

De

A *De legatione ad Iudicahilem Britanniæ regem: cum quo Eligius vir bonus fœdus pactus eſt: déque Iudicahilis Audoeníque religioſitate.*

Cap. XXIX.

HIs ita patratis, legatio à Dagoberto ad Iudicahilem regem Britanniæ dirigitur: vt quæ Britanni contra Francos malè geſſerant emendarent: alioqui vniuerſas copias, quæ è Vaſconia redierant, comminatus eſt ſe Britonum finibus immiſſurum. Aſciſcitur ad hanc Eligius exequendam legationem, ſpectatæ vt præoſtenſum eſt, fidei vir. Qui plurima cum Iudicahile allocutus de pace, non ſolum vt Francorum obtemperaret regi perſuaſit: verùm in Clippiacum villam, vbi tunc Dagobertus morabatur, regem ſecum perduxit. vbi memoratus princeps & correctionem B commiſſorum, & ſubiectionem ſui Britannicique populi obtulit: ac pacem perpetuam cum eo iniit. Cúmque Dagobertus ad curanda (iuxta morem) epulis regalibus corpora ſe contuliſſet, Iudicahil palatio egreſſus ad domum Dadonis referendarij (qui & Audoenus dictus) eò quòd religioſæ vitæ teſtimonium haberet, perrexit, ibíque pràſus eſt. Erat enim ipſe Iudicahil religioſus valde, audierátque prędictum Dadodē ſtudium ſanctæ conuerſationis habere. In craſtinum valedicens Dagoberto regi, præmiíſque regalibus ab eo donatis, in regnum ſuum eſt regreſſus.

De Dagoberti in eccleſias munificentia. Et de concione eius in concilio procerum regni: déque teſtamento & donationibus eius.

C

Cap. XXX.

EO anno, rex Dagobertus omnibus circumpoſitis gentibus nationibuſque ſibi ſubiugatis, pacéque per circuitum facta, ad pietatem intendit. Vtque ſe gratum cœleſtibus in ſe ſupra modum fluentibus beneficiis demonſtraret; vniuerſas penè Galliæ eccleſias patrimonij ſui hæredes inſtituit. Cònuocatíſque filiis, ac turba amicorum, generale indixit placitum in loco nuncupata Bigargio. Ad quod properè conuenientibus cunctis Franciæ primoribus, x. Kal. Maias rex ſolio reſidens aureo, hoc apud eos diſſeruit modo. Cauſa modo, mihi amantiſſimi filij, & quicunque adeſtis Francorum potentes, vtilis ac fructuoſa viſa eſt vos conuocandi intentio; vt de iis quæ pro remedio animæ meæ agere inſtitui, non ego ſolus mihi applauderem. Quia etenim caduca geremus corpora animáſq; immortales, magna nobis, ſi diſſimulare nolumus, eſt indicta probitatis neceſſitas: ne ſi (quod abſit) minus fuerimus intenti, non ſolùm corruptionem quam ſperamus corporum, verùm & ipſam æternitatem animarum perpetuis tradamus incendiis. Ideóque ego reminiſcens iuſtis repromiſſa pręmia, & prędparata iniqui ſupplicia, memor etiam maiorum quæ geſſi, teſtamentum ſcribere decreui: quo omnes regni noſtri ſanctorū baſilicas iſto tempore famoſas, hæredes faciamus earum quæ eis à nobis traditæ ſunt rerum. Conſtitui etiam quatuor fieri vno tenore exem- *Cōcio Dagoberti.* D

plaria,&ea manibus ſubter firmare,non tantum meis,ſed etiam filiorum meorum Sigeberti acHludouici,quos hodie reges conſtituo,veſtris quoque qui aſtatis ſanctiſſimi potifices,necnó gentis noſtræ principes.E quibus vnum Lugduni in Gallia,aliud Parrhiſiis, tertium Mettis in archiuis eccleſiarum cuſtodienda dirigimus. Quartum autem, quod præ manibus habemus, in theſauris noſtris adſeruari præcipimus. Cumque, poſt depoſitam à nobis carnis ſarcinam, vnuſquiſque preſulum qui locis precepto inſcriptis prefuerint,ſibi aſſignata ſuſceperint; rogamus & obteſtamur per terribile domini noſtri Ieſu Chriſti nomen, vt memoriam no- E
» ſtri tribus in hebdomada diebus per ſequentes annos faciant.Ac pro re-
» quie animę noſtrę,ſacrificium offerant ſalutare:noménque noſtrũ,quaſi
» perpetuum tenentes memoriale,libro inſerant vitę.
» Huius exemplar partim hîc inſerere ſtuduimus:quatenus piiſſimi principis pateſcat quantus erga Deum ſanctóſque fuerit deuotionis affectus. Eſt autem huiuſmodi. F

Forma teſtamẽti & donationũ Dagoberti.

IN NOMINE TRINITATIS Domini Dei omnipotentis, apoſtolicis patribus,pontificibus videlicet, ac abbatibus, & reliquis ſacerdotibus intra regnum noſtrum conſiſtentibus Dagobertus rex Francorum. Quantum intellectualis ſenſus humani poteſt mente ſagaci penſare, atque ſolerti indagatione perpendere, nihil amplius valet in huius ſæculi luce ac fugitiuo gaudio lucrari,quàm quod de rebus tranſitoriis,locis venerabilibus quis ſtudeat in alimoniam pauperum impendere: quatinus qui fragilitatem naturæ generaliter patiuntur,priuſquam ſubitanea trãſpoſitio eueniat, pro ſalute animæ inuigilent; vt non inueniatur quiſquã imparatus, vel ſine aliquo reſpectu diſcedat è ſeculo. Quin potius, dum propriæ libertatis iure ſubſiſtit, ex caducis ſubſtantiis intra ęterna tabernacula vitam ſtudeat mercari perpetuam: vt inter iuſtorum conſortium deſiderabilem valeat locum adipiſci, &c. Itémque poſt pauca.Itaque nobis ſana mente ſanóque concilio placuit, & (vt diximus) deuotio diuina nos ammonuit; vt pro ſalute noſtra & pro ęterna retributione conſcribendum pręciperemus teſtamentum: & pro immutabili beneficio quatuor vno tenore firmauimus inſtrumenta: & quicquid vbique per loca ſanctorum contulimus, inibi ſimili annotatione contexuimus. Ex quibus vnum Lugdunum Galliæ direximus.Aliud verò Parrhiſiis in archiuis eccleſię commendauimus,vt ſupra dictum eſt. Deinde ſubiungitur. Donamus igitur ad baſilicam Domini Vincentij Parrhiſius(vbi ſepulturam, quandoquidem Deus iuſſerit, habere diſponimus) donatúmque in perpetuum eſſe decreuimus, villam cognominatam Cumbis, in pago Parrhiſiaco: quam Vrſa filia Alderici tenuit. Pari modo ad Baſilicam ſancti Petri apoſtoli Parrhiſius vbi ſancta Genoueſa requieſcit in corpore,villam † Drauernum in Brigeio.Ad Baſilicam verò diui Dionyſij item Parrhiſius, vbi cum ſociis ſuis requieſcit, villam Brannatem in Brigeiô. Ad Baſilicam dominæ Columbę & Domini Lupi Senonis villam Grandencampum in Gaſtinenſi & cætera,quæ ibi plura continentur. Ad vltimum G H

Donatio Dagoberti.

Hæc Cumbis villa, vulgo dicitur Cumlauille *pro* Cũbes la Ville.

Ad quam per Villã ſancti Georgij iter eſt: diſtatque à Lutecia ſeptẽ leucis.

† Dreuert en Brie.

Gaſtinois

A mum verò intulit. Vos autem boni filij, conſiderantes primum naturę religionem, cuius gratia etiam beſtias ligat, manete fratres. Nolite exuere quo onerati eſtis. Deinde reueremini me patrem veſtrum: qui rogare malo, cum poſſum iubere; vt ſtatuta noſtra inconuulſa ſeruetis, ſicuti veſtra à ſucceſſoribus veſtris ſeruari voletis: profectò ſcientes, quòd ſi à nobis ſancita contemptui habueritis (quod non arbitror) pari modo & veſtra à poſteris contemnentur decreta. His dictis & cũctis longæuam ei felicémque optantibus in hoc ſæculo vitam, ac in futuro manentem, ſalutatis omnibus cœtum dimiſit, vt rediret vnuſquiſque ad ſua.

Eiſdẽ prorſus verbis apud Egeſippũ l. 1. c. 39. Herodes filios ſuos Antipatrũ, Alexãdrũ et Ariſtobulũ ab inuicem diſſidentes recõciliare nititur.

De fide præſtita Francis à Vaſconibus: & de Abbatibus S. Germani.

B

Cap. XXXI.

QVintodecimo verò regni ſui anno, omnes ferè ſeniores Vaſconiæ, cum Amando duce, ad eum Clippiacum venerunt: eiúſque formidantes præſentiam, in oratorium ſancti Dionyſij confugerunt. Quos etſi dignos morte iudicauerat: reſpectu tamen ſanctorum quorum expetierant memoriam, eis indulſit vitam. Qui ſacramento fidem dantes, ſe de cætero fideles Dagoberto, ac reliquis poſt eum regibus fore Francorum, ad patriam ſuam permiſſi ſunt redire.

Vaſcones ſubiecti Francis.

His diebus vita decedẽte Gauſcione ſancti Germani abbate, Germanus regiminis locum ſuſcepit.

Germanus Abbas 6. S. Germani à pratis.

C *De Grimoaldi regis Langobardorum geſtis: & fratrum eius cæde: déque Conſtantino imperatore (qui & Conſtans dictus eſt) Beneuentum obſidente: & de crudelitate eius & exitio, & Mezentij tyranni: déque Conſtantij imperio.*

Cap. XXXII.

DAgoberto igitur pacificè apud Gallias regnante, Langobardis Grimoaldus præerat: qui extincto Godiberto Ariberti regis filio, & eius fratre Perchariro Italia pulſo, regnum arripuerat. Hic eſt Grimoaldus, de quo præfati ſumus quod prædicta euerſa vrbe, Auarem, à quo captiuus adhuc puer ducebatur, vt dictum eſt, occiderat. Cuius fratres Taſonem ac Caconem, Gregorius Romanorum patricius, in ciuitate Opitergina doloſa faude peremit. Nam promittens Taſoni quod barbam eius præſcindens (iuxta morem antiquorum) eum ſibi adoptaret in filiũ, cũ fratre ac paucis fidelium ad ſe venire ſuaſit: ingredientíque vrbem portas poſt tergum claudi præcipiens, milites armatos qui eum interficerent direxit. Quod vbi qui ingreſſi erant animaduerterunt, vltimum ſibi vale dicentes, per plateas ciuitatis diſperſi obuios quoſque trucidabant. Maximáque edita ſtrage, tandem pauci à pluribus circumuenti, obtruncantur. Gregorius itaque qui ſpoponderat ſe barbam Taſoni abſciſſurum, non ſolùm barbam verùm & amputauit eius caput. Veruntamen ne per-

iurus diceretur, barbæ quoque ſummitatem, inaniter præcidit. Quapropter Grimoaldus regno potitus, Opitergium fūditus euertit in vltionem fratrum inibi peremptorum. Cuius temporibus Conſtantinus Auguſtus, qui & Conſtans dictus eſt, Langobardos Italia pellere cupiens, tranſmeato Adriatico mari Beneuentum obſedit. Vnde ſubito aduentu Grimoaldi territus diſceſſit, relicto cum exercitu quodam ex optimatibus nomine Saburro, qui cum Grimoaldo prælio conflixit. Tunc vnus è Langobardis, vocabulo Amalongus, qui regium contum ſolitus erat ferre, quendam græculum eodem conto percuſſum è ſella equitatoria ſuper caput ſuū eleuans, reliquos perterrefactos fugere compulit. Talia agnoſcēs Imperator, iracundiam corde conceptam in ſuos (hoc eſt Romanos) conuertit, móxque Romam pertendit. Et à Vitaliano Papa honorificè ſuſceptus, primo quidem die obtulit beato Petro pallium auro textum, in craſtinum verò, & per XII. continuos dies quibus ibi reſedit, omnia quæ fuerant antiquitùs in ornamentum ciuitatis ex ęre inſtituta, deponi iuſſit: in tantum vt etiam baſilicam beatæ Mariæ (Pantheon antiquitus vocatā) diſcooperiret, teguláſque ex ære factas exinde auferret, eáſque cum aliis ornamentis Conſtantinopolim tranſmitteret. Qui tamen, vbi Siciliam attigit, meritas tantarum iniquitatum pœnas luit. Nam eiuſdem inſulæ incolas, Calabriæque ac Sardiniæ atque Aphricæ afflictionibus tam grauiſſimis attriuit: vt vxores à maritis & filij à parentibus ſeparati, duram cogerentur perpeti ſeruitutem. Itaque imperator ſuis quàm hoſtibus infeſtior, à mulieribus eius ſæuitiam execrātibus in balneo interficitur. Poſt quem Mezentius in Sicilia tyrannidem arripuit. Quo pari modo ſine mora punito, capitéque eius Conſtantinopolim perlato, Conſtantinus Conſtantini de quo præmiſimus filius, decem & ſeptem annis Romani tenuit gubernacula imperij. Sanè patris eius temporibus, Vitalianus Papa Theodorum Archiepiſcopum & Adrianum abbatem in Britanniam direxit, ad corroborandam, quam beatus Gregorius in Anglorum gente ſeuerat, fidei Chriſtianæ ſegetem.

al militib' Cōſtātini imperatoris exitus.

De Dagoberti laudabili obitu & ſepultura: ac ædis diui Dionyſij ædificatione & ornatu. CAP. XXXIII.

PОrrò inclytus Rex Francorum Dagobertus annis XIIII. glorioſa functus regni adminiſtratione, in Spinogilo (villa ſuper fluuium Sequanæ ſita, haud procul à Parrhiſius) conſtitutus, profluuio ventris laborare cœpit. Indéque obſequentium manibus ad baſilicam ſancti Dionyſij delatus, dum ſe incommodo vltimæ ægritudinis ad mortem vrgeri intellexiſſet, Egam conſiliarium ſuum ſumma cum celeritate, ad ſe venire mandauit: ſeque diſceſſurum è præſenti ſeculo intimans, vxorem ſuam Nantildem ac filium Clodoueum eius tuitioni commiſit; & vt ſecundum prudentiam ſibi à Deo conceſſam filium enutriret, piéque regnū diſponeret, ammonuit. Cæteris etiam optimatibus ac pontificibus Neuſtriæ ac Burgundiæ accerſitis, filio eos, eíſque filium commendans, XIIII. Kal. Februarij

645.

A bruarij diem clauſit extremum. Cuius corpus conditum aromatibus, ſepultum eſt in eccleſia ſãcti Dionyſij, in dextro latere ſepulchri ipſius martyris. Denique, vt ſuprà oſtenſum eſt, cum ſe ornatum ire illius memoriam ſociorúmque eius pollicitus eſſet; templum eius condidit vniuerſis quæ in Gallia tunc temporis erant excellentius. Nullúmque impenſis ſtatuẽs modum, marmoreis illud columnis ſimilíque venuſtauit pauimento, immenſo ædificandi ſumptu & exquiſito fabricatum decore. Nec minor illi in aliis quoque ornatibus intentio. Nam veſtibus auro textis & palliis holoſericis, totum interiorem circumdedit tẽpli ambitum. Ordinem pſallentium vti apud ſanctum Martinum Turonis, necnon apud ſanctum Mauritium Agaunis, & apud ſanctum Germanũ Parrhiſios agebatur, inibi inſtituit. Prædia verò tam innumera fratribus in eodem loco Deo famulãtibus ſiue matriculariis eccleſię, cõtulit: vt deuotio animi eius plurimis ammirabilis eſſet. Fuit etenim idem rex Dagobertus admodum cautus, ingenio aſtutus, circa beneuolos & ſibi fideles manſuetus: rebellibus autem ac perfidis valde terribilis. Exercitiis corporis, maximéque venationi deditus: atque in omni agilitate corporea ſtrenuus: peritia quoq; atque virtute in bello prævalidus.

al. eis cõdidit.

Aedes diui Dionyſij.

Idem ſcripſit ſupra. li. 3. ca. 80.

B

Dagoberti præconia.

De viſione facta Anachoritæ ſuper ſtatu Dagoberti regis defuncti: & quid proſit templorum ornatio & obſit ſpoliatio.
Cap. XXXIIII.

C CÆterum eo tempore quo terminum ſortitus eſt vitæ, quidam illuſtris Anſoaldus nomine, defẽſor Pictauẽſis eccleſiæ, partes peragrabat Siciliæ. Qui dũ euectu reuerteretur nauali, appulit ad quãdam breuẽ inſulam, præſentia ac meritis cuiuſdã ſolitarij qui Ioannes dicebatur redimitã. A quo, dum de ſalute animæ cum eo ſermocinaretur, interrogatus, vtrũ regem Dagobertum cognouiſſet, illéque ſe eum optimè noſſe reſpõdiſſet, rurſum à ſene rogatus mores vitámque regis expoſuit. Cui ſenex: Cũ (ait) multa vigiliarum ac ieiuniorum ſimulque ſenectutis fatigatione depreſſus, paululum membra ſopori dediſſem: aſtitit mihi quidã veneranda decorus canitie, monẽs vt properè ſurgerẽ, & pro Dagoberti regis anima, quæ eadẽ à corpore exierat hora, Domini exorarem clemẽtiam. Quod cũ facere maturatò curaſſem; apparuerunt ſubitò haud procul in pelago deformes truculenta facie dæmones, vinctum regem Dagobertum per ſpacia maris agitantes, inflictíſque inſuper verberibus ad Vulcania loca trahentes. Qui diſtentus cruciatibus, inter agitationes & verbera quorũdam ſanctorum audiebatur poſtulare ſuffragia: Cũ repentè aperto cœlo, inter fulmina in fluctus cum fragore ruentia, viſi ſunt defendiſſe viri decore nitentes mirabili. Requirere cœpi ab eis qui eſſent. Qui dixerunt ſe eſſe illos quos Dagobertus ad ſuum vocauerat auxilium; Dionyſium videlicet ac Mauritiũ martyres, necnon Martinum cõfeſſorem. Hi ereptam dæmonibus animam ſecum ad æthera leuauerunt, canentes hunc pſalmum, Beatus quem elegiſti & aſſumpſiſti domine, habitabit in atriis tuis. Hæc vir

Viſũ horrendum.

D

Vulcani antrum.

Pſal. 64.

ille venerabilis Ioãnes, Anſoaldo retulit ſe vidiſſe. Quę ille in Gallias reuerſus, ſancto Audoëno narrauit: qui ea, in vna conſcripta chartula, poſteris E
reliquit in ordinem hiſtoriæ digerenda. Ex qua re datur intelligi, nullo
„ modo à ſanctis ornatum contemni, quem ad eorum memorias deuoti
„ conferunt viri. Quamquam enim quorundam calumniatorum, & cuncta deuorare cupientium hæc vox ſit, Nil (aiunt) Deo vel ſanctis eius proſunt aurum, ſiue argentum ligno affixum, ſeu parietibus dependentia pallia, non tamen ſine cauſa vltione puniti ſunt diuina, Balſaſar vaſa de templo Domini rapta in turpes conuertens vſus, vel Heliodorus, ærarium Dei diripere conatus. Antiochus, quia Hieroſolymitanę vrbis templum altiſſimo conſecratum expoliauit, poſtmodum ſcatens vermibus expirauit. Dagobertus verò eos ſpecialius ſanctos ſibi auxiliari poſcebat, quorum Baſilicas plus cæteris ſe opibus ditaſſe meminerat. F

Dan.5. *2.Mac.3.* *2.Mac.9.*

De Clodouei ſub Ega iuſto principatu: & paradiſi Romani pauimento. Et de Gothorum in Hiſpania regibus Tolga & Ruſicindo.
Cap. XXXV.

al. Hludouium. *Ega*

At verò Dagoberto defuncto, eius filius Clodoueus (quem & Hludouicum diximus fuiſſe nominatum) cũ matre Nantilde in partes cœpit regnare Neuſtriæ & Burgundiæ, Ega conſiliario palatium cum regno gubernante. Qui patientiæ deditus, abũdans opibus, iuſtitiæ erat cultor eximius, & genere claro oriundus. Tantummodo blaſphemabatur à pluribus, quòd eſſet auaritiæ deditus. Qui tamen res pauperum, quæ ſub G
Dagoberto peruaſæ & fiſco fuerãt iniuſtè ſociatæ, poſſeſſoribus cũ omni reddidit integritate. His diebus domnus papa Romanæ eccleſiæ, locum qui† paradiſus dicitur, ante Baſilicam beati Petri Apoſtoli, cãdidis & magnis marmoribus mirificè ſtrauit. Apud Hiſpanias mortuo Siſenando, Tolga, filius eius petente patre rex creatus eſt. Cumque Gothi pueritiam regis aucupati, more ſibi aſſueto multimoda committerent ſcelera; Cintaſindus quidam Gothorum præeminentiſſimus, Tolga regno pulſo ac clerico fieri coacto, regnum arripuit. Qui agnoſcens conſuetudinem gentis, quam in interficiendis ſiue pellendis habebant regibus, plurimos ex eis quos huic vitio ſciuit deditos, neci tradidit: ita vt de potentioribus quidem ducentos, de plebe verò quingentos fermè interficeret, reſiduos exilio condemnaret. Ipſe autem cum quietè regno potitus fuiſſet, filium H
Ruſincindum, viuens regem inſtituit. Hic de malis quæ geſſerat pœnitẽtiam agens, eleemoſynáſque multas faciens nonageſimo (vt fertur) vitæ anno diem clauſit.

† Sic area illa ampla quæ eſt Lutecię ante primariã ædem B. Mariæ, & vulgo Le paruis dicitur, in antiquis dicti loci chartis Paradiſus appellatur. vide librũ huius Ædis M.S. qui rarus paſtoralis inſcribitur. Lex Marſicanus l. 3 chronici Caſinẽſis, c.26. Atriũ ante eccleſiã nos Romana conſuetudine Paradiſũ dicimus.

De Theſauri regij diuiſione: & conſiliis Pipini Sigeberto datis.
Cap. XXXVI.

Qvoniam quidem ſuperius demonſtrauimus, quo ordine vitæ ſuperſtes Dagobertus inter liberos ſuos regnũ diuiſerit: nunc intimandũ, quo pacto poſt illius exceſſum inter ipſos eius ſint partiti theſauri. Igitur

A ri. Igitur Pipinus, qui ſub Dagoberto aſſiduè cum aliquibus ex Auſtria primoribus palatium incoluerat, eo obeunte ad Sigebertum ſe confert: iunctóque cum Chuniberto pontifice (vt pridem) amicitiarum fœdere, vtilia cum eo regi memorato miniſtrabat conſilia. Ex quorum ſententia Sigebertus ad Clodoueum dirigit fratrem; qui debitam ſibi portionem ex paternis poſcerent theſauris. Ad quam redhibendam certus cum loco deſignatur terminus. Statuta ergo die, Chunibertus cum Pipino vſque Compendium villam regiam acceſſit: ibíque, procurante Ega Clodouei regis palatium gubernante, omnis theſaurorum Dagoberti ſupellex, in ſpeciebus variis, muneribúſque antea abditis prolata, ac inter fratres æqua eſt lance
B diuiſa: tertia parte tamen, ex omnibus quæ Dagobertus adquiſierat, poſtquam Nantildem ſibi ſociauerat, ipſi reginæ ſeruata. Partem Sigeberti Chunibertus & Pipinus ad ipſum pertulerunt.

De Egæ morte: & Erchinoaldi præfectura: & Ermenfridi homicidio.

CAP. XXXVII.

ANno tertio regni Clodouei, Ega præfectus palatij in Clippiaco villa febre vexatus moritur. Poſt cuius diſceſſum Erchinoaldus, 648.
Dagoberti regis ex genitrice conſanguineus, Maior domus in Neu-
C ſtria eſt inſtitutus. Qui humilis, pacificus, cunctíſque virtutum bonis exiſtens ornatus, ſacerdotes domini diligendo verebatur: & ipſe ab eis, & ab vniuerſis optimatibus diligebatur. Ante paucos ſanè dies obitus Egani, Emenfredus quidam, qui eius duxerat filiam, Arnulfum comitem apud Albiodorum vicum in Mallo interfecit. Quapropter graue *al. Ainulphum.* ſuarum rerum, permittente pariter ac iubente Nantilde, à propinquis Arnulphi paſſus eſt diſpendium. Ipſe quoque à rege ſibi metuens, Remis in baſilica ſancti Remigij per multos reſedit dies.

De Pipini morte à multis fleta: & filij eius poſt multam contentionem & factionem ſucceſſione in præfectura.

D

CAP. XXXVIII.

EVoluto anno Pipinus diem obijt, maximum Auſtraſiis relinquens luctum cauſa mortis ſuæ generatum: eò quòd propter animi manſuetudinem, & iuſtitiæ ſeruatam æquitatẽ, ab vniuerſis diligeretur. Cuius filius Grimoaldus, ſtrenuus admodum iuuenis, propter egregia patris merita, populo ſimul & principibus valde erat char⁹. At verò quidã Otho, *alias Otto.* Berone genitus patre, ſperabat ſe comitem palatij fieri poſſe: eò quòd ba-

iulus fuerat regis Sigeberti in eius tenera ętate. Idcirco dum Grimoaldum paulatim deſpicere, nec iam odium aduerſus eum conceptum velare, immò crebrò contemptu ſeſe manifeſtum cœperat demonſtrare aduerſarium; Grimoaldus paternæ amicitiæ prærogatiua Chuniberto pótifici iá dudum fœderatus moliebatur Othonem pellere palatio. Sed cùm id nequiſſet explere, exoſum cum Leutherio Alemannorum effecit duci: à quo *al. decimo octauo.* idem Otho decimo Sigeberti regis anno interfectus eſt, & Grimoaldus in locum patris, Maior domus in Auſtriæ regno inſtitutus. E

De Flaucato Maiore domus Burgundiæ, & ſimultate eius cum Vuillebaldo.

F

Cap. XXXIX.

649. *al. Arelate, caput regni.* ANno quarto regni ſui, Clodoueus cum Nantilde matre Aurelianos, caput regni Burgundiæ, petiit. Vbi aduenientes pontifices ac optimates ipſius gentis, & ſe dominio Clodouei tradentes, Nantildis humaniſſimè tractauit: vtque filio fidem ſeruarent ammonuit. Quorum conſilio Flaucatum Francia oriundum præfectum inſtituit palatij, ſociata ei nepte ſua Ragnoberta in matrimonium. De cætero Erchinoaldus & Flaucatus (quorum vnus Neuſtriæ, alter Burgundiæ poſt regem præerat aulæ) dextras ſibi mutuæ ſocietatis adinuicem dederunt: vt in communi tractatu paríque conſenſu, quæ pacis eſſent ſectantes, iuſtitiæ & æquitatis iura in ſubditis cuſtodirent. E quibus Flaucatus in Burgundiam tranſiens, cómiſſa ſibi munia impigrè curabat. Cuius reſtitit conatibus Vuillebaldus *al. Vltraiuranus.* Vltraiurani patricius: qui generis nobilitate, & opum affluentia ſeſe extollés, deſpectui ducebat illi ſubiici, aut eius parere præceptis. Flaucatus tamé id ſibi diſſimulans cognitum, menſe Maio ad generale placitum, cũ Clodoueo Cabilonis agi decretum properare non diſtulit. Quo etiam Vuillebaldus cum inuidioſo ſatis agmine, & quòd minari bellum videretur pertendit. Nec palatium ingredi voluit, metuens videlicet ne à Flaucato incautus opprimeretur. Quod vbi Flaucatus animaduertit, palatio egreſſus cum interficere voluit. Cui ſeſe frater Amalbertus obuium tulit, & à Vuillebaldi ei fruſtra reſiſtere parantis, nece diſtulit. Exinde Flaucatus rimabatur opportunitatem, vt de Vuillebaldo vltimam ſumeret vltionem. G H

De Nantildis Reginæ obitu: Vuillebaldi cæde & Flaucati paulò pòſt morte non immerita.

Cap. XL.

EO anno Nantildis regina eſt defuncta, atque in eccleſia ſancti Dionyſij in eodé quo Dagobertus ſepulchro poſita. Ipſoque anno Clodoueus

A doueus ab vrbe Parrhiſiorum cum Erchinoaldo & Flaucato ducibus, ac nonnullis Franciæ primatibus, menſe Septembri progreſſus, per Senonas & Antiſſiodorum ad Auguſtidunenſem profectus eſt ciuitatem. Indéque ad Vuillebaldum nuntium dirigit, mandans vt quantocyus ad ſe veniret. Ille quamuis cauendum ſibi eſſe à præparatis inſidiis non ignoraret, periculoſum tamen arbitratus regi non obedire, dictis quidem paruit quæ non audebat refellere; ſed valida armatorum vallatus multitudine, aduentabat. Cui occurrit Ermenricus quidam, cum aliis ex numero nobilium à rege directus: vt eum ſine cunctatione ad palatium debere properare hortaretur, ſimúlque vt fidem daret, eum nil læſionis in eundo vel redeundo perpeſſurum. Cuius verbis non ex toto derogans credulitatem, ibat. Quem etiam donis vberioribus honorauit: & vt ſe ad ciuitatem præcederet, rogauit. Veruntamen nec ſic ſufficienter ſui ſecurus, Agilulfum Valentiæ præſulem ac Vuiſconem comitem ad regiam præ ſe ire iubet aulam, & quæ de eo agerentur agnoſcere, agnitáque ad ſe velociter referre. Hos Flaucatus in vrbe detineri fecit: & ipſe maturius ſurgens cum ſuis, ciuitate relicta, aduerſus Vuillebaldum præliaturus iter arripuit. Auxilio ei erant Erchinoaldus dux cum Neuſtraſiis, Amalgarius & Ramelenus non ignobiles iuuenum, quos comitabatur haud ſpernenda multitudo ſatellitum: E quibus Ramelenus & Amalgarius cum ſibi obſequentibus Flaucato in acie auxilium tulere, cætera multitudine procul ſtante, ac euentum belli præſtolante. Nuntius hoſtilis aduentus præcurrens, † dubitationem ademit Vuillebaldo. Qui hortatus ſocios ne incruentam victoriam aduerſariis eſſe ſinerent, excepit aduenientes. In prima autem fronte ipſe mortuus proſternitur, quippe ſui iam contemptu vitæ prodigus, & deſperatione ſalutis totum ſe in hoſtẽ effundens. Bertarius quoq; partium Flaucati, dũ aduerſarios vehemẽter vrget, obuiauit cuidam Madalulfo Burgundioni olim ſibi familiaritate notiſſimo. Qui Bertarium ſeſe vocantem, ſibíque quod ſi ad ſe veniret, eum ſaluum certamine liberaret pollicentem, & ad eum protegendum clypeum eleuantem, ingratus beneficij conto percuſſit in pectus. Cuius filius Aubedo patris excitus periculo ad eum cucurrit, aduerſíque Madalulfi pectus lancea tranſuerberauit: & cunctos, qui ſuum appetierant patrem, aut percuſſit, aut in fugam egit. Sícque genitorem D ſuum, licet grauiter vulneratum, nati pietas cuſtodiuit, ne imminentem experiretur mortem. Ii verò qui noluerant bello intereſſe, conſpicientes Flaucatum iam iámque ſuperiorem conflictu fore, tentoria Vuillebaldi & ſociorum eius peruadentes, quicquid ſupellectilis in eis reperiere abſtulerunt: equos quoque peremptorum per diuerſa vagantes abegerũt. Poſtero die Flaucatus Auguſtiduno egreſſus Cabillonas venit; ſequentíque die, quo vrbem ingreſſus eſt, eadem ciuitas fortuito conflagrauit incendio. Flaucatus febre vexatus, in ſcapha per Ararim Diuionem caſtrum deuectus, ibi exhalauit ſpiritum: & in baſilica ſancti Benigni eſt

† al. manifeſtũ reddidit Vuillebaldum. Vuillebaldi cædes.

Bertarij vulnus.

ſepultus. Creditum eſt à plurimis hos duos viros, Flaucatum videlicet & & Vvillebaldum, dignas meritorum ſuorum luiſſe pœnas: eò quòd multis irretiti eſſent periuriis, quæ datis adinuicem per loca ſanctorum ſacramentis, commiſerant. E

De Clodouei in pauperes erogatione: Concione: & Templi ac cœnobij Dionyſiani ab epiſcopali ſubiectione exemptione: & de viris ſanctis qui inter erant ac piis eorum operibus.

CAP. XLI.

Erat ann⁹ chriſti 659. aut 660.

ANno decimoquarto ſuſcepti regiminis, Clodoueus rex argentum, quo genitor ſuus abſidem ſuper ſepulchra martyrum Dionyſij, Ruſtici ac Eleutherij prominentem operuerat, auferri mandauit, & Aigulfo loci illius abbati tradi: vt ipſe illud egenis & neceſſitatem patiétibus (quia fames eo tempore totam penè occupauerat Fráciam) diſpartiret. Et quia idem locus ſub poteſtate conſtitutus erat adhuc Parrhiſiaci pótificis, tale quid idem Deo amabilis princeps excogitauit. F

Oratio Clodouei regis pro exêptione Abbatiæ Sácti Dionyſij à ſubiectione epiſcopali.

Anno enim decimoſexto ex quo ſceptra ſuſceperat regalia, pontifices & totius gentis Principes Clippiacum conuenire iubens, mediuſque inter eos ſolio reſidens, hoc habuit ſermonis exordium. Quanquam (inquiens) Francigenæ ciues, terreni nos cura principatus ammonuerit, publicis vos conſultores rebus aduocare: tamen prius nobis conuenit, ea quæ Dei & ſanctorum eius ſunt diſponere; vt poſtmodum ea quæ noſtra ſunt, dante Deo ex ſententia cedant. Ille enim qui per ſemetipſum polliceri dignatus eſt dicens, primùm quærite regnum Dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis: nobis ſuis obtemperantibus præceptis ſua conferet promiſſa. Requiramus itaque quæ ſint placita ſanctis, in regno iam conſiſtentibus ęterni patris: & cuncta nobis euenient proſpera in terris, ſi ea curauerimus adimplere factis. Intentionem igitur noſtri cordis vos, ſacerdotes qui dij vocati eſtis, & filij excelſi omnes, attédite & audite, & auditam, ſi approbaueritis, vnà nobiſcum ad effectum adducere elaborate. Noſtri itaq; deuotio hæc extat animi, vt monaſteriũ patroni noſtri domni Dionyſij, in quo ipſe cum conſortibus teſtimonij veritatis requieſcit humat⁹, & piæ memoriæ genitores noſtri, domnus videlicet Dagobertus ac domna Nantildis, ſe ſepelire mãdauerũt, ab omni ſoluamus dominio mortalium: quatenus abba vel fratres eo loco commanentes, poſſeſſiones à parentibus noſtris ſiue ab aliis fidelibus Chriſtianis ſibi traditas, abſque vllius dominantis inquietudine poſſidentes, pro ſalute noſtra ac ſtatu regni noſtri liberius Deum deprecentur. Huic autem noſtræ ſuggeſtioni conſentit venerabilis vir Laudericus, Parrhiſiacæ vrbis præſul, in cuius diœceſi cœnobium illud ſitum eſt, & cui vſque ad præſens tempus ſubiectum fuit. Hác ergo libertatem ſerui Dei inibi conſtituti dũ fuerint G H

Mat. 6. d

Pſal. 81.

A fuerint adepti, nulliuſque præter Dei ac ſanctorum eius noſtrumque (cui etiam tota natio Francorum paret) fuerint perpeſſi dominatum, ſciant ſe debito tali genitoribus noſtris & nobis, eiſque qui noſtro (vt ſperamus) per Dei gratiam orientur ex ſemine fore obnoxios: vt pro noſtra eorumque quos memorauimus præſenti ac futura requie non deſinant Deũ exorare. Hæc regem pro concione locutũ, circũſiſtẽtes poſtquã auſcultauerunt intentè, in laudibus eius proclamantes, manſura ei optauere gaudia.

HVic cõuentui interfuere prope omnes Gallicani epiſcopi. Inter quos quidam ſancti extiterunt viri, quos ſancta eccleſia dignis effert honoribus: eò quòd ad eorum ſepulchra variis vexati ſanentur infirmitati- *Audoenus.*
B bus. Id eſt beatus Audoenus & ſanctus Rado frater ipſius, atque domnus *Rado.*
Eligius, cum beato Sulpitio, nec nõ ſancto Eucherio. E quibus beatus Au- *Eucherius.*
doenus (qui & Dado dictus eſt) refendarius fuit regis Dagoberti, filiuſque *Vitam S. Audoeni*
præcellentiſſimi viri Antharij. Qui referẽdarius ideo eſt dictus, quòd ad *habes apud*
eum vniuerſæ publicæ deferrentur conſcriptiones: ipſéque eas annulo re- *Surium tom.*
gis, ſiue ab eo ſigillo ſibi commiſſo, muniret ſeu firmaret. Cui fuerũt duo *4. de ſãctis*
fratres, Ado ſcilicet & Rado. Ado itaque ſpretis ſecularibus pompis, con- *die 24. Augusti.*
ſtruxit monaſterium in ſaltu † Vodrenſi ſuper Matronam fluuium, quod *Referẽdarius idem*
nominauit † Iodrum: in quo ipſe ſub regula abbatis Columbani, Deo *quod Cãcellarius.*
vſque ad diem ſeruiuit vltimum. Rado quoq; zelo fraterni ſtudij anima- *Ado.*
tus, dum theſauris præeſſet regalibus, & ipſe in paterna hæreditate ædifi- *† fortè Jodrenſi.*
C cauit cœnobiũ, quod ex proprio nomine vocauit Radolium. Porrò bea- *† Vulgo*
tus Audoenus, ne impar in bonis operibus videretur ſuis eſſe fratribus, *Ioarre.*
ipſe etiam fabricauit monaſterium intra Brigenſem ſaltũ: quod Hieruſa- *Nunc eſt*
lem ab eo quidem eſt nominatum: ſed à fluuiolo, ſuper quem eſt ſitum, *nobile puellarũ cœnobium.*
Reſbaſcenſe nunc dicitur cœnobium. Hos fratres ad tam præclara exer- *Rebaiz.*
citia, exemplo ſanctiſſimi reor excitatos eſſe Eligij. Ille enim dum in pala- *Eligij ſanctitas.*
tio gratam Deo & hominibus ageret vitam, à rege Dagoberto petierat condonari ſibi villam in pago Lemouicino ſitam, Solemniacum cognominatam, in qua & monaſterium conſtruxit, & cõgregationem Deo ſeruientium monachorum ſtatuit.

D *De morte rurſus Dagoberti & eius filij regno & matrimonio: De Grimoaldo maiore domus: de Dagoberto minore attonſo & ablegato: & de Grimoaldi ſupplicio,* CAP. XLII.

POſt hæc igitur Rex Dagobertus à febre valida correptus, ægrotans *645.*
mortuus eſt Spinogilo villa in pago Parriſienſi, & in baſilica beati Dionyſij martyris ſepultus. Planxerúntque eum Franci diebus multis: regnauítque annis quadraginta quatuor. Clodoueum autem filium eius Franci ſuper ſe regem ſtatuunt. Accepítque vxorem de genere Saxonum, nomine Baltildem, pulchram omníque ingenio ſtrenuam. Poſt hæc au- *Baltildis.*
tẽ Sigebertus rex Auſtraſiorũ Pipino defuncto, Grimoaldũ filiũ eius, ma- *al. Auſter*

iorem domus inſtituit. Decedente verò tempore defuncto Sigeberto rege, Grimoaldus filium eius paruulũ, nomine Dagobertum, totondit: Didoníque Pictauenſis vrbis epiſcopo in Scotiam ad peregrinandum, direxit, filium ſuum in regno ſtatuens. Franci itaque ob hoc valde indignantes, Grimoaldo inſidias præparant: eúmque captum ad condemnandum regi Francorum Clodoueo deducunt. Qui in Parriſienſi ciuitate carceri mancipatus, vinculorum cruciatu constrictus, vt erat morte dignus, ob reatum quem in Dominum ſuum exercuit, vitam valido mortis cruciatu finiuit. E

al. Cotiã.

De Clodouei qui brachium B. Dionyſij abſcidit ſceleribus: & prole ex Batilde: & Clotharij coronatione.

CAP. XLIII. F

EO tempore Clodoueus brachium beati Dionyſij martyris abſcidit, inſtigante diabolo. Per eidem tempus concidit regnum Francorum caſibus peſtiferis. Fuit autem ipſe Clodoueus omni ſpurcitiæ deditus, fornicarius, & illuſor fœminarum, gulæ & ebritati operam dans. Huius vitæ & finis nihil dignum hiſtoria recolit. Multi enim ſcriptores eius finem cõdemnant, neſcientes videlicet finem nequitiæ eius: & incerta de eo, & alia pro aliis referunt. Cuius temporibus Sigo abbas cœnobio beati Germani Parrhiſienſis nobiliter præfuit. Prædictus itaque rex Clodoueus ex Baltilde regina tres filios ſuſcepit: videlicet Clothariũ, Childericũ atque Theodoricum. Decedente itaque præfato rege Clodoueo, qui regnauit annis ſexdecim, Franci Clotharium ſeniorem puerum ex tribus, regem ſibi ſtatuunt, cum ipſa regina matre regnaturum. G

Clodouei, 2 vitia.

Sigo Abbas 7. Sancti Germani.

Clotharius regnat.

De Ebroino maiore domus: & de Theodorico rege Francorum: & Childerico Auſtraſiorum: eorumque geſtis. XLIIII.

DEfuncto eo tempore Erchenoaldo maiore domus, Franci in incertum vacillantes, præfinito conſilio Ebroinum in huius honoris altitudine maiorẽ domus ſtatuũt. His diebus Clotharius rex puer obiit: regnauítque annis quatuor: Theodoricus autem frater eius eleuatus eſt in regnum Frãcorum. Childericum itaque aliũ fratrẽ eius, in Auſtriam vna cum Vulfoaldo duce regnum ſuſcipere dirigunt. Eo tẽpore Franci aduerſus Ebroinum inſidias prǫparant: & ſuper Theodoricum conſurgũt, ac eũ de regno eiiciunt, crineſque capitis eius vi abſtrahentes incidunt. Ebroinum quoque ſimili modo detonſum, ad Luxouiẽſe monaſterium in Burgundia ſitum dirigunt. In Auſtriam verò pro Childerico mittẽtes accelerant: qui vnà cum Vulfoaldo duce veniens, in regem Francorum eleuatus eſt. Erat autẽ ipſe Childericus leuis nimis omniáque nimium incautè peragebat: donec in ſe odium maximum & ſcandalum exciuit; Francos valde opprimens. Ex quibus vnum Frãcorum, nomine Bodilonem, ad ſtipitẽ tenſũ cædi valde ſine lege præcepit. Hæc videntes Franci ira magna cõmoti (Vvigobertus videlicet & Amalbertus & reliqui maiores natu Francorũ) H

Ebroinus.

Theodoricus rex.

Childericus.

Theodoricus eiicitur

Childericus rex ſceleratus.

Eadem in appendice Greg. Tur. c. 95. habẽtur.

Ingebertus

ſeditionem

A ſeditionem contra ipſum Childericum concitarunt. Bodilo etiam cum reliquis ſurrexit ſuper eum: inſidiatuſque regem interfecit, vnà cum regina eius vxore prægnante: quod dicere dolor eſt. Vvlfoaldus quoque per fugam vix euaſit:& in Auſtriam eſt reuerſus. Franci autem Leudeſium filium Erchinoaldi in maiorem domus palatij erigunt. Erant autem ex Burgundia, in hoc conſilio beatus Leodegarius Auguſtudinenſis epiſcopus, & Gerinus frater eius conſentientes. Ebroinus itaque capillos creſcere ſinens, congregatis in auxilium ſociis, hoſtiliter à Luxouienſi cœnobio egreſſus, in Franciam reuertitur cum armorum apparatu. Ad beatum verò Audoenũ direxit, quid ei cõſilij daret. At ille per internũcios hoc ſolùm ſcriptũ dirigens, ait. De Fredegunde tibi ſit memoria. At ille ingeB nioſus, vt erat, intellexit: ac de nocte conſurgens, commoto exercitu vſque Iſaram fluuium venit: interfectíſque cuſtodibus, ad ſanctum Maxentium Iſaram tranſiit: ac ibi quos reperit de inſidiatoribus ſuis occidit, Leudeſius vero, vnà cum Theodorico rege & ſociis quam plurimis, per fugam euaſit. Ebroinus itaque eos perſecutus eſt: & Bacinum villam veniens, theſauros Regales apprehendit. Deinde poſt hæc Cariſiacum veniens, regem recepit. Leudeſium autem data fide, doloſè ad ſe venire mandauit. Quo facto Leudeſium illico interfecit: ipſe verò principatum ſagaciter recepit. Sanctũ igitur Leodegarium epiſcopum, diuerſis pœnis affectum, gladio feriri iuſſit. Gerinum quoque fratrem eius dira pœna damnauit. Reliqui verò Franci, eorum ſocij per fugam vix euaſerunt. NonC nulli verò in exilio peruagati, propriis facultatibus priuati ſunt.

Bodilo. Regis & reginæ cædes. 679. Amvo.τ ilij, Antiſtes meldẽſis in chronico, & ſcriba parlamenti in colectaneis regũ, vtrũque in noſtra Sãcti Germani æde ſeſepultum aſſerunt.

Leudeſius S. Leodegarius Epiſcopus Auguſtudunenſis anno 685. martyrizatus.

De Martio & Pipino iuniore in Auſtria præfectis, in Ebroinum & Theodoricum exercitũ ducentibus: & de ſtrage in conflictu facta: & de doloſo iuramento ſupra capſas inanes exhibito.

Cap. XLV.

EO quoque tempore decedente Vvlfoaldo Auſtraſio, Martinus & Pipinus iunior filius Anſegiſili, quondam decedentibus regibus, dominabantur in Auſtria: donec tandem aliquando hi duces in odium verſi contra Ebroinum, exercitu plurimo Auſtraſiorum commoto, contra Theodoricum regem & Ebroinum, aciem dirigunt. Contra quos Theodoricus & Ebroinus, cum expeditione occurrunt in loco nuncupaD to Lucofao. Qui ſimul iuncti, ſeſe inuicem cæde magna proſternunt: corruítque ibi infinita turba populi. Auſtraſij deuicti in fugam verſi terga verterunt: Ebroinus eos cæde crudeliſſima inſecutus eſt, maxima parte ex illa regione vaſtata. Martinus per fugam elapſus, Landunum Clauatum ingreſſus, illic ſe recluſit. Pipinus autem altrinſecus euaſit. Ebroinus itaque patrata victoria reuerſus eſt. Veniénſque cum exercitu Erthericum villam, ad Martinum direxit nuntios, vt poſt data ſacramenta, cum fiducia ad regem Theodoricum veniret, hoc doloſè ac fallaciter ſuper vacuas capſas ei iurantes. Ille vero credens eis, Erthrecum veniens, ibi cum ſociis ſuis interfectus eſt.

aliàs Laudunum. aliàs Erchreco villam. Iuramentum doloſum.

De Ebroini cæde: & Vvaratonis in eius locum ſucceſſione: & de eius filij in eum impietate & exitio: Beatique Audoeni tranſitu. E

CAP. XLVI.

EBroinus itaque magis ac magis Francos crudeliter opprimebat: donec tandem aliquando Ermenfrido Franco inſidias parare ſimulat. Ille quoque per noctem, clàm ſuper eum conſurgens, atrociter præfatum Ebroinum interfecit: atque ad Pipinum in Auſtriam fugiens euaſit. Franci verò conſilium pertractantes, Vvaratonem virum illuſtrem in loco eius, cum iuſſione regis, maiorem domus palatij conſtituunt. Accepit autem ipſe Vvarato inter hæc obſides à prædicto Pipino, & pacem cum eo iniit. Erat id temporis memorato Vvaratoni filius, efficax induſtriuſque, ferus animo, & acerbis moribus, inſidiator patris ſui, eumque F
ab honore generoſitatis ſupplantans: erátque nomen eius Giſlemarus. Quem beatus Audoenus prohibere tentauit ne hanc nequitiam contra patrē inferret. Quod ille audire contempſit: fueruntque inter ipſum Giſlemarum & Pipinum bella ciuilia & multæ diſcordiæ. Qui ob iniurias patri illatas, & alia peccata crudelia, à Deo percuſſus, iniquiſſimum ſpiritum exhalauit: quemadmodum ei ſanctus Audoenus prædixerat. Illo autem defuncto, Vvarato iterum priſtinum eſt honorem nactus. Sub
677. his diebus beatus Audoenus, Rethomagenſis epiſcopus, plenus dierum
B. Audoenus moritur. ac virtutibus præclarus, Clipiaco villa regali in ſuburbana Parrhiſiorum ciuitate, migrauit ad dominum: & cum gloria in baſilica ſancti Petri apoſtoli in Rothomagenſi ciuitate ſepultus eſt. Decedente quoque Si- G
Sigofrid. Abbas 8. gofrido abbate cœnobij ſancti Germani Parrhiſienſis Babolenus in regimine ſubſtituitur.

(BABOLENVS) Ita legendum ſecundum veteres codices: non Babo, vt antea legebatur. Hic patre Vvinioco in Burgundia natus, S. Columbani Hiberni in Luxouio Cœnobio monachus fuit. Quem etiam à Brunechilde Regina, Gallorum Iezabele, immò ipſa crudeliore, in exilium miſſum vbique ſequutus eſt. Plura monaſteria, vt Bobium in Longobardia, Malmundarium & Stabulenſe in ſylua Arduenna, ab arduis montibus dicta, rexit. Deinde Lutetiam veniens Foſſatenſi cœnobio, in loco Caſtri Bagaudarum (cuius mentio eſt in paſſione SS. martyrum Agaunenſium, Mauricij & ſociorum eius) à Blidegiſillo diacono primariæ Ædis Pariſiorum conſtructo, præficitur. Retento autem in Hiſpania Sigofrido, noſtri monaſterij S. Germani Abbate, illud quoque ei committitur. Obiiſſe creditur eodem quo Clotharius 3. Francorum Rex, Clodouei ſecundi filius anno:
666. qui fuit virginei partus ſexcenteſimus ſexageſimus ſextus, die 26. Iunij. ſepulturámque H
habuit in ipſo S. Petri Foſſatenſis monaſterio. Non enim S. Mauri dictum eſt, ante annum Chriſti 869. quo eius ſacrum corpus è Glannafolio Andegauenſi ad Ligerim cœnobio, propter timorem Nortmannorum paſſim graſſantium, eò allatum eſt. Vita S. Baboleni (quam MS. habeo) multis miraculis claret: quorum vnicum, quod in rem noſtram præcipuè facit, referam. E Foſſatenſi monaſterio ad noſtrum veniens, in porta ciuitatis Patiliacæ, cæcum à natiuitate breui oratione, digitiſque in oculos eius admotis illuminauit. Quod vbi Clodoueo 2. Francorum Regi innotuit, ad ipſum Babolenum acceſſit: & in eius gratiam fiſcum regium Valentonium noſtro contulit cœnobio. Sed alienatione Dominij Eccleſiaſtici (prætextu expugnandi hæreticos, & ſponſione vana de eorum confiſcatis bonis reſarciendi damna Eccleſiæ) per Bullam Pij Papæ 5. literáſque Regis Caroli noni conceſſas & publicatas, anno redemptoris 1569. in menſe Iulio alienatum fuit, primo eius emptore Franciſco Audrand, Reuerendiſſimi ac Illuſtriſſimi Cardinalis Caroli Borbonij, Abbatis noſtri commendatarij Vicario generali.

A

De Vuaratonis mora: Bercharij præfectura, & bello Auſtraſiorum Duce Pipino contra Francos, Bercharij nece: & Pipini prole.

Cap. XLVII.

SVccedente autem temporum curriculo, prædictus Vuarato defunctus
eſt. Fuítque ei matrona nobilis ac ingenioſa, nomine Auſeflidis. Fran-
ci igitur in diuerſa tendentes vacillabant: & interim Bercharium quen-
dam, ſtatura puſillum, ſapientia ignobilem, conſilio inutilem, Maiorem
domus oberrantes ſtatuunt. Itaque Francis inuicem ſic diuiſis, Pipinus ab
Auſtraſiis conſurgens, commoto exercitu quam plurimo, contra Theo-
B doricum regem & Bercharium aciem dirigit. Conuenerúntque ad præ-
lium in loco nuncupato Tertritio. Illis verò inter ſe belligerantibus,
Theodoricus rex, vnà cum Berchario Maiore domus, terga verterunt:
Pipinus autem victor extitit. Procedente igitur tempore ipſe Bercharius
ab adulatoribus occiſus eſt, inſtigante Auſeflide. Baboleno quoque *6. Kal. Iu-*
cœnobij ſancti Germani abbate obeunte, Childerannus ei ſubrogatur in *lij An. 666.* *Childerãnus Abbas*
paſtorali procuratione. Poſt hæc Pipinus ſub Theodorico rege cœpit eſſe
princeps regiminis, ac Maior domus. Iam enim inter ſe fœdus pepige- *S. Germani.*
rant. Cura itaque palatij ac theſaurorum accepta, Nordebertum quen- *Hũfridus*
dam ex ſuis, pro ſe, cum rege relinquens ipſe in Auſtriam remeauit. Erat *Abbas S*
autem prædicto principi Pipino vxor nobiliſſima & ſapientiſſima, no- *Germani.*
mine Plectrudis: ex qua genuit filios duos: nomen maioris Drocus, mi-
C nor verò vocabatur Grimoaldus. Drocus itaque ducatum Campaniæ ac-
cepit. Childerano autem diem obeunte, Hunfridus curam monaſterij
ſancti Germani accepit.

De obitu Theodorici regis: & Clodouei filij eius & Childeberti regno & Grimoaldi præfectura: Caroli filij Pipini induſtria, déque abbatibus ſancti Germani.

Cap. XLVIII.

OBiit quoque Theodoricus rex qui regnauit annis xix. Clodoueus *Clodoueus*
autem filius eius puer regalem ſuſcepit ſedem, ex regina nomine *3.*
D Clodoilde progenitus. Nec multò pòſt ipſe Clodoueus rex, puer mortuus
eſt: Regnauítque annis duobus. Childebertus autem frater eius, vir in- *Childebertus rex.*
clytus, in regno ſtatutus eſt. Tunc & Nordebertus mortuus eſt. Grimo-
aldus verò Pipini principis filius, in aula regis Childeberti Maior domus *Grimoaldus.*
effectus eſt. Hunfrido abbate hominem exuente, Gaudremarus vir ſtre-
nuus regimen eccleſiæ ſancti Germani eſt ſortitus. Pipinus quoque mul- *Gaudremarus Abbas S. Germani.*
ta bella geſſit contra Radbodum Gentilem, & alios principes: contra Sue-
uos etiam & quàm plurimas gentes. Grimoaldus autem genuit filium
ex concubina, Theodoaldum nomine. Sub idem fere tempus Drocus fi-
lius Pipini, defunctus eſt. Habuit quoque præfatus princeps Pipinus

filium ex alia vxore, nomine Carolum, virum elegantem, egregium atque vtilem. Defuncto his diebus piæ memoriæ Gaudremaro abbate, Thedelmarus paſtorale ſumpſit officium. E

Thedelmarus Abbas S.Germani.

Childebertus.2.

De Childeberti regis obitu: & Dagoberti ſucceſſione: Grimoadi cæde & filij eius Theudoaldi præfectura.

CAP. XLIX.

TVnc etiã bonæ memoriæ glorioſus domnus Childebertus, rex iuſtus, migrauit ad Dominum. Regnauit autem annis ſeptendecim ſepultúſque eſt in Cauciaco monaſterio, in baſilica ſancti Stephani protomartyris. Regnauitque Dagobertus puer filius eius pro eo. Habebat autem Grimoalbus vxorem in matrimonium, nomine Theudeſindem, filiam Radboni ducis Gentilis. Erátque ipſe Grimoaldus Maior domus, pius, modeſtus, manſuetus, & iuſtus. Procedente itaque tempore, ægrotante Pipino genitore eius, dum ad eum viſitandum acceſſiſſet, in Baſilica ſancti Lamberti martyris Leudici peremptus eſt à Rangario gentili, filio Belial. Theudoaldus verò filius eius, iubente auo, in aula regis honorem patris ſublimiter adeptus eſt. F

715.

Grimoaldus Maior domus.

aliàs Raganfredi.

De Pipini cognomento Craſſi patris Caroli Martelli obitu Francorum inteſtino bello: Theudoaldi depoſitione & Raganfredi ſublimatione: & Caroli capti liberatione. CAP. L.

G

EO tempore Pipinus febre valida correptus mortuus eſt. Obtinuítque principatum ſub ſuprà ſcriptis regibus, annis vigintiſeptem & dimidio. Plectrudis quoque vxor eius, cum ſuis nepotibus & rege, cuncta gubernabat ſub diſcreto regimine. Illis diebus inſtigante diabolo Franci denuò in Cocia ſylua in Francos inuicem irruũt, ac ſeſe mutuò duriſſima cæde proſternunt. Theudoaldus autem per fugam dilapſus, ereptus eſt. Fuítque illo in tempore valida perſecutio. Theudoaldo enim fugato, Raganfredum in principatum ac Maiorem palatij elegerunt. Qui commoto cum rege exercitu, Carbonariam ſyluam tranſeuntes, vſque Moſam fluuium terras illas vaſtantes ſuccenderunt: & cum Radbodo duce Gentili amicitias fecerunt. Carolus his diebus, cùm captus à Plectrude fœmina ſub cuſtodia teneretur, auxiliante Domino vix euaſit. H

De Dagoberti 2. filij, Childeberti 2. obitu: & Danielis qui Chilpericus dictus, è clericatu in regnum ſublimatione. De bello Caroli cum Friſonibus: & Chilperico ac Raganfredo graſſantibus circa Coloniam Agrippinam. CAP. LI.

SEquenti tempore Dagobertus rex ægrotans, mortuus eſt: regnauitque annis quinque. Franci autem Danielem quendam clericum, cæſarie capitis creſcente, in regnum ſtabiliunt, atque Chilpericum nuncupant.

A pant. Eo nempe tempore denuo exercitum mouent, & vſque ad ipſum fluuium Moſam venientes, contra Carolum aciem dirigunt. Ex alia parte Friſones, cum Radbodo duce, in eum conſurgunt. Carolus quoque ſuper ipſos Friſones irruit: ibique maximum diſpendium de ſodalibus ſuis perpeſſus eſt: Atque per fugā elapſus abſceſſit. Succedente igitur tempore iterum ipſe Chilpericus, cum Raganfredo, exercitu commoto Ardennā ſyluam ingreſſus, vſque Rhenum fluuium & Coloniam ciuitatem peruenerunt, deuaſtantes omnia. Theſauro multo à Plectrude matrona accepto reuerſus eſt. Sed tamen in loco qui dicitur Amblaua, maximum Carolo in eos irruente, perpeſſi ſunt diſpendium.

B *De Caroli contra Chilpericum & Raganfredum altera victoria: & Clotharij in regem creatione: de tertio conflictu & Eudonis fuga, & direptione. Clotharij obitu: & Chilperici morte. Theodorici regno: Saxonum rebellione. Caroli victoriis in Alemannia, & in Eudonem atque Sarracenos in Gallia.*

Cap. LII.

EO itidem tempore, prædictus vir Carolus, exercitu commoto, iterum contra Chilpericum & Raganfredum conſurgit, contra quem illi hoſtem colligunt, bellum præparantes, accelerant. Sed Carolo pacem fieri poſtulante, illíſque contradicentibus, ad prælium egreſſi ſunt in loco nomine Vinciaco, dominica die illuceſcente XII. Kal. April. in quadrageſima. Illis quidem fortiter bellantibus, Chilpericus cum Raganfredo terga vertit: Carolus verò victor extitit: regionibúſque illis vaſtatis atque captiuis abductis, itémque cum multa præda in Auſtriam reuerſus eſt. Deinde Coloniam ciuitatem venit, ibíque ſeditionem intulit, & ipſam ciuitatem cepit: Cum Plectrude matrona diſceptauit: & theſauros patris ſui ſagaciter recepit: regémque ſibi ſtatuit Clotharium nomine. Chilpericus itaque & Raganfredus Eudonem ducem expetunt in auxilium: cum quo mouente Vvaſconum exercitum, contra Carolum pariter perrexerunt. At ille conſtanter eis occurrit intrepidus. Sed Eudo fugiens, Parrhiſiúſque reuerſus, Sequana fluuio tranſito vſque Aurelianos peruenit: & poſt Chilpericum regem, cum theſauris regalibus ſublatum, vltra Ligerim receſſit: & vix euadens terminos regionis ſuæ penetrauit. Carolus verò eum perſecutus non reperit. Clotharius itaque memoratus rex eo anno obiit. Carolus quoque anno inſecuto legationem ad Eudonem dirigens, amicitias cum eo fecit. Ille verò Chilpericum regem cum multis muneribus reddidit: ſed non diu in regno reſedit. Mortuus quippe eſt poſt hæc, & in Nouiomo ciuitate ſepultus. Regnauit autem annis quinque & dimidio. Franci verò Theodoricum in Kala monaſterio enutritum filium Dagoberti iunioris, regem ſuper ſe ſtatuunt: qui nunc anno ſexto in regno ſubſiſtit. Thedelmaro autem abbate monaſterii ſancti Germani defuncto, Lanfredus ei in regimine ſubrogatur. Per idem tempus rebellantibus Saxonibus, eos Carolus princeps veniens præoccupauit ac de-

id eſt exercitum, ſiue copias. (margin, C)

Clotharij obitus. (margin, D)

Chilperici mors.

Chelles.

Lāfredus Abbas S. Germani

Saxonū rebellio.

cognomento Martellus. bellauit: victórque reuertitur. Succeſſiuis diebus euoluto anni circulo, coacto agmine Rhenum fluuium tranſiit, Alemannóſque & Sueuos luſtrat: & ad Danubium vſque acceſſit. Illóque tranſmeato fines Baugarenſes occupauit. Subacta regione illa cum theſauris multis & cum matrona *Caroli victoria.* Plectrude (quondam vxore patris ſui Pipini) & nepte ſua Sonichilde egreditur. Poſt idem tempus Eudone duce à iure fœderis recedente, comperiens hoc per internuncios Carolus princeps, cómoto exercitu Ligerim *Eudo rurſus fugatur* fluuium tranſiens, ipſo duce Eudone fugato, prædáque multa ſublata ab hoſtibus qui patriam depopulati fuerant, iterum remeauit ad propria. *Sarracenorum irruptio.* Eudo igitur dux cernens ſe ſuperatum atque deriſum, gentem perfidam Sarracenorum ad auxilium contra Carolum principem & gentem Francorum excitauit. Egreſſique cum rege ſuo, Abdirama nomine, Garũnam *Abdirama.* tranſeunt, & vſque Burdegalam peruenerunt: eccleſiíſque igni concrematis, populis conſumptis, vſque Pictauos profecti ſunt. Baſilica ſancti Hilarij (quod dicere dolor eſt) igne concremata, ad domum beatiſſimi Martini euertendã ſe deſtinãti contra quos Carolus princeps audacter aciem inſtruxit: ac ſuper eos belligerando irruit, Chriſtóque auxiliante tentoria eorum ſubuertit, & ad prælium contra eos occurrit: interfectóq; rege eorum Abdirama, exercitum eius dimicando ſuperauit atque deuicit. Sícque victor de hoſtibus triumphauit. E F

De Caroli Martelli in Burgundia victoriis. Eudonis morte: & Burdegalentij prouinciæ ſubactione. CAP. LIII. G

ALio quoque anno inſequente, egregius bellator Carolus princeps regionem Burgundiæ penetrauit. Fines regni illius Leudibus ſuis, probatiſſimis viris & illuſtribus, ad reſiſtendum contra gentes rebelles in fide diſpoſuit. Pace patrata, Lugdunum Galliæ ſuis fidelibus tradidit: & poſt firmata fœdera induciaria, reuerſus eſt victor fiducialiter agens. In illis autem diebus Eudo dux mortuus eſt. Hoc audiens præfatus princeps Carolus, inito conſilio procerum ſuorum, denuo Ligerim fluuiũ tranſiit: & vſque Garumnam & vrbem Burdegalenſem & Caſtrum Blauium *Bloye.* veniens, occupauit: Illámque regionem cepit ac ſubiugauit, cum vrbibus ac ſuburbanis caſtrorum: victórque cum pace remeauit.

De ſupputatione annorum mundi: ex qua conuincitur hanc hiſtoriæ collectionem non vnius eſſe auctoris. CAP. LIIII. H

OPitulante Chriſto Rege Regum, & domino dominorum, curricula annorum hactenus reperiuntur, Ab Adam, vel ab initio ſæculi, ad diluuium anni 2242. A diluuio vſque ad Abraham anni 942. Ab Abrahã vſque ad Moyſen anni 505. A Moyſe vſque ad Salomonem anni 489. A Salomone vſque ad reædificationem templi, temporibus Darij regis Perſarum, anni 512. A reſtauratione templi vſque ad aduentũ domini noſtri Ieſu Chriſti 548. Itaque ab initio mundi vſque ad paſſionẽ domini noſtri Ieſu Chriſti ſunt anni 5238. & à paſſione domini vſque ad iſtum annum præſentem,

A præſentem, qui eſt decimus nonus principis Caroli, quíſque in cyclo Victoris annotatur cêteſimus ſeptuageſimus ſeptimus ſunt anni DCC. xxxv. Et vt iſte milliarius impleatur deſunt anni CC. lxv.

De Friſonum à Carolo Martello ſubactione: Vvandalis in Gallia graſſantibus & eorum ab Senonibus per Ebbonem præſulem repulſione.

Cap. LV.

ITem (quod ſuperius prætermiſimus) gentem clariſſimam maritimam B Friſonum, nimis crudeliter rebellantem, vnà cum duce ſuo Radbodo præfatus princeps, audacter nauali euectione altum mare ingreſſus, nauium copia adunata properat certatim debellare. Amiſtrachiam & Auſtrachiam inſulas Friſonum penetrauit: ſuper Burdonem fluuium, Radbodum Gentilem ducem illorum, fraudulentum conſiliarium interfecit: exercitum Friſonum proſtrauit: fana eorum & idola contriuit, atque igne combuſſit: ac cum magnis ſpoliis & præda victor reuerſus eſt in regnum Francorum. Eo tempore gens impia Vvandalorum Galliã deuaſtare cœpit. Quo tempore deſtructæ ſunt eccleſiæ, ſubuerſa monaſteria, captæ vrbes, deſolatæ domus, diruta caſtra, ſtrages hominum innumeræ factæ: & multus vbique humani generis ſanguis effuſus eſt. Cum itaque grauiſſimæ per totam Galliam perſecutiones detonarent, Vvandalis om- C nia flammis & ferro proterentibus, ipſi Vvandali peruenientes ad ciuitatem Senonenſem, cœperunt eam iaculis & machinis omni arte infeſtare. Quod cernẽs præſul eiuſdem vrbis, Ebbo nomine, exiens de ciuitate cum ſuis, fretus diuina virtute, exterminauit illos ab vrbis obſidione: fugientibúſque illis, perſecutus eſt eos vſque dum egrederentur de finibus ſuis.

De Lugdunenſi Gallia & Prouincia, & Saxonibus à Carolo duce ſubactis.

Cap. LVI.

D SAgaciſſimus autem vir, Carolus dux commoto exercitu, in partes Burgundiæ dirigit: Lugdunúmque Galliæ vrbem, maiores natu ac præfectos eiuſdem prouinciæ, ſuæ ditioni & reipublicæ ſubiugauit: ac vſque ad Maſſilienſem vrbem & Arelatenſem, ſuos iudices conſtituit: & cum magnis theſauris & muneribus in Franciam remeauit. Item rebellantibus Saxonibus paganiſſimis, qui circa Rhenũ fluuium cõſiſtunt, ſtrenuus vir Carolus hoſtẽ mouit Francorũ: in loco vbi fluuius Lippia decurrit, Rhenum amnem ſagaci intentione tranſmeauit. Maxima ex parte regionem illam diriſſimam ſtrauit: gentémque illam ſæuiſſimam ex parte tributariam eſſe præcepit, atque complures obſides ab ea accepit: Sicque opitulante domino ad propria victor remeauit.

hoſtẽ. i. exercitum.

al. Hrenũ amnem.

De Sarracenorum circa Auenionem graſſatione. Et Caroli ducis in eos expeditione. De Gothorum circa Narbonem debellatione. Et Sarracenorum oppreſſione. Auenionis ſubactione. De Pipino filio Caroli ad Liuthprandum tondendi capilli gratia miſſo. Et reliquiis in Galliam dono miſſis: & legatione Romam miſſa. De regni inter filios Caroli diuiſione: Prodigiis cæleſtibus: & Caroli ducis tranſitu. CAP. LVII. E

DEnuo rebellante gente validiſſima Iſmaëlitarum (quos modo Sarracenos corrupto vocabulo vocant) irrumpentéque Rhodanum fluuium, inſidiantibus infidelibus hominibus, ſub dolo & fraude, cum Mauranto quodam & ſociis eius, Auenionem vrbem munitiſſimam ac montuoſam ipſi Sarraceni, collecto hoſtili agmine, ingrediuntur, omni regione depopulata. At contra vir egregius, Carolus dux, germanum ſuum virũ induſtriũ Childebrandum ducẽ, cũ reliquis ducibus & comitibus, illuc cũ apparatu hoſtili dirigit. Qui properè ad eandem vrbẽ perueniẽtes tentoria inſtruunt: vndique ipſum oppidũ & ſuburbana præoccupant: munitiſſimam ciuitatem obſident: aciem inſtruunt. Tandem inſecutus vir belligerator Carolus prædictam vrbem aggreditur, muros circundat, caſtra ponit, obſidionem coaceruat, & in modum Hiericunthis cum ſtrepitu hoſtium & ſonitu tubarum, machinis, reſtium funibus ſuper muros & ædium mœnia irruunt. Vrbem munitiſſimam ingredientes ſuccendunt: hoſtes ſuos capiunt & captos trucidant atque proſternunt: & in ſuam ditionem vrbem reſtituunt. Victor igitur atque bellator inſignis Carolus, intrepidus Rhodanum fluuium cum exercitu ſuo tranſiit, Gothorum fines penetrauit: atque Narbonẽ vſque acceſſit: ipſámque vrbem celeberrimam atque metropolim eorum obſedit: ſuper Adicem fluuium munitionem in gyrum, in modum arietum inſtruxit. Regem Sarracenorum, nomine Athima, cum ſatellitibus ſuis ibidem recluſit: caſtráque metatus eſt vndique. Hæc audientes maiores natu principes Sarracenorum, qui commorabantur eo tempore in regione Hiſpaniarum, coadũnato exercitu hoſtium cum alio rege, Amorro nomine, aduerſus Carolum viriliter armati conſurgunt, præparati ad prælium. Contra quos præfatus Carolus dux triumphator occurrit ſuper fluuium Birſam & vallem Corbariam, præliaturus. Illíſque mutuò confligentibus Sarraceni deuicti atque proſtrati cernentes regem ſuum interfectum, in fugã lapſi terga verterunt. Qua euaſerant, cupientes nauali euectione euadere, in ſtagnum maris, natantes mutuo conatu, inſiliunt. Mox Franci cum nauibus & iaculis ſuper eos inſiliunt: ſuffocantéſque in aquis interimunt. Sícque Franci triumphantes de hoſtibus prædam magnam & ſpolia capiunt. Capta multitudine captiuorum, cum duce Victore regionem Gothicam depopulatur: vrbes famoſiſſimas Nemauſum, Biterras ac Agatam funditus muros & mœnia deſtruens, igne ſuppoſito concremauit: ſuburbana & caſtra illius regionis vaſtauit. Deuicto aduerſariorum agmine, Chriſto in omnibus præſule & capite ſalutis & victoriæ, rex Carolus ſalubriter remeauit ad propria, in terram Francorum ſolium principatus

al. Hrodanum fluuium.

hoſtium .i. exercitus militum.

Narbo à Carolo obſidetur.

F G H

A principatus ſui. Tunc memoratus princeps venerabilem Lanfredum Abbatem ſancti Germani, legationis cauſa in Aquitaniam dirigit. Denuò, in curriculo anni illius menſe ſecundo, prædictum germanum ſuum Childebrandum cum plurimis ducibus atque comitibus, commoto exercitu, in partes Prouinciæ dirigit: quibus Auenionem vrbẽ appulſis, Carolus cum ſuis properans illuc acceſſit: cunctámque regionem vſque ad littus maris magni, ſuæ dominationi ſuppoſuit: fugatóque duce Maurõto, in impenetrabiles & tutiſſimas rupes maritimis munitionibus, præfatus princeps Carolus ſibimet adquietus victor reuerſus eſt, nullo contra eum rebellante. Regreſſúſque in regionem Francorum ægrotare cepit in villa Verberia ſuper fluuium Iſaram. Pepigerat autem fœdus, præfatus B princeps, cum Liuthprando Langobardorum rege: eíque filium ſuũ Pipinum miſit, vt more fidelium Chriſtianorum, eius capillum primus attonderet ac pater illi ſpiritualis exiſteret. Quod ille gratiſſimè complens, multis ditatum muneribus genitori natum remiſit. Qua de re contingit, vt eo tempore beatus papa Gregorius à ſede ſancti Petri claues venerandi ſepulchri, cum vinculis ſancti Petri, & muneribus magnis & infinitis (quod antea nullis auditum aut viſum temporibus fuit) per legationem memorato principi deſtinauerit: eo ſcilicet pacto; quatenus ſacrã Romanam eccleſiam à Lãgobardorum tyrannide liberaret, terrena cœleſtibus poſthabens floccipenderet, & à partibus Langobardorum recederet, ac Romanũ conſultum præfatus princeps Carolus ſanciret. Prędictus itaque C princeps mirifico magnificóque honore ipſam legationem ſuſcepit, & munera pretioſa contulit: atque magna præmia per ſuos legatos, videlicet Grimonẽ Abbatẽ Corbonenſis monaſterij, & Sigobertũ recluſũ baſilicæ ſancti Dionyſij martyris, Romã ad limina ſancti Petri & Pauli deſtinauit. Deinde memoratus princeps, conſilio optimatum ſuorum petito, filiis ſuis regna diuidit. Primogenitum itaque filium ſuũ, Carlomannum nomine, in Auſtraſiam, quæ nunc Alemannia dicitur, atque Toringiam ſublimauit. Alteri verò filio iuniori, Pipino nomine Burgundiam, Neuſtriam, & Prouinciam permiſit. Eo anno, Pipinus dux, commoto exercitu, cum auunculo ſuo Childebrando duce, & multitudine primatum & agmine ſatellitum plurimorum, in Burgundiam dirigunt: fines regionis præoccupant. Interim (quod dicere dolorem & mœrorem ſuſcitat) in ſo- D le & luna & ſtellis noua ſigna apparuerunt: necnon & paſchalis ordo ſacratiſſimus turbatus fuit. Carolus princeps Parrhiſius baſilicam ſancti Dionyſij martyris multis muneribus ditauit. Veniénſque in Cariſiacum villam ſuper Iſaram fluuium, valida febre correptus obiit, in pace cuncta in gyro regna adquiſita relinquens. Rexit autem vtraque regna annis viginti quinque. Tranſiit itaque XI. Kalend. Nouemb. anno Verbi incarnati DCC. XLI. ſepultúſque eſt in baſilica ſancti Dionyſij martyris.

Lanfred⁹ Abbas in Aquitaniã miſſus.
al. Marãto.
al. adquiſitis victor.
Verberie ſur la riuiere d'Oiſe, quidõ ne le nõ à Pontoiſe.
Capilli tõdẽdi mos, in adoptione filij.
Claues ſepulchri & vincula B. Petri.
al. à partibus Langobardorũ Romanis conſulendũ præfatus princeps Carolus tranſiret.
Legatio Romam miſſa.
Regni diuiſio.
al. Auſtria.
Suauia.
al. Toringia.
Auſtria.
Pipinus in Burgundiam.
Prodigia cœleſtia.
Caroli Martelli obitus.

De filiorum Caroli ducis diſcordia & Grifonis captiuitate. E

CAP. LVIII.

PRædictus itaque Carolus (vt dictum eſt) vita decedens, tres filios hæredes reliquit: Carlomannum ſcilicet, Pipinum, atque Grifonem. Quorum Grifo, qui cæteris maior natu erat matrem habuit nomine Suuanahildem, neptem Odilonis Baioariorum ducis. Hæc illum maligno conſilio ad ſpem totius regni concitauit: in tantum vt ſine dilatione Laudunum ciuitatem occuparet, ac bellum fratribus indiceret. Qui, celeriter exercitu collecto, Laudunnm obſidentes, fratres in deditionem accipiũt: atque inde ad regnum ordinandum, ac prouincias, quæ poſt mortem patris à Francorum ſocietate deſciuerant, recuperandas, animos intendunt: F & vt, in externa profecturi, domi omnia tuta dimitterent, Carlomannus Grifonem ſumens fratrem, in nouo caſtello, quod iuxta Arduennam ſitum eſt, cuſtodiri fecit. In qua cuſtodia, vſque ad tempus, quo idem Carlomannus Romam profectus eſt, dicitur permanſiſſe.

De Pipini & Carlomanni expeditione in Aquitaniam: & regni diuiſione: & Alemanniæ deuaſtatione: & Odilonis Baioarij Saxonúmque oppreßione & deditione dupla.

CAP. LIX.

HOc igitur quod ſupra ſignificatum eſt, ſcilicet quòd Carolus princeps Lantfredum Abbatem ſancti Germani, legationis cauſa in Aquitaniam miſerit, replicemus. G Idem nanque Abbas ab Hunoldo, ipſius Aquitaniæ patricio, quaſi explorator † tribus cũ ſemis annis inuitus detinetur. Carlomannus itaque & Pipinus Francorum regno potiti, primo Aquitaniam recipere volentes, contra Hunoldum ipſius prouinciæ ducem, cum exercitu eandem Aquitaniam ingrediuntur: & capto quodam caſtello quod Lucas vocatur, priuſquam ex ea prouincia ſecederent, regnum quod communiter habuerunt, diuiſerunt inter ſe in loco qui vocatur Vetus Pictauis. Pàce itaque peracta cum Hunoldo, Lanfredus abſoluitur. Eodémque anno poſtquã domũ regreſſi ſunt, Carlomãnus Alemanniam (quæ & ipſa à Francorũ ſocietate defecerat) cũ exercitu ingreſſus ferro & igni vaſtauit. Carlomannus & Pipinus iunctis copiis, contra H Odilonem ducem Baioariorum profecti ſunt; prælióque commiſſo exercitum eius fuderunt. Et poſtquam inde reuerſi ſunt, Carlomannus ſolus in Saxoniam profectus eſt, & caſtrum quod dicitur Hoſeoburg cepit: & Theodoricum Saxonem, illius loci primarium, in deditionem accepit.

† *al. tribus ſemis annis.*

Loches.

Le viel Poictiers

Iidem fratres Carlomannus & Pipinus, iuncta manu, Saxoniam rurſus ingreſſi ſunt, prædictúmque Theodoricum iterum in deditionem acceperunt.

De

A *De Carlomanni monachatu: & monaſterio in Italia.* CAP. LX.

HOc anno, Carlomannus quod diu ante præmeditatus eſt patefecit fratri ſuo Pipino, ſcilicet ſecularem conuerſationem ſe velle dimittere, & in habitu monachico Deo ſeruire. Propter hoc dimiſſa expeditio eſt anni præſentis, ad vota Carlomanni perficienda, & iter illius diſponendum. Nam Romam proficiſci ſtatuerat: & Pipinus vacabat, dans operam, vt frater honorificè ac decenter illò quò deſiderabat perueniret. Carlomannus Romam profectus, dimiſſa ſeculari gloria habitum mutauit: & in monte Soracte, monaſterium in honorem ſancti Siluestri ædificauit: vbi quondam tempore perſecutionis, quæ ſub Conſtantino B imperatore facta eſt, ſanctus Silueſter latuiſſe fertur. Ibique aliquandiu commoratus, meliori conſilio hoc loco dimiſſo, ad monaſterium ſancti Benedicti in Samnia prouincia, iuxta Caſſinum caſtrum conſtitutum, Deo ſeruiturus venit: Ibique monachicum habitum ſuſcepit.

Monaſteriũ S. Silueſtri à Carlomanno ædificatum.

De Pipini & Grifonis fratrum diſcordia: & de legatione Francorum ad regem qui Franciæ præeſſet conſtituendum: & de Pipini Maioris domus in regem vnctione & obitu. CAP. LXI.

FRater Carlomanni & Pipini, nomine Grifo, Pipino fratri ſuo ſubiectus eſſe nolens, quamuis ſub illo honorificè viueret, collecta manu C in Saxoniam profugit: collectóque Saxonum exercitu, ſuper fluuium Ouacram, in loco qui dicitur Orheim, conſedit. At Pipinus cum exercitu Francorũ per Toringiã profectus, cõtra fratris dolos Saxoniam ingreſſus eſt: conſeditque ſuper fluuium Nuſſaham, in loco qui vocatur Skahumgi. Prælium tamen non eſt inter eos commiſſum, ſed ex placito diſceſſerunt. Grifo Saxonum fidei diffidens, Baioariam petiit: & de copiis quæ de Francia ad eũ confluebant, ipſũ ducatũ in ſuã redegit poteſtatem: Taſſilonem & Hiltrudem in deditionem accepit. Sunithgerum ad auxilium ſibi venientem ſuſcepit. Hæc cùm ad Pipinum perlata fuiſſent, cum maximo exercitu in Baioariam profectus eſt: fratrémque ſuum Grifonem, cum omnibus qui cum ipſo vel ad ipſum venerant, cepit. Taſſilonem in ducatum reſtituit: domúmque reuerſus, Grifonem, more ducum D duodecim comitatibus donauit. Sed ille tali beneficio contentus nõ erat. Nam eodem anno ad Vvaifarium ducem Aquitaniæ profugit. Richardus Vviziburgẽſis epiſcopus, & Fulradus Capellanus, miſſi ſunt Romam ad Zachariam papam, vt conſulerent pontificem, de cauſa regum qui in illo tempore fuerunt in Francia: qui nomen tantum regis, ſed nullam poteſtatem regiam habebant. Per quos prædictus pontifex mandauit, melius eſſe illũ vocari regẽ, apud quem ſũma poteſtas cõſiſteret: datáque auctoritate ſua iuſſit Pipinũ regẽ inſtitui. Hoc anno ſecũdũ Romani põtificis ſanctionem, Pipinus rex Francorum appellatus eſt: & ad huius dignitatem honoris vnctus ſacra vnctione, manu ſanctæ memoriæ Bonifacij ar-

Ouacra fluuius.

al. Miſſaha

Taxillo reſtituitur.

Nõ fuiſſe morẽ, ducẽ habere ſub ſe comitatus 12.

aliàs Burchardus

chiepiſcopi & martyris:& more Francorum, eleuatus in ſolium regni E
Sueſſionis ciuitate. Hildericus verò qui falſo regis nomine fungebatur
Hildericus tondetur. tonſo capite in monaſterium miſſus eſt. Regnauit autem Pipinus rex annos xv. menſes IIII. & dies xx. Tenuerat verò antè principatum & maioratum domus, annis x. ab obitu patris ſui vſque ad ſuſceptionem regni.

De Pipini regis Auſtraſioru m ſucceßibus in Saxonia: & Stephani Papæ & Carlomanni fratris ad eum aduentu: & de eiuſdem inunctione: Et de ſancti Germani apparitione & tranſlatione.

Cap. LXII.

753. HOc anno Pipinus rex cum exercitu magno Saxoniam ingreſſus eſt: & quamuis Saxones ei obſtinatiſſimè reſiſterent, pulſi tamen ceſſerunt. F
Rimi. At ipſe vſque ad locum qui dicitur Rum, qui eſt ſuper fluuiũ Vviſuram, acceſſit. *Hildegarij & Grifonis cædes.* In qua expeditione Hildegarius archiepiſcopus interfectus eſt, in monto qui dicitur Duburg. *alias Juburg.* Reuertente verò rege de Saxonia, nuntius venit de morte fratris ſui Grifonis, qui in Vaſconiam profugerat, & à quo & qualiter fuiſſet interemptus. Eodem anno Stephanus papa venit ad Pipinum regem, in villam quæ vocatur Cariſiacus: ſuggerens ei, vt ſe & Romanam eccleſiam, ab infeſtatione Langobardorũ defenderet. Venit & Carlomannus frater regis iam monachus factus, iuſſu abbatis ſui: vt
[a] Bonifacij martyr 754. apud fratrem ſuum precibus Romani pontificis obſiſteret. Inuitus tamẽ hoc feciſſe putatur: quia nec ille abbatis ſui iuſſa contẽnere, nec abbas ille
[b] al. Lãfredus Abbas S. Germani 4. præceptis regis Langobardorum, qui ei hoc imperauit, audebat reſiſtere. G
Stephanus papa, poſtquam à rege Pipino eccleſiæ Romanæ defenſionis firmitatẽ accepit: ipſum ſacra vnctione ad regiæ dignitatis honorem
S. Germani tranſlatio. conſecrauit, & cum eo duos filios eius, Carolum & [d] Carlomannum: manſitque hyberno tempore in Francia. Eodem anno Bonifatius archiepiſcopus Magontienſis, in Friſia verbum Dei prædicans, à paganis interfectus, martyrio coronatus eſt. Sequenti anno venerabilis [b] Lãfredus, Abbas cœnobij ſancti Germani Parrhiſienſis, glorioſiſſimum regẽ Pipinum adiit: ſignificans ſibi per reuelationem oſtenſum; & cõmonitum ab ipſo ſancto põtifice Germano; quatenus ſacratiſſima eius mẽbra, de [c] oratorio ſancti Symphoriani, in quo ducentis circiter vel eo amplius annis iacuerat, intra maioris eccleſiæ aulam transferri deberent. Audiens hoc glorioſiſſimus Deique cultor rex Pipinus, gaudio gauiſus eſt magno. Cõuocatíſque vniuerſis regni ſui præſulibus, eis myſterium ſibi reuelatum declarauit: qualitérque tantũ perficere negotiũ deberet, ſolerti ab eis indagine perquiſiuit atque tractauit. Omnibus verò id colaudantibus, die conſtituta glorioſiſſimus rex præfatus vnà cum multitudine Antiſtitũ ac procerum turba, aſſiſtentibus filiis ſuis regibus ([d] Carlomãno videlicet, atque Carolo, qui poſtea Magnus dictus eſt, tunc ſeptenni puerulo) ſacratiſſima mẽbra reuerendiſſimi Antiſtitis Germani, intra maiorem baſilicã cũ digno honore trãſpoſuerũt. Prædictus autẽ glorioſiſſimus Pipinus rex, pro oſtẽſis in trãſpoſitione ſãctiſſimi põtificis cœlitus gauiſus miraculis, ipſa die quandam

[c] Oratoriũ iſtud porticui Baſilicæ adiacet. in quo ad dextrũ altaris cornu lapis à terra circiter tres pedes eleuatus, hoc veteri charactere refert. Hic fuit primò tumulatus. H

[d] Carolus magnus ſeptennis.

A quandam villam nuncupatam† Palatiolum, ſitam in Pago Parrhiſiaco, ſancto pontifici perpetuò habendam regali præcepto contradidit. † *Vulgò*, Palaizeau.

Et ponens vadium ſuum (al. arrham) ſuper ſanctum tumulum: Accipe, inquit, O beatiſſimè Germane villam noſtram Palatiolum, cum omnibus appenditiis ſuis, tibi familiæq́ tuæ hactenus inimicam: à modo autem & deinceps perpetuò profuturam. Hæc in ipſa tranſlationis narratione: quam ex noſtris codicibus MS. ſumptam refert Surius tomo 7. de Sanctis, die 25. Iulij.

Hvivs donationis etiamnum fidem facit lapis anterior altaris S. Germani, quod eſt retrò maius altare, Crucem altè ſculptam cum tali in circuitu ſcriptura habens.

ID EST

Hic pavsante Sancto Germano, in die translationis, dedit ei Rex Pipinvs fiscvm Palatiolvm cvm appenditiis svis omnibvs.

Sed poſt decurſum fere ducentorum annorum, ſolito vigore regum decedente, per cupiditatem quorundam principum hæc villa fuit nobis ablata: ait Petrus de corpolæyo Abbas huius cœnobij, in Epitaphiis regum in hac noſtra Æde ſepultorum, aut eius benefactorum, etiamſi alibi iaceant: quæ anno Redemptoris 1330. compoſuit.

De Pipino, Aiſtulphum Langobardorum regem ad reſtitutionem eorum quæ eccleſiæ Romanæ erant, cogente. De Carlomanni monachi obitu, & Aiſtulphi ſubacti dolo & morte. E

Cap. LXIII.

PIpinus Rex, inuitante atque ſuggerente prædicto Romano pontifice, propter iuſtitiam Beati Petri Apoſtoli à rege Langobardorum exigendam, Italiam cum valida manu ingreditur. Reſiſtentibus Langobardis, & clauſtra Italiæ tuentibus, ad ipſas montium clauſuras acerrimè pugnatum eſt: cedentibúſque Langobardis, omnes copiæ Francorum quãuis difficilem viam, non magno labore ſuperarunt. Aiſtulphus verò Lãgobardorum Rex manum conſerere non auſus, in ciuitate Papia à rege Pipino obſeſſus eſt. Qui ante obſidionem nõ ſoluit, quàm firmitatis cauſa pro reddenda ſanctæ Romanæ eccleſiæ iuſtitia, obſides quadraginta recepiſſet. Datis verò quadraginta obſidibus, promiſſiſque iureiurando firmatis, ipſe quidẽ in regnum ſuum regreſſus eſt: & Stephanum Papam, cum Fulrado Capellano & non minima Francorum manu, Romam remiſit. Carlomannus autem monachus, frater regis, qui cum Bertrada regina in Vienna ciuitate remanſit, priuſquam rex de Italia reuerteretur, febre correptus diem obiit. Cuius corpus, iuſſu regis, ad monaſterium ſancti Benedicti, in quo monachicum ſuſceperat habitum, relatum eſt. F

Aiſtulphus verò rex Langobardorum, quanquam anno ſuperiore obſides dediſſet, & de reddenda ſanctæ Romanæ eccleſiæ iuſtitia, tam ſe quã optimates ſuos iureiurando obſtrinxiſſet; nihil de promiſſis opere compleuit. Propter hoc Pipinus rex iterum cum exercitu Italiam intrauit: & Aiſtulphum in Papia ciuitate ſe includentem obſedit: & obſidione ad impletionem promiſſorum ſuorum compulit: redditámque ſibi Rauennam, & Pentapolim, & omnem exarchatum ad Rauennam pertinentem, ad ſanctum Petrum tradidit. Atque his peractis, in Galliam eſt reuerſus. Aiſtulphus autem poſt abſceſſum eius, cum meditaretur quomodo non tam impleret promiſſa ſua, quàm doloſè ea quæ impleta fuerant commutaret; in venatione de equo ſuo caſu prolapſus eſt, atque ex hoc ægritudine contracta, intra paucos dies viuendi terminum fecit. Cui Deſyderius, qui comes ſtabuli eius fuerat, ſucceſſit in regnum. G H

Deſyderi' ex Comite ſtabuli rex creatus.

De Conſtantini muneribus ad Pipinum perlatis: & fide quam illi Taxillo Baioariorum dux dederat: & Saxonum deditione: De ortu & obitu Pipini iunioris.

Cap. LXIIII.

COnſtãtinus Imperator miſit Pipino Regi multa munera, inter quæ & organũ, quæ ad eum Compendiũ perlata ſunt: vbi tunc populi ſui generalem conuentũ habuit. Illuc & Taſſilo, dux Baioariorũ, cum primoribus gentis ſuæ venit: & more Francico, in manus regis in vaſſaticum, manibus ſuis ſemetipſum commendauit: fidelitatémque tam ipſo regi Pipino,

al. Taxillo

A Pipino, quàm filiis eius Carolo & Carlomanno, iureiurando ſupra corpus ſancti Dionyſij promiſit, & non ſolum ibi, ſed & ſuper corpus ſancti Martini & ſancti Germani Parrhiſiaci, ſimili ſacramento, fidem ſe prædictis dominis ſuis diebus vitæ ſuæ ſeruaturum eſt pollicitus. Similiter & omnes primores ac maiores natu Baioarij, qui cum eo in præſentiam regis peruenerunt, fidem ſe regi & filiis eius ſeruaturos, in prædictis venerabilibus locis promiſerunt. Pipinus rex cum exercitu Saxoniam aggreſſus eſt: & quamuis Saxonibus validiſſimè reſiſtentibus, & munitiones ſuas tuentibus, pulſis prælio pugnatoribus per ipſum, quo patriam defendere conabantur, vallum intrauit: commiſſiſque paſſim præliis, plurimam ex ipſis multitudinem cecidit: coegítque vt promitterent, ſe omnem voluntatem illius eſſe facturos, & annis ſingulis, honoris cauſa, ad generalē conuentum equos trecentos pro munere daturos. His itaque compoſitis, & more Saxonico vt rata eſſe deberent, confirmatis, in Galliā ſeſe cum exercitu ſuo recepit. His diebus venerabili Laufredo abbate decedente, Guichardus eccleſiæ ſācti Germani Abbas præficitur. Natus eſt Pipino regi filius, quem ſuo nomine Pipinum vocari voluit: ſed puer immatura morte præuentus, tertio poſt natiuitatē ſuam anno deceſſit. Hoc anno celebrauit rex natalem Domini in † Longdare: & paſcha in Iopila: neq; extra regni ſui terminos aliquod iter fecit.

Iurare ſupra corpora SS. Dionyſij Martini & Germani veteribus ſolenne.

Equi 300. quotānis à Saxonibus Regi Frācorū debiti

Guichardus alias vvichardus, Abbas 15. ſancti Germani.

† al. Langdare.

B

De bello in Vvaifarium Aquitaniæ ducem moto: & eius pacatione: & innouatione ac vrbium captione: Caroliquè magni tyrocinio.

C

Cap. LXV.

VVaifarius dux Aquitaniæ cùm res quæ in ſua poteſtate erant, & ad eccleſias, ſub manu Pipini regis conſtitutas, pertinebant, rectoribus ipſorum venerabilium locorum reddere nollet, ipſúmque regem pro his ſe per legatos ſuos commonentem, audire contemneret; contumacia ſua ad ſuſcipiendum contra ſe bellum concitauit. Nam rex contractis vndique copiis, Aquitaniam ingreſſus, bello ſe res & iuſtitias eccleſiarum exacturum pronuntiauit. Cúmque in loco qui Tedoad vocatur poſitis caſtris conſediſſet, Vvaifarius bello certare non auſus, miſſa ad regem legatione ſpōdet ſe imperata facturum: eccleſiarum poſſeſſiones & res debitas redditurum: obſides qui imperarentur daturum. Dedit etiam de primoribus gentis duos, Adalgarium & Itherium: & hoc facto commotum contra ſe regis animum adeo mitigauit, vt ſtatim bello deſiſteret. Nam acceptis obſidibus, qui ad fidem promiſſionibus faciendam dati ſunt, rex bello abſtinuit: domúmque reuerſus, dimiſſo exercitu, in villa Cariſiaco hyemauit: in qua & natalem domini & paſcha celebrauit. Vvaifarius autem dux, quanquam obſides dediſſet, ſacramenta iuraſſet; ſatius tamen ratus de illato ſibi anno ſuperiore bello vltionem ſibi exigere, exercitum ſuum qui Francorum poſſeſſiones popularetur, vſque Cabillonem ciuitatem fecit accedere. Quod cùm Pipino regi, generalem conuentum agenti in

D

villa Duria, fuiſſet nuntiatum:coactis vndique auxiliis,cum magno belli apparatu Aquitaniam ingreſſus eſt. Quędam oppida atque caſtella manu cepit.In quibus præcipua fuere Borbonum, Cantilla, Clarus mons. Quædam ſe victori vltro dediderunt, maximéque Aruernorum caſtella, quæ tunc bello premebantur. Rex tamen cuncta quæ extra munitiones inuenit ferro & igni deuaſtans, poſtquam ad Lemouicas oppidum venit, reuerſus eſt:& in villa Cariſiaca hybernis habitis, natalem domini ac paſcha celebrauit. In hac expeditione fuit cũ rege, primogenitus eius filius, Carolus:ad quem, poſt patris obitum, totius imperij ſumma conuerſa eſt. E

De bello Aquitanico:in quo Biturica vrbs capta: & altero in quo Taſſilo defecit:deque hyeme aſperrima. CAP. LXVI. F

Pipinus rex ſuſcepto à ſe bello finem imponere cupiens, iterum Aquitanicam prouinciam cum magnis copiis intrat. Captáque Biturica ciuitate, & caſtello Toarcis reuertitur: hyemauítque in villa Gentiliaco: atque in ea natalem domini, ac paſchalis feſti ſolennia celebrauit. Redeunte anni congruo tempore, conuentu Niuernis habito, & contractis vndique copiis rex Pipinus Aquitaniam repetit:& omnia quæ extra munitiones erant ferro & igni depopulatus, vſque Carduciam oppidum acceſſit. (*al. Caducíam.*) Inde cum integro exercitu, in Franciam ſe recepturus, per Lemouicinos regreditur. (*al. Lemouicam.*) De qua expeditione Taſſilo Baioariæ dux, ęgritudine per dolum ſimulata, in patriam reuerſus eſt, firmatóque ad defectionem animo, ad regis ſe conſpectum vlterius venturum abiurauit. (*Taſſilonis dolus.*) G Rex dimiſſo in hyberna exercitu, ad hyemandum in villa Longdare conſedit: atque ibi natalem domini ac paſcha celebrauit. Facta eſt autem eo tempore tam valida atque aſpera hyems, vt immanitate frigoris, nullæ præteritorum annorũ hyemi videretur cõferri. (*Hiems acerrima.*) Rex Pipinus, diſtracto in diuerſa animo propter duo bella, videlicet Aquitanicum iam olim ſuſceptum, & Baioaricum propter Taſſilonis ducis defectionem ſuſcipiendum, populi ſui generalem conuentum habuit in Vvormatia ciuitate: dilatáque in futurum expeditione, illo anno in Francia domi ſe continuit: hyemauítque in villa Cariſiaco, atque in ea natalem domini & ſanctum paſchalis feſti ſolenne celebrauit. Eclipſis ſolis facta eſt pridie nonas Iunij hora ſexta. Hoc anno rex Pipinus domi ſe continuit:neq; propter Aquitanicum bellum, (*Eclipſis ſolis.*) H quamuis non dum finitum, regni ſui terminos egreſſus eſt:ſed generalem populi ſui cõuentum in Actiniaco villa, hyberna verò Aquiſgrani habuit vbi & natalem domini & paſcha celebrauit. Pipinus rex ad conficiendum Aquitanicum bellum, conuentu Aurelianis habito, in Aquitaniam profectus: deſtructum à Vvaifario Argentomagum caſtrum reędificauit: diſpoſitóque ibi, necnon in Biturica ciuitate, Francorũ præſidio, regreditur: natalémque domini Salmontiaci, paſcha verò Gentiliaci celebrauit.

De

A *De controuerſia Græcorum & Rom. ſuper Trinitate & imaginibus ſanctorum: & de bello Aquitanico, in quo Pipinus Toloſam cepit, & anno ſequenti caſtella plurima: De ſororum ac matris & neptium Vvaifarij ad Pipinum adductione: Vvaifarij cede: Pipini morbo & obitu.*

CAP. LXVII.

ORta quæſtione de ſancta Trinitate, & de Sanctorum imaginibus, inter orientalem & occidentalem eccleſiam (id eſt Romanos & Græcos) Rex Pipinus, conuentu in Gentiliaco villa congregato, ſynodum de ipſa quæſtione habuit. Eóque peracto, ad bellum prædictum conficiendum, poſt natalem domini in Aquitaniã proficiſcitur: & per Narbonẽ iter B agens, Toloſam aggreſſus cepit. Albienſem, & Gauuldenſem pagos in deditionem accepit: & Viennã reuerſus, poſtquam ibi & paſchalis feſti ſacra peregit, & exercitum à labore refecit, iam propè æſtate confecta mẽſe Auguſto ad reliquias belli profectus eſt: & Bituricam veniens, conuentum, more Francico, in campo egit. Et inde iter agens, ad Garomnam fluuium peruenit: caſtella multa atque ſpeluncas, in quibus ſe hoſtium manus plurima defenſabat, cœpit: inter quæ præcipua fuere caſtra, Scoralia, Tormina, Petrotia. Reuerſus Bituricam, exercitum in hyberna dimiſit: ipſe ibi cõſidens natalem domini celebrauit. Eo anno Paulus Papa Romanus defũctus eſt: cuius rei nuntius ibi ad regem peruenit. Rex Pipinus, cum primũ ad bellum gerendum tempus congruum eſſe vidit; euocato vndique exercitu, C ad ciuitatem Sanctonicam cõtendit. Captóque in itinere Rumſtãno, cum ad vrbem prædictam veniſſet, mater & ſoror & neptis Vvarnarij ducis ad conſpectum eius adductæ ſunt. Quas cùm piè ſuſceptas ſeruari iuſſiſſet, ad Garomnam fluuium proficiſcitur: vbi ei Erouuicus cum alia prædicti ducis ſorore occurrit, in loco qui Montes vocatur, ſéque & illam regi tradidit. Rebus igitur aliquot proſperè geſtis, rex reuertitur: & in caſtello, quod dicitur Fels, paſcha celebrauit. Acceptáque ſecum domna vxore ſua Bertruda, atque familia ſua, iterum ad vrbem Sanctonicam venit. Dimiſſáque ibi vxore & familia, cum omnibus copiis ad perſequendum Vvaifarium ducem animum intendit: nec prius deſtitit, quàm aut caperet aut interficeret rebellantem. Interfecto igitur duce Vvaifario in territorio Petragorico, confectóſque vt ſibi videbatur Aquitanico bello D Sanctonas reuerſus eſt. Cúmque ibi aliquantulum temporis moraretur, ægritudine decubuit. In ipſa tamẽ valetudine Turonos delatus, apud ſancti Martini memoriã orauit. Inde cum Parrhiſius veniſſet, VIII. Kal. Octob. diem obiit. Cuius corpus in baſilica beati Dionyſij martyris humatũ eſt. Filij verò eius Carolus & Carlomannus conſenſu omnium Francorum reges creati: & Carolus in ciuitate Nouiomo, Carlomannus Sueſſionis, inſignia regni ſuſceperunt. Carolúſque, qui maior natu erat, Aquiſgranum profectus, ibi natalem domini, & in Rothomagenſi ciuitate paſcha celebrauit.

De Trinitate & imaginibus ſanctorum quæſtio.
Huius ſynodi meminit Baronicus to. 9. Annaliũ. In fine an. 766. Quã tamen (vt ait) alij ſub an. ſequẽti ponunt.
al. Ganuldanum.
al. Torimna.
Pauli Papæ I. obitus 767.
Rimiſtãno
al. Bertrãda.
Vvaifarij cædes.
Pipini ægritudo. Mors eĩ 768.

De Caroli magni in Hunoldum ſucceſſu: & cum fratre reconciliatione per matrem. De Carlomanni obitu: & vxoris eius fuga. E

Cap. LXVIII.

POſtquam hi duo fratres ſuccedentes regnum inter ſe partiti ſunt, Aquitania prouincia, quæ in ſortem maioris natu Caroli regis ceſſerat, remanentibus in ea tranſacti belli reliquiis, conquieſcere non potuit. Nam Hunoldus quidam regnum affectans, prouincialium animos ad noua molienda concitauit: contra quem, quia ipſi eadem prouincia ſorte obuenerat, rex Carolus cũ exercitu profectus eſt. Sed cũ fratris auxiliũ habere non poſſet (qui procerũ ſuorũ prauo conſilio, ne id faceret, impediebatur) colloquio tantũmodo cum eo habito in loco qui Duaſdiues vocatur, fratre in regnum ſuum remeãte, ipſe in Engoliſmem ciuitatem Aquitaniæ proficiſcitur, & inde contractis vndique copiis, fugientem vndique Hunoldum perſequitur. Paulúmque abfuit quin caperet: Sed ille notitia locorum, in quibus regis exercitũ latere poterat, liberatus eſt. Dimiſſáque Aquitania Vaſconiã petiit, tutũ ſe ibi fore arbitratus. Erat tũc Vaſconẽſis dux Lupus nomine: cuius fidei ſe Hunoldus committere nõ dubitauit. Ad quẽ rex miſſa legatione, iubet ſibi perfugam reddi; ea conditione mandata, vt ſi dicto non obediret, ſciret ſe bello Vaſconiam ingreſſurum, neque inde prius digreſſurum, quàm illius inobedientiæ finem imponeret: Lupus minas regis pertimeſcens, Hunoldum & vxorem eius ſine cunctatione reddidit, & ſe quoque quæcunque imperarentur facturum ſpopondit. At rex, donec legati quos miſerat reuerterẽtur, caſtellum quoddam iuxta Dornoniam fluuium, vocabulo Frontiacum, ædificat. Reuerſis igitur legatis, reducto perfuga, ædificato caſtello, in regnum ſuum regreditur: celebrauítque natalem domini in villa Duria: & paſcha apud ſanctũ Lãbertũ, in vico Leodico. Domnus Carolus rex habuit conuentum generalem in Vvormatia ciuitate. Bertrada verò mater regũ, cum Carlomanno minore filio apud Salutias locuta pacis cauſa, in Italiam proficiſcitur. Peractóque propter quòd illuc profecta erat negotio (nã propter filiã Deſiderij regis Lãgobardorũ expetendam in matrimoniũ filio ſuo regi Carolo ierat) Adoratis etiam Romę ſanctorum Apoſtolorum liminibus, ad filios in Galliam reuertitur. Carolus autem rex natalem domini Mogontiæ, ſanctúmque paſcha in villa Hariſtallio celebrauit. Peracto ſecundum morem generali conuentu, ſuper fluuium Scaldem in villam Valleſchemarum rex Carolus ad hyemandum proficiſcitur. Cúmque ibi aliquandiu moraretur, Carlomannus frater eius pridie Nonas Decẽb. deceſſit in villa Salmonciaca: & rex ad capiendum ex integro regnum animum intẽdens, in Carbonacum villam venit. Ibi Vvilharium epiſcopum Sedunenſem, & Fulradum capellanum & alios plures ſacerdotes, comites etiam atque primates fratris ſui (inter quos vel præcipui fuere Vvarinus & Adhalardus) ad ſe venientes ſuſcepit. Nam vxor eius, & filij cum parte optimatũ in Italiam profecti ſunt. Rex autem profectionem eorum in Italiam, quaſi

al. ipſe cui eadem.

F

Lupus Vaſco.

G

Dordoniã

Vicus Leodicus.

Scaldis. al. Valẽtinianas.

H

Carlomãnus moritur.

al. Suſpectam.

A quaſi ſuperuacuam patienter tulit: celebrauítque natalem domini in Attiniaco, & paſcha in Hariſtallio.

De Saxonum à Carolo magno ſubactione: & idoli illorum deſtructione: deque prioris cõiugis repudio: & ſecundæ matrimonio. Item de legatione Adriani Papæ ad ipſum: & de expeditione in Deſiderium quem Ticini obſedit ſuſcepta.

CAP. LXIX.

ROmæ Stephano Papa defuncto, Adrianus in pontificatu ſucceſſit. Rex verò Carolus congregato apud Vvormaciam generali conuentu, Saxoniam bello aggredi ſtatuit: eámque ſine mora ingreſſus, ferro & B igni cuncta depopulatus, Ereſburgum caſtrum cepit: Idolúmque quod Irminſul à Saxonibus vocabatur euertit. In cuius deſtructione cum eodẽ loco per triduum moraretur, contigit vt, propter continuã cœli ſerenitatẽ exſiccatis omnibus illius loci riuis ac fontibus, aqua ad bibendum inueniri nõ poſſet. Sed ne diutius ſiti cõfectus laboraret exercitus, diuinitus factum creditur vt quadam die cùm, iuxta morem, tempore meridiano cũcti quieſcerent, iuxta montem qui caſtris erat contiguus, tanta vis aquę in concauo eiuſdem torrentis eruperit, vt cuncto exercitui ſufficeret. Tunc rex idolo deſtructo, ad Vviſaram fluuiũ acceſſit: ibíque à Saxonibus duodecim obſides accepit. Inde in Franciã reuerſus, in villa Hariſtallio & natalem domini & ſanctam paſchalis feſti ſolennitatem celebrauit. Hoc anno etiam domnus Carolus rex repudiauit filiam Deſiderij regis Langobar- C dorum, anno poſtquam eam matris hortatu duxerat vxorem: & Hildegardem de gẽte Sueuorum, præcipuæ nobilitatis fœminam, in matrimonium accepit. Adrianus Papa cùm inſolentiam regis Deſiderij, & Langobardorum oppreſſionem ferre non poſſet, decreuit vt legationem ad Carolum regem Francorum mitteret, eúmque ſibi atque Romanis, aduerſus Langobardos, opem ferre rogaret: & quia id terreno itinere per Italiam fieri non poterat, eum quem miſerat legatum, nomine Petrum, nauim conſcendere & Maſſiliam vſque per mare ire, atque inde terreno itinere in Franciam fecit peruenire. Qui cùm ad regem in Theodone villa (vbi tunc hyemauerat) perueniſſet, & ei legationis ſuæ cauſam aperuiſſet, eadem qua venerat via Romam regreſſus eſt. Rex verò rebus quæ D inter Romanos ac Langobardos gerebantur diligenti cura pertractatis, bellum ſibi cum Langobardis pro defenſione Romanorum ſuſcipiendum ratus, cõmoto Francorum exercitu, Germanam Burgundiæ ciuitatẽ iuxta Rhodanum ſitam venit: ibíque de bello ſuſcipiendo deliberans, copias quas ſecum adduxerat diuiſit. Et vnam partem cum Bernardo patruo ſuo per montem Iouis ire iuſſit: Alteram ipſe ducens, per montem Cinißum Italiam intrare contendit. Superatóque Alpium iugo, Deſiderium regem fruſtrà ſibi reſiſtere conantem citra congreſſionem fugauit: Ticinóque incluſum obſedit: & in oppugnatione ciuitatis, quia difficilis erat, totum hyberni temporis ſpatium, multa moliendo, conſumit.

772. eſt Stephanus 4. Et Adrian⁹ 1.

Idolũ Saxonum.

Repudiũ filiæ Deſiderij regis. Hildegardis nuptiæ.

De Saxonum rebellione & perfidia, miraculoſaque ab incendio templi repulſione. De Ticini deditione: Deſiderij captiuitate: & Saxonum à Carolo ſubiectione. Cap. LXX. E

DVm hæc in Italia geruntur, Saxones per opportunam abſentiam regis nacti occaſionem, cõtiguos ſibi Aſſorum terminos ferro & igni populantur. Cúmque in eo loco qui nunc Frideſlar ab incolis nominatur baſilicam à beato Bonifacio martyre dedicatam incendere molirentur, atque hoc efficere caſſo labore conarentur; immiſſo ſibi diuinitùs pauore ſubitaneo, turpi trepidatione confuſi domum fugiendo reuertuntur. At rex dimiſſo ad obſidionem atque ad expugnationẽ Ticini exercitu, orandi gratia Romam proficiſcitur. Et cùm peractis votis inde ad exercitum F fuiſſet reuerſus; fatigatam longa obſidione ciuitatem ad deditionem cõpulit. Quam cæteræ ciuitates ſecutæ, omnes ſe regis ac Frãcorum poteſtati ſubdiderunt. At rex ſubacta, & pro tempore ordinata Italia, in Franciam reuertitur, captiuum ducens Deſiderium regem. Nam Adalgiſus filius eius, in quo Langobardi multum ſpei habere videbãtur, deſperatis patriç rebus, relicta Italia in Græciam ad Conſtantinum imperatorem ſe contulit: ibíque in patriciatus ordine atque honore conſenuit. Rex autem domum regreſſus, priuſquam eum Saxones veniſſe ſentirent, tripertitum in eorum regiones miſit exercitum: qui incendiis ac direptionibus cũcta deuaſtans, compluribus etiam qui reſiſtere conati ſunt interfectis, cum ingenti præda reuerſus eſt. Et celebrauit præfatus glorioſus rex Natalem domini, in villa quæ dicitur Cariſiacus, ſimiliter & paſcha. Cum rex in villa G Cariſiaca hyemaret, conſilium iniit, vt perfidam ac fœderifragam Saxonum gentem bello aggrederetur: & eo uſque perſeueraret, dum aut victi Chriſtianç religioni ſubiicerẽtur, aut omnino tollerẽtur. Habitóq; apud Duriam villam generali conuentu, Rheno quoque tranſmiſſo, cum regni viribus Saxoniam petiit: & primo ſtatim impetu Sigiburgum caſtrum, in quo Saxonũ præſidiũ erat, pugnando cepit. Ereſburgum aliud caſtrum à Saxonibus deſtructum muniuit: & in id Francorum præſidium poſuit. Inde ad Vviſaram fluuium veniens, in eo loco qui Bruneſberg vocatur congregatam multitudinem offendit; quæ eum tranſitu fluminis arcere conabatur, ſed fruſtrà. Nã in prima congreſſione pulſi, fugatíque ſunt: & magnus eorũ numerus, ibidẽ interfectus eſt. At rex amne traiecto, cum parte H exercitus ad Ouacrũ fluuium contendit: vbi ei Heſſi, vnus ex primoribus Saxonũ, cũ omnibus Oſtfalais occurrens, & obſides quos rex imperauerat dedit, & ſacramentum fidelitatis iurauit. Inde regreſſo, cùm in pagum qui Buki vocabatur perueniſſet, Angarij cum ſuis primoribus ei occurrerunt: & ſicut Oſtfalai, iuxta quod imperauit, obſides ac ſacramenta dederunt. Interea pars exercitus, quam ad Vviſaram dimiſit, in eo loco qui Hudbeki vocatur caſtris poſitis, incautè ſe agendo, Saxonum fraude circunuenta atque decepta eſt. Nam cùm pabulatores Francorum,

Ticinum qua nunc Papia deditur.

Deſiderius capitur.

Sigiburgus capitur.

Saxonum ſubiectio. Oſtfalai.

Galli circunuenti.

A corum, circa nonam diei horam reuerterentur in caſtra, Saxones eis, quaſi & ipſi eorum ſocij eſſent, ſeſe miſcuerunt: ac ſic Francorum caſtra ingreſſi ſunt, dormientéſque ac ſemiſomnos adorti, non modicam incautæ multitudinis cædem feciſſe dicuntur. Sed vigilantium ac viriliter reſiſtentium virtute repulſi caſtris exceſſerunt: & ex pacto, quod inter eos in tali neceſſitate fieri poterat, diſceſſerunt. Quod cùm regi fuiſſet relatum, quanta potuit celeritate adcurrens, fugientium terga inſecutus magnam ex eis proſtrauit multitudinem: & tum demum Vueſtfalaorum obſidibus acceptis, ad hyemandum in Franciam reuertitur. *Vueſtfalai qui nūc Vueſtfali.*

De Langobardorum & Saxonum rebellione & iterata ſubactione. Et ſimulata deditione & Baptizatione: deque Ibnalarabi Sarraceni ad regem aduentu. CAP. LXXI.

B

REge domum reuertente, nuntiatur Rodgandum Langobardorum, quem ipſe Foroiulienſibus ducem dederat, in Italia res nouas moliri, & iam complures ad eum ciuitates defeciſſe. Ad quos motus cōprimēdos cùm ſibi feſtinandum iudicaret, ſtrenuiſſimum quémque ſuorum ſecum ducens, raptim in Italiam proficiſcitur. Rodgando, qui regnū affectabat, interfecto, ciuitatibus quoque quæ ad eum defecerant ſine dilatione receptis, & in eis Francorum comitibus conſtitutis, eadem qua venerat via velociter reuerſus eſt. Cui vix Alpes tranſgreſſo occurrêre, qui nuntiarent Ereſburgum caſtrum à Saxonibus expugnatum, ac præſidium *al. Hruodgandum.*
C Francorum, quod in eo poſuerat, expulſum. Sigiſburgum aliud caſtellum oppugnatum quidem, ſed non captum: eò quòd ij qui in eo cauſa præſidij fuerant conſtituti, facta eruptione incautos atque oppugnationi intentos Saxones à tergo inuaſerunt: & apparente manifeſtiſſimè gloria domini ſupra domum eccleſiæ (nam viſum eſt paganis, quod inſtar duorum ſcutorum igneorum, colore rubro flammantiū & agitantiū, ſupra ipſam eſſet eccleſiam) plurimis eorū interfectis, reliquos nō ſolum oppugnationem dimittere, ſed & fugere compulêre: palantéſque ac diſperſos Lippiā vſque fluuium perſecuti ſunt. Hæc cùm regi delata fuiſſent, cōuentu apud Vuormaciam habito, Saxoniam ſine mora ſtatuit cum exercitu eſſe petendam. Contractiſque ingentibus copiis, tanta celeritate ad deſtinatum à ſe in Saxoniam locum peruenit: vt omnes hoſtium conatus, quibus *Viſum mirum.*
D ei reſiſtere parabant, illa feſtinatione præuerteret. Nam ad fontem Lippiæ veniens, vniuerſam illius perfidi populi multitudinem, velut deuotam ac ſupplicem, & quam erroris ſui pœniteret veniam poſcentem inuenit. Cui cùm & miſericorditer ignouiſſet, & eos qui ſe Chriſtianos fieri velle affirmabant baptizari feciſſet; datis & acceptis pro fide ſeruanda fraudulentis eorundem promiſſionibus, obſidibus quoque, quos imperauerat, receptis, Ereſburgo caſtro, quòd dirutū erat, reſtaurato, alióque caſtello ſuper Lippiam conſtructo, & in vtroque non modico præſidio relicto, ipſe in Galliam reuerſus, natalem domini in Hariſtallio, & paſcha Nouiomagi celebrauit. Rex prima veri aſpirante temperie Nouiomagū *Saxonum ſubactio.*

profectus eſt:& poſt celebratam ibidem paſchalis feſti ſolennitatem,propter fraudulentas Saxonum promiſſiones,quibus fidem adhibere nó poterat,ad locum qui Padrabunno vocatur generalem populi ſui conuentum habiturus,cum ingenti exercitu in Saxoniam profectus eſt. Eò cum veniſſet, totum perfidæ gentis ſenatum ac populum, quem ad ſe venire iuſſerat, morigerum ac fallaciter ſibi deuotum inuenit. Nam cuncti ad eum venerunt,præter Vvidichindum vnum ex primoribus Vveſtfalaorũ: qui multorum ſibi facinorum conſcius,& ob id regem veritus,ad Sigefridum Danorum regem profugerat. Cæteri qui aduenerant, in tantùm ſe regis poteſtati permiſere,vt ea conditione tunc veniam accipere mererētur: vt ſi vlterius ſua ſtatuta violarent, & patria & libertate priuarentur. Baptizata eſt ibidem ex eis maxima multitudo, quæ ſe, quamuis falſò, Chriſtianam velle fieri promiſerat. Venit eodem in loco ac tempore ad regis præſentiam de Hiſpania Sarracenus quidam,nomine Ibnalarabi,cum aliis Sarracenis ſociis ſuis, dedens ſe ac ciuitates quibus eum rex Sarracenorum præfecerat. Idcirco rex peracto memorato cõuentu,in Galliam reuerſus,natalem domini in Duniaco villa, paſcha verò in Aquitania apud Caſſinoilum celebrauit. In qua villa natus eſt ei filius ex Hildegarde regina:quem ex ſacro fonte Hludouicum nominauerunt.

Saxonũ ſimulata deditio. Sigefridus Danorum Rex. Baptizantur Saxones. al. Benalarabi. al. Dutciaco.

E

F

De Caroli magni in Hiſpaniam felici traiectione, & infelici reditu per inſidias Vaſconum: De Saxonum graſſatione & cæde per Francos orientales.

CAP. LXXII.

TVnc ex perſuaſione prædicti Sarraceni ſpem capiendarum quarundam in Hiſpania ciuitatum haud fruſtra concipiens,ſuperatóque in regione Vaſconum Pyrenæi montis iugo, primò Pompelonem Nauarrorum oppidum aggreſſus in deditionem accepit. Inde Iberum amnem vado traiiciens, Cæſarauguſtam præcipuam illarum partium ciuitatem acceſſit. Acceptíſque, quos Ibnalarabi & Abuthaur,quoſque alij quidam Sarraceni dederunt obſidibus,Pompelonem reuertitur. Cuius muros ne rebellare poſſet,ad ſolum vſque deſtruxit,ac regredi ſtatuens Pyrenæi ſaltum ingreſſus eſt. In cuius ſummitate Vaſcones, inſidiis collocatis, extremum agmen adorti,totum exercitum magno tumultu perturbant. Et licet Franci Vaſconibus tam armis quàm animis præſtare viderentur:tamē & iniquitate locorum & genere imparis pugnæ inferiores effecti ſunt. In hoc certamine plurimi aulicorum, quos rex copiis præfecerat, interfecti ſunt,& direpta impedimenta. Hoſtis propter notitiam locorum, ſtatim in diuerſa dilapſus eſt. Cuius vulneris accepti dolor, magnam partem rerum feliciter in Hiſpania geſtarum in corde regis obnubilauit. Interea Saxones, velut occaſionem nacti, ſumptis armis ad Rhenum vſque profecti ſunt. Sed cùm amnem traiicere non poſſent, quicquid à Vitea ciuitate, vſque ad flumen Moſellæ vicorum villarúmque fuit, ferro & igni depopulati ſunt. Pari modo ſacra prophanáque peſſundata: nullum ætatis,aut ſexus,ſeu,ſacrarum Virginũ,diſcrimen hoſtis ira fecerat: vt liquido appareret

Pompelo, Veteribus Pompeiopolis. Cæſarauguſta. Vaſconum inſidiæ. Francorũ ſtrages. Saxonum rebellio.

G

H

A ret eos, non prædandi, ſed vltionem exercendi gratia, Francorum terminos introiſſe. Cuius rei nuntium cùm rex apud Antiſſiodorum ciuitatem accepiſſet, extemplò Francos orientales atque Alemannos ad propulſandum hoſtem feſtinare iuſſit. Ipſe, cæteris copiis dimiſſis, Heriſtallium villam, in qua hyemare cõſtituerat, petiit. At Franci & Alemãni, qui contra Saxones miſſi erant, magnis itineribus ad eos ire contendunt, ſi fortè in finib⁹ ſuis eos inuenire poſſẽt. Sed illi, re peracta, reuertebãtur ad ſua. Quorum veſtigia ſecuti qui à rege miſſi fuerunt, in pago Haſſiorum, ſuper fluuium Aternam iter agentes inuenerunt: eóſque ſtatim in ipſo fluminis vado adorti, tãta ſtrage cecidêre, vt ex ingenti multitudine ipſorum, vix pauci domum fugiendo perueniſſe dicantur. *Frãci orientales.* *al. Adernã Saxonum cædes.*

B *De Hildebrandi ducis ad regem aduentu: déque regis in Saxones expeditione: & Vveſtfalaorum in deditionẽ acceptione. De alia in Saxones expeditione, & ficta eorum baptizatione. De peregrinatione Romam vſque: & filiorum eius coronatione. Taxillonis deditione.*

Cap. LXXIII.

At rex de Heriſtallio, vbi hyemauerat & vbi natalem domini ac ſanctum paſcha celebrauerat, prima veris temperiè mouens Compendium venit. Et cũ inde peracto propter quod venerat negotio reuertiſſet; occurrit ei Hildebradus dux Spoletanus cum magnis muneribus in villa Vvirciniaco: quem & benignè ſuſcepit, & muneribus donatum in ducatum ſuum remiſit. *Hildebrãdus dux.* C Ipſe, animo ad Saxonicam expeditionem intento, Duriam venit: habitóque, iuxta morem, generali conuentu, Rhenum in eo loco qui Lippia vocatur, cùm exercitu traiecit. Cui cùm Saxones in quodam loco qui Buocholt vocatur, vana ſpe ducti reſiſtere tentarent, pulſi fugatíque ſunt: & rex Vveſtfalaorum regionem ingreſſus, omnes eos in deditionem accepit. Inde ad Vviſuram veniens, caſtris poſitis in loco nomine Nudufulli, ſtatiua per aliquot dies habuit. Ibi Angarij & Oſtfalai venientes, & obſides dederunt, & ſacramenta iurauerunt. Quibus peractis, rex trans Rhenum in Vvormatiam ciuitatem hybernatum ſe recepit. *Saxonum cædes.* *Vveſtfalaorũ deditio.*

Inde cùm primum temporis opportunitas adridere viſa eſt, iterum cũ magno exercitu in Saxoniam profectus eſt. Trãſiénſque per caſtrum Ereſ-D burgum, ad fontem Lippiæ venit: vbi caſtrametatus, per aliquot dies eſt moratus. Inde ad orientem itinere conuerſo, ad Ouacrum fluuium acceſſit. Cui cũ ibi omnes orientalium partiũ Saxones, vt iuſſerat occurriſſent: maxima eorum multitudo, in loco qui Orehim appellatur ſolita ſimulatione baptizata eſt. Profectus inde ad Albiam, caſtríſque in eo loco, vbi Ora & Albia confluunt, ad habenda ſtatiua collocatis, tam ad res Saxonum, qui citeriorem, quàm ad Sclauorum qui vlteriorem fluminis ripam incolunt, componendas operam impendit. Quibus tunc pro tempore ordinatis atque diſpoſitis, in Franciam reuerſus eſt. Initóque concilio, orandi ac vota ſoluendi cauſa, Romam ſtatuit proficiſci. Sumptiſ- *Saxones baptizantur.* *Sclaui.*

773. *Erat Adrianus PP. 1.* que ſecum vxore ac liberis, ſine mora in Italiam profectus eſt; celebrauitque natalem domini Ticini, atque ibi reſiduum hyemis manendo compleuit. E Inde Romam veniens honorificè ab Adriano Papa ſuſceptus eſt. Et cum ibi ſanctum paſcha celebraret, baptizauit idem pontifex filium eius Pipinum, vnxítque eum in regem. Vnxit etiam & Hludouicum fratrẽ eius: quibus & coronã impoſuit. Quorũ maior, id eſt Pipinus, in Lãgobardia, minor verò, id eſt Hludouicus, in Aquitania, rex conſtitutus eſt. Rege verò Roma digreſſo ac Mediolanũ veniẽte, †Thomas eiuſdẽ vrbis Archiepiſcopus baptizauit ibi filiã eius, nomine Giſlam, & de ſacro fonte ſuſcepit. Quibus geſtis, in Franciam reuerſus eſt. *Legati ad Taxillonẽ Baioariũ.* Sed cùm Romæ eſſet, conuenit inter ipſum atque Adrianum pontificem, vt ſimul legatos mitterent ad Taſſilonem Baioariæ ducem: qui eum commouerent de ſacramento, quod Pipino regi & filiis eius ac Francis iurauerat: ſcilicet vt ſubiectus & obediens eis eſſe deberet. F Electi ac directi ſunt in hanc legationẽ, de parte pontificis Formoſus ac Damaſus epiſcopi, & de parte regis Riculfus diaconus atque Eburhardus magiſter principernarũ. Qui cùm, quę iuſſi erant, cum memorato duce locuti eſſent, in tãtum cor eius emollitum eſt; vt diceret ſe ſtatim velle ad regis properare præſentiam, ſi ſibi tales obſides darentur, ſub quibus de ſua ſalute dubitare nulla eſſet neceſſitas. Quibus datis ſine cunctatione apud Vvormatiam ad regem venit: ſacramentum quod iubebatur, iurauit; obſides XII. qui imperabantur, ſine mora dedit. *Taxillonis deditio.* Quos Sindbertus Reginenſis epiſcopus, de Baioaria in Cariſiacum ad cõſpectum regis adduxit. Sed idem dux domum reuerſus, non diu in ea quã promiſerat fide permanſit. G *Taxillonis defectio.* Rex autem in eadem villa hyemem trãſigens, & natalem domini & paſcha eodem in loco celebrauit. *Robert⁹ 1. Abbas 16. S. Germani.* Hiſdem diebus defuncto Guichardo abbate cœnobij ſancti Germani, Robertus in regimine ſubſtituitur.

De Saxonico adhuc bello: & Sclauorum motu: & Francorum orientalium temeritate & ſtrage ingenti: & vltione quam de Saxonibus ſumpſit Carolus magnus.

Cap. LXXIIII.

Aeſtatis initio cùm iam propter pabuli copiam exercitus duci poterat, in Saxoniam eundum, & ibi vt in Francia quotannis ſolebat, generalem conuentum habendum cenſuit. H Traiectòque apud Coloniam Rheno, cum omni Francorum exercitu ad fontem Lippiæ venit: & caſtris poſitis, per dies non paucos ibidem moratus eſt. *Sigefridus Danus.* Vbi, inter cætera negotia, etiam legatos Sigefridi regis Danorum, & quos ad ſe† Caganus & Iugurrus principes Hunorum velut pacis cauſa miſerunt, & audiuit & abſoluit. *† Cacan⁹.* *Vvidikindus Sorabi Sclaui.* Cúmque, conuentu completo, trans Rhenum in Galliam ſe recepiſſet, Vvidikindus, qui ad Normannos profugerat, in patriam reuerſus, vanis ſpebus Saxonum animos ad defectionem concitauit. *† Alibi additur, Sclaui.* Interea regi nuntiatũ eſt, quòd Sorabi, † qui campos inter Albiam & Salã interiacẽtes incolunt

A incolunt, in fines Toringorum ac Saxonum qui eis erant contermini, prædandi cauſa fuiſſent ingreſſi, & direptionibus & incendiis quædam loca vaſtaſſent. Qui ſtatim accitis ad ſe tribus miniſtris ſuis, Adalgiſo Camerario & Geilone comite ſtabuli, & Vvorado comite palatij, præcepit, vt ſumptis ſecum orientalibus Francis atque Saxonibus, contumacium Sclauorum audaciam quanta poſſent celeritate comprimerent. Qui cùm iuſſa facturi Saxoniæ fuiſſent fines ingreſſi; comperetunt Saxones ex conſilio Vvidikindi, ad bellum Francis inferendum eſſe præparatos. Omiſſoque itinere quo ad Sclauos ituri erant, cum orientalium Francorum copiis, ad locum in quo Saxones audierant congregatos, ire contendunt. Quibus in ipſa Saxonia obuiauit Theodoricus comes, B propinquus regis cum his copiis, quas, audita Saxonum defectione, raptim in Ribuaria congregare potuit. Is feſtinantibus legatis conſilium dedit, vt primò per exploratores vbi Saxones eſſent, vel quid apud eos ageretur, ſub quanta fieri poſſet celeritate cognoſcerent. Tum, ſi loci qualitas pateretur, ſimul eos adorirentur. Cuius conſilio collaudato, vnà cum illo vſque ad montem qui Suntal appellatur, in cuius Septentrionali latere Saxonum caſtra erant poſita peruenerunt. In quo loco cùm Theodoricus caſtra poſuiſſet: ipſi (ſicut cum eo conuenerant) quo facilius montem circuire poſſent, tranſgreſſi Vviſuram, in ipſa fluminis ripa caſtra poſuerunt. Habitóque inter ſe colloquio, veriti ſunt ne in nomen Theodorici victoriæ fama tranſiret, ſi eum in eodem prælio ſecum haberent. Ideo ſine illo cum Saxonibus congredi decernunt: ſumptíſque armis C non quaſi ad hoſtem in acie ſtantem, ſed quaſi ad fugientium terga inſequenda ſpoliáque diripienda, prout quémque velocitas equi ſui tulerat, qua Saxones pro caſtris in acie ſtabant, vnuſquíſque eorum ſumma feſtinatione contendit. Quò cùm eſſet malè peruentum, malè etiam pugnatum eſt. Nam cōmiſſo prælio, circūuenti à Saxonibus, penè omnes interfecti ſunt. Qui tamen euadere potuerunt, non in ſua vnde profecti ſunt, ſed in Theodorici caſtra quæ trans montem erant, fugiendo peruenerunt. Sed maior Francis, quàm pro numero iactura fuit: quia legatorum duo Adalgiſus & Geilo, comitum quatuor, aliorúmque clarorum atque nobilium vſque ad viginti, interfecti, præter cæteros qui hos ſecuti, potius cum eis perire quam poſt eos viuere maluerunt. Cuius rei nuntium D cum rex accepiſſet, nihil ſibi cunctandum arbitratus, collecto feſtinanter exercitu, in Saxoniam proficiſcitur. Accitíſque ad ſe cunctis Saxonum primoribus, de auctoribus factæ defectionis inquiſiuit. Et cùm omnes Vvidikindum huius ſceleris auctorem proclamarent, eum tamen tradere nequirent, eò quòd is re perpetrata ad Normannos ſe contulerat: cæterorum qui perſuaſioni eius morem gerentes tantum facinus peregere, vſque ad 4500. traditi: & ſuper Alarum fluuium, in loco qui Fredi vocatur, iuſſu regis omnes vna die decollati ſunt. Huiuſmodi vindicta patrata, rex in Theodonem villam in hyberna conceſſit, ibíque natalem domini & paſcha, more ſolito, celebrauit.

Comes ſtabuli.

Francorū temeritas.

Francorū orientaliū ſtrages.

Nobilium ſtrages.

Carolus in Saxoniam

Quatuor millia quīgenti Saxonum caſi. Ferdi.

De Hildegardis reginæ obitu: Caroli in Saxoniam expeditione: & ingenti Saxonum ſtrage duplici. Déque Caroli matrimonio cum Faſtada natione Franca: aut vt ſcriptum comperi Fauca: & Bertradæ obitu. E

CAP. LXXV.

ADridente veris temperie, cùm ad expeditionem Saxonicam ſe præparaſſet (nam de omnimoda eorum defectione ad eum perlatum fuerat) priuſquam de memorata villa moueret, Hildegardis regina vxor eius deceſſit pridie Kal. Maij. Cuius funeri poſtquam more ſolenní iuſta perſoluerat, in Saxoniam, ſicut diſpoſitum habebat, duxit exercitum. Cúmque Saxones in eo loco qui Theothinelli vocatur, ad pugnam ſe præparaſſe comperiſſet, ad eos quanta potuit celeritate contendit. Commiſſóque cum eis prælio, tanta eos cęde proſtrauit: vt de innumerabili eorum multitudine, perpauci euaſiſſe dicantur. Cúmque de loco prælij, ad Padrabunnum ſe cum exercitu recepiſſet: atque ibi caſtris poſitis, partem exercitus, quæ adhuc de Francia venire debuerat, opperiretur, audiuit Saxones in finibus Vveſtfalaorum ſuper fluuium Haſam ad hoc congregari, vt ibi cum eo ſi veniſſet acie confligerent. Quo nuntio commotus, adunatis quæ tum ad ſe venerant, quáſque ante ſecum habebat Francorum copiis, ad locum quo aggregati erant ſine dilatione profectus eſt. Congreſſúſque cum eis, eadem qua & prius felicitate dimicauit. Cæſa eſt eorum infinita multitudo, ſpoliaque direpta. Captiuorum quoque magnus abductus eſt numerus. Inde victor ad orientem iter conuertit: primóque vſque ad Vviſuram, deinde vſque ad Albiam, cuncta deuaſtando peragrauit. Inde reuerſus in Franciam duxit vxorem filiam Radulfi comitis, natione Francam, nomine Faſtradam: ex qua duas filias procreauit. Eodem anno defuncta eſt bonæ memoriæ mater regis, Bertrada, IIII. Idus Iulij. Ipſe in Heriſtallio villa ibidem hyematurus conſedit: ibíque natalem domini ac ſanctum paſcha celebrauit.

Hildegardis obitus. *Saxonum ſtrages ingens.* F *Altera ſtrages.* G *Faſtrada à Carolo ducitur.* *Bertrada obit.*

De Caroli magni & filij eius in Saxones expeditione iterata, & in eos victoria.

CAP. LXXVI.

H

CVm primum oportunitas temporis aduenit: ad reliquias belli Saxonici conficiendas, rex animo intento, cum exercitu in loco qui Lippia vocatur Rhenum traiecit: & vaſtatis Vveſtfalaorum pagis, venit ad Vviſuram. Cúmque in eo loco qui Huculbi dicitur, caſtris ſuper fluuium poſitis, conſediſſet: vidit ſe in aquilonares Saxoniæ partes (ſicut ſtatuerat) propter nimias aquarum inundationes, quæ tum ſubitò ex iugitate pluuiarum acciderant, tranſire non poſſe, idcirco iter in Toringiam conuertit: & filium ſuum Carolú cum parte exercitus, in Vveſtfalaorum finibus ſedere iuſſit. Ipſe per Thoringiam iter agens venit in campeſtria Saxoniæ,

quæ

A quæ Albiæ atque Salæ fluminibus adiacent. Depopulatíſque orienta-
lium Saxonum agris, ac villis incenſis, de Schannico (hoc enim erat no- *al. Schanningi.*
men loci) in Franciam regreſſus eſt. Carolus verò filius eius, cùm ei iter
agenti in pagò Daigno iuxta Lippiam fluuium, Saxonum occurriſſet ex- *Draigni.*
ercitus; commiſſo cum eis equeſtri prælio, felici ac proſpero euentu di-
micauit. Nam magno eorum numero interfecto, cæteris in diuerſa fu-
gatis, victor ad patrem Vvormatiam reuerſus eſt. Rex autem congregato *Saxonum ſtrages recens.*
iterum exercitu, in Saxoniam profectus eſt: celebratóque in caſtris na-
talitio domini die ſuper Ambram fluuium in pago Huthagoe, iuxta ca-
ſtrum Saxonum quod dicitur Skidroburgus, ad locum, vocabulo Rum, *al. Rimi.*
quo Vviſura & Vvaharno confluunt, populabundus acceſſit. Cumque
B eum vlterius progredi tam hyemalis temporis aſperitas, quàm aquarum
inundatio, prohiberet: in Ereſburgum caſtrum in hyberna conceſſit.

De noua recens Caroli magni in Saxones expeditione, & Vvidikindi ſociorúmque eius deditione & baptiſmo: de Francorum orientalium in regem conſpiratione: & eius ſedatione.

Cap. LXXVII.

CVm ibi hyemare decreuiſſet, accitis atque adductis ad ſe vxore ac li-
beris, relictóque cũ eis intra eadẽ caſtra ſatis fido ac firmo præſidio,
ipſe cum expedita manu ad Saxonum pagos vaſtandos ac villas diripien-
C das egreſſus, inquietã ſatis hyemem, vbique diſcurrendo, & cuncta cædi-
bus atque incendiis permiſcendo, tam per ſeipſum quàm per duces quos
miſerat, Saxonibus reddidit. Cũque huiuſmodi vaſtationibus, per totum
hyberni ſpatium temporis, omnes ferè Saxonum regiones ingenti clade
affeciſſet: tranſacta tandem hyeme, & adductis ex Francia commeatibus,
publicum populi ſui conuentum, in loco qui Padrabunno vocatur, mo-
re ſolẽni, habuit. Ac peractis his quæ ad illius cõuentus rationẽ pertinebãt,
in pagũ, vocabulo Bardengoũ, proficiſcitur. Ibíque audiens Vvidikindũ *Vvidikindus*
ad Albionem eſſe, in trans Albinã Saxonum regionem, primò eis per Sa- *al. Alpinam.*
xones, vt omiſſa perfidia ad ſuam fidem venire non ambigerent, ſuadere
cœpit. Cumque ipſi, facinorum ſuorum conſcij, regis fidei committere
D ſe dubitarent: tandem accepta ab eo, quam optabant, impunitatis ſpon-
ſione, atque impetratis, quos ſibi dari precabantur, ſuæ ſalutis obſidi-
bus, quos eis Amalvvinus (vnus aulicorum à rege miſſus) adduxerat: cum
eodem ipſo ad eius præſentiam in Attiniacum villam venerunt, atque
ibi baptizati ſunt. Nam rex, poſtquam ad eos accerſendos memoratum
Amalvvinum direxit, in Franciam reuerſus eſt. Quieuítque illa Saxo-
nicæ perfidiæ peruicacitas per annos aliquot: ob hoc maximè, quoniam
occaſiones deficiendi ad rem pertinentes inuenire non potuerunt. Facta
eſt eodem anno trans Rhenum apud orientales Francos, aduerſus regem *Cõiuratio Francorũ.*
immodica coniuratio: cuius auctorem, Herdradum comitem fuiſſe con-

ſtabat. Sed huius indicium citò ad regem delatum eſt: eiúſque ſolertia, E
tam valida conſpiratio, citra vllum grande periculum, in breui conquieuit, auctoribus eius, partim priuatione luminum, partim exilij deportatione, condemnatis.

De Britonum ſubactione: & Beneuentanorum deditione.

Cap. LXXVIII.

Angli Saxones Britanniam inuadunt. Britanni Britanniam minorem occupant.

CVm & hyemis tempus expletum, & ſanctum paſcha in Attiniacho villa fuiſſet à rege celebratum, exercitum in Britanniam ac maritima mittere conſtituit. Nam cùm ab Anglis ac Saxonibus Britannia inſula fuiſſet inuaſa: magna pars incolarum eius mare traiiciens, in vltimis F Galliæ finibus †Venetorum & Coroſolitarum regiones occupauit. Is. populus à regibus Francorum ſubactus, ac tributarius factus, impoſitum ſibi vectigal, licet inuitus, ſoluere ſolebat. Cúmque eo tempore dicto audiens non eſſet, miſſus illuc regiæ menſæ præpoſitus Audulfus, perfidæ gentis contumaciam mira celeritate compreſſit: regíque apud Vvormatiam & obſides quos acceperat, & complures ex populi primoribus adduxit. Rex pace vndique parta, ſtatuit Romam proficiſci, & partem Italiæ, quæ nunc Beneuentana vocatur, aggredi: conueniens eſſe arbitratus vt illius regni reſiduam portionem ſuæ poteſtati ſubiiceret: cuius caput, in capto Deſiderio rege, maiorémque partem, in Langobardia iam ſubacta, tenebat. Nec diu moratus, ſed contractis celeriter Francorum copiis, G in ipſa hyemalis temporis aſperitate Italiam ingreditur. Cúmque in Florentia, Tuſcorum ciuitate, natalem domini celebraſſet, quanta potuit celeritate Romam ire contendit. Quò cùm veniſſet, ac de profectione ſua in Beneuentum, tam cum Adriano pontifice, quàm cum ſuis optimatibus deliberaſſet, Aragiſſus dux Beneuentanorum, audito eius aduentu, compertáque in terram ſuam intrandi voluntate, propoſitum eius auertere conatus eſt. Miſſo enim Rumoldo, maiore filio ſuo, cum muneribus ad regem rogare cœpit ne terram Beneuentanorum intraret. Sed ille longè aliter de rebus inchoatis faciendum ſibi iudicans, retento ſecum Rumoldo, cum exercitu ſuo Capuam, Campaniæ ciuitatem, acceſſit, ibique caſtris poſitis, conſedit. Inde bellum geſturus, ni memoratus dux intentionem regis ſalubri conſilio præueniſſet. Nam relicta Beneuentana vrbe, H quæ caput illius terræ habetur, in Salernum, maritimam ciuitatem, velut munitiorem ſe cum ſuis contulit. Miſſáque legatione vtróſque filios ſuos regi obtulit: promittens, ſe ad omnia quæ imperarentur libenter obediturum. Cuius precibus rex annuens, diuini etiam timoris reſpectu, bello abſtinuit: & minore ducis filio, nomine Grimoldo, obſidatus gratia ſuſcepto, maiorem patri remiſit. Accepit inſuper à populo XI. obſides: miſitque legatos qui & ipſum ducem, & omnem Beneuentanum populum, per ſacramenta firmarent. Ipſe, poſt hæc, cum legatis Conſtantini Imperatoris,

† Venetens

Beneuentum.

Aragiſſus.

A ratoris, qui propter petendam filiam ſuam ad ſe miſſi fuerant, locutus eſt:atque illis dimiſſis, Romam reuerſus, ſanctum paſchale feſtum magna cum hilaritate celebrauit. *Legatio Conſtantini imperatoris.*

De Taxillonis fraudulenta legatione concordiæ gratia cum Carolo magno: eiúſque ad veram deditionem coactione.

Cap. LXXIX.

CVm adhuc rex Romæ ageret, Taſſilo dux Baioariæ miſit legatos ſuos, Arnum videlicet epiſcopum, & Hunricum abbatem, ad Adria-
B num Papam: petens, vt inter regem atque illum, mediator pacis fieri dignaretur. Nec pontifex precibus eius cenſuit abnuendum. Sed quanta potuit inſtantia, apud regem intercedere curauit, vt inter eos pax & concordia, ex ſuæ apoſtolicæ auctoritatis ammonitione atque interuentione, perueniret. Cui cùm rex idem ſe magnopere velle reſpondiſſet, ſimulquè à legatis memorati ducis inquireret, quam huius pacationis firmitatem facere deberent: reſponderunt ſibi de hac re nihil eſſe commiſſum, nec ſe de hoc negotio aliud facturos, quàm vt reſponſa regis atque pontificis domino ſuo reportarent. Quorum verbis Papa commotus, velut fallaces ac fraudulentos anathematis gladio ſtatuit feriendos, ſi ab olim regi promiſſa fide diſcederent: atque ita infecto negocio pacis reuerſi ſunt. Rex autem adoratis ſanctorum apoſtolorum liminibus, votiſque
C ſolutis, apoſtolica benedictione percepta, in Franciã reuerſus eſt. Et cùm vxorem ſuam Faſtradam, filióſque ac filias, & omnem comitatum quem apud eos dimiſerat, Vuormatiæ inueniſſet; generalem populi ſui conuentum ibi habere ſtatuit. In quo cùm omnia quæ in Italia geſſerat coram optimatibus ſuis narrando commemoraſſet, & ad extremum de legatis Taſſilonis, qui ad ſe Romæ venerant, mentio facta fuiſſet: iniit conſilium vt experiretur quid Taſſilo de promiſſa ſibi fidelitate facere vellet. Congregatóque ingenti exercitu, atque in tres partes diuiſo Baioariam petere conſtituit. Cúmque Pipinum filium cum Italicis copiis in Tridentinam vallem venire iuſſiſſet, orientales quoque Franci, ac Saxones, vt iuſſi fuerant, ad Danubium, in loco qui Pferinga vocatur, acceſſiſſent: ip-
D ſe cum exercitu quem ſecum duxerat, ſuper Lechum fluuium, qui Alemannos & Baioarios dirimit, in Auguſtæ ciuitatis ſuburbano conſedit. Inde Baioariam cum tam valida manu proculdubio petiturus, niſi Taſſilo ſibi ac populo ſuo, ad regem veniendo conſuluiſſet. Nam videns ſe vndique circunceſſum, venit ſupplex, ac veniam de antegeſtis ſibi dari precatus eſt. Sed & rex, ſicut erat natura mitiſſimus, ſupplici ac deprecanti pepercit. Acceptiſque ab eo, præter filium eius Theodonem, aliis (quos ipſe imperauit) XII. obſidibus, & populo terræ per ſacramenta firmato, in Franciam reuerſus eſt: & in ſuburbano Mogontiacẽſi, in villa quæ vocatur Ingilinheim, quia ibi hyemauerat, & natalem domini & paſcha celebrauit.

De Taßilone maieſtatis conuicto & in monachum cum Theodone filio attonſo: deque Hunorum quos illi exciuerant tumultu & repulſione duplici à Baioariis facta: deque eorum cæde & ſubmerſione. Item de Conſtantini principis in Carolum ira, & in Beneuentanos infelici bello. E

Cap. LXXX.

CVm in eadem villa generalem populi ſui rex conuentum fieri decreuiſſet, ac Taſſilonem ducem, ſicut & ceteros vaſſos ſuos, in eodem conuentu adeſſe iuſſiſſet, atque ille, vt ei fuerat imperatum, ad regis præſentiam perueniſſet, crimine maieſtatis à Baioariis accuſatus eſt: obiicientibus ei, quòd, poſtquam filium ſuum obſidem regi dederat, ſuadente coniuge ſua Liutberga (quæ filia Deſiderij regis Langobardorum fuit, & poſt patris exilium Francis inimiciſſima ſemper extitit) in aduerſitatē regis, & vt bellum contra Francos ſuſciperent, Hunorum gentem concitarat. Quod verum fuiſſe, rerum in eodem anno geſtarum probauit euentus. Obiiciebantur ei & alia complura & dicta & facta, quæ non, niſi ab inimico & irato, fieri vel proferri poterant: quorum ne vnum quidem inficiari cœpit. Sed noxæ conuictus, vno omnium aſſenſu, vt maieſtatis reus, capitali ſententia damnatus eſt. Sed clementia regis licet morti addictum, liberare curauit. Nam mutato habitu in monaſterium miſſus eſt: vbi tam religioſè vixit, quam ipſum libenter intrauit. Similiter & Theodo filius eius tonſus eſt, & monaſticæ conuerſationi mancipatus. G Baioarij quoque, qui perfidiæ ac fraudis eorum conſocij & conſentanei fuiſſe reperti ſunt, exilio per diuerſa loca relegantur. Huni verò, ſicut Taſſiloni promiſerunt, duobus exercitibus comparatis, vno marcham Foroiulienſem, altero Baioariam aggreſſi ſunt fruſtra. Nam in vtroque loco victi, fugatíque ſunt: & multis ſuorum amiſſis, cum magno damno ad loca ſua ſe receperunt. Quam iniuriam velut vindicaturi, iterum Baioariam maioribus copiis petierunt. Sed in prima congreſſione pulſi à Baioariis, & innumera eorum multitudo cæſa: multi etiam ex eis, qui per fugam euadere conati Danubium tranare voluerunt, gurgitibus abſorpti ſunt. Interea Conſtantinus imperator propter negatam ſibi regis filiam iratus, Theodorum patricium, Ciciliæ præfectum, cum aliis ducibus ſuis fines Beneuentanorum vaſtare iuſſit. Qui cum imperata exequerentur, Grimoldus (qui eodem anno poſt mortem patris dux Beneuentanus à rege datus eſt) & Hildebrandus, dux Spoletanorum, cum copiis quas congregare potuerunt in Calabria eis occurrerunt, habentes ſecum legatum regis Vvinnigiſum, qui poſtea in ducatu Spoletano Hildebrando ſucceſſit. Commiſſoque prælio immodicam ex eis multitudinem ceciderunt: ac ſine ſuo ſuorúmque graui diſpendio victores facti, magnum captiuorum ac ſpoliorum numerum in ſua caſtra retulerunt. Rex autem in Baioariam profectus, eandem prouinciam cum ſuis terminis ordinauit, atque diſpoſuit: atque inde regreſſus, & in Aquiſgrani palatio

Liutberga cōſiliū perniciosum.

Taxillo læſa maieſtatis conuictus, fit cum filio monachus. Hoc cōtigiſſe āno Chriſti 788 ſcribit Baronius tomo 9. annalium.

Baioarij in exilium acti.

Hunorum tumultus.

Baioaria fit prouincia Francorū.

F

H

A tio ſuo, vbi hyemauerat, diem domini natalitium & ſanctum paſcha, more ſolenni, celebrauit.

De Scauorum quadam natione bellicoſa & populoſa: qui Vvelatabi, ſeu Vviltzi, & vt alij ſcribunt, Vvltzi dicebantur, ſubactione per Carolum Magnum: déque palatij eius conflagratione.

CAP. LXXXI.

NAtio quædam Sclauorum eſt in Germania, ſedens ſuper littus oceani, quæ propria lingua Vvelatabi, Francica autem † Vviltzi vocatur. † *Vvltzi.* Ea Francis ſemper inimica, & vicinos ſuos, qui Francis vel ſubiecti vel fœderati erant odiis inſectari, bellóque premere ac laceſſere ſolebat. Cuius B inſolentiam rex diutius ſibi non ferendam ratus, bello eam aggredi ſtatuit. Comparatóque ingenti exercitu, Rhenum apud Coloniam traiecit. Inde per Saxoniã iter agens, cùm ad Albiam perueniſſet, caſtris in ripa poſitis amnem duobus põtibus iunxit. Quorum vnum ex vtroque capite vallo muniuit, & impoſito præſidio firmauit. Ipſe fluuio tranſito, quò conſtituerat exercitũ duxit: ingreſſúſque Vviltzorum terram, cũcta ferro & igni vaſtari iuſſit. Sed gens illa, quamuis bellicoſa & in ſua numeroſitate confidens, impetum exercitus regij diu ſuſtinere non valuit. Ac proinde cùm primùm in ciuitatem Dragamutinam ventum eſt, is qui cæteris Vviltzorum regulis, & nobilitate generis & auctoritate ſenatus longè præeminebat, extẽplò cum omnibus ſuis ad regem de ciuitate proceſſit, C obſides qui imperabantur dedit, fidem ſe regi ac Francis ſeruaturũ iureiurando promiſit. Quẽ cæteri Sclauorum primores ac Reguli omnes ſecuti, ſe regis ditioni ſubdiderunt. Tum ille ſubacto illo populo, & obſidibus quos dare iuſſerat acceptis, eadem via qua venerat ad Albiam regreſſus eſt: & exercitu per pontem reducto, rebus quoque ad Saxones pertinentibus ſecundũ tempus diſpoſitis, in Franciam reuerſus eſt: & in Vvarmatia ciuitate & natalem domini & paſcha celebrauit. Hoc anno nullum iter exercitale à rege factum: ſed in Vuarmatia reſidens, legatos Hunorum & audiuit, & ſuos viciſſim ad eorum principes miſit. Agebatur inter eos de confinibus regnorum ſuorum, quibus in locis eſſe deberent. Hæc contentio atque altercatio, belli quod poſtea cum Hunis geſtum eſt, ſemina-D rium & origo fuit. Rex autem, ne quaſi per ocium torpeſcere ac tempus terere videretur, per Menum fluuium ad Saltz palatium ſuũ in Germania iuxta Salam fluuium conſtructum, nauigauit; atque inde iterum per eundem amnem, ſecunda aqua Vvarmatiam reuerſus eſt. Cúmque ibi hyemaret, ipſum palatium, in quo conuerſabatur, caſu accidente, nocturno incendio concrematum eſt. Ibi tamen permanens, & natalem domini & paſcha, more ſolenni, celebrauit. *Palatij incendium.*

T

De expeditione Francorum in Hunos qui nunc Hungari dicuntur victorioſa: ſed peſte equorum calamitoſa. CAP. LXXXII. E

Expeditio in Hunos. TRanſacta verna temperie, circa æſtatis initium rex de Vvarmatia mouens, in Baioariam profectus eſt: ea meditatione, vt Hunis factorum ſuorum vicem redderet, vtque eiſdem quanto celerius poſſet bellum inferret. Cóparatis igitur ad hoc ex omni regno ſuo quã validiſſimis copiis, & commeatibus congregatis, bipertito exercitu iter agere cœpit. Cuius partem Theodorico comiti & Megnifrido Camerario ſuo committens, eos per Aquilonarem Danubij ripam iter agere iuſſit. Ipſe cum alia parte quàm ſecum retinuit, auſtralem eiuſdem fluminis ripam, Pannoniam petiturus, occupauit, Baioariis cum commeatibus exercitus, qui nauibus deuehebantur, per Danubium ſecunda aqua deſcendere iuſſit. F Ac ſic inchoato itinere, prima caſtra ſuper Aniſum poſita ſunt. Nam is fluuius inter Baioariorum atque Hunorũ terminos medius currens, certus duorum regnorum limes habebatur. Ibi ſupplicatione letaniarum per triduum facta, vt id bellum proſperos ac felices haberet euentus, tum demũ caſtra mota, & bellum genti Hunorũ à Francis indictũ eſt. Pulſis igitur Hunorũ præſidiis, ac deſtructis munitionibus (quarum vna ſuper Cambum fluuium, altera iuxta Comagenos ciuitatem in monte Cumeoberg vallo firmiſſimo extructa erat) ferro & igni cuncta vaſtantur. Cúmque rex, cum eo quem ducebat exercitu vſque ad Arrabonis fluenta veniſſet, trãſmiſſo eodẽ fluuio, per ripã eius vſque ad locũ, in quo is Danubio G *Maginfridum.* miſcetur, acceſſit: ibíque per aliquot dies ſtatiuis habitis, per Sabariã reuerti ſtatuit. Alias verò copias quibus Theodoricum & Megnifridum *† Beeamnios.* præfecerat, per † Begaminos via qũa ierant, reuerti præcepit. Sic peragrata *† Phrygiones.* ac deuaſtata magna parte Pannoniæ, cũ incolumi exercitu Francorũ in *† Beeamnios.* Baioariã ſe recepit. Saxones autem & † Friſones cum Theodorico & magnifrido per † Begaminos, vt iuſſerat, domum regreſſi ſunt. Facta eſt *Lues equorum maxima.* hæc expeditio ſine omni rerum incommodo præter quàm quòd in illo, quem rex ducebat, exercitu, tanta equorum lues exorta eſt, vt vix decima *al. Reginum.* pars, de tot milibus equorum, remãſiſſe dicatur. Ipſe autem cum dimiſſis *† Raneusburg.* copijs in Regimini ciuitatem, quæ nunc † Reganeſburg vocatur veniſſet, *De eadem infrà. c. 85.* & in ea hyematurus conſediſſet, ibi natalẽ domini & Paſcha celebrauit. H

793.

De Feliciana hæreſi ſopita, & coniuratione Pipini in patrem detecta per Ferdulſum: cui cœnobium ſancti Dionyſij in præmium datum: déque apparatu ad Hunicum bellum. *Vide annales Frãciæ to. 1. l. 2 in Carolo magno.*

CAP. LXXXIII.

Nota de humanitate Chriſti. ORgelli ciuitas eſt in Pyrenæi montis iugo ſita: cuius epiſcopus, nomine Felix, natione Hiſpanus ab Elipãdo Toleti epiſcopo per literas cõſultus, quid de humanitate ſaluatoris Dei & domini noſtri Ieſu Chriſti ſentire deberet, vtrum ſecundũ id quòd homo eſt, proprius, an adoptiuus Dei filius credendus eſſet ac dicendus: valde incautè atque incõſideratè, & *Felicis hæredes.*

A tè,& contra antiquam eccleſiæ doctrinam, adoptiuum non ſolum pronunciauit, ſed etiam ſcriptis ad memoratum epiſcopum libris, quanta potuit pertinacia prauitatem intentionis ſuæ defendere curauit. Huius rei cauſa ductus eſt ad palatium regis. Is tunc apud Regimini Baioariæ ciuitatem, in qua hiemauerat, reſidebat. *al. Reginã.* Vbi congregato epiſcoporum conſilio, auditus eſt, & erraſſe conuictus, ad præſentiam Adriani pontificis Romani miſſus. Ibi etiam coram ipſo in baſilica beati Petri Apoſtoli, hæreſim ſuam damnauit atque abdicauit. *Abdicatio* Quo facto, ad ciuitatem ſuam reuerſus eſt. Rege verò ibidem æſtatem agente, facta eſt contra illum coniuratio à filio ſuo maiore, nomine Pipino, & quibuſdam Francis: qui ſe *Cõiuratio Pipini in patrem.* crudelitatẽ Faſtradanæ reginæ ferre non poſſe aſſerebãt, atque ideo in necem regis conſpirauerant.

B Quæ cum per Fardulfum Langobardũ detecta fuiſſet: ipſe ob meritum fidei ſeruatæ, monaſterio ſanctiDionyſij donatus eſt. *Fardulfus delator cõiurationis, fit Abbas S. Dioniſij* Auctores verò coniurationis, vt rei maieſtatis, partim gladio cęſi, partim patibulis ſuſpenſi, ob meditatum ſcelus tali morte mulctati ſunt. Rex autem propter bellum cum Hunis ſuſceptum in Baioaria ſedens, pontem naualem, *Pons naualis.* quo in Danubio ad id bellum vteretur, ædificauit: ibique natalem domini & ſanctum paſcha celebrauit.

De foſſa ingenti opere manuali incaſſum propter triſtes nuntios ducta.

CAP. LXXXIIII.

CVm rex bellum à ſe inchoatum conficere cuperet, & Pannoniam iterum petere conſtituiſſet, allatum eſt ei copias, quas Theodoricus comes per Phriſiam ducebat, in pago Hriuſtri iuxta Vviſuram fluuium à

C Saxonibus eſſe interceptas atque deletas. Cuius rei nũtio accepto, magnitudinẽ damni diſſimulans, iter in Pannoniam intermiſit: & cùm ei perſuaſum eſſet à quibuſdam qui id ſibi compertum eſſe dicebant, quòd ſi inter Radantiam & Alomoram fluuios, eiuſmodi foſſa duceretur quæ eſſet nauium capax, poſſet percommodè à Danubio in Rhenum nauigari, (quia horum fluuiorum alter Danubio; alter Rheno miſcetur) *al. Moeno miſcetur.* confeſtim cum omni comitatu ſuo ad locũ venit: ac magna hominum multitudine congregata, totum autumni tempus in eo opere conſumpſit. Ducta eſt itaque foſſa inter prædictos fluuios duum millium paſſuum lõgitudine, latitudine trecentorum pedum: ſed incaſſum. Nam propter iuges pluuias, *Foſſa ingẽs ducta.* & terrã, quæ paluſtris erat nimio humore naturaliter infectã, opus quod

D fiebat conſiſtere non potuit. Sed quantum interdiu terræ à foſſoribus fuerat egeſtum, tantum noctibus humo iterum in locum ſuum relabante ſubſidebat. In hoc opere occupato regi, duo valde diſplicentia de diuerſis terrarum partibus adlata ſunt: vnum erat Saxonum omnimoda defectio: *Nuncij duo triſtes.* alterũ quòd Sarraceni Septimaniam ingreſſi, prælioque cum illius limitis cuſtodibus atque comitibus conſerto, multis Francorum interfectis, victores ad ſua regreſſi eſſent. Quibus rebus commotus in Franciam reuerſus eſt. Celebrauítque natalem domini apud ſanctum Chilianum, iuxta *al. Moenum.* Menum fluuium. Paſcha verò ſupra eundem fluuium in villa Franconouurd, in qua & hyemauerat.

De ſolenni hæreſis Felicianæ condemnatione, & concilij Conſtantinopolitani reuocatione: deque Saxonum rebellantium iterata bis deditione: & Hunorum legato. Cap. LXXXV. E

Feliciana hæreſeos damnati.

De eadem hæreſi ſupra.c.83.

REx propter condemnandam hæreſim Felicianam, æſtatis initio (quando & generalem populi ſui conuentum habuit) conſiliũ epiſcoporum ex omnibus regni ſui prouinciis, in eandem villam conuocauit. Affuerunt etiam in eadem ſynodo, & legati ſanctæ Romanæ eccleſiæ, Theophylactus & Stephanus epiſcopi, vicẽ tenẽtes eius à quo miſſi ſũt, Adriani Papæ. In eo conſilio & hæreſis memorata condemnata eſt, & liber contra eam, communi epiſcoporum auctoritate, compoſitus: in quo omnes propriis manibus ſubſcripſerunt. Synodus etiam quæ ante paucos F annos Conſtantinopoli ſub Helena & Conſtantino filio eius congregata, & ab ipſis non ſeptima, verùm etiam vniuerſalis eſt appellata, vt nec ſeptima nec vniuerſalis diceretur, haberetúrque quaſi ſuperuacua, in totum ab omnibus abdicata eſt. Mortua eſt ibi & Faſtrada regina, & Mogontiaci apud ſanctum Albanum ſepulta. Quibus peractis, rex bipertito exercitu Saxoniam petere ſtatuit: eo videlicet modo, vt ipſe cum dimidia parte copiarum ab auſtrali parte intraret; Carolus verò filius eius, cum alia medietate Rhenum apud Coloniam traiiceret, & in eandem regionẽ ab occidente veniret. Quo facto, licet Saxones in campo qui Smetfeldus vocatur, quaſi prælium cum rege commiſſuri conſediſſent, ibíque aduentum eius opperirentur: amiſſa victoriæ ſpe, quam ſibi falſo paulo ante pollicebantur, ad deditionem omnes conuerſi ſunt: victíque ſine prælio, regis G victoris poteſtati ſe ſubdiderunt. Dederúntque obſides & iureiurando fidem regi ſeruare ſe velle promiſerunt. Sic omiſſo prælio & Saxones domum reuerſi ſunt; & rex tranſmiſſo Rheno in Galliam ſe recepit. Et cum Aquiſgranum veniſſet, ibidem hybernis habitis, & natalem domini & paſcha celebrauit. Quàquam Saxones æſtate præterita obſides dediſſent, & ſecundum quòd iuſſi erant, ſacramenta iuraſſent: Rex tamen illorum perfidiæ non immemor, conuentum generalem trans Rhenum in villa Cusfeſtin (quæ ſuper Menum circa Magontiacam vrbem ſita eſt) more ſolenni habuit: Atque inde cum exercitu Saxoniam ingreſſus, pene totam populando peragrauit. Cúmque in pagum †Bardengum perueniſſet, & iuxta locum qui †Bardemhumh vocatur poſitis caſtris, Sclauorum quos H ad ſe venire iuſſerat expectaret aduentũ: ſubito ei nunciatũ eſt Vvizinũ regem Abroditorum, cum Albiam traiiceret, in diſpoſitas à Saxonibus inſidias in ipſo flumine incidiſſe, & ab eis eſſe interfectum. Quod factum animo eius ad Saxones citius debellandos, velut quoſdam ſtimulos addidit, & in odium perfidæ gentis amplius excitauit. Terra igitur magna ex parte vaſtata & obſidibus quos dare iuſſerat acceptis, in Franciam reuerſus eſt. In hac expeditione, dum caſtra ſuper Albim haberet, venerunt ad eum legati de Pannonia: vnus ex primoribus Hunorum, qui apud ſuos Tudun vocabatur. Is & ſuum aduentum ſignificauit, & ſe

Synodus Conſtantinopolitana reuocata & abdicata.

Saxonicũ bellum innouatum. *Saxonum recens deditio.*

al. Contra Magontiacam.

†Bardenvvick. *†Bardenbouck.* *Vvizini cædes.*

Deditio Saxonum.

Hunorum legati.

A & ſe Chriſtianum fieri velle promiſit. Rex autem Aquiſgranum veniens (ſicut & anno ſuperiore) ibi, temporibus ſuis, & natalem domini & paſcha celebrauit.

De Leonis pontificis maximi ad Carolum inſignibus miſſis: & Caroli ad ipſum muneribus: & de Saxoniæ iterata vaſtatione: Hunorúmque regiæ ſpoliatione. Cap. LXXXVI.

eſt Leo. 3.

ROmæ Adriano defuncto Leo pontificatum ſuſcepit: & mox per legatos ſuos, claues confeſſionis ſancti Petri, ac vexillum Romanæ vrbis, cum aliis muneribus regi miſit: rogauítque vt aliquem de ſuis optimatibus Romã mitteret, qui populũ Romanũ ad ſuam fidẽ atque ſubiectionem per ſacramenta firmaret. Miſſus eſt ad hoc † Angilbertus, Abbas ſancti Richarij monaſterij: per quem etiam tunc ad ſanctum Petrum, B magnam partem theſauri, quẽ Henricus dux Foroiulienſis ſpoliata Hunorum regia (quæ Rhingus vocabatur) eodem anno regi de Pannonia detulerat, miſit. Reliquũ verò inter optimates & aulicos, cæteróſque in palatio ſuo militantes, liberali manu diſtribuit: atque his expletis, ipſe cum exercitu Francorum Saxoniam petiit. Pipinum verò filium ſuum, cum Italicis ac Baioariis copiis, in Pannoniam ire iuſſit: & ipſe quidẽ Saxonia ex magna parte vaſtata, ad hyemãdum Aquiſgranũ reuertitur. Pipinus autẽ Hunis trans Tizã fluuium fugatis, eorúmque regia (quæ ab eis dictũ eſt Rhingus, à Langobardis autem cãpus vocatur) ex toto deſtructa, direptis pene omnibus Hunorũ opibus, ad patrẽ Aquiſgrani hyberna habentẽ venit: ac ſpolia regni, quę ſecum detulit, eidem præſentauit. Tudun C etiam ille, de quo ſuperius mentio facta eſt, fidẽ dictis ſuis adhibens, ibidẽ ad regẽ venit: ibíque cum omnibus qui ſecum venerant baptizatus ac remuneratus, poſt datũ fidei ſeruãdæ ſacramentũ domũ rediit. Sed in promiſſa fidelitate diu manere noluit: nec multò pòſt perfidiæ ſuæ pœnas dedit. Rex verò, vt dictum eſt, Aquiſgrani in hybernis conſidens, ibi & natalem domini & paſcha celebrauit.

795. Leo ponti. maximus. Inſignia Carolo miſſa. † Angilbert⁹ pri⁹ duxerat vxorẽ Bertã, Caroli magni filiã ſed ambo ex mutuo cõſenſu religionem profeſſi, ab inuicẽ ſeparati ſunt. Vide Hariulfũ lib. 1 hiſtoriæ Centulẽſis id eſt S. Richarij, c. 15. & c. 2 vitæ S. Madelgiſilli. al. Hring⁹ De auro Ro. miſſo. Saxonia rurſus vaſtata. Regiæ Hunorũ ſecũda ſpoliatio.

De Barcinona per deditionem Zatis recepta: Oſca obſeſſa: Saxonia vaſtata à Carolo illic hybernante, & legatos audiente.

Cap. LXXXVII.

BArcinona ciuitas in limite Hiſpanico ſita, quæ alternante rerum D euentu, nunc Francorũ, nunc Sarracenorum ditioni ſubiiciebatur, tãdẽ per Zatim Sarracenum, qui tunc eã inuaſerat, regi reddita eſt. Nam is æſtatis initio Aquiſgranũ ad regẽ venit: ſéque cũ memorata ciuitate ſpontanea deditione illius poteſtati permiſit. Qua recepta, rex filium ſuũ Hludouicum ad obſidionem Oſcæ cum exercitu miſit. Et ipſe (more ſolito) ad cõtundendam perfidæ gentis cõtumaciam, Saxoniam vaſtaturus intrauit: nec prius deſtitit quàm omnes terminos eius peragraſſet. Nam vſque ad vltimos fines eius, qua inter Albim & Vviſuram oceano alluitur, acceſſit. Inde regreſſus cum Aquiſgranũ veniſſet, ibíque Abdellã Sarracenum, filium Ibiminangæ regis, de Mauritania ad ſe venientem ſuſcepiſſet,

al. Tridũ. Barcinona Latis. Oſca. Abdella. ali. Ibimmange. Nicet.

A politani epiſcopi, olim in prælio captum domum redire permiſit. Legati fuere Michael cognomento Ganglianus, & Theophilus presbyter de Lachernis. Poſt quorum abſolutionem venerunt de Hiſpania legati Hadefonſi regis, Baſiliſcus ſcilicet & Froia, munera deferentes, quæ ille de manubiis quas victor apud Olyſſeponam ciuitatem à ſe expugnatam ceperat, regi mittere curauit: Mauros videlicet ſeptem, cum totidem mulis atque loricis. Quæ licet pro dono mitterentur, magis tamen inſignia victoriæ videbantur. Quos rex & benignè ſuſcepit, & remuneratos honorificè dimiſit. Inſulæ Baleares, quæ nunc ab incolis earum Maiorica & Minorica vocitantur, à Mauris pyraticam exercentibus deprædatæ ſunt. Rex verò Aquiſgrani hyemauit, & ibi natalem domini & paſcha celebrauit. *Legati Hiſpani.* *Baleares direpta.*

B

De Leonis pontificis per Romanos clade miſerabili: ereptione & ad Carolum regem aduentu & reſtitutione in dignitatem priſtinam: Caroli in Saxonia expeditione: legatis Siciliæ: nece fortium bellatorum Geroldi & Erici: de Guidonis ſeu Vvidonis comitis rebus in Brittones bene geſtis: déque Maurorũ cæde: Oſcæ deditione: donariis ab Hieroſolymis miſſis.

Cap. LXXXIX.

Romæ dum Leo Papa tertius cum letania proceſſurus, de Laterano ad ædem beati Laurentij, quæ ad craticulam vocatur, equo ſedens pergeret, in inſidias à Romanis diſpoſitas iuxta eandem baſilicam incidit: vbi equo deiectus, & erutis oculis (vt aliquibus viſum eſt) lingua quoque amputata, nudus ac ſemiuiuus in platea relictus eſt. Deinde iuſſu eorũ qui huius facti auctores fuere, in monaſterium ſancti Heraſmi martyris, velut ad curandum, miſſus, Albini cuiuſdam cubicularij ſui cura noctu per murum demiſſus, à Vvinigiſo duce Spoletano (qui audito huiuſmodi facinore Romam feſtinus aduenerat) ſuſceptus ac Spoletum deductus eſt. Cuius rei nuncium cùm rex accepiſſet, ipſum quidem vt vicarium ſancti Petri & Romanum pontificem, cum ſummo honore ad ſe præcepit adduci: iter tamen ſuum quod in Saxoniam facere conſtituerat non omiſit. Habito itaque generali conuentu ſuper Rhenum in loco qui Lippia vocatur, Ibique in caſtris conſidens, pontificis ad ſe properantis præſtolatur aduentum. Miſit interea Carolum filium ſuum ad Albim cum parte exercitus, propter quædam negotia cum Vviltzis & Abodritis diſponenda, & quoſdam Saxones de Nordluidis recipiendos. Cuius reuerſionem cum expectat, venit pontifex, & valde honorificè ab eo ſuſceptus eſt. Manſitque apud eum dies aliquot: & cùm ei cuncta propter quæ venerat intimaſſet, iterum Romam cum magno honore per legatos regis, qui cum eo miſſi ſunt, reductus, atque in locum ſuum reſtitutus eſt. Quo dimiſſo, rex paucos ibidem dies moratus, legatum Michaelis patricij de Sicilia nomine Danielem ad ſe miſſum abſoluit. Accepit etiam triſtem nuntium de Geroldi & Erici interitu. Quorum alter, Geroldus videlicet, Baioariæ præfectus, commiſſo cum Hunis prælio occidit. Alter verò. i. Ericus, poſt

799. Baronius to. 9. anna. fuſè hãc ex Anaſtaſio refert tragediam.

C

D

Signis quidē ſi lingua carebat.

Geroldi cædes. Erici cædes

multa prælia & inſignes victorias, apud Tarſaticam Liburniæ ciuitatem inſidiis oppidanorum interceptus atque interfectus eſt. Rebus autem Saxonum pro rerum opportunitate diſpoſitis, rex in Franciã reuerſus eſt: & cum Aquiſgrani hyemaret Vvido comes ac præfectus Britannici limitis, qui eodem anno cum ſociis comitibus totam Britonum prouinciam perluſtrauerat, arma ducum qui ſe dedidere, inſcriptis ſingulorum nominibus, detulit. Videbatur enim quòd ea prouincia tum eſſet ex toto ſubacta: & fuiſſet, niſi perfidæ gentis inſtabilitas citò animum alior ſum, more ſolito, conuertiſſet. Allata ſunt & ſigna, quæ occiſis in Maiorica Mauris prædonibus erepta fuerunt. Et Azan Sarracenus præfectus Oſcæ, claues vrbis cum aliis donis regi miſit, promittens eam ſe dediturum, ſi opportunitas eueniret. Sed & monachus quidam de Hieroſolyma veniens, benedictionem & reliquias de loco reſurrectionis dominicæ, quæ patriarcha regi miſerat detulit. Et rex natalem domini in eodem palatio reſidens celebrauit: ac monachum reuerti volentem abſoluens, Zachariam quẽdam preſbyterum de palatio ſuo cum eodem ire iuſſit: cui & donaria ſua ad illa veneranda loca deferenda commiſit.

Guido comes Britonum ſubactho et ſuggillatio. *Maurorũ ſpolia.* *Azan ſe dedit.* *Reliquiæ dono miſſæ*

E F

De pyratis Nordmannis: & Caroli in Turonos profectione religioſa: Liutgardæ coniugis eius ibidem obitu: de conuentu Magontiaco, profectione regis in Italiam ac Romam: & inibi geſtis: de purgatione pontificis: donis patriarchæ Hieroſolymitani: Caroli coronatione cum applauſu populi: & imperatoris Auguſtique appellatione: animaduerſione in pontificis violatores: de Spoleti actis, terræmotu quo templa vrbéſque corruerũt: de peſtilentia: legatis Perſarum & donis: Barcinonæ & Zatis captione: & Theatinæ ciuitatis cum Roſelino: deque Iſaaci Iudæi cum elephanto reditu. G

Cap. XC.

Redeunte verna temperie, medio fere Martio rex Aquiſgrano digreſſus, littus Oceani Gallici perluſtrauit: & in ipſo mari, quod tunc pyratis Nordmanniciserat infeſtum, claſſem inſtituit, præſidia diſpoſuit: Paſcha in Centulo apud ſanctum Richarium celebrauit. Inde iterum per littus maris iter agens, Rothomagum ciuitatem venit: ibíque Sequana amne tranſmiſſo, Turonos ad Sanctum Martinum orationis cauſa, profectus eſt. Moratuſque eſt ibi dies aliquot, propter aduerſam Liutgardæ coniugis valetudinem: quæ ibidem & defuncta & humata eſt. Obiit autẽ pridie Nonas Iunias. Inde per Aurelianos, ac Parrhiſios, Aquiſgranum reuerſus eſt: & menſe Auguſto inchoante, Magontiam veniens generalem conuentum ibidem habuit, & iter in Italiam condixit. Atque inde profectus cum exercitu, Rauennam venit: ibíque ſeptem non amplius dies moratus, Pipinum filium ſuum cum eodem exercitu in terram Beneuentanorum ire iuſſit: mouénſque Rauenna ſimul cum filio, Anconam vſque peruenit. Quo ibi dimiſſo, Romam proficiſcitur. Cui cum pridie quàm illuc veniret Leo Papa apud Nomentum occurriſſet, & cum magna eum veneratione H

Cẽtulum, Cenobiũ S. Richarij in Picardia. *Liutgardæ obitus.* *Rex in Italia.* *Rauennã.* *Anconam.* *Nomẽtũ.* *Romam.*

A veneratione ibidem ſuſcepiſſet; poſt cœnam, qua ſimul refecti ſunt, illo ibi manente, pontifex ad vrbem præceſſit: & in craſtinum, in gradibus baſilicæ beati Petri apoſtoli cum epiſcopis & vniuerſo clero conſiſtens, aduenientem, equóque deſcendentem, Deo laudes dicendo & gratias agendo, ſuſcepit; & cunctis pſallentibus, in eccleſiam eiuſdem beatiſſimi Apoſtoli, Deum glorificans atque magnificãs, introduxit. Facta ſunt hæc VIII. Kalend. Decembris. Poſt VII. verò dies, rex concione vocata, cur Romã veniſſet omnibus patefecit: & exinde quotidie propter quæ venerat faciẽda operã impendit. In quibus vel maximũ vel difficillimũ erat, quod primũ inchoatũ eſt; de inueſtigandis videlicet quæ pontifici obiiciebantur criminibus. Qui tamen, poſtquam nullus eorundem criminum probator *Ponti. purgatio.*

B eſſe voluit, coram omni populo in baſilica beati Petri Apoſtoli Euangelium ferens, ambonem conſcendit; inuocatóque nomine ſanctæ Trinitatis, de obiectis ſe criminibus iurando purgauit. Eadem die Zacharias preſbyter, quem rex Hieroſolymam miſerat, cum duobus monachis, quos patriarcha cum eo ad regem miſit, Romam venit: qui benedictionis gratia, claues dominici ſepulchri ac loci Caluariæ cum vexillo detulerunt. Quos rex benignè receptos, per aliquod dies ſecum detinuit: & redire volentes, remuneratos abſoluit. Ipſe autem die ſacratiſſima natalis domini, ad miſſarum ſolennia audienda, baſilicam beati Petri Apoſtoli quũ fuiſſet ingreſſus, & coram altari, vbi ad orationes ſe inclinauerat, adſiſteret, Leo Papa coronam capiti eius impoſuit, cuncto populo Romano acclamante, Carolo Auguſto, à Deo coronato, magno & pacifico Imperatori Romanorum, vita & victoria. Poſt quas laudes, ab eodem pontifice (more antiquorũ principum) adoratus eſt; ac deinde, omiſſo patricij nomine Imperator & Auguſtus appellatus. Poſt paucos verò dies iubente ipſo, ij qui eundem pontificem anno ſuperiore depoſuerunt in iudicium adducti, & habita de eis quæſtione, ſecundum legem Romanam, vt maieſtatis rei, capite damnati ſunt. Pro quibus tamen, Papa pio affectu apud imperatorem interceſſit: nam & vita, & membrorum integritas, eis conceſſa eſt. Cæterùm, pro facinoris magnitudine, exilio deputati ſunt. Huius facinoris fuere principes, Paſchalis nomẽclator & Campulus Sacellarius, & multi alij Romanæ vrbis habitatores nobiles; qui ſimul omnes eadem ſententia damnati ſunt. Ordinatis deinde Romanæ vrbis, apoſtolicíque

Munera deditiia patriarcha Hiero.

C *Caroli Magni coronatio. Applaus°. Adoratio. Salutatio Imperatoris & Auguſti. Animaduerſio in ſacrilegos Pont. violatores. Auctores, iniuriæ.*

D cœtus, totiúſque Italię non tantum publicis, ſed etiam eccleſiaſticis & priuatis rebus (nam tota hyeme nil aliud fecit Imperator) miſſáque iterum in Beneuentanos expeditione, cum Pipino filio ſuo ipſe poſt Paſcha VII. Kalend. Maij Roma profectus, venit Spoletum. Ibi dum eſſet, pridie Kalend. Maij hora noctis ſecunda terræmotus maximus factus eſt: quo tota Italia grauiter concuſſa eſt. Quo motu tectum baſilicæ beati Pauli Apoſtoli magna ex parte, cum ſuis trabibus decidit; & in quibuſdam locis, vrbes montéſque ruerunt. Eodem anno loca quædam circa Rhenum fluuium, & in Gallia & in Germania, tremuerunt: peſtilentiáque propter mollitiem hyberni temporis facta eſt. Imperator de Spoleto Rauennam

Spoleti acta. Terræmot° magnus. Templorũ vrbiũque ruina.

Legati Perſarum. *Legati Imperatoris.* *Elephas dono miſſus.* *Barcinona capitur cũ Zati.* *Teate capitur cum Roſelino.* *Iſaaci Iudæi cũ Elephanto reditus.*

venit:& aliquot dies ibi moratus, Papiam perrexit. Ibi nunciatur ei, legatos Aaron regis Perſarum portum Piſanum intraſſe: quibus obuiam mittens, inter Verſellas & Eboreiam eos ſibi fecit præſentari. Vnus ex eis erat Perſa de oriente, legatus prædicti regis (nam duo fuerant) Alter Sarracenus de Aphrica, legatus Amirati Abraham qui in cõfinio Aphricæ in foſſato præſidebat: qui Iſaac Iudæum, quem Imperator ante quadriennium ad memoratum regem Perſarum cum Lanfrido & Sigiſmundo legatis ſuis miſerat, reuerſum cum magnis muneribus nunciauerunt. Nam Lanfridus ac Sigiſmundus ambo in eodem itinere defuncti ſunt. Tum ille miſit Erchembaldum notarium ſuum in Liguriam, ad claſſem parandam, qua Elephas & ea quæ cum eo afferebantur ſubueherentur. Ipſe verò celebrato die natalis ſancti Ioannis Baptiſtæ apud Eboreiam, Alpes tranſgreſſus in Galliam reuerſus eſt. Ipſa æſtate capta eſt Barcinona ciuitas in Hiſpania, iam biennio obſeſſa. Zatim præfectus eius, & alij complures Sarraceni comprehenſi: & in Italia Teate ciuitas ſimiliter capta & incenſa eſt, eiúſque præfectus Roſelinus comprehenſus. Caſtella, quæ ad ipſam pertinebant ciuitatem in deditionem accepta ſunt. Zatim & Roſelinus vna die ad præſentiam imperatoris deducti, & exilio damnati ſunt. Ipſius anni menſe Octobri Iſaac Iudæus de Aphrica cum Elephanto regreſſus, portum Veneris intrauit: & quia propter niues, Alpes tranſire non potuit, Verſellis hyemauit. Imperator Aquiſgrani in palatio natalem domini celebrauit.

E F

De fœcialibus Hirenes & Caroli imperatoris: de Iſaaci appulſu cum Elephanto: Ortonæ & Luceriæ deditione: Tranſalbianorum Saxonum vaſtatione: Grimoaldi & Vvinigiſi factis: terræmotu & legatis Conſtantinopolitanis: rebuſque ab eis geſtis. CAP. XCI.

G

Ieſſe et Helingaudus. *Iſaaci aduentus.* *Abulabaz Elephas.* *Ortona deditur.* *Luceria.* *Saxones.* *Grimald⁹ Vvinigis⁹.* *terræmot⁹.*

Hirena Imperatrix de Conſtantinopoli miſit Legatum, nomine Leonem Spatarium, propter pacem confirmandam inter Francos & Græcos. Et imperator viciſſim propter id ipſum, abſoluto illo, miſit Ieſſe Ambianenſem Epiſcopum & Helingaudum comitem Conſtantinopolim, vt pacem cum ea ſtatuerũt. Celebratum eſt paſcha Aquiſgrani in palatio. Ipſius anni menſe Iulio, XIII. Kal. Auguſt. venit Iſaac cum Elephanto, & cæteris muneribus quæ à rege Perſarum miſſa ſunt: & Aquiſgrani omnia imperatori detulit. Nomen Elephanto erat Abulabaz. Ortona ciuitas in Italia in deditionem accepta. Luceria quoque frequenti obſidione fatigata, & ipſa in deditionem venit: præſidiúmque noſtrorum in ea poſitum. Imperator æſtatis tempore in Arduenna venatibus indulgens, miſſo in Saxoniam exercitu Tranſalbianos Saxones vaſtauit. Grimoaldus Beneuentanorum dux, in Luceria Vvinigiſum comitem Spoleti, qui præſidio præerat, aduerſa valetudine fatigatum obſedit, & in deditionem accepit: captúmque honorificè habuit. Imperator Aquiſgrani natalem domini celebrauit. Hac hyeme, circa ipſum palatium, & finitimas regiones, terræmotus factus eſt: & ſubſecuta eſt mortalitas. Vviginiſus à Grimoaldo

H

A aldo redditus eſt: & miſſi imperatoris, Conſtantinopoli reuerſi ſunt: & venêre cum eis legati Nicephori imperatoris (qui tunc Remp. regebat. Nam Hirenam, poſt aduentum legatorum Franciæ, depoſuerunt) Quorum nomina fuerunt, Michael epiſcopus, Petrus abbas & Caliſtus candidatus: qui venerunt ad imperatorem in Germania ſuper fluuium Sala, in loco qui dicitur Saltz: & pactum faciendæ pacis, in ſcripto ſuſceperunt. Et inde dimiſſi, cum epiſtola imperatoris Romani regreſſi atque Conſtantinopolim reuerſi ſunt. Imperator autẽ in Baioariam profectus, diſpoſitis Pãnoniarum cauſis Decembri menſe Aquiſgranum reuerſus eſt: ibique natalem domini celebrauit. *Nicephori legati.*

B *De Saxonibus victis & in Franciam miſſis: de Godofridi Danorum regis ad Carolum itinere intercepto: de Leonis Papæ ad eundem aduentu & cauſa eius.*

Cap. XCII.

IMperator Aquiſgrani hyemauit: ęſtate autem in Saxoniam ducto exercitu, omnes qui trans Albiam & Vvihinuodi habitabant Saxones, cum mulieribus & infantibus, tranſtulit in Franciam: & pagos Tranſalbianos Abodritis dedit. Eodem tempore Godefridus rex Danorum venit cum claſſe ſua necnon & omni equitatu regni ſui, ad locum qui dicitur Slieſthorp, in confinio regni ſui & Saxoniæ. Promiſerat enim ſe ad colloquium Imperatoris venturum: ſed conſilio ſuorum inhibitus, propius non acceſſit. Imperator autem ſuper Albim fluuium ſedebat, in loco qui dicitur Holdunſteti: & miſſa ad Godefridum legatione pro perfugis reddendis, medio Septembri Coloniam venit: dimiſſoque exercitu, primò Aquiſgranum, deinde Arduennam venit: & venationibus indulgens, Aquaſgrani reuerſus eſt. Medio Nouembri allatum eſt ei Leonem Papam natalem dominicum cum eo celebrare velle, vbicunque hoc contingere potuiſſet. Quem ſtatim miſſo ad ſanctum Mauritium Carolo filio ſuo, honorificè ſuſcipere iuſſit: ipſe obuiam illi in Remorum ciuitatem profectus eſt: ibique ſuſceptum, primò in Cariſiacum villam, vbi natalem domini celebrauit, deinde Aquiſgranum perduxit: & donatum magnis muneribus, per Baioariam ire volentem, deducit vſque Rauennam. Cauſa aduentus eius D hæc fuit. Perlatum erat ad imperatorem æſtate præterita Chriſti ſanguinem in ciuitate Mantua fuiſſe repertum: propter hoc miſit ad Papam, petens vt huius famę veritatem perquireret. Qui accepta occaſione exeundi, primò in Langobardiam, quaſi pro inquiſitione prædicta, profectus eſt; indéque arrepto itinere ſubitò ad Imperatorem vſque peruenit. Manſitque apud illum dies VIII. & ſicut dictum eſt, Romam repedauit. *Saxones in Franciam tranſmiſſi. Godefrid. Danus.* C *Leonis pôt. ad Carolũ aduẽtum.* *Sanguis Chriſti Mãtua repertus.*

De Cacani (ſic enim Paulus diaconus ſcribit) ſeu Cagani aut Capcani Hunorum regis nomine: Theodori ad Carolum aduentu & petitione & obitu, & ſucceſſoris Cagani ſeu Capcani poſtulatu, de Bechonis Sclauorum ducis cæde. E

CAP. XCIII.

al. Capcanus. Cacani Huni poſtulatio. — *Cacani mors.* — *Sclaui Bethemi niſi Bothemi aut Bethemi legendum ſit.* — *† al. Trudonis villa*

NOn multò pòſt, Caganus princeps Hunorum, propter neceſſitatem populi ſui, imperatorem adiit: poſtulans ſibi locum dari ad habitandum, inter Sabariam & Carnuntum: quia propter infeſtationẽ Sclauorum, in priſtinis ſedibus eſſe non poterat. Quem imperator benignè ſuſcepit. Erat enim Caganus Chriſtianus, nomine Theodorus; & precibus eius annuens, donatum redire permiſit. Qui rediens ad populũ ſuum, pauco tempore tranſacto diem obiit: & miſit Caganus vnum de optimatibus ſuis, petens ſibi honorem antiquum quem Caganus apud Hunos F habere ſolebat. Cuius præbuit precibus Imperator aſſenſum: & ſummam totius regni, iuxta priſcum eorum ritum, Caganum habere præcepit. Eodem anno miſit exercitum ſuum, cum filio ſuo Carolo, in terram Sclauorum, qui vocantur Bethemi: qui omnem illorum patriam depopulatus, ducem illorum nomine Bechonem occidit. Et inde regreſſus in Voſegum ſyluam, ad patrem venit, in loco qui dicitur Campus. Nam Imperator Iulio mẽſe Aquiſgrani profectus, per Theodonis villã atque Mettos tranſiens, Voſegum petiit: ibíque venationi vacans, poſt reuerſionem exercitus, ad Rhumericum caſtellum profectus, ibi aliquantum temporis moratus, ad hyemandum in † Theodonis villa palatio ſuo conſedit. G Ibi ad eum ambo filij ſui, Pipinus & Ludouicus, venerunt: celebrauítque ibi natalem domini.

De Dalmatarum legatione: Venetiæ Dalmatiæque per Carolum Magnum ordinatione: Maurorum incurſatione: Pompilonenſium & Nauarrorum ad fidem Chriſtianam conuerſione: Claſſe Nicephori in Dalmatiam miſſa: & mira legatorum à Perſide reuerſione.

CAP. XCIIII.

Dalmatarũ legati. — *Venetiæ Dalmatiæque ordinatio.* — *Regni viuo Carolo diuiſio.*

STatim poſt natalem domini, venerunt Vvillerus & Beatus duces Venetiæ, necnon & Paulus dux Iaderæ, atque Donatus eiuſdem ciuitatis epiſcopus, legati Dalmatarum ad præſentiam Imperatoris cum magnis donis: & facta eſt ibi ordinatio ab imperatore, de ducibus & populis tam H Venetiæ quàm Dalmatiæ. Illíſque abſolutis, conuentum habuit imperator cum primoribus & optimatibus Francorum, de pace conſtituenda & conſeruanda inter filios ſuos, & diuiſione regni facienda in tres partes: vt ſciret vnuſquiſque illorum, quam partem tueri & regere debuiſſet, ſi ſuperſtes illi eueniret. De hac partitione & teſtamentum factum, & iureiurando ab optimatibus Francorum confirmatum: & conſtitutiones cauſa conſeruandæ pacis factæ. Atque hæc omnia literis mandata ſunt, & Leoni Papæ vt his ſua manu ſubſcriberet, per Emhardum miſſa. Quibus pontifex lectis, & aſſenſum præbuit, & propria manu ſubſcripſit. Imperator dimiſſo

miſſo

A miſſo vtroque filio in regnum illis deputatum, Pipino ſcilicet & Ludouico, de villa † Theodonis per Moſellam & Rhenum ſecunda aqua Nouiomagum nauigauit: ibíque ſanctum quadrageſimale ieiunium, & ſacratiſſimam paſchæ feſtiuitatẽ celebrauit. Et inde poſt nonnullos dies Aquiſgranum veniens, Carolum filium ſuum in terram Sclauorum, qui dicuntur Sorabi & ſedent ſuper Albim fluuium, cum exercitu miſit. In qua expeditione, Mileduochus Sclauorum dux interfectus eſt: duóq; caſtella ab exercitu ædificata, vnum ſuper ripam fluminis Salæ, alterum iuxta fluuium Albim. Sclauíſque pacatis, Carolus cum exercitu regreſſus, in loco qui dicitur Silli, ſuper ripam Moſæ fluminis, ad imperatorem venit. Miſſa eſt & manus de Baioaria & Alemannia atque Burgundia, ſicut anno ſuperiore, in terram Beehemi: vaſtatáque terræ non minima portione, ab-B ſque vllo graui incommodo regreſſa eodem anno in Corſicam inſulam, in Mauros qui eam vaſtabant, claſſis de Italia à Pipino miſſa eſt. Cuius aduentum Mauri non expectantes, abſceſſerunt. Vnus tamen noſtrorum, Hadumarus comes ciuitatis Genuæ, imprudenter contra eos dimicans, occiſus eſt. In Hiſpania verò Nauarri & Pampilonenſes, qui ſuperioribus annis ad Sarracenos defecerant, in fidem recepti ſunt. Claſſis à Nicephoro Imperatore, cui Nicetas patricius præerat, ad recuperandam Dalmatiam mittitur: & legati, qui ante fere quatuor annos ad regem Perſarum miſſi ſunt, per ipſas Græcarum nauium ſtationes tranſuecti, ad Taruſam portus receptaculum, nullo aduerſariorum ſentiente, regreſſi ſunt. Imperator celebrauit natalem domini Aquiſgrani.

C

† Trudonis. *Nouiomagum.* *Sorabi Sclaui.* *Mauri Corſicã infeſtantes pelluntur.* *Hadumari cædes.* *Nauarri & pãpilonẽſes ad fidẽ redeunt.* *al. Taruiſiam.*

De lunæ ſoliſque eclipſibus: & Iouinianæ ſtellæ mirabili apparitione: de aciebus ſeu facibus in cælo viſis: de ſtella Mercurij viſa in ſole ab auctore operis ne vanus putetur, de muneribus miris Thomæ Patriarchæ: & de Maurorum ſtrage. CAP. XCV.

ANnò ſuperiore III. Nonas Septembres fuit eclipſis lunæ: tunc ſtabat ſol in XVI. parte Virginis, Luna autem in XVI. parte Piſcium. Hoc anno pridie Kal. Februa. fuit luna XVII. quando ſtella Iouis, quaſi per eam tranſire viſa eſt: & III. Idus Febr. eclipſis ſolis meridie ſtante vtroque ſydere in XXV. parte Aquarij. Iterum IIII. Kal. Martij fuit eclipſis D Lunæ: & apparuerunt acies eadem nocte miræ magnitudinis, & ſol ſtetit in XI. parte Piſcium: & luna in XI. parte Virginis. Nam & ſtella Mercurij XVI. Kal. April. viſa eſt in ſole, quaſi parua macula nigra paululum ſuperius media centro eiuſdem ſyderis: quæ à nobis octo dies conſpicitur. Sed quando primum intrauit, vel exiuit, nubibus impedientibus minimè notare potuimus. Iterum menſe Auguſto XI. Kal. Septemb. eclipſis Lunæ facta eſt, hora noctis tertia, ſole poſito in V. parte Virginis & luna in V. parte Piſcium. Sicque ab anni ſuperioris Septẽbrio, vſque ad anni pręſentis Septembrium, ter luna obſcurata eſt, & ſol ſemel. Ratbertus † legatus imperatoris, qui de oriẽte reuertebatur, defunctus eſt: & legatus regis Per-

Eclipſis lunæ. Iouis ſtella per lunã trãſit. Eclipſis ſolis. Eclipſis lunæ. *Mercurij ſtella viſa.* *Eclipſis lunæ.* *† al. Miſſ.*

807. ſarum nomine Abdella cũ monachis de Hieruſalem qui legatione Thomæ partiarchæ fungebantur(quorum nomina fuere Georgius & Felix)ad imperatorem peruenerunt, munera deferentes, quæ prædictus rex imperatori miſerat:videlicet Papilionem & tentoria atrij, miræ magnitudinis & pulchritudinis.Erant enim omnia biſſina,tã tertoria quàm & funes eorũ, diuerſis tincta coloribus.Fuerunt præterea munera præfati regis,pallia ſerica multa& precioſa,& odores atq; vnguẽta,& balſamũ,necnõ& horologiũ ex aurichalco,arte mœchanica mirificè cõpoſitum. In quo xii.horarũ curſus ad clepſidram vertebatur cum totidem æreis pilulis, quæ ad completionem horarum dicidebant, & caſu ſuo ſubiectum ſibi cymbalũ tinnire faciebant:additis in eodem eiuſdem numeri equitibus,qui per xii.feneſtras, completis horis exibant, & impulſu egreſſionis ſuæ, totidem feneſtras quæ prius apertæ erant claudebant:Necnon & alia multa erant in ipſo horologio, quæ nunc enumerare longum eſt. Fuerunt præterea inter prædicta munera,candelabra duo ex aurichalco miræ magnitudinis & proceritatis: quæ in Aquenſi palatio ad imperatorem delata ſunt. Imperator legatum & monachos, per aliquantum tempus ſecum retinens,in Italiam direxit, atque eos tempus nauigationis expectare iuſſit. Eodémque anno Burchardum comitem ſtabuli ſui, cum claſſe miſit in Corſicam:vt eam à Mauris,qui ſuperioribus annis illuc prædatum venire conſueuerant, defenderet. Qui iuxta conſuetudinem ſuam, de Hiſpania egreſſi,primò ad Sardiniam appulſi ſunt: ibíque cum Sardis prælio commiſſo,& multis ſuorum amiſſis(nam tria millia ibi cecidiſſe perhibentur) in Corſicam recto curſu peruenerunt. Ibi iterum in quodam portu eiuſdem inſulæ,cum claſſe cui Burchardus pręerat,prælio decertauerũt: victíque ac fugati ſunt,amiſſis xiii.nauibus,& plurimis ſuorũ interfectis.Adeo illo anno in omnibus locis aduerſa fortuna fatigati ſũt,vt ipſi ſibi hoc accidiſſe teſtati ſint,eò quòd anno ſuperiore,contra omnem iuſtitiam,de Patalaria inſula lx.monachos aſportatos in Hiſpania vendiderunt.Quorum aliqui per libertatem imperatoris,iterum ad ſua loca reuerſi ſunt. Nicetas patritius,qui cum claſſe Conſtantinopolitana ſedebat in Venetia,pace facta cum Pipino rege, & induciis vſque ad menſem Auguſti conſtitutis, ſtatione ſoluta,Conſtantinopolim regreſſus eſt.Hoc anno imperator paſcha Aquiſgrani celebrauit:necnon & natalem domini.

Abdella legati munera mirãda · *Horologiũ artificioſũ.* · *cãdelabra* · *Burchard' Comes ſtabuli.* · *Maurorũ in Sardinia cædes.* · *In Corſica ſtrages.* · *Maurorũ ſcel' in monachos.* · *Nicetæ Cõſtãtinopoli reditus.*

De Godefridi Danorum regis in Abodritos & Sclauos conatibus: & Caroli iunioris reſiſtentia. Danorum munimento contra Francos. Leone Pontifice: & eius in Branniam legatis.

CAP. XCVI.

HYems molliſſima ac peſtilens fuit in illo tempore: veréque inchoãte imperator Nouiomagum profectus,tranſactóque ibi quadrageſimali ieiunio,celebrato & ſancto paſcha,iterum Aquiſgranum regreſſus eſt.Et qui nuntiabatur Godefridum Regem Danorum, in Abodritos cũ exercitu traieciſſe,Carolum filium ſuum ad Albiam,cum valida Francorũ & Saxonum

Peſtilẽtia. Nouiomagum. Godefrid' Danorum rex in Abodritos.

A &Saxonum manu miſit: iubens veſano regi reſiſtere, ſi Saxoniæ terminos aggredi tentaret. Sed ille ſtatiuis per aliquot dies in littore habitis, expugnatis etiam & manu captis aliquot Sclauorum caſtellis, cum magno copiarum ſuarum detrimento reuerſus eſt. Nam licet Draſconem *Draſco.*
ducem Abodritorum, popularium fidei diffidentem, loco pepuliſſet, *Godelaib.*
Godelaibum, alium ducem, dolo captum patibulo ſuſpendiſſet, Abodritorum duas partes ſibi vectigales feciſſet, optimos tamen militum ſuorum, & manu promptiſſimos, amiſit: & cum eis filium fratris ſui, nomine Reginoldum, qui in oppugnatione cuiuſdam oppidi, cum plurimis Danorum primoribus interfectus eſt. Filius autem Imperatoris Carolus, Albiam ponte iunxit: & exercitum cui præerat, in Liuones & Smeldingos *Liuones. Smeldingi.*
(qui & ipſi ad Godefridum regem defecerant) quanta potuit celeritate
B tranſpoſuit: populatíſque circumquaque eorum agris, tranſito iterum flumine cum incolumi exercitu in Saxoniam ſe recepit. Erant cum Godefrido in expeditione prædicta Sclaui, qui dicuntur Vultzi: qui propter an- *Vultzi.*
tiquas inimicitas quas cum Abodritis habere ſolebant, ſponte ſe copiis eius coniunxerunt. Ipſóque in regnum ſuum conuertente, cum præda, quam ab Abodritis capere potuerunt, & ipſi domum regreſſi ſunt. Godefridus verò priuſquam reuerteretur, deſtructo emporio (quod in oceani littore conſtitutum lingua Danorum Reric dicebatur, & magnam regno † illius commoditatem, vectigalium perſolutione, præſtabat) *Emporiũ Reric.*
tranſlatíſque inde negotiatoribus, ſoluta claſſe, ad portum qui Lieſthor *† aliàs illi.*
dicitur cum vniuerſo exercitu venit. Ibi per aliquot dies moratus, limi- *Port Lieſthor.*
C tem regni ſui qui Saxoniam reſpicit vallo munire conſtituit; eo modo *aliàs Slieſtorp.*
vt ab orientali maris ſinu (quem illi Oſtarhſalt dicunt) vſque ad occidentalem oceanum, totam Egidoræ fluminis aquilonarem ripam muni- *Oſtarhſalt aliàs Leſtarhſalt.*
mentum valli prætexeret, vna tantum porta dimiſſa, per quam carra & equites emitti & recipi poſſent. Diuiſo itaque opere inter duces copia- *Danorum munimẽtũ*
rum, domum reúerſus eſt. Interea rex Norddanhumbrorum de Britan- *Norddãhumbrorũ rex.*
nia inſula, nomine Fardulfus, regno & patria pulſus: ad imperatorem dum adhuc Nouiomagi moraretur venit: & patefacto aduentus ſui ne- *al. Nordodambumbrorum.*
gotio, Romam proficiſcitur: Romáque rediens, per legatos Romani pontificis, & domni imperatoris, in regnum ſuum reducitur. Præerat tunc temporis eccleſiæ Romanæ Leo tertius: cuius legatus ad Britanniam di- *Leo. 3.*
D rectus eſt, Aldulfus diaconus de ipſa Britannia, natione Saxo: & cum eo ab imperatore miſſi duo abbates, Rotfridus notarius, & Nantharius abbas de ſancto Audomaro. Imperator verò ædificatis per legatos ſuper Albim fluuium duobus caſtellis, præſidióque in eis contra Sclauorum in- *Legati.*
curſiones diſpoſito, Aquiſgrani hyemauit: natalémque domini & ſanctũ ibidem paſcha celebrauit.

De claſſe Cōſtantinopolitana Venetias miſſa: Dercoſa ab Ludouico rege obſeſſa. De Nordanhumbrorum regis reductione in regnum. De Legatorum reditu. Danorum regis motu. Quæſtione de ſpiritusſancti proceſſione. Traſconis cæde. Aureoli obitu. Amoromi deditione oblata: & Eclipſi Lunæ. E

Cap. XCVII.

Claſſis Conſtantinopol. *al. Comiaclum.*

CLaſſis Conſtantinopoli miſſa, primò ad Dalmatiam, deinde Venetiam appulſa eſt. Cúmque ibi hyemaret, pars eius Connaclum inſulam acceſſit: commiſſóque prælio contra præſidium quod in ea diſpoſitū erat, victa atque fugata in Venetiam receſſit. Dux autem qui claſſi præerat, nomine Paulus, cū de pace inter Francos & Græcos conſtituenda, quaſi ſibi hoc eſſet iniunctum, apud Pipinum Italiæ regem agere moliretur, F † Vvilhareno & Beato, Venetiæ ducibus, omnes conatus eius impedientibus atque ipſi etiam inſidias parantibus, cognita illorū fraude diſceſſit. At in occiduis partibus, domnus Ludouicus rex cum exercitu Hiſpaniam ingreſſus, Dertoſam ciuitatem, in ripa Iberi fluminis ſitam, obſedit: conſumptóque in oppugnatione illius aliquanto tempore, poſtquam eam tam citò capi non poſſe vidit, dimiſſa obſidione, cum incolumni exercitu in Aquitaniam ſe recepit. Poſtquam Ardulfus, rex Nordanhumbrorū, reductus eſt in regnum ſuum, & legati imperatoris atque pontificis reuerſi ſunt: vnus ex eis, videlicet Aldulfus, à pyratis captus eſt (cæteris ſine detrimento traiicientibus) ductúſque ab eis in Britanniam, à quodam Cenulfi regis homine redemptus eſt, Romámque reuerſus. In Tuſcia Populoniū, G ciuitas maritima, à Græcis qui Orobitæ vocātur deprædata eſt. Mauri quoque de Hiſpania Corſicam ingreſſi, in ipſo ſancto paſchali ſabbato ciuitatem quandam diripuerunt; & præter epiſcopum, & paucos ſenes, atque infirmos, nihil in ea reliquerunt. Interea Godefridus rex Danorum per negotiatores quoſdam mandauit, ſe audiſſe quòd Imperator ei fuiſſet iratus, eò quòd in Abodritos anno ſuperiore duxit exercitum, & ſuas vltus eſt iniurias: addens, velle ſe purgare ab eo quod obiiciebatur: fœderis ruptionem ab illis fuiſſe inchoatam prius quàm à ſe bellum. Petebat etiam vt conuentus comitum imperatoris, atque ſuorum iuxta terminos regni ſui ad Albim fieret: in quo res inuicem geſtæ proferri, & emendatione digna inter partes enumerari poſſent. Non abnuit imperator, colloquiúmque trans Albim habitum cum primoribus Danorum, in loco qui H dicitur Badēfliot: multiſque hinc & inde prolatis atque enumeratis rebus negotio penitus infecto diſceſſum eſt. Traſco verò dux Abodritorū, poſtquam filium ſuum poſtulāti Godefrido obſidem dederat, collecta popularium manu, & auxilio à Saxonibus accepto, vicinos ſuos Vultzos aggreſſus, agros eorum ferro & igni vaſtat: regreſtúſque domū cum ingenti præda, accepto iterum à Saxonibus validori auxilio, Smeldingorum maximā ciuitatem expugnat: atque his ſucceſſibus, omnes qui ab eo defecerant, ad ſuam ſocietatem redire coëgit. His ita geſtis, imperator de Arduenna Aquaſgranū reuerſus, menſe Nouēbrio concilium habuit de proceſſione

† Obelerꝰ à Sabellico vocatur.

Nordābūbrorū rex.

Legatorū reditus. *Populoniū diripitur.* *Maurorū irruptio.* *Godefridꝰ Danus.*

al. Trans Albim. *Badēfliot.* *Traſco.*

ſpiritus

A ſpiritus ſancti: quam quæſtionem Ioannes quidam monachus Hieroſolymis primò cómouit. Cuius definiédæ cauſa, Bernharius epiſcopus Vvarmacenſis, & Alahardus abbas monaſterij Corbeiæ, Romam ad Leonem Papam miſſi ſunt. Agitatum eſt etiam in eodem concilio de ſtatu Eccleſiarum, & conuerſatione eorum qui in eis Deo ſeruire dicuntur: nec aliquid tamen definitum eſt, propter rerum (vt videbatur) magnitudinem. Imperator autem, quum ei multa de iactantia & ſuperbia regis Danorũ nuntiarentur, ſtatuit trans Albim fluuium ciuitatem ædificare, Francorúmque in ea ponere præſidium. Cúmque ad hoc per Galliam atque Germaniam homines congregaſſet, armíſque ac cæteris ad vſum neceſſariis rebus inſtructos, per Friſiam ad locum deſtinatum pergere iuſſiſſet; Traſco dux Abodritorum in emporio Reric, ab hominibus Godefridi per dolum interfectus eſt. Sed imperator, poſtquam locum ciuitati conſtruendæ fuerat exploratus, Egbertum comitem huic negotio exequendo præficiens, Albim traiicere, & locum iuſſit occupare. Eſt autem locus ſuper ripam Sturię fluminis, vocabulo Eſelsfelth: & occupatus eſt ab Egberto, & comitibus Saxonicis, circa idus Martias, & muniri cœptus. Aureolus comes, qui in comercio Hiſpaniæ atque Galliæ trans Pyrinæum contra Oſcam & Cæſarauguſtam reſidebat, defunctus eſt: & Amoroz præfectus Cæſarauguſtæ atque Oſcæ, locum eius inuaſit: & in caſtellis illius pręſidia diſpoſuit: miſſáque ad imperatorem legatione, ſeſe cum omnibus quæ habebat, in deditionem illi venire velle promiſit. Eclipſis lunæ contigit vij. Kal. Ianuarij. C

Quæſtio de proceſſione ſpiritus ſancti. *Motus in Danos.* *Traſco perimitur.* *Aureolus comes.* *Amoroz.* *Eclipſis Lunæ.*

De Amoroz præfecti oblatis. Maurorum in Sardiniam & Corſicam irruptione. Motibus in Venetos, Dalmatas, Danos, Friſones, quos Dani vicerunt. De Godefridi Danorum regis (quem Saxo Gotricum appellat) iactantia & cæde. Pipini obitu. Boum lue. Eclipſibus. Amoroz pulſione.

Cap. XCVIII.

Amoroz Cæſar Auguſtæ præfectus, poſtquam imperatoris legati ad eum peruenerunt, petiit vt colloquium fieret, inter ipſum & Hiſpanici limitis cuſtodes: promittens ſe in eo colloquio, cum ſuis omnibus, in imperatoris ditionem eſſe venturum. Quibus licet imperator vt fierent D annuiſſet, multis interuenientibus cauſis remanſit infectũ. Mauri de tota Hiſpania maxima claſſe comparata, primo Sardiniam, deinde Corſicã appulerunt: nullo in ea inuento præſidio, inſulam pene totam ſubegerunt. Interea Pipinus rex, perfidia ducum Veneticorum incitatus, Venetiam bello terra maríque iuſſit appeti. Subiectáque Venetia, ac ducibus eius in deditionem acceptis, eandem claſſem ad Dalmatiæ littora vaſtanda miſit. Sed quum Paulus Cephaleniæ præfectus, cum orientali claſſe ad auxilium Dalmatis ferendum aduentaret, regia claſſis ad propria regreditur. Rhodtrudis filia imperatoris, quæ natu maior erat, viij. Idus Ianua. diem obiit. Imperator verò Aquiſgrani adhuc agens, & contra Godefridũ

Amoroz. *Maurorũ irruptio.* *Pipini in Venetos motus. In Dalmatas.* *al. Hruodtrud.* *Caroli in Danos.*

Normannorum in Friſiã appulſus. Regem expeditionem meditans, nuntium accepit claſſem ducentarum nauium, de Nordmannia in Friſiam appulſam: totáſque Friſiaco littori adiacentes inſulas eſſe vaſtatas: iamque exercitum illum in continenti eſſe; ternaque prælia cum Friſonibus commiſiſſe: Danóſque victores tributum victis impoſuiſſe: & vectigalis nomine cẽtum libras argenti à Friſonibus iam eſſe ſolutas: Regem verò Godefridum domi eſſe: & reuera ita erat. *Dani Friſiones vicerunt.* Qui nuntius imperatorem adeo concitauit, vt miſſis in omnes circumquaque regiones ad congregandum exercitum nuntiis, ipſe ſine mora palatio exiens, primùm quidem claſſi occurrere, deinde, tranſmiſſo Rheno flumine, in loco qui Lippia vocatur copias quæ nondum conuenerant ſtatuit opperiri. Vbi dum aliquot dies moraretur, elephas ille quem ei Aaron Rex Sarracenorum miſerat, ſubita morte periit. Congregatis tandem copiis, quanta potuit celeritate ad Alaram fluuium contendit: caſtriſque iuxta confluentem eius, qua Vviſuræ flumini coniungitur, poſitis, in vanum Godefridi regis præſtolatur aduentum. *Godefridi iactantia.* Nam rex ille vaniſſima ſpe victoriæ inflatus, acie ſe cum imperatore congredi velle iactabat. Sed dum imperator in memorato loco ſtatiua haberet, diuerſarum rerum nuntij ad eum deferuntur. Nam & claſſem quæ Friſiam vaſtabat, domum regreſſam: & Godefridum regem à quodam ſuo ſatellite interfectum. *Cædes.* Caſtellum, vocabulo Hohbuoki, Albiæ flumini appoſitum, in quo Odo legatus imperatoris & orientalium Saxonum erat, à Vultzis captum: & Pipinum filium eius, regem Italiæ, viij. Idus Iulias de corpore migraſſe: *Pipini obitus.* duáſque legationes de diuerſis terrarum partibus, vnam de Conſtantinopoli, alteram de Corduba, pacis faciendæ cauſa, aduentare narratur. Quibus ille acceptis, diſpoſita pro temporis conditione Saxonia, domum reuertitur. *Boũ lues.* Tanta fuit in ea expeditione bouum peſtilentia, vt penè nullus ex tanto exercitu ſupereſſet, quin omnes vſque ad vnum interirent: & non ſolùm ibi, ſed & ſuper omnes imperatori ſubiectas prouincias, illius generis animalium mortalitas immaniſſimè graſſata eſt. Imperator Aquiſgranum veniens, menſe Octobrio memoratas legationes audiuit: pacémque cum Nicephoro imperatore, & cum Abulaze rege Hiſpaniæ fecit. *Legati Nicephori & Abuzalis. al. Abulaz. Hainricũ.* Nam Nicephoro Venetiam reddidit: & Henricum comitem, olim à Sarracenis captum Abuzale remittente recepit. *Eclipſes.* Eo anno ſol & luna bis defecerunt, Sol vij. idus Iunij & pridie Kal. Decemb. Luna xi. Kal. Iul. & xviij. Kal. Ianuar. Corſica inſula à Mauris vaſtata eſt. *Amoroz pulſio.* Amoroz ab Adirama filio Abuzalis, de Cæſarauguſta expulſus, & Oſcam intrare compulſus eſt. *Hẽmingus Danus.* Godefrido Danorum rege mortuo Hemmingus filius fratris eius, in regnum ſucceſſit, & pacem cum imperatore fecit.

De

A *De Legatis pacis ad Nicephorum à Carolo miſsis: De pace cum Hemmingo Danorum rege: & de primoribus vtriúſque: De tribus exercitibus in tres partes à Carolo miſsis, & proſperè reducibus: Pharo i. turri ad Bononiam, quam Bolloniam vocant, conſtituta: & Claſſe Gandaui inſtaurata: Legatis Danorum & Hunorum, Auarum, Sclauorum. Déque Caroli filij imperatoris obitu nuntiato.*

CAP. XCIX.

ABſoluto atque dimiſſo Arſafio Spathario (hoc erat nomen legato
Nicephori imperatoris) eiuſdem pacis confirmandæ gratia, legati
Conſtantinopolim ab imperatore mittuntur, Haido epiſcopus Baſlenſis, *Legati ad*
Hugo comes Turonicus, & Aio Langobardus de Foroiulij: & cum eis *Nicephorum.*
B Leo quidem Spatharius, natione Siculus, & † Vuilleri dux Veneticorum.
Quorum alter ante annos decem Romam ad imperatorem, cum ibi eſſet † *Obelerius.*
de Sicilia profugit: & redire volens in patriam remittitur. Alter propter
perfidiam honore ſpoliatus, Conſtantinopolim ad dominum ſuum duci
iubetur. Condicta inter imperatorem & Hemmingum Danorum re- *Pax cum*
gem pax, propter hyemis aſperitatem quæ inter partes commeandi viam *Dano.*
claudebat, in armis tantum iurata ſeruatur: donec redeunte veris tempe-
rie, & apertis viis quæ immanitate frigoris clauſæ fuerunt, congredien-
tibus ex vtraque parte vtriúſque gentis (Francorum ſcilicet & Danorum)
decem primoribus ſuper fluuium Egidoram, in loco qui vocatur Clatis,
viciſſim ſecundum ritum ac morem ſuum, ſacramentis iuratis, pax con-
C firmatur. Primores autem de parte Francorum hi fuere, Vvalachus comes
filius Bernardi, Burchardus comes, Mirocus comes, Vado comes, Ber- *Primores*
nardus comes, Egebertus comes, Theodoricus comes, Abo comes, Oſt- *Francorũ.*
dagus comes, Vvigmannus comes. De parte verò Danorum, in primis *Proceres*
fratres Hemmingi, Hancum & Angandeo. Deinde cæteri honorabiles *Danorum*
inter ſuos viri, Offredus cognomento Turdimulo, & Vvarſteinus, & Suo-
nus, & Vrmus, & alius Offridus filius Heiligeni, & Offredus de Sconaonue,
& Hebbi, & Aouus. Imperator verò pace cum Hemmingo firmata, & *Exercitus*
placito generali, ſecundum conſuetudinem, Aquiſgrani habito, in tres *tres.*
partes regni ſui totidem exercitus miſit: vnum trans Albiam in Liuones: *In Liuones.*
qui & ipſos vaſtauit, & caſtellum Hohbuoki ſuperiori anno à Vultzis de-
ſtructum in ripa Albiæ fluminis reſtaurauit. Alterum in Pannonias, ad
D controuerſias Hunorum finiendas. Tertium in Brittones, ad eorum *Hunos.*
perfidiam puniendam. Qui omnes, rebus proſpere geſtis, incolumes re- *Brittones.*
greſſi ſunt. Ipſe autem interea imperator, propter claſſem, quam anno
ſuperiore fieri imperauit, videndum, ad † Bononiã ciuitatem maritimam, *Bolloniam*
vbi eædem naues congregatæ erant, acceſſit: Pharúmque ibi ad naui- *Farus.*
gantium curſus dirigendos antiquitus conſtitutam reſtaurauit: & in ſum-
mitate eius nocturnum ignem accendit. Et inde ad Scaldim fluuiũ veni-
ens, in loco qui vocatur Gand, naues ad eandem claſſem ædificatas aſpe- *Gandauũ.*
xit: & circa medium Nouembrium Aquiſgranum venit. Obuiauerunt ei *Legati*
venienti legati Hemmingi regis, Aouus & Hebbi, munera regis & verba *Danorũ.*

pacifica deferentes. Fuerunt etiam Aquiſgrani aduentum eius expectantes qui de Pannonia venerunt, Camzauci princeps Auarum & Tudim, & alij primores, ac duces Sclauorum circa Danubium habitantium : qui à ducibus copiarum, quæ in Pannoniam miſſæ fuerant, ad præſentiã principis iuſſi venerunt. *Caroli filij mors.* Interea Carolus filius domini imperatoris, qui maior natu erat, pridie Nonas Decembres diem obiit : & imperator Aquiſgrani hyemauit. E

De Hennungi ſeu Hemmigi obitu: & regni Danorum inter hæredes contentione & cæde: De Harioldi ſeu Haraldi & Ragenfredi Danorum regno. De Nicephori obitu. Michaëlis ſucceſſione: & legatis pacis. Claſſe Maurorum in Corſicam & Sardiniam aduentante. Normannorum in Scotia ſtrage. De pace cum Abulamo Sarraceno. cum Beneuentanis: cum Vultzis & Danis. F

CAP. C.

Hemmigi obitus. al. Anulo. NEc multo pôſt Hemmingus Danorũ rex defunctus nuntiatur. Cui cum Sigifridus nepos Godefridi regis, & Amilo nepos Herioldi & ipſius ſuccedere voluiſſent, neque inter eos vter regnare deberet conuenire potuiſſet: *Heredum cedes.* comparatis copiis & commiſſo prælio ambo moriuntur. Pars tamen Amilonis adepta victoria, fratres eius Harioldum & Ragenfridum, *al. Reginfridum.* reges ſibi conſtituunt. Quam neceſſariò pars victa ſecuta, eoſdem ſibi regnare non abnuit. In eo prælio decem millia DCCCC. XL. viri cecidiſſe narrantur. *Nicephorus obit.* Nicephorus imperator poſt multas & inſignes victorias, in Mœſia prouincia commiſſo cum Bulgaris prælio moritur: G *Michael imperator* & Michaël, gener eius factus Imperator, Legatos domini imperatoris Caroli, qui ad Nicephorum miſſi fuerunt, & Conſtantinopoli ſuſcepit & abſoluit. Cum quibus & legatos ſuos direxit, Michaëlem ſcilicet epiſcopum & Arſafium atque Theognoſtũ protoſpatharios : *Legati pacis.* & per eos pacem à Nicephoro inceptam confirmauit. Nam Aquiſgrani, vbi ad imperatorem venerunt, ſcriptum pacti ab eo in eccleſia ſuſcipientes, more ſuo, id eſt Græca lingua, dixerunt imperatorem eum & Baſileum appellantes: *Baſileum .i. regem.* & reuertendo Romam venientes, in baſilica ſancti Petri Apoſtoli, eundem pacti ſeu fœderis libellum à Leone papa denuo ſuſceperunt. Quibus dimiſſis: imperator generali conuentu Aquiſgrani ſolenniter habito, *Bernard⁹.* Bernardum filium Pipini nepotem ſuum in Italiam miſit: & propter famam *Claſſis Maurorũ.* claſſis, quæ de Aphrica & de Hiſpania, ad vaſtandam Italiam, ventura H dicebatur, Vualanem filium Bernardi patruelis ſui, cum illo eſſe iuſſit, quoadúſque rerum euentus ſecuritatem noſtris afferret. Hæc claſſis partim in Corſicam partim in Sardiniam venit. *Normãnorum à Scottis ſtrages.* Claſſis etiam Normannorum Hyberniam Scottorum inſulam aggreſſa, commiſſoque cum Scottis prælio, parte non modica Nordmannorum interfecta, turpiter fugiendo domum reuerſa eſt. *Pax cum Sarracenis.* Pax cum Abulaz rege Sarracenorum facta. *Beneuentanis Vultzis.* Item cum duce Beneuentanorum Grimoaldo : & tributi nomine xxv. millià ſolidorum auri à Beneuentanis ſoluta. Expeditio facta ad Vultzos: & ab eis obſides accepti. Harioldus & Ragenfridus reges Danorum, miſſa ad imperatorem

A imperatorem legatione pacem petunt,& fratrem ſuum Hemmingum ſibi remitti rogant. Robertus abbas ſancti Germani monaſterij vita deceſſit. Irmino quoque prudentiſſimus vir, loco eius ſucceſſit. Hoc anno idibus Maij poſt meridiem ſolis eclipſis fuit.

Roberto Abbate S.Germani à pratis mortuo ſuccedit Irmino. 811.

Eclipſis.

(IRMINO PRVDENTISSIMVS) Non hic tantum, ſed etiam infrà. lib. 5. cap. 34. prudentiſſimus appellatur. Propterea Carolo Magno à conſiliis fuit: eúmque tam pacis quam belli tempore vt plurimum ſequebatur. Teſtamentum quod ipſe Imperator anno Chriſti 811. de bonis ſuis mobilibus fecit, ſuo chirographo roborauit. Et in diœceſi Xantonenſi cum eo conſtitutus eccleſiam Leſignenſem ſiue Liſiniacam in honorem ſancti Germani Parrhiſiorum Antiſtis haud procul à Ionzaco erexit: in èaque Galterium Leſignenſem pluréſque alios nobiles (qui à Saracenis occiſi fuerant) ſepeliuit. Ob quod pietatis opus, Carolus Imperator amplam circumquáque regionem (quæ nũc Caſtellaniæ Ionzaci nomine continetur) noſtræ S.Germani Pariſienſis Baſilicæ dedit. Sed Irmino obtinuit vt nepoti ſuo clientelæ iure poſſidenda traderetur: Ita tamen vt ineundo authoramentum B huius tanti prædij, ſeu (vt vulgo loquuntur) faciendo homagium, tam ipſe quam eius ſucceſſores, præter iuſiurandum clientelæ fidelitatis, darent Abbati S.Germani, qui pro tempore fuerit, duodecim cultros menſales ſine vaginis, & vnum corium cerui decenter expolitum ac præparatum ad cooperiendos eccleſiæ libros. Quod etiamnum obſeruatùr, quoties nouus Ionzaci dominus exſurgit.

Eginhartus illud refert.

De legatione ad Michaelem imperatorem Conſtantinopo. De Ludouici in conſortium imperij aſſumptione: Bernardi in regnum Italiæ: de conſiliis cauſa reformationis eccleſiæ: De pace cum Nordmannis Danis: & de Danorum geſtis: De inſidiis Mauris poſitis & earum vltione & ſtrage: De Michaelis imperatoris monachatu: Leonis imperio & Bulgarorum fuga.

CAP. CI.

C IMperator Aquiſgrani hyemauit: & incipiente verna tẽperie, Amalharium Treuerenſem epiſcopum, & Petrum abbatem monaſterij Nonantulas, propter pacem cum Michaele imperatore confirmandam Conſtantinopolim miſit. Ac deinde, habito generali conuentu, euocatum ad ſe apud Aquiſgranum filium ſuum Ludouicum Aquitaniæ regem, coronam illi impoſuit, & imperialis nominis conſortem fecit: Bernardúmque nepotem ſuum, Pipini filij ſui filium, Italiæ præfecit, & regem appellari iuſſit. Concilia quoque, eius iuſſu, ſuper ſtatu eccleſiarum corrigendo, per totam Galliam ab epiſcopis celebrata ſunt. Quorum vnum Magontiæ, Alterum Remis, Tertium Turonis, Quartum Cabillonis, Quintum Arelati congregatum eſt: & conſtitutionum quæ in ſingulis factæ ſunt, collatio coram imperatore in illo conuentu habita. Quas D qui noſſe voluerit, in ſupradictis quinque ciuitatibus inuenire poterit: quamquam & in archiuo palatij exemplaria illarum habeantur. Miſſi ſũt de hoc conuentu quidam Francorum & Saxonum primores trans Albim fluuium ad confinia Normannorum, qui pacem ſecundum petitionem regum illorum facerent, & fratrem eorum redderent. Qui cum pari numero (nam ſexdecim erant de primatibus Danorum) in loco deputato occurriſſent, iuramentis vtrinque factis pax confirmata, & regum frater eis redditus eſt: Qui tamen eo tempore domi non erant, ſed ad Vueſtarfoldam cum exercitu profecti. Quæ regio vltima regni eorum, inter ſeptentrionem & occidentem ſita, contra Aquilonem Britanniæ ſummi-

Legati.

Ludouicus cõſors imperij.

Bernardus rex Italiæ.

Concilia reformatoria.

Normãni qui Nortvvegi nunc dicuntur.

Vueſtar folda.

catem reſpicit: Cuius principes ac populus, eis ſubiici recuſabant. Quibus perdomitis, cùm reuerſi eſſent, & fratrem ab imperatore miſſum recipiſſent, filij Godefridi regis & ex primoribus Danorum non pauci, qui iamdudum relicta patria apud Suecones exulabant, comparatis vndique copiis bellum eis intulerunt: & confluentibus ad ſe paſſim ex omni Danorum terra popularium termis, commiſſo prælio, etiam regno non multo eos labore pepulerunt. Mauris de Corſica ad Hiſpaniam cum multa præda redeuntibus, Irmingarius comes Emporitanus in Maiorica inſidias poſuit, & octo naues eorum cepit: in quibus quingentos, & eo amplius, Corſos captiuos inuenit. Hoc Mauri vindicare volentes, Centumcellas Thuſciæ ciuitatem, & Niceam prouinciç Narbonenſis vaſtauerunt. Sardiniam quoque aggreſſi, commiſſoque cum Sardis prælio, pulſi ac victi & multis ſuorum amiſſis receſſerunt. At Michael imperator Bulgaros bello appetens, haud proſperis ſucceſſibus vtitur: ac proinde domum reuerſus, depoſito diademate monachus efficitur. In cuius locum Leo Bardæ patricij filius, imperator conſtituitur. Crumas rex Bulgarorum, qui Nicephorum imperatorem ante annos duos interfecit, & Michaelem de Mœſia fugauit, ſecundis rebus elatus, cum exercitu vſque ad ipſam Conſtantinopolim acceſſit: & iuxta portam ciuitatis caſtra poſuit. Quem mœnibus vrbis obequitantem Leo imperator, eruptione facta incautum excepit, & grauiter vulneratum fugiendo ſibi conſulere, ac in patriam turpiter redire, coëgit.

Suecones. Inſidiis capti Mauri. Cẽtũcellæ Nicea. Mauri victi. Michael imp. fit monachus. Leo imperat. Crumas. Bulgarus fugatur.

E F

De Caroli magni ad ſuperos tranſitu, & Ludouici ſucceſſoris eius geſtis: & legationibus ad imperatores vltro citóque miſſis: Beneuentanorum tributo, Danorum regũ conflictu: & Harioldi ſeu Haraldi confugio. G

CAP. CII.

DVm Carolus imperator Aquiſgrani hyemaret, anno ætatis ferè ſeptuageſimo primo, regni autem XLVII. ſubactæque Italiæ XLIII. ex quo verò imperator & Auguſtus appellatus eſt anno XIIII. V. Kalend. Februarias rebus humanis exceſſit. Cuius rei nuntium cùm Ludouicus filius eius, in Aquitania apud Theoduadum villam (vbi & ipſe tunc hybernabat) plurimis deferentibus accepiſſet, triceſimo poſtquam id acciderat die Aquiſgranum venit: ſummoque omnium Francorum conſenſu ac fauore patri ſucceſſit, & ad ſuſcepti regni adminiſtrationem cura conuerſa, primo legationes gentium, quæ ad patrem venerant, auditas abſoluit: alias deinde ſimili modo ad patrem quidem miſſas, ad ſe verò venientes, ſuſcepit: inter quas præcipua fuit legatio de Conſtantinopoli directa. Nam Leo Imperator qui Michaeli ſucceſſerat, dimiſſo Amalhario epiſcopo & Petro abbate (qui ad Michaelem quidem miſſi, ad ſe autem venerunt) legatos ſuos Chriſtophorum Spatharium & Gregorium diaconum cum eis ad domnum Carolum, & per eos deſcriptionem & confirmationem pacti ac fœderis miſit. Quibus ſuſceptis atque dimiſſis, domnus Ludouicus legatos ſuos, Nordbertum Regienſem epiſcopum,

Anno chriſt. 814. Caroli magni tranſitus. Ludouicus emp. II. Legationes.

H

A epiſcopum, & Richonium Pictauium comitem, ad Leonem imperatorem ob renouandam ſecum amicitiam & prædictum pactum confirmandum, direxit. Habitóque Aquiſgrani generali populi ſui conuentu, ad iuſtitias faciendas, & oppreſſiones populorum releuandas legatos ad omnes regni ſui partes dimiſit. Bernardum regem Italiæ, nepotem ſuum, ad ſe euocatum, muneribus donatum in regnum remiſit. Cum Grimoaldo Beneuentanorum duce pactum fecit atque firmauit, eo modo quo & pater: ſcilicet vt Beneuentani tributum, annis ſingulis, ſeptem millia ſolidum darent. Tunc duos ex filiis ſuis Hlotharium in Baioariam, Pipinum in Aquitaniam miſit. Harioldus & Regnifridus reges Danorum, *al. Ragenfridus.* qui anno ſuperiore à filiis † Godefridi victi & regno pulſi fuerunt, reparatis *† Gotrici.* B viribus iterum eis bellum intulerunt. In quo conflictu, & Regnifridus & vnus de filiis Godefridi, qui maior natu erat, interfectus eſt. Quo facto Harioldus rebus ſuis diffidens ad imperatorem venit, & ſe in manus illius commendauit. Quem ille ſuſceptum in Saxoniam ire, & opportunum tempus expectare, iuſſit: quò ei, ſicut petierat, auxilium ferre poſſet.

De expeditione Ludo. imperatoris in Danos & eorum inter ſe conflictu. De coniuratione in Leonem Pont. max. De legatione & donis Sardorum: De fœdere cum Sarracenis icto prius rupto: De terræmotu graui & inundatione Rheni: Romanorúmque in Leo. pont. ſæuitia. CAP. CIII.

C IVſſum eſt ab imperatore, vt Saxones & Abodriti ad hanc expeditionem præpararentur: tentatúmque in illa hyeme duabus vicibus, ſi Albia tranſiri poſſet: ſed mutatione ſubita, aëris mollitie glacie fluminis reſoluta, negotium remanſit imperfectum: donec tandem hyeme tranſacta, circa medium ferè Maium menſem opportunum proficiſcendi tempus adriſit. Tunc omnes Saxonici comites omnéſque Abodritorum copiæ, cum legato imperatoris Balderico, ſicut iuſſum erat ad auxilium Harioldo ferendum, trans Egidoram fluuium in terram Normannorum *al. Silendi.* vocabulo Sialandiam perueniunt. Et inde profecti, ſeptimo tandem die *Sialandia Nordmãnorũ regio.* in littore Oceani caſtra ponunt. Ibique ſtatiuis triduò habitis, cum filij Godefridi (qui contra eos magnis copiis & ducentarum nauium claſſe D comparata, in inſula quadam tribus milibus à continenti ſeparata reſidebant) congredi non auderent, vaſtatis circunquaque vicinis pagis, & acceptis popularium obſidibus XL. ad imperatorem in Saxoniam reuerſi *Pardeburne.* ſunt. Ipſe rex, tunc temporis, in loco qui dicitur Padrebrunno generalem populi ſui conuentum habebat. Ibi ad eum orientalium Sclauorum primores & legati venerunt. Sed antequam illuc veniret, & cum adhuc domi eſſet, allatum eſt ei quoſdam de primoribus Romanorum, ad interficiendum Leonem Papam, in ipſa vrbe Roma conſpiraſſe: Ac deinde, cùm hu- *Cõſpiratio in Leonem Papam.* ius cauſæ iudicium ad pontificem eſſet delatum, omnes illius factionis auctores, illius iuſſu fuiſſe trucidatos. Quod cum moleſtè ferret, ordinatis

† *Franc-fordia.* tuńc Sclauorum & Harioldi rebus, ipſoque in Saxonia dimiſſo, cùm ad † Franconofurd palatium veniſſet, Bernardum regem Italiæ nepotem ſuum, qui & ipſe cum eo in Saxonia fuerat, ad cognoſcendum quod nuntiebatur Romam mittit. Is cùm Romam veniſſet ægritudine decubuit: res tamen quas compererat, per Geroldum comitem, qui ad hoc ei legatus fuerat datus, imperatori ſignificauit. Quem legati pontificis, Ioannes epiſcopus Syluæ candidæ & Theodorus noméclator & Sergius dux ſubſecuti, de his quæ domino ſuo obiiciebantur per omnia imperatori ſatisfecerunt. *Legati Sardorũ.* Legati Sardorum de Carali ciuitate, dona ferentes venerunt. *Fœdus cũ sarracenis violatur.* Pax quæ cum Abulaz rege Sarracenorum facta, & per triennium ſeruata erat, velut inutilis rupta, & contra eum iterum bellum ſuſceptum eſt. Nordbertus epiſcopus & Riconius comes de Conſtantinopoli regreſſi, deſcriptionem pacti, quod Leo imperator eis dederat, detulerunt. Qui *Terræmotus.* inter cætera terræmotum grauiſſimum menſe Auguſto per continuos quinque dies ibi contigiſſe retulerunt: quo & ipſius vrbis ædificia complura cecidiſſe, & aliarum ciuitatum populos ruinis oppreſſos eſſe teſtati ſunt. Sed & in Gallia Santonis, ciuitas Aquitaniæ, menſe Septembri dicitur tremuiſſe, *Rheni excrementũ.* Rhenus fluuius Alpinis imbribus auctus vltra ſolitum exundauit. *Ro. in Leonẽ ſæuitia.* Romani cum Leonem Papam ægritudine decubuiſſe viderent, collecta manu omnia prædia, quæ idem pontifex in ſingularum ciuitatum territoriis nouiter conſtruxit primo diripiunt, deinde immiſſo igne cremant. Tum Romam ire ſtatuunt, & quæ ſibi erepta querebantur violenter, auferre. Quo comperto, Bernardus rex miſſo manu, per Vvinigiſum ducem Spoletanum, & ſeditionem illam ſedauit, & eos ab incepto deſiſtere fecit: quæque geſta erant per legatos ſuos imperatori nuntiauit.

De expeditione in Sorabos Sclauos: de Vaſconũ coniuratione ſubacta: De Stephano Papa Remis Ludouicum conueniente: & de Legatis Hiſpaniæ.

CAP. CIIII.

Sclaui ſubacti. HYeme tranſacta, Saxones & orientales Franci expeditionem in Sorabos Sclauos, qui dicto audientes non erant, facere iuſſi, imperata ſtrenuè compleuerunt: & contumacium audaciam non magno labore compreſſerunt. Nam vna ciuitate expugnata, quicquid in ea gente rebelli videbatur, ſubiectione promiſſa, conquieuit. *Vaſconum coniuratio.* Vaſcones qui trans Garonnam & citra Pyrenæum montem habitant, propter ſublatum ducem ſuum, nomine Sigivvinum (quem imperator ob nimiam eius inſolentiam, ac morum prauitatem, inde ſubſtulerat) *Vaſcones natura leues.* ſolita leuitate commoti, coniuratione facta omnimoda defectione deſciuerunt. Sed duabus expeditionibus ita ſũt edomiti, vt tarda eis deditio & pacis impetratio videretur. *Stephanus V. pont. max.* Interea dominus Leo Papa, anno pontificatus ſui circiter XXI. V. Calend. Iunij, de corpore migrauit: Sephanúſque diaconus in locũ eius electus atque ordinatus eſt. Nondumque duobus poſt conſecrationem ſuam exactis menſibus, quã maximis poterat itineribus ad imperatorem venire contendit:

A cõtẽdit: miſſis interim duobus legatis, qui quaſi pro ſua cõſecratione imperatori ſuggererent. Quod vbi imperator audiuit, Remis ei ſtatuit occurrere. Miſſiſque obuiam his qui eum illò deducerent, aduentum eius præueniens cum magno eum ibidem honore ſuſcepit. Qui ſtatim imperatori aduẽtus ſui cauſam inſinuans, celebratis ex more miſſarum ſolenniis, eum diadematis impoſitione coronauit. Multis deinde inter eos muneribus & datis ac acceptis conuiuiiſque opiparè celebratis, & amicitia viciſſim firmiſſimo robore conſtituta, aliiſque vtilitatibus ſanctæ Dei eccleſiæ pro temporis opportunitate diſpoſitis, pontifex Romam, imperator Compendij palatium petiit. Ibi commoratus, legatos Abodritorum, & de Hiſpania legatos Abdirahmam, filij Abulaz, regis ad ſe miſſos ſuſcepit. Completiſque ibi xx. vel eo amplius diebus, Aquiſgrani
B ad hyemandum profectus eſt.

De cauſa legationis Abdirahmani Sarraceni & imperatoris Græci: ac Harioldi Dani: De eclipſi lunæ & cometæ: Stephaniq́ue pont. obitu: De porticus in imperatorem ruina: Lotharij in conſortium imperij aſſumptione: Déque legatis Leonis imperatoris: De Abodritorum defectione & eius cauſa: & de tyrannide Bernardi regis Italiæ: & coniurationis eius capitibus.

Cap. CV.

Legati Abdirahmam filij Abulaz regis Sarracenorum de Cæſarauguſta miſſi pacis petendæ gratia venerunt: & Compendij, ab impe- *Legati Hiſpani & Conſtantinopolitani.*
C ratore auditi, Aquiſgrani eùm præcedere ſunt iuſſi. Quò cùm imperator perueniſſet, legatũ Leonis imperatoris de Cõſtantinopoli, pro Dalmaticorum cauſa miſſum, nomine Nicephorum, ſuſcepit. Quem etiam, quia Cadolachus ad quem illorum confinium cura pertinebat, non aderat, & breui tamen venturus putabatur, aduentum illius iuſſit opperiri. Quo veniente, ratio inter eum & legatum imperatoris, de quæſtionibus quas idem detulit, habita eſt: & quia res ad plurimos & Romanos & Sclauos pertinebat, neque ſine illorum præſentia fieri poſſe videbatur, illò decernanda differtur. Miſſúſque eſt ad hoc, cum Cadalone & prædicto legato, in Dalmatiam Albigarius Mirochi nepos. Legati etiam Abdirahmam, cum tribus menſibus detenti eſſent, & iam de reditu deſperare cœpiſſent,
D remiſſi ſunt. Filij quoquè Godefridi regis Danorum, propter aſſiduam *Legatio Danorum.* Herioldi infeſtationem, miſſa ad imperatorem legatione pacem petunt, eámque à ſe ſeruandam pollicentur. Sed cùm hæc ſimulata magis quàm veracia viderentur: velut inania neglecta ſunt, & auxilium contra eos Herioldo datum. Luna nonis Februarij, hora noctis ſecunda, defecit. *Eclipſis.* & Cometes in ſigno Sagittarij. *Cometes.* Interea Stephanus Papa, tertio poſtquàm Romã venerat menſe ſed nõdũ exacto, circiter VIII. Kalend. Februarij diẽ obiit. *Steph. pap.* Cui Paſchalis ſucceſſor electus, poſt completã ſolenniter ordinationẽ *Paſch. pon.* ſuã, & munera & excuſatoriã imperatori miſit epiſtolã: in qua ſibi nõ ſolũ *Paſchalis epiſtola.* nolẽti, ſed etiã plurimũ renitẽti, põtificatꝰ honorẽ velut impactũ aſſeuerat.

Miſſa tamen alia legatione, pactum quod cũ prædeceſſoribus ſuis factum fuerat, & ſecum fieri & firmari rogauit. Hanc legationem Theodorus nomenclator & detulit, & ea quæ petierat impetrauit. Feria quinta, qua cœna domini celebratur, cum imperator ab eccleſia peracto ſacro officio remearet, lignea porticus per quam incedebat (cum & fragili materia eſſet ædificata, & tunc marcida & putrefacta, quæ contignationem & tabulatum ſuſtinebât tranſtra pondus aliquod ferre nõ poſſent) incedentem deſuper imperatorem, ſubita ruina, cum x x. & eo amplius hominibus qui vna ibant, ad terram vſque depoſuit. Qui caſus cum pleróſque ex his qui ſimul deciderant grauiter affeciſſet: illi tamen nihil aliud læſionis intulit, præter quòd capulo gladij quo accinctus erat pectoris pars ſiniſtra contuſa eſt, & auris dextra in parte poſteriore vulnerata, femur quoque dextrum cuiuſdam ligni pondere iuxta inguina colliſum. Sed inſtantia medicorum qui ei curam adhibebant, ſumma celeritate conualuit. Nam viceſima poſtquàm id acciderat die Nouiomagum profectus, venatu ſeſe exercebat. Vnde reuerſus, generalem populi ſui conuentum Aquiſgrani, more ſolito, habuit: in quo filium ſuum primogenitum Lotharium, coronauit, & nominis atque imperij ſui ſocium ſibi conſtituit. Cæteros reges appellatos, vnum Aquitaniæ, alterum Baioariæ præfecit. Conuentu peracto, cum Voſegi ſaltum venandi gratia peteret, obuios habuit legatos Leonis imperatoris. Quos cum in Ingilenhemi palatio, iuxta Magonciacam ciuitatem audiſſet, ac legationem eorum non aliam eſſe, niſi quam Nicephorus eiuſdem imperatoris legatus proximè attulerat compeiſſet: celeriter abſolutos dimiſit, & quò tendebat proficiſcitur. Nuntiatáque defectione Abodritorum & Sclaomiri, comitibus tantũ qui iuxta Albim in præſidio reſidere ſolebant, vt terminos ſibi cõmiſſos tuerentur per legatum mandauit. Cauſa defectionis erat, quòd regiam poteſtatẽ, quam Sclaomirus eatenus poſt mortem Thraſconis ſolus ſuper Abodritos tenebat, cum Ceadrago filio Thraſconis partiri videbatur. Quæ res illum tam grauiter exacerbauit, vt affirmaret ſe nunquam poſt hac Albim fluuium tranſiturũ, neque ad palatium venturum. Statim miſſa trans mare legatione, iunxit amicitias cum filiis Godefridi: & vt exercitus in Saxoniam Tranſalbianam mitteretur impetrauit. Nam & claſſis eorum per Albiam vſque ad Eſeſfeldem caſtellum venit, quæ totã Sturiæ fluminis ripam deuaſtauit: & Gluomus cuſtos Normannici limitis, pedeſtres copias ducens, ſimul cum Abodritis terreſtri itinere ad ipſum caſtellum acceſſit. quibus cùm noſtri fortiter reſtitiſſent, omiſſa caſtelli oppugnatione diſceſſerunt. Interea cum imperator venatione peracta de Voſego Aquaſgranum reuerteretur, nuntiatum eſt ei Bernardum nepotem ſuum Italiæ regem, quorundam prauorum hominum conſilio tyrannidem meditatum, iam omnes aditus quibus ad Italiam intratur, id eſt excluſas, impoſitis firmaſſe præſidiis: atque omnes Italiæ ciuitates in illius verba iuraſſe. Quod ex parte verum, ex parte falſum erat. Ad quos motus cõprimendos, cũ ex tota Gallia atque Germania congregato

Porticus ſeu veſtibuli ruina in imperatorem.

Lotharius fit conſors imperij.

Legati imperatoris Conſtantinopol.

Abodritorũ defectio.

Bernardus tyrannidẽ affectat.

ſumma

A ſumma celeritate magno exercitu, imperator Italiã intrare feſtinaſſet: Bernardus rebus ſuis diffidens, maximè quòd ſe à ſuis quotidie deſeri videbat, armis depoſitis apud Cabillonem ſe imperatori tradidit. Quẽ cæteri ſecuti, non ſolùm armis depoſitis ſe dediderunt; verùm vltro & ad primam interrogationẽ omnia vti geſta erant aperuerunt. Huius coniurationis principes fuêre, Eggideo inter amicos regis primus, & Reginhardus camerarius eius, & Reginharius Meginharij comitis filius. Cuius maternus auus, Hardradus, olim in Germania cũ multis ex ea prouincia nobilibus cõtra Carolũ imperatorẽ coniurauit. Erãt præterea & alij multi præclari & nobiles viri, qui in eodem ſcelere deprehenſi ſunt: inter quos & aliqui epiſcopi, Anſelmus Mediolanenſis, & Vvolfoldus Cremonenſis, & Theo-B dulfus Aurelianenſis.

De ſententia in coniuratos lata & eius executione: De Britonum rebellium punitione: Irmingardis obitu: Eclipſi ſolis: De legatis Beneuentanis & aliis auditis.

Cap. CVI.

DEtecta fraude & coniuratione patefacta, ac ſeditioſis omnibus in poteſtatem ſuam redactis, imperator Aquiſgranum reuertitur. Tranſactóque quadrageſimali ieiunio, paucis poſt ſanctum paſcha diebus coniurationis auctores (qui ſuperius nominati ſunt) ſimul & re-C gem, iudicio Francorum capitali ſententia cõdẽnatos, luminibus tantùm iuſſit orbari: Epiſcopos ſynodali decreto depoſitos, monaſteriis mancipari: Cæteros (prout quiſque vel nocentior vel innocentior apparebat) vel exilio deportari, vel detondi, atque in monaſteriis conuerſari. Atque his ita diſpoſitis, ipſe cum maximo exercitu Britanniam aggreſſus, generalẽ conuentum Veneris habuit. Inde memoratã prouinciam ingreſſus, captis rebellium munitionibus, breui totã in ſuam poteſtatem nõ magno labore redegit. Nam poſtquã Nortmannus, qui in ea parte, ſolito Britonibus more, regiam ſibi vendicauerat poteſtatem, ab exercitu imperatoris occiſus eſt; nullus Brito inueniebatur qui reſiſteret, aut qui imperata facere, obſidéſve qui iubebantur, dare renueret. Qua expeditione cõpleta, cùm imperator dimiſſo exercitu Andegauos ciuitatem eſſet reuerſus, Irmin-D gardis regina coniunx eius, quam proficiſcens ibi ægrotãtem dimiſerat, duobus diebus poſt quàm ipſe ad eam venit, morbo inualeſcente, v. nonas Octobris deceſſit. Eclipſis ſolis contigit VIII. Idus Iul. Imperator per Rothomagum & per Ambianos & Camaracum, Aquiſgranum ad hybernandũ reuerſus, cum Heriſtaliũ veniſſet, obuios habuit legatos Sigonis ducis Beneuentanorum, dona ferentes, eúmque de nece Grimaldi ducis, anteceſſoris ſui, excuſantes. Erant ibi & aliarum nationum legati, Abodritorũ videlicet, ac Bornæ ducis Guduſcanorũ & Tunotianorũ: qui nuper à Bulgarorũ ſocietate deſciuerant, & ad noſtros fines ſe cõtulerant. Simul & Liudevviti ducis Pannoniæ inferioris: qui res nouas moliens,

Animaduerſio in coniuratos.

Vennes.

al. Normannus. In Britannos.

Irmingardis obitus.

Eclipſis.

al. Cardolanum.

Cadolachum comitem & marchæ Foroiulienſis præfectum crudelitatis atque inſolentiæ accuſare conabatur. Quibus ibi auditis atque dimiſſis, imperator Aquiſgranum ad hyemandum profectus eſt. E

De Sclaomiro ad Ludo. Imperat. adducto & in exilium miſſo: ſimiliter & de Lupo in exilium miſſo: eccleſiaſtici ſtatus reformatione: Iudith vxore imperatoris: Liudevviti rebellione: Cadolachi obitu: Balderici victoria. Bornæ conatibus: Vaſconum pacatione: Harioldi ſeu Haraldi Dani in Daniam profectione.

Cap. CVII.

SClaomir Abodritorum rex, ob cuius perfidiam vlciſcendam exercitus Saxonum Orientalium Francorum eodem anno trans Albiam miſſus fuerat, per præfectos Saxonici limitis & legatos imperatoris qui exercitui præerant, Aquiſgranum adductus eſt. F Quem cum primores populi ſui, qui ſimul iuſſi venerant, multis criminibus accuſarent, & ille rationabili defenſione ſibi obiecta refellere non valeret, exilio condemnatus eſt: & regnum Ceadrago Traſconis filio datum. Simili modo & Lupus Centulli Vaſco (qui cum Berrugario Tholoſæ & Vvarino Aruerni comite eodem anno prælio conflixit, in quo & fratrem Garſandum ſingularis amentiæ hominem amiſit, & ipſe niſi ſibi fugiendo conſuluiſſet, propè interitum fuit) cum in conſpectum imperatoris veniſſet, ac de perfidia, cuius à memoratis comitibus immaniter accuſabatur, ſe purgare nõ potuiſſet, & ipſe temporali eſt deportatus exilio. Conuentus Aquiſgrani poſt natalem domini habitus: G in quo multa de ſtatu eccleſiarũ & monaſteriorũ tractata atque ordinata ſunt. Legibus etiam capitula quædã perneceſſaria, quia deerant, conſcripta atque addita ſunt. Quo peracto imperator inſpectis plæriſque nobilium filiabus, Huelpi comitis filiam nomine Iudith duxit vxorem. Itemque conuentus menſe Iulio apud Ingilenheim palatiũ habitus. Exercitus de Italia in Pannoniã propter Liudevviti rebellionẽ, miſſus. Verũ rebus parũ proſperè geſtis, infecto penè negotio regreſſus eſt: & Liudevvitus ſuperbia elatus, legatos quaſi pacẽ petendo, ad imperatorẽ miſit: conditiones quaſdã proponens, ad quarum conceſſionem, ea quæ iuberentur ſe facturũ pollicebatur. Quas cũ imperator nõ reciperet, aliáſque ei per ſuos legatos proponeret, permanendũ ſibi in inchoata perfidia, velut optimũ iudicans: miſſis circũquaq; legatis, H vicinas iuxta ſe gentes ad bellum ſollicitare curauit. Tunocianorum quoque populum, qui dimiſſa Bulgarorum ſocietate, ad imperatorem venire ac ditioni eius ſe permittere geſtiebat, ne hoc efficeret ita intercepit, ac falſis perſuaſionibus illexit: vt omiſſo quod facere cogitabat, perfidiæ illius ſocius & adiutor exiſteret. Exercitu verò de Pannonia reuerſo, Cadolech dux Foroiulienſis febre correptus in ipſa marcha deceſſit. Cui cum Baldericus eſſet ſubrogatus, & in Carantinorum regionem, quæ ad ipſius curã pertinebat, fuiſſet ingreſſus, obuium ibi habuit Liudevviti exercitũ. Quẽ iuxta Drauũ fluuiũ iter agẽtẽ parua manu aggreſſus, pluribus interfectis

Sclaomir' rex in exiliũ mittitur.

Lupus exulat.

Intelligit additionẽ primã ad capitulare regum Anſegiſi Abbatis: quod hodie beneficio P. Pithoei impreſſũ habetur.

Ludouicus imper. Iudith vxorem duxit.

Liudevviti rebellio.

A interfectis & auertit, & de illa prouincia fugauit. Borna verò dux Dalmatiæ; cum magnis copiis ad Colapium fluuium Liudevvito ad ſe venienti occurrens, in prima congreſſione à Guduſcanis deſeritur: auxilio tamen prætorianorũ ſuorum protectus euaſſit. Periit in eo prælio Dragamoſus ſocer Liudevviti: qui in exordio defectionis, relicto genero, Bornæ ſe coniunxerat. Guduſcani domum regreſſi iterum à Borna ſubiguntur. At Liudevvitus occaſionem nactus, cũ valida manu Decẽbrio menſe Dalmatiã ingreſſus, ferro & igni cuncta deuaſtauit. Cui cũ Borna ſe penitus imparẽ cõſpiceret, omnia ſua caſtellis incluſit: & ipſe cũ delecta manu nunc à tergo, nũc à latere inſiſtens, Liudevviti copias & noctu & interdiu, quacũque poterat, lacerauit. Neque eũ in ſua prouincia impunè verſari permiſit. Ad extremũ graui dãno affectũ, regione ſua coëgit excedere, tribus B hominũ millibus de exercitu illius interfectis, & trecentis vel eo amplius camelis captis, præter ſarcinas & ſpolia diuerſi generis direpta. Quæ qualiter geſta fuerint, per legatos ſuos imperatori nũciare curauit. At in partibus occiduis Pipinus imperatoris filius, iuſſu patris, Vaſconiã cũ exercitu ingreſſus, ſublatis ex ea ſeditioſis, totã eã prouinciã ita pacauit: vt nullus in ea rebellis aut inobediens remãſiſſe videretur. Harioldus quoq; iuſſu imperatoris ad naues ſuas per Abodritos reductus in patriã, quaſi regnum ibi accepturus, nauigauit. Cui ſe duo ex filiis Godefridi, quaſi vnà cum eo regnum habituri, ſociaſſe dicuntur, aliis duobus patria expulſis. Sed hoc dolo factum putatur. Imperator conuentu dimiſſo, primò Cruciniacum, deinde Bingiam veniens, ſecunda aqua Confluentem vſque per Rhenum C nauigauit: inde Arduennam venandi gratia proficiſcitur. Venatorio quoque exercito (more ſolenni) ibidem exacto, Aquiſgrani ad hyemandum reuertitur.

Bornæ conatus. *al. caballis.* *Vaſconum pacatio.* *Harioldus Danus in Daniam proficiſcitur.* *al. Crucimacum.*

De expeditione in Liudevvitum Bornæ conſilio. Beræ in ſingulari pugna oppreſſione: Liudevviti in caſtellum receptione: de fœdere cum Abulamo icto & rupto, de Nortmannis pyraticis à Flandris & Sequanæ oſtiis pulſis: Aquitaniam verò prædatis: peſtilentia tetra: Aëris & imbriũ intẽperie graui & eclipſi lunæ.

Cap. CVIII.

Menſe Ianuario conuentus ibidem habitus: in quo de Liudevviti defectione deliberatum eſt, vt tres exercitus ſimul, ex tribus partibus, ad deuaſtandam eius regionem, atque ipſius audaciam coërcendam mit- D terentur. Borna quoque primò per legatos, deinde ipſe veniens, quid ſibi facto opus eſſe videretur ſuggeſſit. In eo conuentu Bera comes Barcinonæ qui iam diu fraudis: & infidelitatis à vicinis ſuis inſimulabatur, cum accuſatore ſuo equeſtri pugna confligere conatus, vincitur. Cúmque, vt reus maieſtatis, capitali ſententia damnaretur, parſum eſt ei miſericordia imperatoris & Rothomagum in exilium deportatus eſt. Tranſacta hyeme, vt primùm herba pabulum iumentis præbere potuit, tres illi exercitus cõtra Liudevvitum mittuntur. Quorum vnus de Italia per Alpes Noricas. alter per carantanorum prouinciam, tertius per Baioariam & Pannoniam ſuperiorem, intrauit. Et duo quidem, id eſt dexter & ſiniſter, tardius

ingreſſi ſunt, eò quòd vnus Alpium tranſitu, hoſtium manu reſiſtente, E
prohibebatur. Alter & longitudine itineris, & Drauo flumine, quod traiiciendum erat impediebatur. Medius autem qui per Carantaneos intrabat quamquam in tribus locis ei reſiſteretur, feliciore vſus fortuna, ter hoſte ſuperato, Drauo etiam tranſmiſſo, celerius ad loca deſtinata peruenit. *Liudevvitii in caſtellum receptio.* Contra hæc Liudeuvitus nihil molitus, munitione tantum caſtelli, quod in arduo monte conſtruxerat, ſe ſuóſque continuit: & nec belli nec pacis, vel per ſemetipſum vel per legatos, vllum cum eis ſermonem habuiſſe dicitur. Exercitus verò poſtquam in vnum conuenerunt, totam penè regionem ferro & igni deuaſtantes, haud vllo graui damno accepto, domum reuerſi ſunt. Is tamen qui per Pannoniã ſuperiorem iter fecerat, in tranſitu Draui fluminis, ex locorum & aquarum inſalubritate, ſoluti ventris incommodo grauiter affectus eſt: & pars eius non modica F
hoc morbo conſumpta eſt. Ii tres exercitus, de Saxonia & orientali Francia & Alemannia & Baioaria quoque atque Italia congregati ſunt. Quibus domũ reuerſis, *ali. Carniolenſes.* Carmolenſes qui circa Sauũ fluuium habitabant & Foroiulienſibus penè contigui ſunt, Baldrico ſeſe dediderunt. Idẽ & pars Carantanorum, quæ ad Liudevviti partes à nobis defecerat, facere curauit. *Fœdus cũ Abulamo. al. Abulaz.* Fœdus inter nos & Abulamum regem Hiſpaniæ conſtitutum: & neutræ parti ſatis proficuum conſultò ruptum, bellúmque aduerſus eum ſuſceptum eſt. In Italico mari octo naues negotiatorum de Sardinia ad Italiam reuertentium, à piratis captæ ac demerſæ ſunt. De Normannia verò *Normãni à Flãdrẽſibus deprehenſi.* tredecim piraticæ naues egreſſæ, primò in Flandrenſi littore prædari molientes, ab his qui in præſidio erant repulſæ ſunt: vbi tamen ab eis, propter G
cuſtodum incuriam, aliquot caſæ viles incenſæ, & paruus pecoris numerus abactus eſt. In oſtio Sequanæ ſimilia tentantes, reſiſtentibus ſibi littoris cuſtodibus, quinque ſuorum interfectis irritæ receſſerunt. Tandem in Aquitanico littore proſperis vſæ ſucceſſibus, vico quodam qui vocatur *Peſtilentia* Bundium ad integrum depopulato, cũ ingenti præda ad propria reuerſæ ſunt. Hoc anno, propter iuges pluuias, & aërem nimio humore ſolutum, magna incommoda contigerunt. Nam & hominum & boum peſtilentia *Anni intẽperies.* tam immanis longè latéque graſſata eſt; vt vix vlla pars totius regni Francorum, ab hac peſte immunis atq; intacta poſſet inueniri. Frumenta quoque & legumina imbrium aſſiduitate corrupta, vel colligi non poterant, vel collecta computreſcebant. Vinum etiam (cuius paruus prouentus eo- H
dem anno fuit) propter caloris inopiã acerbum & inſuaue fiebat. In quibuſdam verò locis, de inundatione fluminum aquis in plano ſtagnantibus, autumnalis ſatio ita impedita eſt; vt penitus nihil frugum ante vernam temperiem ſeminaretur. *Eclipſis lunæ.* Luna defecit VIII. Kal. Decem. hora noctis ſecunda. Imperator poſt actum Cariſiaci conuentum, autumnalémque venationem (ex more) completam, Aquiſgranum reuerſus eſt.

A *De bello in Liude-v-vitum & Hiſpanos conſultatione: de confirmata regni inter filios diuiſione: Pontificis legatis: Bornæ obitu: Leonis imperatoris cæde: Fortunati epiſcopi fuga: Lotharij Hymenæus: Ludouici imperatoris in coniurationis conuictos clementia: de rebus Danicis: Sclaomiri aut Sclaomiris obitu: de anni intemperie & hyemis aſperitate.*

CAP. CIX.

COnuentus mẽſe Febuario Aquiſgrani habitus:& in eo de bello Liu- *De bello*
devvitico tractatum:ac tręs exercitus ordinati, qui futura æſtate per- *cõſultatio.*
fidorum agros, per vices vaſtarent. Simili modo de marcha Hiſpana con-
ſtitutum:& hoc illius limitis præfectis imperatum. Iterúmque cóuentus,
B menſe Maio Nouiomagi habendus condictus eſt, comites qui illuc veni- *Nouiomagum.*
rent deputati. Eò dominus imperator, poſt feſti paſchalis expletionem,
per Moſam nauigauit: ibíque conſtitutam annis ſuperioribus, atque con-
ſcriptam inter filios ſuos regni partitionem recenſuit, ac iuramentis opti-
matum, qui tunc adeſſe poterant, confirmauit. Suſceptíſque ibidem Paſ-
chalis Romani pontificis legatis, Petro videlicet Centumcellenſi epiſco- *Legati Paſchalis põt.*
po & Leone nomenclatore, eiſdémque celeriter abſolutis, comitibus etiã
quí aderant ad expeditionem Pannonicam deſtinatis, ipſe paululum ibi-
dem remoratus, Aquiſgranum reuerſus eſt: & poſt paucos dies per Ar-
duennam iter faciens, Treueros ac Mettos venit. Indeque Rumerici caſtel-
lum petens, reliquum æſtiui caloris & autumni dimidium exercitatione
C venatoria, in Voſegi ſaltu atque ſecretis, exegit. Interea borna dux Dalma- *borna obit*
tiæ atque Lyburniæ ex hac luce migrauit:& petẽte vniuerſo populo atque
ipſo etiam imperatore conſentiente, nepos illius nomine Ladiſlaus ſuc-
ceſſor ei conſtitutus eſt. Allatum eſt & de morte Leonis Conſtantinopo- *Leo imperator cæſ°.*
litani imperatoris, quòd conſpiratione quorundam optimatum ſuorum,
& præcipue Michaelis comitis domeſticorum, in ipſo palatio ſit interem-
ptus: Qui ſuffragio ciuium, & prætorianorum militum ſtudio, infulas im-
perij ſuſcepiſſe dicitur. Fortunatus patriarcha Gradenſis, cùm à quodam *Fornati patriarcha Gradẽſis fuga.*
preſbytero ſuo (nomine Tyberio) apud imperatorem fuiſſet accuſatus,
quòd Liudevvitum ad perſeuerandum in perfidia qua cœperat hortare-
tur, eumq́ue ad caſtella ſua munienda, artifices & murarios mittendo, iu-
uaret, & ob hoc ad palatium ire iuberetur, primò velut iuſſionem imple-
D turus, in Iſtriam profectus eſt: inde ſimulato reditu ad Gradum ciuitatem
(nullo ſuorum, præter eos cum quibus hoc tractauerat, ſuſpicante) nactus
occaſionem clàm enauigauit: veniénſque Iaderam ciuitatem Dalmatiæ,
Ioanni præfecto prouinciæ illius fugæ ſuæ cauſas aperuit. Qui eum ſtatim
naui impoſitum Conſtantinopolim miſit. Medio menſe Octobrio, con-
uentús generalis apud Theodonis villam, magna populi Francorum fre-
quentia celebratur: in quo domnus Lotharius, primogenitus domini im-
peratoris Ludouici, Irmingardem, Hugonis comitis filiam, ſolenni more
duxit vxorem. Illuc etiam legati ſanctæ Romanæ eccleſiæ, Theodorus Pri-
micerius ac Florus, ſuper iſta cum magnis venêre muneribus. Affuerunt &

comites in eodem conuentu iam de Pannonia regreſſi: qui depopulata deſertorum & Liudevvito adhærentium vniuerſa regione, cùm nullus eis copiam pugnandi feciſſet, domum regreſſi ſunt. Eminuit in hoc placito piiſſimi imperatoris miſericordia ſingularis, quam oſtendit ſuper eos, qui cum Bernardo nepote ſuo in Italia contra caput & regnum ſuum cõiurauerunt. Quibus ibi ad præſentiam ſuam venire iuſſis, non ſolùm vitam & membra conceſſit, verùm etiam poſſeſſiones, iudicio legis in fiſcũ redactas, magna liberalitate reſtituit. Adhalardum quoque de Aquitania, vbi exulabat, euocatum, Corbiæ monaſterij, vt prius fuerat, abbatem ac rectorem eſſe iuſſit. Cũ quo & Bernardum fratrem eius reconciliatum, eidem monaſterio reddidit. Completíſque his quæ ob regni vtilitatem inchoauerat, & ſacramento quod apud Nouiomagum pars optimatum iurauerat, generaliter conſummato, ipſe Aquaſgranum reuertitur: filium autem Lotharium, poſt nuptias ritu ſolenni celebratas, ad hyemandum Vvormatiam miſit. De parte Danorum omnia quieta eo anno fuerunt: & Harioldus à filiis Godefridi in ſocietatem regni receptus. Quæ res tranquillum inter eos huius temporis ſtatum feciſſe putatur. Sed quia Ceadragus, Abodritorum princeps, perfidiæ & cuiuſdam cum filiis Godefridi factæ ſocietatis notabatur, Sclaomir æmulus ei⁹ in patriam remittitur. Qui cùm in Saxoniã veniſſet, ægritudine decubuit, perceptóque baptiſmatis ſacramento defunctus eſt. Autumnalis ſatio iugitate pluuiarum, in quibuſdam locis impedita eſt: cui hyems in tantum prolixa ſucceſſit & aſpera, vt non ſolum minores riui ac mediocres fluuij, verùm ipſi maximi ac famoſiſſimi amnes, Rhenus videlicet, ac Danubius Albíſque ac Sequàna, cæteráque per Galliam atque Germaniam oceanum petentia flumina, adeo ſolida glacie ſtringerẽtur, vt tricenis, vel eo amplius diebus, plauſtra huc atque illuc commeantia, velut pontibus iuncta, ſuſtinerent. Cuius reſolutio, non modicum villis iuxta Rheni fluenta conſtitutis damnum intulit.

Ludouici in cõiuratos pietas. *al. Corbeia* *aliàs Bernhardum.* *Hariold⁹ in partẽ regni receptus.* *al. Ficta.* *Sclaomiri obitus.* *Anni intẽperies.* *Hyems aſperrima.*

E F G

De ceſpite prodigioſè ſublato, Sabellicus tamen arborem dicit in fine ennea. viii. & de aggere prodigioſe eiecto: de vvinnigiſi ducis monachatu & obitu: Ludouici pœnitentia publica: Liudevviti ad Sorabos perfugio & perfidia: De caſtro à Saxonibus ædificato: de geſtis in Hiſpania: expeditione in Britones Lotharij in Italiam miſſione: Pipini nuptiis: & legatis orientalibus.

CAP. CX.

Ceſpes mirus mirè ſublatus. *al. Ceſpis.*

IN regione Thuringorum, quodam in loco iuxta flumen, ceſpes longitudine pedum quinquagenum, latitudine quatuordenum, altitudine ſeſquipedali de terra ſine manibus & præciſus & ſublatus eſt: & ab eo loco in quo ſumptus eſt, viginti quinque pedum ſpatio diſtans inuentus eſt. Item in parte orientali Saxoniæ, quę Soraborum finibus contigua eſt, in quodam deſerto loco, iuxta lacum qui dicitur Aruſeus, in modum aggeris terra intumuit, & limitem, vnius leucę longitudine porrectũ ſub vnius noctis ſpatio, abſque humani operis molimine, ad inſtar vallis ſubrexit.

H

Vvingiſus

A Vvinnigiſus dux Spoletanus iam ſenio cõfectus, habitu ſæculari depoſito, *Agger* monaſticę conuerſationi ſe mancipauit. Ac non multò pòſt, tactus corpo- *prodigioſe erectus.* ris infirmitate deceſſit. In cuius locum Suppo, Brixię ciuitatis comes ſubſti- *Vvinnigiſus fit monachus obitque.* tus eſt. Dominus imperator cõſilio cũ epiſcopis & optimatib⁹ ſuis habito, fratribus, quos inuitos tõderi iuſſit, reconciliatus eſt: & tam de hoc facto, quàm etiam de his quæ erga Bernardum filium fratris ſui Pipini, necnon *Suppo dux* & his quæ contra Adhalardum abbatem (vt ſuprà dictum eſt) & fratrem eius Gualachum geſta ſunt, publicam confeſſionem fecit, & pœnitentiam egit. Quod tamen in eodem conuentu, quem eodem anno mẽſe Auguſto *Confeſſio* Attiniaci habuit, in præſentia totius populi peregit. In quo quicquid ſi- *Ludouici* milium rerum vel à ſe, vel à patre ſuo factum inuenire potuit, ſumma *imperatoris.*
B deuotione emendare curauit. Exercitus de Italia, propter Liudevviticum bellum conficiendum, in Pannoniam miſſus eſt. Ad cuius aduẽtum, Liudevvitus, Sciſca ciuitate relicta, ad Sorabos (quæ natio magnam Dalma- *Liudevviti ad Sorabos fuga perfidiaq́ue.* tiæ partem obtinere dicitur) fugiendo ſe contulit: & vno ex ducibus eorum, à quo receptus eſt, per dolũ interfecto, ciuitatẽ eius in ſuã redegit ditionem. Miſit tamen ad exercitum imperatoris legatos ſuos: quibus ad eius præſentiam ſe venire velle promiſit. Saxones interea iuſſu imperatoris, caſtellum quoddam trans Albiam, in loco cui Delbanda nomen eſt, ædificant, depulſis ex eo Sclauis qui illud prius occupauerant: pręſidiúmque Saxonum in eo poſitum eſt, contra incurſiones illorum. Comites marchæ Hiſpanicæ trans Sicorim fluuium in Hiſpaniam profecti, vaſta- *Hiſpaniæ res.*
C tis agris, & incenſis compluribus villis, & capta non modica præda, regreſſi ſunt. Simili modo poſt æquinoctium autumnale, à comitibus marchæ Britannicæ, in poſſeſſionem cuiuſdam Britonis qui tũc rebellis extiterat, nomine Vvihomarci, expeditio facta: & omnia ferro & igni vaſtata ſunt. *Expeditio in Britones* Peracto conuentu qui Atteniaci habebatur, dominus imperator venandi gratia Arduennam petiit: Lotharium verò filium ſuum in Italiam miſit. Cum quo Vvalachum monachum propinquum ſuum, fratrem videlicet *Lothari⁹.* Adhalardi abbatis, & Gerungum oſtiariorum magiſtrum, vnà direxit: quorum conſilio & in re familiari, & in negotiis ad regni commoda pertinentibus, vteretur. Pipinum autem in Aquitaniam ire præcepit. Quem tamen prius filiam Teutberti comitis Matricenſis in coniugium fecit ac- *Pipinus.* cipere: & poſt nuptias celebratas, ad occiduas partes proficiſci. Ipſe verò
D peracta autumnali venatione, trans Rhenum, ad hyemandum in loco qui Franconofurd appellatur, profectus eſt. Ibíque generali conuentu congregato, neceſſaria quæque, ad vtilitatem orientalium partium regni ſui pertinentia, more ſolenni, cum optimatibus quos ad hoc euocare iuſſerat tractare curauit. In quo conuentu, omnium orientalium Sclauorum, id eſt Abodritorum, Soraborum, Vultzorum, Bohemiorum, Mo- *Orĩtaliũ legati.* ramorum, Prædenecentorum, & in Pannonia reſidentium Auarum *al. Beheimorum.* legationes cum muneribus ad ſe directas audiuit. Fuerunt in eodem con- *al. Marauerum.* uentu & legationes de Normannia, tam de parte Harioldi, quam filiorum Godefridi. Quibus omnibus auditis ac dimiſſis, ipſe in eodem loco,

conſtructis ad hoc opere nouo ædificiis,ſicut diſpoſitum habuerat hyemauit. E

De conuentu orientalibus Francis indicto: diſceptatione fratrum duorum de regno vultzorum: Accuſatione paßiua Ceadragi Abodritorum principis: Lotharij Romam acceßione: & inſignium imperij ſuſceptione: Drogonis rectoratu: Liudevviti morte: De Theodori & Leonis primi apud Papam officij excæcatione & capitali ſupplicio: & de authoris eius per imperatorem inquiſitione: De Paſchalis purgatione ſuſpecta: Ceadragi & Harioldi Compendium vſque acceſſu: de prodigiis & anni intemperie & peſtilentia.

Cap. CXI. F

Orientalis Francia. MEnſe Maio conuentus in eodem loco habitus: in quo non vniuerſi Franciæ primores, ſed de orientali Francia, atque Saxonia, Baioaria, Alemannia, atque Alemanniæ contermina Burgundia, & Rheno adiacentibus regionibus adeſſe iuſſi ſunt. In quo, inter cęteras barbarorum legationes, quę vel iuſſę vel ſua ſponte venerunt duo fratres videlicet Vultzorum, controuerſias inter ſe de regno habentes, ad pręſentiam imperatoris venerunt: quorum nomina ſunt Milegaſtus & Celeadragus. *Vultzorũ fratrũ diſceptatio.* Erant iidem filij Liubi regis Vultzorum: qui licet cum fratribus ſuis regnum diuiſum teneret, tamen propterea quòd maior natu erat, ad eum totius regni ſumma pertinebat. Qui cùm commiſſo cum orientalibus Abodritis G pręlio interiſſet, populus Vultzorum filium eius Milegaſtum, quia maior natu erat, regem ſibi cóſtituit. Sed cùm is ſecundum ritũ gentis cómiſſum ſibi regnum parum dignè adminiſtraret; illo abiecto minori fratri regiũ honorem deferunt. Quam ob cauſam ambo ad pręſentiam imperatoris venerunt: quos quum audiſſet, & gentis voluntatem proniorem in iunioris fratris honorem agnouiſſet, ſtatuit vt is delatam ſibi à populo ſuo poteſtatem haberet: ambos tamen muneribus donatos, & ſacramento firmatos, in patriam remiſit. *Ceadrag⁹ accuſatur.* Accuſatus eſt in eodem placito, apud imperatorem, Ceadragus Abodritorum princeps, quòd ſe erga partem Francorum parum fideliter ageret; & ad imperatoris præſentiam iam diu venire diſſimulaſſet. Propter quod ad eum legati directi ſunt. Cum quibus ille, iterum quoſdam ex primoribus gentis ſuæ ad imperatorem miſit: pérque H illorum verba promiſit, ſe ad proximum hyemis tempus ad illius præſentiam eſſe venturum. *Lotharius Ro. venit.* Lotharius verò cùm ſecundum patris iuſſionem in Italia iuſtitias faceret, & iam ſe ad reuertendum de Italia præpararet, rogante Paſchali Papa Romam venit: & honorificè ab illo ſuſceptus, in ſancto paſchali die, apud ſanctũ Petrũ & regni coronã, & Imperatoris atque Auguſti nomẽ accepit. Inde Papiã regreſſus, mẽſe Iunio ad imperatorẽ venit. qui cũ imperatori de iuſtitiis in Italia à ſe partim factis, partim inchoatis feciſſet indicium; miſſus eſt in Italiam Adhalardus comes palatij, iuſſúmque eſt vt Mauringum Brixię comitem ſecum aſſumeret, & inchoa-

tas

A tas iuſtitias perficere curaret. Drogonem fratrem eius, ſub canonica vita degentem, rectorem conſtituit Mettenſis eccleſiæ, clero eiuſdem vrbis conſentiente atque eligente: eúmque ad pontificatus gradum cēſuit promoueri. In eodem conuentu tempus & locus alterius conuentus habendi condictus eſt, Nouember videlicet menſis, & Compendij palatium. Peractóque placito & dimiſſis primoribus, cùm imperator iam inde digredi ſtatuiſſet, allatum eſt ei de interitu Liudevviti: quòd relictis Sorabis, cũ in Dalmatiam ad Liudevviſlum auunculũ Bornæ ducis perueniſſet, & aliquantum temporis cum eo moratus fuiſſet, dolo ipſius eſſet interfectus. Nuntiatum eſt etiam Theodorum ſanctę Romanæ eccleſię primicerium, & Leonē nomenclatorem generum eius, in patriarchio Lateranēſi primò B excæcatos, ac deinde fuiſſe decollatos: & hoc eis ob hoc contigiſſe, quòd ſe in omnibus fideliter erga partes Lotharij, iuuenis imperatoris, agerent. Erāt & qui dicerent, vel iuſſu vel conſilio Paſchalis pōtificis rem fuiſſe perpetratam: ad quod explorandum ac diligenter inueſtigandum, miſſi ſunt Adalũgus abbas monaſterij ſancti Vedaſti, & Hunfridus comes Curienſis. Sed antequam illi fuiſſent profecti, venerunt legati Paſchalis pontificis, Ioannes epiſcopus Syluæ candidæ, & Benedictus Archidiaconus ſanctæ ſedis Apoſtolicæ, rogantes imperatorem vt illam infamiam à pontifice auferret, qua ille in memoratorum hominum necem conſenſiſſe credebatur. Quibus cùm ille iuxta quòd ratio poſtulabat reſpondiſſet, eóſque dimiſiſſet: prædictos legatos ſuos ad inueſtigandam rei veritatē, ſicut C prius diſpoſuit, Romā ire præcepit. Ipſe verò reliquũ æſtatis tempus in pago Vvarmacenſi, ac deinde in Arduenna ſylua trāſigens, peracta autũnali venatione, ad Kal. Nouemb. (ſicut cōdixerat) Cōpendiũ venit. Legati Romam venientes, rei geſtæ certitudinē aſſequi non potuerũt: quia paſchalis pontifex & ſe ab huius facti communione, cum magno epiſcoporum numero iureiurando purificauit; & interfectores prædictorum hominum, quia de familia ſancti Petri erāt, ſummopere defendēs, mortuos velut maieſtatis reos condemnauit, iuréque cæſos pronunciauit. Atque ob hoc, cũ prædictis qui ad eum miſſi fuerant legatis, Ioannem Syluæ candidæ epiſcopum, & Sergium Bibliothecarium, Quirinum quoque ſubdiaconum, ac Leonem magiſtrum militum, ad imperatorem miſit. Qui cùm tam per illos, quàm per ſuos legatos, de ſacramēto pontificis & excuſatione reorũ, D comperiſſet, nihil ſibi vltrà in hoc negotio faciendum ratus, memoratum Ioannem epiſcopum & ſocios eius, ad pontificem dato conuenienti reſponſo, remiſit. Ceadragus Abodritorum princeps, pollicitationibus ſuis adhibens fidem, cum quibuſdam primoribus populi ſui Compendium venit: dilatíque per tot annos aduentus ſui rationem coram imperatore non improbabiliter reddidit. Qui licet in quibuſdā cauſis culpabilis appareret: tamen propter merita parentum ſuorum, non ſolùm impunitus, verùm muneribus donatus, ad regnũ redire permiſſus eſt. Venerat & Harioldus de Normannia, auxilium petens contra filios Godefridi, qui eum patria pellere minabantur. Ob cuius cauſam diligentius explorandam ad

Drogo rector Mettenſis Eccleſiæ.

Liudevviti mors.

Theodori Leoniſque interitus.

Paſchalis purgatio ſuſpecta.

Ceadrag⁹ Cōpēdium venit.

Harioldi petitio.

Nordmãnorum Dani. Ebbo fidẽ. Dani procat. Prodigia. Terræmotus. Puella à cibo per 10. menſes, abſtinens, infra tamẽca. 113. dicitur, quod vſq; ad triẽniũ ieiuna perſeueraſſe. De alia vide maius miraculũ ibidem in imagine notatum. Igne cæleſti cremata †cõmetẽſi Picturæ ſubit ſplẽdor Grandinis vis. Peſtilẽtia.

eoſdem filios Godefridi Theotharius & Ruodinendus comites miſſi fuerunt:qui & cauſam filiorum Godefridi, & ſtatum totius regni Normannorum diligenter explorantes,aduentũ Harioldi præceſſerunt:& imperatori omnia quæ in illis partibus comperire potuerunt patefecerunt. Cum quibus & Ebbo Remorum archiepiſcopus, qui conſilio imperatoris & auctoritate Romani pontificis,prædicandi gratia ad terminos Danorum acceſſerat æſtate præterita,& multos ex eis ad fidem venientes baptizauerat, regreſſus eſt. Hoc anno prodigia quædam extitiſſe narrantur: in quibus præcipua fuerunt,in Aquenſi palatio terræmotus,& in territorio Tullenſi iuxta villam Commerciacum puella quædam annorum fere duodecim ab omni cibo per decem menſes abſtinens: & in Saxonia in pago qui vocatur Fiuhſazi viginti tres villæ igne cæleſti concrematæ, & fulgura ſereno atque interdiu de cœlo cadentia: At in territorio † Comenſi Italiæ ciuitatis,in vico Grabadona in eccleſia ſancti Ioannis Baptiſtæ imago ſanctæ Mariæ,puerum Ieſum ſuo gremio continens ac Magorum munera offerentium,in abſida eiuſdem eccleſiæ depicta, & ob nimiam vetuſtatem iam penè abolita, tanta claritate per duorum dierum ſpatia effulſit; vt omnem ſplendorem nouæ picturæ,ſuæ venuſtatis pulchritudinem cernentibus penitus vincere videretur. Magorum tamen imagines, præter munera quæ offerebant, minimè claritas illa irradiauit: & in multis regionibus fruges grandinis vaſtatione deletæ: atque in quibuſdam locis, ſimul cum ipſa grandine, veri lapides atque ingentis ponderis decidere viſi. Domus quoque de cœlo tactæ: hominéſque ac cætera animalia paſſim fulminum ictu, præter ſolitum, crebrò exanimata dicuntur. Secuta eſt ingens peſtilentia atque hominum mortalitas, quæ per totam Franciam immaniter vſquequaque graſſata eſt; & innumeram hominum multitudinem diuerſi ſexus & ætatis, grauiſſimè ſæuiendo conſumpſit.

E F G

De Bulgarorum regis legatione: hyemis aſperitate: Lunæ eclipſi: Supponis & Paſchalis obitu: Eugenij electione: Lotharij gratulatione: Britonica expeditione: Michaelis imperatoris legati: Venetorum patriarcha: conſultatione ſuper imaginum è templis deletione: De Abodritorum querela in Bulgaros: de comitibus Spoletanis: Vaſconum ſtrage & ducum captione per inſidias: De Ro. per Lotharium correctione & glaciei è cœlo caſu.

Cap. CXII.

H

Bulgarorũ regis legatio. Hyems prolixa. Eclipſis lunæ.

REx verò Bulgarorum,velut pacis faciendæ gratia,legatos ad imperatorem cum litteris miſit. Quos ille cùm audiſſet, ac litteras quæ allatę fuerant legiſſet; rei nouitate non immeritò permotus,ad explorandum diligentius inſolitę,& nunquam prius in Franciam venientis, legationis cauſam, Machelinum quendam de Baioaria,cum ipſis legatis ad memoratum regem Bulgarorum direxit. Interea hyems aſpera valdéque prolixa facta eſt: quæ non ſolùm cætera animalia, verùm etiam homines quóſdã immanitate frigoris extinxit. Luna defecit pridie Non. Mart. hora noctis ſecunda.

A ctis ſecunda. Suppo dux Spoletanus deceſſiſſe nunciatur. Interea legati Romani pontificis Romam regreſſi, eundem valida infirmitate detentum ac morti proximum inuenerunt. Qui etiam, paucis poſt aduentum illorum exactis diebus, vita deceſſit. In cuius locum cùm duo per contentionem populi fuiſſent electi; Eugenius archipreſbyter tamen tituli ſanctæ Sabinæ, vincente nobilium parte, ſubrogatus atque ordinatus eſt. Cuius rei nuntium cùm Quirinus ſubdiaconus, vnus ex his qui priori legatione fungebantur, ad imperatorem detuliſſet; conuentu circiter VIII. Kalend. Iulij pronunciato, atque Compendij habito, ipſe ad Britannicam expeditionem per ſe faciendam animo intento, Lotharium filium imperij ſocium, Romam mittere decreuit: vt vice ſua functus, ea quæ rerum neceſſitas flagitare videbatur, cum nouo pontifice populóque Romano ſtatueret atque firmaret. Et ille quidem ad hæc exequenda, poſt medium Auguſtum in Italiam profectus eſt: imperator verò iter quod in Britanniam facere parauerat, propter famem, quæ adhuc præualida erat, vſque ad initium autumni aggredi diſtulit. Tum demum adunatis vndique omnibus copiis Redonas ciuitatem, terminis Britanniæ contiguam, venit: & inde diuiſo in tres partes exercitu ſuo, duobus ſcilicet partibus filiis ſuis, Pipino & Ludouico, traditis, tertiáque ſecum retenta, Britanniam ingreſſus, totam ferro & igni deuaſtauit. Conſumptíſque in hac expeditione quadraginta, vel eo amplius diebus, acceptis quoque à perfido Britonum populo quos imperauerat obſidibus, ad Rothomagenſem ciuitatem, vbi coniugem ſe opperiri iuſſerat, ad XV. Kalend. Decemb. reuerſus eſt. Nam & illuc legatos Michaelis imperatoris, qui ad eum mittebantur, ſibi occurrere iuſſit. Cum quibus & Fortunatus patriarcha Veneticorum regreſſus ad eius venit præſentiam. Sed legati imperatoris literas & munera deferentes, pacis confirmandæ cauſa ſe miſſos eſſe dicentes, pro Fortunato nihil locuti ſunt. Inter cætera tamen ad legationem ſuam pertinentia, quædam de imaginum veneratione protulerunt: propter quæ ſe Romam ire, atque apoſtolicæ ſedis præſulem conſulere debere dixerunt. Quos cùm legatione eorum audita ac reſponſo reddito abſolueret; Romam vt ſe velle dicebant, ducere iuſſit. Fortunatum etiam de cauſa fugæ ipſius percontatus, ad examinandum eum Romano pontifici direxit: ipſe Aquiſgrani, vbi hyemare ſtatuerat, profectus eſt. Quò cùm veniſſet, & D ibi natalem domini celebraſſet, allatum eſt ei quòd legati Bulgarorum eſſent in Baioaria. Quibus obuiam mittens, ipſos quidem vſque ad tempus congruum ibidem fecit opperiri. Cæterum legatos Abodritorum, qui vulgò Prædenecenti vocantur, & contermini Bulgaris Daciam Danubio adiacentem incolunt, qui & ipſi aduentare nuntiabantur illico venire permiſit. Qui cùm de Bulgarorum iniqua infeſtatione quererentur, & contra eos auxilium ſibi ferri depoſcerent; domum ire, atque iterum ad tempus Bulgarorum legatis conſtitutum redire iuſſi ſunt. Suppone apud Spoletum (ſicut dictum eſt) defuncto, eundem ducatũ Adalhardus comes palatij, qui iunior vocabatur, accepit. Qui cum vix quinque men-

Obit' Supponis. Paſchalis Papa I. moritur. 824. Eugenius Papa 2.

B *Lotharius Ro. it.*

Pipinus Redonas venit. Rénes. Britones victi.

C *Legati Michaelis et Venetorum.*

De imaginũ ſãctorũ deletione.

Legati Bulgarorum. Legati Abodritorũ.

Adalbardus comes Spoletanꝰ.

ſes eodem honore potitus eſſet,correptus febre deceſſit. Cui cùm Moringus Brixiæ comes ſucceſſor eſſet electus,nuntio honoris ſibi deputati accepto,lecto decubuit;& paucis interpoſitis diebus vitam finiuit. E

Æblus & Aſinarius in inſidiis capti.

Æblus & Aſinarius comes cum copiis Vaſconum ad Pampilonem miſſi,cum peracto iam ſibi iniuncto negocio reuerterentur,in ipſo Pyrennæi montis iugo,perfidia Montanorum in inſidias deducti ac circumuenti, capti ſunt, & copiæ quas ſecum habuêre penè vſque ad internecionem deletæ. Et Æblus quidem Cordubam miſſus: Aſinarius verò eorum miſericordia qui eum ceperant, quaſi qui conſanguineus eorum eſſet, domum redire permiſſus eſt.

Lotharius Ro. corrigit.

Lotharius verò iuxta patris mandatum Romam profectus,ab Eugenio pontifice honorificè ſuſcipitur. Cui cùm iniuncta ſibi patefeciſſet, ſtatum populi Romani,iamdudum quorũdam peruerſitate F præſulum deprauatum,memorati pontificis beneuola aſſentione ita correxit: vt omnes qui rerum ſuarum direptione grauiter fuerant deſolati, de receptione bonorum ſuorum, quæ per illius aduentum Deo donante prouenerat, magnificè ſint conſolati.

Fragmẽtũ glaciei decidit ſuperne.

Hoc anno paucis ante ſolſtitium æſtiuale diebus,in territorio Auguſtidunenſi, aëre in tempeſtatem ſubita mutatione conuerſo, ingens fragmentum ex glacie ſimul cum grandine decidiſſe narratur:Cuius longitudo quindecim, latitudo ſeptem, craſſitudo duos pedes habuiſſe dicitur.

De Bulgarorum legatione audita: de aſtu & perfidia ac cæde Britanni hominis ſeditioſi: de legatis Dannorum: de puellæ ſtupenda abſtinentia ab omni alimento & inſtaurata comeſtione. G

Cap. CXIII.

Legati Bulgarorum.

SAcro paſchali feſto ſolenniter Aquiſgrani celebrato, arridente etiam verna temperie, imperator venandi gratia Nouiomagum profectus, legatos Bulgarorum circa medium Maium Aquiſgranum venire præcepit. Nam tum illuc reuerti ſtatuit,habiturus ibi conuentum,quem de Britannia regreſſus,eo ſe tempore ibidẽ habere velle optimatibꝰ indicauerat. Quò cũ peracta venatione fuiſſet reuerſus, Bulgaricam legationem audiuit.Erat enim de terminis ac finibus inter Bulgaros ac Francos conſtituẽdis.Affuerunt in eodem conuẽtu penè omnes Britanniæ primores:inter

Vvihomarci Britanni aſtus et perfidia.

quos & Vvihomarcus, qui perfidia ſua totam Britanniam conturbauerat,& obſtinatione ſtultiſſima,ad memoratam expeditionem illò faciendam imperatoris animum prouocauerat. H Tandem ſaniore vſus conſilio, ad fidem imperatoris(vt ipſe dicebat) venire non dubitauit.Cui cùm imperator & ignoſceret,& muneribus donatum,vna cum cæteris gentis ſuæ primoribus, domum ire permitteret: promiſſam fidem (vt prius conſueuerat) gentili perfidia commutauit, vicinos ſuos incẽdiis & direptionibus in quantum potuit infeſtare non ceſſans; donec ab hominibus

Cædes.

Lamberti comitis in domo propria circumuentus atque interfectus eſt. Imperator verò audita Bulgarorum legatione, per eoſdem qui ad eum miſſi

A miſſi fuerant legatos, regi eorum miſſis literis prout videbatur reſpondit. Dimiſſoque conuentu, in Voſegum ad Rumuricum montem venandi gratia profectus, filium ſuũ Lothariũ ex Italia regreſſum, ibique ad ſe venientem ſuſcepit. Ac peracta venatione Aquiſgranum rediens, generalem populi ſui conuentum more ſolenni menſe Auguſto habuit. In quo conuentu inter cæteras legationes quæ de diuerſis partibus venerunt, etiam filiorum Godefridi de Nordmannia legatos audiuit: ac pacem, quam iidem ſibi dari petebant, cum eis in marcha eorum menſe Octobrio cõfirmari iuſſit. Completíſque omnibus negotiis, quæ ad illius conuentus rationẽm pertinere videbantur, Nouiomagum cum filio maiore ſeceſſit: minorem verò filium ſuum, Ludouicum in Baioariam direxit. Ipſe autem autumnali venatione completa, circa hyemis initium Aquiſgranum reB uerſus eſt. In territorio Tulléſi iuxta Commerciacum villam, puella quædam annorum circiter duodecim, poſt ſacram communionem quam in paſcha de ſacerdotis manu ſumendo perceperat, primò pane, deinde aliis omnibus cibis & potibus abſtinendo, intantum ieiunaſſe perhibetur: vt nulla penitus corporis alimenta percipiens, ſine omni victus deſiderio plenum triennium compleuerit. Cœpit autem ieiunare anno incarnationis dominicæ DCCC. XXIII. (ſicut in ipſius anni deſcriptione ſuperius annotatum) & hoc anno, id eſt, DCCC. XXV. circa Nouembris menſis initium, peracto ieiunio, eſcam ſumere, ac more cæterorum mortalium manducando, viuere cœpit.

Legati filiorum Godefridi. Nordmanni.

Puella integro triẽnio ab omni cibo & potu abſtinẽs Matthei paris in hiſt. Anglorũ, ſub anno domini 1225. maius miraculũ refert de alia quæ per ſeptenniũ non comedit.

825.

C *De Bulgari poſtulatis: conſultatione ſuper bello in Sarracenos ſuſcipiendo: Legatorum auditione: Ceadragi à ſuis accuſatione: Harioldi cum vxore & liberis baptizatione: Baldrici de Bulgaris denuntiatione: de organorum artifice: Aizonis ſceleribus & fuga: de Abodritorum legatis & rectoribus remiſſis: de reliquiis ſancti Sebaſtiani ad abbatem ſancti Dionyſij miſſis: & miraculis innumeris ad earum præſentiam factis: de Cœnobij ſancti Germani apud Parrhiſios abbate & ædificatore.*

Cap. CXIIII.

CVm regi Bulgarorum legati ſui quid egerint renuntiaſſent, iterum eum quem primò miſerant, ad imperatorem cum literis remiſit: roD gans vt ſine morarũ interpoſitione, terminorũ definitio fieret: vel ſi hoc non placeret ſuos quiſque terminos ſine pacis fœdere tueretur. Cui imperator, quia fama erat Bulgarorum regem à ſuo quodam optimate aut regno pulſum aut interfectum, reſpódere diſtulit: illóque expectare iuſſo, propter famæ certitudinem comperiendam, Bertricum palatij comitem, ad Baldricum & Geroldum comites & Auarici limitis cuſtodes, in Carátanorum prouinciam miſit. Qui cùm reuerſus nihil certi, ſuper iis quæ fama vulgauerat, reportaſſet; imperator legatum ad ſe vocatum ſine literis remeare fecit. Interea Pipinus Rex filius imperatoris (vt iuſſus erat) cum ſuis optimatibus & Hiſpanici limitis cuſtodibus, circiter Kalend. Febru.

Bulgari poſtulata.

al Beldricum.

Cõſultatio cõtra Sarracenos. *Iun.* *Legati plurimi.*

Aquiſgranũ (nam ibi tunc imperator hyemauerat) venit. Cũ quibus cùm de tuendis contra Sarracenos, occidentalium partiũ finibus eſſet tractatũ, E atque diſpoſitum, Pipinus in Aquitaniam regreſſus, æſtatem deputato ſibi loco tranſegit: imperator verò medio menſe Maio Aquiſgrani egreſſus, circiter Kalend. Iul. ad Ingilenheim venit. Habitóque ibi conuẽtu non modico, multas & ex diuerſis terrarum partibus miſſas legationes audiuit & abſoluit. Inter quas præcipua cæteríſque præeminens erat, legatio ſanctæ ſedis Apoſtolicæ, Romanæ videlicet eccleſiæ: qua fungebantur Leo Centumcellénſis epiſcopus & Theophylactus nomenclator. Et de partibus tranſmarinis, Dominicus abbas de monte Olmeti. Legati quoque filiorum Godefridi regis Danorum, pacis ac fœderis cauſa directi. Et de Sclauorum regionibus, quidam Abodritorum primores, Ceadragum ducem ſuum accuſantes. Accuſabatur & Tungo vnus de Sorabo- F rum primoribus, quòd & ipſe dicto audiens non eſſet. Quorum vtrique denunciatum eſt quòd ſi medio Octobrio ad imperatoris generalem cóuentum venire diſtuliſſent, condignas perfidiæ ſuæ pœnas eſſe daturos.

Ceadrag⁹ accuſatur. al. Tũglo. *Harioldus cũ vxore et liberis baptiZatur.*

Venerunt & ex Britonum primoribus illi, quos illius limitis cuſtodes adducere voluerunt. Eodem tempore Harioldus cum vxore & magna Danorum multitudine veniens Magontiacum, apud ſanctum Albanum cum his quos ſecum adduxit baptizatus eſt: multíſque muneribus ab imperatore donatus, per Friſiam qua venerat via reuerſus eſt. Veritus autem piiſſimus imperatór, ne ob tale factum negaretur ei habitatio ſoli naturalis, dedit ei quendam comitatum in Friſia cuius vocabulum eſt Ruiſtri, quò ſe ſuóſque, ſi neceſſitas exigeret, tutò recipere poſſet. G

al. Riuſtri. *Baldrici legatio.* *Geo. presb. organorũ artifex.*

Baldricus verò & Geroldus comites ac Pannonici limitis præfecti, in eodem conuentu affuerunt; & adhuc de motu Bulgarorum, aduerſus nos, nil ſe ſentire poſſe teſtati ſunt. Adduxit verò Baldricus domno imperatori preſbyterum quendam, Georgium nomine, bonæ vitę hominem; qui ſe promitteret organum more poſſe Gręcorum componere. Quem imperator gratanter ſuſcepit: & quia Deus illi, quę ante ſe inuſitata erant regno Francorum attribuebat, gratiarum actiones reddidit: ac Tanculfo ſacrorum ſcriniorum prętato commendauit, publicíſque ſtipendiis curare iuſſit, & ea quæ huic operi neceſſaria forent præparare mãdauit. Condictóque ac pronunciato ad medium Octobrium generali conuentu, cęteris omnibus more ſolenni abſolutis, ipſe trans Rhenum ad H villam, quæ Saltz vocatur cum ſuo comitatu profectus eſt. Ibíque ad eum legati Neapolitanorum venerunt; atque inde accepto reſponſo, ad ſua regreſſi ſunt. Ibi ad eius notitiam perlatum eſt de fuga ac perfidia Aiſonis: quomodo fraudulenter Auſonam ingreſſus, & à populo illo quem dolo deceperat receptus, totam ciuitatem deſtruxit: caſtella eiuſdem regionis, quæ firmiora videbantur, communiuit: miſſóque ad Abdiraman regem Sarracenorum fratre ſuo, auxilium quod petebat, iuſſu eiuſdem regis cótra noſtros accepit. Sed imperator licet huius rei nuntiũ grauiter ferret: nihil tamen inconſultè gerendum iudicans conſiliariorũ

Aizonis fuga et ſcelera.

ſuorum

A ſuorum aduentum ſtatuit opperiri. Tranſactáque autumnali venatione, ad Kalend. Octobris, per Menum fluuium vſque ad Franconofurd ſecunda aqua nauigauit. Inde ad Ingilinheim medio Octobrio veniens, generalem ibi, vt condictum erat, populi ſui conuentum habuit. In quo & Ceadragum Abodritorum ducem, necnon & Tunglonem, qui apud eum perfidiæ accuſabantur, audiuit. Et Tunglonem quidem, accepto ab eo filio eius obſide, domum redire permiſit: Ceadragũ verò, cæteris Abodritis dimiſſimis, ſecum retinuit: miſſiſque ad populum Abodritorũ legatis, ſi eum vulgus regnare vellet, perquirere iuſſit. Ipſe autem Aquiſgranum, vbi hyemare conſtituerat, profectus eſt. Cúmque legati, quos ad Abodritos miſerat, reuerſi, nũtiaſſent variam gentis illius ſuper rege ſuo recipiendo B ſententiã, meliores tamen ac præſtantiores quoſque de illius receptione cõcordare: acceptis ab eo quos imperauit obſidibus, in regnũ ſuum eum fecit reſtitui. Dum hæc aguntur, Hilduinus abbas beati Dionyſij, monaſterij Romam monachos petitionis ſuę baiulos, ad Eugenium ſecundum ſanctæ ſedis Romanæ miſit præſulem, flagitans oſſa beatiſſimi Sebaſtiani martyris ſibi tranſmitti. Cuius deſiderio domnus Apoſtolicus ſatisfaciẽs, per prædictos miſſos ſacratiſſimi Chriſti militis miſit exuuias: quę religioſiſſimè à prędicto viro exceptę v. Idus Decemb. † atque interim cũ loculo vectatorio, vt allatę ſunt, iuxta corpus beati Medardi ſunt poſitæ. Quibus ibi conſiſtentibus, tanta ſignorum ac prodigiorum multitudo claruit, tanta virtutum vis in omni genere ſanitatum, per diuinam gratiam in nomine eiuſdem beatiſſimi martyris enituit: vt à nullo mortalium eo- C rundem miraculorum aut numerus comprehendi, aut varietas verbis valeat enuntiari. Quorum quędam tanti ſtuporis eſſe narrantur, vt humanę imbecillitatis fidem excederent: niſi certum eſſet dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, pro quo idem beatiſſimus martyr paſſus eſſe dignoſcitur, omnia quæ vult facere poſſe per diuinam omnipotentiã: in qua illi omnis creatura in cœlo & in terra ſubiecta eſt. Ipſe autem venerabilis abbas præfatus Hilduinus, inter plurima quæ ei Auguſtali benignitate commiſſa fuerant monaſteria, habebat procurationem cœnobij nobilis in proſpectu vrbis Sueſſorum quod Clotharius quondam rex Francorum, filiúſque eius Sigebertus, in honorem beatiſſimi Medardi confeſſoris Chriſti magnis conſtruxerãt ſumptibus: in quo & eius ſacratiſſima tumulauerant D membra. Simili modo prædictus abbas poſt deceſſum Irminonis, regebat locum ſancti Vincentij Leuitæ & Martyris in ſuburbano vrbis Parrhiſiacæ: vbi precioſus Chriſti confeſſor Germanus requieſcit: quod Childebertus rex quondam Francorum inclytus, frater prædicti regis Clotharij, ædificauit.

Abodritorũ rectores remiſſi.

Reliquia ſancti Sebaſtiani.

† Anno Domini 825. vt annotat Sigebertus.

miracula.

Hilduinus trium opulẽtiſſimorũ cœnobiorũ Abbas: ſãcti Dionyſij (de quo ſupra) ſãcti Medardi, et B. Germani Parrhiſiorum.

De motu Hiſpanico compreſſo: & Aizonis ſceleribus: Abumarnani ibidem graſ- E
ſatione: prodigiis cœleſtibus: Danorum ac Bulgarorum motibus: Paparum obi-
tibus: legatis imperatoris Græcis: & Tranſlatione corporum beatorum Mar-
celli & Petri per Hemardum.

Cap. CXV.

Heliſachar Legatus. IMperator Heliſacharem preſbyterum & abbatem, & cum eo Hilde-
brandum atque Donatum comites, ad motus Hiſpanicæ marchæ cō-
Aizonis facinora. ponendos miſit. Ante quorum aduentum, Aizo Sarracenorū auxilió fre-
tus, multa eiusdem limitis cuſtodibus aduerſa intulit: atque aſſiduis incur-
ſionibus in tantum fatigauit, vt quidā illorum relictis quæ tueri debuerāt
caſtellis, recederent: Defecit ad eum & filius Beræ nomine Vuillemundus, F
al. Berani. necnon & alij cōplures nouarum rerum gentilitia leuitate cupidi: iunctí-
que Sarracenis ac Mauris, Ceritaniam & Vallenſem rapinis atque incēdiis
quotidie infeſtabant. Cúmque ad ſedandos ac mitigandos Gothorum at-
que Hiſpanorum in illis finibus habitantium animos, Heliſachar abbas
cum aliis ab imperatore miſſus, multa & propria induſtria, & ſociorum
conſilio prudenter adminiſtraſſet, Bernardus quoque, Barcinonę comes,
Aizonis inſidiis, & eorum qui ad eum defecerant calliditati ac fraudulen-
tis machinationibus, pertinaciſſimè reſiſteret, atq; eorum temerarios co-
natus irritos efficeret: exercitus à rege Sarracenorum Abdiramano ad au-
xilium Aizoni ferendum miſſus, Cæſarauguſtam veniſſe nuntiatur: ſuprà
quem Abumarnam regis propinquus dux conſtitutus, ex perſuaſionibus G
Aizonis haud dubiam ſibi victoriam pollicebatur. Contra quem impe-
rator filium ſuum Pipinum, Aquitaniæ regem, cum immodicis Francorū
copiis mittens, regni ſui terminos tueri præcepit. Quod ita factum eſſet,
niſi ducum deſidia quos Francorum exercitui præfecerat, tardius quàm
rerum neceſſitas poſtulabat, is quem ducebant ad marcham veniſſet exer-
Abumarnami graſſatio. citus. Quę tarditas in tantum noxia fuit, vt Abumarnam vaſtatis Barſino-
nenſium ac Gerundenſium agris, villíſque incenſis, cunctis etiam quæ ex-
tra vrbes inuenerat direptis, cum incolumi exercitu Cæſarauguſtā ſe prius
reciperet, quàm à noſtro exercitu vel videri potuiſſet. Huius cladis præſa-
Prodigia. gia credita ſunt, viſæ multoties in cœlo acies, & illi terribiles nocturnæ
corruſcationis in aëre diſcurſus. Imperator autem duobus conuentibus
† Nouiomagum. habitis, vno apud † Niumagam, propter falſas Honrici, filij Godefridi re- H
al. Hobrici. gis Danorum, pollicitationes, quibus ſe illuc ad imperatoris præſentiā vē-
turū promiſerat: Altero apud Cōpendium in quo & annua dona ſuſcepit;
& iis qui ad marcham Hiſpanicam mittendi erant, quid vel qualiter agere
deberent imperauit. Ipſe intra Compendium & Cariſiacum, cæteráque
iis vicina palatia, vſque ad hyberni temporis initium conuerſatus eſt.
Danorum motus. Interea reges Danorum, filij videlicet Godefridi, Herioldum de conſor-
tio regni eiicientes, Nordmannorum finibus excedere compulerunt.
Bulgarorū motus. Bulgari quoque Sclauos in Pannonia ſedentes, miſſo per Drauum na-
uali exercitu ferro & igni vaſtauerunt: & expulſis eorum ducibus,
Bulgaricos

A Bulgaricos ſuper eos rectores conſtituerunt. Eugenius Papa menſe Auguſto deceſſit: in cuius locum Valentinus, diaconus à Romanis electus & ordinatus, vix in pontificatu vnum menſem compleuit. Quo defuncto, Gregorius preſbyter tituli ſancti Marci electus eſt, ſed non prius ordinatus, quàm legatus imperatoris Romam venit: & electionem populi qualis eſſet, examinauit. Legati Michaelis imperatoris de Conſtantinopoli ad imperatorem, quaſi propter fœdus confirmandum miſſi, Septembrio menſe Compendium venerunt. Quos ille ibi benignè receptos & audiuit & abſoluit. Ipſo tempore Hemardus, ſui temporis prudentiſſimus virorum, ſanctæ deuotionis incitatus ardore, Romam miſit: & corpora ſanctorum Marcellini & Petri, annuente Papa in Franciam fecit B tranſuehi: & valde decenter in proprio territorio, propriiſque ſumptibus recondidit. Quorum meritis, hactenus, ibi dominus multa operatur virtutum miracula.

Eugenij Papæ. obitus 827. 728.

Gregor. Papa 4.

Legati.

Marcellini & Petri corpora delata.

De animaduerſione in duces Hiſpanicæ expeditionis: & in Baldricum Foroiulienſem: de legatis ad Michaelem imperatorem miſſis: & à pontifice miſſis: de Danorum inter ſe motibus: & cum Francis quos caſtris exuerunt & de eiuſmodi facti deprecatione & purgatione: De Bonifacij comitis egregio facinore: de lunæ eclipſi & prodigio cœleſti.

Cap. CXVI.

CONuentus Aquiſgrani menſe Februario factus eſt. In quo cùm de C multis & aliis cauſis, tum præcipuè de his quæ in marcha Hiſpanica contigerunt ratio habita: & legati qui exercitui præerant, culpabiles inuenti: & iuxta merita ſua, honorum amiſſione mulctati ſunt. Similiter & Baldricus dux Foroiulienſis, cùm propter eius ignauiam Bulgarorum exercitus terminos Pannoniæ ſuperioris impunè vaſtaſſet, honoribus quos habebat priuatus, & marcha quam ſolus tenebat, inter quatuor comites diuiſa eſt. Halitgarius Camaracenſis epiſcopus & Anſfridus abbas monaſterij Nonantilæ, Conſtantinopolim miſſi, à Michaele imperatore (ſicut ipſi inde reuerſi retulerunt) honorificè ſuſcepti ſunt. Imperator Iunio menſe ad Ingelinheim villam venit, vbique per aliquot dies placitum habuit. In quo cùm de filiis ſuis, Lothario & Pipino, cum exercitu ad marcham Hiſpanicam mittendis conſilium iniſſet, & id quomodo fieret or-D dinaſſet, miſſos etiam Romani pontificis, Quirinum primicerium ac Theophylactum nomenclatorem qui ad eum illò venerant, audita illorum legatione dimiſiſſet ad villam † Franconofurd profectus eſt. Ibíque aliquandiu moratus, Vvormatiam venit: atque inde Theodonis villam perrexit. De quo loco Lotharium filium ſuum, cum magnis Francorum copiis, ad Hiſpanicam marcham direxit. Qui cùm Lugdunum veniſſet, cóſedit: opperiens nuncium, qui ſe de Sarracenorum aduentu faceret certioré. In qua expectatione cum Pipino fratre colloquitur: & comperto quòd Sarraceni ad marcham venire aut timerent, aut nollent, redeunte ad Aquitaniam fratre, ipſe ad patrem Aquaſgranum reuertitur. Interea

Baldricus

Legati.

† Franconofordiam.

cùm in finibus Nordmannorum, tam de fœdere inter illos & Francos E
Res Danicæ tractãtur. confirmando, quàm de Herioldi rebus, tractandum eſſet, & ad hoc totius pænè Saxoniæ comites, ſimul cum marchionibus illò conueniſſent; Herioldus rerum gerendarum nimis cupidus, condictam & per obſides firmatam pacem, accenſis ac direptis aliquot Nordmãnorum villis, rupit. Quod audientes filij Godefridi, contractis ſubitò copiis, ad marcham veniunt: & noſtros in ripa Egidoræ fluminis ſedentes, ac nihil tale opinan-
Dani Gallos castris exuunt. tes, tranſito flumine adorti, caſtris exuunt, eíſque in fugam actis cuncta diripiũt, ac ſe cũ omnibus copiis ſuis in ſua caſtra recipiunt. Deinde inito conſilio vt vltionẽ huius facti præuenirent, miſſa legatione ad imperatorem quàm inuiti & quanta neceſſitate coacti id fecerint expoſuerunt: ſe
Danorum deprecatio. tamen ad ſatisfactionem eſſe paratos: & hoc in imperatoris eſſe arbitrio, F qualiter ita fieret emendatum, vt de reliquo inter partes pax firma mane-
Bonifacij comitis bonũ facinus ret. Bonifacius comes, cui tutela Corſicæ inſulæ tunc erat commiſſa, aſſumpto ſecum fratre Berchario, necnon & aliis quibuſdam comitibus de Thuſcia, Corſicam atque Sardiniam parua claſſe circumuectus, cùm nullam in mari piratam inueniſſet, in Aphricam traiecit: & inter Vticam & Carthaginem egreſſus, innumeram incolarum multitudinem ſubitò congregatam offendit: cum qua & prælium conſeruit, & quinquies, vel eo amplius, fuſam fugatámque profligauit. Magnáque Aphrorum multitudine proſtrata, aliquantis etiam ſociorum per temeritatem amiſſis, in naues ſuas ſe recepit: atque hoc facto ingentem Aphris timorem incuſ-
Lunæ eclipſis. ſit. Luna Kal. Iul. primo diluculo, in occaſu ſuo defecit. Similiter & G VIII. Kal. Ianua. id eſt in natali domini, media nocte obſcurata eſt. Ferunt
Prodigia. in regione Vaſconiæ trans Garomnam fluuium, in pago Aginenſi, anno-
al. mannã. nam de cælo pluiſſe ſimilẽm frumento; ſed paulùlum breuiora ac rotundiora grana habentem. De qua domno imperatori allatum eſt ad Aquiſgranenſe palatium. Imperator circa feſtum ſancti Martini Aquaſgranum ad hyemandum venit: ibíque poſitus, totum hyberni temporis ſpatium, in diuerſis conuentibus ob neceſſaria regni negotia congregatis, impendit.

De terræmotu & venti violentia: de falſo Danici motus rumore: De imperatoris exercitatione: & hiſtoriæ repetendæ ratione & auctoribus. CAP. CXVII. H

POſt exactam hyemem, in ipſo ſancto quadrageſimali ieiunio, paucis ante ſanctum Paſcha diebus Aquiſgrani terræmotus noctu factus:
Terræmotus. *Ventus vehemens* ventúſque tam vehemens coortus, vt non ſolùm humiliores domos, verum etiam ipſam ſanctæ Dei genitricis baſilicam (quam Capellam vocant) tegulis plumbeis teſtam, non modica ex parte denudaret. Impera-
Normãnorũ Danorũ motus. tor verò in diuerſis occupationibus vſque ad Kal. Iulij Aquiſgrani moratus, tandem ad generalem conuentum Vvarmatiæ habendum, cum comitatu ſuo menſe Auguſto ſtatuit proficiſci. Sed priuſquam inde promoueret nuntium accepit, Nortmannos velle Tranſalbianam Saxoniæ regionem

A regionem inuadere, atque exercitum eorum, qui hoc facturus eſſet, noſtris finibus appropinquare. Quo nuntio commotus, miſit in omnes Franciæ partes; & iuſſit vt cum ſumma feſtinatione, tota pouli ſui generalitas poſt ſe in Saxoniam veniret; indicans ſimul velle ſe apud Noueſium, medio circiter Iulio, Rhenum tranſire. Sed vbi vana eſſe comperit, quæ de Nortmannis fama diſperſerat, ſicut prius diſpoſitum habebat, medio menſe Auguſto Vuarmatiam venit. Ibíque habito generali conuentu, & oblata ſibi annua dona more ſolenni ſuſcepit: & legationes plurimas, quæ tam de Roma & Beneuento quàm de aliis longinquis terris ad eum venerant, audiuit atque abſoluit. Lotharium quoque filium ſuum, finito illo conuentu, in Italiam direxit: ac Bernardum comi-
B tem Barcinonæ, qui eatenus in marcha Hiſpaniæ præſidebat, camerarium in palatio ſuo conſtituit. Aliis etiam cauſis, quę ad illius placiti completionem pertinere videbantur congruo modo diſpoſitis atque completis, populóque ad ſua ire dimiſſo, ipſe ad autumnalis venationis exercitationem in Franconofurd villam profectus eſt. Qua tranſacta, ad hyemandum Aquiſgranum reuerſus eſt: vbi feſtum ſancti Martini, ac feſtiuitatem beati Andrææ Apoſtoli, necnon & ipſum ſacræ dominicæ natiuitatis diem, cum magna lætitia & exultatione celebrauit. Verùm nunç parumper retrocedamus. Nam dum ſtuduimus geſta glorioſi Caroli Auguſti continuare, omiſimus primordia huius clariſſimi imperatoris Ludouici dilucidare: ſed hoc nobis videtur alterius libri initio congruum
C fore. Quod quamuis fiat, præpoſtero ordine, tamen continuabuntur prima vltimis, omiſſis plurimis in medio iam prælibatis; quæ tamen ſuo loco ſubſtringentur paucis. Nam virtus adeo glorioſo principi coaluerat, vt quamuis pluribus pulſatus (vt in ſequentibus patebit) malis tam domeſticis ſcilicet quàm externis, nullo tamen (Deo cuſtode pectus eius inuincibile, potuit iniuriarum pondere frangi. Vni tantummodo ab æmulis aſſcribebatur culpæ ſubcubuiſſe, eò quòd nimis clemens eſſet. Nos autem cum Apoſtolo dicamus talibus, Dimittite illi hanc iniuriam. Sed hęc vtrum vera ſint nec ne, perlegens quiſque ſcire poterit. Porro quæ ſcripſi vſque ad tempora imperij Francorum, Adhemari nobiliſſimi monachi & deuotiſſimi relatione addidici, qui ei coæuus & connutritus eſt. Poſteriora autem quia ego rebus interfui palatinis, quæ vidi & comperire
D potui, ſtylo contradidi.

Hiſtoriæ repetitio & repetitionis cauſa.

Ludouici imperatoris virtus.

Nota quē huiuſque hiſtoriographum Aimoinus ſequutus fuerit.

FINIS LIBRI QVARTI.

E

LIBER QVINTVS,

IN QVO ACTA CAROLI MAGNI & Ludouici Pij altius repetũntur.

De Caroli magni regis ac imperatoris clariſsimi pietatis ſtudio: Pyrenæi iugi ſuperatione: infauſto ob inſidias reditu: Hildegardæ partu: Præfectorum conſtitutione: deque priuilegio ſancti Germani de Pratis nunc dicti & alio dono.

CAPVT I.

FAMOSISSIMVS regum, nullíque ſuo tempore poſtponendus Carolus, cùm poſt obitum paternum, fratríſque Carlomanni infauſtum occubitum, populi regníque Francorum ſuſcepiſſet vnicum gubernaculum, inuincibile ſibi arbitratus eſt affore ſalutis proſperitatíſque ſuffragium: ſi eccleſiæ paci concordiæque adminiculans, pacificos quidem ſub vnione fraterna arctius vinciret, rebelles æqua ſeueritate percelleret, necnon & oppreſſis à paganis, opem ferret: ſed & ipſos Chriſtiani nominis inimicos, ad agnitionem confeſſionémque veritatis quoquo modo perduceret. His igitur conatibus, regni ſui auſpicia dedicans, & Chriſto tuenda & corroboranda committens, poſtquam res Franciæ prout libuit & vtile iudicauit, Deo annuente compoſuit, ad Aquitaniam tranſiit recidiua bella meditantem: & Hunoldo quodam tyranno auctore iamiámque in arma ruentem bello aggreſſus eſt. Eius ergo terrore coactus eſt idem Hunoldus & Aquitaniam linquere: & fugæ ſubſidio vitam delitеſcendo atque oberrando ſeruare. His peractis, & rebus tam publicis quàm priuatis pro opportunitate diſpoſitis, reliquit Hildegardam nobiliſſimam piiſſimamque reginam in villa regia, cuius vocabulum eſt Caſinogilus, gemina grauidam prole: & tranſiit Garomnam fluuium Aquitanorum & Vaſconum conterminum: quam regionem iamdudum in deditionem ſuſceperat, Lupo principe ſe & ſua eius nutui dedente. Ibidem etiam quæ opportunitas vtilitáſque dictauit explicitis, ſtatuit Pyrenæi montis ſuperata difficultate ad Hiſpaniam pergere, laborantíque eccleſiæ ſub Sarracenorũ acerbiſſimo iugo, CHRISTO fautore ſuffragari. Qui mós cum altitudine cœlum pæne contingat, aſperitate cautium horreat, opacitate ſyluarum tenebreſcat, anguſtia viæ vel potius ſemitæ commeatum non modò tanto exercitui, ſed paucis admodum pæne intercludat: CHRISTO tamen auxiliante, proſpero eſt emenſus itinere. Neque enim regis animus, Deo nobilitante generoſiſſimus, vel impar Pompeio vel ſegnior eſſe curabat Annibale: qui cum magna ſui ſuorúmque fatigatione & perditione, iniquitatem huius loci olim euincere curarunt. Sed hanc facilitatem tranſitus, ſi dici fas eſt, fœdauit hoſtis infidus,

Pyrenæi altitudo & difficultas. *Pompeius. Annibal.*

F G H

A infidus, incertuſque fortunæ ac vertibilis ſucceſſus. Dũ enim quæ agi po- *al. Non eſt, hoſtis.*
tuerunt in Hiſpania peracta eſſent, & proſpero itinere reditum eſſet, in-
fortunio obuiante extremi quidam in eodem monte regij cæſi ſunt agmi-
nis. Quorum quia vulgata ſunt nomina, dicere ſuperſedi. Rediens ergo *Hildegardæ partus.*
reperit coniugem Hildegardam, binam edidiſſe prolem maſculiná. Quo-
rum vnus immatura morte præreptus, antè pænè mori quàm ſub luce
viuere cœpit. Alter proſpero euentu materno fuſus vtero, infantilibus
nutriebatur impendiis. Nati ſunt autem anno incarnationis domini
noſtri Ieſu Chriſti ſeptingenteſimo ſeptuageſimo octauo. Sed eum qui *Anni ſalutis.*
viuidam promittebat qualitatem, cùm per baptiſmatis ſacramentum re-
naſci contigiſſet, Hludouicum vocitari patri placuit: eíque regnum, quod
B ſibi naſcendo dicauerat, contradidit. Sciens porro rex ſapientiſſimus at-
que perſpicaciſſimus Carolus regnũ eſſe veluti corpus quoddá, & nunc *Ludouicus*
iſto, nunc illo incommodo iactari, niſi conſilio & fortitudine, velut qui- *Regnũ corpori huma-*
buſdá medicis, ſanitas accepta tuetur; epiſcopos quidem modo quo de- *no comparatum.*
cuit ſibi deuinxit. Ordinauit autem per totam Aquitaniam comites ab-
batéſque, necnon alios plurimos (quos Vaſſos vulgò vocant) ex gente Vaſſi.
Francorum (quorum prudentiæ & fortitudini nulla calliditate, nulla vi
obuiare fuerit tutum) eíſque commiſit curam regni, prout vtile iudicauit,
finium tutamen, villarúmque regiarum ruralem prouiſionem. Et Bituri- *Præfectorum con-*
cæ ciuitati primò Humbertum, paulò pòſt Sturminium præfecit comi- *ſtitutio.*
tem. Porrò Pictauis Abbonem: Petragoricis autem Vvidbodum: Sed & *al. Sturmunum.*
C Auernis Iterium: necnon Vvallagiæ Bullum: ſed & Tholoſæ Corſonem:
Burdegalis Siguinum: Albigenſibus verò Haimonem: porrò Lemouicis
Hrotgarium. Quibus ritè peractis, Ligerim cum reliquis tranſmeauit *al. Rotgarium par-*
copiis, & Lutetias, quæ alio nomine Parrhiſij vocantur, ſeſe recepit. Tunc *riſius.*
eius adiit præſentiam venerabilis Robertus, Abbas cœnobij ſancti Vin- *Lutetiæ.*
centij ſanctíque Germani: petens quatenus præceptum immunitatis ip-
ſius eccleſiæ, quod olim domnus Pipinus genitor eius fecerat, ipſe ſua
benignitate confirmaret. Quod non ſolùm fecit: ſed etiam nouum ſua
præceptione deſcriptum, ſigillo ſuæ regiæ maieſtatis firmauit. Eſt au-
tem huiuſmodi.

D CAROLVS *gratia Dei Rex Frãcorum, & Langobardorũ, atque Patricius* In originali huiꝰ priuilegij nul-
Romanorum, Omnibus Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, ſeu iunioribus la eſt diphthongus.
noſtris. Si opportuna beneficia ad loca ſanctarum eccleſiarum vel ſacerdotibus Illud verò integrũ re-
præſtare non deſinemus, hoc nos proculdubio ad æternam beatitudinem retri- fert Baroniꝰ to. 9. annaliũ ſub an-
buere confidimus. Igitur cognoſcat magnitudo ſeu vtilitas veſtra, qualiter Ve- no Chriſti 779.
*nerabilis vir Hrobertus Abba de Baſilica Sancti Vincentij, vel Domni Ger-
mani, vbi ipſe precioſus corpore requieſcit, clementiæ regni noſtri ſuggeſſit, &
præceptionem Domni & genitoris noſtri bonæ memoriæ Pipini quondam Regis
nobis oſtendit relegendam. Vbi reperimus incertum, qualiter propter nomen
Domini, & eius meritis cõpellentibus, beneficium præſtitiſſe cognoſcitur, vt annis
ſingulis vbicúmque in regno noſtro negotiantes ipſius ſancti loci pergere vellent*

(ſicut ipſe Hrobertus Abba mercari videtur) tam ad luminaria comparanda, vel pro reliqua neceßitate diſcurrẽtes, tam vltra Ligerim, quam & citra Ligerim, vel in Burgundia, etiam & in Prouincia, vel in Francia, quam & in Neuſtria, vbicúmque in regna Chriſto propitio noſtra pergere vellent, nulli teloneo, nec de ſaumis, nec de carrigine, neque de nauigio, neque de qualibet redhibitione exinde ad partem fiſci noſtri mißi ſui diſcurrentes diſſoluere debeant. Propterea per præſens præceptum decernimus (quod perpetualiter manſurum eſſe iubemus) vt per nullos portus, neque per ciuitates, tam in Rodomo, quam & in Vuicus, neque in Ambianis, neque in Treiecto, neque in Dorſtade, neque per omnes portos ad ſanctam Maſſentiam, neque aliubi, neque in Pariſius, neque in Ambianis, neque in Burgundia, in pago Tricaſino, neque in Senonico, per omnes ciuitates ſimiliter vbicúmque in regna Chriſto propitio noſtra aut pagis vel territoriis teloneus exigatur, nec de nauale, nec de carale, neque de ſaumis, neque de trana euectione, nec rotatico, nec pontatico, nec pulueratico, nec ſalutatico, nec ciſpitatico, nec vlla redibitione, quod fiſcus noſter exinde poterat ſperare, nec vos nec iuniores, ſucceſſoréſque veſtri eiſdem non requiratis nec exactetis: ſed omnia & in omnibus hoc propter nomen Domini, ipſe Abba vel ſucceſſores ſui, aut memorata eccleſia ſancti Vincentij vel Domni Germani habeant indultum, vel ad luminaria ipſius ſancti loci proficiat in augmentis. Adiungimus etiam teloneum illum, quem Gerhardus Comes de villa noua curte ſancti Germani viſus fuit recepiſſe: vt deinceps pars ſancti Germani ipſo teloneo cum omni integritate in noſtra eleemoſina ad luminaria ipſius eccleſiæ recipere debeant, abſque alicuius contrarietate. Quam veſtra auctoritate perpetuis temporibus valituram manu noſtra propria decreuimus roborare.

SIGILLVM CAROLI GLORIOSISSIMI REGIS.

OPTATVS AD VICEM RADONIS RECOGNOVIT.

* In prototypo deeſt, Patriciatus noſtri, addi tamen debet. Neque enim duo numeri ad regnum referendi. Denique inepta eſſet locutio, vndecimo & quinto, pro decimo-ſexto.

Data Sexto Kal. Aprilis anno vndecimo regni noſtri,
& quintQ * Patriciatus noſtri.
Actum Hariſtalio Palatio publico.

(HOC NOS PROCVLDVBIO AD ÆTERNAM BEATITVDINEM RETRIBVERE CONFIDIMVS.) Ita in autographo, quod nos integrum habemus. Si tamen verba tanti priuilegij mutare liceret, has voces nos retribuere, in nobis retribui mutarem. Interim nota quæ retributio reges maneat, ſi quid eccleſiis contulerint, aut collata confirmarint. Vtinam tam piè ſentirent; quibus non conferendi, ſed auferendi rapiendíque immoderata eſt cupido.

ABBA) Ita in recto caſu habent vetera Regum priuilegia, non Abbas: communem nihilominus in ſequentibus caſibus (Abbatis, Abbati & Abbatem) inflexionem retinent, nec Abbæ & Abbam voces norunt. Quibus hodie recentiores, Paulum Æmilium ſequuti, vtuntur.

(NEC DE SAVMIS TELONEVM SOLVERE DEBEANT.) Saumas, equorum ſarcinariorum iuſta onera appellat: vulgò *Sommes ou charges*. Et à ſaumis ſummaticum teloneum deductum alibi legimus. Summa vini ea eſt quam appenſis ad latera vaſis (vulgò *Barroz* nuncupatis) equus ferre valet. Et apud Cœnomãoos dicitur eſſe vnius & nonagiota pintarum cum ſemiſextariolo: quatuórque ſummas prægrande vas vinaceum, ab eis *Pipe* appella-

appellatum, ac tot pintas quot ſunt in anno dies, continens. Hæc me docuerunt chartæ
A ac peruetuſti codices Sancti Petri de cultura Dei, & Beati Vincétij Cœnobiorum: quæ in ſuburbiis Cœnomannicis ſita ſunt.

(TAM IN RODOMO.) Rodomum Rothomagũ eſt, atteſtante Flodoardo presbytero Remenſi, qui de hac ciuitate loquens ait. Nordmanni de Rodomo fœdus quod olim pepigerant rumpétes, pagũ Beluacenſem atque Ambianenſem depopulantur. Et infrà. Rollo princeps mille Nordmanos, præter ipſius habitatores oppidi, ex Rodomo tranſmiſerat.

(QVAM ET IN VVICVS.) Sic eſt in ipſo Caroli Magni priuilegio. Sed meo iudicio legendum, in vicis: Neque enim huius nominis vrbs reperitur. Voluítque ſignificare, vt qui in ciuitatibus tam in ingreſſu quam in egreſſu immunes eſſent à teloneo, pari quoque exemptione in vicis ac burgis fruerentur. Niſi forte Vuicus poſitum ſit pro Viuano: quod inter ciuitates quibus bona ſua mobilia Carolus Magnus legauit, Eginhartus circa finem vitæ eius enumerat, dicítque etiam Saltzburgum appellari.

(MASENTIAM.) Maxentiam intelligit.

(NEC PVLVERATICO.) Capitulare Regum lib. 6. cap. 219. Nullus homo præſumat tholoneum per vias nec per villas rodadicum nec pulueraticum recipere. Et l. 16. c. Th. de
B Tiron. Tirones cum primum ſe bellicis ſudoribus offerunt, puluueratici nomine binos ſolidos accipiant. Et eodem C. Nouella Maioriania. De Curialibus. Strenarum Calendarum ac puluueratici nomine à curialibus nihil petatur.

(CISPITATICO) Aliàs Ceſpitatico. Eſt autem teloneum, quod ad complanandas vias, atque etiam ſaxis (ſi opus ſit) ſternendas exigitur: Deducitúrque à ceſpite, qui eſt terra cum herba auulſa. Hinc ceſpitare dicuntur, qui in ceſpitem aut lapidem impingunt, ac fermè labuntur. Et equi ceſpitatores ſunt, qui ad obuia quæque facile offendunt. *Qui facilement brunchent & choppent.* In ſequenti eiuſdem Regis priuilegio, pro ceſpitatico eſt Cepſaſticum.

CONTVLIT ET GLORIOSVS REX CAROLVS Eccleſiæ prædictorum ſanctorum aliud tale infrà ſcriptum beneficium.

C *CAROLVS gratia Dei Rex Francorum & Langobardorum ac Patricius Romanorum, Omnibus fidelibus noſtris præſentibus & futuris. Quicquid enim locis venerabilibus ob amorem Domini & opportunitatem ſeruorum Dei, beniuola deliberatione concedimus, hoc nobis ad æternam beatitudinem, vel remedium animæ noſtræ pertinere confidimus. Quapropter compertum ſit omnium veſtrorum magnitudini, qualiter donamus ad monaſterium ſancti Germani, quod eſt prope Pariſius ciuitatem conſtructum (vbi ipſius pretioſum corpus quieſcit humatum, quod venerabilis vir Hrotbertus Abba in regimine habere videtur) donatúmque ad eundem ſanctum locum, & fratribus ibidem degentibus eſſe volumus, hoc eſt villam noſtram nuncupatam Madriolas, in pago Meledunenſi, ſuper fluuium Sequanæ cum omni integritate ſua ad ſe pertinente vel aſpiciente, ſicuti à longo tempore, & nunc iuſtè & rationabiliter ad*
D *eundem viſum eſt pertinuiſſe, vel ſicut moderno tempore Autbertus Comes per noſtrum beneficium tenere videtur: Id eſt, cum terris, domibus, ædificijs, accolis, mancipiis, vineis, ſiluis, campis, pratis, paſcuis, aquis aquarúmve decurſibus, mobilius & immobilibus: & portum qui eſt inter pagum Senonicum & Milidunenſem à Balſiaco villa præfati ſancti Germani, vſque monaſteriolũ ſancti Mauricij, ex vtráque ripa fluminis Sequanæ cuiuſcúmque ſit terra. Ita vt nullus inibi portum vel aquam habeat, niſi iam dicta poteſtas almi Germani, neque teloneum aut rotaticum, ſeu vultaticum, cepſaſticum, ripaticum, vel ſalutaticum cuiquam accipere liceat. Mercatum quoque omniáque ex omnibus quicquid dici aut nominari poteſt ad integrum ad ipſum ſanctum locum, eiuſ-*

Madriolarum procrat⁹ à Müſterolo, Ygannæ (hodie Yonæ) fluuij termino, vnica leuca diſtãtis donatio.

que rectoribus ac monachis à die præſenti tradimus perpetualiter ad poſſidendum. Propterea hanc præceptionem auctoritatis noſtræ conſcribere iuſſimus: per quam omnino ſtatuentes decernimus, quod circa ipſum Abbatem vel rectores ipſius eccleſiæ perpetualiter volumus eſſe manſurũ, vt nullus quiſlibet de iudiciaria poteſtate, aut de parte fiſci noſtri, aut qualiſcumque perſona de prædicta villa Madriolis, vel quicquid ad eã aſpicit ipſũ Abbatem vel monachos in eodem monaſterio conſiſtentes inquietare vel contra rationis ordinem aut calumniam facere non præſumat: Sed ab hodierna die rectores ipſius monaſterij eam habeant teneant atque poſſideant: quatenus melius delectet iam dictum Abbatem vel ipſos monachos pro nobis vxoréque noſtra, & filiis, necnon pro ſtabilitate regni noſtri Domini miſericordiam attentius deprecari. Et vt hæc auctoritas firmior habeatur, vel noſtris & futuris temporibus melius conſeruetur: manu propria ſubter eam decreuimus roborare, & annulo noſtro iuſſimus ſigillari. E F

SIGNVM CAROLI GLORIOSISSIMI REGIS.

VVIGBALDO AD VICEM RADONIS RECOGNOVI.

Data Non. Nouembris anno nono decimo regni noſtri, & † Patriciatus XIII. Vvormatio Palatio in Dei nomine feliciter.

† Deſideratur in originali, & Patriatus.

De Caroli magni ad vrbem profectionis cauſis: & filij eius Ludouici benedictione: de Ludouici in Aquitaniæ regno: Caroli cum Saxonibus conflictu: Ludouici in habitu Vaſconico patri occurſo: de Vaſconu perfidia.. G

CAP. II.

POſt non multum ſanè tempus incidit ei deſiderium dominam quondam orbis videre Romã, principíſque Apoſtolorũ, atq; doctoris gentium, adire limina, ſeq; ſuámque prolem eis cõmendare: vt talibus nitens ſuffragatoribus quibus cœli terræque poteſtas attributa eſt, ipſe quoque ſubiectis cõſulere, perduellionumq; ſi emerſiſſet, proteruiã proterere poſſet: ratus etiã nõ mediocre ſibi ſubſidium conferri, ſi à vicario eorũ cũ benedictione ſacerdotali, tam ipſe quã & filij eius regalia ſumerent inſignia. H Quæ res Deo proſperãte, pro voto ceſſit. Ibidẽ Hludouicus eius filius cunarũ adhuc vtens geſtatorio, benedictione regnaturo congrua, & regali inſignitus eſt diademate, per manus venerandi Adriani Antiſtitis. Peractis autẽ omnibus quæ Romæ agẽda viſa ſũt, rex Carolus, cum filiis & exercitu, pacificè Franciã repetiit: filiumq; ſuũ Ludouicũ regẽ regnaturum in Aquitaniã miſit, præponẽs illi baiulum Arnoldũ, alióſq; miniſtros ordinabiliter decenterque cõſtituens, tutelæ cõgruos puerili. Quivſque Aurelianã ciuitatem cunali eſt vectus geſtamine. Sed ibi cõgruentibus eius æuo armis accinctus, equo impoſitus in Aquitaniam eſt, Deo annuente, tranſpoſitus.

A tranſpoſitus. Quo dum non multis moratur annis, id eſt quatuor, glorioſius rex Carolus aſſiduos duróſque Saxonibns inferebat, referebátque cõflictus. Inter quę cauens ne aut Aquitanorũ populus propter eius longum abſceſſũ inſoleſceret, aut filius in tenerioribus annis peregrinorũ aliquid diſceret morum, quibus difficulter expeditur ætas ſemel imbuta: miſit & accerciuit filium iam, bene equitantem, cum omni populo militari, relictis tantum marchionibus, qui fines regni tuentes, omnes ſi forte ingruerent, hoſtium arcerent incurſus. Cui filius Hludouicus pro ſapere & poſſe obedienter parens, occurrit ad patris præſentiam, habitu Vaſconum cum coæuis ſibi pueris indutus, amiculo ſcilicet rotundo, manicis camiſiæ diffuſis, cruralibus diſtentis, calcaribus caligulis incertis, miſſile manu ferens; Hæc enim delectatio voluptáſque ordinauerat paterna. Manſit ergo cũ patre inde vſque ad Heriſburg cum eo vadens; vſquequo ſol ab altero declinans axe, ardorem æſtiuum autumnali cõdeſcentione tẽperaret. Cuius extremo tẽpore, licentia à patre accepta, hyematũ in Aquitaniã rediit. Ea tempeſtate Chorſo dux Tholoſanus, dolo cuiuſdam Vaſconis, Adelerici nomine, circunuentus eſt, & ſacramentorum vinculis obſtrictus, ſicque demum ab eo abſolutus. Sed huius næui vlciſcendi gratia, rex Hludouicus & proceres (quorum conſilio reſpublica Aquitanici adminiſtrabatur regni) conuentum generalem cõſtituerunt in loco Septimaniæ, cuius vocabulum eſt mors Gothorum. Accitus autem idem Vaſco, conſcius facti ſui venire diſtulit: donec obſidum interpoſitione fretus, tandem occurrit. Sed eorundem obſidum periculo nihil paſſus, inſuper muneribus donatus, noſtros reddidit, ſuos recepit: & ita receſſit.

Carolus in Saxones

Vaſconum habitus.

Adelerici ſcelus.

B

C

De Adelerici exilio: Ludouici militari enſis accinctu & in Italiam profectione ac reditu: Deque Pipini rebellione: De hybernis regiis: De Annona militibus negata: Albigenſium à tributo leuatione. Deque ſtipendiaria annona à Carolo inhibita. CAP. III.

AEſtate verò ſubſequente, iuſſu patris Hludouicus rex Vvarmatiam ſimpliciter, non expeditionaliter, venit: & cum eo in hybernis perſtitit. Vbi iam dictus Adelericus ante reges dicere cauſam iuſſus, atque auditus, purgare obiecta volens ſed non valens, proſcriptus atque inreuocabili eſt exilio deportatus. Chorſone porrò à ducatu Tholoſano, ob cuius incuriam tantum dedecus regi & Francis acciderat, remoto, Vvilihelmus pro eo ſubrogatus eſt. Qui Vaſcones (vt ſunt natura leues) propter euentũ ſupradictum valde elatos, & propter mulctationẽ Adelerici nimis repperit efferatos: quos tamẽ tã magis aſtu quàm viribus breui ſubegit: illíque pacẽ impoſuit nationi. Rex vero Hludouicus eodẽ anno Tholoſæ placitũ generale habuit: ibíque conſiſtenti Abutaurus Sarracenorũ dux, cum reliquis regno Aquitanico cõlimitantibus, ad eũ nuntios miſit, pacẽ petẽs & dona regia mittẽs. Quibus ſecundũ voluntatẽ regis acceptis, nuntij ad propria ſũt reuerſi. Interea anno hũc ſequẽte, patri regi rex Hludouicus Engelheim occurrit, inde Raueſburgũ cũ eo abiit. Ibíque enſe, iam ap-

Adelerici exilium.

D

Vaſcones natura leues.

al. Hreneſburg.

pellens adoleſcentiæ tempora, accinctus eſt; Ac deinde patrem in Auaros exercitum ducentem vſque ad Cuneberg comitatus, iuſſus eſt reuerti, & vſque ad reuerſionem paternam cũ Faſtrada manere regina. Itaque cum ea hyemem exegit imminentem, patre in expeditione cepta permanente. At verò ipſo ab expeditione Auarica remeante, accepit ab eo mandatum in Aquitaniam redeundi, & fratri Pipino ſuppetias, cũ quantis poſſet copiis, in Italiam pergendi. Cui obediens, in Aquitaniã autumni tẽpore rediit: omnibúſque quæ ad tutamen regni pertinent ordinatis, per montis Ciniſij aſperos & flexuoſos anfractus, in Italiam tranſuehitur: atque natalem domini Rauennæ celebrans, ad fratrem venit. Cui coniunctus, iunctis viribus Beneuentanam prouinciam ingrediuntur: cuncta obuia populantur: caſtro vno potiuntur. Hyeme autem tranſacta, vna ad patrem proſpere regrediũtur, vno tantum auditu offuſcãte eorum plurimã alacritatem: eò quòd cõpererũt fratrem ſuũ naturalẽ Pipinũ, contra cõmunem patrem rebellionẽ meditantẽ, pluréſque nobiliũ huius ſceleris cõſcios atque irretitos peſſundandos. Cõcitè ergo pergentes, ad patrem in Baioaria agentẽ venerunt, in loco cuius eſt vocabulũ Saltz: & ab eo gratiſſimè ſunt recepti. Quicquid autẽ ſuperfuit æſtatis, autumni & hyemis, cum patre rege rex Hludouicus exegit. Magnoperè enim curabat rex pater, ne regem filium aut nutrimenta honeſta laterent, aut externa inhæreſcentia in aliquo dehoneſtarent. Qui cùm primo verè à patre dimitteretur, interrogatus eſt ab eo, cur rex cùm eſſet, tantæ tenuitatis eſſet in re familiari, vt nec benedictionem quidẽ niſi ex poſtulato ſibi offerre poſſet. Didicítque ab illo, quia priuatis ſtudens quiſque primorum, negligens autem publicorum, peruerſa vice dum publica in priuata vertuntur, nomine tenus dominus factus ſit omnium penè indigus. Volens autem huic obuiare neceſſitati, ſed cauens ne filij dilectio apud optimates aliquam pateretur iacturam, ſi illis aliquid per prudentiam demeret quod per inſcientiam contulerat, miſit illi miſſos ſuos, Vuillebertum ſcilicet Rothomagenſis poſtea vrbis Archiepiſcopum, & Richardum comitem villarum ſuarum prouiſorem: præcipiens, vt villæ quæ eatenus vſui ſeruierant regio, obſequio reſtituerentur publico. Quod & factum eſt. Quibus receptis, rex & prudentiæ ſuæ monſtrauit continuò documentum: & miſericordiæ (quæ illi genuina probatur) patefecit affectum. Nam ordinauit qualiter in quatuor locis hyberna tranſigeret: vt tribus annis exactis, quarto demum anno hyematurum ſe quiſque eorum ſuſciperet locus: Theoatuadum ſcilicet palatium, Caſſinogilum, Andiacum, & Eurogilum. Quæ loca, quando quartum redibatur ad annum, ſufficientem regio ſeruitio exhibebant expenſam. Quibus prudentiſſimè ordinatis, inhibuit à plebeis vlterius annonas militares (quas vulgo foderum vocant) dari. Et licet hoc viri militares ægrè tulerint: tamen ille vir miſericordiæ, cõſiderans & præbentium pœnuriã, & exigentium crudelitatem, ſimul & vtrorúmque perditionem, ſatius iudicauit de ſuo ſubminiſtrare ſuis: quã ſic permittendo copiã rei frumẽtariç, ſuos irretiri periculis. Quo tempore

Pipini rebellia.

Hyberna regia.

Annona militibus negata.

Albigenſium à tributo leuatio.

E F G H

A pore Albigenſes tributo, quo in dando vino & annona grauabantur, ſua liberalitate releuauit. Habebat autem tunc temporis Maginarium ſecum, miſſum ſibi à patre; virum ſapientem & ſtrenuum, gnarúmque vtilitatis & honeſtatis regiæ. In tantum autem regi patri hæc placuiſſe dicuntur: vt hac imitatione, ſtipendiariam in Francia interdiceret annonam militarem dari, & alia plurima corrigi iuberet, congratulans felicibus filij profectibus.

(Fodervm.) Sigonius lib. 7. de regno Italiæ. Foderum ſumma quædam frumenti fuit: quam aduenienti in Italiam Regi populi ſoluere tenebantur: pro quo etiam æſtimata pecunia pendebatur. Et lib. 4. meminit priuilegij Caroli Magni, dati anno 13. regni eius, quo cauit ne quis iudex ab epiſcopo Mutinenſi fodrum exigeret.

B

De legatorum auditione: Harmingardæ nuptiis: De Aquitaniæ munimentis conſtructis: De Saxonica expeditione ad quam Ludouicus vocatus: Déque Barcinonica per Ludouicum expeditione: Oſcani agri vaſtatione: Déque Saxonum ſubactione poſt XXXIII. *annorum bella.*

Cap. IIII.

SEquenti porrò tempore Tholoſam venit rex: conuentum generalem ibidem habuit: Adefonſi Galleciarum principis legatos, quos pro amicitia firmanda miſerat, cum donis ſuſcepit, & pacificè remiſit. Nec- non & Bahaluc Sarracenorum ducis, qui locis montuoſis Aquitaniæ pro- C ximis principatum gerebat, legatos pacem petentes & dona ferentes ſuſcepit, & remiſit. Quo tempore, veritus ne corporis natiuo ſuperatus calore, in multimodos luxuriæ raperetur anfractus, cum conſilio ſuorum Harmingardam, futuram reginam, claris ortam natalibus, vtpote filiam Nigranni comitis, ſibi ſociauit. Ordinauit autem illo tempore in finibus Aquitanorum, circunquaque, firmiſſimam tutelam. Nam ciuitatem Auſonam, caſtrum Cardonam, Caſtaſerram, & reliqua oppida olim deſerta, muniuit, habitari fecit, & Burello comiti, cum congruis auxiliis, tuenda commiſit. Hyeme tranſacta, miſit ad illum pater rex, vt ad ſe contra Saxones euntem, cum populo quo poſſet veniret. Qui ire non differens, ad eum Aquiſgranum venit: & cum ipſo ad Fremesheim, vbi placitum generale habuit, ſuper ripam Rheni perrexit. In Saxonia cum patre D vſque ad feſtum ſancti Martini perdurauit. Inde à Saxonia cũ patre exiit: & in Aquitaniam, magna hyemis exacta parte, conceſſit. Succedente verò æſtate rex Carolus ad eum miſit, mandans vt ſecum in Italiam proficiſceretur. Sed mutato conſilio, iuſſus eſt domi manere.

Legati Galleciani & Bahalucis.

Hirmingardam.

Harmingarda ducitur.

al. Ingranni.

Munimẽta Aquitaniæ cõſtructa.

De Saxonica expeditione.

Rege autem Romam pergente, vbidémque infulas imperatorias ſuſcipiente, rex Hludouicus Tholoſam abiit iterum: atque inde in Hiſpaniam contendit, cui Barcinonæ appropinquanti, Zaddo dux eiuſdem ciuitatis, iáque ſubiectus, occurrit: nec tamẽ ciuitatẽ dedidit. Quã tranſgrediens rex, & Ilerdæ ſuperueniẽs, ſubegit illã atque ſubuertit. Qua diruta, & cæteris municipiis vaſtatis ac incẽſis, ad Oſcã vſq; proceſſit. cuius agros ſe-

Expeditio Barcinonica.

Addonis occurſus.

Oſcani agri vaſtatio.

geribus plenos manus militaris ſecuit,vaſtauit,incendit:& quæcũq; extra ciuitatem ſunt reperta,incendio depaſcente ſunt conſumpta. Quibus expletis imminente iam hyeme ad propria rediit. Redeunte porrò tempore æſtiuo, imperator glorioſiſſimus Carolus Saxoniam petiit, mandans filio vt&ipſe,tanquam in eadem terra hyematurus ſe ſubſequeretur. Quod ipſe agere feſtinans, ad Neuſciam venit, Rhenum ibidem tranſiit: patri concurrere accelerabat. Sed antequam ad eum veniret, nuntius obuiauit paternus in loco cuius vocabulum eſt Oſtfaloa cum mandatis,ne plus in ambulando fatigaretur: quin potius loco ſibi opportuno caſtra metaretur:& ſe redeuntem ibidem opperiretur. Tota enim gente ſubacta Saxonum, victor Carolus imperator iam redibat. Cui cùm filius occurriſſet, multo eum amplexatu deoſculans plurima illum gratiarum actione & laude extulit:vtilitatémque obſequelæ illius ſæpe iterando, felicem ſe tali filio prædicauit. Finito tandem diutino atque cruentiſſimo Saxonico bello,quod (vt ferunt) triginta trium annorum tempus occupauit,Ludouicus rex à patre dimiſſus, in regnum proprium ad hyberna ſeſe cum ſuis collegit. Hyeme porrò tranſacta, Carolus imperator tempus opportunum nactus, vt pote ab externis quieſcens bellis, cœpit circumire loca regni ſui mari contigua. Quod dum Hludouicus rex comperiſſet, Rothomagum miſſo legato Hademaro, petiit eum in Aquitaniam diuertere,& regnum quod ſibi dederat inuiſere, & ad locum qui Caſſinogilus vocatur,venire. Cuius petitionem pater honorabiliter ſuſcepit, & gratias filio egit: petita tamen negauit:& vt ſibi Turonis occurreret mandauit. Quò filius veniens, gratulabundè ab eo nimis ſuſceptus, & in Franciam redeuntem Vernum vſque proſecutus eſt. A quo digrediens, in Aquitaniam eſt regreſſus.

Expeditio Saxonica. *Saxonum ſubactio.* *Obedientia bona.* *Bellum 33. annorum.*

E F G

De Addonis Barcinonenſium ducis captiuitate: de Vaſconum rabie & eius vindicta: De Barcinonæ oppugnatione à Ludouico rege: de Barcinonæ oppugnatione: exercitu tripertito: & eius oppugnatione ſeu captione: & Ludouici ad patrem regreſſione.

CAP. V.

AEſtate hanc ſequente, Zaddo dux Barcinonenſis ſuaſus eſt à quodam ſibi(vt putabat)amico, Narbonem vſque procedere. Qui comprehenſus Hludouico regi eſt adductus:& patri Carolo itidem perductus. Ipſo tempore Hludouicus rex, coacto populo regni ſui Tholoſæ, de his quæ agenda videbantur tractans, deliberabat. Burgundione nanque mortuo, comitatus eius Fedenciacus Liuitardo eſt attributus. Quam rem Vaſcones moleſtè ferentes, in tantam erupere petulantiam, vt etiam hominum illius alios ferro perimerent, alios igni comburerent. Qui vocati, cum primum venire detractarent, quoquomodo ad cauſam dicendam venerunt:& pœnas debitas pro talibus auſſis dederunt, ita vt quidam, talionis lege, igni cõflagarẽt. His peractis, ſuccedẽte tẽpore viſũ eſt regi & cõſiliarijs eius, vt ad Barcinonã oppugnãdã ire deberẽt. Diuiſoque in tres partes

Zaddo capitur. *Vaſconum furor.* *Mulcta.* *Barcinona oppugnatio.*

H

A partes exercitu, vnam quidem Ruſcellioni ipſe permanens ſecum retinuit. Alteri obſidionem vrbis iniunxit, cui Roſtagnus comes gerũdæ præfuit. Tertiam autem ne fortè obſidentes vrbem obſiderentur, in medio ſedere permiſit. Obſeſſi interea intra vrbem, Cordubam miſerunt, auxiliúmque popoſcerunt: rex verò Sarracenorum, protinus auxiliatum eis exercitum direxit. Venientibus porrò his qui miſſi fuerant Cæſaraguſtam, relatum eſt eis de exercitu, in via ſibi obuiam conſtituto. Erat autem ibi Vuilhelmus primus ſignifer, Hademarus, & cum eis validum auxiliũ. Quod illi audientes, in Aſtures ſeſe verterunt. Quibus recedentibus noſtri ad ſocios vrbem obſidentes reuerſi ſunt. Et illis iuncti tandiu vrbem, obambientes & nullum ingredi aut egredi permittentes vexarunt: donec famis acerbitate coacti ſunt, & vetuſtiſſima oſtiis coria detrahere, & in cibum infeliciſſimum vertere. Alij autem mortem infeliciſſimæ proponẽtes vitæ, è muris ſemet præcipites mittebant. Aliqui verò ſpe animabantur inani, cogitantes quòd Franci, hyemis aſperitate, à ciuitatis cohiberentur obſidione. Sed hanc illorum ſpem abſcidit prudentium conſilium virorum. Aducta enim vndecunque materia cœperunt extruere caſas, veluti in hybernis ibidem manſuri. Quod cernentes ciuitatis habitatores ab ſpe deciderunt; & ad deſperationem vltimam verſi, ſuum principem tradiderunt, Zaddonis cognatum (quem pro eo conſtituerant) nomine Hamur, & ſe ac ciuitatem, conceſſa facultate ſecedendi, dediderunt hoc modo. Cum enim longa feſſam obſidione noſtri tenerent vrbem, & iamiam capiendam aut tradendam crederent, honeſto vt decebat vſi cõſilio, regem vocant; vt vrbs tanti nominis glorioſum nomen regi propagaret, ſi illam, eo præſente ſuperari contingeret. Suggeſtioni huic admodum honeſtæ rex aſſenſum præbuit. Venit ergo ad exercitum ſuum vrbem vallantem: atque indeſinenti oppugnatione ſex hebdomadibus pertinaciſſimè perdurauit, & tandem ſuperata victori manus dedit. Tradita ergo & patefacta ciuitate, primò quidem die cuſtodes illuc rex deſtinauit. Ipſe autem ab eius ingreſſu abſtinuit, donec ordinaret qualiter, condigna Deo gratiarum actione, cupitam atque ſuſceptam victoriam eius nomini conſecraret. Antecedentibus ergo eum in craſtinum & exercitum eius ſacerdotibus & clero, cum ſolenni apparatu & laudibus hymnidicis portam ciuitatis ingreſſus, & ad eccleſiam ſanctæ & victorioſiſſimæ crucis, pro victoria ſibi collata, gratiarum actiones Deo acturus, eſt progreſſus.

Aſturas. Obſeſſio & fames dira.

B

Barcinona deditio.

C

D

Porrò poſt hæc, Bera comite ibidem ob cuſtodiam relicto cum Gothorum auxiliis, hyemandi gratia ad propria remeauit. Cui pater, comperto quod ei imminere videbatur à parte Sarracenorum periculo, fratrem Carolum ſuffragaturum mittebat. Eíque Lugduni agenti, & ad fratris adiutorium properanti, nuntius regis fratris occurrit: captam ciuitatem nuntiauit, & ne longius fatigaretur edixit. Qui ab eodem loco regrediens, ad patrem eſt reuerſus. Rege porrò Hludouico in Aquitania hybernum exigente tempus, pater rex eum mandauit venire ad ſuum colloquiũ Aquiſ-

granum in purificatione ſanctæ Mariæ genitricis Dei. Cui occurrens, & quouſque placuit cum eo commorans, quadrageſimæ tempore rediit. E

De Hiſpanica expeditione repetita: & eius ſpoliatione: ac Iberi & Cingæ per Gallos tranſitu: & Maurorum per eoſdem cæde.

CAP. VI.

Hiſpaniæ vaſtatio. SVccedente æſtate, cum quanto viſum eſt bellico apparatu in Hiſpaniam proficiſcitur. Profectúſque per Barcinonam, & veniens Tarconam, quos ibidẽ reperit cepit, alios fugauit: vniuerſáque loca, caſtella, municipia, vſque Tortoſam vis militaris excidit, & flamma vorax cõſumpſit. Interea in loco, cuius vocabulum eſt ſanctæ Columbæ, diuiſit copias ſuas in duas partes: maiorem partem ſecum contra Tortoſam ducens. F Porrò Hiſembardum, Hademarum, Beram, Burellum cum reliquis expeditiſſimè ad ſuperiora direxit: vt Ibero flumine tranſito, dum hoſtes in ſedibus ſecuri reſiderent, ab iſtis inſidiis ex improuiſo eos aggrederẽtur; aut certè, turbata regione, in pauorem ſoluerentur. Igitur rege Tortoſam tendente, memorati viri tandiu propè ſuperiores Iberi partes noctibus eũtes, *Iberi & Cingæ trãſmiſſio.* & diebus ſyluarum luſtra ſectantes obambulauerunt, vſquequo Cingam & Iberum natando pariter tranſierunt. In quo itinere ſex dies tranſigentes ſeptima tranſmearunt. Qui vbi omnes incolumes euaſerunt, terram hoſtium latiſſimè vaſtauerunt: & vſque villam eorum maximã, quæ villa rubea vocatur, peruenerunt. Vnde prędã magnam nimis ſuſtulerunt, vtpote improuiſis hoſtibus & nihil vnquam tale ſuſpicantibus. Quibus geſtis, iis qui euadere potuerunt, hanc plagã longè latéque nuntiantibus, collecta eſt Sarracenorũ Maurorũ que multitudo nõ minima: & eis obuia cõſtitit, G *vallis Ibana.* ad oſtiũ vallis, quæ dicitur Vallis Ibana. Cuius vallis natura eſt, vt ipſa in profundo iacẽs, hinc inde pręruptis atque altis cingatur montibus; quam niſi Dei prouidentia intrare prohibuiſſet, noſtri abſque penè vllo hoſtiũ labore, lapidum ictibus poterant interire, vel in manus inimicorum deuenire. At dũ illi viam præſtruunt, noſtri autem aliorſum viã apertiorẽ planioréque petunt, reputantes Mauri hæc noſtros nõ ob ſui tantũ cuſtodiã, ſed metu potius eorũ facere, à tergo eos inſequũtur. Porrò autẽ noſtri prędã poſt ſe relinquentes, facies hoſtibus nudauerunt, & acriter reſtiterũt, H Chriſtóque iuuante ipſos terga vertere cõpulerunt. Quos autẽ apprehenderunt, necauerunt: & læti ad prædam quã reliquerãt redierunt. Ac tandẽ poſt dies viginti ſuæ digreſſionis, ad regem alacres pauciſſimis ſuorum amiſſis redierunt. Rex autem Hludouicus ſuos lætanter recepit: & terra hoſtili vſquequaque vaſtata, domum rediit.

De

A *De nauium contra Nortmãnos ædificatione: & Hiſpanicæ expeditionis reſumptione: Gallorum ſtratagemate: Iberi iterata traiectione: & ſubtili per fimum equinum hoſtilis aduentus depræhenſione: Abaidi Mauri fuga præcipiti, & Maurorum cæde: Item de Tortoſæ vrbis deditione facta Ludouico regi qui tunc aderat.* CAP. VII.

SEquenti verò tempore veris, Rex Hludouicus expeditionem in Hiſpaniam parauit: Sed pater, ne per ſemetipſum illuc pergeret, eum impediuit. Præceperat nanque tunc temporis fabricari naues, contra Nortmannicas incurſiones, in omnibus fluminibus quæ mari influebant. Quã curam etiam filio iniunxit ſuper Rhodanum, & Garomnam, & Filidam. *Nauium cõtra Nortmannos ædificatio.* *Silidam.*
B Attamen miſit ei legatum ſuum Vigobertum, qui filij præſentiam præferret, & vice amborum, contra hoſtes exercitum duceret. Rege autem in Aquitania remanente ob ſupradictam cauſam, exercitus eius itinere proſpero Barcinonam venit: ibique habito inter ſe conſilio, qualiter hoſtibus clandeſtina poſſent ſuperuenire irruptione, inuenerunt hunc modum: ſcilicet, vt naues tranſuectorias fabricantes, vnamquãque earum in quaternas partirẽtur partes, quatenus pars quaterna cuiuſque, duobus equis vel mulis vehi poſſet: & præparatis clauis & marculis facilè coaptari valerent, pice verò & cera ac ſtupa præparatis, mox vt ad flumen veniretur, compagum iuncturæ obcludi poſſent. Sic itaque inſtructi, maxima pars eorum cum prædicto legato Ingoberto Tortoſam petierat. At verò ij qui *Ingobertũ* *Expeditio Hiſpanica repetita.* *Nauiũ facilis actio.* *Stratagema.*
C ad opus ſuperadictum ſunt deputati (Bademarus ſcilicet, Bera & reliqui) trium dierum emenſo itinere (erant enim ſine ſaumariis) cœlo pro tecto vtentes, igni ne fumo depræhenderentur renuntiantes, ſyluis ſe die occulentes, nocte quantum poſſe dabatur iter agentes; quarto die Ibero compactis nauibus ipſi quidem ſunt trãſpoſiti, equos autem natatui commiſerunt. Quod factum magnum voto eorum pepererat effectum, niſi fuiſſet acerrimè depræhenſum. Cùm enim Abaidus dux Tortoſę, tranſitu noſtros prohibiturus littora Iberi obſideret fluminis, & illi quos ſupra diximus, ſuperiora illius modo prædicto tranſmitterent, Maurus quidam lauandi gratia flumen ingreſſus, fimum à flumine vidit ferri equinum. Quo viſo (ſicut ſunt nimiæ calliditatis) adnatans, fimumque comprænhendens & naribus admouens, exclamauit, Cernite (inquiens) ô ſocij moneo quàm cautè, Nam hoc ſtercus non onagri eſt, vel cuiuſquam animantis herbidis aſſueti paſtibus. Enimuerò equina hæc eſſe conſtat egeſta: quæ certũ eſt hordeum fuiſſe, & ob hoc equorum vel mulorum pabula. Ideóque cautius vigilate; Nam in ſuperioribus fluminis huius, vt cerno, nobis parantur inſidiæ. Extemplò duos ſuorum conſcenſis ſpeculatum dirigunt equis. Qui noſtris viſis, quod verum erat Abaido renuntiant. At illi timore coacti, omnibus quæ caſtrenſis habitatio habuit poſthabitis atque dimiſſis, fugæ ſe commiſerunt: omniúmque relictorum noſtri potiti, in eorum papillonibus illa ſunt nocte hoſpitati. Sed Abaidiis collecta multa manu hoſtium, eis poſtridie præliaturus occurrit. Noſtri tamen diuino *Saumaria* *Iberi traiectio.* *Subtilis deprehenſio hoſtium.* *Abaidi fuga.*

Maurorũ cædes. freti auxilio, licet impares multóque numero inferiores, tamen hoſtes fugę compulerunt: multáque eorum ſtrage viam fugientium repleuerunt. E
Et eò vſque manus ab eorum cæde non continuerunt, donec ſolis dieíque lumine recedente & vmbra noctis terram occupáte, lumina ſtellarum noctem ſolatura ſuccederent. His geſtis Chriſto fauente, ad ſuos ſeſe magno cum gaudio & opibus collegerunt. Diu etiam ſimul obſeſſa vrbe domum repedarunt.

Porrò anno huic proximo Hludouicus rex per ſemetipſum Tortoſam repetere ſtatuit, habens ſecum Heribertum, Lintardum, Hiſembardum- *Lintardũ* validúmque Franciæ ſupplementnm. Quò perueniens, adeò illam arietibus, mangonibus, vineis, & cæteris inſtrumentis laceſſiuit & protriuit muralibus; vt ciues illius à ſpe deciderent, infractóſque ſuos aduerſo marte cernentes, claues ciuitatis traderent; quas ipſe cum multo fauore poſt attulit patri. F *Infractos val de fractos.* Quæ res magnum Sarracenis & Mauris, pro talibus geſtis incuſſit metum: verentibus ne ſingulas ciuitates par ſors inuolueret. *Tortoſa deditio.* Reuerſus eſt igitur rex à ciuitate, poſt quadraginta dies inchoatæ obſidionis: & in proprium ſe contulit regnum.

De Oſcæ obſidione & quorundam temerario auſu & omnium re infecta reditu: de Vaſconum defectione & ſubactione: De Pyrenæi iugi tranſitu: Vaſconum perfidia ſubtiliter depræhenſa: De regis Ludouici pietate & Clerici in Aquitania reformatione: Monaſteriorum plurimorum reparatione & ædificatione: Iuſtitia regis Ludouici: & patris congratulatione. G

Cap. VIII.

Oſcæ obſidio. AT poſt anni inſtantis excurſum, exercitũ ordinauit: & Oſcã cũ legato patri Heriberto mittere ſtatuit. Quò peruenientes qui miſſi fuerant ciuitatem obſederunt: obuios quoſque aut viuos comprehenderunt, aut in fugam coactos compulerunt. Sed dum contra vrbem ſedentes ignauiori ſe quàm decuit ſtudio reſoluunt, imprudentes ac leues aliqui iuuenum *Iuuenum Gallorum audacia.* propius muros accedentes, verbis quidem eos qui propugnaculis præſidebant primum laceſſere, dein miſſibus inceſſere tentant. Oppidani verò contemnentes præſentium paucitatem, abſentium metientes ſeram occurſionem, apertis proſiliunt portis. Pugnatum hinc inde, cæſi ſunt ab vtraque parte: & tandem illi in ciuitatem ſeſe receperunt: iſti autem ad caſtra manſuri redierunt. H Protracta igitur obſidione, peractâ vaſtatione, & quæcunque viſa ſunt contra inimicos agenda, ad regem ſunt reuerſi: qui eo tempore in ſyluis venationum occupabatur ſtudiis: erat enim tempus autumni perextremum. Receptis ergo ſuis ab expeditione præmiſſa redeuntibus, rex hyemem ſequentem in ſuis conſiſtens pacificè exegit. At ſuccedente æſtate, accito populi ſui generali conuentu, retulit eis rumorem ſibi delatum, quod quædam Vaſconum pars iampridem in deditionem *Vaſconum defectio.* ſuſcepta, nunc defectionem meditata in rebellionem aſſurgeret: ad quorum reprimendam peruicaciam ire publica vtilitas poſtularet. Hanc regis

A regis voluntatem omnes laudibus proſequuntur: nec talia in ſubditis cõtemnenda, ſed potius ſeueriſſimè reſecanda teſtantur. Moto igitur & diſpoſito, prout oportuit, exercitu, Aquas villam peruenit: & vt ad ſe venirent, qui infidelitatis inſimulabantur, iuſſit. Sed illis venire retractantibus, ad eorum vicinia aduenit, cunctáque eorum depopulari manum militarem permiſit. Ad vltimum, cunctis quæ ad eos pertinere videbantur conſumptis, ipſi ſupplices venerunt: & tandem veniam perditis omnibus, magno pro munere meruerunt. Superato autem penè difficili Pyrenæarum Alpium tranſitu, Pampilonam deſcendit: & in illis quàm diu bonum viſum eſt moratus locis, ea quæ vtilitati tam publicæ quàm priuatæ conducerent ordinauit. Sed cùm per eiuſdem montis remeandum foret angustias, Vaſcones natiuum aſſuetúmque fallendi morem exercere conati, mox ſunt prudenti aſtutia deprehenſi, conſilio capti, atque cautela vitati. Vno enim eorum, qui ad prouocandum proceſſerat, comprehenſo atque appenſo, reliquis penè omnibus vxores aut filij ſunt erepti; vſquequo eò noſtri peruenirent quos fraus illorum nullam regi vel exercitui poſſet inferre iacturam. His geſtis, in propria rex populúſque eius Deo propitio conceſſit. Et regis quidem ab ineunte ætate, ſed tunc quàm maximè circa diuinũ cultum, & ſanctæ eccleſiæ exaltationem, piiſſimus incitabatur animus: ita vt non modò regem, ſed ipſius opera, potius eũ vociferarentur ſacerdotem. Nam totius Aquitaniæ qui videbatur clerus, antequam ei crederentur (vtpote ſub tyrannis agens) magis equitationi, bellicæ exercitationi, miſſilium librationi, quàm diuino cultui operam dare nouerat. Regis autem ſtudio vndecunque adductis magiſtris, tam legendi quàm cantandi ſtudium, necnon diuinarum & mundanarum intelligentia literarum citius quàm credi poterat coaluit: præcipuè tamen affectu illorum ducebatur, qui ſua pro domini amore cuncta relinquentes, contemplatiuæ curabant fieri participes vitæ. Nam antequam Aquitania ſub eo regnaret, collapſus erat in ea huiuſcemodi ordo. At ſub eo adeò conualuit, vt etiam ipſe aui fraternum Carlomanni imitari geſtiens memorabile exemplum, ipſe quoque theoricæ comprehendere niteretur culmina vitæ. Sed huius voti ne compos fieret, obicem ſe præbuit refragatio patris, vel potius diuinæ nutus voluntatis: quæ tantæ pietatis virum, noluit ſub ſuæ cura ſolius ſalutis deliteſcere: Sed potius per eum, & ſub eo, multorum ſalutem adoleſcere. Et quidem multa (vt dictum eſt) ab eo ſunt in eius ditione reparata, immo ædificata monaſteria: ſed præcipue hæc, Monaſterium ſancti Filiberti, Monaſterium ſancti Florentij, Monaſterium Karroffi, Monaſterium Concas, Monaſterium ſancti Maxentij, Monaſterium Menatæ, Monaſterium ſancti Magniloci, Monaſterium Muſciacum, Monaſterium ſancti † Sauini, Monaſterium Maſciacum, Monaſterium † Nobiliacum, Monaſterium ſancti Theotfridi, Monaſterium ſancti Paſcentij, Monaſterium Doſoræ, Monaſterium Solenniacum, Monaſterium puellare ſanctæ Mariæ, Monaſterium puellare ſanctæ Radegundis, Monaſterium de Vera, Monaſterium de vtera in pago Tholoſano,

Vaſconum deditio.

Pyrenæi tranſitus.

Vaſconum perfidia.

Ludouici pietas.

Cleri reformatio.

Monaſteria inſtaurata aut ædificata per Ludo.

† Sabini.

† Noalli in pictania.

B C D

Monaſterium Vadala in Septimania, Monaſterium Anianæ, Monaſterium Galiinæ, Monaſterium ſancti Laurentij, Monaſterium ſanctæ Mariæ quod dicitur in Rabine, Monaſterium Caunas: & cætera plurima: quibus veluti quibuſdam lychnis, totum decoratur Aquitaniæ regnum. Hoc eius exemplum nó modo epiſcoporum multi, ſed & laicorum quàm plurimi æmulati, collapſa reſtaurabant & noua certabant monaſteria inſtituere: quod cernere oculis eſt. In tantam denique res publica felicitatem Aquitanici profecerat regni, vt proficiſcente quò libet rege, vel in palatio reſidente, vix aliquis reperiretur ſe conquerens aliquid iniuſtè perpeſſum. Tribus enim diebus rex, per ſingulas hebdomadas, rei iudiciariæ intereat. Nam quadam tempeſtate miſſo Archambaldo commentarienſi, imperator dum ei quædam ferenda filio referendáque commiſiſſet, & ille ordinationem hanc, vt viderat, rediens patri retuliſſet, adeò exultaſſe dicitur, vt præ nimia alacritate lachrymis fluxerit, & circunſtantibus dixerit: O (inquit) ſocij, victos nos gratulemur ab iuuenis huius ſeneli ſagacitate. Vnde quia ſeruus fuit domini fidelis in commiſſo, prudens in augmentando ſibi tradito talento, conſtitutus eſt poteſtatem habens in cũcta patrisfamilias domo.

Juſtitiæ regis ſplẽdor. E F

Hludouici laus.

De rerum ſumma per mortem fratrum ad Ludouicum ſpectante: quam tamen ne patri ſuſpectus eſſet adire Ludouicus noluit: paulò poſt tamen à patre vocatus imperij inſignia ab eo ſuſcepit.

CAP. IX.

PEr idem autem tempus mortuo iampridem Pipino Italię rege, nuperrime autem Caroli itidem fratre res humanas relinquente, ſpes vniuerſitatis potiundæ in eum aſſurgebat. Quum enim ab eo miſſus eſſet, pro quibuſdam neceſſariis patrem conſulturus, Gerricus Capis prælatus, íſque in palatio moraretur, præſtolans perlatorum reſponſum, monitus eſt tam à Francis quàm à Germanis vt ad patrem veniret, eíque propius aſſiſteret: videri ſibi dicentes, quòd cùm pater iam in ſenilem vergeret ætatem, & acerbè ferret liberorum infortunatam defectionem, citam illius hæc portẽderent corpoream ſolutionẽ. Quod Gerricus cùm regi, rex verò conſiliariis, retuliſſet; quibuſdam & penè omnibus viſum eſt ſalubre ſuggeſtum. Sed rex altiori conſilio, ne forte per hoc ſe patri ſuſpectum redderet, agere diſtulit. Hæc tamen diuinitas, pro cuius timore & amore facere id noluit, vt ſibi moris eſt amatores ſui ſublimius quàm cogitari poteſt nobilitare, prudentius ordinauit. Pacem porrò petentibus his quos bello fatigare ſolitus erat, rex articulo duorum annorum præſtituto, libenter indulſit. Interea imperator Carolus conſiderans ſuam ſenectutem ad finem deuexam, & verens ne forte ſubtractus rebus humanis confuſum relinqueret regnum, quod erat, Deo donante, nobiliter ordinatum (ſcilicet ne aut externis quateretur procellis, aut inteſtinis vexaretur ſciſſionibus) miſit ad filium, cúmque ab Aquitania euocauit. Quem venientem clemẽter ſuſcepit: tota æſtate ſecum tenuit: de his quibus eum indigere putauit inſtruxit:

G

Ludouico defunctis fratribus rerũ sũma decernitur

Ludouici prudentia.

H

Caroli imperatoris prudẽtia.

A inſtruxit:qualiter videlicet ſibi viuendum,regnandum,regnum ordinandum,& ordinatum tenendum foret,monuit.Et tandem imperiali eũ diademate coronauit;& rerum ſummam penes eum futuram eſſe,Chriſto fauente,innotuit.Et hoc peracto negotio,reditum ad propria cóceſſit. Qui menſe Nouembri,à patre regrediens Aquitaniam repetiit. *Ludouicus imperio præficitur.*

De Caroli imperatoris morte & filij ſucceßione: & mißis ab eo ad purgandam & puniendam infamiam ſororum: quorum Vvarmarius ab Hodoino cæſus, & Lambertus grauiter vulneratus eſt: De Ludouici in imperio cõfirmatione: De teſtamento Caroli & eius executione: Mulierum excluſione: Legatorum auditione: Iuſtitiæ adminiſtratione: Ordinum regularium & Benedictinorum B *regulis: De clericis manumittẽdis priuſquam ſacerdotium adeant: De ſumptibus eccleſiaſticorum & præcipue monachorum ſancti Germani: eorumque publico inſtrumento.* CAP. X.

PAter verò,veluti morti propinquus, crebris & peregrinis vrgeri cœpit incómodis.Nam mors,veluti quibuſdam nuntiis, aduentum ſuũ iam iámque futurum,talibus prenuntiabat indiciis.Tandem itaque vitiis paſſionum inter ſe compugnantibus,&valẽtiam eius impugnantibus,naturæ imbecillitas ceſſit,& lecto decubuit.Et in dies atque in horas propinquior morti, prout voluit ſuis ſcripto diſtributis, diem vltimum clauſit: Francorúmque regno penè ineluctabilem luctum reliquit.At verò in eius ſucceſſore veridica probata eſt ſcriptura:quę in talibus tribulantium con- C ſolans animos dicit,Mortuus eſt vir iuſtus,& quaſi non eſt mortuus:ſimilem enim ſibi reliquit filium hæredem. Obiit autem V. Kal. Februarias idem piiſſimus imperator Carolus, Anno incarnationis domini noſtri Ieſu Chriſti DCCC.XIIII. Quo in tempore Hludouicus imperator concilium populo generale quaſi quodam indixerat præſagio,in purificatione ſanctæ Dei genitricis Mariæ, in loco cuius vocabulum eſt Theothuadus.Defuncto autem patre piæ recordationis, miſſus eſt Rampo ad eum ab eis qui ſepulturam eius curarunt,liberis ſcilicet & proceribus palatinis: vt & mortem eius maturè cognoſceret,aduentúmque ſuum nullo modo comperendinaret. Qui cùm Aurelianam deueniſſet ad vrbem, Theodulfus eiuſdem vrbis epiſcopus,vir vndecunque doctiſſimus,cauſam eius aduentus perſenſit, & velociſſimè miſſo tabellario imperatori innoteſcere D ſtuduit: hoc tantummodo ei ſuggerendum iubens, vtrum præſtolaretur venientem in vrbem,an in itinere aliquo ſibi occurreret venturo ad vrbẽ. Quam cauſam ille protinus commentatus agnouit: & ipſum venire ad ſe iuſſit. Inde alium atque alium huiuſce rei triſtes ſuſcipiens nuntios, poſt quintum diem ab eodem loco pedem mouit;&cum tanto,quantum paſſa eſt anguſtia tẽporis,populo iter arripuit.Timebatur enim quã maxime Vvala, ſummi apud Carolum imperatorem habitus loci;ne forte aliquid ſiniſtri contra imperatorem moliretur. Qui tamen citiſſimè ad eum venit: & humillima ſubiectione ſe eius nutui, ſecundum conſuetudinem Francorum,commendans ſubdidit.Poſt cuius ad imperatorem aduentũ,

Carolus decumbit. *Moritur.* *Eccli.30.* *Annus mortis. 814.* *Vvala ſuſpectus.*

æmulati eum omnes Frācorum proceres, certatim gregatímque ei obuiā ire certabant. Tandémque ad Hariſtallium proſpero peruenit itinere: & die triceſimo poſt quàm ab Aquitania promouit, palatio feliciter Aquiſgrani pedem intulit. Mouerat autem eius animum iamdudum, quamquā natura mitiſſimum, illud quod à ſororibus illius in contubernio exercebatur paterno: quo ſolo domus paterna inurebatur næuo. Cui mederi volens incommodo, ſilens & cauens ne quod per Odilonem & Hiltrudem olim acciderat, reuiuiſceret ſcandalum: miſit Vvalam & Vvarnariū necnō & Lābertum, ſed & Ingobertum, qui Aquiſgranū veniētes talibus ne accidere poſſent cautela proſpicerent: & quoſdam ſtupri immanitate & ſuperbiæ faſtu reos maieſtatis, cautè ad aduentum vſque ſuum aſſeruarent (nā aliqui eorum cum ſupplices veniam inter iter agendū popoſciſſent, emeruerunt) ſimul & præcipiens, vt populus ibidem conſiſtens, abſque metu ſemet ibidem opperiretur venturum. At verò Vvarnarius comes, inſcio Vvala & Ingoberto, accito nepote Lamberto Hodoinum, iam dicto obnoxium crimini, ad ſe venire mandauit, quaſi comprehendēdum & regiæ vindictæ obiectandum. Cuius ille inſidias (vtpote à mordente acriter conſcientia monitus) præuidit: & quia declinare detrectauit, & ipſe experiri meruit, & ipſi Vvarnario vltimam cladem importauit. Nam ad eum, ſicut ille mandauerat, veniens, & ipſum Vvarnarium confecit, & Lambertum cruris læſione non pauco tempore debilem reddidit; & ad vltimum ipſe confoſſus gladio interiit. Quę cùm nuntiata imperatori fuiſſent, animum illius à miſericordia exitium flexit amici: intantum, vt Tullius quidam talium, qui pene iam imperatoris clementia venia dignus videbatur, luminum amiſſione mulctaretur. Venit ergo imperator in Aquiſgrani palatiū: & à propinquis atque multis Francorum milibus cum multo fauore eſt receptus, imperatórque ſecundò declaratus. Quibus expletis, ſtudioſis ſepulturæ paternæ gratias egit: ac propinquis luctus acerbitate confectis, conſolationis congruæ contulit leuamen. Sed & quod deerat inferiis genitoris, promptiſſimè ſuppleuit. Nam recitato paterno teſtamento, nihil relictum eſt paternorum bonorum, quin ſecundum eius partiretur præceptionem: nihil enim ab eo inteſtatum eſt relictum. Sed quod eccleſiis diſtribuēdum cenſuit, metropolitanorum ſubdiuiſit ſuperſcriptione nominum: quarum partes fuere viginti & vna. Quod autem ornatui conducebat regio, poſteriori reliquit ætati. Statuit etiam quid, ſecūdum morem Chriſtianorum, filiis filiorúmque filiis & filiabus, necnon & ſeruis ancillíſque regalibus, Sed & in cōmune quod omnibus diſtribueretur pauperibus. Quæ cuncta domnus imperator Hludouicus, vt ſcripta relegit, executione operis compleuit. His peractis, imperator omnem cœtum (qui permaximus erat) fœmineum palatio excludi iudicauit; præter pauciſſimas quas famulatui regali congruas exiſtimauit. Sororum autem quæque in ſua, quæ à patre acceperat, conceſſit. Quæ autem needum tale quid conſecutæ erant, ab imperatore meruerunt, & ad imperata ſeſe verterunt. Poſt hæc imperator legatos ad patrem deſtinatos, ad ſe autē veniētes,

Næuus. i. macula domus imperialis, filiæ laſciuæ.

Vvarnarij cædes.

Hludouicus cōfirmatur in imperio. Iuſta inſtaurātur Carolo.

Teſtamēti executio.

Mulierū è palatio excluſio. Sorores imperatoris ad propria cōcedunt. Legati auditi.

E F G H

A tes ſuſceptos diligenter audiuit, dapſiliter curauit, ſumptuosè muneratos
remiſit. Eodem anno generalem conuentum Aquiſgrani habuit: & per *Iuſtitia ad*
vniuerſas regni ſui partes, fideles ac creditarios à latere ſuo miſit, qui æqui *miniſtra-*
iuris tenaces exiſtentes peruerſa corrigerent, omnibúſque congruum ius *tio.*
æquo libramine penderent. Bernardum etiam nepotem ſuum, iamdudũ *Bernard⁹.*
regem Italiæ, ad ſe euocatum, & obedienter parentem, amplis muneribus
donatum ad proprium remiſit regnum. Beneuentanorum itidem princi-
pem Grimoaldum, non quidem venientem, ſed oratores ſuos mitten- *Grimoald⁹*
tem, pacto ſacramentis conſtrinxit, vt ſingulis annis ſeptem millia ſolido- *Tributum*
rum auri arcæ inferret publicę. Eodem etiam anno duorum filiorum ſuo- *Beneuẽta-*
rum, alterum quidem Lotharium in Baioariam, Pipinum verò in Aquita- *num.* *Filiorũ di-*
B niã miſit: tertium autẽ Ludouicum puerilibus adhuc conſiſtentẽ in annis *miſſio.*
ſecũ detinuit. Sed hæc iam ſuperius dicta ſupprimantur. Hoc etiam tẽpore
Saxonibus atque Friſonibus ius paternæ hæreditatis, quod ſub patre ob *Saxonibus*
perfidiam legaliter perdiderant, imperatoria reſtituit clementia. Quod *Friſonibuſ*
alij liberalitati, alij aſſignabant improuidentiæ: eò quòd hæ gentes natu- *q; ius hære-*
rali aſſuefactæ feritati, talibus deberent habenis coerceri: ne ſcilicet effre- *ditarum*
nes in perduellionis ferrentur procacitatem. Imperator autem eos ſibi ar- *reſtitutũ.*
ctius vinciri ratus, quò eis beneficia largiretur potiora, non eſt ſpe ſua de-
ceptus. Nam poſt hęc eaſdem gentes ſemper ſibi deuotiſſimas habuit. Sed
ea quę iam dicta ſunt omittentes, reliqua proſequamur. Imperator gene-
ralem habuit conuentum Aquiſgrani: in quo quantũ feruoris circa diui-
C num cultum pectoris geſtaret in arca, toto declarauit adniſu. Congrega- *Pietatis*
tis enim epiſcopis nobiliſſimóque ſanctæ eccleſię clero, fecit componi or- *ſtudia.*
dinaríque librum, canonicæ vitæ normam geſtantem: in quo totius illius
ordinis perfectio continetur, ſicut re cultus ipſe fatetur. In quo etiam inſe- *Canonico-*
ri iuſſit cibi potúſque, atque omnium neceſſariorum ſummam: vt omnes *rũ norma.*
tam viri quàm ſanctimoniales ſub hoc ordine Chriſto ſeruientes, nullis
præpediti neceſſitatibus libera ſeruitute domino omniũ militare memi-
niſſent. Quem librum per omnes ciuitates & monaſteria canonici ordi-
nis ſui miſit imperij, per manus miſſorum prudentium: qui illum in om-
nibus ſupradictis facerent tranſcribi locis, debitáque atque cõſcripta exi-
gerent ſtipendia miniſtrari. Quæ res magnum eccleſiæ contribuit exulta-
tionis tripudiũ, & piiſſimo imperatori debita cum laude immortale mo-
D nimentum. Itidémque conſtituit idem Deo amabilis imperator Benedi- *Benedicti-*
ctum abbatem, & cum eo ſtrenuæ monachos per omnia vitæ, qui per *norum re-*
omnia monachorum euntes redeuntéſque monaſteria, vniformem cun- *gula.*
ctis traderent monaſteriis (tam viris quàm ſanctimonialibus fœminis) vi-
uendi ſecundum regulam ſancti Benedicti incommutabilem morem. De-
functo quoque Irminone, Hilduinus beati Germani eccleſiæ abbas pręfi- *Abbates S.*
citur. Conſiderans etiam piiſſimus Imperator non debere Chriſti mini- *Germani.*
ſtros obnoxios eſſe humanæ ſeruituti, ſed & multorũ auaritiã abuti mini-
ſterio eccleſiaſtico ad proprium quæſtum; ſtatuit vt quicunque ex ſeruili *Clerici ma-*
conditione cõciliante ſcientia & morum probitate ad miniſteriũ aſciſce- *numittẽdi.*

rentur altaris, primùm manumittantur à propriis dominis, vel priuatis E
vel eccleſiaſticis, & tunc demum gradibus initiantur altaris. Volens etiam vnamquamque eccleſiam habere proprios ſumptus, ne per huiuſcemodi inopiam cultus negligerétur diuini, inſeruit prædicto edicto, vt ſuper ſingulas eccleſias manſus tribueretur vnus, cum penſatione legitima & ſeruo atque ancilla. Vt autem pateſcat, qualiter per ſingula cœnobia ordinauerit ſtipendia monachorum, hic ſubdidimus quomodo proprio edicto victualia cœnobitarum aſſignauerit ſancti Parrhiſienſis Germani. Eſt autem huiuſmodi.

IN NOMINE *Domini Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti Hludouicus & Hlotharius diuina ordinante prouidentia Imperatores Auguſti. Si ea quæ fi-* F
deles imperij noſtri pro ſtatu & vtilitate eccleſiarum & ſeruorum Dei fideliter ac deuotè ob Dei amorem in locis ſibi commiſſis ſtatuerunt noſtris confirmamus edictis: hoc nobis proculdubio ad æternam beatitudinem & totius regni à Deo nobis commiſſi tutelam, manſurum eſſe credimus, & retributorem Dominum in futuro habere confidimus. IGITVR *notum ſit omnibus fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ ac noſtris, præſentibus ſcilicet & futuris: quia vir venerabilis Hilduynus monaſterij ſancti Vincentij ac ſancti Germani Abba, necnon & ſacri palatij noſtri Archicapellanus, noſtræ ſuggeſſit ſerenitati: quod pro Dei omnipotentis amore, & futuro eiuſdem congregationis cauendo periculo, ne aliqua ſucceſſorum ſuorum negligentia ac parcitate, ordo in ea futuris temporibus perturbaretur: ſtipendia eorum quæ annuatim in cibo & potu accipere debebant, necnon & quaſdam vil-* G
las ſpecialiter neceſſitatibus illorum deſeruiendas conſtituiſſet ac deputaſſet, atque per literarum ſeriem, & largitionis ſuæ chartam, ſua aliorumque bonorum hominum manibus roboratam eis conceſſiſſet ac delegaſſet: quatinus nulla occaſione, nec reipublicę ſeruitio quiſquam ex ſucceſſoribus ſuis impedimentum in futuro inferre poſſit: pro quo à via rectitudinis & obſeruatione regulari oberrare neceſſe eſſet: ſed deputatis ſibi rebus & ſtipendiis contenti, abſque neceſſitate & inopia regularem normam tenere, & ſine præuaricatione (quantum humana ſinit fragilitas) obſeruare quiuiſſent. Unde humiliter petiit ac poſtulauit celſitudinem noſtram, vt pro rei firmitate ſuper eandem conſtitutionem auctoritatis præceptum noſtræ, pro diuino intuitu, ac ipſorum ſanctorum reuerentia fieri iuberemus: per quod deinceps ſtabilis & inuiolata permaneret. NOS VERÒ *petioni* H
illius (quia neceſſaria & rationabilis erat) aurem accommodantes: & qua voluntate ac ratione talia clementiæ noſtræ ſuggereret, perſpicuè intelligentes, veluti poſtulauerat fieri adiudicauimus. QVAPROPTER *ſtatuimus atque iubemus (ſecundum quod in illius ordinatione continetur) vt dentur eis annis ſingulis de tritico puro, modij mille quadringenti & quadraginta: & in ſuſceptionem hoſpitum, modij centum octoginta. Quod ſunt ſimul modij mille ſexcenti viginti. De viño, modiorum duo millia. De legumine, modij centum octoginta. De caſeo, penſas centum ſexaginta. De pinguedine, aut modij viginti, aut porci quinquaginta, quales meliores inuenire poſſunt. De butyro, modij quatuor. De melle, Carrada vna, ex modiis octo: vel ſicut ex cenſu de villa Lucarias perſoluitur. Et*

menſalem

A *menſalẽ de duodecim villis melle & cera: Id eſt vnoquoque menſe ſextaria quatuor, & ceræ libras duas. De ſale, modij centum. Volatilia cum ouis de duobus feſtis: Id eſt, Paſcha, & Natalis Domini.* AD VESTIMENTA *etiam vel omnes eorum neceßitates, ſecundum regularem inſtitutionem procurãdas, conſtituimus illis eaſdem villas, quas ipſe per ſuam conceßionem eis viſus eſt condonaſſe.* ID EST ANTONIACVM, *cum ipſa capella, vel quicquid ad ſuum opus præſentialiter habuit, vel quicquid inde homines per precarias tenent, vel quicquid per beneficium illius aliqui adhuc habent, & illic pertinere videtur.* (Antoygny.) ALTERAM *cui vocabulum eſt* CELLA, *quæ dicitur Villaris, cum omnibus appenditiis ſuis, quantum ipſe præſenti tempore ad ſuum opus illic habuit, vel quicquid homines per precarias tenent, vel quicquid per beneficia illius tenent, & illic pertinere videtur.* (La Celle pres Suresnes.)

B TERTIAM, *quæ vocatur* MATRIOLAS, *cum omni integritate ſua.* (Maroles pres Mõtereau faut yõne.) QVARTAM, *quæ vocatur* CATICANTVS. (Cachant.) QVINTAM, *cuius vocabulum eſt*, NOVIGENTVS, *cum omni integritate.* (Nogent lartaud.) SEXTAM, *cuius vocabulum eſt*, SPINOGILVM, *cum ipſa Capella vel quicquid inde ad ſuum opus habuit.* (Eſpynay & le Breul pres la petite riuiere D'orge.) SEPTIMAM, LOCELLVM, † *quæ vocatur Valedronis.* (†Quæ fuerit ignoratur.) OCTAVAM, *quæ dicitur* AGMANTVS, *vnà cum ipſa ſylua, quæ vocatur Vſta.* (Eſmans.) HAS *ergo villas cum appenditiis & redditibus ſuis (vt diximus) ad omnes eiuſdem congregationis tam infirmorum quam ſenum neceßitates faciendas, & ſuſtentacula mortalis vitæ miniſtranda, imperiali auctoritate & indulgentia, per hoc præceptum confirmationis noſtræ (ſicut prædictus venerabilis Abba in ſua confirmauit conſtitutione) ſtabili iure eis concedimus & confirmamus. Præcipientes vt nullus*

C *Abba per ſucceßiones quod ſalubri egit conſilio ſubtrahere aut minuere audeat, aut ad ſuos vſus retorqueat, aut alicui in beneficio tribuat: ſed neque ſeruitia ex eis exactet, neque paruaredos, aut expenſas ad hoſpitum ſuſceptiones recipiat. Neque vllas in aliqua re exactiones inde exigat, abſque ineuitabili neceßitate: præter menſuras in principali eccleſia Beati Germani, & in ponte Pariſius longo à tempore diſpoſitas. Et ſi augeri adiudicauerit, & numerum monachorum in maius augeri: amplificari pecunia maiori licentiam habeat.* HÆC *enim (vt putamus) ad vſus centum viginti monachorum ſufficiunt.* (Numerus conſtitutus monachorũ S. Germani, 120.) *Diſtrahendi autẽ aut minuendi eas res, quas pro Dei ſtatuimus amore, nequaquam præſumat. Sed ſi facere præſumpſerit, & poſt diſceſſum noſtrum, hanc noſtram confirmationem, quã ſupradicti Venerabilis viri Hilduyni cõſtitutionẽ fecimus, violare voluerit: querela ad ſucceſſores noſtros: qui tũc tẽporis nobis ſuperſtites fuerint deuenerit: Ipſiq́;*

D *agnita auctoritate noſtra, ſtatuta noſtra defendant, & ſuæ auctoritatis præcepto confirmẽt, qualiter futuris temporibus fratres in cœnobio ſupradicto regulã Beati Benedicti ſeruantes, abſque perturbatione liberè Deo deſeruire queant, nobiſque merces exinde in perpetua recompenſetur æternitate. Et vt hæc auctoritas, quam ob amorem Dei, & animæ noſtræ remediũ ſtatuimus, firmiorẽ obtineat vigorem, & deinceps inconuulſa valeat perdurare: manus noſtræ ſubſcriptione eam ſubter firmauimus, & anulo noſtro ſigillari iußimus. Dat. Id. Ianuarij, Anno Chriſto propitio XVI Imperij Domni Hludouici ſereniſsimi Auguſti, Indictione ſeptima. Actum Aquiſgrani Palatio Regio, In Dei nomine feliciter.* (Anno. 830)

Hoc edictum non eſt aliud quam confirmatio partitionis menſæ conuentualis ab
Abbatiali per Hilduynum. 1. Abbatem S.Germani factæ. Præceſſerat alia ſub Irminone: E
Li.4.c.34. quæ licet non habeatur, hanc tamen ſuperius Aimoinus his verbis perſtrinxit. *Prudentiſſimus Irmino omnium redhibitiones villarum Sancti Germani vſque ad vnum ouum ac pullum, vel etiam ſcindulam, ſcripto ſub vno comprehendit. Et quantum monachi in proprios vſus haberent, quantúmque Abbas ad exercitum Regis, vel in proprium ſibi vendicaret, diſpoſuit.* Non opus fuiſſet hac bono-
Eccli.32. rum monaſterij in caput & membra diuiſione, ſi Cœnobiarcharum quiſque ſententiam
Salomonis, qua dicitur Rectorem te poſuerunt, noli extolli, ſed eſto in illis quaſi vnus ex
ipſis, ad vnguem obſeruaſſet, communi victu veſtitúque contẽtus, & ſubditis monachis,
neceſſaria quæque voluntariè & abſque acceptione diſpertiens. At dum omnia in ſe trahunt, & iuſtè petita aut magno ſupercilio renuunt, aut parcè ægrè & tardè largiuntur:
neceſſarium fuit certam dominij temporalis portionem, ab omni onere immunem, conuentui indulgere, vnde ſibi neceſſaria abſque mendicatione & moleſtia colligere poſſet.
Gaguinus lib.4. Et hoc faciendum Sanctus Benedictus iam præuidit, quum capite 56. ſuæ regulæ, menſam
Abbatis a Conuentu ſequeſtrauit. Quanquam & hoc attendit, vt peregrinorum & hoſpitum ſuſceptioni intenderet. Quod tum ex charitate fit, ſi non diuites dubia menſa, ſed
pauperes frugali excipiantur.

(Palatii nostri Archicapellanus) Inde argumentum ſumptũ, quemcumque S. Germani Abbatem, eſſe Archicapellanum Regis Francorum. Quod nõ auſim F
adfirmare, cum priuilegium huius perpetui iuris deſit, & quod vni conceſſum fuerit, ad
alios non neceſſariò deriuetur. Promeruerat quidem illud Hilduynus, coram Ludouico
Pio Imperatore ac rege, apud S. Medardum Sueſſionẽſem à propriis liberis incarcerato
miſſas quotidie celebrans: Sed alij ſucceſſuri vnde? Dionyſiani monachi ex aduerſo hanc
dignitatem ipſi Hilduyno, ob ſui prærogatiuam monaſterij (nam & eorum quoque Abbas erat) obtigiſſe defendunt: quam pariter in ſuos ſucceſſores Abbates deriuant.

(Volatilia cum ovis. &c.) Obſerua Benedictinos huius loci incolas iam ab anno redemptoris 830. immò ante, carnes certis diebus comediſſe. Cui aſſertioni, additio
prima ad capitulare Regum Anſegiſi, anno Domini 817. Aquiſgrani ipſo præſente imperatore, à multis Abbatibus & monachis illic congregatis facta, cap. 78. aſtipulatur
dicens. *Volatilia in natale Domini & in Paſcha tantum quatuor diebus (ſi eſt vnde comedant) habeant. Si verò non fuerit vnde, non requiratur per debitum. Si autem Abbas aut monachi abſtinere ſe voluerint, in eorum ſit arbitrio* Antiquior eſt hac ſanctione epiſtola Theodemari Abbatis 12. Caſinenſis, ad Carolum Magnum Imp. nimirum data anno Chri- G
ſti 774. In qua ſic habetur. *Volatilia nunquam, niſi die Natalis Domini (ſi eſt vnde.) vſque ad dies octo comedimus. Similiter etiam Paſchalibus feſtiuitatibus. Multi tamen fratrum noſtrorum neque volatilia comedunt: neque vinum vnquam, niſi de ſancto calice bibunt.* Hanc
epiſtolam (vtpote multa ſcitu digna complectentem) Chronico Caſinenſi ſubiunximus. Volatilium vbique & non quadrupedum fit mentio. Quo factum eſt, vt hæc
monachis ad veſcendum licita, iſta verò tantum prohibita crederentur: Iuxta regulam
ſancti Benedicti, cap. 59. dicentem. Carnium quadrupedum omnino ab omnibus abſtineatur comeſtio: de volatilibus nihil prorſus addens. Quam opinionem pluſquam cẽtum
annis ante Diuum Benedictum exortam Sanctus Hieronymus tomo 1. epiſtola 9. Ad Saluinam, de viduitate ſeruanda, exploſit his verbis. *Procul ſint à conuiuiis tuis phaſides aues, craſſi turtures, attangen ionicus, & omnes aues, quibus ampliſſima patrimonia auolant. Nec ideo te carnibus veſci non putes, ſi ſuum, leporum, atque ceruorum, & quadrupedum animantium eſculentias reprobes: Non enim hæc pedum numero, ſed ſuauitate guſtus indicantur.*

Et S.Proſper Aquitanicus (qui poſt rectam 22. annis eccleſiam Regienſem, anno redemptoris 466. vita functus eſt) lib.2. de vita contemplatiua, cap.22. ait. Si aliqui à quadrupedi-
Vitã eius habes to.3. Sury de ſanctis, die 25. Iunij. bus abſtinentes, phaſianis alitibus, vel aliis auibus precioſis perfruantur: non mihi videntur reſecare delectationes ſui corporis ſed mutare: nec pro abſtinentia, ſed velut pro neſcio qua immundicia, vel certè (quod verius eſt) pro ſtomachi nauſeantis teneritudine, H
delicias illas communes ac viles abiicere: quo poſſint aliis carnibus delicatioribus ac precioſioribus ſuas voluptates explere. Et ob hanc eandem cauſam Ioannes de turre cremata
in præfatum regulæ Benedictinæ locum dixit. Aduertendum quod licet Sanctus pater tantum nominet carnes quadrupedum: prohibitio tamen extenditur vſque ad carnes etiam
animalium bipedum, ſcilicet volatilium. Cum enim carnes volatilium ſint dulciores, magis delicatæ & precioſiores: quando minus delicatas prohibet, proculdubio magis delicatas & precioſiores prohibere credendus eſt. Mos enim ſanctorum doctorum eſt, in minore comprehendere maius. Quam ſentẽtiam ſequitur Antoninus tomo 3. ſuæ ſummæ, tit.
16. cap.6. §. 5. de eſu carnium. Non defuere tamen quidam viri ſancti & docti, ipſis Beatis
Hiernymo & Proſpero aliquot ſeculis iuniores, qui contrariam opinionem tenerent. Vt
Rhabanus Maurus: quem (teſte Trithemio in catalogo illuſtrium virorum) conſtat, cum
adhuc puer eſſet decem annorum Fuldenſem monachum factum, eidémque cœnobio ab
anno

A anno ætatis 35. viginti quatuor annis præfuiſſe, & poſtea ſedi Moguntinæ nouem, ac tandem anno ſalutis 853. vitæ vero ſuæ ſexageſimo octauo mortuum. Ille enim lib. 2. de Inſtitutis clericorum, cap. 27. ait. Auium vſum credò indò à patribus permiſſum eſſe: eo quod ex eodem elemento, de quo & piſces creatæ ſunt. Nam in regula monachorum non inuenimus aliarum carnium eſum eis contradictum, niſi quadrupedum. Propterea Trithemius lib. 3. de viris illuſtribus ordinis S. Benedicti cap. 48. Sanctum Paulum, Beati Eltuti Abbatis monachum, & poſtea Leonenſem epiſcopum, laudat plurimum. quoniam, inquit, carnes non ſolum quadrupedum, ſecundum regulam, ſed etiam bipedum in omni vita ſua guſtu non legitur contigiſſe. Nicephorus quoque (qui ſub Andronico Palæologo ſeniore, Imperatore Græcorum, circa annum Domini 1300. vixit) lib. 12. hiſt. eccl. cap. 34. loquens de vario delectu ciborum in quadrageſimæ obſeruatione: Sunt qui cum piſcibus, volatilia etiam deguſtant: ex aquis ea quoque progenita eſſe (vt Moſes inquit) dicentes. Idem ſcribit. Socrates lib. 5. hiſt. eccl. cap. 21. Sed audi horrendum interitum cuiuſdā monachi, qui vt carnem auium comederet, hac eadem ratione vtebatur. Ille enim cum ad ſedes patris acceſſiſſet, ipſique offerrentur piſces, renuit accipere: ſed gallinam expetens dixit: Volatilia non ſunt caro. Vnam enim habent cū piſcibus originem, pariſque cum illis B conditionis ſunt: ſicut habet quidam hymnus noſter. Eſt autem hymnus feriæ quintæ ad veſperas, hæc continens. Magne Deus potentiæ, qui ex aquis ortum genus partim remittis gurgiti, partim leuas in aëra. Dimerſa lymphis imprimens, ſubuecta cælis erogans: vt ſtirpe vna prodita, diuerſa rapiant loca. Et ſtatim miſer iſte ad primam buccellam extinctus eſt. Refert hoc exemplum Surius tomo 6. de ſanctis, ſub die 18. Nouemb. lib. 3. cap. 2. vitæ Sancti Odonis, Abbatis primi Cluniacenſis.

21 (Neqve parvaredos recipiat.) Eadem dictione vtitur Carolus Caluus, huius Ludouici Pij filius, in ſuo priuilegio, quod ad verbum refertur infra, cap. 34. Pratejus in ſuo lexico iuris, oſtendit ex Caſſiodoro eſſe magnos agminales equos: qui v, in f, mutato, eliſóque primo e, vulgò parafredi, & Gallicè *palefrois* nuncupantur. Quales equos Domini nobiles à ſubditis nonnunquam exigebant. In noſtris priuilegiis puto tranſpoſitionem eſſe literarum ſecundæ ſyllabæ: & paruaredos, pro parauredos ſcriptum, Nam in capitulari Regum lib. 2. cap. 16. extat edictum contra eos qui inhonorant Regem. parauredа (ſic enim legitur) donare, vt tenentur, nolentes. Occiſo Boamundo, Antiochiæ Principe, Sanguineum potentiſſimum Turcarum ducem vidua eius ad ſe inuitauit: vt exhæredata filia, hoc principatu cum eo perpetuò frueretur: miſitque ei palefredum albiſ- C ſimum, argento ferratum, freno & cæteris argenteis phaleris redimitum: teſte Guillelmo Tyrio, lib. 13. belli ſacri, cap. 27. Reginaldus Abbas S. Vincentij Cenomanenſis, vt confirmationem donationis Tuſſiaci †, ipſi Cœnobio factæ obtineret ab Hugone † firmitatis Bernardi, dedit ei trecentos ſolidos denariorum Cœnomannorum, & vnum palefridum centum ſolidorum, id eſt, aureorum. Et Greg. Papa. 8. in confirmatione ſtatutorum Præmonſtratenſis ordinis ait. Nulla perſona eccleſiaſtica pro benedicendo Abbate & deducendo in ſedem ſuam palefridum, aut aliquid aliud exigere præſumat. In quibus locis Palefridus pro parauredo ponitur. Doctiſſimus Choppinus lib. 3. ſacræ politiæ, titulo 2. art. 10. meminit equitatus, quem priſci eccleſiæ magnates præſtabant Regi: quemque dicit. Luitprandum lib. 3. hiſtoriæ ſuæ, cap. vlt. appellare Caballicatam, à Caballo, id eſt, equo. Frater Guillelmus de Nangys, in geſtis S. Ludouici, Francorum Regis, cap. 42. Caluacatam appellat. Nam inter quaſdam eius leges hanc refert. Subditos noſtros nouis exactionibus vel conſuetudinibus Bailliui & alij Officiales non affligant. Caluacatas, extorquendæ pecuniæ cauſa, non mandent: ſed ex cauſa omnimodo neceſſaria. Et tunc volentes facere perſonalem caluacatam, ad eam redimendam pecunia non compellant. Aimoinus infra, cap. 34. hoc ſignificare videtur, quum dicit Irminonem Abbatem diſpoſuiſſe, quid D monachi in proprios vſus habere deberent, quantúmque Abbas ad exercitum Regis, vel in proprium ſibi vendicaret.

† Tuſſé *Priolatus cōuentualis.*

† *Vulgò,* La ferté Bernard, *oppidū cenomannicum.*

Refert Choppin⁹ lib. 2. ſacræ politicæ, titulo 8. articulo 4.

(Avt expensas ad hospitvm svsceptiones recipiat.) Qui hoſpites tempere aut eorum expenſas ſoluere tenebantur, Manſionatici ab ipſis Carolo Magno & Ludouico Pio Imp. appellati ſunt. lib. 2. Capitularis, cap. 17. Qua etiam voce Pipinus Rex Aquitanorum, ipſius Ludouici filius, infrà cap. 17. in ſuo priuilegio vtitur, monaſterium noſtrum Sancti Germani ab hoc onere eximens, ſeu potius ab auo & patre ſuo exemptum confirmans. Quam exemptionem dudum antea Carolus Magnus, in ſubleuamen eccleſiæ, omnibus clericis & monachis voluerat eſſe communem. Vnde ad filium ſuum Pipinum, Italiæ regem, talia ſcribit. Peruenit ad aures clementiæ noſtræ, quod aliqui per ſingula territoria habitantes vel diſcurrentes manſionaticos & paruaredos accipiunt non ſolum à liberis hominibus, ſed etiam de eccleſiis Dei, monaſteriis videlicet virorum ac puellarum, & de xenodochiis. Quod deinceps fili chariſſime emendare & corrigere ſtudeas: quatenus in diebus noſtris citius pax eccleſiarum Dei, ſiue illarum ſeruientium

in omnibus conſeruetur: & vt merces copioſa nobis ac tibi exinde iugiter accreſcat. Hæc refert Sigonius lib. 4. de regno Italiæ. E

(ETSI AVGERI ADIVDICAVERIT ABBAS.) Sic Canonicorum numerus quãtumcumque præſcriptus & limitatus augeri poteſt, ſi facultates augeantur 7. de conſtitu. c. Cum M. Ferrarienſis. Ipſis verò facultatibus non diminutis, nequit ordinatus numerus med. eo. tit. c. 12.

De Ludouici modeſtia & cleri per eum à luxu ſæculari abſtinentia: Abodritorum motu compreſſo: De Ludouici cum Iudith nuptiis: cum fratribus reconciliatione & pœnitentia: Ducum ob rem in Hiſpania malè geſtam depoſitione & Baldrici depreßione Berhardique erectione.

CAP. XI.

HÆc erat ſancti Imperatoris exercitatio, hic quotidianus ludus, F hæc paleſtrica agonia ſpectante Deo, quò eius vita in ſancta doctrina & operatione clarius eniteret: qui in pomparum ſublimitate conſtitutus, imitando Chriſtum humilitate altius eminebat. Denique tunc cœperunt deponi ab epiſcopis & clericis cingula, baltheis aureis & gẽmeis cultris onerata, exquiſitæque veſtes, ſed & calcaria talos onerantia relinqui. Monſtro enim ſimile ducebat, ſi eccleſiaſticæ deputatus familiæ, conaretur aſpirare ad ſæcularis ornamenta gloriæ. At verò non tulit hanc ſanctam Deoque dignam Imperatoris deuotionem humani generis inimicus, vndique ſe impetentem, & ab omnibus eccleſiæ ordinibus ſibimet bella indicentem: ſed cœpit totis virium copiis ſe expugnantem oppugnare, & per mẽbra ſua, Chriſti fortiſſimum bellatorem vi & aſtu quo G potuit laceſſere. Nam his ritè ordinatis, poſtquam Imperator in eodem placito filium primogenitum Lotharium, Imperatorem appellari & eſſe voluit: & duorum filiorum ſuorum, Pipinum in Aquitaniam, Ludouicum in Baioariam miſit (vt ſcilicet ſciret populus cuius deberet poteſtati parere) ſtatim ei Abodritorum defectio nuntiatur: qui cum filiis Godefridi amicitias iungentes, Saxoniam Trans-albianam vexabant. Contra quos imperator ſufficientes copias dirigens, eorum motus Deo fauente cõpreſſit. Verũ hæc ſuperius iam digeſta latius, ſufficiat hîc tantummodo prælibaſſe. Eodem itidem tempore defuncta Hirmangarde regina (vt iam ſuprà notauimus) monitu ſuorum vxoriam meditabatur inire copulam. Timebatur enim à multis ne regni vellet relinquere gubernacula. H Tandémque eorum voluntati ſatisfaciens, & vndecunque adductas procerum filias inſpiciens, Iudith filiam Vvelponis nobiliſſimi comitis in matrimonium duxit. Sequenti quoque tempore domnus imperator conuentum generalem coire iuſſit, in loco cuius vocabulum eſt Attiniacus. In quo conuocatis ad conſilium epiſcopis, abbatibus, ſpiritualibuſque viris, necnon & regni ſui proceribus, primo quidem fratribus reconciliari ſtuduit, quos inuitos attonderi fecerat: Deinde omnibus quibus aliquid læſuræ intuliſſe videbatur. Poſt hæc autem palàm ſe erraſſe confeſſus eſt: & imitatus Theodoſij imperatoris exemplum, pœnitentiam ſpontaneam ſuſcepit, tam de his, quàm quæ in Bernardum nepotem (vt ſuprà relatum

Ludouici modeſtia. *Clerici in cultu cõtinentia.* *Abodritorũ defectio* *Iudith ducitur à Ludo.* *Fratrum reconciliatio.* *Ludouici pœnitẽtia.*

A relatum eſt) geſſerat proprium: & corrigens ſi quid talium vel à ſe, vel à patre ſuo geſtum reperire alicubi potuit, eleemoſinarum etiam largitione plurimarum, ſed & ſeruorum Christi orationum inſtantia, necnon & propria ſatisfactione, adeò diuinitatem ſibi placare ſtudebat, quaſi hæc quæ legaliter ſuper vnumquémque decurrerant, ſua geſta fuerint crudelitate.

Cùm igitur conuentus habitus eſſet publicus Attiniaci, vbi cùm in aliis tum maximè feruebat res (vt ſuprà dictum eſt) in † marcha Hiſpanica nuper ignominioſè peracta. Hac ventilata & enucleatiſſimè inueſtigata, ij reperti ſunt huius culpæ auctores qui ab imperatore præfecti ſunt duces. Hos ergo ſolúmodò honoribus ademptis, luere iuſſit imperator culpam B huius ignauiæ. Itidem Baldrico duci Foroiulienſi dũ obiiceretur, & probatum eſſet eius ignauia & incuria vaſtatam à Bulgaris regionem noſtram pulſus eſt ducatu: & inter quatuor comitatus eſt eiuſdẽ poteſtas diſſecta. Et quidem imperatoris animus natura miſericordiſſimus, ſemper peccantibus miſericordiam prærogare ſtuduit. At verò ij quibus talia præſtita ſunt quomodo clementia illius abuſi ſunt in crudelitatem poſt pauca patebit: cùm claruerit quomodo pro vitæ beneficio, ſummam ei, quantum in ſe fuit, importauerint cladem. Statuit itaque imperator Vvarmatiam, ad celebrandum populi generalem conuentum menſe Auguſto, properare. In quo conuentu comperiens clãdeſtinas circa ſe eorum quos vitæ reſeruauerat machinationes more cancri ſerpere, & multorum animos quaſi per quoſdam cuniculos ſollicitare, ſtatuit ſibi contra eos C quoddam propugnaculum erigere. Nam Berhardum eatenus Hiſpaniæ partium & limitum comitem, cameræ ſuæ præfecit quæ res, non ſeminarium diſcordiæ extinxit, ſed potius augmentum creauit. Sed cùm necdum ij qui tali peſte tabeſcebant vulnus ſuum detegere poſſent, vt pote quibus nulla copia ad peragendum quæ concupierant ſuppeteret: in aliud hæc differre tempus ſtatuerunt. Imperator autem his vt opportunitas dictabat explicitis, Rhenum tranſiit: Franconofurd villam petiit: ibíque quandiu bonum viſum eſt, & hyeme propinquantia frigora ſiuerunt, venationi indulſit: ac deinde circa feſtum ſancti Martini ad Aquaſgrani ſe vertit. Ibíque & ipſam feſtiuitatem, & ſancti Andreæ, necnon & natiuitatis dominicæ cum reliquis, vt decebat, peregit celebriter.

† frontiere.

Ducum ob rem malè geſtam depoſitio. Baldricus

Berhardi ſublimatio al. Bernhardi.

D

De ſeditioſorum in Ludouicum conſpiratione: & eiuſdem apud Pipinum criminatione: Iudith reginæ in monaſterium intruſione: Lotharij aduentu in Franciam. Heriberti excæcatione: Odonis exilio: Hilduini abbatis eiectione: Coniuratorum mitiſſima animaduerſione: & Iudith purgatione.

Cap. XII.

Circa tempus porrò quadrageſimale, cũ imperator loca mari circumiacentia peragraret, factionis iniquæ principes vltrà ferre non valentes, occultatum diu vulnus detegunt. Nam primum inter ſe primores

Seditioſorum coniuratio.

fœdere quodam coniurant: Deinde ſibi minores aggregant: quorum E
Minores mutationis cupidi. pars mutationis ſemper cupida, more canum auiúmque rapacium, alienum detrimentum ſuum quærunt fieri ſuppletionis augmentum. Freti ergo multitudine & aſſenſu plurimorum, filium imperatoris Pipinum adeunt, prætendẽtes abiectionem ſui, Berhardi inſolentiam, horum *Suggeſtio fraudulẽta* deſpectionem & cæterorum: aſſerentes etiam eum (quod dictu nefas eſt) thori inceſtatorem paterni: Porrò patrem adeò quibuſdam eluſum præſtigiis, vt hæc non modò non vindicare, ſed nec auertere poſſet. Oportere ergo dicebant, bonum filium indignè ferre dedecus paternúm: reſtituere patrem & menti & dignitati: & quòd hæc agentem non ſolùm fama proſequeretur virtutis, ſed etiam amplificatio regni terreſtris: hoc prętexebant nomine culpam. His ergo allectus incitamentis iuuenis, cum eis & ſuorum multis copiis per Aurelianenſem vrbem, ſublato inde Odone & reſtituto Matfrido, Vverimbriam vſque venerunt. At verò imperator, vt eorum conſpirationem contra ſe & vxorem, Berhardúmque obſtinatiſſimè comperit feraliter armatam, Berhardum quidem fugæ præſidio ſe committere permiſit: Vxorem autem Laudini eſſe & in monaſte- F
al. Lauduni. rio ſanctæ Mariæ conſiſtere voluit. Ipſe autem Compendium petiit. Porrò ij qui cũ Pipino Vverimbriã venerũt, miſſo Vvarino & Lãberto aliíſque quã plurimis, Iudith reginã ex ciuitate monaſteriíque baſilica eductã ad ſe vſque perduci fecerunt. Quã vſque adeò, intentata poſt diuerſi generis pœnas morte, adegerunt, vt promitteret ſe (ſi copia daretur cũ imperatore loquẽdi) perſuaſurã: quatenus imperator abiectis armis comíſque reciſis, monaſterio ſeſe conferret, ſe etiã impoſito velo capiti itidem facturam. G
Quã rẽ quanto plus cupiebant, tantò facilius crediderunt. Miſſis enim cũ ea ſuorũ aliquibus, ad imperatorẽ vſque deduxerunt. Cui cùm ille ſecretius ſecum loquenti licentiã pręſtitiſſet; permittente illo, vt mortẽ euadere poſſet, ipſa velũ ſuo capiti ſuperpoſuit. De attonſione porrò ſua, im-
Iudith fit monialis. perator, tẽpus deliberãdi popoſcit. Tãtò enim Imperator aliis benignè ſẽper viuens, iniuſto odio laborabat: vt tæderet eos vitæ ipſius, qui niſi illius beneficio viuerent, iuſtè & legaliter vita caruiſſent. Redeunte ergo ad ſe regina, aliis quidem malis temperarunt, adclamatione autem conſentientes vulgi, exilio eam deportari & in monaſterio ſanctæ Radegundis
Lotharij aduentus iuſſerunt retrudi. Circa Maium porrò menſem filius imperatoris Hlotharius ex Italia venit, cúmque Compendij reperit. Ad quem venientem tota H
ſe illa contulit factio imperatoris inimica. Ipſe tamen nihil tunc temporis patri intuliſſe viſum eſt dedecoris: probauit autem quæ geſta erant. De-
Heribert⁹ excæcatur. Odonis exilium. nique Heribertus Berhardi frater luminum amiſſione mulctatus eſt, contra votum imperatoris: Odo conſobrinus illius armis ablatis exilio deportatus, tanquam eorum quæ Berhardo & reginæ adclamabantur conſocij & fautores. In talibus ergo conſiſtens ſolo nomine imperator, æſtatem tranſegit. Cùm autem inſtaret autumnalis temperies, ij qui imperatori contraria ſentiebant, alicubi in Francia conuentum fieri generalem volebant. Imperator autem clanculo obnitebatur, diffidens quidem

A dem Franciſ,magíſque ſe credens Germanis. Obtinuit tamen ſententia
imperatoris,vt Neomagum populi conuenirent. Verens porrò ne multitudo contrariorum, ſuperaret paucitatem fidelium ſuorum, iuſſit vt
vnuſquiſque ad idem veniens placitum, ſimplicī vteretur commeatu.
Præcepit etiam comitem Lambertum, finium ſibi deputatorum cuſtodiam habere:Heliſachar item abbatem iuſtitias direxit facturum cum eo.
Tandem ergo Neomagum ventum eſt: omníſque Germania eo confluxit imperatori auxilio futura. Imperator autem volens adhuc vires aduerſariorum attenuare, Hilduinum abbatem culpans interrogauit, cur *Hilduinus conſilio eiicitur.*
cùm ſimpliciter venire iuſſus ſit, hoſtiliter aduenerit. Qui cum negare
nequiret,continuò ex palatio exiri iuſſus eſt, & cum pauciſſimis hominiB bus iuxta patris Bruunam in expeditionali hyemare tabernaculo. Vualach abbas iuſſus eſt ad monaſterium redire Corbeiæ, ibíque regulariter *al. Brunnam.*
obſeruari. Hæc cùm hij qui imperatori aduerſaturi erant peruiderent, ad
deſperationem vltimam infracti viribus ſeſe verterunt. Denique per totam noctem coëuntes, atque ad habitaculum Lotharij imperatoris filij
conuenientes, hortabantur aut bello confligendum,aut aliquo ſecedendum abſque imperatoris voluntate. In qua deliberatione cùm expendiſſent noctem, manè imperator filio mandat, ne inimicis communibus
credat;ſed ad ſe tanquam ad patrem filius veniat. Quibus ille auditis,licet
dehortantibus qui circa illum erant, ad patrem venit. A quo non eſt aſpera increpatione inuectus, ſed modeſta lenitate correptus. Ingreſſo au- *Lotharij ad patrem acceſſus.*
C tem illo inter penetralia regiæ domus,diaboli inſtigatione vulgus contra
ſe cœpit furere:proceſſiſſetque furor vſque ad mutuam cædem,niſi imperatoria proſpexiſſet prudentia. Dum enim illi inter ſe tumultuantes,penè *Vulgi tumultus.*
in veſanum ruerent furorem;imperator ad cũctorum cum filio proceſſit
aſpectum. Quo facto omnis illa conquieuit feralis commotio. Imperatoria enim audita oratione, omnis faceſſit popularis tumultus. Poſt hæc
imperator omnes illos huius impiæ conſpirationis principes, ſub priuata cuſtodia præcepit adſeruari. Quos poſtea ad iudicium adductos, cum
omnes iuris cenſores filiíque imperatoris, iudicio legali, tanquam reos
maieſtatis,decernerent capitali ſententia feriri, nullum ex eis permiſit occidi:ſed vſus (vt multis viſum eſt) leniori quàm debuit pietate,ſibi tamen *Animaduerſio mitis in coniuratos.*
conſueto benignitatis & clementiæ more, laicos quidem præcepit locis
D opportunis adtonderi, clericos verò in conuenientibus itidem monaſteriis cuſtodiri. His peractis, ad hyemandum imperator Aquiſgranum ſeceſſit. Habuit autem per idem tempus ſecũ ſemper Lothariũ filiũ ſuum.
Miſit interea in Aquitaniã,cõiugémque reuocauit,fratréſque illius Conrardum & Rodulfum iamdudum attonſos. Quam tamen coniugis honorenon eſt dignatus, donec ſe legali præſcripto modo ab obiectis pur- *Iudith purgatio.*
garet. Quod poſtquam geſtum eſt, in purificatione ſanctæ Mariæ cunctis diiudicatis ad mortem vitam conceſſit. Ac Lotharium in Italiam, Pipinũ in Aquitaniã,Ludouicũ in Baioariã ire permiſit.Ipſe verò quadrageſimale tempus, paſchæque ſolennitatem, in eodem loco celebrauit.

De tranſmarinorum legatorum muneribus: Berhardi purgatione & prouocatione ad ſingulare certamen: Pipini caſtigatione à patre & fuga eius: Baioariæ motu: Berhardi depoſitione: Pipini cuſtodia & temporis intemperie. E

Cap. XIII.

PAſchalibus ergo peractis ſolennibus, ad Ingelinheim imperator perrexit. Ipſo denique tempore, conſuetæ non immemor miſericordiæ

Job. 31.

(quæ ſicut de ſe ait Iob, ab initio creuit cum illo & de vtero matris videtur cum ipſo egreſſa) eos quos dudum exigentibus meritis per diuerſa deputauerat loca, euocatos bonis propriis reſtituit: & ſi qui adtonſi fuerát,

Ablegatorum & attonſorum reuocatio.

vtrum ſic manere an in habitum redire priſtinum vellét facultatem contribuit. Dehinc imperator in partes Rumerici montis per Voſegum tranſiit: ibíque piſcationi atque venationi quàm diu libuit indulſit, & filium F

Legatorū tranſmarinorū munera.

Lotharium in Italiam direxit. Porrò autumni tempore in Theodonis villam conuenire generaliter ſuum populum præcepit: in quo loco tres legati Sarracenorum, à tranſmarinis venere partibus (quorum duo Sarraceni, vnus Chriſtianus fuit) afferentes ſuæ grandia munera patriæ, odorum ſcilicet diuerſa genera & pannorum. Qui pace petita & accepta, remiſſi ſunt. Affuit etiam & Berhardus, qui modo prædicto fugiendo ſe ſaluans, diu in finibus Hiſpaniæ exulauerat. Is ergo imperatorem adiens, modum ſe purgandi ab eo quærebat more Francis ſolito, ſcilicet crimen obiicienti ſemet obiicere volens, armiſque impacta diluere. Sed cùm ac-

Berhard° ad purgationem ſui duellū petit.

cuſator (licet quæſitus) deeſſet; ceſſantibus armis purgatio facta eſt iuramentis. Præceperat porrò imperator, vt huic placito filius eius intereſſet Pipinus: ſed ille conuentui ſemet ſubtraxit: poſt placitum autem aduenit. G

Pipini inſolentia.

Imperator autem volens & hanc inobedientiam, plurimámque in eo caſtigare morum inſolentiam, ſecum eum morari iuſſit, & vſque natalem

Pipini fuga.

domini ſecum Aquiſgrani tenuit. Sed ille vltra ſuum ſe velle teneri grauatus, fugam capeſſit: & inſcio patre in Aquitaniam conceſſit. Imperator verò in hybernis, vt cœperat, Aquiſgrani permanſit.

Baioariæ motus. al. Hanſburg.

Hyemis ſanè rigore tranſacto & vernali ſucceſſu reducto, nuntiatū eſt imperatori quoſdā excitatos motus in Baioaria: ad quorum cōpreſſionē feſtinus abiit, ad Anſburgū vſque peruenit: inſurgentia ſedauit: cōtinuo rediit: cōuentúmque publicū Aurelianis fieri iuſſit: ibíque ſibi Pipinum occurrere mādauit. Qui licet inuitus occurrit. Sed cōſiderans imperator H

Berhard° imperatori ſuſpect°. Berhard° exautoratur. Pipin° cuſtodia tenetur.

quorundā malorū conſilia hominum, filij animos tam minis quàm promiſſionibus ad deteriora feſtinantium peruertere, maximéque Berhardū verés (cuius conſilio vti tunc Pipinus dicebatur) qui & ipſe tunc in Aquitania morabatur, Ligeri tranſmeato cum commeatu ſuo, ad Iucuntiacum venit palatium in territorio Lemouico ſitum. Quo ventilata vtriuſque cauſa, Berhardus quidem cùm inſimularetur infidelitatis, nec tamen vſque ad congreſſionem probator procedere vellet, honoribus eſt priuatus: Pipinum verò propter morum correptionem prauorum, ſub cuſtodia priuata Treueros perduci iuſsit. Quò cùm duceretur, & indulgen-

tius

A tius haberetur, à ſuis cuſtodiæ noctu ſubducitur: & vſque ad imperatoris ab Aquitania reditum, quaqua verſum valuit & voluit peruagatur. Et tunc quidem imperator inter filios ſuos Lotharium atque Carolum, quandam diuiſionem regni conſtituit. Quæ tamen ingruentibus impedimentis (quæ dicenda ſunt) pro voto minimè ceſſit: & oportuno tempore viſum eſt imperatori ab Aquitania ſedere. Sed poſt paucum tempus, idem ad feſtum ſancti Martini populum conuocauit, filiúmque Pipinum fugientem, ad ſe quoquo modo reuocare voluit, ſed ille id refugiebat. Aſperrima hyemis incubuit inclementia, primò quidem pluuiarum inundantia plurimarum, deinde humectationem terræ glaciali aſtringente rigore: quæ adeò noxia fuit, vt ſubtritis pedibus equinis,
B rarus quiſque foret qui vectatione equorum vteretur. Fracto ergo multo exercitu laboris incommodo, & improuiſo excurſu Aquitanorum ſubinde, & moleſtè ferente, ſtatuit imperator ad villam, cuius vocabulum eſt Reſtis, venire, ibíque Ligeris amne tranſmeato, in Franciam hyematum redire. Quod & fecit, licet minus honeſtè quàm decuit.

Regni diuiſio.

Hyems dura.

Filiorum Ludouici in ipſum arma: Gregorij papæ in Frãciam aduocatio & aduocationis cauſa: Iudith exilio: Ludouici captiuitate: indicta pœnitentia: inſignium & armorum exutione: De Ludouici beneuolis & armis à diuerſis pro eo ſumptis: de eiuſdem reſtitutione & vxoris reuerſione.

Cap. XIIII.

C HVmano porrò generi paciſque contrarius diabolus, nequaquam ab infeſtatione imperatoris feriabatur, ſed per ſatellitum ſuorum verſutias, filios ſollicitabat: perſuadens illis quòd pater eos vltro perdere vellet: non conſiderantes quod qui mitior omnibus eſſet externis, immanis non poterat effici ſuis. Sed quia corrumpunt mores bonos colloquia mala, & lapidum etiam duritiã mollis aquæ guttula ſæpius illiſa terebrare ſolet; tandẽ ad id ventum eſt, vt filios imperatoris in vnũ cum copiis quibus poterãt coire facerent, Gregoriúmque Papã aduocarent, ſub ornatu quaſi qui patri ſolus filios reconciliare deberet, vt poſſet. Rei tamẽ veritas poſt claruit. Imperator ècontrariò, menſe Maio Vvarmatiam venit cum valida manu: ibíque quid agendum ſibi foret diu deliberauit. Miſſiſque
D deſtinatis, Bernardo ſcilicet epiſcopo cum reliquis, filios hortabatur ad ſe redeundum. Sed & Papam Romanæ ſedis conueniebat, ſi more prçceſſorum aderat ſuorũ, cur tantas necteret moras, non ſibi occurrendo. Cùm verò rumor vſquequaque diffuſus ſereret de cæteris quod verum erat, de Papa verò Romano quòd ideò adeſſet, vt tam imperatorẽ quàm epiſcopos excommunicationis irretire vellet vinculis, ſi qui inobedientes eſſent ſuę, filiorúmque imperatoris voluntati, parũ quid ſurripuit epiſcopis, imperatoris præſumptio audaciç, aſſerẽtibus nullo modò ſe velle eius voluntati ſuccumbere: ſed ſi excõmunicaturus adueniret, excõmunicatus abiret, cùm aliter ſe habeat antiquorum auctoritas canonum. Tandem ergo

Filiorũ in patrẽ arma.

1. Cor. 15.

829.

Gregorij Papæ 4. in Franciam aduocatio.

Nota de regis excõmunicationis.

ventum eſt, in feſtiuitate ſancti præcurſoris Chriſti Ioannis, in locum qui ab eo quod ibi geſtum eſt perpetua eſt ignominia nominis notatus, vt vocetur campus mentitus. Quia enim ij qui fidem imperatori promittebant mentiti ſunt; locus in quo id contigit, teſtis nequitiæ in ſuo nomine remanſit. Cùm autem haud procul inde aciebus ordinatis conſiſterent, iamiámque ruendum in arma putaretur, nunciatum eſt imperatori aduenire Papam Romanum. Quem venientem, in ipſa acie imperator conſiſtens ſuſcepit, licet indecentius quàm debuit: imputans ei, quòd ipſe ſibi talem ſuſceptionem præparauerit, qui inuſitato modo ad ſe venerit. Ductus autem Papa in habitationem caſtrẽſem multis aſſertionibus perdocuit ſe tantum iter non ob aliud ſuſcepiſſe, niſi quia dicebatur quòd inexorabili cõtra filios diſcordia laboraret: ideóque pacem in vtramque partem ſerere velle. Audita verò parte imperatoris, manſit cum eo aliquot diebus. Remiſſus autem ab imperatore ad filios, vt pacem mutuam necteret: cum penè omnis populus, partim donis abſtractus, partim promiſſis illectus, partim minis territus, ad eos populúmque cum eis conſiſtentẽ more torrẽtis deflueret, nequaquã vt fuerat iuſſus eſt redire permiſſus. Tot ergo copiis inibi adductis, & imperatori ſubductis, adeò defectio in dies inualuit; vt in feſtiuitate ſancti Pauli, plebei cõtra imperatorẽ, adulando filios eius, irruptionem facere minarentur. Quibus imperator viribus obniti non valens filiis mandauit ne ſe populari exponerent direptioni. Cui remandant, vt caſtris relictis ad ſe veniat: ſe autem maturrimè obuiam ipſi proceſſuros. Quibus altrinſecus ſibimet occurrentibus, imperator filios admonuit equis deſilientes & ſibi occurrẽtes, vt promiſſionis ſuæ memores, tam ſibi quàm filio & vxori illibata quæ olim promiſerant conſeruarent. Quos congruè reſpondentes oſculatus eſt, & ad caſtra illorũ eſt profectus. Quò peruenienti vxor ſubducitur, & ad Ludouici tabernacula conuertitur. Ipſum verò Lotharius ad ſua cũ Carolo admodũ puero deduxit; & cum pauciſſimis in papilione ad hoc deputato conſiſtere fecit. Præter hæc autem, iam populo iuramentis obſtricto, imperium inter fratres terna ſectione partitur. Vxor patris à Ludouico rege recepta, exilio iterum deportatur in ciuitatem Italiæ Tartonem. Gregorius Papa talia cernens, cum maximo mœrore Romam regreditur: & duorum fratrum, Pipinus in Aquitaniam, Ludouicus in Baioariam reuertitur. Porrò Lotharius patre aſſumpto, & ſeorſum cum deputatis equitante atque priuatim manente, in Merlegium villam deuenit; ibíque prout libuit commorans, & quæ viſa ſunt ordinans; ac populum abſoluens, ſed & conuentum populo Compendij indicens, Voſagum per Mauri monaſteriũ tranſiit, & Mediomatricum (quæ alio nomine Mettis vocatur) peruenit. Qua vrbe relicta, Viridunum appulit, & Sueſſionũ vrbem adiit. Ibíque in monaſterio ſancti Medardi patrẽ ſub arcta cuſtodia eſſe præcepit: & Carolo Prumiæ commendato, nec tamen attonſo, ipſe venationi inſtitit: donec autumni tempore, id eſt Kalend. Octob. ſicut conſtitutum erat, patrem ſecum ducens Compendium venit. Ibíque conſiſtenti, legatio Conſtan-

Campus mendacij. — *832.* — *Aduentus Papæ cauſa.* — *Patris filiorúmque occurſus.* — *Iudith abducitur.* — *Ludouicus cuſtoditur. Imperium diuiditur. Iudith exulat.* — *Ludouicus ſub cuſtodia tenetur.* — *Legatio Conſtantinopol.*

A Conſtantinopolitani imperatoris, Marcus Archiepiſcopus Epheſi & Protoſpatharius imperatoris, ad patrem miſſa occurrit: munera ſibi deputata obtulit, patri miſſa ſubtraxit. Quá ille, licet ad patrem miſſam ad ſe tamen venientem ſuſcepit, audiuit: tragœdiámque reportátem, penè inauditam, remiſit. In eodem conuentu cùm multi inſimularentur deuotionis in filium; quidam verbis ſimplicibus, quidam iuramentis obiecta diluerunt. Miſeratio tamen huiuſcemodi rei & talis rerum permutatio, exceptis auctoribus, omnes habebat. Vnde verentes, ſceleris conſpiratores inauditi, ne verſa vice retrolapſa ferrentur quæ geſta erant, callido (vt ſibi viſum eſt) cum aliquibus epiſcoporum vtuntur argumento; vt pro his de quibus iam pœnitudinem geſſerat imperator, iterum publica pœnitentia, B armis depoſitis irreuocabiliter quodammodo eccleſiæ ſatisfacere iudicaretur: cùm ne forenſes quidem leges contra vnam culpam ſemel commiſſam, bis inueniant vindictá: & noſtra lex habeat, non iudicare Deum bis in idipſum. Cui iudicio pauci contradixere, plures aſſenſum præbuere: maxima pars (vt aſſolet in talibus) ne primores offenderent verbotenus conſenſêre. Adiudicatum ergo eum abſentem & inauditum, nec confitentem, neque conuictum, ante corpus ſancti Medardi confeſſoris & ſancti Sebaſtiani martyris arma deponere, & ante altare ponere cogunt: pulláque indutum veſte, adhibita magna cuſtodia, ſub tectum quoddam retrudunt. Expleto hoc negotio, feſto ſancti Martini populus licentia accepta, pro talibus geſtis mœſtus ad propria reuertitur. Lotha- C rius autem patrem ſuum ſecum ducens, Aquiſgranum hyematum regreditur. Intra huius hyemis durationem, gregatim populi tam Franciæ quàm Burgundiæ, necnon & Aquitaniæ ſed & Germaniæ coëuntes, calamitoſis querelis de imperatoris infortunio querebantur: & quidam in Francia Eggebardus comes & Vuillelmus Comes ſtabuli, quos poterant ſibi in vnione voluntatis de reſtituendo imperatore coadunabant. A Germania porrò Hugo Abbas in Aquitaniam miſſus à Ludouico, & ab eis qui illuc confugerant (à Drogone ſcilicet epiſcopo & reliquis) Pipinum in hoc ipſum inſtigabat. Porrò Berhardus & † Vvarinus in Burgundia conſiſtentem populum ſuaſionibus accendebant, promiſſionibus alliciebant, iuramentis aſtringebant, & in vnum velle fœderabant. Hyeme autem exacta & vere iam roſeam faciem prætendente, Lotharius patre aſ- D ſumpto per pagum Halbamenſem iter arripuit, & Parrhiſiorum vrbem petiit: vbi obuiam ſibi fore cunctos fideles præcepit. Cui Eggebardus comes & alij alius pagi proceres, cum magna coacta manu, obuiam pro liberatione imperatoris pugnaturi proceſſerunt: Perueniſſétque res ad effectum, niſi piiſſimus imperator cauens & multôrũ periculum ſimul & propriũ, ab hoc incœpto, præcepto & obteſtatione eos inhibuiſſet. Tandem ergo peruentum eſt ad monaſterium ſancti Dionyſij martyris. Pipinus verò ab Aquitania cum maxima manu exiens, & ad Sequanam vſque veniens, cũ pontes deſtructi nauéſque alto demerſæ tranſitum prohibuiſ-

Tragica materia.

Ludouico iterum pœnitentia inducitur.

Arma deponit.

populi querela.

al. Eggardus.

Ludouico fauentes.

† Guarin' aut Vverinus.

Armati pro imperatore.

ſent, ſubſtitit. Porrò Vvarinus & Berhardus comites, plurimis ſociorũ ex E
Burgundiæ partibus coactis, ad Maternam fluuium vſque peruenerunt;
& ibi partim atrocitate atque intemperiè aëris retardati, partim pro colli-
gendis ſociis ſuſpenſi, in villa Bonogilo & iis quæ circumiacent prædiis
aliquot conſedere diebus. Inſtabat ſanè ſanctæ quadrageſimæ tempus:
Cuius hebdomada prima, feria quinta, miſſi ſunt ab illis legati, Rebal-
dus Abbas & Gautſelmus comes, ad Lotharium filium imperatoris, po-
ſtulantes vt eis abſolutus cuſtodiæ vinculis imperator redderetur. Quorũ
ſi pareret poſtulationi, ipſi quoque ei, cauſa apud patrem ſalutis & hono-
ris, olim diſpoſiti forent: Sin aliter, etiam ſi neceſſe eſſet cum ſui periculo
eum requiſituri, & reſiſtentibus ſibi in hac re, cum armis Deo iudice eſ-
ſent obuiaturi. Sane huic mandato reſpondit Lotharius filius imperato- F
ris, nullum mortalium plus ſe vel compati paternæ calamitati, vel cõgau-
dere proſperitati: nec debere ſibi imputari culpam ſenioratus ſibi ablati,
cum ipſi eũ deſtituiſſent ac prodidiſſent: atq; carceralem næuum iure ſibi
al. Patri inhiberi. inhiberi, cùm conſtaret hoc actum iudicio epiſcopali. Cum hac ergo ſa-
tisfactione, prædicti remiſſi ſunt legati ad eos qui ſe miſerant: & præcepit
vt Vvarinus comes, & Odo, necnõ & Fulgo, & Hugo Abbates, ad ſe veni-
rent: quatenus cum eis deliberaretur, quomodo petitio eorum impleri
poſſet. Præcepit etiam idem Lotharius, vt miſſi ſibi in craſtinũ dirigeren-
tur, qui tempus aduentus prædictorum ab eo cognoſcerent virorum; &
ſic ad condictam diem ſibi occurrerent, de cauſa ſupradicta tractaturi.
Etenim mutato conſilio, cum his qui eius fauore ducebantur relicto pa- G
tre in monaſterio ſancti Dionyſij, ipſe Burgundiã petiit: Viennam vſque
peruenit: ibidémque ſtatiua facere delegit. At verò ij qui cum imperatore
remanſerant, eum ad recipiendas imperatorias hortabantur infulas. Sed
imperator quanquam modo quo prædictũ eſt eccleſiæ eliminatus com-
munione, nequaquam tamen præproperæ voluit acquieſcere ſententiæ.
Ludouicus reſtituitur priſtinæ dignitati. Sed dominica quæ in craſtinum aduenit, in eccleſia ſancti Dionyſij, epi-
ſcopali miniſterio voluit recõciliari: & per manus epiſcoporũ armis con-
ſenſit accingi. In qua re tãta exultatio excreuit populi; vt etiã ipſa elemen-
ta viderentur & iniuriam patienti compati, & releuato congratulari. Et-
enim vſque ad illud tempus tanta incubuerat procellarũ vis, pluuiarũm-
que vehementia, vt extra ſolitum, aquarum ſuperexcreſceret abundantia,
Auræ mutatio. flatúſque vẽtorum imperuiabiles redderet fluminum alueos. Sed in illius H
abſolutione ita quodammodo coniuraſſe viſa ſunt elementa; vt mox &
venti ſæuientes miteſcerẽt, & cœli facies in antiquam & multo tẽpore in-
uiſam ſerenitatẽ rediret. Imperator ergo ab eo loco iter cœpit: ſed nequa-
quam filiũ perſequi abeuntem, licet multis hortãtibus, voluit. Inde ergo.
Namtogilum, ac poſt venit Cariſiacum villam regiam. Vbi cõſiſtens op-
periebatur filium Pipinum, & eos qui trans Maternã reſidebãt: Sed & eos
qui trans Rhenum, ad Ludouicum filium eius confugium fecerant: ſed
& ipſum filium, qui ad eũ veniebat, Ludouicum. Quò conſiſtenti medio
quadra-

A quadrageſimæ tempore, arridéte etiam lætitia ipſius diei & officij & hortante cantilena eccleſiaſtica ac dicente, Lætare Hieruſalem, & diem feſtum agite omnes qui diligitis eam, maxima multitudo fidelium ſuorum ibidem occurrit, congratulans lætitiæ communi. Quos imperator benignè ſuſcipiens, & pro fidei integritate gratias agens, Pipinum quidem filium in Aquitaniam cũ lætitia dimiſit; cæteros autem ad loca ſibi congrua redire lætus permiſit. Ipſe autem Aquiſgrani peruenit: ibíque Iudith Auguſtam, ab Italia reducentibus Rataldo epiſcopo & Bonifacio: ſed & Pipinum recepit filium. Porrò Carolum iamdudum ſecum habebat. *Iudith reuerſio.*

B *De Neuſtriæ. i. Nortmanniæ incubatoribus: & clade quam imperatoris militibus cum Odonis cæde intulerunt: de Cabilloni munitione: obſidione, deditione, direptione, flagratione, & baſilicæ ſancti Georgij miraculoſa conſeruatione: Procerum capitali ſupplicio. Gerbergæ ſubmerſione: Lotharij deditione & Ludouici pietatis & iuſtitiæ operibus.*

Cap. XV.

IBidem Paſchæ ſolennitatem cùm ſolita deuotione peregit. Poſt cuius celebritatem, per Ardénam ſyluam venatione ſeſe exercuit: & poſt ſanctæ Pentecoſtes feſtiuitatem, in partes Romerici montis venationi atque piſcationi operam dedit. Sanè recedente filio imperatoris Lothario à patre, & in partes prædictas abeunte, remanſerant in Neuſtriæ partibus C Lambertus comes & Matfridus, cæterique quamplurimi, qui eaſdé partes propria vi tenere nitebantur. Quam rem ægrè ferentes Odo comes & alij multi imperatoris fauentes partibus, contra eos arma corripiunt: eóſque pellere illis nitebantur locis, aut certè cum eis congredi. Quæ res cum ſegnius quàm decuit adminiſtraretur, & minus cautè circunſpiceretur, non minimam eis intulit calamitatem. Dùm enim ex inſperato illis hoſtes ſuperuenerunt, illi autem minori quàm res poſtulabat cautela vterentur, inſiſtentibus terga hoſtibus nudauerunt: ibique & ipſe Odo, cum fratre interiit Vuillelmo, plurimiſque aliis: cæteri ſalutẽ in fugæ ſubſidio poſuerũt. Quo negotio peracto, hi qui victoria potiti ſunt, cùm neque ibi conſiſtere poſſe ſatis tutum videretur, neque Lothario ſe iungere valerẽt, D verentes ne aut ibi conſiſtentibus imperator ſuperueniret, aut certè ad ſuos properantibus in itinere obuiaret; ad Lotharium quantocyus mittunt, vt eis ſuppetias ferret, quos tanti diſcriminis circumuallaret metus. Qui audito eorum periculo & rebus geſtis, eis deliberauit ſuccurrere. *Neuſtria quæ nunc Normania eſt occupatores.* *Odonis cædes.*

Qua tempeſtate Vvarinus comes, cum plurimis ſociis, caſtrum Cabillonum vtcunque communiuit: vt ſi quid ab aduerſariarum partium ſtudioſis moliretur noui, ſibi ſuiſque foret receptaculo, ac munitioni. Quod cùm compertũ Lothario foret, improuiſus illuc aduenire diſpoſuit: quod tamen facere nequiuit. Aduenit tamen, & oppidum circũdedit: quæ verò in circuitu ciuitatis erant, incendio cóſumpta ſunt. Pugnatum eſt acriter *Cabillonũ munitur.*

Pugna acris. Cabillonũ deditur. diebus quinque,& tandem ad deditionem primùm vrbs recepta eſt: poſtea autem, verſa vice, crudelium more victorum, primò quidem direptionibus eccleſiæ vaſtatæ, theſauri deprædati, & communes ſunt direptæ copiæ. Ad vltimum verò ciuitas voraci depaſta eſt incendio: præter vnam baſilicam paruam, quæ ſtupendo miraculo, cum hincinde cincta fuerit ſæuientibus & lambentibus flammis, tamen non potuit aduri. Fuit autem conſecrata Deo, in honorem beati Georgij martyris. Nec tamen Lotharij voluntas fuit vt ciuitas ſuccenderetur. Adclamatione porrò militari, poſt captam vrbem Gozſelinus comes, itémque Samila comes necnon & Madalmus vaſſallus dominicus, capite plexi ſunt. Sed & Gerberga filia quondam Vuillelmi comitis, tanquam venefica, aquis præfocata eſt. Quæ dum geruntur, imperator cum filio Ludouico Lingonum ciuitatem aduenerat. In qua vrbe huiuſcemodi ſuſcepit nuntium, qui eum valde reddidit mœſtum. Et Lotharius quidẽ eius filius, à Cabillono iter ſuſcepit ad Auguſtidunum: indéque Aurelianam peruenit ad vrbem. Deinde in pagum Cenomannicum, in villam cuius vocabulum eſt Matualis, deuenit. At imperator cum ſuis, maximíſque copiis, ſimul & Ludouico filio, eum proſequitur. Quo audito filius eius Lotharius, iam receptis ſuis non multo interuallo à patre caſtra fixit: ibíque quatuor diebus legatis intercurrentibus moratum eſt. Quarta nocte, Lotharius cum ſuis omnibus referre pedem in poſteriora cœpit. Contra quẽ pater imperator compendioſo itinere obambulabat, vſquequo peruentum eſt ad fluuium Ligerim propè caſtrum Bleſenſe, quo Ciza fluuius Ligeri confluit. Quò poſitis hincinde caſtris, occurrit etiam patri Pipinus filius cum quanto potuit apparatu militari. Fractus ergo viribus Lotharius, ſupplex ad patrem venit. Quem ille coërcitum verbis, & obligatum tam ipſum quã proceres eius quibus voluit ſacramentis, in Italiam remiſit: oppilatis anguſtiis itinerum quæ in Italiam tranſmittunt, ne quis tranſire poſſet ſine licẽtia cuſtodientiũ. Quibus peractis, Aurelianos vſque cum filio peruenit Ludouico: ibiq; tã filio quàm aliis, reditu ad propria indulto, Parrhiſios ipſe venit. Habuit autem eo tempore, circa feſtum ſancti Martini, conuentum generalem in Attiniaco palatio: vbi cùm multa perperam molitã purgare decreuiſſet tã in eccleſiaſticis quã in publicis rebus tũ præcipuè fuerunt iſta. Mandauit filio Pipino per Hermoldũ abbatẽ, res eccleſiaſticas quę in regno eius erãt, quas vel ipſe ſuis attribuerat, vel ipſi ſibi præripuerãt, abſque cunctatione eccleſiis reſtituit. Legatos etiam per ciuitates & monaſteria transmiſit, ſtatúmque eccleſiaſticum penè collapſum, in antiquum ſtatũ erigi iuſſit. Itemque præcepit vt nuntij per ſingulos comitatus irent qui immanitatem prędonum atque latronum qua inaudita emerſerant, cohiberent: & vbi eorum maior vis incubuerat, etiam eorum comites vicinos: & epiſcoporũ homines, ad tales euincendos & proterendos ſibi aſciſcerent: & de his ſingulis, ſibi in proximo placito generali, Vuarmatiam renuntiarent: quod futurum tranſacta hyeme, & ſuadente vernali gratia, indixit. Tranſegit ergo imperator maximam partẽ hyberni temporis

Diripitur. Inceditur. Miraculũ de baſilica B. Georgij. Proceres capite plexi. Gerberga merſa. Lotharij. profectio. Pipini aduentus. Lotharius ſupplex in Italiã remittitur. Ludouici pietatis & iuſtitia ſtudia. al. Miſſos.

A poris Aquiſgrani. Indéque profectus eſt ad Theodonis villam, ante natalem domini: quam feſtiuitatem Mettis cum ſuo fratre Drogone celebrauit.

De Ebonis epiſcopi degradatione: & Agoberti archiepiſcopi depoſitione: & plenaria Ludouici imperatoris reſtitutione: & cum vxore ac Vula reconciliatione: eiuſque pia in filinm Lotharium vt à ſpoliatione eccleſiæ deſiſteret dehortatione: & procerum Lotharij per peſtem abſumptione.

CAP. XVI.

SAnè ſolennitatem purificationis ſanctæ Mariæ, in eadem Theodonis villa agendam conſtituit: vbi etiam populus, cui præceptum fuerat, B occurrit. Quo conſiſtens, contra quoſdam epiſcopos de ſui deiectione conquerebatur. Sed cùm quidam in Italiam confugiſſent, quidam vocati obedire noluiſſent; ſolus Ebo eorum qui impetebantur affuit. Qui cùm rationis reddendæ cauſa, ſuper talibus vrgeretur, cauſabatur ſe ſolùm, relictis omnibus in quorum præſentia hæc facta fuerant, vrgeri. At verò cùm cæteri epiſcopi obtenderent neceſſitatem præſentiæ, excuſarent autem voluntatem innocentiæ; idem Ebo, tandem moleſtè ferens talibus extædiari, conſilio petito aliquorum epiſcoporum, ipſe in ſe quandam confeſſionem prædicauit, confirmauítque ſe & indignum ſacerdotio, & inreuocabiliter eo abſtinere iudicauit: Quod & epiſcopis, & per eos imperatori, contradidit. Quo facto Agobertus Lugdunẽſis epiſcopus, qui euocatus ad ſatisfactionem venire diſtulit, cùm ter eſſet euocatus, ab eccleſiæ C ſemotus eſt præſulatu: cæteris vt diximus in Italiam fugientibus. Sequenti verò dominca quæ ſacræ quadrageſimæ initium præcedebat, in Mettẽſem ciuitatem dominus imperator, ſed & epiſcopi, necnó & populus vniuerſalis illius conuentus, venit; & inter miſſarum celebrationem, ſeptem archiepiſcopi, ſeptem reconciliationis eccleſiaſticæ orationes ſuper eum cecinerunt: atque omnes populi, hoc viſo, pro plenaria reſtitutione imperatoris, multas Deo gratias reddiderunt. Póſtque omnia Theodonis villam tã dominus imperator, quàm qui eius populus erant, reuerſi ſunt: & dominico ſacro quadrageſimæ tempore inchoante, vnumquemque ad propria redire præcepit. Ipſe autem quadrageſimæ tempus ibidem exegit: ſed & paſchæ ſolennitatem Mettis celebrauit.

Ebo ſacerdotio abiit

Agobertus in ordinẽ redigitur.

Ludouicus eccleſiæ recõciliatur.

D Pòſt ſolennitatem porrò paſchalem atque penthecoſtes venerabilem diem, ciuitatem Vangionum (quæ nunc Vuarmatia vocatur) ſecundum condictum, ad celebrandum conuentum generalem, adiit. Vbi ei etiam filius Pipinus occurrit: nec Ludouicus alter ei filius defuit. More autem ſuo, imperator nequaquam conuentum iſtum à publica vtilitate vacare paſſus eſt: diligenter namque in eo examinare ſtuduit, quid quique legatorum in diuerſas partes directi egerint. Et quia aliqui comitum in deprehenſione & exterminatione latronum ſegnes reperti ſunt, diuerſis ſententiis eorum ſegnitiem, cõdigna inuectione, caſtigauit: filióſque opprimentes bonos, & quos meritò ab oppreſione releuarent, corripiens in-

Vãgiones nunc ſunt Vuarmatij.

Eius filius al. miſſorũ.

Verbalis animaduerſio in oppreſſores bonorũ ac diſſimulatores.

terminatus eſt etiam ſeueriorem in eos ſe libraturum ſentētiam, qui huic admonitioni non eſſent obtemperaturi. Cúmque ab hoc placito populum dimitteret, & ſequens in Theodonis villa poſt Paſcha conſtituiſſet, ad hyemandum Aquiſgranum ſe contulit: filióque ſuo Lothario mandauit, vt nobiles quoſque ſuorum ad eundem locum dirigeret: quatenus reconciliationis mutuæ inter ſe & illum, ratio inueſtigaretur. Auguſta Iudith cùm conſiliariis imperatoris, cognito quòd valetudo bona (vt videbatur) imperatoris corpus mox deſtitueret, & mors ingrueret, & ſibi & Carolo filio periculum immineret, niſi aliquem fratrum ſibi aſciſcerent, conie-ctantéſque nullum filiorum imperatoris tam cōuenientem huic rei ſicut Lotharium; hortati ſunt imperatorem, vt ad eum nuntios pacificos mitteret, & ad hoc ipſum inuitaret. Qui vt paci ſemper ſtudens, ſempérque dilector pacis atque amator vnitatis quærebat non modo filios, ſed & inimicos ſibi charitate vnire, libenter aſſenſus eſt. In condicta porrò villa, & in tempore præfinito, affuere miſſi à filio quos ipſe præcepit plurimi: inter quos etiam Vvala primus affuit. Cauſa autem prædicta ventilata, atque ad calcem perducta, imperator cum coniuge reconciliari voluit: primùm ipſi Vvalæ dimiſſis quæcunque in eum commiſerat delictis, multa alacritate & benignitate cordis. Mandauítque per eum & cæteros filios miſſos, vt quantocyus veniret: Quod ſi faceret, conſultiſſimè ſibi futurum ſciret. Qui redierunt, & filio rem retulerunt. Sed ne mandatum imperatoris ad effectum perduceretur, morbus febríſque interceſſit: & Vvalam quidem rebus humanis abduxit, Lotharium verò lectulo deiiciens, maximo tempore languere fecit. Imperator verò clementiſſimus natura, vt filium aduerſa valetudine correptum audiuit, per nuntios fideliſſimos (ſcilicet Hugonem fratrem ſuum, & Adalgarium comitem) eum viſitauit, atque eius omnia incommoda reſcire ſtuduit: imitatus videlicet beatum Dauid, qui multis inuectionibus laceſſitus à filio, mortem tamen eius ægerrimè tulit. At verò poſtquam deſæuiente languore conualuit, nunciatum eſt imperatori de eo, quòd conditiones ſacramētorum dudum promiſſas rumperet: maximéque eccleſiam ſancti Petri, quam tam auus eius Pipinus quàm pater eius Carolus, necnon & ipſe in tutelam ſuſceperant, homines eius crudeliſſima clade vexarent. Quæ res animum illius mitiſſimum adeò exaſperauit, vt quodammodo extraordinariè, vt videbatur, legatos dirigeret: nullum penè ad tantum iter conficiendum ſpatium tribuens, miſit ad Lotharium, commonens, ne talia fieri permitteret: monens vt memor eſſet, quod quando ei regnum Italiæ donauit, etiam curam ſanctę Romanæ eccleſiæ ſimul commiſit: & quam ab aduerſariis defenſandam ſuſceperat, nequaquam à ſuis diripi permitteret: Commonens etiam ſacramētorum ab eo nuper promiſſorum, ne forte obliuiſcens aut paruipendens, diuinitatem offenderet: quod ſibi non impunè futurum nō ignoraret. Simul & iubens parare ſibi ſtipendiarias annonas ſtatiuáſque congruas, per omne iter quod Romam tranſmittit: dicebat enim ſe limina beatorum Apoſtolorum inuiſere velle. Quod ne fieret, irruptio Nordmannorum in

Friſiam

Recōciliatio Ludouici cū coniuge. Vvala.

Vvala mors.

2. Reg. 18.

Lothariū præmonet pater.

E F G H

A Friſiam impediuit. Ad quorum inſolentiam comprimendam pergens, miſit ad Lotharium Fulconem abbatem & Richardum comitem, necnõ & Adrebaldum abbatem: Quorum Fulco & Richardus reſponſum ſibi ab Lothario referrent, Adrebaldus porrò Romam pergeret, Gregorium Papam de neceſſariis conſulturus, & voluntatem imperatoris cæteráque ſibi iniuncta perlaturus. Sed Lotharius de his conuentus, necnon & de rebus quorundam eccleſiarum ablatis quæ in Italia ſunt, quibuſdam annuit, quædam ſe non poſſe ſeruare reſpondit: & Fulco quidem atque Richardus imperatori à Friſia, poſt fugam Nordmannorum, reuertenti talia nunciant in Franconofurd palatio: vbi ipſe autumnalem exercens venationem, hyematum Aquiſgrani ſeſe conuertit. At verò Adrebaldus Romam (vt iuſſum ſibi fuerat) peruenit: Gregorium Papam ægrotátem repperit, & maximè fluxu ſanguinis: qui licet ſenſim, continuè tamen ex naribus effluebat. Sed tanta animi alacritate & gaudio, ad verba imperatoris, & compaſſionem eius recreatus eſt, vt profiteretur ſe penè incommoditatis propriæ oblitũ. Itaque & miſſum ad ſe opulentiſſimè curauit apud ſe conſiſtentem, & ditiſſime munerauit recedẽtem: mittens cùm eo duos epiſcopos, Petrum Centumcellenſis vrbis, & Georgium regionarium Romanæ vrbis ſimul epiſcopum. Lotharius porrò vt audiuit memoratorũ epiſcoporum ad dominum imperatorem aduentum, miſit Leonem (qui tũ apud illũ magni loci habebatur) Bononiam: qui magno intentato terrore, vltrà progredi epiſcopos prohibuit. Adrebaldus tamen, epiſtolam imperatori deſtinatam ab eis occultè ſuſcepit: & cuidam ſuorum, ſub obtentu mendici, quouſque Alpes tranſiret, ferendam commiſit: ac poſt imperatori porrexit. Ea tempeſtate quanta lues mortalis, populum qui Lotharium ſecuti ſunt inuaſerit, mirabile eſt dictu: in breui enim, id eſt à Kal. Septembribus vſque ad feſtum S. Martini, hi primores eius vita exceſſerunt, Ieſſe olim Ambianenſis epiſcopus, Helias Trecaſſinæ vrbis epiſcopus, Vvalo Corbienſis monaſterij Abbas, Matfridus, Hugo, Lambertus, Godefridus, itémque filius eius Godefridus, Agumbertus comes Pertenſis, Borgaretus quondam præfectus venatoribus regalibus. Sed & Richardus vix euaſit: Nam poſt non multum & ipſe moritur. Hi enim erant, quorum deceſſu dicebatur Frãcia nobilitate orbata, fortitudine (quaſi neruis ſuccíſis) euirata, prudentia (his obeuntibus) euacuata. *Peſtis acerba. Procerum mors.*

D Sed illis ſubrutis, oſtendit Deus quàm ſalubre, quàm laudabile ſit obſeruare quod ex ore eius probatur procedere, Non glorietur (inquiens) ſapiens in ſapientia, nec fortis in fortitudine ſua, nec diues in diuitiis ſuis. Sed & imperatoris animum quis miretur dignè, quanta hunc temperantia diuina gubernauerit clementia: Etenim hoc ſuſcepto nuntio nihil in ſe exultauit, nec morte inimicorum lætatus eſt: ſed pugno pectore tonſo, lachrymíſque oculis oppletis, Deum illis propitium fieri cùm ingenti gemitu precatus eſt. Hoc eodem tempore Britonum impetus eſt motus: ſed tam facile conquieuit, quàm imperator in eum ſpem poſuit: cui veraciſſimè dicitur, Subeſt enim tibi domine cum volueris poſſe. *Ierem. 9.*

De reſtitutis eccleſiæ per Pipinum per eundem ablatis: de Lugdunenſis & Vienenſis Epiſcoporum diſceptatione: de cauſa Gothica nomine Berhardi & Beringarij agitata: De diri cometæ apparitione: & prudenti Ludouici regis ſuper eo reſponſione: de Caroli filij Ludouici ex Iudith inſignibus & Neuſtriæ adeptione: Berhardi accuſatione peculatus: De altero comite: & Pipini obitu. E

Cap. XVII.

IN ipſis etiam diebus in quibus purificatio beatiſſimæ ſemper virginis Mariæ celebratur, conuentus quidam magnus, ſed præcipuè epiſcoporum, Aquiſgrani conuenit: in quo cùm de aliis vtilitatibus eccleſiæ neceſſariis, tum præcipuè de his rebus queſtum eſt quas Pipinus & ſui multis abſtulerunt eccleſiis. Nã Hilduinus ibi affuit Abbas, vt pote ſacri capellanus palatij, conquerens de quibuſdam prædiis pertinentibus ad eccleſiã ſancti Parrhiſienſis Germani, ſitis in Aquitania, quę Pipinus rex eidem abſtulerat eccleſiæ. Ob quam rem imperialis auctoritas, & cómonitorũ cómunis ordinatur cóſilij: quibus commoneretur Pipinus & ſui, cum quanto ſui periculo res eccleſiaſticas peruaſerint. Quæ res proſperum ſuſcepit exitum. Nam Pipinus monita pij patris ſanctorumq́ue virorum libenter ſuſcipiens, obedienter paruit: & omnia inuaſa reſtitui, etiam per annuli ſui ſcripto impreſſionem, huiuſmodi conſtituit. F

Pipin' eccleſiæ ablata reddit.

Priuilegium Pipini regis Aquitanorũ, filij Ludouici Pij Imp.

PIPINVS *gratia Dei Rex Aquitanorum. Si locis venerabilibus Deoq́ue dicatis opem ferimus: eorumq́ue ſinceriſſimis famulatoribus congrua beneficia præſtamus, atque ab intrinſeca incurſione & inquietudine, regali auctoritate eos immunes efficimus: id nobis & ad mortalem vitam temporaliter tranſigendam, & ad æternam fœliciter capiendam profuturum liquidò credimus.* NOVERIT *itaque ſagacitas ſeu vtilitas fidelium noſtrorum tam præſentium quam & futurorum: quia adierunt nos monachi Sancti Germani eximij Cõfeſſoris, iuxta Pariſius ciuitatem, quibus præeſt Hilduinus venerabilis Abba, & humiliter deprecati ſunt manſuetudinem culminis noſtri: vt villas eiuſdem eccleſiæ Sancti Germani, quæ infra ditionem regni noſtri conſiſtunt, quarum hæc ſunt vocabula Vernogilus, Lixiacus, Lixiniacus, Noueridus, Caſiliacus, Quinciacus, Villa Buſlana, cum omnibus appenditiis earum, quas partim piæ ſanctæq́ue memoriæ Domnus & auus noſter Karolus inuictiſſimus Auguſtus in ſua eleemoſina eidem reddidit eccleſiæ, partim in proceſſu temporum domnus & genitor noſter Hludouicus sereniſſimus Imperator eiſdem fratribus perpetualiter confirmauit, & ad ſtipendia monachorum in integrum deputauit: nos quoque ob amorem Chriſti ſimiliter per noſtrum præceptum eaſdem confirmaremus villas: vt eorum ſumptibus, & ſtipendiis per noſtram inde confirmationem deſeruirent.* NOS VERÒ *eorum petitioni, ob diuini cultus amorem, & animæ noſtræ ſalutem, libenter annuimus: & hoc noſtræ regiæ poteſtatis præceptum eis fieri decreuimus. Per quod & ſtatuimus, & perpetuo manſurum fore Domino adiuuante, volumus: vt eædem villæ cum omnibus ad eas iuſtè legaliterq́ue pertinentibus vel aſpicientibus in* G H

Nota villas, quæ quondã S. Germani fuere. Nã hodie nullã harũ poſſidet.

aui

A *aui noſtri & genitoris, necnon & noſtra eleemoſina in vſus vel ſtipendia me-
moratę eccleſię monachorum, tam pręſentium quam & ſuturorum confirmatę
permaneant. Ita videlicet vt abſque vllius cuiuſlibet ordinis vel poteſtatis in re-
gno noſtro degentis inquietudine vel pręiudicio, ſub eorum dominio diſponēte &
ordinante ipſius eccleſię Abbate, omni tempore teneant atque poßideant: Qua-
tinus cum cęteris rebus ſibi deputatis, huius noſtri beneficij iuuamine ſuffragati, li-
berius & expeditius omnipotentis Dei miſericordiam pro memorato auo, & ge-
nitore noſtro, necnon & nobis, coniuge, prolèque, totiuſque regni ſtatu iugiter
exorent. Illud etiam ad cumulum mercedis noſtrę pertinere non ambigimus: vt
eaſdem villas ſub tuitionis noſtrę immunitate conſiſtere faceremus. Quapropter
pręcipimus atque iubemus, vt nullus iudex publicus, vel quilibet ex iudiciaria po-*
B *teſtate, aut vllus ex fidelibus noſtris tam pręſentibus quam & futuris in eaſdem
villas vel eadem loca, quę eis iuſtè & legaliter ſubiecta ſunt, ad cauſas audien-
das, vel freda aut tributa, aut telonea exigenda, aut manſionaticos, vel paratas
faciendas, aut fideiuſſores tollendos, aut homines ipſius eccleſię tam ingenuos quā
ſeruos ibidem commanentes deſtringendos, nec vllas redibitiones, aut illicitas oc-
caſiones ingeri audeat, aut ea quę ſupra memorata ſunt exigere pręſumat. Sed li-
ceat Rectoribus ipſius eccleſię atque monachis eaſdem villas, cum omnibus ad
eas iuſtè pertinentibus vel aſpiciētibus ſub tuitionis atque immunitatis noſtræ de-
fenſione, remota totius iudiciaria poteſtatis inquietudine, quieto vel libero ordine
poßidere, atque pro memoratis genitoribus noſtris, noſtræq; coniugis, proliſque in-
columitate, ſeu etiam totius regni à Deo nobis collati, eiuſdēque clementißima mi-*
C *ſeratione per immenſum conſeruandi ſtabilitate cęleſtē deprecari opem. Et quic-
quid de pręfatis villis, iuxta legis mundanæ cenſuram, ius fiſci exigere poterat, ad
integrum eidem conceßimus eccleſiæ: vt monachis ibidem Deo famulantibus ad
Dei ſeruitium peragendum, noſtræ mercedis cauſa augmentum ſit vel ſupplemen-
tum. Et vt hoc à fidelibus noſtris melius credatur, & diligentius conſeruetur: ma-
nu propria ſubter firmauimus, & anuli noſtri impreßione ſignari iußimus. Data.
iiii. Id. Auguſti Anno xvii. Imperij Domni Hludouici, ſerenißimi Auguſti, &
xv. Regni noſtri. Actum in Auiziaci villa.*

(PIPINVS) Hic quinque Pipinorum in historia Gallica potiſſimum memoratorum quartus extitit. Nam primus fuit pater Caroli Martelli, Francorum Principis, tantæ poteſtatis & auctoritatis, vt nomine tenus à Rege differret. Secundus, eiuſdem filius, Francorum Rex, & Caroli Magni pater. Tertius, ipſius Caroli filius, Italiæ Rex. Quartus hic Ludouici Pij filius, vltimus Aquitanorum Rex. Quintus, eius filius, à patruo Carolo
D Caluo (iuſtè an iniuſtè Deus ſcit) in Cœnobium S. Medardi Sueſſionenſis detruſus attōſus, monachicoque habitu indutus. Vt tamen hoc iuſtè factum crederetur, eo loci coacta eſt Synodus Archipræſulum Remenſis, Senonenſis & Turonenſis, ſubditorúmque eorum Epiſcoporum ac Abbatum: quæ hanc ſententiam in miſerum Pipinum tulit. Quem duo monachi liberare conati, hoc meruerunt: vt ſacerdotale munus illis interdiceretur, & ſeparatim in monaſteria ſui ordinis longe diſtantia relegarentur. Ioannes Bouchetus parte 3. Annalium Aquitaniæ, cap. 1. ſcribit Carolum huius Pipini fratrem pari pœna cum eo plexum: fortaſſe ne liber fraternam iniuriam vlciſceretur. Nam quod facinus quoddam commiſerit nuſquam legitur. Hic obiter admonendum venit, flagitioſos quondam ab eccleſia incluſione monaſtica punitos: vt patet diſt. 50. Si Epiſcopus aut præsbiter. Et in Auth. Nouella 134. cap. 7. Iuſtinianus ſancit mulierem adulteram in monaſterium mitti. Eandem pœnam lapſis ſacerdotibus, leuitis, & quibuſcumque clericis imponit ſanctus Greg. lib. 1. Regiſtri, Epiſtola 42. & citatur. 16. q. 6. de lapſis.

(FREDA) Tributi genus fuit. De quo libro 4. legis Francicæ, cap. 2. *Sanguinis effuſio in co-*

cleſia facta cum fuſte, ſi preſbiter fuerit, triplo componatur: duas partes eidem preſbitero, tertia pro fredo ad eccleſiam. Et lib. 3. Capitularis Regum, articulo 30. *Omnia debita quæ ad partem regis ſolui debent, ſolidis xij. denariorum ſoluantur, excepta freda, quæ in lege ſalica conſcripta eſt. Illa eodem ſolido, quo cætera compoſitiones ſolui debent, componatur.* D. Greg. Tur. lib. 4. miraculorum S. Martini, cap. 16. referens Regi Childeberto miraculum de incarceratis virtute ipſius Martini, abſque reſeratione oſtij liberatis (quod quidem ipſum regem adhuc neſcire putabat) reſpondit Rex quoſdam ex his ad ſe veniſſe, atque compoſitionem fiſco debitam, quam illi fredum vocant, à ſe fuiſſe reis indultam. E

De Manſionaticis vide ſupra, in cap. 10.

(Vel paratas faciendas.) Paratæ ſunt ſumptus, quos populus in vias pontéſque fluminum, qua tranſiturus aut quo aditurus Rex erat, reficiendos impendere cogebatur. Sigonius lib. 7. de regno Italiæ.

Stramiacus. Proximum huic placito conuentum imperator in pago Lugdunẽſi habuit, tempore æſtiuo, in loco qui vocatur Stranacus, cum Pipino & Ludouico filiis. Nam quòd Lotharius non affuit, inualentia ægritudinis ſupradictæ obſtitit. F *Diſceptatio inter Lugdunẽſem & Viẽnenſem eccleſias.* In eo cauſam eccleſiarum Lugdunenſis atque Viennenſis vacantium ventilari fecit, eò quòd epiſcopi dudum illarum Agohardus quidem epiſcopus Lugdunenſis iuſſus ad rationem non venerat reddendam: Berhardus autem Viennẽſis affuerat quidem, ſed rurſus fugam inierat. Sed hæc quidem res imperfecta remanſit, propter abſentiam epiſcoporum. *Cauſa Gothorum.* Sed & cauſa Gothorum ibidem ventilata eſt: quorum alij partibus Berhardi fauebant: alij fauore ducebantur Beringarij, Huronici quódam comitis filij. Sed Beringario immatura morte prærepto, apud Berhardum poteſtas Septimaniæ quàm maxima remanſit; legatis illuc miſſis, qui ea quæ indigebant correptione in meliorem componerẽt ſtatum. His peractis, & iam filiis populóque dimiſſis, imperator autumnali venatione peracta ad feſtum ſancti Martini Aquiſgranum rediit, & hyemem ibidẽ exegit: natalémque domini, item paſchalem ſolennitatem, iuxta morem debitum & ſibi ſemper familiariſſimum, ibidem celebrauit. G

Cometes ſemper dirum portentum. At verò mediante feſtiuitate paſchali, dirum ſemper ac triſte portẽtum, ibidem comete ſydus in ſigno virginis apparuit; in ea parte eiuſdem ſigni, qua penulam eius ſubter caudam ſerpentis ſimiliter coruúmque confringunt. Quod cùm non more errantium ſeptem ſyderum Orientem verſus peteret, per viginti quinque dies (quod mirũ eſt dictu) idem ſydus & Leonis & Cãcri necnon & Geminorum tranſiens ſigna in capite tauri tandem ſub aurigæ pedes igneum globum iubarúmque prolixitatem depoſuit: quas vſquequaque porrexerat antea. Quam rem cùm primum imperator talium ſtudioſiſſimus conſpexiſſet, conſtitit: & antequam quieti membra committeret, accito quodam itémque me qui hæc ſcripſi & qui huius ſcientiam habere credebar, percontrari ſtuduit quid ſuper hoc mihi videbatur. H Cui cùm tempus peterem quò faciem ſyderis conſiderarem, ac per hoc rei veritatem inueſtigarem, & cognitam in caſtinum nuntiarem; Imperator ratus (quod erat verum) tempus me redimere velle, ne cogerer triſte aliquid reſpondere: perge (inquit) in mœnia huic domui contingua, & nobis quæ proſpexeris nuncia. Noui enim à me hanc ſtellam nequaquam præterita veſpera viſam, vel à te monſtratam: Sed ſcio hoc ſignum cometarum eſſe, de quo iam præteritis locuti ſumus

A mus diebus. Quid autem tibi portendere videatur edicito. Cúmque aliqua dixiſſem, & tacuiſſem: Vnum eſt (inquit) quod adhuc ſilentio premis. Mutationem enim regni mortémque principis hoc monſtrari portento dicunt. Cúmque ego teſtimonium prophetæ in medium protuliſſem, quod dicitur, A ſignis cœli ne timueritis quæ pauent gentes: ille ſola vſus magnanimitate & prudentia, non alium inquit timere debemus, præter illum qui noſtri & huius creator eſt ſyderis. Sed eius clementiam non ſatis mirari & laudare poſſumus; qui noſtram inertiam, cum ſimus peccatores & impœnitentes, talibus dignatur admonere indiciis. Quia ergo & me & omnes communiter hoc tangit oſtentum, omnes pro poſſe & ſapere ad meliora feſtinemus: ne forte miſericordiam illo prorogante & noſtra impœnitudine impediente, nos illa inueniamur indigni. His dictis, & ipſe pauliſper mero indulſit, & omnibus id facere iuſſit, & vnumquenque ad ſua ſe colligere præcepit: noctémque illam (vt relatum nobis eſt) penè peruigilem, ac Dei laudibus & obſecrationibus oneratam luci ſuperuenienti præſentauit. In cuius crepuſculo miniſtros aulicos vocauit, & eleemoſynas quàm largiſſimè pauperibus ac ſeruis Dei tam monachis quàm canonicis, porrigi iuſſit: miſſarumque ſolennia per quoſcunque potuit celebrari fecit: non tantum ſibi metuẽs, quantum eccleſiæ ſibi creditæ proſpiciens. Quibus ritè diſpoſitis, vti ordinauerat, venatum in Ardennam perrexit: Quod (vt dicebat) vltrà ſolitum ei proſperrimè ceſſit, omniáque quæ illo tempore illi placuere, proſpero euentu cucurrerunt. Præterea inſiſtente Auguſta & miniſtris palatini, quadam partem imperator filio ſuo dilectiſſimo Carolo Aquiſgrani tradidit. Sed quia inofficioſa remanſit, à nobis quoque ſilentio premitur. Quam rem auditam cùm fratres eius ægrè tuliſſent, mutuum iniêre colloquium: Sed nil ſe contraire poſſe videntes, & cœptum diſſimulantes, motum patris, qui ex hoc accidiſſe videbatur, facillimè compoſuere. In his imperator tota æſtate conſiſtens, indixit generalem conuentum autumni temporis (id eſt Septembrio mediante) in Cariſiaco. In quo loco & tempore, filius eius Pipinus ab Aquitania ad eum venit: & ipſi conuentui interfuit. Vbi domnus imperator filium ſuum Carolum armis virilibus, id eſt enſe, cinxit: corona regali caput inſigniuit: partémque regni quam homonymus eius Carolus habuit, id eſt Neuſtriam, ei attribuit. Itaque domnus imperator inter filios, quantum ſibi poſſibile fuit coagulo beneuolentiæ firmato Pipinum in Aquitaniam, Carolum autem in portionem regni ipſi attributam dimiſit. Et præſentes quidem Neuſtriæ prouinciæ primores Carolo & manus dederunt, & fidelitatem ſacramento obſtrinxerunt: abſentium autem quiſque poſtea itidem fecit. In eodem loco & tempore penè omnes Septimaniæ nobilẽs affuerunt, cõquerentes aduerſus Berhardum ducem illarum partium: eò quòd ſatellites illius rebus tam eccleſiaſticis quàm priuatis, abſque vllo reſpectu diuino humanóque, pro libito abuterentur. Vnde petierunt vt domnus imperator ſub protectionis ſuæ eos ſuſciperet munimine: & poſt hæc

Sapiẽs Ludouici ſuper comete dictum.

Carol' inſignia accipit regalia. Neuſtria perficitur.

Berhard' accuſatur.

C c

tales miſſos in eandem terram dirigeret, qui & poteſtate & prudentia, de E
ablatis æquo libramine penderent, & auitam eis legem conſeruarent. Ad quod peragendum miſſi ſunt, ſecundum poſtulationem eorum & domni imperatoris electionem, Bonifacius comes & Donatus itidem comes, ſed & Adrebaldus Flauiniacenſis monaſterij abbas. His ritè peractis, imperator ab eo loco diuertit: & venationi autumnali iuxta morem operam dedit: & ad tempora hyemalia exigenda ſe Aquiſgrani collegit. Qua hyeme idque Kalend. Ianuar. ſæuus cometæ ignis in ſigno apparuit Scorpij, *Cometes. Pipini obitus.* nó multò poſt ſolis occubitum. Cuius minacem vultum non multo poſt exceſſus Pipini eſt ſubſecutus.

De Lotharij in conuentum Vvarmatianum aduentu: & cum patre conciliatione: & de imperij diuiſione ibidem facta. F

CAP. XVIII.

INterea Iudith Auguſta, conſilij quod pridem cum conſiliariis aulicis cæteríſque regni Frãcorum nobilibus inierat nequaquam immemor, perſuaſit imperatori quatenus ad Lotharium filium ſuum legatos mitteret, qui eum ad patrem inuitarent: ea conditione vt ſi fratris ſui Caroli dilector & adiutor tutórque & protector eſſe vellet, veniret ad patrem & ſciret ſe ab eo omnium perperam geſtorum indulgẽtiam adepturum, ſimul *Lotharij ad conuẽtũ Vvarmatianũ acceſſus.* & medietatem imperij, excepta Baioaria, conſecuturum. Quæ res tam Lothario, quam ſuis, per omnia vtilis viſa eſt. Venit ergo iuxta condictum, ad Vvarmatiam poſt paſchæ ſolennitatem. Quem pater cum multa alacritate ſuſcepit: & dapſiliter ſuos curare præcepit: & ſicut mandauerat G
vniuerſa peregit: intantum, vt ei datis triduo induciis, vniuerſum imperium ſuum cum ſuis ipſe diuideret, ſi ita liberet: ita tamen vt partium electio penes imperatorem & Carolum facienda maneret. Si aliter verò, partitionem Imperatori & Carolo faciendam relinqueret. Itaque Lotharius cum ſuis diuiſionem regni domino imperatori pro ſuo libitu committunt: affirmantes ſe hanc diuiſionem nequaquam exequi poſſe, propter ignorantiam locorum. Igitur imperator æquo vt ſuis ſibíque viſum eſt libramine, omne ſuum diuiſit imperium: præter Baioariam, quam *Imperij diuiſio.* Ludouico reliquit, atque ideo in partem eorum nemini ceſſit. His peractis, & filiis vniuerſoq; populo euocatis, data ſibi optione Lotharius à flu- H
uio Moſa auſtralem ſibi tenendam delegit partem: occiduam verò Carolo fratri habendam reliquit: & vt haberet, coram cuncto populo ſe velle verbo ſignauit. Imperator ergo lætabatur in his: & cunctus populus talibus factis applaudens, omnia ſibi placere dicebat. At verò Ludouici animum non parum hæc geſta læſerunt. Imperator porrò pro his geſtis gratias Deo referebat: filióſque monebat vt vnanimes eſſent & ſe mutuò tuerentur: & Lotharius quidem iunioris fratris curam gereret, cuius ſe ſpiritualem eſſe patrem meminiſſe deberet: Carolus autem tanquam patri ſpirituali, & fratri ſeniori, debitum deferret honorem. Cúmque hæc tanquam veræ pacis peregiſſet amator, & inter fratres metuam dilectionem,

A lectionem,& inter vtriuſque filij populum,quantum ſibi poſſe datum eſt, alternum ſeuiſſet amorem;lætus Lotharium in Italiã lætum dimiſit, multis ditatum muneribus,donatum benedictionibus paternis, & monitum ne obliuiſceretur ſaltem nuper à ſe promiſſorum. Egit ergo natalis domini atque Paſchæ celeberrimæ ſolennitates.

De Ludouici iunioris ob dictam diuiſionem motu bellico: & eiuſdem per patrem caſtigatione: Aquitanorum de principe habendo tumultu: de Ludouici iunioris in Germania contra patrem motu: de eclipſi ſolis maxima: Ludouici imperatoris ægritudine & piis in ea operibus: de eiuſdem legationibus & memorabili tranſitu, ſepultura, & tempore ac annis mundi: de bello per eclipſim figurato inter filios Ludouici in Burgundia commiſſo: & Caroli Calui regni &

B *imperij adeptione.*

Cap. XIX.

LVdouicus verò audiens huiuſmodi patris erga fratres ſuos voluntatem, & regni inter eos diuiſionem, non tulit. Ideóque quicquid regni trans Rhenum fuit ſibi vindicandum ſtatuit. Quod cũ imperatori delatum eſſet, in tranſactam feſtiuitatem Paſchalem differendum iudicauit. *Ludouici cõtra partitionẽ regni conat⁹.*

Qua peracta, nequaquam procraſtinandum in talibus ratus, cum multis viribus Rhenum quidem Magontiámque trãſiit, & † Treuiros venit: ibique aliquandiu ob colligendum conſedit exercitum. Quo exacto, vſque *† Triburas*

C Hodonnam perrexit: ibique filius, quanquam inuitus, ſupplex venit, & increpatus ab eo, malè ſe egiſſe confeſſus, emendaturumq́ue ſe perperam geſta profeſſus eſt. At imperator conſueta & ſibi ſemper amica vtens manſuetudine, & filio indulſit, & eum verbis primùm (vt dignum fuit) paululum aſperis increpauit, poſt autem lenioribus delinitum in regno reliquit: atque in redeundo, Rhenum in loco qui Confluens dicitur tranſmeauit, in Ardenna venationem ſolitam peracturus. In qua cùm exerceretur, nuntij ad eum certiſſimi venerunt, affirmantes (quod verum erat) aliquos Aquitanorũ ſuam expectare ſententiam, qualiter res ordinaretur Aquitanici regni: alios autem indignè ferre, eò quòd audierint Carolo idem à patre traditũ regnum. Nam imperatore de talibus ſolicito, Ebroinus nobiliſſimus Pictauenſis epiſcopus Flateram aduenit: nuntians tam *Confluẽs.* *Aquitanorum diſceptatio.*

D ſe quàm cæteros primores eiuſdem regni, imperatoris expectare voluntatem, & imperantis exequi velle iuſſionem. Erant enim in hac conſpirantes voluntate maximi quique procerum: quorum eminentes erant, ipſe Ebroinus venerabilis Epiſcõpus, Reginardus comes, Gerárdus itidem comes & gener quondam Pipini, necnon & Rothatius ſimiliter comes Pipini gener: ſed & alij complures erant horum ſequentes voluntatem, & nullo poterant pacto ſeiungi. At verò altera pars populi, quorum vel maximus fuit Euienus quidam, aſſumentes filium quondam Pipini regis, Pipinum itidem nomine, quaquauerſum poterant vagabantur (ſicut moris talibus eſt) prædationi atque tyran- *al. Emen⁹.*

nidi operam dantes. Precabatur ergo præfatus antiſtes Ebroinus imperatorem: ne in longum differret hunc morbum ſerpentem: ſed maturè mederetur per ſuum aduentum incommodo tali, antequam tanta lues plurimos inficere poſſet. Imperator porrò præfatum epiſcopū in Aquitaniam, cum multis gratiarum actionibus, remiſit, dans ei regimen abbatiæ ſancti Germani Parrhiſienſis (nam Hilduinus Abba vita deceſſerat) Et quæ viſa ſunt ſuis fidelibus mandauit: & vt ſibi autumni tempore aliqui eorũ Cabillonum occurrerent, imperauit. Eò enim generalem indixit conuentum. Nullus porrò ſuccenſeat imperatori, quod dictante crudelitate nepotem ſuum regno priuare voluerit: cùm ipſe morem gentis natiuum nouerit, vtpote connutritus illis: & quia leuitatis atque aliis ſtudentes vitiis, grauitati atque ſtabilitati penitus renunciarunt: & vt talem Pipinum patrem eius facere poſſent, penè omnes qui ob cuſtodelam illius miſſi erant ſicut ſibi olim à patre Carolo dati fuerant, ab Aquitaniæ finibus eliminauerunt. Poſt quorum abſceſſum, quanta & qualia emerſerint malorum vitiorúmque monſtra, & publica & priuata in eodem regno, » moderna quoque præſentium ſtudia repræſentant. Volebat piiſſimus imperator piè & rationabiliter educari puerum, ne vitiis proſtitutus, nec ſibi nec aliis præeſſe & prodeſſe poſtea poſſet: cogitans illud quòd quidam, qui filiis in teneriori ætate adhuc poſitis tradere regnum nollet, taliter ſe excuſaſſe legitur. Ego, non quòd inuideam ex me genitis, honorificè eos haberi veto: ſed quia noui hæc adoleſcentibus ſtudia, ferociæ nutrimenta ſuggerere. Imperator, vti condixerat, tempore autumnali Cabillonenſem petiit vrbem: & tam eccleſiaſtica quàm publica ſuo more depoſuit. Deinde ad regni Aquitanici ordinationem ſeſe conuertit. Mouit nanque ab eodem loco, cum regina, & filio Carolo, & valida manu: & Ligeri amne tranſmiſſo, Aruernorum vrbem petiit. Ibique fideles ſuos occurrentes, benignè iuxta morem ſolitum ſuſcepit: & Carolo ſuo filio cum ſolitis ſacramentis, commendari fecit. Quoſdam qui occurſum debitum fidelitatémque ſibi impendere denegarunt, & inſuper latrocinando exercitui obambulabant, & quaſcunque poterant prædas exercebant, comprehenſos legali iuſſit ſubdere quæſtioni. Hæc eo agente, natalis domini feſtiuitas rediit: eandémque ſolennitatem Pictauis cum debito & ſolito celebrauit honore. Ibidémque moranti & quæ vtilitas poſcebat diſponenti, nuntius illi aduenit dicés, Ludouicum filiũm ſuum, aſſumptis quibuſdam Saxonibus atque Thoringis ſecum, Alemanniam inuaſiſſe. Quæ res maximum ei peperit incommodum. Etenim cùm iam ſenili grauaretur ætate, & phlegmatis abundantia (quæ hyeme augmentatur) vltra ſolitum pulmo eius grauaretur, pectúſque quateretur, acceſſit etiam hic triſtis nuntius: cuius relatu adeò affectus eſt amaritudine (quamuis eſſet penè vltra humanum modum natura mitiſſimus, fortitudine magnanimus, pietate cautiſſimus) vt in apoſtema pituita excreſcens dureſceret, & intra vitalia vlcus lethale concreſceret. Inuictus tamen eius animus, dum turbari tali peſte eccleſiam Dei, populúmque Chriſtianũ

Ebroinus Epiſcopus Pictauēſis fit Abbas S. Germani.

Nota vitia Aquitanorum.

Ludouici iunioris in Alemānia motus.

E F G H

A vexari comperit, nec faſtidio ceſſit, nec dolori fractus ſuccubuit. Sed poſtquam ſanctum quadrageſimale ieiunium, cum vxore & filio Carolo inchoauit, aduerſus hanc tempeſtatem ſedandam ſe obiicere tulit: & qui ſolitus erat hoc tempus pſalmorum decantatione, orationum inſtantia, miſſarũ celebratione, eleemoſynarum liberalitate, cum ſumma deuotione totum reddere ſolenne, vt vix vno aut duobus diebus propter exercitationem equitationi indulgeret: nunc propter diſcordiam fugandam, pacémque reuocandam, nullum diem habere voluit feriatum. Paſtoris enim boni ſequens exemplum, pro vtilitate gregis ſibi commiſſi, non refugiebat etiam proprij corporis perpeti iacturam. Vnde non ambigendum eſt, ei redditum præmium, quod ita laborantibus promiſit ſe daturum maximus pater princépſque paſtorum.

Ludouici Pij Im. ſtudia quadrageſimalia.

B Cum maxima igitur fatigatione impugnantibus valetudinẽ ſuam præmiſſis caſibus, peruenit imminente ſacratiſſima Paſchali ſolẽnitate Aquiſgranum, ibíque eam cum ſolita deuotione celebrauit. Qua explicita, cœptum accelerauit explere negotium. Nã Rheno tranſmeato, Thoringiam cõtinuato itinere petiuit: vbi Ludouicũ morari per id tẽpus didicit. In qua cùm eum conſcientia morari non pateretur (vtpote iam patre propinquãte) rebúſque diffideret, ſalutem in fugæ ſubſidio poſuit. Redempto enim itinere, per Sclauorum terram in propria rediit. Quò illo redeunte, imperator generalem conuentum in vrbe Vangionum (quæ nunc Vvarmatia dicitur) congregari præcepit. Et quia res Ludouici taliter ſe habebant,

Ludouici imperatoris ad pacandos Germaniæ motus ſtudium.

C Carolus autem filius eius cum matre in Aquitania verſabatur; imperator ad filium ſuum Lotharium in Italiam miſit, iubens vt eidem placito intereſſet: quatenus cum eo de hac re & de aliis deliberaret. Quo in tempore deliquium ſolis contigit, tertia die letaniæ maioris inſolito modo: in tantum enim lucis receſſu, tenebræ præualuerunt, vt nihil à noctis veritate differre viderentur. Stellarum namque ratus ordo ita cernebatur, vt nullum ſydus hebetudinem lucis ſolaris pateretur: quin potius luna, quæ ſe ei aduerſam præbuerat, paulatim Orientem petendo, corniculatim illi lumen à parte Occidentali reſtitueret, in morem ſui quando prima vel ſecunda cernitur, & ſic per augmenta totam venuſtatem tota rota reciperet. Quod prodigium licet naturæ adſcribatur, tamen lamentabili exitu conſummatum eſt. Portendebatur enim per hoc, maximum illud lumen

Ecclipſis ſolis maxima.

D mortalium, quod in domo Dei ſupra cãdelabrũ poſitũ omnibus lucebat (piiſſimę recordationis imperatorẽ dico) maturrimè rebus humanis ſubtrahendum: mundũque eius abſceſſu in tenebris tribulationum relinquẽdum. Cœpit ergo faſtidio tabeſcere & nauſeanti ſtomacho ad cibum potúmque intendere: crebris ſuſpiriis vrgeri, ſingultibus quati, ac per hoc virtute deſtitui. Natura enim ſuis deſerta comitibus neceſſe eſt vt victa fatiſcat. Quod cernens iuſſit ſibi parari habitacula æſtiua, atque expeditionalia, in inſula quadam contigua Magontiæ ciuitati: ibique viribus deſertus lectulo ſeſe committit. Porrò quis eius explicet pro eccleſiæ ſtatu ſollicitudinem, vel pro eius concuſſione mœrorem? Quis

Ludouici imperatoris lentus morbus.

Ludouici pia ſtudia & opera in extremis.

enarrare lachrymarum flumina, quæ pro acceleratione diuinæ fundebat clementiæ? Non enim ſe receſſurum dolebat: ſed quod futurum nouerat gemebat dicens, ſe miſerum, cuius extrema talibus clauderentur miſeriis. Aderant autem eius cõſolationi venerabiles antiſtites, & alij ſerui Dei quã plurimi: inter quos erant, Iethi venerabilis Treuerorum archiepiſcopus, Ocgarius Maguntiæ ſimiliter archiepiſcopus, ſed & Drogo frater domni imperatoris Mettenſis epiſcopus, necnon ſacri palatij archicapellanus. Quem quanto ſibi propinquiorem nouerat, tanto ei familiarius ſua omnia & ſemet credebat. Per eum quidem quotidie confeſſionis ſuæ munus, ſacrificiúmque ſpiritus contribulati & cordis humiliati (quod Deus non deſpicit) offerebat. Cibus eius erat ſolummodo per quadraginta dies dominicum corpus: laudante eo iuſtitiam Dei, & dicente. Iuſtus es domine, vt quia quadrageſimæ tempus non ieiunans exegi; ſaltem coactus idem tibi ieiuniũ exoluam. Iuſſit autẽ eidẽ venerabili fratri ſuo Drogoni, vt miniſtros cameræ ſuæ ante ſe venire faceret: & rem familiarẽ quæ cõſtabat in ornamentis regalibus, ſcilicet coronis, & armis, vaſis, libris, ſacerdotalibúſq; veſtibus, per ſingula deſcribi, iuberet. Cui prout ſibi viſum fuit, quid eccleſiis, quid pauperib⁹, poſtremo quid filiis largiri deberet edixerat, Lothario ſcilicet & Carolo. Et Lothario quidem coronam, enſem auro gemmíſque redimitum eo tenore habendum miſit, vt fidem Carolo & Iudith ſeruaret; & portionem regni totam illi conſeruaret & tueretur, quam Deo teſte & proceribus palatij ille ſecũ & ante ſe largitus ei fuerat. His ritè peractis, gratias Deo egit, quòd nihil ſibi ſupereſſe proprium cognouit. Inter hæc dum tam venerabilis antiſtes Drogo, quàm cæteri pontifices in cunctis quæ agebantur Deo grates perſoluerent (vtpote quia videbant quod eum quem chorus virtutum ſemper comitatus fuerat, nunc perſeuerantia ſubſequens, quaſi cauda hoſtiæ totum eius ſacrificium vitæ Deo prorſus acceptũ reddebat) vnum erat quod gaudium eorum obfuſcabat. Verebantur enim ne fortè filio Ludouico implacabilis eſſe vellet; ſcientes quòd vulnus frequenter inciſum, aut cauterio aduſtum, acerbiorem ſuſtinenti propagaret dolorem: ſiſi tamen de eius inuicta patientia, qua ſemper vſus eſt, per Drogonem fratrem eius (cuius verba ſpernere nolebar) animum eius leniter pulſant. Qui primum quidem amaritudinem ſui monſtrauit animi: At verò parumper deliberans, & viribus quantuliſcumque collectis, enumerare conabatur quot & quantis ab eo afflictus ſit incommodis, & quid contra naturam & domini præceptum talia agẽdo commeruerit. Sed quia ipſe (inquit) ad me venire ſatisfacturus nequit: ego quod meum eſt, vobis teſtibus & Deo, omnia quæ in me peccauit illi remitto. Veſtrum autẽ erit illum monere, vt ſi ego illi toties perperam geſta indulſi, ille tamen ſui non obliuiſcatur: qui canos paternos deduxit cum dolore ad mortem, & in talibus communis patris Dei præcepta mináſque contempſit. His peractis & dictis (erat enim veſperè ſabbati) præcepit vt ante ſe celebrarentur vigiliæ nocturnæ: & ſigno ſanctæ crucis pectus ſuum muniretur: & quandiu valebat manu propria tam frontem

Vide in quanta reuerentia quadrageſimæ obſeruationem habebat Imperator.

Legata filiis a Ludo. imperatore.

E F G H

A frontem quàm pectus eodem ſignaculo inſignibat. Si quando autem
laſſabatur, per manus fratris ſui Drogonis nutu id fieri poſcebat. Manſit
ergo tota illa nocte omnis virtutis corporeæ inops, ſolius ſobrietatis ani-
mi compos. Poſtero die, qui erat dominicus, iuſſit miniſteriũ altaris præ-
parari, & per officium Drogonis miſſarum officia celebrari: necnon per
manus eius iuxta morem, communionem ſacram ſibi dari: & poſthæc
cuiuſdam potiunculæ calidæ hauſtum præberi. Quo paululum prælibа-
to, precatus eſt fratrem & ſimul aſtantes, vt curandis operam darent cor-
poribus: ſe tandiu præſtolaturum, quandiu illi refici poſſent. Inſtante au-
tem migrationis articulo, iuncto pollice cum articulis (hoc enim facere *Memorabilis Ludouici migratio.*
conſueuerat, ſi quando fratrem nutu vocabat) Drogonem accerſiuit.
B Quo veniente, & reliquis ſacerdotibus, verbis quibus potuit & nutibus
ſemetipſum commendans, benedici petiuit: & quæ ſolent agi, in egreſſu
(ſicut mihi plures retulerunt) conuerſa acie in ſiniſtram partem, indi-
gnando quodammodo, virtute quanta potuit dixit bis, hutz hutz, quod
ſignificat foras, foras. Vnde patet, quia malignum ſpiritum vidit: cuius
ſocietatem nec viuus nec moriens habere voluit. At verò eleuatis ad cœlũ
oculis, quanto huc minacius intuebatur, tanto illuc lætius intendebat: ita
vt nihil à ridente differre videretur. In talibus ergo vitæ præſentis termi-
num ſortitus, ad requiem feliciter (vt credimus) commigrauit: quia vera- "
citer dictum eſt à veridico doctore, non poteſt malè mori qui bene vixe- "
rit. Deceſſit autem XII. Kalend. Iulij, anno vitæ ſuæ ſexageſimo quarto. *Anni regni Ludouici.*
C Et Aquitaniæ quidem præfuit per annos triginta ſeptem, Imperator au-
tem viginti ſepte. Anima porrò † emiſſa corpus eius Drogo, frater impe- *† al. recedente.*
ratoris & epiſcopus Mettenſis, cum aliis epiſcopis, abbatibus, comitibus,
vaſſis dominicis, plurimáque frequentia tam cleri quàm populi, ſumptis
imperatoris reliquiis, cum magno honore Mettos tranſportari: & in ba-
ſilica ſancti Arnulfi, quo & mater eius condita erat, nobiliter ſepeliri fecit.
Obiit autem anno domini DCCCXL. Eodem anno facta eſt eclipſis ſolis, fe- *Locus ſepulturæ.*
ria quarta ante Aſcenſionem domini, hora diei nona, pridie Nonas Maij. *Eclipſis ſolis.*
Vertente autem anno, in die Aſcenſionis domini fit bellum Fontaneum *Bellũ inter fratres in Burgũdia geſtum.*
in Burgundia à quatuor filiis ipſius Ludouici, Carolo ſcilicet, Lothario,
Ludouico, & Pipino: vbi multus effuſus eſt ſanguis humanus. Ex quibus
Carolus, qui appellabatur Caluus, regnum Francorum, & poſtmodum *Carolus Calu⁹ rex Frãcorum & imperator.*
D imperium Romanum obtinuit. Lotharius verò partem Franciæ ſibi ven-
dicauit quæ vſque in hodiernum diem ex ſuo nomine, Lotharij regnum
appellatur. Ludouicus autem Burgundiam ſibi vendicauit, vnctúſque eſt
in regem. Pipinus autem Aquitaniam poſſedit. *Lotharingia.*

De Nortmannorum in Parrhiſiacos ſæuitia & Ducis eorum miraculoſo per ſanctum Germanum interitu: De tranſlatione ſancti Vincentij: & Georgij ac Aurelij martyrum. CAP. XX.

ANno DCCCXLVI. gens Nortmannica Galliam irrumpens, Parrhiſios *846. Nortmãnorum irruptio.*
vſque venit: monaſteriúmque beati Germani Parrhiſiis depopu-

lata eſt. Quorum dux, Ragenarius nomine, ſub principe Horic hanc deuaſtationem peragens, dum ante dictum principem ſuum Horic ſe iactaret opulentiſſimum regnum Caroli adquiſiſſe, & monaſterium almi Germani deuaſtaſſe, & quod ibi maiorem mortui quàm viui numerum haberent; nullúmque ſibi reſtitiſſe præter Germanum ſenem mortuum, continuò virtutem beati viri expertus cōcidit, ac poſt triduum expirauit: nec ſolùm ipſe, verùm etiam & cæteri raptores & violatores ſancti loci, dyſenteriæ morbo perierunt. E

Miraculũ per S. Germanum in morte Ragenarij.

855. Trãſlatio S. Vincentij. † Hodie epiſcopat⁹.

Anno DCCCLV. diuina reuelatione corpus beati Vincentij à Valentia Hiſpaniæ ciuitate, per quendam monachum Audaldum nomine deportatum eſt; & apud monaſterium beati Benedicti, quod † caſtrum vocatur ſitum in pago Albienſi, conditum.

858. Trãſlatio Georgij & Aurelij. Hilduinus 2. Abbas S. Germani.

Anno DCCCLVIII. defuncto Ebroino antiſtite atque abbate, ſucceſſit F Hilduinus ſecūdus in Abbatiæ regimine. Cuius temporibus ſanctorum martyrum Georgij monachi & Aurelij corpora, cum capite ſanctæ Nataliæ vxoris eius, à duobus monachis eccleſiæ ſancti Germani delatæ Corduba, in præfato cœnobio ſancti pontificis ſunt condita.

De ægritudine ac interitu Lotharij regis: & de Caroli Calui ad imperium electione cum denuntiationibus & formulis verborum ad electionem pertinentium & eiuſdem Caroli coronatione. CAP. XXI.

Lotharij morbus.

LOtharius autem Roma lætus promouens, vſque Lucam ciuitatem G venit: vbi febre corripitur, graſſante clade in ſuos, quos ſub oculis ſuis coaceruatim mori conſpiciebat, ſed iudicium Dei intelligere nolens, vſque Placētiam VIII. Idus Auguſti peruenit: ibíque dominica die ſuperdiurnans, circa horam nonam inopinatè exanimis penè effectus eſt. Et obmuteſcens, in craſtinum hora diei ſecunda moritur: & à paucis ſuorum, qui à clade remanſerant, in quodam monaſterio ſecus ipſam ciuitatem terræ mandatur. Quod Carolus apud Siluanectenſem ciuitatem degens (vbi tam ipſe quàm vxor eius theſauros quos in quibuſcumque rebus habuerant per loca ſancta in ſuam eleemoſynam diſpenſantes, à piſtis reuerſi, domino de cuius manu illos acceperant reddiderunt) non incerto comperiens nuntio, ab ipſa ciuitate mouens Attiniacum venit. Vbi à quibuſdam epiſcopis, & ab aliquibus primoribus regni quondam Lotharij, legatos directos ſuſcepit, vt ibi reſideret: & in regnum quod Lotharij fuerat non intraret, donec frater ſuus Ludouicus Rex Germaniæ, ab expeditione hoſtili de Vvinidis (cum quibus præſenti & præterito anno ſæpe comminus ſui congredientes, aut nihil aut parum vtilitatis egerunt, & damnum maximum retulerunt) reuerteretur: & in palatio Engilinheim reſidens ad eum nuntios ſuos dirigeret, & ei mandaret quò & quando ſimul conuenirent, & de regni ipſius diuiſione tractarent. Plures autem ſaniore cōſilio illi mandauerunt, vt quātocyus quoquo modo poſſet vſque Mettos properare ſatageret: & ipſi tam in itinere, quàm ad H

Lotharij mors & ſepultura.

ciuitatem

A ciuitatem ipſam, ei occurrere maturarent. Quorum conſilium Carolus acceptabilius, & ſibi ſalubrius eſſe intelligens, iuxta eorum ſuggeſtionem agere feſtinauit: & veniens vſque Viridunum, plurimos de eodem regno, ſed & Haitonem ipſius ciuitatis epiſcopum, ſibi ſe commendantes ſuſcepit. Indéque in Mettenſem vrbem Nonis Septemb. veniens, Aduentium ipſius ciuitatis epiſcopum, & Franconem Tungrenſem præſulem, cum multis aliis in ſua commendatione ſuſcepit, ſicque v. Idus ipſius menſis ab epiſcopis qui affuerunt, coeuntibus omnibus in baſilica ſancti Stephani, hæc quæ ſequuntur denuntiata & geſta fuêre hoc modo.

Anno Incarnationis dominicæ DCCCLXVIIII. indictione ſecunda, v. Idus Septemb. Mettis in eccleſia ſancti Stephani martyris, hæc quæ ſe- 869.
B quuntur capitula Aduentius, ipſius ciuitatis epiſcopus, coram rege & epiſcopis qui affuerunt, publicè populo & ſcripto & verbis denuntiauit.

Forma denuntiationis in cœtu maiorũ & epiſcoporũ.

Vos ſcitis fratres, & multis in plurimis regnis eſt cognitum, quantos & quales euentus tempore ſenioris noſtri, quem hactenus habuimus, pro cauſis notiſſimis communiter ſuſtinuimus: & quanto dolore quantaque anguſtia, de illius infauſta morte nuper cordibus perculſi ſumus: vnde vnicum refugium & ſingulariter ſalubre conſilium, rege & principe noſtro deſtituti ac deſolati, nobis omnibus eſſe conſiderauimus, vt ieiuniis & orationibus ad eum nos conuerteremus qui eſt adiutor in opportunitatibus, in tribulatione, & cuius eſt conſilium ac regnum, & vt ſcriptum eſt, cui voluerit dabit illud, & in cuius manu corda ſunt regum, & facit
C vnanimes habitare in domo, ſoluens medium parietem, & faciens vtraque vnum, deprecantes ipſius miſericordiam, vt daret nobis regem ac principem ſecundum cor ſuum: qui in iudicio & iuſtitia nos in omni ordine ac profeſſione regeret, ſaluaret atque defenderet, pariter voluntatem & corda omnium noſtrum vnanimiter in eum inclinaret atque vniret: quem ipſe ad ſalutem totius eccleſiæ & populi prædeſtinatum habebat, ſecundum miſericordiam ſuam.

Quia denique ille qui voluntatem timentium ſe facit, & deprecationes eorum exaudit, in concordi vnanimitate prælegit hunc regni huius hæredem eſſe legitimum, cui nos ſponte commiſimus, dominum videlicet præſentem hunc principem noſtrum Carolum, vt nobis præſit & proſit: videtur nobis, ſi vobis placet, vt ſicut poſthæc vobis manifeſta-
D bimus, ſigno certiſſimo demonſtremus illum à Deo electum, & nobis datum principem: vt eidem largitori Deo ex ſuis beneficiis non ſimus ingrati, ſed gratiarum actiones illi referentes; quatenus & eum nobis datum principem ad ſalutem & defenſionem ſuæ ſanctæ eccleſiæ, & ad auxilium atque profectum omnium noſtrûm, cum pace & tranquillitate nobis conſeruet diutius, & nos fideli deuotioni illi obſequentes, atque obſeruatione fruentes, ſub illius adminiſtratione in ſuo gubernet ſeruitio.

Caroli calui electio.

At ſi illi placet & neceſſarium vobis videtur: hortamur vt ex eius ore audiamus quod à Chriſtianiſſimo rege fideli & vnanimo huius populi

vnicuique in ordine ſuo conuenit audire ac deuota mente ſuſcipere. E

Denũtiatio ac promiſſio Caroli Calui. Poſt hæc rex Carolus hæc quæ ſequuntur per ſe in eadem eccleſia cunctis qui affuerunt dēnonciauit. Quia ſicut iſti venerabiles epiſcopi, vnius ex ipſis voce dixerunt, & certis indiciis ex noſtra vnanimitate monſtrauerunt, & vos acclamaſtis me Dei electione ad veſtram ſaluationem & profectum atque regimen & gubernationem huc aduenisse: ſciatis me honorem & cultum Dei, atque ſanctarum eccleſiarum domino adiuuante conſeruare, & vnumquenque veſtrum, ſecundum ſui ordinis dignitatem & perſonam, iuxta meum ſcire & poſſe honorare & ſaluare, & honorabiliter ſaluatum tenere velle: & vnicuique in ſuo ordine, ſecundũ ſibi competentes leges tam eccleſiaſticas quàm mũdanas, legem & iuſtitiam conſeruare: in hoc vt honor regius & poteſtas, ac debita obedientia atque F adiutorium ad regnum mihi à Deo datum continendum & defendendum, ab vnoquoque veſtrum, ſecundum ſuum ordinem & dignitatem atque poſſibilitatem, mihi exhibeatur: ſicut anteceſſores veſtri iuſtè, fideliter & rationabiliter meis anteceſſoribus exhibuerunt. Et poſt hæc Hincmarus Remorum Archiepiſcopus, hæc quæ ſequuntur capitula, iubente ac poſtulante Aduentio Mettenſi epiſcopo, & cæteris epiſcopis Treuerorum prouinciæ (Hattone ſcilicet eccleſiæ Viridunenſis epiſcopo, & Arnulfo Tullenſium antiſtite) conniuentibus prouinciæ Remorum *al. conhibẽtibus.* epiſcopis, coram epiſcopis & rege cunctis qui affuerunt in eadem eccleſia publicè denuntiauit.

Denuntiatio Hincmari epiſcopi Remenſis. Ne alicui fortè videatur incongruè, ac præſumptuoſè me ac prouinciæ noſtræ venerabiles coepiſcopos, facere, quoniam de altera prouincia, G ordinationi & cauſis huius prouinciæ nos immiſcemus, ſciat nos contra canones ſacros non agere: quoniam Remenſis & Treuerenſis eccleſiæ, in hac regione Belgica, cum ſibi commiſſis eccleſiis ſorores & comprouinciales habentur, ſicut auctoritas eccleſiaſtica & antiquiſſima demonſtrat conſuetudo: ac per hoc vnanimi conſenſu & ſynodalia iudicia exercere, & quæ à ſanctis patribus conſtituta ſunt debent concorditer cuſtodire: hac priuilegij conditione ſeruata, vt qui Prior de Remenſi & Treuerenſi epiſcopo fuerit ordinatus, Prior etiam habeatur. Et lex diuinitus *Deut. 23.* inſtituta præcepit dicens. Si tranſieris per meſſem amici tui, colligens ſpicas manu confricabis ad manducandum: falce autem non metas. Meſſis *Luc. 10.* eſt populus, vt dominus monſtrat in Euangelio dicens: Meſſis quidem H multa: operarij autem pauci. Rogate ergo dominum meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam. Quia vos pro nobis epiſcopis orare debetis; vt vobis digna poſſimus loqui. Meſſis (amici) eſt populus in prouincia alteri metropolitano commiſſa. Vnde vos hortando, quaſi manu operis confricando, ad Dei voluntatem & veſtram ſalutem in corpus vnitatis eccleſiæ valemus & debemus traiicere. In parrochianos autem prouinciarum aliis metropolitanis commiſſarum, falcem iudicij non mittimus: quia nec eſt vnde, nec noſtrum eſſe conſideramus.

Eſt & alia cauſa: quia iſti venerabiles domini & confratres noſtri prouinciæ

A uinciæ iſtius epiſcopi, non habentes metropolitanum epiſcopum, exiguitatem noſtram ſic in ſuis ſicut & in ſpecialibus noſtris cauſis, nos fraterna charitate iubent & commonent agere. Eſt ne ita domini fratres? Et reſponderunt ipſi epiſcopi. Ita eſt. Præterea quæ domnus epiſcopus & frater noſter Aduentius, vobis ex ſua & cæterorum noſtrorũ, & ſuorum fratrum ac venerabilium epiſcoporum voce dixit, in hoc etiam animaduertere poteſtis voluntatem Dei eſſe, vt præſens dominus & rex noſter (qui in partem regni quam hactenus tenet & tenuit, & nobis ac eccleſiis noſtris & populo ſibi commiſſo vtiliter præeſt & præfuit, & ſalubriter prodeſt & profuit) inde ad hunc locum domino ducẽte peruenerit: quòd etiam & vos eius inſpiratione confluxiſtis, & ipſi vos ſponte commendaſtis:

B cuius inſtinctu animalia omnia in arcam Noë, ſignificantem eccleſiæ vnitatem, nullo cogente conuenerunt. Quia ſanctæ memoriæ pater ſuus domnus Ludouicus pius imperator, ex progenie Clodouei regis Francorum, per beati Remigij catholicam prædicationem cum integra gente conuerſi, & cum tribus Francorum millibus, exceptis paruulis & mulieribus, in vigilia ſancti Paſchæ baptizati, & cœlitus ſumpto chriſmate (vnde adhuc habemus) peruncti & in regem ſacrati exortus, per beatum Arnulfum (cuius idem Ludouicus Pius auguſtus originem duxit carnis) & à Stephano Papa Romano, ante ſanctæ Dei genitricis Mariæ altare Remis in imperatorem eſt coronatus: & demum factione quorundam terreno imperio deſtitutus, vnanimitate epiſcoporum, & fidelis populi, ante ſepulchrum ſancti Dionyſij eccleſiæ ſanctæ eſt redditus:

Clodouei citat conuerſionem.

Eſt Stephanus Papa 2.

C & in hac domo ante hoc altare protomartyris Stephani coronatus per domini ſacerdotes, acclamatione fidelis populi (ſicut qui affuimus vidimus) corona regni eſt imperio reſtitutus. Et quia (vt in hiſtoriis ſacris legimus) reges quando regna obtinuerunt, ſingulorum regnorum ſibi diademata impoſuerunt; non incongruum videtur, ſi veſtræ placet vnanimitati, vt in obtentu regni vnde vos ad illum ſponte conueniſtis, ſacerdotali miniſterio ante hoc altare coronetur, & ſacra vnctione domino conſacretur. Quod ſi vobis placet propriis vocibus conſonate. Et in hoc conclamantibus omnibus, dixit idem epiſcopus. Agamus ergo vnanimiter domino gratias, decantantes, Te Deum laudamus. Et poſt hæc cum benedictione ſacerdotali idem rex eſt coronatus. Indéque Florikingas veniens quæ

D ordinanda ſibi viſa ſunt ordinauit. Indéque in ſaltum Ardennæ, animalium venationi ſe contulit. Ludouicus autem frater eius, pacem ſub quadam conditione apud Vvinidos obtinere procurans (ad quam confirmandam filios ſuos cum marchionibus terræ ipſius direxerat) infirmus in Ragenſburg ciuitate remanſit. Et mittens miſſos ſuos ad Carolum, mandauit illi de firmitatibus quæ inter eos factæ fuerunt: ſed & de portione regni quondam Lotharij. Vnde Carolus illi congruam reſponſionem mandauit.

Coronatio Caroli Calui.

al. Arduẽnæ.

Vvinidorum pax.

Ratiſpona.

E

De Baſilio Michaëlem imperatorem occidente, imperium occupãte, & filiam Ludouici poſtulante: Déque templi diui Michaëlis in monte Gargano à Sarracenis direptione. CAP. XXII.

Baſilius Michaëlẽ imperatorem necat & imperat.

INterea Baſilius, quem Michaël Græcorum imperator ſibi in conſortium imperij aſciuerat, eundem Michaëlem dolo interfecit: & imperium ſibi aſciuit. Qui patricium ſuum Abbaram cum CCC. nauibus miſerat: vt Ludouico contra Sarracenos ferret ſuffragium, & filiam ipſius Ludouici ſibi deſponſatam de Ludouico ſuſciperet, & ſibi in coniugio copulandam duceret. Sed quadam occaſione interueniente, diſconuenit Ludouico cum eodem patricio de filia ipſius. Vnde idem patricius moleſtus Corinthum rediit. Et reuertente Ludouico ab obſidione Sarracenorum de partibus Beneuentanis, iidem Sarraceni de Baira egredientes, & hoſtem Hludouici poſt tergum ſequentes, pluſquam duo millia caballorum ipſius hoſtis prædati ſunt: & cum eiſdem caballis duos ex ſeipſis ordinantes cuneos, ad eccleſiam ſancti Michaëlis in monte Gargano perrexerunt: & clericos, ſed & multos qui ad orationem illuc conuenerant, deprædantes, cum multa præda ad ſua redierunt. Quod valde imperatorem, atque apoſtolicum, ſed & Romanos, turbauit.

F

Hoſtem. i. exercitũ.

Templum Michaëlis in Gargano à Sarracenis diripitur.

G

De Vvinidis victis: Rotlandi epiſcopi à Sarracenis captione, & pretioſa ſed doloſa (quia iam mortui) redemptione: Britonum cum Nortmannis adhuc impiis pactione: de apoſtatæ ſupplicio: Cœnoby ſancti Germani apud Parhiſios à Nortmannis direptione & incendio: & vrbium contra eos munitione. CAP. XXIII.

Vvinidi vincuntur.

LVdouicus, Ludouici regis Germaniæ filius, cum Saxonibus contra Vvinidos (qui è regione Saxonum ſunt) bellum committens, cum multa ſtrage hominum ex vtraque parte, quoquo modo victoriam eſt adeptus: indéque proſperè eſt reuerſus. Rotlandus Arelatenſis Archiepiſcopus Abbatiam ſancti Cæſarij apud Ludouicum imperatorem & Engilbergam non vacua manu adeptus, in inſula Camaria nimis vndecunque inclytiſſima (in qua res ipſius abbatiæ plurimæ coniacent & in qua portum Sarraceni habere ſolebant) caſtellum opere tumultuario de ſola terra ædificans, audito Sarracenorum aduẽtu in illud ſatis inconſultè intrauit: & applicantibus ad ipſum caſtellum Sarracenis, amplius quàm trecentis ſuorum interfectis, ab eiſdem Sarracenis eſt captus, & in eorum naues deductus ac religatus. Vnde CL. libris argenti, & CL. mantellis, & CL. ſpathis, & CL. mancipiis, præter ea quæ in placito data ſunt, eſt ad redemptionem eius conceſſus. Interea idem epiſcopus in nauibus moritur XIII. Kalend. Octobris. Sarraceni autem ingenioſè accelerantes de redemptione illius, quaſi non poſſent ibi amplius immorari, ſi illum vellent recipere, redemptores illius redemptionem pro eo dare accelerarent, edicũt. Quod & factum eſt: & Sarraceni ſuſcepta omni redemptione,

Rotlãdus Abbatiã emit.

ditiſſima.

H

Rotlandus epiſcopus captus à Sarracenis.

A ne, miſerunt eundem epiſcopum ſedentem in cathedra, indutum veſtimentis ſacerdotalibus cum quibus captus fuerat, & velut pro honore deportauerunt eum è nauibus in terram. Redemptores autem illius volentes eum alloqui, & congratulari ei, inuenerunt eum mortuum. Quem cum maximo luctu exportantes ſepelierunt x. Kal. Octobris, in ſepulchro quod ſibi ipſe parauerat. Salomō dux Britonum, pacem cum Nortmannis ad Ligerim reſidentibus, fecit: & vinum ſuæ partis de pago Andegauenſi, cum Britonibus ſuis collegit.

Britones cū Nortmānis paſciſcuntur adhuc infidelibus.

Hugo Abba & Gaufridus cum Tranſſequanis, confligētes cum Nortmannis ad Ligerim reſidentibus, LX. circiter inde interfecerunt: & capientes quendam apoſtatam monachum, qui relicta Chriſtianitate ſe ad
B Nortmannos contulerat, & Chriſtianis infeſtiſſimus erat, decollari fecerunt. Ea tempeſtate, ſecūda irruptione Nortmanni Parrhiſios venerunt, & beati Germani monaſteriū depopulati ſunt, cellarióque fratrum igne immiſſo, cum præda vndecunque adquiſita redierunt. Carolus verò ciuitates trans Sequanam ab incolis firmari rogauit, Cenomannos ſcilicet ac Thuronos: vt præſidio, contra Nortmānos, populis eſſe poſſent. Nortmanni autem hoc audientes, multam ſummam argenti, frumenti quoque & vini, ac animalium, ab incolis ipſius terræ quæſierunt, vt cum eis pacem facerent.

Nortmāni cædūtur. Apoſtatæ ſuppliciū.

S. Germani cœnobiū diripitur.

Vrbiū cōtra Nortmānos munitiones.

De Caroli Calui concubinatu cum Richilde: De legatis Adriani Papæ & eius mandatis ad Carolum: De Caroli vana credulitate: de ægritudine
C *Ludouici fratris eius.* CAP. XXIIII.

Carolus in villa Duciaco, VII. Idus Octob. certo nuntio comperiens obiiſſe pridie nonas Octobris Hirmintridem vxorem ſuam in monaſterio ſancti Dionyſij, vbi & ſepulta eſt, exequente Boſone filio Buuini quōdam comitis hoc † miſſaticum, apud matrem & materteram ſuam, Teubergam Lotharij regis relictam, ſororem ipſius Boſonis Richildem nomine, mox ſibi adduci fecit, & in cōcubinam accepit. Qua de re eidèm Boſoni Abbatiam ſancti Mauritij, cum aliis honoribus, dedit: & ipſe Aquiſgrani in palatium, eandem concubinam ſecum ducens, feſtinare accelerauit: quatenus reſiduos illius partis homines, qui Lotharij fuerant, ibi ſicut ei mandauerant in ſua diuiſione ſuſciperet: denuntiās ſe ab-
D inde in palatium, quod Gundulfi villa dicitur, ad feſtum ſancti Martini venturum; vt de prouincia & de ſuperioribus partibus Burgundiæ ad ſe venturos ſuſcipiat. Veniēs autem Aquaſgranum nullum obtinuit quem ante non habuit: & inde, vt denuntiauerat, ad Gundulfi villam peruenit: vbi legatos Adriani Papæ, Paulū & Leonem epiſcopos, ſuſcepit cum epiſtolis miſſis ſibi & præſulibus ac regni primoribus in his Galliarum partium regionibus conſiſtentibus. In quibus continebatur, vt regnum quondā Lotharij, quod Ludouico imperatori ſpirituali filio eius hæreditario iure debebatur, & quod ad eum poſt mortē ipſius Lotharij rediit, vel homines in eo degentes, mortalium nullus inuaderet, nullus cōmoueret,

Hirmintrudis vxoris Caroli Calui obitus.

† nuntium.

Richildis concubina.

Legati Adriani Papæ.

Interminatio eiuſdem.

nullus ad ſe conaretur inflectere. Quod ſi quis præſumeret, non ſolùm E
per ſuę auctoritatis miniſterium infirmaretur, verùm etiam vinculis anathematis obligatus, nomine Chriſtianitatis priuatus, cum diabolo omnino locaretur. Et ſi quis de epiſcopis tam nefariæ temeritatis auctorem vel tacendo fugeret vel non reſiſtendo conſentiret, non iam paſtoris ſed mercenarij nomine ſe norit fore cenſendum: & quia iam non pertineret ad eum quicquam de ouibus, non pertineret ad eum conſequenter de paſtoralibus dignitatibus. Cum quibus epiſcopis & nuntius Ludouici imperatoris venit, nomine Boderadus, de his nihilominus ſatagens. Carolus autem abſolutis apoſtolici & imperatoris legatis, pellectus vanis ſuaſionibus falſorum nuntiorum, qui ei ſuggerebãt quod frater ſuus Ludouicus viciniſſimus morti foret, iter in Elſatias partes arripuit: vt Hugonem Liutfridi filium, & Bernardum Bernardi filium obtineret, ſicut F
& fecit: indéque Aquiſgranum remeans, ibidem natiuitatem domini celebrauit.

al. Miſſus.

Nũtij falſi de ægritudine Ludouici.

al. Elyſatias.

Anno DCCCLXX. inde ad Rorici Nortmanni colloquium, apud Nouiomagum palatium perrexit: quem ſibi fœdere copulauit. Et in die feſtiuitatis ſeptuageſimæ, prædictam cõcubinam ſuam Richildem, deſpõſatam atque dotatam in coniugem ſumpſit: & præter ſpem à fratre ſuo Ludouico Germaniæ rege ſibi nuntiantes legatos accepit, vt ſi quã ocyſſimè Aquiſgrani non egrederetur, & regnum quondam Lotharij penitus non desereret, idémque regnũ ſicut Lotharij homines tempore obitus eius habebant, eis tenere pacificè non concederet, ſine vlla retractatione illum bello appeteret. Vnde inter eos nuntiis diſcurrentibus, eo vſque cauſa perducta eſt, vt vtrinque huiuſmodi ſacramenta fierẽt. Sic promitto ex parte ſenioris mei Caroli, quòd ſenior meus fratri ſuo Ludouico regi, talem portionem de regno Lotharij regis conſentit habere, qualem aut ipſi iuſtiorem & æquiorem aut communes fideles eorum inter ſe inuenerint: nec eum in ipſa portione, vel in regno quod antea tenuit, per aliquam fraudem vel ſubreptionem decipiet aut fors conſiliabit: ſi frater ſuus Ludouicus eandem firmitatem & fidelitatem, quam ex parte ſenioris mei Caroli habeo promiſſam, ſeniori meo ex ſua parte quandiu vixerit inuiolabiliter ſeruauerit. Et hac infirma firmitate patrata, Carolus Aquiſgranum egrediens, vno itinere Compendium venit: ibíque Paſcha domini celebrauit. Indéque menſe Maio ad Attiniacum palatium venit: H
vbi & duodecim legatos fratris Ludouici, pro diuiſione regni accepit: qui ſuperciliosè tam de ſanitate corporis Ludouici, quàm de proſperitate (quia Reſtitiũ Vvinidum ſibi diutino tempore infeſtiſſimum tam dolo quàm bello captum vicerat) elati, minus debito ſacramenta inter eos facta duxêre ſeruanda. Quæ diuiſio multifariè multiſque modis hinc atque illinc agitata, & per diuerſos nuntios alterutrum directa, ad hunc finem ex Caroli mandato peruenit, vt in illud regnum quod inter eos, ſecundum ſacramenta præſtita, diuidendum erat, pacificè conuenirent; & ſicut cum conſenſu & vnanimitate communium fidelium ipſorum inue-

Fœdus cũ Rorico Nortmãno.

870.

Annales Franc. ad præcedentẽ annum referunt.

Nuptiæ cõcubinæ.

Literæ minaces Ludouici regis.

Pacta regum.

G

Legati Ludouici.

Caroli de regni diuiſione ſententia.

A inuenirent, ſecundum ſacramenta inter eos præſtita illud regnum diuiderent. Interea pòſt de multis impetitus (præcipuè autem de inſubiectione regiæ poteſtati, & inobedientia erga ſuum Archiepiſcopum) Hincmarus Laudunenſis epiſcopus, vt ſe ab impetitis expediret, in ſynodo epiſcoporum decem prouinciarum libellum propria manu ſubſcriptum porrexit hæc continentem. Ego Hincmarus eccleſiæ Laudunenſis epiſcopus, à modò & deinceps domino ſeniori meo Carolo regi, ſic fidelis & obediens, ſecundum miniſterium meum ero: ſicut homo ſuo ſeniori, & epiſcopus per † rectum ſuo regi eſſe debet: ac priuilegio Hincmari Metropolitani prouinciæ Remorum eccleſiæ, ſecundum ſacros canones & decreta ſedis apoſtolicæ ex ſacris canonibus promulgata, pro ſcire & poſſe B me obediturum profiteor. Et ſubſcripſit Carlomannus etiam regis Caroli filius, & plurimorum monaſteriorum Abba reputatus, quoniam inſidias erga patrem ſuum infideliter moliretur, abbatiis priuatus in ciuitatem Syluanectenſem eſt cuſtodiæ mancipatus.

Hincmari incuſatio. *Purgatio eiuſdem.* *† ius & æquum.* *Carlomãnus priuatur abbatiis.*

De legatis per quos tandem regni Lotharij diuiſio facta eſt inter Carolum & Ludouicum: & de vtriuſque portione, quæ barbaris & vulgatis exprimitur vocabulis. CAP. XXV.

CArolus rex legatos ſuos, Odonem ſcilicet Belgiuacorũ epiſcopum & Odonem ac Harduinum comites, ad fratrem ſuum Ludouicum C ad † Franconofurt dirigens, petiit vt ad regnum Lotharij diuidendum ſimul conuenirent: ipſéque Pontigonem petens, ibidem eos legatos accepit, nunciantes vt ipſe ad Heriſtallium veniret, & frater eius Ludouicus ad Smarnam venturus eſſet: & in meditullio eorundem locorum Kalend. Auguſti colloquerentur: & vnuſquiſque eorum quatuor epiſcopos & decem conſiliarios & interminiſteriales & vaſſalos xxx. tantummodo, ad idem colloquium ducerent. Quò Ludouicus pergens Flameresheim in pagum Ribuarium venit: de quodam ſolario vetuſtate confecto, ſubligis fractis, cum quibuſdam ſuorum cecidit: & aliquantulum periclitatus, in breui conualuit. Inde Aquiſgranũ peruenit: & diſcurrentibus inter vtroſque fratres & reges nuntiis, tandem v. Kalend. Auguſti ad locum colloquij conuenerunt: & hoc modo regnum quondam Lotharij inter ſe diD uiſerunt. & hæc eſt portio quam ſibi Ludouicus accepit.

al. Belgiuagorum. *Legati Caroli ad Ludouicũ ob regni diuiſionem.* *† Frãcfordiam.*

Coloniam. Treueros. Vtrech. i, Traiectum. Strabuch. i, Argentinam. Baſileam. Abbatiã Sueſtre. Berch. Nui Monaſterium. Caſtellum Indam. Sanctum Maximinum. Ephcermacum. Horream. ſanctum Gandulfum. Fauerniacum. Polemniacum. Luxouium. Laureram. Balmã. Offonis villã. Meiem. Monaſterium S. Deodati. Bodonis monaſteriũ. Stiuagium. Romerici montem. Morbachum ſancti Gregorij. Mauri monaſteriũ. Eboresheim. Homouua. Maſonis monaſterium. Homburch, Sancti Stapni. Stra-burch. Eroſtein. Sancti Vrſi in Salodoro. Grandiuallem. Altam petram. Iuſtiniani Vallem. Cluſi caſtellum. Carnones, Heribodesheim.

Straſtburch. *Ephternia cum.* *Stapni.* *Straſtburch.* *Iuſtinnã.*

Abbatiam de Aquis. Homchirche. Auguſtchirche. Comitatum Teſte- E
Bania. Maſan. brant. Bauiam. Harmarias. Moſam ſubteriorē de iſta parte. Item Moſam
Lingas. ſuperiorem quantum de iſta parte eſt. Lingas quantum de iſta parte eſt.
Diſtrictum Aquenſe. Diſtrictum Trectis. Inribuarias. Comitatus v. Mo-
genenſium. Bedagouuam. Nithacouuam. Sarachouuam ſubteriorē. Ble-
ſitchouua. Selme. Albecheuuam. Suentiſcum. Calmontē. Sarachouuam
ſuperiorem. Odornenſe quod Bernardus habuit. Solocenſe. Baſiniacum.
Vvaraſchſtudingū. Eliſcouue. Vvarachſtudingum. Emaus. Baſalchouuam. In Eliſano Co-
mitatus II. De Friſia duas partes: de regno quod Lotharius habuit. Super
iſtam portionem propter pacis & charitatis cuſtodiam, ſuperaddimus
iſtam adiectionem, ciuitatem Mettenſem, cum abbatia ſancti Petri, &
ſancti Martini, & comitatu Moſlenſi, cum omnibus villis in eo conſiſten- F
tibus, tam dominicatis quàm etiam vaſſalorum. De Arduenna ſicut flu-
Vrta. Biſlane. men Vrca ſurgit inter Biſlaue & Tumbas, ac decurrit in Moſam: & ſicut
recta via pergit in Bedenſi, ſecundum quod communes miſſi noſtri re-
ctius inuenerint: excepto quod de Cōduſtrio eſt ad partem Orientis trās
Vrcam, & abbatias Prannam & Stabolam cum omnibus villis domini-
catis & vaſſalorum.

Et hæc eſt portio quam Carolus de eodem regno ſibi accepit. Lugdu-
†Biſontiū. num † Veſontium. Viennam. Tungros. Tullum. Viridunum. Camara-
Vzetia. Gitdini monaſterium. cum. Viuarias. Vzotias. Montem Falconis. Sancti Michaëlis. Suldum mo-
naſterium. Sanctam Mariam in Biſintiono. Sancti Martini in eodem lo-
Leudenſi. co. Sancti Augentij. Sancti Marcelli. Sancti Laurentij. Leudenſi. Senno- G
Sēnonem. Niellam. nam abbatiam Mellam. Molburium. Laubias. Sancti Gaugerici. Sancti
Hunulfuirt Saluij. Criſpinno, foſſas Marilias. Humulfiurt. Sancti Seruatij. Malinas.
Suniacum. Tricliuiani Ledi Suniuacum. Antonium. Condatum. Merrelecchi. Ticliuium. Lutto-
ſam. Calmontem. Sanctam Mariam in Deonant. Echam. Andanam. Vva-
Vvaſlor. ſloos. Altum montem. Comitatum Texandrum. In Brachanto comita-
Maſan. tus IIII. Cameracenſem. Hamonem. Lonienſem. In Aſbanio Comitatus
Maſau. IIII. Moſam ſuperiorem de iſta parte Moſæ. Moſau ſubteriorem, quan-
Lingas. Veoſatū. tū de iſta parte eſt. Lingua, quod de iſta parte eſt Moſæ, & pertinet ad Ver-
Vvaurēſe. ſatum. Scarpomuſæ. Viridunenſe. Dulmenſe. Ælon. Vvarenſe. comitatus
Moſininſe. II. Moſnunſe. Caſtritium. Condruſt. De Arduenna ſicut flumen Vrca ſur-
git inter Biſlane & Tombas, ac decurrit ex hac parte in Moſam: & ſicut re-
cta via ex hac parte Occidentis pergit in Hodenſe, ſecundum quod miſſi H
noſtri rectius inuenerint. Tullenſe aliud: Odornenſe quod Temarus ha-
buit. Barrēſe. Portenſe. Salmoringum. Lugdunenſe. Viennenſe. Viuarias.
Vzetium. De Friſia tertiam partem. Et poſtridie, ſcilicet IIII. Idus eiuſdem
menſis, ſimul iterum conuenerunt: & vale dicētes ſibi mutuò ab inuicem
diſceſſerunt. Ludouicus videlicet Aquiſgranum rediens: & Carolus Li-
ptinos vxorem ſuam ſibi obuiam venire iubens, partē ipſius regni quam
accepit, ſicut placuit ſibi diuiſit. Indéque per monaſterium ſancti Quin-
tini ad Syluacum, & inde per Cariſiacum Compendium veniens, autum-
nalem venationem in Cotiæ ſaltu exercuit.

De vulneris

A *De vulneris quod ex caſu Ludouicus acceperit difficili curatione: de legatis Papæ & imperatoris ad eum miſsis & ad fratrem remiſsis: de Reſtitij Vvinidi captiuitate & excæcatione: De filiorum Ludouici diſcordia & paciſcendi die.* Cap. XXVI.

LVdouicus læſionem contuſionis, quam ex ſupradicto caſu de ſolario perpeſſus fuerat, minus neceſſariò curarià medicis ſuſtinens, computreſcentem ab eiſdem medicis ſecari fecit: vnde & longiori quàm ſperauerat tẽpore Aquiſgrani decubuit: vbi & penè deſperatus, vix mortem euaſit. Ibíque apoſtolici Adriani legatos (Ioannem & Petrum itémque Ioannem epiſcopos & Petrum Cardinalẽ Eccleſiæ Romanæ presbyterum) ſed & oratores B Ludouici imperatoris (Vincbodum epiſcopum & Bernardum comitem) ſuſcepit: ſibi denũtiantes vt de regno Lotharij nepotis ſui, quod fratri ſuo Ludouico imperatori debebatur, non ſe intromittere præſumeret. Et in breui abſolutos; ad fratrem ſuum Carolum eos direxit: & ipſe mox vt aliquantulum conualuit, ad Reghimſburg pergẽs, Reſtitium Vvinidorum regulum à Carlomanno per dolum nepotis ipſius Reſtitij captum, & aliquandiu in cuſtodia detentum poſt iudicium excæcari & in monaſterium mitti præcepit, eiúſque filios Ludouicum & Carolum ad ſe venire mandauit. Qui ſentientes, ſatagente matre, inclinatiorem voluntatem patris erga Carlomannum quàm erga ſe, ad illum venire detrectarunt.

Vuln. Ludouici exciſum.

al. Miſſos.

Legati Adriani Papæ & Ludouici imperatoris.

Reſtitius excæcatus intruditur monaſterio.

Filiorum Ludouici diſſentio.

Ludouicus ad placitum ſuum, quod Franconofurt condixerat, ante C quadrageſimæ initium venit: & ſatagentibus legatis, inter eum & filios ſuos vtrinque factæ ſunt firmitates, vt vſque ad futurum Maium mẽſem & ipſi ex parte patris ſecuri manere poſſent; & illi deuaſtationem regni, quàm inceperant, dimitterent; & pacificè vſque ad idem placitum degerent. Et hoc ita patrato negotio, Ludouicus ad Reghimsburg rediit.

Paciſcendi dies fratribus condicta.

Reghimſburch.

De regni Lotharij noua diſceptatione per legatos Papæ & Caroli regis: De Carlomanni è cuſtodia ereptione: & ſubterfugio ac ſeditione in patrẽ: De Viennæ obſidione & captione: Carlomanni fraudulenta deditionis ſimulatione: De conſciorum eius condemnatione: & excommunicatione: De honoribus in Boſonem fratrem Richildis impenſis.

D Cap. XXVII.

CArolus peracta venatione autumnali, ad monaſterium ſancti Dionyſij feſtiuitatem ipſius ſancti celebraturus perrexit: vbi ipſa die inter miſſarum ſolennia, præfatos apoſtolici legatos, cum epiſtolis ad ſe & ad epiſcopos regni ſui directis, terribiliter ſibi regnũ quondam Lotharij, quod fratri ſuo imperatori debebatur, interdicentibus, moleſtè ſuſcepit: & deprecantibus eiſdem legatis cum quibuſdã fidelibus ſuis, Carlomannum filium ſuum à cuſtodia ex Syluanectenſi ciuitate abſoluit, & ſecum manere præcepit. Ipſos autem lẽgatos domni apoſtolici & imperatoris,

Legatorũ mina.

Carlomãnus cuſtodia eximitur.

vſque Remos deduci fecit. Et vndique plurimos fidelium ſuorum illuc conuenire faciens, & per octo dies ibidem immorans, eoſdem abſoluit: E

Legati regis. † Tal. miſſos.

& ſuos † oratores, Anſegiſum videlicet presbyterum, monaſterij ſancti Michaëlis Abbatem, & Etharium laicum, Romã cum epiſtolis ad domnum Apoſtolicũ, ſed & pannum ad altare ſancti Petri de veſtimentis ſuis aureis compoſitũ, cum duabus coronis aureis gemmis ornatis, miſit: &

Carlomãni perfugiũ & ſeditio.

ipſe Lugdunum vſque peruenit. Vnde Carlomanus noctu à patre fugiẽs, in Belgicam prouinciam venit: congregans ſecum plurimos ſatellites ac filios Belial, tantam crudelitatem & deuaſtationem ſecundum operationem Sathanæ exercuit; vt credi non poſſit, niſi ab ipſis qui eandem depopulationem viderunt atque ſuſtinuerũt. Quod Carolus nimium ægrè

Bertha in Viẽna obſidio.

tulit: non tamen iter ſuum deſeruit: ſed Viennam, in qua Bertham vxorem Gerardi erat obſeſſurus, quantocyus adiit (nam Gerardus morabatur in altero caſtello) in qua obſidione circumiacentes regiones nimis F

Viẽna deditur.

fuere vaſtatæ. Carolus autem ingenioſè inter eos qui in Vienna erant illã cuſtodientes, diſſentionem mittens, magnam partem eorum ſibi conciliauit. Quod ſentiens Bertha, ad Gerardum direxit. Qui veniens Carolo ciuitatem reddidit; in quam idem rex vigilia natiuitatis domini in-

871. trans, natiuitatem domini ibidem celebrauit. Anno DCCCLXXI. Carolus

Nõ ſeruat ſeriem hiſtoriæ. Nã prius narrauit res annis 875. 876. & 877. actas. Viẽna Boſoni traditur. Ficta Carlomanni ſubmiſſio.

Vienna in poteſtatem ſuam ſuſcepta, à Gerardo ſibi obſides dari pro aliis caſtellis ſuis miſſis tradendis coëgit: & tribus nauibus Gerardo datis, per Rhodanum cum ſua Bertha & mobilibus ſuis, à Vienna permiſit abſcedere: & ipſam Viennam Boſoni, fratri vxoris ſuæ, commiſit. Ipſeque per Altiſſiodorum & Senones, ad monaſterium ſancti Dionyſij quantocyus G potuit venire maturauit. Quod audiens Carlomannus, cum ſuis complicibus ad Moſonium perrexit: & ipſum caſtellum, cum villis circumiacentibus deuaſtauit. Vnde quatuor nuntios ſuos fictè ad patrem ſuum direxit, mandans quòd ſine honoribus ad illum, fidei ſuæ credẽs venire, & Deo & illi de quibus commiſerat ſatisfacere vellet: tantùm vt eos qui cum eo erant miſericorditer tractaret, qualiter ſalui eſſe valerent. Non tamen à malo cœpto vel aliquantulum deſtitit. Carolus autem rex ad eundem filium ſuum Carlomãnum, cum duobus ex Carlomanni nun-

Gauzlinus Abbas S. Germani.

tiis (nam alios duos ſecum retinuit) Gauzlinum Abbatem monaſterij ſancti Germani, & Baldoinum comitem ipſius Carlomanni ſororium miſit; mandans illi conuenientiam qua ad eum ſecurè poſſet venire, ſi H vellet. Ipſe autem Carlomannus doloſè ſimulans ad patrem ſe venturum, alios nuntios impoſſibilia quærentes ad eum direxit: & ipſe in partes Tullenſes perrexit. Carolus autem iudicium quærens de talibus, qui ſuum filium, ſcilicet diaconum & eccleſiæ ſanctæ miniſtrum à ſe domino tradi-

Cõſciorum Carlomãni condemnatio. † Scara turma ſũt. 1. Cor. 5.

tum, furati fuerunt, & tanta ac talia flagitia atque facinora & depopulationes in regno ſuo fecerunt, poſt iudicium mortis omnia quæ illorum erant infiſcari præcepit: & ordinatis † ſcaris qui eundem Carlomannum cum ſuis complicibus à regno propellerent, iudicium epiſcopale de illis expetiit. Et quoniã apoſtolus præcipit cum huiuſmodi nec cibũ ſumere: eoſdem

A eoſdem epiſcopi in quorum parochiis tanta mala commiſerant ſecũdum ſacros canones priuarũt communione:ſicut in epiſtolis continetur, quas iñde iuxta ſacras regulas ad alios epiſcopos̊ tranſmiſerunt. De Carlomanno autem (quia diœceſeos Senonenſis erat diaconus, & poſt præſtita per duas vices ſacramenta periurus erat, ſicut pater eius publica annuntiatione omnibus qui affuerunt intimare curauit, & tantam rebellionem & infidelitatem contra illum, & tanta flagitia in regno ſuo commiſerat) iudicium epiſcoporum illius prouinciæ expetendum decreuit: & ſic ad monaſterium ſancti Dionyſij imminente quadrageſimali tempore, vſque ad ſanctum Paſcha ibidem immoraturus, regreditur. Et ſabbato ante palmas illuc adueniens, ibi Paſcha domini celebrauit. Poſt Paſcha obuiam B Engilbergæ imperatrici, ſicut ei per ſuos nuntios mãdauerat, ad ſanctum Mauritium perrexit. Sed certo comperiens nuntio, eandem Engilbergam apud Trientum cum Ludouico rege Germaniæ menſe Maio locuturam, à condicto deflexit itinere, & Syluacum venit. Ibíque Adalardus, ex parte Ludouici fratris ſui veniens, petiit vt cum eodem fratre ſuo Ludouico locuturus ſecus Treiectum veniret: cum id ẽ Ludouicus Reghimſburg poſt emiſſam hoſtem cum Carlomanno filio ſuo aduerſus Vvinidos, Aquaſgranum rediret. Carolus autem filio ſuo Ludouico Boſonem, fratrem vxoris eius, camerarium & oſtiariorum magiſtrum conſtituit. Huic & honores Gerardi comitis Biturigenſis dedit: cum Bernardo itémque Bernardo marchione in Aquitaniam eum miſit, & diſpoſitionem ipſius regni ei commiſit. Bernardo autem Tholoſæ comiti poſt præſtita ſacra- C menta, Carcaſonem & Rhedas concedens, Tholoſam remiſit.

Hoſtẽ copias armatas vocat. vulgò Oſt.

Boſonis honores.

De mutua Ludouici regis Germaniæ filiorúmque circunuentione: & de eiuſdem cum Engilberga imperatrice contra Carolum factione & conſpiratione: De Synodo octaua Conſtantinopoli acta, & quæ in ea de imaginum adoratione diſcuſſa ſint: De Ludouici coronatione & Engilbergæ inſolentia & rebellione: De Rorici Nortmanni in Carolum fide & Adriani Papæ obitu.

CAP. XXVIII.

PRædictus autem Ludouicus rex Germaniæ filios ſuos Ludouicum & Carolum ad ſe vocans, vt eos cum Carlomanno pacificaret, doloſè D illis iurari fecit. Sed & iidem filij ſui & homines eorum doloſè nihilominus Ludouico ſacramenta præbuerunt. Et volẽns idem Ludouicus, pater vt iidem filij ſui cum fratre illorum Carlomanno aduerſus Vvinidos pergerent, obtinere non potuit. Vnde † hoſtem quam maximam potuit cum Carlomanno direxit: & ipſe, vt prædictum eſt, apud Trientum cum Engilberga loquens, partem regni Lotharij quam contra Carolum accepit, neglectis ſacramentis inter eos pactis, ſine conſenſu ac conſcientia hominum quondam Lotharij qui ſe illi commendauerant, clàm reddidit. Vnde vtrinque ſacramenta, prioribus ſacramentis quæ cũ fratre ſuo pepigerat diuerſa & aduerſa, inter eos ſunt facta. Quibus patra-

Mutua patris filiorumq; circunuentio.

† Vulgò. Vn Oſt, pro exercitu vt c. praeced.

Ludouici cum Engilberga contra Carolum factio.

al. miſſum. tis, Engilberga nuntium ſuum ad Carolum miſit: mandans ei, ſicut & E
prius, vt ad ſanctum Mauritium illi occurreret. Carolus verò compertis
iis quæ inter eam & fratrem ſuum acta fuerant, noluit illuc ire: ſed nun-
al. miſſos. tios ſuos ad eam direxit, qui nihil certi ab ea ei renunciauerunt.

Adrianus Papa, ſecundum quòd Nicolaus prædeceſſor eius diſpoſuerat,
Legati Adriani Papæ ad Baſi. imperatorem. legatos ſuos, Donatum ſcilicet Hoſtienſem epiſcopum, & Stephanũ Ne-
peſinum epiſcopum, & Martinum diaconum ſanctæ Romanæ eccleſiæ,
ad Baſilium imperatorem & ad filios eius Conſtantinum & Leonem
Auguſtos Conſtantinopolim direxit: cum quibus & Anaſtaſius biblio-
thecarius Romanæ ſedis, vtriuſque linguæ Græcæ ſcilicet & Latinæ peri-
Octaua Synodus. tus perrexit: & ſynodo congregata (quam octauam vniuerſalem ſyno-
dum illuc conuenientes appellauerunt) exortum ſchiſma de Ignatij de- F
poſitione & ſocij ordinatione ſedauerunt, ſocium anathematizantes, &
Ignatium reſtituentes. In qua ſynodo de imaginibus adorandis ſecũdum
Ludouici imperatoris coronatio. quod orthodoxi doctores antea diffinierant, ſtatuerunt. Ludouicus au-
tem imperator, in vigilia Pentecoſtes Romam apud ſanctum Petrum ve-
nit: & poſtridie coronatus ab Adriano Papa, poſt celebrata miſſarum ſo-
lennia, vnà cum eo ad Lateranenſe palatium cum pompa equitando co-
ronatus perrexit. Et exercitu collecto, Roma iterum in partes Beneuenta-
Engilbergæ inſolentia. nas perrexit. Et quia primores Italiæ Engilbergam propter ſuam inſolen-
tiam habebant exoſam, in loco illius filiam Vinigiſi imperatori ſubſtituẽ-
tes, obtinuerunt apud eundem imperatorem, vt nuntium ad Engilber-
al. miſſum. gam mitteret: quatenus in Italia degeret, & poſt illum non pergeret: Sed G
eum in Italiá reuerſurum expectaret. Ipſa autem non obediens illius man-
dato, poſt eum ire maturauit: & Vvibodum epiſcopum ad Carolum,
quaſi amicitiæ gratia, miſit: putans neſcire Carolum quæ inter illam &
Ludouicum regem Germaniæ pacta fuere. Vvibodus autem ad pontem
† Lindi. † Liadi ad Carolum venit. Nam illuc, pro quibuſdam in Burgundia cau-
ſis componendis, perrexerat: vbi ei nuntiatur ab hominibus Bernardi fi-
lij Bernardi, Bernardum qui Vitellus cognominabatur occiſum eſſe, &
eius honores prædicto Bernardo datos.

Carolus autem à Burgundia ad Gundulfi villam placitum illuc antea
condictum habiturus Kal. Septembribus reuertitur. Vbi aliquantiſper
immoratus, cùm quæ ſibi viſa fuere diſpoſuiſſet, venandi gratia Arden-
nam petiit: & Octobrio menſe, nauigio per Moſam vſque Treiectum ve- H
Rorici Normãni fides. niens, cum Rorico & Rodulpho Normannis (qui obuiam ei nauigio ve-
nerant) locutus, Roricum ſibi fidelem benignè ſuſcepit: & Rodulfum in-
fidelia machinantem & ſuperflua expetentem dimiſit inanem. Tum con-
Adriani Papæ 2. obitus. 872. Ioannes Papa. 8. tra ipſius inſidias, fideles ſuos ad munitionem parauit: indéque per Atti-
niacum itinere equeſtri reuertens, natiuitatem domini in monaſterio
ſancti Medardi celebrauit. Adrianus Papa defungitur, Ioannes archidia-
conus Romanæ eccleſiæ, xix. Kalend. Ianuarias in locum illius ſubſtitui-
tur.

De

A *De Carlomanni degradatione, pernicioſa conſultatione: & vt excæcetur ſententia.* Cap. XXIX.

ANno DCCCLXXIIII. quia multi erant in regno Caroli & in aliis regnis, qui expectabant vt per Carlomannum filium eius adhuc rediuiua mala in ſancta eccleſia iterum in regno eius, & in aliis regnis, remergerent (de quibus regio miniſterio cum conſilio fidelium ſuorum ſecundum morem prædeceſſorum & progenitorum ſuorum regum, leges paci eccleſiæ & regni ſoliditati congruas promulgauit, & ab omnibus obſeruari decreuit) epiſcopos apud Syluanectẽſem ciuitatem, in qua idem Carlomannus morabatur, conuocauit: vt ſecundum ſacros canones à *Carolomãni degradatio.*
B quibus nulla (vt dicit Leo) aut negligentia aut præſumptione licet eis diſcedere, epiſcopale miniſterium de illo exequerentur. Quod ſanè ipſi fecerunt, deponentes illum ſecundum ſacras regulas ab omni gradu eccleſiaſtico, laica ſibi communione ſeruata. Poſt quod factum, antiquus & callidus aduerſarius, illum & ſuos complices ad argumentum aliud excitauit: nempe quòd liberius ad nomen & ad potentatum regium conſcendere poſſet, quia ordinem Eccleſiaſticum nõ haberet: & qui epiſcoporum iudicio eccleſiaſticum gradum amiſerit, etiam tonſuram eccleſiaſticam amittere licentius poſſet. Vnde complices illius poſt depoſitionem eius ardentius ſe cœperunt iterum coniungere, & alios in ſocietatem ſuam, etiam de aliis regnis, quos valebant abducere: quatenus vbi primum lo- *Malorũ cũ Carlomanno cõciliabula.*
C cum inuenire poſſent, illum à cuſtodia (in qua ſeruabatur, donec videretur ſi ſe à malis ſuis conuertere vellet) educerent, & ſibi regem conſtituerent. Quapropter neceſſe fuit, etiam de quibus ab epiſcopis iudicatus non fuerat in medium deuocare; & ſecundum ſacrarum legum decreta, pro admiſſis ſuis iudicio mortis addictum, mitiori ſententia (vt locum & ſpatium pœnitendi haberet, & grauiora admittendi locus & ſpatium, ſicut meditabatur, non daretur) luminibus, acclamatione cunctorum qui affuerunt, orbari: quatenus pernitioſa ſpes pacem odientium, de illo fruſtrata foret: & eccleſia Dei ac Chriſtianitas, in regno eius cum infeſtatione paganorum, ſeditione exitiabili perturbari non poſſet. *Carlomãnus excæcari iudicatur.*

D *De Diabolo qui viſibiliter Carolum filium Ludouici tentauit, ſecutus eſt & vicit, victum poſſedit, poſſeſſum vexauit: De Beneuentanorum ad defectionem ſollicitatione & inſidiis Adelgiſo poſitis.*

Cap. XXX.

LVdouicus Germanię rex ante natiuitatem domini ad Frãconofurth palatium venit: ibíque natiuitatem celebrauit, & placitum ſuum ibidem, circiter Kalend. Febr. condixit: quo filios ſuos Ludouicum & Carolum, & cum aliis ſuis fidelibus hominem qui de regno quondam Lotharij illi ſe commendauerunt, præcepit venire. Et dum ibi degeret, venit ad Carolum filium eius diabolus, transfigurans ſe in angelum lucis: & dixit *Diaboli ſuggeſtio.*

illi, quòd pater eius, qui illum cauſa Carlomanni fratris ſui perdere moliebatur, Deum offenſum haberet, & regnum in breui amitteret: & eidem Carolo dominus illud regnum habendum diſpoſitum haberet, & quòd illud in proximo obtineret. Ipſe autem Carolus timore perterritus, eccleſiam eſt ingreſſus, quæ domui in qua iacebat adhęrebat. Quo eum diabolus eſt inſecutus: eique iterum dixit. Cur times & fugis? nam niſi ex Deo veniſſem, tibi annuntians quæ in proximo ſunt futura, in hanc domum domini te ſequens non intrarem. His & aliis blanditiis ei perſuaſit, vt communionem à Deo ſibi miſſam, vt aiebat, de manu illius acciperet, ſicut & fecit: & poſt buccellam ipſe introiuit in eum Sathanas. Veniens ad patrem ſuum, & reſidens in concilio eius cum fratre & aliis fidelibus, tam epiſcopis quam laicis patris ſui, ſubitò inuaſus ſurrexit & dixit, quod ſeculum vellet dimittere: & quòd vxorem ſuam carnali commertio non contigerit, & diſcingens ſe ſpatha, cadere illam permiſit. Et cum vellet ſe baltheo diſcingere, & veſtitu exuere, cœpit vexari. Comprehenſus autem ab epiſcopis & ab aliis viris, turbato patre & omnibus qui affuerunt vehementi ſtupore perculſis, ductus eſt in eccleſiam: & Liutbertus archiepiſcopus induens ſe ſacerdotalibus veſtibus, miſſam decantare cœpit. Cum autem ventum ad locum Euangelij fuit, cœpit magnis vocibus, patria lingua, VEH clamare: & ſic continuis vocibus VEH illud clamauit, vſque dum miſſa celebrata fuit. Quem pater eius epiſcopis & aliis fidelibus ſuis committens, per ſacra loca ſanctorum martyrum deduci præcepit: vt illorum meritis & orationibus à dæmone liberatus, ad ſanam mentem domino miſerante redire præualeret. Deinde diſpoſuit illum Romam dirigere: ſed quibuſdam euentibus interuenientibus, iter illud dimiſit.

Diabolus Carolum ſequitur. — *Carolum poſſidet.*

Ludouic. Capuæ agit. Imperator Græcus Beneuentanos tentat.

Ludouicus imperator Italiæ in Capua reſidens (mortuo iam Lamberto Caluo, & appulſo patricio imperatoris Græcorum, cum exercitu, in ciuitatem quæ Hydrontũ dicitur, in auxilium Beneuentanorũ qui cenſum quẽ imperatoribus Franciæ eatenus dabant, illi perſoluturos ſe promittebant) quoniam aliter Adelgiſum obtinere non poterat, mandauit apoſtolico Ioanni compatri Adelgiſi, vt ad eum apud Capuam veniret, & ſibi Adelgiſum reconciliaret: volens oſtentare, quòd tanquam intercedente beati Petri vicario, ipſum Adelgiſum reciperet: de quo iurauerat, quòd nunquã de illis partibus rediturus eſſet, antequam illum caperet: quum reuera virtute ſua eum obtinere non poſſet.

De Nortmannis Andegrauos occupantibus: & Carlomanni cæcati ad Ludouicum Germaniæ regem perfugio contra Carolum patrem: De Andegauorum obſidione: Rodulfi Nortmanni cæde: De Vuinidorum motu & pacatione: De Nortmannorum cum vrbe Andegauenſi deditione: De hyeme niuoſa: æſtate ſicca: & Salomonis Britonum ducis cæde.

Cap. XXXI.

Nortmãni Andegauos occupant.

CArolus exercitum Britanniam verus denuntiat, vt Nortmanni qui Andegauos ciuitatem occupauerant, non autumarent ſe aduerſus eos

A eos illuc iturum, nec ad alia loca, in quibus ita conſtringi non poſſent, aufugerent. Dum autem illuc pergeret, in ipſo itinere nunciatum eſt ei, quòd factione fratris ſui Ludouici Germaniæ regis, Carlomannus cæcus per homines quondam ſuos, conſentientibus duobus pſeudomonachis, de Corbeia monaſterio ſublatus & ad Ludouicũ fuerat cohibendus, ac interueniente Adalardo in ſuam contrarietatẽ perductus. Vnde non magno perè eſt Carolus perturbatus: ſed iter cœptum peragens, cum exercitu collecto ciuitatem Andegauenſem (in qua Nortmanni depopulatis quibuſdã vrbibus, euerſis caſtellis, eccleſiis & monaſteriis incenſis, & agris in ſolitudinẽ redactis, iam diuturno tempore reſidebant) obſedit, & ſepe fortiſſima circundedit: Salomone duce Britonum vltra Meduanam fluuium, cum copiis Britonum in eius auxilio reſidẽte. Et dum Carolus rex in hoc negocio B occupatus erat, Salomon filium ſuum, Vvigonem nomine, ad eum cum primoribus Britonum miſit. Qui filius eius ſe Carolo commendauit: & fidelitatem coram fidelibus ſuis illi iurauit. *Carlomãni perfugiũ* *Andegauorum obſidio.*

Interea Rodulfum Nortmannorum ducem, qui multa mala in regno Caroli exercuerat, in regno Ludouici cum quingentis & eo amplius complicibus ſuis occiſum Carolo reſidente ſecus Andegauenſem ciuitatem non incerta relatione nuntiatur. Multitudo autem locuſtarum per Germaniam & Gallias, maximè autem in Hiſpaniam adeò ſe effudit; vt Ægyptiacæ plagæ potuerit comparari. *Rodulphi Nortmãni cædes.*

Ludouicus rex Germaniæ apud Mettenſem ciuitatem placitum ſuum tenere diſponens, nuntium accepit quòd niſi citiſſimè filio ſuo Carlomãno in marcha contra Vvinidos ſubueniret, illũ vlterius nõ videret. Qui ſtatim verſus Reghimſburg pergens, Carlomãnũ cæcũ Liutberto archiepiſcopo paſcendũ in monaſterio ſancti Albani apud Magontiam commendauit: euidenti demonſtrans indicio qualiter illi diſplicuerunt mala quæ idem Carlomannus in ſanctam Dei eccleſiam, & in populum Chriſtianũ ac contra patrem ſuum egit quandocunque vel vbicunque præualuit. Ad Reghimſburg autẽ perueniẽs, per miſſos ſuos, Vvinidos ſub diuerſis principibus conſtitutos modo quo potuit ſibi recõciliauit. Legatos autem ab illis qui Behim dicuntur cum dolo miſſos, ſuſcipiens in carcerem miſit. C *Vvinidorũ motus.* *Vvinidorũ pacatio.*

Carolus ergo viriliter ac ſtrenuè obſidionem Nortmannorum in gyro Andegauenſis ciuitatis exequens, adeò Nortmannos perdomuit; vt pri-D mores illorum ad illum venerint, ſeſéque illi cõmendauerint, & ſacramẽta qualia iuſſit egerint, & obſides quot & quantos quæſiuit illi dederint; vt de ciuitate Andegauenſi conſtituta die exirent & in regno ſuo quandiu viuerent nec prædam facerent nec fieri conſentirent: petentes vt eis in quadam inſula Ligeris fluuij, vſque in mẽſem Februarium reſidere & mercatum habere liceret. Et in menſe Februario quicunque ex eis iam baptizati eſſent, & Chriſtianitatem de cætero veraciter tenere vellent, ad eum venirent: & qui adhuc pagani Chriſtiani fieri vellent, ipſius diſpoſitione baptizarentur: cæteri verò ab illius regno diſcederent, vlterius (ſicut dictum eſt) ad illud in malum non redituri. *Nortmãnorũ deditio.* *Cõditiones pacis.*

Reliquiæ repoſitæ. Poſt hæc vnà cum epiſcopis & populo, cum maxima religionis deuotione, corpora ſanctorũ Albini & Lizinij (quæ effoſſa timore Nortmannorũ de tumulis ſuis fuerãt) cũ muneribus magnis ſuis in locis reſtituit. Sícque eiectis ab Andegauorum ciuitate Nortmannis, cũ acceptis obſidibus Carolus mẽſe Octobrio per Cenomannos & Ebrocenſe oppidũ, ac ſecus caſtellũ nouum apud Piſtas Ambianos Kal. Nouẽb. peruenit. Indéque apud Adriacam villam ac circumcirca venationem exercens, ad monaſterium ſancti Vedaſti peruenit: ibíque natiuitatem domini celebrauit. *Hyems & nix plurimæ.* Anno *874.* DCCCLXXIIII. hyems prolixa & fortis, & niuis tanta fuit nimietate perfuſa, quantam nemo ſe vidiſſe meminerit. E

Carolus in purificatione ſanctæ Mariæ cum ſuis conſiliariis placitum in monaſterio ſancti Quintini tenuit: & ieiunium quadrageſimale in monaſterio ſancti Dionyſij peragens, ibidem Paſcha dominicum celebrauit. Generale quoque placitum Idibus Iuniis, in villa Duziaco tenuit: vbi & annua ſua dona accepit. Indéque per Attiniacum & conſuetos manſionaticos Compendium adiit. *Æſtas lõga.* Æſtas longa ſiccitatem fœni, & meſſium inopiam reddidit. F

Salomon dux Britonum, qui nuntiabatur interea dubiis nuntiis quandoque quidem infirmus quandoque autem mortuus, certa relatione Carolo apud Compendium nuntiatus eſt hoc ordine mortuus. *Salomonis Britonis cædes.* Videlicet inſecutus à primoribus Britonum Paſcuitano & Vrbano atque Vvigone filio Ruulni, necnõn & Francis hominibus (quos valde afflixerat) & capto ac cuſtodiæ mancipato filio eus Vvigone, fuga lapſus in Paucherũ ſeceſſit. G Et quoddam monaſteriolum ingreſſus, vt ſe liberare valeret, circumuentus à ſuis, quòd à nemine Britonum quicquam mali ſuſtinere deberet, traditus eſt Francis hominibus Fulgoaldo & aliis: ſicque ab iis excæcatus, poſtridie mortuus eſt repertus, dignam vicem ſortitus, qui dominum ſuum Heriſpoium, in eccleſiam eius perſecutionem fugientem, & inuocantem dominum, ſuper altare occidit.

De Ludouici & Caroli regum & fratrum colloquio: Richildis abortiuo partu: De Ludouici imperatoris Italiæ morte: & Caroli ob id in Italiam profectione: & filiorum Ludouici contra eum miſſorum vanis conatibus: De Ludouici in fratrem molitione, & procerum Franciæ perfidia: De Caroli à Papa ſuſceptione & coronatione: Boſonis ducatu & nuptiis: ſynodique indictione. H

Cap. XXXII.

Lvdouicus rex Germaniæ ad fratrem ſuum Carolum, filium ſuũ Carolum cum aliis ſuis miſſis direxit: petens vt ſimul loquerentur ſecus Moſellam. *Ludouici & Caroli colloquium.* Ad quod placitum cũ Carolus pergeret, vẽtris ſolutione detentus ad illud placitũ ſicut fuerat condictũ, peruenire non potuit. Vnde collocutio eorum, Caroli ſcilicet & Ludouici, ſecus Moſá apud Heriſtallium circa

A Kal. Decemb. fuit. De qua collocutione Carolus per monaſterium ſancti Quintini rediens, natiuitatem domini Compendij celebrauit: & Ludouicus eandem ſolennitatem Aquiſgrani agens, inde ad palatium Franconofurd vltra Rhenum rediit.

Anno DCCCLXXV. Carolus circa initium quadrageſimæ monaſterium ſancti Dionyſij adiit, vbi & Paſcha domini celebrauit: & Richildis vxor eius noctu ante quartam feriam Paſchæ aborſu filium peperit, qui baptizatus mox obiit. Illáque dies purificationis ſuæ poſt parturitionem in eodem monaſterio expectante, Carolus ad Bariuum perrexit: indéque ad letanias celebrãdas, ante aſcenſionem domini ad monaſterium ſancti Dionyſij rediit: & in vigilia Pentecoſtes Compendium venit. *Barniuum.*

B Ludouicus Rex Germaniæ menſe Maio in Triburis placitum ſuum tenuit: & quia ibi quæ meditatus fuerat perficere non potuit, iterum placitũ ſuum in menſe Auguſto ad eundem locum deſtinauit.

Carolus verò menſe Auguſto ad Duziacum ſecus Ardennam peruenit: vbi certo nuntio Ludouicum nepotem ſuum Italiæ imperatorem obiſſe comperit. Qua propter inde mouens ad Pontigonem peruenit, & quoſcũque potuit de vicinis ſuis conſiliariis obuiam ſibi venire præcepit: & à quibuſcumque valuit ſuppetias in itinere ſuo accepit. Et inde Lingonas peruenit: & eos quos ſecum in Italiam ducere prædeſtinauit expectauit. Sícque Richildem vxorem ſuam per ciuitatem Remenſem ad Syluacum remittens, & filium ſuum Ludouicum in partem regni, quam poſt obitum C Lotharij nepotis ſui contra fratrem ſuum accepit, dirigens Kal. Septemb. iter ſuum incœpit: & per ſancti Mauritij monaſterium pergens, montem Iouis tranſiit: & ſic Italiam ingreſſus eſt. *Ludouici imperatoris Italiæ mors.* *Carolus Italiã adit.*

Ludouicus rex Germaniæ frater eius, filium ſuum Carolum in Italiam vt fratri ſuo aduerſaretur tranſmiſit. Quem Carolus rex fugam arripere & inde abſcedere coëgit. Ludouicus autem rex Germaniæ iterũ aliũ filium ſuum Carlomannum, cum quibus potuit in aduerſitatem fratri ſui in Italiam direxit. Quod prænoſcens Carolus rex, obuiam ei cum validiori manu perrexit. Et quia Carlomannus prænouit ſe patruo ſuo non poſſe reſiſtere, pacem petens cum eo locutus eſt: & ſacramentis vtrinque firmatis ad propria rediit. Ludouicus ergo rex Germaniæ perſuadẽte Engilranno quondã Caroli regis camerario & domeſticiſſimo (ſed ſuaſione Richil- D dis reginæ ab honoribus deiecto & à ſua familiaritate abiecto) cum exercitu & filio cognomine ſuo Ludouico vſque ad Attiniacum venit. Ad quẽ obſiſtendum, primores regni Caroli (iubente Richilde regina) ſacramẽto ſe confirmauerunt, quod non ſeruauerunt: ſed ex ſua parte regnum Caroli peſſundantes hoſtili more deuaſtauere. Similiter & Ludouicus cum ſuo exercitu idem regnum peſſundedit: Sícque natiuitatem domini in Attiniaco agens, per placitamentum primorum regni Caroli deprædatione facta cum quibuſdam comitibus ex regno Caroli, qui ad eum ſe contulerant rediit: & per Treuerorum ciuitatem tranſiens, ad palatium vltra Rhenum Franconofurd peruenit: ibidémque dies quadrageſimæ *Filij Ludouici ab eo contra Carolum miſſi.* *Ludouic᷑ in Carolũ venit.* *Procerum Franciæ perfidia.*

Ee

Emma regina obit. Carolus à Papa ſuſcipitur.

& Paſcha domini celebrauit: vbi & certo nuntio Emmam vxorẽ ſuã apud Reghimſburg palatium obiſſe nuper poſt natiuitatem domini comperit. Carolus autem quibuſdam de primoribus ex Italia ad ſe non venientibus, pluribus verò receptis, Romam inuitante Papa Ioanne perrexit: & XVI. kalend. Ianuar. ab eo cum gloria magna in eccleſia ſancti Petri ſuſceptus eſt. E

876. Carol' imperij accipit inſignia. Boſo dux Mediolanenſium.

Anno DCCCLXXVI. in die natiuitatis domini idem Carolus beato Petro multa & pretioſa munera offerens in imperatorem eſt vnctus & coronatus, atque imperator Romanorum eſt appellatus. Et Nonis Ianua. Roma exiens Papiam rediit: vbi & placitum ſuum habuit: & Boſone vxoris ſuæ fratre, duce ipſius terræ conſtituto, & corona ducali ornato, cum collegis eius quos idem dux expetiit in eodem regno relictis per montem Iouis & per monaſterium ſancti Mauritij rediens, vt Paſcha domini apud monaſterium ſancti Dionyſij celebrare valeret, iter accelerauit. Quod audiens Richildis degens apud Syluacum, pridie Nonas Mart. mox illi obuiam mouit: & cum ſumma feſtinatione per Remos, Catalaunos & Lingonas, vltra Veſontium in loco qui dicitur Vvarnarij Fontana pridie Idus Mar. venit: cum qua imperator per Veſontium ac Lingonas, Catalaunos & Remos ciuitates & per Compendium palatium tranſiens, ad monaſterium ſancti Dionyſij peruenit: ibíque Paſcha domini celebrauit. Quò accerſiens legatos apoſtolici, Ioannem Tuſcanenſem & Ioannem Arretinum atque Anſegiſum Senenſem, illorum conſilio, medio futuro menſe Iulio generalem ſynodum, auctoritate apoſtolica & ſanctione ſua apud Pontigonem indixit: quò per Remos & Catalaunos ciuitates peruenit. F G

Synod' generalis indicitur. Boſo filiã imperatoris ducit.

Boſo verò, poſtquam imperator ab Italia in Franciam rediit, Berengarii Eurardi filij factione, filiam Ludouici imperatoris Hyrmengardem, quæ apud eum morabatur iniquo conludio, in coniugium ſumpſit.

De Synodi in Gallia actæ celebritate: De Anſegiſi ambitione ad primatum fauente imperatore Carolo: De eiuſdem Caroli inſolentia: De pacto cum Ludouico fratre: De Formoſi damnatione: Iterum de ſuper primatu Anſegiſi lectis literis: De Frotharij Burdegalenſis petitione: & de imperatoris in habitu Græcanico luxu. CAP. XXXIII.

H

Synodalis celebritas. † id eſt, pulpito.

VNdecimo Kalend. Iul. indictione IX. epiſcopis & cæteris quibuſque clericis veſtibus eccleſiaſticis indutis & domo ac ſedilib' palliis protenſis, atque in gremio ſynodi & proſpectu imperialis ſedis, † lectorio ſuppoſitis ſacroſanctis euangeliis, venit dominus imperator Carolus in veſtitu deaurato habitu Franciſco, cum legatis apoſtolicæ ſedis in ſynodum: & cantoribus antiphonam, Exaudi nos domine, cum verſibus & gloria patri cantantibus, poſt kyrie eleiſon. Et data oratione à Ioanne Tuſcanenſi epiſcopo, reſedit domnus imperator in ſynodo: & legit Ioannes Tuſcanenſis epiſcopus epiſtolas à domno apoſtolico miſſas. Cum quibus

A quibus & legit epiſtolam de primatu Anſegiſi Senēſis epiſcopi: vt quoties vtilitas eccleſiaſtica dictauerit, ſiue in euocanda ſynodo, ſiue in aliis negotiis exercendis, per Gallias & Germanias apoſtolica vice fruatur: & decreta ſedis apoſtolicæ per ipſum epiſcopis manifeſta efficiantur: & rurſus quæ geſta fuerint eius relatione, ſi neceſſe fuerit, apoſtolicæ ſedi pandantur: & maiora negocia ac difficiliora quęque ſuggeſtione ipſius à ſede apoſtolica diſponenda & enucleanda quęrantur. Petentibus autem epiſcopis, vt eis permitteretur ipſam legere epiſtolam quibus erat directa, non adquieuit imperator: ſed reſponſum quæſiuit ab eis, quid de his iuſſis apoſtolicis reſponderent. Quorum reſponſio talis fuit: vt ſeruato ſingulis metropolitanis iure priuilegij, ſecundum ſacros canones & iuxta decreta ſedis Romanæ pontificum ex eiſdem ſacris canonibus promulgata, B domini Ioannis Papæ Apoſtolicis iuſſionibus obedirent. Et cùm imperator & legati apoſtolici ſatagerent, vt abſolutè archiepiſcopi reſponderent ſe obedituros de primatu Anſegiſi ſicut apoſtolicus ſcripſit; aliud niſi quod prædictum eſt, reſponſum ab eis extorquere non potuerunt: excepto quòd Frotharius Burdegalenſis epiſcopus quoniam à Burdegala ad Pictauos indéque ad Bituricum fauore principis, contra regulas ſe contulit, per adulationem reſpondit quod imperatori placere cognouit. Tunc motus imperator dixit, quod domnus apoſtolicus ei ſuas vices commiſit in ſynodo, & quod iiſdem præcepit ille exequi ſtuderet. Et accepit ipſam epiſtolam inuolutam, vna cum Ioanne Tuſcanenſi & Ioanne Aretino, & C dedit illam Anſegiſo. Et iuſſit ſellam plectilem poni ante omnes epiſcopos Ciſalpini regni ſui iuxta Ioannem Tuſcanenſem, qui ad dextram illius ſedebat. Et præcepit Anſegiſo vt ſupergrederetur omnes ante ſe ordinatos, & ſederet in eadem ſella: Remorum archiepiſcopo reclamante, audientibus omnibus, hoc factum ſacris regulis obuiare. Imperator tamen in ſententia ſua permanſit: & petentibus epiſcopis vt liceret eis ſaltem exemplar ſibi de epiſtola directa ſumere, nec hoc vllo modo impetrauere: & ſic ſoluta eſt ſynodus in die illa. Decimo Kal. pręfati mēſis iterū cōuenerūt epiſcopi: in quo conuentu lectæ ſunt epiſtolæ à domno apoſtolico laicis miſſæ: & lecta eſt electio domni imperatoris, ab epiſcopis & cæteris Italici regni firmata: ſed & capitula quæ in palatio Ticienſi conſtituit, ab omnibus confirmari fecit; quæ & epiſcopis Ciſalpinis confirmare præcepit & D ſic ſoluta eſt ſynodus in illa die. Quinto Nonis Iulij conuenerunt iterum epiſcopi ſine imperatore: & habitæ ſunt contentiones de preſbyteris, ex diuerſis parrochiis clamantibus ad legatos apoſtolici, & ſic ſoluta eſt ſynodus in hac die.

Anſegiſi in primatu ambitio.

Caroli imperatoris inſolentia in ſynodo.

Lectæ literæ confirmationis imperatoris.

Quarto Non. eiuſdem menſis iterum conuenerunt epiſcopi: & imperator in ſynodo reſidiens audiuit oratores fratris ſui Ludouici regis, Vuillebertum archiepiſcopum Coloniæ & Adalardum ac Menigardum comites: per quos petiit partem de regno Ludouici imperatoris, filij Lotharij fratris eorum, ſicut ei competeret ex hæreditate & illi firmatum erat ſacramento. Et legit Ioannes Tuſcanenſis epiſtolam

al. miſſos.

Pactum cum Ludouico rege Alemanniæ.

à Ioanne Papa epiſcopis regni Ludouici directam: & dedit exemplar Vuil- E
leberto archiepiſcopo, vt deferret illud præfatis epiſcopis:& ſic ſoluta eſt
al miſſi. præfata ſynodus in illa die. Sexto Idus Iulij conuenerunt epiſcopi: & circa
horam nonam venerunt legati domni Apoſtolici, Leo epiſcopus & apo-
criſarius ac nepos Apoſtolici, atque Petrus Foriſempronij epiſcopus, defe-
rentes epiſtolas imperatori & imperatrici, & ſalutationes apoſtolici ad
epiſcopos:& ſic ſoluta eſt ſynodus in illa die.

Quinto. Sexto Idus Iulij conuenientibus epiſcopis, lecta eſt epiſtola apoſtolici de
Formoſi dã- dàmnatione Formoſi epiſcopi, Gregorij nomenclatoris, & conſentientiũ
natio reci- eis. Et præſentata ſunt imperatori ab apoſtolico miſſa dona: inter quæ
tatur. fuerunt præcipua ſceptrum & baculus aureus. Sed & imperatrici dona
ſunt ab eo miſſa, pallia & armillæ cum gemmis: & ſic ſoluta eſt ſynodus
in illa die. Pridie Idus Iulij conuenerunt epiſcopi, & miſit imperator vica- F
rios apoſtolici, increpare durius archiepiſcopos & epiſcopos qui pridie
non venerant, ſicut præcepit. Illis autem canonicè rationabilem red-
dentibus rationem, ſopita eſt increpatio. Et lecta eſt à Ioanne Tuſcanenſi
Reſpõſio de iterum epiſtola, iubente imperatore, pro primatu Anſegiſi: & quæſita
primatu eſt ab epiſcopis denuo inde reſponſio. Et reſpondentibus ſingulis archie-
Anſegiſi. piſcopis, quòd veluti ſui anteceſſores illius anteceſſoribus regulariter
obedierunt, ita eius decretis vellent obedire. Tunc facilius eſt illorum ad-
miſſa reſponſio, quàm fuerat in imperatoris præſentia. Et ſic iterum poſt
multas contentiones de presbyteris diuerſarum parrochiarum reclaman-
Frotharij tibus ad legatos apoſtolici, lecta eſt proclamatio Frotharij Burdegalen- G
partitio. ſis archiepiſcopi: quia non poterat conſiſtere propter infeſtationem pa-
ganorum in ciuitate ſua, vt liceret ei Bituricenſem metropolim occupa-
re. Cuius petitionibus vnanimitas epiſcoporum nullatenus adquieuit. Et
Imperator iubentibus legatis apoſtolici, vt XVII. Kalend. Auguſti conuenirent epi-
in veſtitu ſcopi manè, circa horam nonam, venit imperator Græcanico more para-
Græcanico. tus & coronatus, deducentibus eum apoſtolicæ ſedis legatis more Roma-
no veſtitis, ad epiſcopos eccleſiaſticis veſtimentis indutos: & cæteris ſecũ-
dum modum primæ horæ diei (quando inchoata eſt ſynodus) præparatis.
Et vt prius cantata antiphona, Exaudi nos domine, cum verſibus & glo-
ria, poſt kyrie eleiſon data oratione à Leone epiſcopo, reſederunt omnes:
& legit Ioannes Arretinus quandam ſcedulam ratione & auctoritate ca-
rentem. Poſt quam legit Odo Belgiuagorum epiſcopus quædam capitu- H
la à legatis apoſtolici & ab Anſegiſo & eodem Odone ſine conſcientia ſy-
nodi dictata, inter ſe diſſona, & nullam vtilitatem habentia, verùm & ra-
tione & auctoritate carentia: & ideo hic non habentur ſubiuncta. Iterum
mota eſt interrogatio de primatu Anſegiſi: & poſt multas ab imperatore
& legatis apoſtolici contra epiſcopos querimonias habitas, tantùm in no-
uiſſimo quantùm & in principio ſynodi exinde Anſegiſus obtinuit.
Poſt hæc perrexit Petrus epiſcopus Foriſempronij & Ioannes Tuſcanen-
ſis ad cubiculum imperatoris: & adduxerunt imperatricem Richildem
coronatam in ſynodum. Et ſtante illa iuxta imperatorem, ſurrexerunt
omnes,

A omnes,& ſtantes quique in gradu ſuo, incœperunt laudes Leo epiſcopus & Ioannes Tuſcanenſis epiſcopus: & poſt laudes actas in domnum apoſtolicum & domnum imperatorem & imperatricem & cæteros, iuxta morem, data oratione à Leone Gaumenſi epiſcopo ſoluta eſt ſynodus. Poſtea imperator legatos muneratos apoſtolicos, Leonem & Petrum remiſit Romam; & cum eis Anſegiſum Senenſem epiſcopum & Adalgarium Auguſtidunenſem epiſcopum. Interea baptizati ſunt quidam Nortmanni ab Hugone abbate & marchione: & propter hoc ad imperatorem adducti: & munerati ad ſuos redierunt: & vt antè, ita & poſtmodum, vt Nortmanni more pagano peregerunt. At imperator v. Kal. Auguſti mouit à Pontigone, & III. Kal. venit Catalaunos: ibíque, propter quandam moleB ſtiam corporalem, moratus eſt vſque Idus Auguſti.

De Ludouici regis Alemannorum obitu: Nortmannorum ad Sequanam graſſatione: De Ludouici iunioris, hoc eſt filij Ludouici defuncti religioſo animo, & noua iudicij forma: De imperatoris in eum dolo: De imperatoris fuga & militum ac procerum eius cæde aut captiuitate & ſpoliatione, turpi quidem, ſed ob perfidiam principis merita: De Richildis in fuga partu: De imperatoris donationibus impiis quibus abbatias dedit, & filij eius ac Richildis morte: De abbatiæ ſancti Germani longa per comites Parrhiſienſes peculatione.

Cap. XXXIIII.

C DEcimonono Kalend. Septembris imperator venit Remos: indéque recto itinere venit ad Syluacum: & v. Kalend. Septembris miſit legatos apoſtolici, Ioannem itémque Ioannẽ & Odonem epiſcopum, cum aliis nuntiis ſuis ad fratrem ſuum Ludouicum, & filios eius, ac epiſcopos atque primores regni ſui. Quibus miſſis in via, imperatori in cariſiaco nuntiatum eſt, præfatum Ludouicum regem in Franconofurd palatio v. Kalendas Septembres obiiſſe, & IIII. Kalend. eiuſdem menſis in monaſterio ſancti Nazarij ſepultum fuiſſe. Imperator autem directis oratoribus ſuis ad primores regni quondam fratris ſui, à Cariſiaco mouit: & ad Satanacum villam peruenit: diſpoſitum habens Mettenſem ciuitatem adire, & epiſcopos ac primores regni quondã fratris ſui ad ſe venientes reD cipere. Et repentè mutato conſilio perrexit Aquiſgranũ, indéque Coloniã venit, & apoſtolici legati cum eo: prædantibus omnibus, ſine vllo diuino reſpectu, qui cũ illo ibant. Nortmanni verò cum centum circiter nauibus magnis (quas noſtrates barcas vocant) v x I. kalend. Octobris Sequanam intrauerunt. Quod cùm apud Coloniam imperatori nuntiatum fuiſſet, nihil pro hoc à negotio quod cœperat immutauit. Ludouicus autem nepos eius cum Saxonibus & Thoringis, ex altera parte Rheni fluminis contra eum venit: & oratoribus ad patruum ſuum imperatorem directis, benignitatem eius expetiit: quam non impetrauit. Tunc ipſe ac comites eius ieiuniis & letaniis miſericordiam domini petierunt,

Ludouici regis Alemannorũ obitus. *al. miſſis.* *Normãni Sequanãm intrant.* *al. miſſis.* *Purgatio vulgaris.*

irridentibus eos illis qui erant cum imperatore. Ludouicus autem Ludouici regis filius, decem homines cum aqua calida, & decem cum ferro calido, & decem cum aqua frigida, ad iudicium miſit coram eis qui cum illo erant, petentibus omnibus vt Deus illo iudicio declararet, ſi per ius & æquum ille habere deberet portionem de regno, quam pater ſuus illi dimiſit ex ea parte quam cum fratre ſuo Carolo per conſentionem illius & per ſacramentum accepit. Qui omnes illæſi reperti ſunt. Tunc ipſe Ludouicus cum ſuis, ad Andranacum caſtrum Rhenum tranſiuit. Quod cùm imperatori nuntiatum fuiſſet, Richildem imperatricem cum Hilduino abbate & Francone epiſcopo ad Hariſtallium miſit: ipſe autem ſecus Rhenum hoſtiliter contra nepotem ſuum perrexit: præmittens ad eum nuntios, vt quoſdam de ſuis conſiliariis obuiam conſiliariis ſuis mitteret, & tractaret de pace inter eos habenda. Quod Ludouicus humiliter & obedienter ſuſcipiens, ſecurus manſit quòd bello aggredi non deberet, donec ipſa conuentio finiretur. Imperator verò Nonis Octobribus diſpoſitis ſcaris ſuis noctu ſurrexit, & vexillis leuatis, per ſtrictas & arduas vias, quin potius inuias, ſuper nepotem ſuum ac ſuper eos qui cum illo erant ſubitò irruere moliens, ſecus Andranacum peruenit: fatigatis hominibus & equis de graui & ſtricto itinere & pluuia quæ ſuper eos nocte tota effluxit. Et ecce ſubitò nuntiatum eſt Ludouico & ſuis, imperatorem cum valida manu hoſtiliter ſuper eum venire. Ipſe autem cum eis quos ſecum habuit è regione ſtetit: & irruentibus imperatoris cuneis ſuper eos, & illis fortiter reſiſtentibus, exercitus imperatoris terga vertit: & fugiendo ſuper imperatorem venit. Sed imperator cum paucis vix fuga lapſus euaſit. Multi autem qui effugere poterant impediti ſunt: quoniam omnes ſanguine imperatoris & aliorum qui cum eo erant, ſed & mercatores, & qui ſcuta vendentes imperatorem & exercitum ſequebantur, in anguſto itinere fugientibus viam clauſerunt. Fuerunt autem in ipſa congreſſione occiſi Ragenarius & Hieronymus comites, & multi alij. Capti autem in eodem campo & ſylua vicina fuerunt, Ottulfus epiſcopus, Gaulinus abba, Adrianus comes, Bernardus comes, Adalardus comes, Ebroinus comes, & plures alij. Omnes autẽ ſauginas & ea quæ mercatores portabant, exercitus Ludouici accepit, & impleto dicto quod ait propheta, Væ qui prædaris nam & ipſe prædaberis, omnia quæ prædatores qui erant cũ imperatore habuerũt, ſed & ipſi præda fuerũt: adeò vt qui adminiculo equorum effugere potuerunt, animas ſuas haberent pro ſpolio. Cæteri autem ita ſunt à villanis diſpoliati: vt fœno & ſtramine inuoluti verenda celarent, & nudi profugerent, quos inſequentes occidere noluerunt: & facta eſt plaga magna in populo prædatore. Richildis verò audiens VII. Idus Octob. de fuga exercitus imperialis & ipſius imperatoris, ab Heriſtallio mouit: & fugiens ſubſequenti nocte galli cantu in via peperit filium: quem poſt partum homo ſuus ante ſe portans, fugiẽdo vſque ad Antẽnacum detulit. Imperator autem VII. Idus Octobris veſperi ad monaſterium ſancti Lãberti peruenit. Ad quẽ Franco & Hilduinus abba a Richilde VI. Id. re-

Si plus per rectum ille habere, &c.

Andrunacum.

Sarcinæ.

Gaulinus Abba.

Sarcinas.

Eſa. 33.

Hoſtis.

Richildis fuga.

In fuga partus.

E F G H

A Id. redierunt:& cum eo fuerunt vſque dum poſt Richildum ad Antennacum peruenit. Inde Duziacum adiit: vnde ad Antennacum rediit:& placitum ſuum in Salmontiaco xv. die poſt feſtum ſancti Martini condixit. Ludouicus, Ludouici regis quōdam filius, de Andrunaco per Sintiacum Aquiſgranum rediit, ibíque tribus diebus ſtetit: indéque obuiā fratri ſuo Carolo apud Cōfluentem venit: vbi ſimul locuti, Carolus verſus Mettos, indéque in Alemanniam infirmus rediit; Ludouicus verò vltra Rhenum perrexit. Carlomannus frater eorū nec ad eos nec ad patruum ſuum Carolum imperatorē, ſicut mandauerat venit, occupatus in belligeratione contra Vvinidos. Carolus imperator Conradum & alios primores, ad Nortmannos qui in Sequanam venerant miſit: vt quocūque modo poſ- *Confluētes*
B ſent fœdus cum eis ferirent, & ad condictum placitum ei renuntiarent. Domnus imperator Carolus ad placitum ſuum in Salmontiacum, ſicut condixerat, venit: ibíque homines de parte regni quondā Lotharij, quam frater ſuus Ludouicus contra eum acceperat, ad ſe poſt fugam de Andrunaco venientes ſuſcepit:& quibuſdam abbatiolas, ſicut erāt, integras dedit; quibuſdam de abbatia Martiniana, quam diuiſerat, beneficiola donauit:& ſic ad ſe venire permiſit. Copias quoque contra Nortmannos, ſecus Sequanā vt in procinctu eſſent diſpoſuit. Ipſe autem ad Vizinniacum villam veniens grauiter paſſione pleureſis eſt infirmatus, adeò vt viuere deſperaret. Ibíque natalem domini celebrauit. *Abbatia dono data. Marciana. al. Scaras. Virzinniacum.*

Anno incarnationis dominicæ DCCCLXXVII. conualeſcens ex infirmi- *877.*
C tate Carolus, per Cariſiacum Compendium venit. Vbi dum moraretur, filius eius qui antequam Richildis ad Antennacū veniret in via natus fuerat, infirmatus & à Boſone auunculo ſuo de fonte ſuſceptus ac Carolus nominatus defungitur:& ad monaſterium S. Dionyſij ſepeliendus defertur. Ea tempeſtate Gaulinus Abba cœnobij S. Vincentij ſanctíque Germani, domnum adiit imperatorem: petens quatenus ſtipendia monachorum ſub eo degentium, per priuilegij ſui auctoritatem diſponeret; ne per ſuccedentia tempora, auaritia Abbatum de iis quæ auctoritas regia ſtatuerat aliquid mutilaret. Quod quamuis ſimplici animo egerit; cupiditas tamen principum Francorum ſubſequentium, in hac ordinatione oculum aperuit. Nā quamuis † prudentiſſimus abba Irmino omnium redhibitiones villarum ſancti Germani (videlicet vſque ad vnum *Richildis filij mors. † Eodē titulo inſignitur ſup. lib. 4. c. 100. Turnebus lib. 24. aduerſ. ca. 12.*
D ouum ac pullum vel etiam † ſcindulam) ſcripto ſub vno comprehenderit,& quantùm monachi in proprios vſus haberent, quantúmque Abba ad exercitum regis vel in proprium ſibi vendicaret diſpoſuerit, tamen vigore decedente regum, Robertus comes Parrhiſiorū, qui Marchio Francorum vocabatur, frater videlicet Odonis regis, necnon Hugomagnus, quinetiam vſque ad tempora Roberti regis, ea quæ abbates accipiebant ſibi addixerunt:& ſtatuētes decanos monachis, ſibi nomen abbatis vſurpauerunt. Ea verò quæ tunc ſibi ex rebus eccleſiaſticis vendicarunt, propriis militibus diſtribuerunt, & iuri eccleſiaſtico ſubtraxerunt. *† Scēdulas pro ſcādalis reperi. Sūt autem tegula lignea, quæ vulgò du Bardeau dicuntur. Comites Parrhiſienſes reddit. abbatia S. Germani ſurripuerunt.*

Eſt autem priuilegium huiuſmodi.

Priuilegiũ Caroli Calui, Franc. Regis, confirmãs bona menſæ Conuẽtuali Cœnobij S. Germani vnita.

IN NOMINE *ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis Karolus gratia Dei Rex. Si ea quæ prædeceſſores noſtri ſuperna deuotione illuminati, ac ſuorum fidelium deuotis admonitionibus inſtigati, pro ſtatu & vtilitate eccleſiarũ ſiue ſeruorum Dei ſtatuere decreuerunt, noſtris confirmamus edictis: hoc nobis proculdubio ad æternam beatitudinem, regníque noſtri tutelam profuturum eſſe credimus.* E

IGITVR *notum ſit omnibus fidelibus ſanctę Dei eccleſię, ac noſtris preſentibus ſcilicet & futuris: quia vir venerabilis Gozlinus Abba monaſterij almi confeſſoris Chriſti Germani, & ſancti Vincentij martyris, necnon & monachi eiuſdem congregationis deuoti oratores noſtri ſuggeſſerunt ſerenitati noſtrę, vt pro Dei amore, & futuro eiuſdem congregationis ſuffragio, ne aliqua ſucceſſorum ſuorum negligentia ordo in ea monaſticus futuris temporibus perturbaretur (vt ſæpe manifeſtum eſt contigiſſe) ſuper quaſdam villas neceßitatibus eorũ per proprię confirmationis prçceptum genitoris noſtri Hludouuici ſerenißimi Auguſti,* F *eidem congregationi tam olim deputatas, ſuper alias à memorato fideli noſtro Gozlino Abbate, pro eorum ſtipendiis, quas annuatim in cibo & potu accipere debebant, noſtro cõſenſu & auctoritate illis conlatas, firmitatis noſtrę prçceptum fieri iuberemus. Per quod tam ea quę prę manibus habere videbantur, quam etiam ea quę à noſtra largitate in præſenti illis confirmabantur, firmius ac ſecurius per ſuccedentia tempora tenerent ac poßiderent.* NOS *verò neceſſariis illorum petitionibus clementię noſtræ aurem accommodantes, veluti poſtulauerunt fieri adiudicauimus. Confirmantes eis regali teſtamento has villas, quarum hæc ſunt vocabula,* IN *pago Pariſiaco* ANTONIACVM & SPINOGILVM, & *villulam* CATICANTVM. IN *Senonico,* AGMANTVM. IN *Miliduneſe,* MATRIOLAS. *Quam inclitę memorię auus noſter Karolus ad ligna ſubminiſtranda clementer memorato contulerat cœnobio.* NOVIGENTVM *etiam in Meldenſi. Et in Pinciacenſi* CELLAM, *quæ dicitur villaris. Et villã nihilominus ſuprà mare. Videlicet ad veſtimenta & calciamenta eorum, & per plures neceßitates, in diuerſis monaſterij officinis ſubplendas: Dormitorij ſcilicet, Cellarij, domus infirmorum, Piſcatoriæ quoque ac pernec eſſaria medicinæ adiumenta. Et ad viginti modia ſaponis, picémque emendam, ad vaſa vinaria componenda, & ad cæteras loci neceſſarias vtilitates à Decano procurandas. Et inſuper ad recconcinnandam vel recooperiendam domum infirmorum, Cellariíque, & reliquarum officinarum habitacula, ex antiqua conſtitutione decano deputata. Inſuper ad refectiones in dominicis diebus & deputatis ſolennitatibus ſanctorum fratribus adminiſtrandas. Pro ſtipendiis autem victualibus quæ eis à parte Abbatis perſolui debebantur, ſicut in præfato genitoris noſtri præcepto continetur ac noſtro, delegamus eis, vnà cum conſenſu & voluntate memorati Gozlini Abbatis, omniũmque fratrum eiuſdem congregationis, has villas infrà ſcriptas,* CALAV *in pago Stampinſe, cum integritate & hoſpiciis ſuis, quæ ſunt in alba terra.* VILLVLAM *quoque* RVBRVM *in eodem pago.* TEODAXIVM *nihilominus in pago Pariſiaco, cũ omni integritate. Et* BANIOLVM *in pago Senonico, cum hoſpiciis quæ ſunt in villa quæ vocatur Campiniacus.* CVBINIVM *etiam in pago Laumenſe.* ACCEPERVNT *autem fratres has villas pro modiis frumenti Mille ſexcentis viginti. Et pro centum octoginta*

Antoigny. Eſpinay. Cachãt. Eſmaus. marolles Nogent Lartaud. La Celle pres Sureſnes.

G H

Thiaiz. Bagnaux pres Villeneufue l'Archeueſque.

A ginta leguminum modiis. Et pro caſei penſis centum ſexaginta. Et pro modiis viginti adipis. Et pro viginti ſeſtariis butiri. Et pro quatuor ſeſtariis mellis: Et duabus ceræ libris omni menſe. Pro modiis etiam ſalis centum. Et pro braciis viginti per duodecim modios. Et pro orto, qui tam hieme quam æſtate neceſſarius eis habetur: quoniam hæc omnia ab Abbate minus plenè illis perſolui poterant. Statuimus quoque vt ex iſtis ſtipendiariis villis per ſuccedentia tempora, dormitorium fratrum & cella nouitiorum recooperiatur. Reliqua verò (cœnobij ædificia de Abbatia reficienda & recooperienda ſunt: exceptis ſupradictis à parte fratrum reemendandis. Vinum autem in potum cotidianũ refectionis ex Theo- S. Georgij / Villa noua
daxio & Villa noua, tam de vineis dominicis quam parcionibus, fratribus dari cenſuimus. Sin autem ex eiſdem vineis ad numerum duum millium modiorum
B non peruenerit: tunc idem numerus ex reliquis Abbatiæ villis in fratrum & hoſpitum vſus in refectorio edentium, iuxta veterem conſuetudinem ab Abbate percompleatur. Duobus etiam fratribus in eadem Villa noua laborantibus, quæ dari ibidem conſuetudo fuit, dentur. Et torcularia iuxta ſolitum reemendentur. Et vaſa vinaria præparentur: vinúmque ex more ad monaſterium deferatur. Vineas quoque in ſæpe fata villa defiximus ab eiſdem excoli & vindemiari, à quibus olim cultæ fuerunt & vindemiatæ, ſiue ſint indominicatæ, ſiue in beneficium quibuſlibet datæ. De melle quinetiam Karrada vna ex modiis octo, cum ſolita cera: ſicut de villa Lucarias perſoluitur, vſibus fratrum ab Abbate tribuatur. Prædia denique bonorum hominum largitione ſibi donata, vnà cum Clauſo ſecus monaſterium ſito eiſdem fratribus ſtabili iure conceſsimus. Refe-
C ctiones denique in Miſſa Beati Germani, quinto Kal. Iunij, & in dedicatione Eccleſiæ, vel anniuerſario Childeberti Regis, & feſtiuitate ſancti Vincentij, Cenáque Domini, ſeu vigilia ſancti Paſchæ. Et de volatilibus cum pulpaſtis in Natale Domini tribus diebus. Et Paſcha ſimiliter tribus irrefragabiliter eis ab Abbate miniſtrari ſufficienter decreuimus. Karitates etiam in eiſdem feſtiuitatibus, ex antiquo more, bis ipſis à parte Abbatis dentur. De ſupradictis verò villis ſtatuimus illis in reliquis natiuitatis Domini & Paſchæ diebus volatilia cum pulpaſtis à Decano ſubminiſtrari: Excepto quod Theſaurario & aliis miniſterialibus facere conſtitutum eſt. Item ordinauimus ipſis alias refectiones à decano præberi. Videlicet de Calau in feſtiuitate tranſlationis ſancti Germani. Et de Teodaxio in ſolennitate ſancti Dionyſij. Præterea decreuimus, vt de villa quæ vocatur Boſpatium in pago Laudonenſi (quam eiſdem fratribus per regiæ
D auctoritatis præceptum, ad locum refugij, pietatis noſtræ clementia, miſericorditer contulerat) in Idibus Iunij, quando Deus nos naſci in mundo voluit: & octauo Idus Iunij, quando Rex Regum nos vngi in Regem ſua dignatione diſpoſuit, refectio eis à decano ſpecialiter exhibeatur. Quæ cõmemoratio poſt obitum noſtrum in depoſitionis diem cum me Dominus viam vniuerſæ carnis ingredi iuſſerit, conuertatur. OMNES igitur has villas in hoc noſtro præcepto ſuperius nominatas, cum eccleſiis & appenditiis ſuis, cum redditibus ac mancipiis, cum precariis ſeu beneficiis exinde datis, cúmque omnibus ad ſe pertinentibus, ipſius congregationis fratribus ad multiplices eorum neceſsitates ſupplendas regali auctoritate per noſtræ confirmationis præceptum, ſtabili ac perpetuo iure

concedimus atque firmamus. Præcipientes regia poteſtate, & per ſanctam inuiolabilem Trinitatem, atque examen tremendi iudicij, Angelorúmque ac ſanctorum omnium reuerētiam coniurantes: vt nemo Abbatum per ſucceßiones, quod noſtro roboratum eſt edicto ſubtrahere vel minuere audeat, aut ad vſus ſuos retorqueat, vel alicui quiddam in beneficium inde tribuat. Sed neque ſeruitia ex eis exactet, vel paruaredos aut expenſas ad ſuas, vel ad hoſpitum ſuſceptiones recipiat, ſiue manſionaticos inde exigat, ſicut nec conſuetudinis vnquam fuit. E SVPRASCRIPTA *autem ad centum viginti monachorum ſunt ordinata. Ex quo nil vnquam cuiquam Abbatum licebit ſubtrahere. Augere verò ſi forte voluerit, multiplicatis ad vſum eorum opibus, accumulentur diuini ſeruitij cultores. Qui verò noſtro tempore aliter facere præſumpſerit, & poſt diſceſſum noſtrum, ſiue quamdiu aduixerimus hanc noſtram confirmationem violare voluerit: à Deo (cuius extitit contemptor) pœnis æternalibus ſe damnandum cognoſcat. Ad corroborandum etiam noſtræ celſitudinis præceptum, ſuper eodem priuilegium epiſcopale per ſemet à cunctis eccleſiæ filiis æternaliter obſeruandum fieri & firmari decreuimus. Et vt hæc auctoritas, quam ob Dei amorem & remedium animę noſtræ ſtatuimus atque roborauimus, firmiorem obtineat vigorem, & deinceps inconuulſa perdurare queat: manus noſtræ conſcriptione eam ſubter firmauimus, & de anulo noſtro ſigillari iußimus.* F

SIGNVM KAROLI GLORIOSISSIMI REGIS.

GAMMO NOTARIVS AD VICEM GOZLENI RECOGNOVIT. G

Data XII. Kal. Maij. Indictione V. Anno XXXII. regnante Carolo glorioſiſſimo Rege. Et in ſucceſſione Hlotharij Regis anno III. Actum Monaſterio ſancti Dionyſij in Dei nomine feliciter. Amen.

De Caroli imperatoris à ſummo pontifice Romam accitu: Tributi exactione: Caroli in Italiam profectione: & ſynodica electionis eiuſdē in imperatorem confirmatione: De Carlomanni motu in patruum: Procerum in imperatorem coniuratione, ac eius fuga: De Caroli imperatoris per Iudæum intoxicatione, morte, ſepultura, tralatione: ac Carlomanni ægritudine.

CAP. XXXV. H

Carolus Imperator Romā accitur à Io. Papa 8.

CArolus igitur imperator Compendij, vbi quadrageſimam peregerat, Paſcha domini celebrauit: & legatos apoſtolici Ioannis, Petrum epiſcopum Foriſempronij & Petrum epiſcopum Senogalliæ, ſuſcepit: per quos tam verbis quam literis cum apoſtolicus Ioannes Romam vocauit; quatenus (ſicut promiſerat) ſanctam Romanam eccleſiam à paganis, quibus infeſtabatur, eriperet atque defenderet. Kalendis igitur Maij epiſcopos Remenſis prouinciæ, ſed & aliarum prouinciarum, Compēdium conuocauit: & eccleſiam quam in eodē oratorio conſtruxerat cum multo apparatu, in ſua & legatorum apoſtolicæ ſedis præſentia ab eiſdem

A epiſcopis conſecrari fecit. Inde placitum generale Kalend. Iunij habuit:
vbi per capitula, qualiter regnum Franciæ filius ſuus Ludouicus cum fi-
delibus eius & regni primoribus regeret, vſque dum ipſe Roma rediret, *Tributi*
ordinauit: & quomodo tributum de parte regni Franciæ quã ante mor- *exactio.*
tem Lotharij habuit, ſed & de Burgundia, exigeretur diſpoſuit: ſcilicet
vt de manſis indominicatis ſolidus vnus: de vnoquoque manſo ingenuo
quatuor denarij de cenſu dominico, & quatuor de facultate Manſuarij:
de manſo verò ſeruili, duo denarij de cenſu dominico, & duo de facultate
Manſuarij. Et vnuſquiſque epiſcopus de preſbyteris ſuæ parochiæ ſecun-
dum quòd cuique poſſibile erat: à quo plurimùm quinque ſolidos, à
quo minimùm quatuor denarios epiſcopi de ſingulis preſbyteris accipe-
B rent, & nuntiis dominicis redderent. Sed & de eccleſiarũ theſauris, prout *al. Miſſis.*
quantitas extitit loci, ad idem tributum exoluendum acceptum fuit. *Tributum*
Summa verò tributi fuerunt quinque millia libræ argenti ad penſam. Illi *Nortmã-*
verò tam epiſcopi quàm & alij qui trans Sequanam ſunt de Neuſtria, tri- *nis pẽſum.*
butum illis Nortmannis qui in Ligeri erant, ſecundum quòd ſibi ab eis
fuit impoſitum, vndecunque valuerunt reddere procurarunt. Dominus
autem imperator Carolus de Cariſiaco Compendium, indéque per Sueſ-
ſionas ad Remenſem ciuitatem: & ſic iter ſuum per Catalaunos & Ponti- *Carolus in*
gonem atque Lingonas peragens, cum vxore & maxima auri & argenti *Italiã pro-*
caballorúmque ac facultatum aliarum copia de Francia Italiam petiit. Et *ficiſcitur.*
veniens vltra Lirim vſque ad vrbam, obuium habuit Adalgarium epiſco- *al. Iurim*
C pum, quem menſe Februario Romam direxerat pro agenda ſynodo à *vſque ad*
Papa Ioanne. Cuius exemplar idem Adalgarius pro munere magno im- *vrbam.*
peratori detulit. Summa verò eiuſdem ſynodi, poſt multas & multipli- *Synodica*
ces laudes imperatoris, hæc eſt: vt electio & promotio ad imperialia ſce- *cõſirmatio*
ptra anno præterito Romæ celebrata, extunc & nunc & in perpetuum fir- *electionis*
ma & ſtabilis maneat. Quam ſi quis perturbare aut violare tentauerit, cu- *Caroli imperat.*
iuſcunque ſit ordinis, dignitatis, aut profeſſionis, anathemate vſque ad
ſatisfactionem teneatur omni tempore obnoxius. Patratores & incitato-
res huius conſilij, ſi quidem clerici fuerint, deponãtur: Laici verò & mo-
nachi, perpetuo anathemate feriantur: vt quia ſynodus anno præterito
apud Pontigonem hinc habita ſecus Andranacum, nil profuit, vſque-
quaque iſta debeat præualere. Nuntiauit etiam inter alia idem Adalga-
D rius imperatori, quoniam Ioãnes Papa obuiam illi Papiam veniret. Qua-
propter præmiſit Odracum ſecundi ſcrinij notarium, Goiramnum co-
mitem & Pipinum atque Heribertum, ad procuranda ipſius Papæ ſerui-
tia. Ipſe autem feſtinato porrexit ire ad eum. Quem obuium habuit apud
Verſellas ciuitatem: & recepto eo cum honore maximo, perrexit ſimul
vſque Papiam: vbi eis nuntiatum eſt non incerta relatione, Carloman- *Carlomã-*
num Ludouici fratris ſui filium, cum maxima multitudine bellatorum *ni motus in*
ſuper eos venire. Quapropter relinquentes Papiam venerunt ad Tardu- *patruum.*
nam: & conſecrata Richildis à Papa Ioanne in imperatricem, mox retror-
ſum fugam arripuit, cum theſauro, verſus Moriẽnam. Imperator autem

aliquandiu vna cum Papa Ioanne in eiſdem locis immorans expectauit E
Procerũ in imperatorem coniuratio. primores regni ſui, Hugonem Abbatem, Boſonem, Bernardum Aruernum comitem, itémque Bernardum Gothiæ marchionem, quos ſecum ire iuſſerat. At hi vnà cum aliis regni primoribus (exceptis paucis, & epiſcopis) aduerſus eum cóſpirantes coniurauerant. Et comperiens eos non *Imperatoris fuga.* venturos, vt audierunt ipſe & Papa Ioannes appropinquare Carlomannum, imperator poſt Richildem fugam arripuit: & Papa Ioannes verſus Romam concitè feſtinauit, per quem Carolus imperator imaginem ſaluatoris in cruce fixam, ex auro multi ponderis fabrefactam & gemmis *Carlomãni ſtulta fuga.* precioſis ornatam, ſancto Petro direxit. Carlomannus verò mendaci nuntio audiens, quòd imperator & Papa Ioannes ſuper eum cum multitudine maxima bellatorum venirent, & ipſe fugam arripuit per viam qua F venerat: ſicque Deus more miſericordiæ ſuæ conuentum illum diſſoluit. *Imperatorẽ Iudæus veneno inficit.* Carolus autem imperator febre correptus puluerem bibit, quem ſibi nimium dilectus ac creditus medicus ſuus Iudæus, nomine Sedechias, tráſmiſit, vt ea potione à febre liberaretur. Inſanabili autem veneno hauſto, *Caroli imperatoris mors.* inter manus portantium tranſito monte Ciniſio, perueniens ad locũ qui Brios dicitur, miſit pro Richilde quæ erat apud Moriennam, vt ad eum veniret: ſicut & fecit. Et vndecimo die poſt venenum hauſtum mortuus
878. eſt, pridie Nonas Octobres. Quem aperientes qui cum eo erant, ablatis interaneis & infuſo vino ac aromatibus quibus poterant, impoſitum locello cœperunt ferre verſus monaſterium ſancti Dionyſij, vbi ſepeliri ſe *Sepultura. Tralatio.* poſtulauerat. Quem præ odore non valentes portare, ſepelierunt eum in G baſilica beati Euſebij martyris in ciuitate Vercellenſi, vbi requieuit annis ſeptem. Poſt hæc autem per viſionem delatũ eſt corpus eius in Franciam, & honorificè ſepultum in baſilica beati Dionyſii martyris apud Parrhi- *Carlomãni infirmitas.* ſios. Carlomannus verò penè vſque ad mortem infirmatus, & lectica delatus ad propria, per annum ita iacuit, vt à multis fuerit deſperatus.

De Ludouici iunioris qui Caroli erat filius ambitione & ambitu: De Richildis in Francia rapinis: de regni inſignibus ab Ludouico receptis & coronatione eiuſdem. CAP. XXXVI.

Ludouici Caroli filij ambitio. LVdouicus autem accepto nuntio in Audriaca villa de morte patris ſui Caroli, quos potuit conciliauit ſibi, dans eis abbatias & comita- H tus, ac villas ſecundum vniuſcuiuſque poſtulationem. Et iter agens per Cariſiacum & Compendium vſque Aruernum, quatenus ad ſepulturam patris ſui, vt putabat, apud monaſterium ſancti Dionyſii martyris perueniret: vbi audiuit patrem ſuum Vercellis ſepultum, & regni primores tam abbates quàm comites indignatos, quia quibuſdam honores dederat ſine illorum conſenſu, & ob id aduerſum ſe cóſpiraſſe, repetito itinere reuerſus eſt Compendium. Ipſi autem primores cum Richilde diripien- *Richildis & procerũ rapina.* tes omnia quæ in via illorum erant, vſque ad Auennacum monaſterium peruenerunt: & conuentum ſuum vſque ad montem Vvitmarium condixerunt:

A dixerunt: indéque legatos ſuos ad Ludouicum direxerunt. Sed & Ludouicus legatos ſuos ad eos direxit: & diſcurrentibus inter eos nuntiis ad hoc peruentum eſt, vt Richildis & ipſi primores ad eum Compendiũ venirent, & ſuum conuentum ad Caſinum in Cotia condixêre. Richildis Compendium ad Ludouicum veniens in feſto ſancti Andreæ, attulit ei præceptum, per quod pater ſuus illi regnum ante mortem ſuam tradiderat: & ſpatham quæ vocatur ſancti Petri, per quam eum de regno inueſtiret: ſed & regium veſtimentũ, & coronam, ac † fuſtem ex auro & gemmis. *† ſceptrũ intelligit.* Et diſcurrentibus legatis inter Ludouicum & regni primores, & pactis honoribus ſingulis quos petierunt, VI. Idus Decembris conſenſu *Ludouicus accipit regni īſignia.* omnium tam epiſcoporum & abbatum, quàm regni primorum cæterorúmque qui affuerunt, conſecratus & coronatus eſt in regem Ludouicus

B ab Hincmaro Remorum epiſcopo. *Ludouic⁹ coronatur.* Et epiſcopi ſe ſuáſque eccleſias illi ad debitam defenſionem, & debita priuilegia ſibi ſeruanda commendauerunt: *Canonica priuilegia.* profitentes ſecundum ſuum ſcire & poſſe, iuxta ſuum miniſterium, conſilio & auxilio illi fideles fore. Abbates etiã, & regni primores ac vaſſi *Accipit ſuæ fidei commendantes.* regij, ſe illi commendauerunt, & ſacramento ſecundum morem fidelitatem promiſerunt.

Anno DCCCLXXVIII. Ludouicus rex ſecus Sueſſionas in monaſterio ſancti *878.* Medardi, natiuitatem domini celebrauit: indéque ad Audriacam villam perrexit: & Paſcha domini in monaſterio ſancti Dionyſij celebrans, ſuadente Hugone Abbate & Marchione, perrexit vltra Sequanam, tam pro auxilio Hugonis contra Nortmannos, quàm eò quòd filij Gozfridi ca-

C ſtellum & honores filij Odonis quondam comitis inuaſerunt: & Immo frater Bernardi Marchionis Ebroicenſem ciuitatem vſurpans, multas deprædationes circumcirca in illis regionibus exercebat. Inſuper & Eiricum, more Nortmannico, deprædari præſumpſit. Et veniens Ludouicus vſque Turonos, infirmatus eſt vſque ad deſperationem vitæ: ſed miſerante domino, aliquantulum conualeſcens, ſatagentibus quibuſdam conſiliariis ſuis & amicis Gozfridi, venit ad eum iſte Gozfridus, adducens ſecum filios ſuos: ea conditione vt caſtellum & honores quos inuaſerant, Ludouico regi redderent: & poſtea per cōceſſionem illius haberent. *Britonium fidē notat* Tunc Gozfridus partem de Britonibus ad regis fidelitatem conuertit: ſed ipſi "

demum fecerunt vt Britones. "

D

De Ioannis Papæ in Franciam Trecas vſque profugio: & ſynodo per eum conuocata: & iis quæ in ea fuerunt agitata: & de Boſonis filia Carlomanno nubente.

CAP. XXXVII.

IOannes Papa iraſcens contra Lambertum & Adalbertum comites, *Ioānis pa. 8. in Frāciam Trecas vſque profugiū.* quia villas & ciuitatē eius deprædati ſunt, vbi eos horribiliter excommunicauit, Roma exiit ferens ſecum precioſiſſimas reliquias: & cum

Formoſo epiſcopo Portuenſi, nauigio Arelatum in die ſanctæ Pentecoſtes appulit: ſuóſque nuntios ad Boſonem comitem miſit, & per eius auxilium vſque Lugdunum venit. Et inde legatos ſuos ad regē Ludouicum Turonos miſit: mandans vt ei obuiam veniret quò ſibi commodum foret. Ludouicus autem mittens obuiam ei quoſdam epiſcopos, petiit vt vſque Trecas veniret: ibíque ab epiſcopis iſtius regni ſtipendia ſibi dari fecit. Et quia propter ſuam infirmitatem ante non potuit, Kalēdis Septembribus apud Trecas ad eum venit. Interea Ioannes Papa generalem ſynodum cum epiſcopis Galliarum & Belgicarum prouinciarum agens, qualiter Lambertum & Adalbertum, Formoſum quoque & Georgium nomenclatorem, ac complices illorum Romæ excommunicauerit relegi fecit in ſynodo: & conſenſum epiſcoporum in eadem excōmunicatione quæſiuit. Vnde qui affuerunt epiſcopi petierunt, vt ſicut ipſe excommunicationem quam fecerat per ſcripturæ lectionem recitari fecit in ſynodo: ita & eis concederet, vt per ſcripturam illi ſuam conſenſionem proferrent. Et concedente ita fieri Papa Ioanne, in craſtinum epiſcopi hoc quod ſequitur diploma Papæ in ſynodo porrexerunt.

In ſynodo recitantur excommunicationis perſecutorum papæ literæ.

Domine ſanctiſſime ac reuerendiſſime pater patrum, Ioannes catholicæ atque apoſtolicæ eccleſiæ (ſanctæ videlicet Romanæ primæ ſedis) Papa, nos filij, famuli, ac diſcipuli veſtræ auctoritatis Galliarum & Belgicarum epiſcopi, his quæ ſuper vulnera dolorum veſtrorum maligni homines ac miniſtri diaboli addentes in ſanctā matrem noſtram ac magiſtram omnium eccleſiarum commiſerunt, compatimur, & dolori veſtro conſentes condolemus: atque iudicium veſtræ auctoritatis, (quod priuilegio beati Petri & ſedis Apoſtolicæ, in eos & cōplices eorum iuxta ſacros canones ſpiritu Dei conditos & totius mundi reuerentia conſecratos, ac ſecundum eiuſdem ſanctæ Romanæ ſedis pontificum prædeceſſorum veſtrorum decreta protuliſtis) voto, voce & vnanimitate noſtra, atque auctoritate ſancti ſpiritus (cuius gratia in epiſcopali ordine ſumus conſecrati) gladio ſpiritus ſancti, quod eſt verbum Dei, eos interimentes perſequimur: ſcilicet quos, ſicut prædiximus, excommunicaſtis excommunicatos tenemus: quos ab eccleſia abieciſtis, abiicimus: quos anathematizaſtis, anathematizatos eſſe iudicamus: & quos regulariter ſatisfacientes veſtra auctoritas & apoſtolica ſedes receperit, recipiemus. Sed vt in ſacra hiſtoria de plaga Ægyptiaca dignè à Deo illata legimus, quod non erat domus in qua non iaceret mortuus, & non erat qui alium conſolaretur, quoniā in domo ſua vnuſquiſque quod lugeret habebat: Nos in noſtris quoque eccleſiis lugenda lugemus: & ideo veſtra auctoritate nobis ſubueniri, cum omni mentis humilitate depoſcimus: petentes vt promulgetis capitulum veſtræ auctoritatis, qualiter nos erga eccleſiarum noſtrarū peruaſores agere debeamus: vt cenſura apoſtolicæ ſedis muniti, robuſtiores, ac promptiores, domino opem ferente contra peruerſos eccleſiaſticarum rerum ac facultatum raptores ac vaſtatores, ſacríque miniſterij epiſcopalis contemptores, nos ſucceſſoréſque noſtri perſiſtere con-

Reſponſio epiſcoporū Galliæ ad poſtulata papæ.

Exo. 12.

A concordi ſententia valeamus: vt iuxta egregij prædicatoris vocem, & veſtræ auctoritatis promulgationem, traditi Sathanæ ſpiritu, ſalui fiant in die Domini noſtri Ieſu Chriſti. *1. Cor. 5.*

Quod diploma Ioãnes Papa ſuæ excommunicationi adſcribi fecit: & ſua manu confirmans, ab omnibus epiſcopis in ſynodo ſubſcribi fecit. Deinde ipſo iubente lecti ſunt in ſynodo canones Sardicenſis concilij, & decretum Papæ Leonis de epiſcopis ſedes ſuas mutantibus. Sed & Aphricani canones, vt non fiant epiſcoporum tranſlationes, ſicut nec rebaptizationes, vel reordinationes, pro Frothario Burdegalenſi epiſcopo: qui à Burdegala Pictauos, indéque ad Bituricenſem ciuitatem exiliiſſe dicebatur. Et poſt hæc coronatus Ludouicus à Papa Ioanne, VII. Idus Se- *Conciliorũ ſtatuta in ſynodo lecta.*

B ptemb. inuitauit eundem Papam in domũ ſuam: & opiparè paſcens, honorauit eum multis donis, ipſe & vxor ſua: & remiſit ad Trecas ciuitatem. Et poſtea per oratores ſuos orauit eundem Papam, vt vxorem illius in reginam coronaret: ſed obtinere non potuit. Frotharius autem & Adalgarius epiſcopi attulerunt in conuentum epiſcoporum Papæ Ioanni præceptum, per quod pater ſuus Ludouico regnum tradiderat: petentes ex ipſius parte, vt priuilegio ſuo ipſum præceptum confirmaret. Tunc Papa Ioannes protulit exemplar quaſi facti præcepti à Carolo imperatore, de donanda abbatia ſancti Dionyſij Romanæ eccleſiæ. Quod compilatum conſilio præfatorum epiſcoporum, & aliorum conſiliariorum Ludouici regis, à plurimis credebatur: vt à Gozlino ipſam abbatiam, velut ex ratio- *Ludouici coronatio.* *De legato Carol. Fictitiũ legatum & donatio S. Dionyſij.*

C ne, tollere & ſibi habere poſſet. Et dicebat Papa Ioannes, quod ſi vellet Ludouicus rex ſuper illius præceptum priuilegium faceret, & ſic ſuo præcepto illud patris ſui præceptum firmaret. Quod argumẽtum ſicut factio & non ratio imperfectum remanſit. Quarto Idus denique præfati menſis Ludouicus rex, quorundam primorum compulſus petitionibus, venit ad apoſtolici manſionẽ: & cum eo familiariter locutus, vnà cum illo reuerſus ad conuentum epiſcoporum in exedram iuxta mãſionem apoſtolici. Et poſt excõmunicationem Hugonis, Lotharij filij & Limnonis ac complicum eorum, vim facientibus quibuſdam epiſcopis & conſentiente rege, dixit Papa Ioannes, vt Hedenulfus ſua auctoritate ordinatus epiſcopus ſedem ſuam teneret, & epiſcopale miniſterium ageret: & Hincmarus cæcus, ſi vellet miſſam cantaret, & partem de rebus epiſcopi Laudunenſis

D haberet. Et cùm Hedenulfus apud eundem Papam peteret, vt eum ab illa ſede abſolueret, dicens ſe eſſe infirmum, & velle intrare monaſteriũ, obtinere non potuit: ſed præceptum eſt illi ab eo, conſentiente rege atque epiſcopis Hincmari fautoribus, vt ſedem ſuam teneret, & epiſcopale miniſterium ageret. Qui fautores Hincmari audientes quod Papa Ioannes dixerit, vt ſi vellet Hincmarus cæcus miſſam cantaret, & rex conſenſerit vt partem de epiſcopo Laudunenſi haberet, inſperatè aliarum prouinciarum epiſcopi, ſed & aliarum regionum metropolitani, ſine præceptione Papæ, Hincmarum veſtimẽtis ſacerdotalibus indutum in præſentiam ipſius Papæ adduxerunt: indéque ſublatum cantantes in eccle- *al. epiſcopy*

ſiam illum duxerunt: & ſignum benedictionis ſuper populum dari fecerunt. Síc que ſynodus illa ſoluta eſt. E

Boſonis filia nubit Carlomāno. In craſtino Ludouicus rex inuitatus à Boſone, ad domum illius perrexit cum quibuſdā primoribus conſiliariis ſuis, & pactus ac honoratus ab illo ſed & ab vxore ipſius, deſponſauit filiam Boſonis Carlomanno filio ſuo: & cum conſilio ipſorum conſiliariorum ſuorum diſpertitus eſt honores Bernardi Gothiæ marchionis, per Theodoricum Camerarium & Bernardum comitem Aruernicum, & per alios ſecretè diſpoſitos. Papa verò Ioannes Trecis mouens Cabillonum petiit: indéque per Moriēnam *al. Cluſas.* iter agens per clauſtra montis Ciniſij, Italiam à Boſone & vxore illius deductus introiuit.

F

De pace inter Ludouicum regem & Ludouicum conſobrinum eius, & de pactionibus ſeu conditionibus pacis firmioris faciendæ.

Cap. XXXVIII.

Pax Ludouici regis cũ Ludouico cōſobrino ei⁹. LVdouicus rex à Trecis Compendium reuerſus, audita renuntiatione legatorum ſuorum, quos ad conſobrinum ſuum Ludouicū pro pace inter ſe obtinenda direxerat, cum quibuſdam conſiliariis ſuis venit vſque ad Heriſtallium: & Kalend. Nouēb. ſimul conuenientes apud Marſinam, vtrinque pax firmata eſt inter eos: & condixerūt placitum in purificatione ſanctæ Mariæ, vt ſimul iterum conuenirēt, Ludouicus Caroli filius ad Gundulfi villam, & Hludouicus Hludouici filius circa eundem locum, in commoditate ſua. In ipſo quidem placito hæc quæ ſequuntur inter eos, conſenſu fidelium ſuorum, ſeruanda conuenerunt. G

Pacta regum. *Conuentio quæ inter glorioſos reges Ludouicum filium Caroli imperatoris, itémque Ludouicum filium Ludouici regis, in loco qui vocatur Furonis Kalend. Nouemb. ipſis & communibus fidelium ipſorum fauentibus, & conſentientibus facta eſt.*

879. Anno DCCCLXXIX. indictione duodecima, Sicut inter patrem meum Carolum & patrem veſtrū Ludouicum regnum Lotharij diuiſum fuit, volumus vt ita conſiſtat: & ſi aliquis noſtrorum fidelium de regno patris ſui purpriſum habet, iuſſu noſtro illud dimittatur. De regno verò quod Ludouicus imperator in Italia habuit, quia nondum ex illo aliqua diuiſio facta eſt, quicunque modò illud tenet, ita teneat; donec (domino volente) ſimul venientes cum communibus fidelibus noſtris inueniamus & definiamus, quod ex hoc melius & iuſtius viſum fuerit. De regno Italiæ, quia modò nulla ratio eſſe poteſt, omnes ſciant quia partem noſtram de illo regno & requiſiuimus & requirimus, & domino auxiliante requiremus. *Iſta, die ſequenti, ſtatuta ſunt.* H

1. ET quia firmitas amicitiæ & cōiunctionis noſtræ modò, quibuſdam prępedientibus cauſis, eſſe nō potuit vſq; ad illud placitū, quo ſimul vt conue-

A conueniamus ſtatutũ habemus: talis amicitia inter nos maneat, domino auxiliante de corde puro & conſcientia bona & fide non ficta, vt nemo ſuo pari vitam, regnum, aut fideles ſuos, vel aliquid quod ad ſalutem ſiue proſperitatem ac honorem regni pertinet, diſcupiat aut fors conſiliet.

Vt ſi in alterutrius noſtrum regnum, Pagani ſiuè pſeudochriſtiani inſurrexerint, vterque veraciter ſuum parem, vbicunque neceſſitas fuerit, ſi ipſe rationabiliter potuerit, aut per ſemetipſum aut per ſuos fideles & conſilio & auxilio, vt optimè poſſit, adiuuet. 2.

Vt ſi ego vobis ſuperſtes fuero, filium veſtrum Ludouicũ adhuc paruulum & alios filios veſtros quos dominus vobis donauerit, vt regnum paternum hæreditario iure quiete tenere poſſint, & conſilio & auxilio, 3.
B prout melius potuero, adiuuabo. Si autem vos mihi ſuperſtites fueritis, filios meos Ludouicum & Carlomannum, & alios quos mihi diuina pietas donare voluerit, vt regnum paternum quietè tenere poſſint, ſimiliter & conſilio & auxilio, quàm optimè potueritis, adiuuabitis.

Vt ſi aliqui ſuſurrones, detractores & qui paci noſtræ inuident & quietum regnum eſſe non permittunt, inter nos lites & contentiones & diſcordias ſeminare voluerint, neuter noſtrum recipiat aut libenter acceptet: niſi fortè hoc ad rationem, coram nobis vtriſque & fidelibus noſtris perducere voluerit. Si verò hoc noluerit, eum neutro noſtrum aliquam ſocietatem habeat: ſed vterque illum, ſicut mendacem & falſarium, & inter fratres volentem ſeminare diſcordias, communiter à nobis abiiciamus: ne de cætero quiſque talia mendacia auribus noſtris inſerere audeat. 4.
C

Vt communiter, quo citius potuerimus, legatos noſtros ad Carlomannum & Carolum glorioſos reges dirigamus: qui eos ad placitum quod VIII. Idus Februar. ſtatutum habemus, inuitent, & vt nullatenus venire differant obſecrent: & ſi ſecundum quod optamus venire voluerint, communiter nos, ad Dei volũtatem & ſanctæ eccleſiæ ſaluationem, ac communem honorem noſtrum & profectum ac ſaluamentum totius populi Chriſtiani nobis commiſſi, domino cooperante ita coniungamus, vt de cætero in eo qui vnus eſt vnum ſimus, & vnum velimus, & idipſum dicamus ſecundum apoſtolum, & faciamus omnes: & non ſint in nobis vlla ſchiſmata. 5.

D Si autem illi obſecratione noſtra vocati & inuitati, aut legati eorum ad præfatum placitum venire diſtulerint; nos (ſecundum quod ſtatutum habemus) illuc omnino venire, & nos ſecundum Dei voluntatem cõiungere omni modo non omittemus. Niſi fortè ineuitabilis neceſſitas euenerit, pro qua id fieri nullatenus poſſit. Et ſi hoc acciderit, ad tempus vterque pari ſuo hoc reſcire faciat: & propterea amicitia noſtra nec minuatur, nec immutetur, donec (domino volente) congruo tempore perfectè confirmetur. 6.

Vt res eccleſiarum, in cuiuſcunque regno caput fuerit, tam de epiſcopatibus quàm de Abbatiis, ſine vlla contradictione rectores ipſarum 7.

eccleſiarum illas poſſideant. Et ſi aliquid ibi iniuſtum factũ à quoquam eſt, in cuiuſcumque regno illæ res conſiſtunt, legaliter exinde ſecundum iuſtitiam reddere faciant. E

8. Et quia per vagos & in tyrannica conſuetudine irreuerentes homines, pax & quies regni perturbari ſolent; volumus vt ad quemcunque noſtrum talis venerit vt de his quæ egit rationem & iuſtitiam ſubterfugere non poſſit, neuter noſtrum illum ad aliud recipiat vel retineat, quàm vt ad rectam rationem & debitam emendationem perducat. Et ſi rationem rectam ſubterfugerit, omnes in commune in cuius regnum venerit illum perſequamur, donec aut ad rationem perducatur, aut de regno expellatur vel deleatur.

9. Volumus vt ij qui meritò proprietatem ſuam in regno noſtro perdiderint, ita iudicentur ſicuti temporibus anteceſſorum noſtrorum inuentum fuit. Qui verò dicunt ſe iniuſtè proprietatem ſuam perdidiſſe, veniãt in noſtram præſentiam: & ſicut iuſtum eſt ita illis iudicemus, & ſua recipiant. F

De obitu Ludouici filij Caroli: de concordia facta inter Boſonem & Theodoricum: de fraudulentis conatibus Goſlini Abbatis Ludoui. Ger. in Franciam concitantis: de oblatis eidem Ludouico cauſa pacis: & eorum acceptatione ac reditu Ludouici in patriam: De Goſlini Conradique graſſatione & filiorum Ludouici coronatione: De vxoris Boſonis ambitione & eius coronatione: & de Hugone Lotharij filio regnum paternum attentante. G

Cap. XXXIX.

SIcque Ludouicus Ludouici filius ad ſua reuerſus eſt: & Ludouicus Caroli filius per Ardennam veniens, DCCCLXXIX. anno incarnationis
879. dominicæ in Longlaro natiuitatem domini celebrauit aliquandiu in Ardenna demorans, indéque iter agens, circa purificationem ſanctæ Mariæ ad Pontigonem venit: & volens ire Auguſtidunum, ad comprimendam rebellionem Bernardi Marchionis vſque ad Trecas perrexit. Sed quia ingraueſcẽte infirmitate ſua (dicebatur enim veneno infectus) longius ire non potuit, filium cognominem ſibi Ludouicum baiulationi Bernardi comitis Aruernici ſpecialiter committens, Hugonem Abbatem & Boſonem & præfatum Bernardum cum filio ſuo, ſed & Theodoricum cum ſociis ſuis, Auguſtidunum miſit: quatenus ipſum comitatum ad opus Theodorici, cui antea illud dederat, euindicarent. Ipſe autem cum magna difficultate per Adiodrũ monaſterium Cõpendium ve- H
† *Bellonacenſem.* nit: & ſentiens ſe ab infirmitate liberari non poſſe, per Odonẽ † Bergiuacenſem epiſcopũ & Albuinũ comitem, coronã & ſpatam, ac reliquum regium apparatum filio ſuo Ludouico miſit: mandãs illis qui cum eo erant,
Ludouici filij Caroli obitus. vt eum in regem ſacrari ac coronari facerent. Ipſe autem IIII. Idus Aprilis in die paraſceue iã veſperi obiit: & in craſtina, ſcilicet in vigilia Paſchæ, in eccleſia

A eccleſia ſanctæ Mariæ ſepultus fuit. Audientes autem Odo & Albuinus illum eſſe defunctum, quæ portauerant Theodorico Camerario dederunt, & cum feſtinatione reuerſi ſunt. Illi autem qui cum Ludouico filio regis erant, audita morte patris ipſius infantis, mandauerunt primoribus qui in illis regionibus erant, vt apud Meldenſem ciuitatem conuenirent obuiam eis, vt ibi tractarent quid de cætero agere deberent. Inter Boſonem autem & Theodoricum (mediante Hugone abbate) conuentũ eſt, vt Boſo comitatum Auguſtidunenſem haberet, & Theodoricus abbatias quas Boſo in iſtis partibus habebat in commutationem acciperet. Gozlinus autem abbas memor inſidiarum ac iniuriarum ſuarum, quas à ſuis æmulis tempore præcedenti ſuſtinuerat, fiſus de familiaritate quam cum B Ludouico Germaniæ rege & cum vxore illius atque cum primoribus illius terræ (quando captus in bello apud Andrunacum & trans Rhenum ductus fuerat) obtinuit; cœpit cogitare qualiter talionẽ ſuis aduerſariis redderet. Et Conradum Parrhiſiaci territorij comitem, ſpe falſa de præcellenti poteſtate eum deludens, & quædam ſubtilia media qualiter id exequi poſſet enarrans, ſibi coniunxit: & antequam illi qui cum filio regis erant condictum placitum apud Meldos venirent, accelerauerunt dicti Gozlinus & Conradus quoſcunque poterant epiſcopos & abbates atque potentes homines ad conuentum vocare, vbi Thara Naram influit: eo quidem ſub obtentu, vt quia rex defunctus erat vnanimiter tractarent de regni pace atque vtilitate. His autem qui conuenerunt perſuaſerunt vt Ludouicum C regem Germaniæ hoc regnum conuocarent; & eius largitione honores quos hactenus obtinere non potuerant, ſine vlla dubitatione haberent. Et miſerunt nuntios ſuos ad prædictum Ludouicum, & ad vxorem eius, mandantes vt vſque Mettas venire accelerarent: & illuc omnes epiſcopos & abbates, ac primores huius regni obuiam ei adducerent. Sícque per Syluacum & ſecus Axonam, multas deprædationes ac rapinas facientes, vſque ad Viridunum venerunt. Veniente autem Ludouico Mettas, ad illum iterum legatos miſerunt, vt vſque ad Viridunum veniret: quatenus commodius populum ipſius regni ad illum perducere poſſent. Veniens autem Ludouicus vſque ad Veridunum, tanta mala exercitus eius in omnibus nequitiis egit; vt Sarracenorum mala facta illorum ſtrages vincere videretur. Audientes autem Hugo & Boſo ac Theodoricus & D illorum ſocij quæ Gozlinus & Conradus cum ſuis complicibus machinabantur, miſerunt Galtherum epiſcopum Aurelianenſem & Goirannum ac Anſcherum comites ad Ludouicum apud Viridunum; vt ei offerrent partem de regno Lotharij iunioris quam Carolus circa fratrem ſuum Ludouicum ipſius Ludouici patrem acceperat; vt accepta illa portione regni in regnum ſuum rediret, & quod reliquum de regno patris ſui Caroli Ludouicus habuit, eius filios poſſidere conſentiret.

Pactio Boſonis cum Theodorico.

Gozlini abbatis conatus doloſus.

Ludouicus Germaniæ rex Viridunũ venit. Exercitus Germanici inſolētia.

Ludouicus itaque & ſui, acceptam habentes talem oblationem, cum dedecore Gozlinum & Conradum ac complices illorum reiecerunt: & accepta regni parte ſibi oblata, Ludouicus ad palatium ſuum Francono-

Oblata Ludouico Ger.

Ludouicus ad ſua redit.

furth rediit. Audiens autem hæc vxor illius ſatis moleſtè tulit: dicens quòd ſi ille eò veniſſet, totum hoc regnum haberet. Anguſtiati autem Goſlinus & Conradus ad ipſam reginam fecerunt confugium: querimoniam agẽtes qualiter eſſent decepti. Et acceptis nuntiis, ad ſocios ſuos qui eos de parte Ludouici confortarent, ſed & ad alios, quaſi obſides reuerſi ſunt, rapinas & deprædationes facientes quocunque peruenire potuerunt: renũtiantes ſociis ſuis Ludouicum quamprimum cum exercitu magno venturum: quoniam ad præſens venire non poterat, quia nuntiatum eſt ei non incerta relatione fratrem ſuum Carlomannum paralypſi percuſſum, & iam morti vicinum cum abiret deceſſiſſe, ſuúmque filium ex concubina nomine Arnulfum partem regni illius occupaſſe; & ideo in illas partes feſtinus pergeret, ſicut & fecit: ſopita verò ſicut potuit, in illis partibus cõmotione, reuerſus eſt ad vxorem ſuam. Audientes verò Hugo abbas & cæteri primores qui cum filiis quondam ſenioris ſui agebant, Ludouicũ cum vxore ſua in has partes venturum, quoſdam epiſcopos miſerunt ad Ferrarias monaſterium: & ibi eos conſecrari ac coronari in reges fecerunt. Interea Boſo (perſuadente vxore ſua quæ nolle ſe viuere dicebat, ſi filia imperatoris Italiæ & deſponſata imperatori Græciæ maritum ſuum regem non faceret) partim comminatione conſtrictis, partim cupiditate illectis, pro abbatiis & villis eis promiſſis & poſtea datis epiſcopis illarum partiũ perſuaſit, vt ſe in regem vngerent & coronarent. Hugo etiam filius iunioris Lotharij ex Vualdrada, collecta prędonum multitudine regnum patris ſui eſt molitus inuadere.

[Margin: Goſlini & Conradi graſſatio. — Coronatio filiorum Ludouici. — Muliebris ambitio. — Boſo coronatur. — Hugo Lotharij fil' regnum tẽtat.]

E F G

De Carolo Ludo. Ger. regis regnum Langobardorum obtinente: Nortmãnnorum ſtrage: Ludo. Ger. regis in Franciam aduentu: de altera Nortmannorum clade & vice quam rependerunt: de regni Francorum inter hæredes diuiſione: De motu eorum & Ludo. Germa. in Hugonem Lotharij filium & in Boſonem: De Viennæ obſidione & Caroli in imperatorem coronatione: De Ludouici in Nortmannos victoria & ſubſequente eiuſdem fuga: de Ludouici filij regis Germa. & Ludouici regis Francorum morte.

CAP. XL.

CArolus Ludouici quondam regis Germaniæ filius in Lãgobardiam perrexit: & ipſum regnum obtinuit. Cum quo apud Vrbam, antequam montem Iouis tranſiret, Ludouicus & Carlomannus loqui perrexerunt. Et illo eunte in Langobardiam, ipſiſque reuerſis ab eodem itinere, nuntiatum eſt eis quòd Nortmanni qui erant in Ligeri, terreno itinere terras illas deprædabantur. Et ſtatim moti in illas partes, in die feſtiuitatis ſancti Andreæ eos inuenientes, multi ex Nortmannis occiſi, & plures in Vigienna fluuio abſorpti perierunt: & exercitus illorum Deo volente cum victoria incolumis remeauit.

Anno DCCCLXXX. Incarnationis dominicæ, Ludouicus rex Germaniæ vnà cum vxore ſua, ab Aquiſgrano in has partes iter arripuit, & vſque ad Cluziacum venit: vbi Gozlinus & Conradus illi obuiam venerunt, quam

[Margin: Carolus Lu. Ger. filius Langobardiæ regnum obtinet. — Nortmãnorũ ſtrages. — 880. — Lu. Ger. in Galliam venit. — al. DuZiacum.]

H

A quam plurimis iam de illorum cóplicibus ab illorum ſocietate retractis.
Indéque Ludouicus & vxor ſua ad Attiniacum indéque ad Hercuriacum:
& ſic vſque ad Ribodi montem peruenerunt. Et videntes quod Gozlinus
& Conradus quod ei polliciti fuerant præſtare nequiuerũt, & ipſe ac vxor
ſua quæ ſperauerunt obtinere non poſſent; pactis amicitiis cum filiis Lu-
douici regis Francorum, & condicto placito futuro menſe Iunio ad Gun-
dulfi villam, reuerſi ſunt in patriam ſuam. Et in itinere inueniens Ludoui-
cus Nortmannos, domino opem ferente, magnam partem eorum cum
exercitu ſuo occidit: ſed in Saxonia magnum damnum in fidelibus ſuis
per Nortmannos ſuſtinuit.

Nortmãni rurſum caſi vicem rependũt.

Filij autem Ludouici quondam regis Francorum profecti ſunt Ambia-
B nos: & ſicut fideles illorum inuenerunt, regnum paternum inter ſe diuiſe-
runt. Id eſt vt Ludouicus quod de Francia reſiduum erat ex paterno re-
gno, ſed & Neuſtriam cum marchiis ſuis haberet: & Carlomannus Bur-
gundiam & Aquitaniam cum marchiis ſuis obtineret: & quique de pri-
moribus ſecundum conuenientiam in cuius diuiſione honores habuerũt
illi ſe commendarent. Inde Compendium remeantes, ibi paſcha celebra-
uerunt: & poſt hęc per Remos & Catalaunos, ad placitum condictum me-
diante Iunio apud Gundulfi villam obuiam ſuis conſobrinis venerunt.
Quò Ludouicus infirmitate detentus venire non potuit: ſed pro ſe legatos
ſuos direxit. Carolus autem à Langobardia rediens illuc venit. In quo pla-
cito communi conſenſu inuentum eſt, vt ipſi reges Ludouici quondam
C filij ad Attiniacum redirent cum ſcara Ludouici Germaniæ regis, & Hu-
gonem Lotharij iunioris filium impeterent. Quò venientes quia Hugo-
nem non inuenerunt, ſororium illius Theobaldum bello aggreſſi ſunt:
& multis interfectis eum in fugam verterunt. Indéque cum exercitu ex re-
gnis ſuis, vna cum ſcara Ludouici regis Germaniæ prædicti reges, ordina-
tis qui regnum ſuum contra Nortmannos in Ganto reſidientes cuſtodi-
rent, in Burgundiam verſus Boſonem per menſem Iulium à Trecarum
ciuitate perrexerunt: Carolo rege illuc cum † exercitu ſuo in Boſonem
venturo. In quo itinere eiectis de caſtro Matiſcano Boſonis hominibus,
ipſum caſtellum ceperunt: & cum comitatum Bernardo, cognomento
plantę piloſę, dederunt. Perrexerúntque ſimul Carolus, Ludouicus & Car-
lomannus ad obſidendam Viennam, in qua Boſo vxorem ſuam cum filia
D & magnam partem de ſuis hominibus relinquens, fugam ad montana
quædam arripuit.

Regni diuiſio. Ludouici portio. Carolamãni pars.

Theutboldum.

† al. Hoſte. vt ſæpe ſupra, in C. MS.

Viẽna obſidio.

Carolus autem, qui ſe vnà cum conſobrinis ſuis Viennam obſeſſurum
promiſerat, mox vt quædam ſacramenta vtrinque inter eos facta fuerunt
illis valedicens, ab ipſa obſidione receſſit: & in Italiam perrexit. Indéque
citato itinere Romam veniens, à Ioanne Papa in die natiuitatis domini in
imperatorem vngi obtinuit.

Obſidio partim ſoluitur. Carolus fit imperator.

Anno Incarnationis dominicæ DCCCLXXXI. remanente Carlo-
manno cum ſuis contra Boſonis ſeditionem, Ludouicus frater eius reuer-
ſus eſt in partem regni ſui contra Nortmannos: qui vaſtantes omnia in

881. Nortmãni graſſantes cæduntur.

Ludouici poſt victoriam fuga.

ſuo itinere Corbeium monaſterium & Ambianenſem vrbem aliáque ſancta loca occupauerunt: de quibus non modicam partem occiſis, cæteríſque fugatis, & ipſe Ludouicus vnà cum ſuis retrorſum, nemine hoſtium perſequente, fugam arripuit diuino manifeſtante iudicio: quia quod in E

Caſtellum inutile.

Nortmannos fuerat actum, non humana ſed diuina virtute patratum extiterit. Iterum nanque Nortmannis regredientibus in partem regni ſui, idem Ludouicus cum quibus potuit copiis eis obuiam ire perrexit; & caſtellum, materia lignea, quorundam conſiliariorum ſuorum hortatu in loco qui dicitur Stromus clauſit, quod magis ad munimen Paganorum, quàm ad auxilium Chriſtianorum factum fuit: quoniam ipſe rex Ludouicus inuenire non potuit cui id caſtellum ad cuſtodiendum committere poſſet.

Ludouici filij Ludo. Ger. mors. 882.

Indéque reuerſus anno DCCCLXXXII. apud Compendium natiuitatem domini ſed & ſanctum Paſcha celebrauit: vbi nuntiatum eſt ei quòd conſobrinus ſuus Ludouicus, Ludouici regis Germaniæ filius, inutiliter ſibi & eccleſiæ ac regno viuens, morti ſubcubuit. Venientes autem primores partis illius regni quæ ipſi Ludouico in † Lotharinga data fuerat, quatenus quæ pater & auus illorum habuerunt eis concederet, voluerunt ſe illi commendare: ſed conſilio primorũ ſuorum, propter ſacramenta quæ inter eum & Carolum facta fuerunt, non eos in commendationem recipit: ſed & ſcaram hoſtilem, cui præfecit Theodoricum comitem quaſi in adiutoriũ illorum contra Nortmannos diſpoſuit: & ipſe vltra Sequanam, perinde ac ſi recepturus Britonum principes & bellatores, contra Nortmannos vſque Turonos perrexit. Vir plenus omnibus immunditiis & vanitatibus infirmatus eſt corpore, & lectica deportatus vſque ad monaſterium S. Dionyſij menſe Auguſto ibi mortuus eſt & ſepultus. F G

† al. in Loceriũ. Eademq́; vox repetitur ſeq. cap.

Ludouicus Frãcorum rex quẽ ſigillas moritur.

De Nortmannorum circa Coloniam graſſatione: Viennæ deditione: Nortmannorum ad maritima receptione: Caroli imperatoris in eos & præcipuè in Sigefridum profuga largitione: Parrhiſiorum à Nortmannis obſidione: & eorundem repulſione: & templi ſancti Germani per eoſdem violatione: & eorum Laudunum vſque & Remos graſſatione: Hincmari cum reliquis fuga: Remorum miraculoſa conſeruatione: & Nortmannorum partim occiſione, partim elapſu & ſequitia. CAP. XLI.

H

PRimores autem regni expeditum nuntium miſerunt ad Carlomannum: mandates vt relictis qui Viennam obſiderent & ſeditioni Boſonis reſiſterẽt, ipſe quàm ocyſſimè ad eos venire feſtinaret: quoniam ipſi hoſtiliter præparati erant in occurſum Nortmannorum qui ciuitates Coloniam & Teueros cum monaſteriis ſibi contiguis iam incenſas, & monaſteria ſancti Lamberti in Leodio & proxime, & inde Aquiſgranenſe etiam palatium, omniáque monaſteria parochiarum, Tungrenſis videlicet, Ambianenſis, Cameracenſis, & parte Remenſis parochiæ, ſuæ ditioni addicta & parte cum caſtello Moſomenſi, incenſa & Vvalam Mettenſem epiſcopum

A epiſcopum, contra ſacramẽtum, auctoritatem & epiſcopale miniſterium, armatum & bellantem occiſum, & ſociis eius fugatis habebant. Ipſi autem parati erant illum recipere & ſe illi commendare: ſicut & fecerunt. Dum autem in eodem procinctu degeret, menſeq; Septembrio nuntiatum eſt illi certo nuntio, quia capta Vienna vxorem Boſonis & filiam eius Richardus frater ipſius Boſonis ad comitatum ſuum Auguſtidunenſem adductam habebat. Sed & Aſtingus & complices illus Nortmanni, à Ligeri egreſſi partes maritimas petierunt. Carolus autem nomine imperator, contra Nortmannos venit cum multo exercitu vſque ad illorum firmitatem. Quò veniens concidit cor eius: vt placitamento Godefridum cum ſuis ad baptiſmum ſuſciperet, & Friſiam alióſque honores quos Roricus

Arma Epiſcopi non corporalia ſed ſpiritualia, eſſe debent.

B habuerat exciperet, interueniente quorundam obtentu. Sigefrido etiam & Vvrmoni illorúmque complicibus plura millia argenti & auri, quæ de theſauro ſancti Stephani Mettenſis aliorúmque ſanctorum locis arripuit, dedit: & ad deuaſtationem ſui regni atque conſobrini ſui partim, ſicut & antea fecerant, reſidere permiſit. Idem nanque Sigefridus cum quadraginta milibus Nortmannorum Pariſius vrbem obſederat. Sed reſiſtente Goſlino prædicto præſule ipſius vrbis & abbate cœnobij ſancti Germani, necnon Odone tunc comite, poſtea Francorum rege, meritis ſanctæ Dei genitricis Mariæ, almíque Germani ſuffragiis, prædictis principibus opẽ ferentibus, vrbem iam dictã non valentes accipere abſceſſerunt. Tunc etiã corpus beatiſſimi Germani in † arciſterium eiuſdem ſancti pontificis, in

† melius Aſceterium. fuit autem eo loci, vbi nũc eſt parrochia S. Germani veteris.

C ciuitate prædicta ſitum, à monachis delatum fuit. Eccleſiam verò eius in ſuburbio poſitam pagani omnibus complentes ſpurcitiis deuaſtauerunt: & plurimis ipſorum virtute ſancti præſulis extinctis, confuſi abierunt. Vnde prædictus Odo gauiſus miraculis quæ in prædicta obſidione à ſancto præſule Germano patrata viderat, adepto culmine regio, vaſculum in quo nunc ſanctiſſima pontificis membra Deo diſponẽte requieſcunt, auro & gemmis honorificè componi fecit.

Capſa aurea S. Germani, ab Odone comite, & poſtea Francorũ Rege conflata. Nunc eſt alia partim aurea partim argentea: quam Guillelmus 3. Abbas anno 1408 fieri curauit.

Carolus autem Hugoni Lotharij iunioris filio facultates eccleſiaſticas Mettenſis epiſcopij (quas ſacri canones futuro epiſcopo reſeruari præcipiunt) ad conſummandum commiſit. Angilbergam verò Ludouici Italiæ imperatoris vxorem, quam in Alemanniam traduxerat, per Leudardum Verſellenſem Ioanni Papæ ſicut petierat Romam remiſit: & ſic

D reuerſus Vvarmatiam placitum ſuum Kalend. Nouemb. habiturus, à Nortmannis receſſit. Ad quod placitum Hugo abbas quibuſdam ſociis ſecum aſſumptis profectus, Carolum adiit, pro petitione partis regni quam frater ſuus Ludouicus in locarium acceperat: vt ſicut ipſe Carolus olim promiſerat, Carlomanno reſtitueret. Vnde nil certi obtinuit: ſed abſentia illius in regno magnum detrimentum fecit: quia Carlomannus non habuit, quibuſdam regni primoribus ab ipſius auxilio ſe retrahentibus, vnde Nortmannis poſſet reſiſtere. Quapropter vſque Laudunum caſtellum venerunt: & quæ in agro ipſius caſtelli erant deprædati ſunt & incenderunt, diſponentes Remos venire, indéque per Sueſſo-

Loriacũ, Idẽ ſonare videtur quod appẽnagium.

Nortmãni Laudunum vſque graſſantur

nas & Nouiomagum pergentes; ad præfatum caſtellum expugnandum E
Hincmari fuga. redire, & regnum ſibi ſubiicere. Quod pro certo audiens Hincmarus epiſcopus (cuius homines de poteſtate Remenſis epiſcopij cum Carlomanno erant) vix noctu cum corpore S. Remigij & ornamentis Remenſis eccleſiæ, ſicut infirmitas corporis eius poſcebat, ſella geſtatoria deportatus, & canonicis ac monachis atque ſanctimonialibus hac illácque diſperſis, vltra Matronam in quandam villam quæ Sparnacus nominatur, vix fuga elapſus peruenit. *al. plenitudine illorũ.* Scara autem Nortmannorum plenum exercitum præueniens, vſque Remenſem portam peruenit. *Remorũ miraculoſa protectio.* Quæ iis quæ extra ciuitatem inuenit deprædatis villulas quaſdam incendit: ſed ciuitatem, (quam nec murus nec humana manus defendit) Dei potentia & ſanctorũ merita, ne illam ingrederentur, defenderunt. *Nortmãnorum cædes.* Carlomannus autem aduentum Nortmannorum audiens, cum quibus potuit copiis eos aggreſſus, magnam F partem de iis qui prędam ducebant occidit: ſed & partim in Axona necati ſunt: maximè autem ex illis qui Remos adierant, volẽtibus ad ſocios ſuos redire, prædam excuſſit. Maior verò & fortior pars de Nortmãnis, in quadam villa quæ vocatur Auallis ſe recluſit: vbi eos illi qui erant cum Carlomanno ſine periculo ſuo aggredi nequiuerunt: vnde circa veſperam pedetentim retro reuerſi, in vicinis villis ſe collocauerunt. Nortmanni verò *Nortmãnorũ. elapſio.* mox vt luna eis alluxit, ab ipſa villa egreſſi itinere quo venerant redierunt.

Nortmãnorũ ſæuitia. Reliquiarũ tralatio. Ea tempeſtate Aſtingo cum Nortmannis vbique ſæuiente, multa corpora ſanctorum à propriis locis in Franciam delata ſunt. Tunc etiam corpus beatiſſimi Leufredi abbatis à Nortmãnia in quibuſdã partibus Franciæ circumquaque delatum, ad vltimum vnà cum oſſibus beati Agofridi fratris ſui, necnon & corpore ſanctiſſimi Turiaui Dolenſis eccleſiæ archipræſulis, apud monaſterium ſancti Germani in ſuburbio Parhiſienſi, vbi Deo diſponente adhuc requieſcunt, tranſlata ſunt. G

De Ludouici regis filij Carlomanni ignauia, coniugioque ſacrilego: Danorum in Neuſtriam aduentu, & effero propoſito, eorumdemque per Hugonem abbatem inſigni clade: De abbatibus ſancti Germani: Caroli Simplicis infantia: Odonis Andegaui in tuenda & gubernanda eiuſdem infantili ætate egregie nauata opera, & Caroli regno: De Nortmannorum à Burgundia per Richardum ducem expulſione: Terræmotu: Nortmannorum à Carnoto non ſine magna cęde depulſione: Comete: & fame valida: Prodigioſis in cœlo aciebus: Diſcordiaque Caroli ſimplicis cum primoribus Francorum: De Richardi Burgundi morte: Roberto abbate diui Germani: Abbatiiſque beneficio Caroli regis, cœnobio S. Germani addictis. H

Cap. XLII.

Ludouicus ignau', aut Feyneãt. Verùm Carlomanno rebus humanis exempto filius eius Lodouicus ſucceſſit: qui Nilfaciens prænomen ſortitus eſt: ſiue quòd regno potitus

A potitus nil ſtrenuè geſſit:ſeu quòd ſanctimonialem quadam, ſicuti à maioribus accepimus, è kale monaſterio puellarum abſtractam coniugio copulans ſuo, peccatum quò nullum maius eſſe noſcitur perpetrarit. Huius in diebus, effera memoratorum natio Danorum, Neuſtriis tertiã inflictura cladem aduenit:intuliſſétque maiorem ſuperioribus cladem, ni Hugo ſupradictus per Gallias abbatis honore præditus, corũ cõpeſcuiſſet temerarios auſus. Siquidem parua manu innumeras hoſtium phalanges ita fudit, vt vix nuncius ſuperuiueret. Qua plaga humiliati Dani, Gallias per aliquot ſpatium temporis quietas reliquerunt. Ea tempeſtate Gozlino epiſcopo & abbate defuncto, Ebolus nepos eius abbatiæ ſuſcepit regimen. At Hugone vltimos vitæ ſuæ claudente ſoles, Ludouicoq; princi-

Ebol⁹ Abbas S. Germani.

B pe poſt adminiſtratum regnum per aliquod temporis ſpatium diẽ obeũte, Carolus filius eius (qui ſimplex poſtea dictus eſt) in cunis æuum agens, patre orbatus remanſit. Cuius ætatem Franciæ primores incongruam (vt erat) exercendæ dominationis arbitrati, maximè cùm iam recidiui Nortmannorũ nunciarentur motus, conſiliũ de ſummis ineunt rebus. Supererãt autem duo filij Roberti comitis Andegauorum, qui fuit Saxonici generis vir: ſenior ex his Odo dicebatur: Robertus alter, patrem nomine referens. Ex his maiorem natu Odonem Franci, Burgundiones Aquitaniẽſéſque proceres congregati in vnum, licet reluctantem, tutorẽ Caroli puèri, regníque elegêre gubernatorem: quem vnxit Galtherius archiepiſcop⁹ Senonum. Qui mente benignus, & reipublicæ hoſtes arcẽdo ſtrenuè prǣfuit, paruulum optimè fouit, eíque ſemper extitit fidelis. Quo obeunte, re-

Carolus ſimplex adhuc infans.

Robertus Comes, pater Odonis Regis vir Saxonici generis.

C cepit regnum Carolus puer, qui vocabatur ſimplex, filius Ludouici. Sub ipſo tempore venerunt Nortmanni in Burgundiam ad ſanctum Florentinum: occurrit autem illis Richardus dux Burgundiæ cum ſuo exercitu in territorio Tronoderenſi, irruenſque in eos percuſſit multitudinem ex eis in ore gladij, & reliqui fugerunt. Tempore illo factus eſt terræmotus, circa cœnobium ſanctæ Columbæ virginis, quinto Idus Ianua. Itémque obſidentibus Nortmannis Carnotinam ciuitatem, prænominatus Richardus & Robertus princeps frater Odonis regis irruerunt in eos: peremptíſque ex Paganis ſex milibus octingentis, à paucis qui remanſerunt obſides ceperunt, XIII. Kalend. Auguſti in ſabbato: auxiliante illis ſuperna clementia per interceſſionem ſanctæ Dei genitricis Mariæ. Poſt hæc autẽ

D mediãte menſe Martio apparuit ſtella à parte circij, emittens radium magnum ferè diebus quatuordecim. Sequẽti autem anno fuit fames magna per totam Galliam.

Deinde poſt quinque ferè annos, Kalend. Februa. igneæ acies viſæ ſunt in cœlo diuerſorum colorum quod mirum fuit, alternatim ſe inſequentes. In ipſo anno fuit magna diſſentio inter regem & principes eius. Ob hanc cauſam plurimæ ſtrages per petratæ ſunt Chriſtiani populi: ſed fauente Deo omnis illa contradictio ceſſauit. Tertio autem anno poſt hanc perſecutionem, defunctus eſt Richardus dux Burgundiæ Kalendis Septemb. ſepultúſq; in baſilica ſanctæ Columbæ virginis, in oratorio ſancti

Prodigia acierũ in cælo viſarum.

Diſcordia regis cum principib⁹.

Richardi Burgundi mors.

A *miſſarúmque oblationibus frequentent. Diem quoque noſtrę vnctionis, quinto calendas Februarii, ſolennitate Sanctę Agnetis, cum ſumma refectione celebrent. Poſt obitum verò noſtrum mutentur & orationum & refectionum pręſidia in diem noſtrę migrationis. Et ſuper hanc ceſſionis auctoritatem hoc noſtrum regale pręceptum fieri iuſſimus. Per quod decernimus atque iubemus, vt nullus quilibet fidelium ſanctę Dei eccleſię pręſentium & futurorum de prę-notatis rebus inquietudinem aut refragationem vel pręiudicium ſeu violentiam nec ipſe Abba eius Cœnobij facere temptet. Sed potius ſine vlla ſubtractione vel diminoratione atque diuiſione liceat eas res eidem congregationi cum omni integritate inuiolabiliter abſque vlla calumnia & contradictione ſecuriter ac perpetualiter poſſidere & frui. Ergo hæc noſtrę auctoritatis* B *pręceptio, vt firmiter continuationis vigorem obtineat, ac veraciter per curricula annorum ſuccedentia credatur: manu propria ſubter firmantes, anulo noſtro eam iuſſimus inſigniri.*

SIGNVM KAROLI REGIS GLORIOSISSIMI.

GOZLINVS NOTARIVS AD VICEM HERIVEI ARCHIEPISCOPI SVMMIQVE CANCELLARII RECOGNOVIT.

Datum II. Idus Martij, indictione VI. Regnante Carolo Rege glorioſo. Redintegrante XXI. Largiore verò hæreditate indepta VI.
C Actum Compendio Palatio, in Dei nomine feliciter. Amen

(ROBERTVS PRINCEPS CVPIDITATE MAGIS DVCTVS, QVAM DE CVRA ANIMARVM SOLICITVS, ABBATIAM SANCTI GERMANI ACCEPIT) Hic Robertus, Comes Pariſiorum, & Marchio ſiue Markio, filius Roberti cognomento fortis, Comitis Andſum, in bello Nortmannico occiſi, fratérque Odonis Regis, vxorem habuit ſororem Heriberti Comitis Viromandorum tunc potentiſſimi. Sed quia neſcit modum tenere ambitio, præter dignitates temporales etiam eccleſiaſticas concupiuit: & à Carolo Rege, nomine réque ſimplice Abbatiam noſtram, peſſimo exemplo (quod Hugo magnus, filius eius, ac nepos Hugo Capetus retinuerunt, & modò Principes viri, proh dolor, amplexantur) petiit obtinuítque. At dubium eſt (nam magna & inſcrutabilia ſunt iudicia Dei) ſi non propter hoc, alterum in bello, alterum in carcere perire contigit. *Virgil. l 3. Æneid.* Vtinam Rex tale reſponſum Rotberto, quale quondam Otho Germaniæ Rex cuidam Comiti Abbatiam opulentiſſimam petenti, in compenſationem ſuorum (vt aiebat) ſeruitiorum, dediſſet: equidem ſaluti animæ eius ſuæque pariter conſuluiſſet, bona eccleſiæ mi- D niſtris (quibus dicata ſunt) conſeruaſſet, harpyiſque ſecularibus (quæ nunc monachorum diripiunt dapes, contactúque omnia fœdant) feneſtras occluſiſſet. *Quidam Comes prædiues (ait Liutprandus) cuius multitudo militum Regis Othonis aciem condecorabat, videns quamplurimos ex Regis acie deſertores ac transfugas fieri, tacitus hæc ſecum voluere cœpit. Quicquid à Rege in hac turbatione conſtituto petiero, ſine dubio impetrabo: præſertim quum & acre nobis bellum immineat, at ſe ne deſeram timeat. Nunciis itaque directis Regi ſupplicat, Abbatiam quandam Laureſheim dictam, prædiis ditiſſimam ſibi concedat. Quibus ille reſpondit. Illi quid ſuper hac re ſentiam, verbis ipſe potius explicabo quam nunciis. Quod comes qui hos direxerat audiens, immenſa eſt animi affectus lætitia, ſperans ſe quod popoſcerat impetraſſe. Vnde & moræ impatiens, Regem adyt: eúmque ſententiam ſuper hac re promere poſtulanit. Cui Rex populo circunſtante: Obedire (inquit) magis oportet Deo quam hominibus. Quis enim ſanum ſapiens ignorat te hac non humilitate petitionis, ſed comminationis auctoritate dixiſſe? Scriptum eſt enim, Nolite ſanctum dare canibus. Quod quamuis à doctoribus ſpiritualiter intelligendum eſſe prædicetur: ego tamen ſatis me dare canibus ſanctum cenſeo, ſi monaſteriorum prædia, quæ à religioſis viris Deo ſunt mili-*

Li. 4. de rebus per Europam geſtis, cap. 15.

„ *tantibus tradita, tulero, & ſeculo militantibus dedero. Tibi verò tam procaciter iniuſta petenti ſub teſtimo-*
„ *nio totius populi, nec hoc nec aliud vnquam te à me accepturum eſſe teſtifico. Si cordi tibi eſt cum cæteris infi-* E
„ *delibus auolare: quanto citius tanto melius. His auditis (quia facies ſpeculum eſt mentis) cordis verecundiam*
„ *vultus rubore nudans; conciti ſque Regis ad pedes corruens, ſe peccaſſe, ſe grauiter deliquiſſe confeſſus eſt.*
„ Hæc Liutprandus, Ticinenſis eccleſiæ Leuita. In de reb. eccl. non alien. locus eſt Concilij Lugdunenſis, qui tales terrere deberet, ſi non in cura animæ ſupinos ſtertentes, hirundinum ſtercus, id eſt calidum pecuniæ lucrum eos excœcaſſet. *Qui* (inquit) *res eccleſiæ petunt, à regibus, & horrendæ cupiditatis impulſu egentium ſubſtantiam rapiunt, irrita habeantur quæ obtinent: & à communione eccleſiæ (cuius facultatem auferre cupiunt) excludantur.*

(SEQVE ABBATEM VOCITARI FECIT) Hodie militares viri alijque laici Abbatiarum retentores, libenter quidem à nomine Abbatis abſtinent, ſed non à redditibus. Nec deſunt confidentiarij, vel œconomi per antiphraſim dicti, qui illud cum aliquantula ipſorum redditu um portione ſuſcipiant: ſcilicet vt inconſutilem Chriſti tunicam, quam milites integram conſeruarant, iſti longe aliis deteriores, inter ſe diuidant.

STATVENS DECANOS, QVI CVRAM HABERENT MONACHORVM) Idipſum confirmare eſt, quod ſuperius dixit: Robertum de cura animarum non fuiſſe ſolicitum. Decanorum, ſiue (vt loquitur Æmilius) Decurionum locum tenent Priores clauſtrales ac Vicarij regulares: quos Commendatarij generales in temporalibus & ſpiritualibus nominant, ſed cum hac reſtrictione, quoad conuentum. Nam in eam partem quæ eos contingit nolunt quenquam iniicere manus. F

(ABBO SVCCESSIT) Is eſt auctor duorum librorum de obſidione vrbis pariſiacæ, quos verſu editos magiſtro ſuo Aimoino adhuc iuuenis dicauit, & nunc in ſenili ætate Decanus à Roberto conſtitutus eſt. Talem enim dignitatem annis maturum habere decebat: maxime viro militari & vxorato pro Abbate ſe gerente, nec tamen eius munia exercere valente.

In præcedens Regis Caroli ſimplicis priuilegium.

DOnatio Abbatiæ Crucis S. Audoeni monaſterio ſancti Germani à pratis facta eſt de conſenſu monachorum: qui à ſæuitia Nortmannorum fugientes, ad nos dudum cum ſacris corporibus Audoeni Archiepiſcopi Rotbomagenſis, & piorum fratrum Leufredi atque Agofredi ad noſtram Baſilicam conuolarant, & in aliorum ſocietatem conſortiúmque admiſſi, ſe ſuáque vltrò obtulerant, nihil vnquam repetituros ſpondentes. Quod tamen minimè præſtiterunt. Nam pace cum Rollone Nortmannorum duce firmata, ad ſuum monaſterium licet ſpoliatum ac maiore ex parte dirutum reuerti concupierunt. Ita tamen vt in memoriam humanæ eorum receptionis, ac per aliquod annos nutritionis, & modò indulti regreſſus, remaneret in eccleſia. S. Germani corpus Beati Leufredi, excepto brachij oſſe, quod ſecum tulerunt. G

Leufredani monachi hodie aſſerunt corpus ſancti Barſenorij quondam eorum Abbatis, ad noſtrum monaſterium, cum Beato Leufredo tranſlatum fuiſſe: ſed nil ſcripto docent, nec vlla eius particula apud nos habetur. S. Barſenorius cum fratre B. Leufredo putabatur eodem loculo cõtineri: Verum anno Chriſti 1595. die 16 Iulij eo aperto, non niſi ipſius Leufredi oſſa, nec omnia (nam quædam diuerſis temporibus deuotio aliarum eccleſiarum impetrauit) apparuerunt. Quæ R.P. Arnaldus Pontacus Vaſatenſis Antiſtes in alium loculum forinſecus deauratum tranſpoſuit.

(ABBATIAM, QVAE NVNCVPATVR CRVX SANCTI AVDOENI) Sanctus Audoenus Rothomagenſium Archiepiſcopus, immotis currus (quo propter ſenium vehebatur) equis remanentibus, etiam ſi crebris flagelli ictibus ad procedendum ab aurigà vrgerentur, vidit in cœlo ſplendidam crucem: acceptúmque arantis agricolæ ſtimulum in crucem conuertit, & ceſpiti congeſto infixit, adiungens quaſdam ſanctorum reliquias. Quo loci quum crebra fierent miracula, Sanctus Leufredus ibidem Cœnobium condidit: quod Crucis Sancti Audoeni appellationem retinuit. Inter Ebroicenſe oppidum & ſuperbum Gaillonei caſtrum ſitum, ab vtroque duabus leucis diſtat: frequentiuſque à populo cauſam primi nominis ignorante, Crux Sancti Leufredi quam ſancti Audoeni hodie nominatur. Vitam huius ſancti habes apud Surium, tomo 4. de ſanctis, Die 24. Auguſti. H

De

A *De Roberti principis rebellione, tyrannide, & cęde: Sociorúmque eius peruicacia: De Caroli ſimplicis regis captiuitate & in carcere obitu: De Ludouico rege ex Angla nato in Angliam cum matre profugiente: De Hugone Magno & Rodulfo Burgundo: Ludouici regis reuocatione & coronatione & prodigiis cæleſtibus.* CAP. XLIII.

MOrtuo autem prædicto duce Richardo, ſecundo anno poſt mortem eius rebellauit Rotbertus princeps contra Carolum ſimplicē: & quia pars ei regiminis, quam Germanus ſuus Odo Francorum rex tenuit, non redhibebatur, palàm tyrannidem inuaſit. Qui magis cupiens
B eandem tyrannidem exercere, à quibuſdam epiſcopis diademate ſe regio coronari, ac ſceptro regni inſigniri, ac inūgi partim blanditiis partim minis extorſit. Sed nequaquam huius præſumptionis lætos habuit exitus. Nec dum enim expleto anno factum eſt bellum apud Suſſionenſem ciuitatem, inter Carolum ſimplicem & ipſum Robertum, vbi ipſe Robertus à ducibus Caroli † interfectus eſt: licet exercitus eius victoriam obtinuerit, ipſe tamen nefariæ temeritatis pretium luit. Nec tamen ſocij defectionis eius territi, perfidiæ deſeruere contumaciam. Carolo itaque à cæde reuertente, occurrit ei Herbertus comes Virmandenſis iniquorum nequiſſimus: & fictæ pacis ſimulatione deceptum, in † Paronanſe caſtrum hoſpitandi gratia compulit: & ſic eum dolo captum tenuit, vinculíſque irreti-
C tum tenebroſo domicilio recluſit. Habebat enim idem Rotbertus ſupradictus ſororem huius Herberti: de qua natus eſt Hugo Magnus. Et quia ſtatus regni ſine principe agebatur in incertum: ideo Carolus poſitus in cuſtodia Rodulfum filium Richardi ducis Burgundionum, quem de ſacro fonte ſuſceperat, cum cōſilio Hugonis magni (filij ſupradicti Rotberti) & procerum Francorum in regem ordinari præcepit: vnctúſque eſt in regem Rodulfus Sueſſionis. Carolus autem poſt longam carceris macerationem defunctus eſt in ipſa cuſtodia, & ſepultus in baſilica ſancti Furſei: relinquens filium Ludouicum, ex Headhigina Anglorum regis filia ſuſceptum. Qui calamitatis paternæ procela ſemet inuolui metuens, ad Anglos Saxones maternæ affinitatis inuitatus gratia ſe contulit: arbitratus ſe tutiorem manere in tranſmarinis regionibus, quàm inter ſuos ſodales.

† Die dominica, Iunij 15. An. 922. Regni autē ipſius Caroli. 23.

† Peronēſe Peronna caſtro.

D Regnauit autem prędictus Carolus ſimplex annos viginti ſeptem. Rodulfo autem regnante, Pagani iterum Burgundiam vaſtauerunt. Factúmque eſt bellum inter Chriſtianos & Paganos in Kalomonte, peremptis à Paganis ex Chriſtianis multis millibus. Sub hoc etiam rege Rodulfo, Hugo magnus abbatis nomen poſt obitum patris ſui Rotberti ſupradicti ſumpſit: & ſub eo, per ſucceſſiones, hi fuerūt monaſterij ſancti Germani decani. Videlicet Armarus, quo ob eunte, ſucceſſit Goſbertus: deinde Abbo. Ii ergo fuere, regnāte Rodulfo ſub Hugone magno Francorum duce & monaſterij ſancti Germani abbate.

Rodulfus autem rex defunctus (qui XII. annis gubernauit Franciæ ſcep-

trum, & valde ſeuerus extitit in coercendis ſanctæ Dei eccleſiæ prædonibus: & magna ex parte fecit manere quietos proteruos impetus Danorũ) E ſepultus eſt in baſilica ſanctæ Columbæ virginis.

Poſt cuius obitum, Hugo magnus vnà cum Francis acceerſens Guillermum archiepiſcopum Senonum, miſit illum ad Headhginam vxorem iam dicti Caroli ſimplicis, quæ fugerat ad patrem ſuum regem Anglorũ: qui ſub ſacramenti titulo, datis obſidibus, reduxit eam in Franciam vnà cum filio. Igitur XIII. Kalend. Iul. vnctus eſt in regem Ludouicus, filius Caroli ſimplicis, apud Laudunum. Secundo autem anno poſt hæc XVI. Kal. Martias, circa Gallorum cantum vſque ad illuceſcentem diem, ſanguineæ acies per totam cœli faciem apparuerunt. Sequenti autem menſe IX. Kal. April. Hungari adhuc Pagani, Franciam, Burgũdiam atque Aquitaniam ferro & igne depopulari cœperunt. F

De Hugonis magni rebellatione: Caritate annonæ: Ludouici captiuitate & morte: Lotharij coronatione: De Hugonis à Pictauis reiectione ope diui Hilarij & eiuſdem morte: De ducibus Burgundię: De Hugone altero duce Francorum: de Anſegiſi epiſcopi eiectione: de Othone primo cum Saxonibus Trecas obſidente & Saxonũ ſtrage: De Helponis vanitate: & Brunonis eius ſocij ad ſuos reditu.

Cap. XLIIII.

Hugonis magni rebellio. Caritas annonæ.

POſt hæc rebellauerunt Francorum proceres contra Ludouicum regem: ſuper omnes autem Hugo Magnus. In ipſo anno facta eſt fames valida per totum regnum Francorum ita vt modius frumenti venundaretur viginti quatuor ſolidis. Cuius tempore, fuerũt hi decani monaſterij ſancti Germani ſub abbate Hugone, Herricus videlicet, ac deinde Hubertus. Inde non poſt multos dies captus eſt idem Ludouicus rex filius Caroli ſimplicis, dolo, in Baiogas ciuitate à Nortmannis, multis Francorũ interfectis, conſentiente Hugone magno. Poſt hęc Maio menſe feria ſexta pluit ſanguis ſuper operarios. Et in ipſo anno menſe Septembrio, Ludouicus rex, totum tempus vitæ ſuæ plenum ducens anguſtiarum & tribulationum, diem clauſit extremum: ſepultúſque eſt Remis in baſilica ſancti Remigij, relictis duobus liberis ſuperſtitib⁹ Lothario atque Carolo: quos ei Gilbergia ſoror Othonis, Romanorum poſtea imperatoris, genuerat. Regnauit autem annis ſexdecim. Sequẽti quoque menſe pridie Idus Nouemb. Lotharius filius eius, iam iuuenis vnctus eſt in regem Remis: & Hugo Magnus factus eſt dux Francorum. Carolus verò frater Lotharij, æuo iunior, priuatis in rebus ſenuit. Secundo anno poſt hæc menſe Auguſto, obſedit ſupradictus Hugo Magnus Pictauos, ſed nihil ei profuit. Dum enim obſideret eandem vrbem, quadam die intonuit dominus terrore magno, diſrupítq; turbo papilionem eius à ſummo vſque deorſum: ſtupórque magnus inuaſit illum cum exercitu ſuo, ita vt vix euaderent: ſtatímque in fugam verſi receſſerũt ab vrbis obſidione. Fecit autem hoc dominus, per interceſſionem beati Hilarij, qui ſemper tutor & defenſor eſt illius

Ludouici captiuitas. Baieux. Sanguinẽ pluit. Ludouici mors. G

Lotharius coronatur. H

S. Hilari⁹ tutor Pictauorum.

A illius vrbis. In ipſo anno defunctus eſt Giſlebertus dux Burgundiæ, relinquens ducatum Othoni, filio Hugonis Magni. Habebat nanque Otho filiam illius Giſleberti in coniugio.

Secundo anno obiit Hugo Magnus Dux Francorum, apud Dordingam villam xvi. Kal. Iul. ſepultúſque eſt in baſilica beati Dionyſij martyris Parrhiſiis. Cui ſucceſſerunt filij eius, Hugo videlicet, Otho & Henricus, nati ex filia Othonis regis Saxonum. Hugo effectus eſt Dux Francorum: & Otho Dux Burgundionum. Defuncto Othone duce Burgundionum, ſucceſſit Henricus frater eius. Sub ipſo tempore oritur contentio inter Anſegiſum epiſcopum Trecarum & Robertum comitem. Eiectus verò de ciuitate epiſcopus Anſegiſus à Roberto comite, perrexit in Saxoniam ad Othonem imperatorem; adducénſque Saxones, menſe Octobrio obſedit Trecas ciuitatem longo tempore. Venientes autē contra prędictos Senones, occurrerunt illis Archembaldus archiepiſcopus & Rainardus comes vetulus cum exercitu maximo, in loco qui vocatur Villare, interfectíſque Saxonibus cum duce ſuo, Helpone nomine, Senonenſes extiterunt victores. Dixerat enim Helpo incenſurum ſe eccleſias & villas quæ ſunt ſuper Venedam fluuium vſque ad ciuitatem, infixurúmque lanceam ſuam in portam ſancti Leonis. Interfectus autem cum populo ſuo à Senonenſibus, deportatus eſt in patriam ſuam Ardennam à ſeruis ſuis: ſic enim iuſſerat mater ipſius Helponis, nomine Vvarna. Planxerunt autem eum planctu magno Rainardus comes & Archembaldus archiepiſcopus: conſanguineus enim illorum erat. 956. *Hugo Capetus, Magni filius, qui vt pater, factus eſt Dux Francorū.* B *In prædā.* *Rainard9 comes.* *La riuiere de Vene.*

C Videns autem Bruno dux, ſocius eiuſdem Helponis qui obſederat Trecas, quòd mortuus eſſet Helpo ſocius ſuus, cum ſuis reuerſus eſt in patriam ſuam.

De Lotharij regis ſtrenuitate in repellendo Othone ab Aquiſgrano. De Othonis à Parrhiſiis expulſu, & de exercitus eius ſubmerſione & ſtrage. De Lotharij cum Othone pace non approbanda. De rectoribus & Abbatibus ſancti Germani. De Lotharij obitu & filij eius Caroli, qui vltimus de ſtirpe Caroli Magni breui tempore regnauit. De Hugone qui rex inungitur Francorum: & Abbatibus ſancti Germani. CAP. XLV.

D DEnique poſt non multos dies Lotharius rex congregans exercitum copioſum valde, renouauit in ditione ſua Lotharium regnum: veniénſque ad palatium quod vocant Aquiſgranum, vbi cōmanebat Otho imperator cum vxore ſua, hora prandendi, ingreſſúſque palatium nemine contradicente, comederunt & biberunt quicquid illi ad vſus ſuos parauerunt. Otho verò imperator cum vxore ſua & populo fugiens reliquit palatium. Deprædato itaque Lotharius rex palatio, & tota prouincia, reuerſus eſt in Franciam cum pace, nemine perſequēte. Poſt hæc Otho imperator congregans exercitum ſuum venit Pariſius: vbi interfectus eſt nepos ipſius Othonis cum aliis pluribus ad portam ciuitatis, incenſo ſubur-

bio illius. Iactauerat nanque ſe extollendo dicens, quòd lanceam ſuam infigeret in portam ciuitatis Parrhiſiorum. Conuocans igitur Lotharius rex Hugonem ducem Francorum & Henricum ducem Burgundionum, irruénſque in eos, fugientibus illis, perſecutus eſt vſque ad Sueſſionenſem ciuitatem. Illi autem ingreſſi fluminis alueum, quod dicitur Axona, neſcientéſque vadum, plurimi ibi abſorpti flumine perierunt: & multo plures conſumpſit aqua quam gladius voraſſet: vt etiam aqua redundaret cadaueribus mortuorum. Aqua enim impleuerat ripas ſuas. Lotharius verò rex conſtanter perſequens illos tribus diebus & tribus noctibus, vſque ad fluuium quod fluit iuxta Ardennam ſiue Argonam, interfecit ex hoſtibus maximam multitudinem. Deſinens autem perſequi illos Lotharius rex reuerſus eſt in Franciam, cum magna victoria. Otho autem imperator cum his qui euaſerant, cum magna confuſione, reuerſus eſt ad propria. Poſt hæc non appoſuit vltra Otho rex vt veniret, aut ipſe vel exercitus eius in Franciam. In ipſo anno pacificatus eſt Lotharius rex cum Othone rege Remis, contra voluntatem Hugonis & Henrici fratris ſui: contráque voluntatem exercitus ſui: Dedit autem Lotharius rex Othoni regi in beneficio Lotharium regnum: quæ cauſa magis contriſtauit corda principum Francorum. Anno quarto Lotharij regis, ſub Abbate Hugone & duce Francorum, Galtherius archicuſtos extitit decanus cœnobij ſancti Germani. Quo decedente Albertus ſucceſſit. Inde Hugo dux ad maiora animum applicans, nutu diuino dimiſſa ſancti Germani Abbatia, quia iam penè ad nihilum (dum non eſſet qui curam eius tam exterius quàm interius ageret) redacta fuerat, ſummis precibus tam regis Lotharij quàm prædicti Hugonis Francorum ducis conſtituit venerabilem Gualonem abbatem: qui inter cætera quæ eidem eccleſiæ contulit bona, pratum ſub ipſo monaſterio ſitum, à dominatione ſancti Germani alienatum cupiditate prædictorum ducum & abbatum, prædictæ eccleſiæ reſtituit: & ab omni inquietudine tam regum quàm omnium mortalium immunem reddidit. Anno DCCCCLXXVI. obiit Lotharius ſenex plenus dierum: ſepultúſque eſt in baſilica beati Remigij Remis. Cui ſucceſſit Ludouicus filius eius iuuenis. ANNO DCCCCLXXXV. obiit Ludouicus rex iuuenis qui regnauit in Francia annis IX. Sepultus verò eſt in baſilica beati Cornelij martyris Compendij: cui ſucceſſit Carolus frater eius filius Lotharij regis. Eodem anno rebellauit contra Carolum Hugo dux Francorum, eò quòd accepiſſet Carolus filiam Herberti comitis Trecarum. Collecto igitur Hugo exercitu copioſo valde, obſedit Laudunum, vbi commanebat Carolus cum vxore ſua. Exiens verò Carolus de ciuitate, fugauit Hugonem cum exercitu ſuo: incenditque hoſpitia vbi manebant hoſtes. Cernens itaque Hugo dux quòd minimè poſſet Carolum vincere, conſilium habuit cum Aſcelino traditore vetulo, qui erat epiſcopus Lauduni & conſiliarius Caroli. Itaque tradens Aſcelinus epiſcopus Laudunum quadam nocte quieſcentibus cunctis Hugoni duci Francorum, vinctus eſt Carolus cum vxore ſua, & ductus in cuſtodiam Aurelianos.

Abbatia S. Germani ad nihilum redacta.

al Vualonem & Vvaldonẽ.

Pratum nunc Pré aux Clers *nuncupatũ*

Carolus fil. Lotharij regnat vltimus de ſanguine Caroli magni.

A Aurelianos. Nondum autem ipſe Carolus erat vnctus in regem reſiſtente duce. Manens verò † Carolus in cuſtodia Aurelianis in turri, genuit illi vxor ſua duos filios Ludouicum & Carolum. Eodem anno vnctus eſt in regem in Reméſi ciuitate Hugo dux, & in ipſo anno Robertus filius eius rex ordinatus eſt. Hic deficit regnum Caroli Magni.

† Hinc veneno ſublatũ ab Hugone capeto, & Cõpẽdiji ſepultũ habent noui annales Franc.

Hugo dux inungitur rex Frãc.

Abbate autem Gualone defuncto tempore ſupradicti Lotharij regis, Albericus ſucceſſit, perdurans vſque in tertiũ annum ordinationis duorum regum, Hugonis videlicet ac Roberti. Cui ſucceſſit piæ memoriæ dominus Abbas Morardus.

Albericus Abbas S. Germani.

Morard⁹ Abbas eiuſdem loci.

(Pratum ſub ipſo monaſterio ſitum. &c. alienatum cupiditate prædictorum Ducum et Abbatum.) Hinc videre eſt quam inſulſè ſchola-B ſtici Academiæ Pariſienſis hoc pratum ſibi à Carolo Magno donatum iactitent: cum prima eius alienatio ab aliquo trium ſecularium Abbatum (neque enim plures antea habueramus) Rotberto inquam Comite, Hugone magno, vel Hugone Capeto præceſſerit. Denique illud Gualo ſiue Vvalo aut Vvaldo Abbas (qui ſub Lothario, generis Caroli Magni penultimo Rege fuit) ſic (vt dictum eſt) alienatum monaſterio reſtituerit. Non abſurdum tamen eſt opinari Vniuerſitatem prædictam ab hac prima alienatione ius aliquod in ipſo prato vſurpaſſe: quod decurſis multis annis (non obſtante Vvaldonis iuſta recuperatione) tandem repetere voluit.

(Anno 976. obiit Lotharius senex.) Annales noui Francorum hic Aimoinum inſigni errore lapſum aſſerunt: Et quidem Lotharium anno 986. obiiſſe, eiúſque filium, Ludouicum quintum, poſtquam nouem annos cum patre regnaſſet, vno duntaxat anno ſuperuixiſſe, ac mortuum anno 987.

C *De Arnulſi Remenſis epiſcopi ab Hugone perſecutione, degradatione & Geberti Gaguino Geberti philoſophi in eius locum ſuffectione: De Seguini epiſcopi Senonenſis fortitudine & magnanimitate: Arnulſi expulſione & reſtitutione: Geberti depoſitione, & poſt ad Papatum vſque Aſſumptione: Hugonis regis obitu: Roberti regno: Seguini pietate & Renardi cuiuſdam obitu.* Cap. XLVI.

IN illis diebus in Remenſium ciuitate erat Archiepiſcopus, vir bonus & modeſtus, frater Lotharij regis ex concubina, nomine Arnulfus. Hugo autem rex inuidebat ei, volens exterminare progeniem Lotharij regis. Congregánſque in vrbe Remenſi ſynodum, in eum locum idem Hugo rex inuitauit Archiepiſcopum Senonicę vrbis, nomine Seguinum, cum ſuffraganeis ſuis. In quo concilio fecit degradare dominum Arnul-D fum Archiepiſcopum Remorum, dolo nepotis ſui, quem tenebat in carcere: dicens non debere eſſe epiſcopum natum ex concubina. In loco verò eius cóſecrari fecit domnum Gebertũ monachum philoſophum. Qui Gebertus magiſter fuit Roberti regis, filij iſtius Hugonis, & domni Leutherici Archiepiſcopi, ſucceſſoris venerabilis Seguini. Arnulfum autem fecit mancipari cuſtodiæ in Aureliana ciuitate. Venerabilis autem Seguinus Archiepiſcopus non conſenſit in degradationem Arnulfi, neque in ordinationem Geberti; iuſſio autem regis vrgebat. Alij verò epiſcopi licet inuiti, tamen propter timorem regis degradauerunt Arnulfum, & ordinauerunt Gebertum. Seguinus autem plus timens Deum quàm ter-

Hæc ſynodus extat impreſſa Frãcofurti. 1600. apud Vvechelos.

al. Gerbertum.

renum regem non modò non conſenſit nequitiæ regis:ſed magis quantum potuit eum redarguit. Propter quam cauſam ira regis contra eum efferbuit. Cum magno itaque dedecore expelli iuſſit Arnulfum de eccleſia beatæ genitricis Mariæ Remenſis, & ſic alligatũ retrudi in carcerem. Alligatus autem in carcere Aurelianæ ciuitatis, vbi detinebatur nepos eius Carolus, manſit ibi annis tribus. Nuntiantur hæc omnia præſuli Romano. Qui valde indignatus ſuper hoc facto, interdixit ſacris omnibus epiſcopis qui Arnulfum deiecerant, & Gebertum ordinauerant. Miſit quoque Leonem Abbatem à ſede Apoſtolica ad domnum Seguinum Archiepiſcopum vrbis Senonicæ, qui vice ſua in vrbem Remenſem ſynodum congregaret: mandans illi vt ſine dilatione reuocaret de carcere Arnulfum, & degradaret Gebertum. Collecto igitur concilio iterum in vrbe Remenſi, ex iuſſione apoſtolici, reuocatus eſt Arnulfus de cuſtodia, & cum honore magno receptus in propria ſede. Gebertus autem intelligens quod iniuſtè pontificalem ſuſcepiſſet dignitatem, pœnitentia ductus eſt. Altercationem verò Geberti pontificis & Leonis Abbatis valde vtilem plenius inuenies in geſtis pontificum Remorum. Poſt hæc domnus Gebertus electus eſt pontifex in vrbe Rauenna, ab Othone imperatore & à populo eiuſdem vrbis. Reſidentéque eo in eadem vrbe pontifice quamplurimos annos, defunctus eſt Papa vrbis Romæ. Statímque omnis populus Romanus ſibi dari adclamat domnum Gebertũ. Aſſumptus itaque de vrbe Rauenna, ordinatus eſt pontifex in vrbe Roma.

Annales Franc. & Io. Tilius ponunt tãtum 996. Anno ab Incarnatione Domini DCCCCXCVIII. obiit Hugo rex: ſepultúſque eſt in baſilica beati Dionyſij martyris Parrhiſiis. Cui ſucceſſit, Robertus filius eius, regum piiſſimus & maximè modeſtus. Anno Domini DCCCCXCIX. venerabilis Seguinus Archiepiſcopus, ab imo cœpit reſtaurare
999. cœnobium ſancti Petri Milidunenſis: & monachos ibi mittens, Abbatem eis perfecit Galtherium nomine.

In ipſo anno, tradidit Galterius miles & vxor eius caſtellum Milidunum Odoni comiti. Congregans verò Robertus rex exercitum copioſum valde, & Burchardus comes ad quem caſtrum pertinebat, conuocánſque ſimiliter Nortmãnos cum Duce ſuo Richardo, obſedit caſtrum Milidunum. Capto igitur caſtro ſuſpenſus eſt Galterius & eius vxor in patibulo. Burchardus autem comes recepit caſtrum Milidunum ſicuti antè poſſederat. At Renardus comes vetulus Senonum, poſt multa perpetrata mala defunctus eſt, & ſepultus in baſilica ſanctæ Columbæ virginis: cui ſucceſſit Frotmundus filius eius, habens in coniugio filiam Rainaldi comitis Remorum.

De Seguini tranſitu: Leotherici epiſcopatu: Henrici Burgundi obitu: Burgundico bello: De Ramardo perſecutore Eccleſię: Abbatibus S. Germani, & Genealogia multorum nobilium. CAP. XLVII.

1000. ANno Domini M. indictione XIII. XVI. Kalend. Nouemb. tranſiit ad Chriſtum venerabilis Seguinus Metropolitanus epiſcopus. Poſt

tranſitum

A tranſitum verò eius, ſtetit eccleſia Senonica ſine benedictione ſacerdotali anno vno. Adclamabat autem omnis populus ſibi ordinari dominum Leothericum, nobiliſſimis ortum natalibus, tunc archidiaconũ omnium bonitate conſpicuum: ſed reſiſtebant quàplurimi clerici, cupientes epiſcopalem conſcendere gradum: præcipuè verò Frotmundus comes filius Renardi vetuli, natus ex mala radice. Sed hoc non permittebat fieri; eò quòd haberet filium clericum nomine Brunonẽ, volens eum facere epiſcopum. Dei autem nutu congregati ſuffraganei epiſcopi Senonicæ eccleſiæ, cum volũtate & auctoritate apoſtolica, ſublato omni timore humano, ſolenniter ordinauerunt dominum Leothericum in ſede pontificali, vt præeſſet eccleſiæ Senonenſi.

B Anno M. I. obiit Henricus Dux Burgundiæ ſine filiis: rebellauerúntque Burgundiones contra regem Robertum, nolentes eum recipere. 1001.
Ingreſſus itaque Landricus comes Niuernis Antiſſiodorum tenuit ciuitatem. Anno Domini M III. Robertus rex aſſumptis Nortmannis cũ duce 1003.
ſuo Richardo & exercitu copioſo valde vaſtauit Burgundiam, obſidens *Burgũdicũ bellum.*
Antiſſiodorum multis diebus. Burgundiones autẽ nullo modo ei ſe ſubdere volentes, vnanimiter ei reſiſtebant. Obſedit etiam Auallonem caſtrum tribus ferè menſibus: & famis neceſſitate illud cepit: túncque reuerſus eſt in Frãciam. Mortuo autem Frotmundo comite Senonum, ſucceſſit ei Rainardus filius eius, infidelium nequiſſimus. Hic perſecutionem *Comites Senonum.*
intulit eccleſiis Chriſti & fidelibus eius, quanta non eſt audita à tempore Paganorum, vſque in hodiernum diem. Archiepiſcopus autem Leothe-
C ricus nimis anguſtiatus pro hac re, quo ſe verteret omnino neſciebat. Totum verò ſe domino committens, in orationibus & vigiliis orabat Chriſtum, vt ſibi ſuperna pietas dignaretur auxiliari. Igitur anno à paſſione
Domini M. XV. indictione XIII. X. Kalend. Maij capta eſt ciuitas Seno- 1015.
num ab Archiepiſcopo Leotherico, per conſilium Rainaldi Parrhiſienſis epiſcopi, & regi tradita Roberto. Rainardus autem comes fugiens nudus euaſit. Fromundus verò frater eius & cæteri milites de ciuitate, ingreſſi in turrim quæ eſt in ciuitate obtinuerunt eam. Rex autem oppugnans eam diebus multis, cepit eam, & fratrem Rainardi comitis Fromundum: quem duxit in carcerem Aurelianæ ciuitatis: vbi & defunctus
eſt. Anno Domini. M. XIIII. obiit Morardus piæ Abbas memoriæ: qui 1014. *Morardus Abbas.*
D eccleſiam beati Germani à paganis ter incenſam, euertens à fundamentis nouam † reædificauit: turrim quoque cum ſigno, multáque alia ibi cõſtruxit. Cui ſucceſſit † Ingo magnæ nobilitatis in ſeculo. Qui poſt annum decedens XII. dum monachi ſæpefati cœnobij ſeculari modo vitam ducerent, piiſſimus Robertus rex vnà cum ſua vxore, videlicet Conſtantia regina accerſens dominum † Guliermũ Abbatem Diuionenſis cœnobij, ei Abbatiam dedit beati Germani: qui eam reguláriter inſtituens, anno domini MXXX. vita deceſſit. Poſt quem prædictus rex cum regina

† Helgaudus Floriacẽſis monachus hoc tribuit Roberto regi, in eius vita. nimirum quia ſũptus Morardo ſubminiſtrabat. Neque enim ad hoc opus cœnobiales multorum annorum redditus ſufficiſſent.

† Ingo Abbas. *† Guillelmus I. Abbas, reformator Cœnobij Sancti Germani.* *1030.*

Adraldus Abbas. Adraldum abbatem conſtituit. In tempore regis Roberti Bema fuit de E
Mõtfort dominio ſancti Germani. Ipſe firmauit Montifortem & Sparnomum.
Amaury. Quandam quoque dominam de Nouigento habuit vxorẽ: de qua vnum
Eſpernõ. filium habuit nuncupatum Amalricum. Idem Amalricus duos filios habuit ſcilicet Simonem & Amalricum. Simon procreauit Amalricum de Monteforti, & Bertrandam vxorem Guilielmi comitis, comitiſſam Andegauenſem.
Meulan. Amalricus genuit Simonem comitem Montisfortis, & filiam quandam comitiſſam de Meſſento.
Genealogia regum Hieroſolymitanorũ. Bertrada habuit filium Fulconem comitem Andegauenſem, poſtea Hieroſolymitanũ regem. De Fulcone procreati ſunt: Balduinus rex Hieroſolymitanus, & Amalricus poſt eum rex Hieroſolymitanus, & Gaufridus comes Andegauenſis, & vxor
Comites Flandriæ. Terrici comitis Flãdrenſis. Gaufridus genuit Henricum Anglorum regẽ. F
Soror eius comitiſſa habuit duos filios, Philippũ ſcilicet comitẽ Flandrẽ-
al. Hugonis de Oſio. ſem, & Matthæum comitẽ Bolonienſem: & vxorem Hugonis de Boſaio.
Theobaldus Filans ſtupas. Tempore Roberti regis, Theobaldus cognomine Filans ſtupas, Foreſtarius eius firmauit montem Lethericum. Ipſe habuit vnum filium nomi-
Montlehery. natum Guidonem, qui accepit in vxorem dominã de Feritate & de Gommet. Idem Guido genuit ex ea Millonem de Brayo, & Guidonẽ Rubeum: comitiſſam quoque Reiteſte, & Bonamuicinam de Pontibus. Helizabeth etiam vxorẽ Ioſcelini de Cortinaco: inſuper dominã de Pinſat: & dominã de ſancto Galerico. Milo genuit Guidonem Truſſellum, Theobaldũ Laboſe & Milonẽ quem Hugo de Creteyo furtim ſtrangulauit, Ramaldum
Dampierre. epiſcopum Trecenſem, matrem Simonis de Breiis, matrem Guidonis de G
domina Petra, matrem Hugonis de Planceyo, matrẽ Milonis de Erueio, matrem Salonis vicecomitis Senonenſis. Guido genuit Hugonẽ de Creteyo, & Biotam, matrem Vvaſtinẽſis vicecomitis Guidonis, matrẽ Humberti de Beliou, vxorem Anſelli de Garlanda, Beatricem de Petrafonte. Tempore Roberti regis, Atho filius cuiuſdam Gaſtellarij de caſtro Rainardo militari honore ſe fecit ſublimari, ipſe firmauit caſtrũ Cortinaci. Idem accipiens in vxorem quandam nobilem dominam, genuit ex ea Ioſcelinum de Cortinaco. Ioſcelinus deſponſauit filiam comitis Gaufridi Foerolem; ex qua genuit vnã filiam, quæ duos filios habuit, Guidonem & Rainardum comitem de Iohegneio. Poſt mortem vxoris ſuæ idem Io-
al. Filiam Guidonis. ſcelinus accepit Helizabeth filiam Milonis de monte Letherico, de qua habuit Milonem de Cortunaco: Ioſcelinum comitem Edeſſæ: Gaufridum H
Chapalij. Milo genuit de ſorore cõmitis Niuernenſis Vvillermum, Ioſcelinum & Rainaudum. Rainaudus genuit vxorem Petri, fratris domini regis, & vxorem Aualonis de Seluiaco.

De Roberti regis obitu & prole. De Parrhiſiacæ vrbis conflagratione. De Philippo rege & nuptiis eius cum Bertha Flandrenſi. De Abbatibus ſancti Germani, & cœnobio ſancti Martini de campis. CAP. XLVIII.

1031. Roberti regis obitus. ANno M. XXXI. incarnationis dominicæ obiit Robertus rex. Qui dum viueret in ſæculo genuit tres filios & vnam filiam: ſcilicet Henricum,

A Henricum, qui poſt eum vnctus eſt in regem, & Robertum ducem Bur- *Henricus*
gundiæ, atque Hugonẽ Antiſſiodorenſem epiſcopum, Adelaidem etiam *rex.*
Rainaldi comitis Niuernenſis vxorem. Tertio verò anno Henrici regis,
& M. XXXIIII. dominicæ incarnationis, vrbs Parrhiſiaca flagrauit incen- *1034.*
dio. Idem rex Henricus neptem Henrici Alemannorum imperatoris du- *Parrhiſiacæ vrbis*
xit in vxorem: ex qua filiam vnam procreauit, quæ infra luſtrum defun- *conflagra-*
cta eſt, matre eius paulo pòſt ſubſequente. Poſt cuius obitũ, rex ſibi quæ- *tio.*
rens coniugij ſolatium, ad Rutenorum regem Galtherum, cognomine
Saueir, Meldenſem epiſcopum direxit: poſtulans vt ei ſuam mitteret fi-
liam: Quod & factum eſt. Huius nomen erat Anna. Conuocata igitur re-
gni ſui procerum multitudine, ſicut decebat tantum virum, illam cele-
B briter duxit in vxorem. Hæc autem Deo deuota, plus de futuris quàm de
præſentibus cogitans, in æterna vita mutuum multipliciter recipere cre- *Anna v-*
dens, apud Syluanectum eccleſiam in honorem ſancti Vincentij conſtru- *xor Rober-*
xit. Cum qua rex feliciter viuens, ex ea genuit tres filios, Philippum vide- *ti regis, fũ-*
licet, Robertum & Hugonem cognomine magnum. Iſte Hugo genuit *datrix ec-*
Rodulfum Viromandorum comitem. Procedente verò tempore anno *cleſiæ S.*
M. XLII. fames valida cœpit, quæ VII. annis durauit. Philippus autẽ, ma- *Vincentij Siluane-*
ior regis filius, viuente patre & iubente, anno domini MLIX. vnctus eſt in *ctenſis.* *1042.*
regem. Rex autem Henricus anno ſequente obiit. Igitur rex magnificus *Fames 6. annorum.*
Philippus, cui tempore ſuo multa adriſit proſperitas, accepit ſibi vxorem *Philippus*
Bertam Balduini comitis Hollandæ filiã, Roberti verò comitis Flandren- *rex.*
C ſis ſororem. Genuit autem ex ea Ludouicũ & Cõſtantiam Boamundi An- *1059. 1060.*
tiochiæ principis vxorem. Rex autem videns dominium ſuum, per inſo-
lentiam prædeceſſorum ſuorum, eſſe diminutum & ferè adnihilatum,
cupiénſque illud reaugere: à quodam milite, Harpino nomine emit Bi-
turicas pretio ſexaginta millium ſolidorum. Poſtea verò motum eſt bel- *Philippus.*
lum, inter Gaufridum barbatum Andegauenſiũ comitem & fratrem eius *1. Rex Bituricarum*
Fulconẽ Rechin comitem † Vvaſtinenſium. Conquerens ſiquidẽ prædi- *emptor.*
ctus Fulco de fratre ſuo, ſuper eò quòd ei paruã terræ partem dediſſet, re- *al. Guilliel mũ Red. in.*
gem adiit, & fideliter compromiſit, quòd totum Vvaſtinenſe ei relinque- *† Guaſti-*
ret, ſi de bello ſibi non noceret. Rex autẽ ſuper hoc accepto conſilio, quod *nẽſiũ, vulgo Gaſti-*
petebat conceſſit. Inuadens igitur Fulco fratrem ſuum, per auxilium An- *nois.*
degauenſium & Turonenſium baronum, hominum multa ſtrage facta, *al. Guilliel mus.*
D eum in campo deuicit, cepit & vſque ad finem vitæ ſuæ in carcere tenuit. *al. Guilliel*
Qua peracta expeditione, Vvaſtinenſe ſicut promiſerat regi Vverpiuit. *mus.*
Rex autem iurauit ſe ſeruaturum conſuetudines terræ illius. Aliter enim *† homa-*
nolebant milites ei facere ſua † hominia. Poſtea aliquot intercurrenti- *gia.*
bus annis, malitia creſcente, concupiſcentia inualeſcente, rex Vilcaſſinum *vulgò, Verſin.*
occupauit, ſuo illud adiungens dominio. Firmauit etiam contra Hugonẽ *Dã-Mar-*
Domni-Martini comitem, caſtrũ quod dicitur Mommeliandum. Anno *tin.* *1061.*
M. LXI. obiit Adraldus abbas ſuſcepítque Hubertus poſt eum abbatiam. *Hubertus Abbas.*
Qui poſt quinquennium decedens, hoc eſt anno domini milleſimo *1066.*
LXVI. Roberto, Abbati quondam ſancti Gandregiſili, Abbatiam reliquit. *Robertus 2. Abbas.*

Quo etiam anno, VII. Kalend. Maij, cometes apparuit ferè diebus v. magnum iubar emittens contra occidentem. Nec multo pòſt, in ipſo videlicet anno, die feſto Michaëlis, comes Normannorum Vvillermus mare E
1072. tranſiit, & Anglorum regnum inuaſit. Anno domini M. LXXII. obiit Ro-
Petrus Abbas. bertus Abbas: cui ſucceſſit Petrus, regis Philippi cãcellarius, natione Apu-
1082. lus. Qui anno domini MLXXXII. decedẽs, domino Iſembardo Abbatiam
Iſembard' Abbas. dimiſit. Illo in tempore, rex ammonitus diuina inſpiratione, ab eccleſia beati Martini de campis clericos Deo & altari minus honeſtè ibi ſeruientes remouit: & eundem locum iuriditioni monaſterij ſancti Petri Cluniacenſis tribuens, ibidem monachos inſtituit, ſancto Hugone præfatum monaſterium Cluniacenſe videlicet regente.

De Vrbano Papa 2. qui in Carlomontenſi concilio expeditionem Hieroſolymitanam perſuaſit, & de eius expeditionis ducibus, feliciq́ue exitu. F

CAP. XLIX.

1095. ANno Incarnationis dominicæ M. XCV. fœlicis memoriæ Papa Vrbanus, vir deuotus Deo, vita & moribus egregius, ad partes Galli-
Concilium Claromõtenſe. canas deſcendit: & in Aruernia apud Clarummontem concilium coadunari fecit. In quo aſſiſtentibus trecẽtis decem tam epiſcopis quàm abbatibus, ipſe (ſicut erat vir magnæ eloquentiæ) quomodo ſe deberent habere & ſubditos regere eos plenè inſtruens, & de pace per prouincias eorũ reformanda & tenenda ammonens, deſolationem terræ Dei, Orientalis ſcilicet plagę in qua Saluator noſter natus eſt & paſſus, ſicut à multis vera relatione cognouerat, lachrymabiliter manifeſtauit: & vt Chriſtianitati quam Turci, gens ſcilicet Perſica, deuaſtabant ſuccurreretur ſuſpirando prædicauit. Quod verbum audientium cordibus diuinitus intimatũ plu- G
al. Atmarus. rimùm inualuit. Podienſis enim epiſcopus Annarus amore diuino ſuccenſus, crucem domini accipiens, ad partes illas ire decreuit, & cum illo multi baronum: ſcilicet Hugo magnus regis Philippi frater, Boamundus Apulus Roberti Guiſchardi filius natione tamen Normannus, Godefridus regni Lotharienſis dux, Raimundus comes prouincialium, Robertus Normannorum comes, filius Guillermi Anglorum regis, Stephanus co-
Godefridus comes Flandrẽſis. mes Bleſenſis, Robertus comes Flandrenſium, & cum eis multitudo maxima equitum & peditum. Deus autem videns voluntatẽ eorum bonam, H ſuam eis largitus eſt gratiam. Poſt multa enim pericula & poſt multos labores quos pro eius amore libẽter ſufferebant, terrã Turcorum intrantes & eos valde debellantes, Antiochiam, Hieruſalem & multas alias ciuitates & caſtra ceperunt: & ſepulchrũ domini ab impiis, qui illud inhoneſtè tractabant, liberauerunt. Quo peracto, quidam noſtrorum ad ſua ſunt reuerſi: quidam in partibus illis ad populum Dei tuendum remanſerunt. Illi verò qui in itinere vel in bello mortui ſunt, ſanctis angelis Dei ſociati, creatori ſuo inſatiabiliter gratias referunt, quoniam digni inuenti fuerunt pro nomine Chriſti mortem pati.

A *De Berthæ à Philippo repudio: alienæ raptu: Philippi excommunicatione, reſipiſcentia, obitu, ſepultura. De Abbatibus ſancti Germani. De Ludouici regis coronatione contentioſa: Victoria in Hannonem variam vaccam, & in Aruernos ac Aquitanos.* CAP. L.

Eſt Ludouic° craſſ°. Ludouici I. filius.

PRocedente verò tempore, idem rex Philippus, ſuggeſtione diabolica, Bertham reginam repudiauit: & ei ſubtrahens ſui præſentiam, ad caſtrum quod dicitur Monſteriolum, ſupra mare ſitum, quo illam dotauerat, eam deſtinauit: & (quod turpe eſt dicere, turpius autem facere, nec ad tantum pertinet virum) libidini deſeruiens, Fulconi Rechin Andegauenſium comiti ſuam abſtulit vxorẽ nomine Bertrardam: cum qua pluribus annis adulterãs, genuit ex ea duos filios & vnam filiam, Philippum ſcilicet & Florum & comitiſſam Tripolitanam. *al. Gullielmo Rechin.* B Cùm igitur hoc nefandiſſimo more vitam ſuam duceret, & nullius ammonitione ab eo deſiſtere vellet, dominus Papa eius ſaluti prouidens & timens ne animam eiuſdem ſaluator exigeret, ipſum & totam terram ipſius anathematis vinculo obligauit. Quam ſententiam rex, motus diuina gratia, timens, & ad terminum vitæ ſuæ propinquans reſipuit, veniámque poſtulans eam dimiſit. Iſembardus autem Abbas anno M.CIII. ab hac vita diſceſſit. 1103. Cuius in loco Rainaldus ſubſtitutus eſt, nepos eiuſdẽ videlicet. *Iſembardus Abbas. Rainaldus ſucceſſor eius.* Rex verò Philippus cum ferè ſexagenarius eſſet, apud Milidunum caſtrum ſuper fluuiũ Sequanæ, præſente domino Ludouico eius filio, Anno domini milleſimo CVI. vniuerſæ carnis debitum ſoluens extremũ diem clauſit. *Philippi obitus.* 1106. Cuius nobilibus exequiis interfuerunt viri venerabiles, Vvalo Parrhiſienſis epiſcopus, Syluanectenſis, Aurelianenſis, & alij viri religioſi complures: qui nobile regiæ maieſtatis cadauer ad eccleſiam beatæ Mariæ perferentes, celebrantes ei exequias ibidem pernoctauerunt. *Exequiæ regiæ.* C Sequente verò mane, lecticam palliis & quocunque funebri ornatu decenter ornatam, ceruicibus ſeruorum ſuorum maior impoſuit filius: & filiali affectu, quemadmodũ decebat, modò pedes modò eques, cũ iis quos habebat baronibus, lecticam flendo adiutare ſtudebat. Cum autem ad nobile monaſterium beati Benedicti ſuper Ligerim fluuium, multo comitatu deportaſſent (quoniam ibidẽ ſe deuouerat) in eodem monaſterio ante altare poſitum, prout decentius potuerunt, hymnis & precibus animam domino cõmendantes, corpus honorificè ſepelierũt. Ludouicus autem præfati regis Philippi filius, quoniam D in adoleſcentia eccleſiæ amicitiam liberali defenſione promeruerat, pauperum & orphanorum cauſam ſuſtentauerat, tyrannos potenti virtute perdomuerat, Deo annuente ad regni faſtigia, ſicut bonorum voto aſciſcitur: ſic malorũ & impiorum votiua machinatione, ſi fieri poſſet, excluderetur. *Ludouicus rex.* Conſultè ergo agitur & potiſſimũ dictante venerabili & ſapiẽtiſſimo Iuone Carnotenſi epiſcopo, vt ad refellendã impiorũ machinationẽ citiſsimè Aurelianos cõueniãt, eiúſque exaltationi operã dare maturè feſtinent. Senonẽſis igitur archiepiſcopus Daimbertus inuitatus, cũ cõprouincialibus, videlicet Vvalone Parrhiſiẽſi epiſcopo, Manaſſe Meldenſi, Ioanne Aurelianenſi, Iuone Carnotẽſi, Hugone Niuernenſi, Hymbaldo

Conſecratio & coronatio regis Aurelia facta.

Quod non neceſſario Rex Frãcorũ Rhemis & à ſolo Archiepiſcopo Rhemenſi coronari & cõſecrari debeat, probat Iuo Carnotenſis epiſtola 70. codicis impreſſi.

Remenſis epiſcopi ſuper coronatione & inunctione regis contentio.

Hãno varia vacca.

Altiſſiodorenſi, acceſſit. Qui in die inuentionis ſancti protomartyris Stephani, ſacratiſſimæ vnctionis liquore delibutum regem, & miſſas gratiarum agens, abiectóque ſæcularis militiæ gladio, eccleſiaſtico ad vindictam malefactorum eum accingens, diademate regni gratanter coronauit: necnon & ſceptrum & virgam, & per hæc eccleſiarum & pauperum defenſionem, & quæcunque regni inſignia approbante clero & populo deuotiſſimè contradidit. Necdum poſt celebrationem diuinorum feſtiuas depoſuerat exuuias, cùm ſubito mali nuntij baiulatores à Remenſi eccleſia aſſiſtunt, literas contradictorias deferentes, & auctoritate apoſtolica, ſi tempeſtiuè veniſſent, ne regia fieret vnctio interminantes. Dicebant ſiquidem primæ regis coronæ primitias, ad ius eccleſiæ Remenſis pertinere: & à primo rege Francorum (quẽ baptizauit beatus Remigius) Clodoueo, hanc prærogatiuam illibatam & inconuulſam obtinere, & ſi quis eam temerario auſu violare tentauerit, anathemati perpetuo ſubiacere. Ea ſiquidem occaſione archiepiſcopo ſuo venerabili & meritò viro Viridi Rodulfo, qui domini regis, eò quod abſque eius aſſenſu electus & inthronizatus fuerat ſede Remenſi, grauiſsimas & periculoſas incurrerat inimicitias, pacem impetrare, aut regem non coronari ſperabant. Qui quia intempeſtiuè venerunt, ibi muti ad propria loquaces redierunt: aut ſi quid dixerunt, nihil tamen vtile retulerunt. Ne igitur quacunque terrarum parte, locorum anguſtiis virtus regia coarctari videatur (ſcitur enim longas regibus eſſe manus) accelerat ad eum de finibus Bituricenſium vir peritus, linguæque venalis Alardus Vvillebaldi: qui ſatis rhetoricè priuigni ſui querelam deponens, domino regi humillimè ſupplicat, rogans quatenus nobilem baronem, Hannonem nomine, variam vaccã cognomine, Burbonenſem dominum, iuſtitiam recuſantem, imperialiter in ius traheret, nepotem maioris fratris Herchembaldi ſcilicet filium exhæredantem, tam præſumptuoſa audacia compeſceret, & Francorum iudicio eorum quis quid habere debeat determinaret. Rex itaque tam amore iuſtitiæ, quàm eccleſiarum & miſeratione pauperum ne hac occaſione, bellorum malitia pullulante, pauperes deuexati alienæ ſuperbiæ luerent pœnam; cum præfatũ Hannonẽ fruſtrà in cauſam vocari feciſſet (recuſabat enim de iuſtitia diffidens) nulla remiſſus voluptate aut pigritia, ad partes Bituricenſium cum exercitu multo tetẽdit: Germiniacum eiuſdem Hannonis munitiſsimum caſtrum diuertens, multo conflictu impugnare contendit. Videns autem præfatus Hanno nullo modo ſe poſſe reſiſtere: iam & perſonę & caſtri ſpe ſublata hanc ſolam ſalutis ſuæ reperiens viam, pedibus domini regis proſtratus & multorum ammiratione ſæpius reuolutus, vt in ſe miſericorditer ageret efflagitans, caſtrum reddit: ſeipſum regiæ maieſtatis arbitrio totum exponit: & quanto ſuperbius ſe ſubduxerat, tanto humilius his edoctus iuſtitiæ ſe reduxit. Rex verò retento caſtro & eodem Hannone in Frãciam, litis cauſa reducto, Francorũ iudicio aut cõcordia, auunculi & nepotis litem tã iuſtiſsimè quàm piiſsimè diremit: multorúmq; oppreſsiones & labores ſumptuoſo ſudore cõſumpſit.

Hæc

A Hæc & his ſimilia in partibus illis crebrò clementiſſimè, pro quiete eccleſiarum & pauperum patrare conſueuit: quæ quia ſi ſtylo traderentur tædium generarent, ſuperſedere dignum duximus. Ea etiã tempeſtatis temperie Auernorum pontifex Claromontenſis, vir honeſtæ vitæ & defenſor eccleſiæ illuſtris, & pulſatus & pulſus Aruenorum ſuperbia noua & antiqua, quæ eis aſſcribitur hoc verſu *Auernorũ ſuperbia trriſa.*

Aruernique auſi Latios ſe fingere fratres, *Lucanus lib. 1.*

ad dominum regem confugiens, querelam eccleſiæ lachrymabilem deponit: comitem Aruernenſem ciuitatem occupaſſe: eccleſiam beatæ Mariæ epiſcopalem decani ſui fraude multa tyrannide muniuiſſe. Renitentis etiam pedibus prouolutus, ancillatam eccleſiam exancillari, tyrãnum B effrænatum comprimi regiæ maieſtatis gladio, ſuppliciter efflagitat. Rex autem, vt conſueuerat eccleſiis promptiſsimè opitulari, cauſam Dei gratanter aſſumens, ſumptuoſéque, dum verbis & maieſtatis ſuæ ſigillo tyrannum corrigere non valet, facto maturans militares colligit vires: mouétque in Aruerniam recalcitrantem copioſum Francorum exercitum. Cui Bituricas aduentanti, regni optimates, comes bellicoſus Andegauenſis Fulco, comes potentiſsimus Britanniæ Conanus, comes egregius Niuernenſis, multíque alij regni proceres manu magna militari regni debitores occurrunt, in Aruernos iniuriam eccleſiæ & regni vlciſci feſtinantes. Terram itaque hoſtium depopulantes, cum ciuitati Claromontenſi propinquarent, Aruerni præſidio ciuitatis (quia quàm optimè erat munita) relictis montanis acutiſsimis caſtellis, ſe commiſeruut. Vnde C Franci conſultè eorum deridentes ſimplicitatem, & ad vrbem tendere differentes, vt aut ciuitatem dimitterent ne caſtella amitterent, aut ſi remanerent victualia interim conſumerent: ad caſtrum optimum, Pontum nomine, ſuper fluuium Hilerim diuerterunt. Vbi circumquaque tentoria figentes, æquè plana & ardua diripiunt, gigantea audacia in cœlum tendere niſi, dum munitiſsima montium cacumina præripiunt: prædas non tantum pecorum, ſed & pecoralium hominum, ſuperfluo etiam educunt instrumenta impugnatoria turri eiuſdem caſtelli applicantes, ſaxorum molarium impetu, ſagittarúmque impluuio multa eos ſtrage ad deditionem compellunt. Quo audito, qui ciuitatem tenebant timore perculſi, ſimile aut grauius quid expectantes, fugam parant: ciuitatem ex- *Le pont du Chasteau. La riuiere d'Alier al. munitiſ. ſima.*

D eunt, eámque regis arbitrio relinquunt. Rex autem & Deo eccleſiam, & clero turres, & epiſcopo ciuitatem, pace inter eos & comitẽ, & ſacramentis & obſidum multiplicitate firmata, victor in omnibus reſtituit. Verùm temporum luſtro peracto, cùm Aruernorum comitum perhdia leuitate ſolueretur recidiua, epiſcopi & eccleſiæ calamitatis recidiuam reportat querimoniam. Qui ſe caſſo labore adeò defatigatum dedigans, collecto multo maiore exercitu terram repetit Aruernorum, iámque grauis corpore & carneæ ſpiſsitudinis mole ponderoſus cum alius quilibet pauper, etiam cum tanta corporis periculoſa incommoditate, equitare nec vellet nec poſſet: ipſe contra multorum amicorum diſſuaſionem, *al. perfida. al. calamitat.*

Hh iij

mira animoſitate rapiebatur: & quod ipſi etiam iuuenes horrebant, æſtiuos Iunij & Auguſti tolerans calores, impatientes calorum deridet, cum ſæpius eum in anguſtis paludũ locis, fortiſſimis ſuorum lacertis ſuſtentari oporteret. Erant in eius expeditione, comes præpotens Flandrenſis Carolus: comes Andegauenſis Fulco, comes Britanniæ tributarius regis Anglici Henrici. De Nortmãnia exercitus, Barones & regni optimates complures, qui etiam Hiſpaniam perdomare ſufficerent. Trãſiens itaque difficiles Aruernorum ingreſſus & obuiantia caſtella, Claromontem peruenit. Cùm autẽ † abortiuo & oppoſito ciuitati caſtro montis Ferranni exercitum applicaret; milites qui caſtrum defendere habebant, Frãcorum mirabilem exercitum ſuis diſſimilem formidãtes, loricarum & galearum repercuſſarum ſole ſplendorem admirantes, ſolo viſu hærent: & exteriorem refutantes † immunitatem, in turre & turris procinctu vix etiam ſeſe contulerunt. Applicitus autem † immunitatis relictæ domibus flammiuomus ignis, quicquid erat præter turrim & procinctum eius in cineres diſſoluit. Et prima quidem die propter æſtuãtem incendio ſubito villam, extra eam tentoria fixerunt, ſequente intro ſopitis flammis reportauerũt. Rex verò ſummo manè, hoc vno facto eos contriſtauit & ſuos exhilarauit: quoniam cum tentoria Francorum vna de parte turri propinquiora, multo bello multis ſagittarum & iaculorum emiſſionibus (ita vt etiã præmiſſis inter Francos & hoſtes armatorum præſidiis, Francos clypeis operiri oporteret) laceſſere tota nocte non deſiſterent: ſignificauit militari viro & egregio baroni Amalrico de Monteforti, vt eis ex obliquo inſidias ponens, ne procinctum impunè egrederentur prouideat. Qui talibus callens intentamentis, ſumit arma, eóſque equorum velocitate ex obliquo Francis impedientibus, inopinatè quoſdam intercipit, regíque celeriter remittit. Qui cùm redimi ſe multo auro rogarẽt, imperat eos emãcipari: mancos autem & pugnos in pugnis referentes intrò ad ſocios remitti. Quibus cæteri territi, deinceps Francos quietos ſinebant. Cúmque machinarũm & inſtrumentorũ ſtructura demorante, tota Aruernia voluntati & arbitrio exercitus pateret, dux Aquitaniæ Vvillermus exercitu Aquitanorũ fretus aduenit; quem (cùm in montanis caſtrametatus, in plano Francorum intueretur rutilare phalanges,) admiratum exercitus tanti magnitudinem pœnituit pro impotentia ad naufragandum veniſſe: mitténſque pacificos regi nuntios, vt ei tanquã domino ſuo loquatur, aſſiſtit orans hoc modo. Dux tuus Aquitaniæ, domine rex, multa ſe ſalute omníque optat potiri honore. Non dedignetur regiæ maieſtatis celſitudo, ducis Aquitaniæ ſeruitium ſuſcipere, ius ſuum ei conſeruare: quia ſicut iuſtitia exigit ſeruitium, ſic & iuſtum exigit dominium. Aruernenſis comitem (quia Aruerniam à me, quam ego à vobis habeo, habet) ſi quid commiſit curiæ veſtræ, veſtro habeo iudicio repræſentare. Hoc nunquam prohibuimus: hoc etiam modò offerimus: & vt ſuſcipiatis ſuppliciter efflagitamus. Et ne ſuper his celſitudo veſtra dubitare dignetur, multos & ſufficientes obſides dare parati ſumus, & paratos habemus. Si ſic iudicauerint regni opti-

Margin notes: † ab oriẽte. Mõtferrant. † defenſionem. † defenſionis. In tẽtoriis. Pugnos ſ. dexteros in ſiniſtris.

E F G H

A optimates, fiat. Sin aliter: ſicut ſuper his iudicabunt. Igitur rex cum optimatibus regni cóſultans, dictante iuſtitia, fidem, iuramentum, obſidúmque ſufficientiam ſuſcipit: Aurelianis pacem patriæ & eccleſiis reſtituit: diem inter eos, præſente duce Aquitaniæ ſuper agendis Aurelianis (quod huc vſque renuerat) ſtatuit: exercitúmque glorioſè reducens, in Franciam victor remeauit.

De Caroli comitis Flandriæ ſtrenua rerum adminiſtratione & cæteris virtutibus: de eiuſdem nefandiſsima apud Brugas cæde, & cædis clariſsima per Ludouicum regem vltione: de Vvilhelmi comitis Flandriç ſuſceptione & abbatibus ſancti Germani. CAP. LI.

B EGregium Ludouici regis factum, & quo nobilius ab adoleſcentia vſque ad vitæ limitem nullum perpetrauit, vitando faſtidium, cum multa egeat narratione, breui memorare, non quomodo ſed quid fecerit ſignificantes, propoſuimus. Famoſus comes vir potentiſſimus Carolus, de amita domini regis Ludouici Danorum regis filius, cùm ſucceſſiſſet iure conſanguinitatis fortiſſimo comiti Balduino Hieroſolymitani Roberti filio, Flandriæ terram valde populoſam tam ſtrenuè quam diligenter adminiſtrabat, eccleſiæ Dei illuſtris defenſor, eleemoſynarum liberalitate conſpicuus, iuſtitiæ tutor inſignis. Qui cum debitor honoris adepti, potentes quoſdam genere humiles, opibus elatos, dominio eius lineam conſanguinitatis abſentare ſuperbè innitentes (erant enim de fæce C conditionis ſeruilis) iudicio curiæ conuenienter ſatis repeteret: ipſe videlicet Brugenſis eccleſię præpoſitus, & eius viri ſuperbiſſimi & famoſi proditores crudeliſſimè ei inſidiabantur. Cùm igitur quadam die Brugas veniſſet, ſummo mane eccleſiæ Dei aſſiſtens, pauimento proſtratus librum orationum manu tenens oraret, ſubitò Burchardus quidam, nepos præpoſiti præfati, ſatelles truculentus, cum aliis de eadem ſceleratiſſima radice, & aliis traditionis peſſimè complicibus, oranti, immò Deo loquenti, tacitè retrocedit & cautè gladio euaginato, collum terræ proſtratum comitis leuiſſimè tangens, vt paululum erectum ferientis gladio ſe inopinatè dirigeret, enſem ei applicans vno ictu, impius pium, ſeruus dominum, ſceleratiſſimè detruncat. Qui autem aſtabant necis impiè cooperatores, ſanguinem eius ſitientes, tanquam canes in relicta cadaue-D ra debacchantes, innocentem laniare gaudebant: ſummoperè gloriantes quòd opere complere potuerant, quem conceperant dolorem, & quam pepererant iniquitatem. Et apponentes iniquitatem ſuper iniquitatem, vtpote malitia ſua excæcati, quoſcúque caſtellanos, quoſcunque nobiliores comitis barones, ſiue in eadem eccleſia ſiue caſtro offendere poterant, infeliciſſimo miſeræ mortis genere imparatos nec confeſſos, trucidabant. Quibus tamen valde prodeſſe arbitramur, quòd pro fidelitate domini ſui taliter mactati, in eccleſia orantes ſunt reperti: cum ſcriptum ſit, vbi te inuenero ibi te iudicabo. Comitem verò truces in eccleſia ipſa tumulantes, ne honorificè extra deplangeretur & ſepeliretur, & pro glorioſa vita &

Carol' comes Flandria Danorum regis filius.

aliàs Brochardus Guaguino.

1127.

glorioſiore morte deuotus populus in eius vltionem incitaretur, eccleſiá ipſam ſpeluncá latronũ ſtatuentes, tá ipſam quàm comitis domum eccleſiæ inhærentem muniuerunt: & quibuſcunque paratis victualium alimétis, & ſeipſos exinde protegere, & comitatum ſibi addicere ſumma ſuperbia deliberant. Tanti igitur & tam ſcelerati horrore facti attoni qui his non conſenſerant Flandriæ barones, lachrimabiles exequias perſoluentes notam proditionis euitant: dum hoc domino regi Ludouico, nec ei tantùm, ſed fama volante, per vniuerſum orbem denuntiant. Rex autem & amore iuſtitiæ, & conſanguinitatis affectu in vltionem tantæ proditionis excitatus, nec regis Anglici, nec comitis Theobaldi bello detentus, Flandriam animoſus intrat: vt nequiſſimos atrociſſimè perdat, toto animi & operis niſu exæſtuat. Comitem Flandriæ, Vuilhelmum Nortmannum, filium Roberti Hieroſolymitani Nortmanniæ comitis (ad eum enim iure conſanguinitatis ſpectabat) conſtituit. Vt autem Brugas deſcendit, non veritus terræ barbariem, nec fœdam proditoriæ conſanguinitatis lineam, ipſos proditores in eccleſia & turre obſeſſos coarctat, victualia præterea, quæ diuino nutu eorum etiam vſui importuna repugnabant, prohibet. Vt autem fame, peſte, & gladio, aliquantiſper eos contriuit, eccleſiam relinquentes, turrim tantùm vt eos turris ſaluaret retinuerunt. Iam verò de vita eis deſperantibus, cùm in luctum verteretur cithara eorum, & organum eorum in vocem flentium, nequiſſimus Burchardus conſenſu ſociorum fuga elapſus, Flandriam exire volens nec valens, ſola iniquitate propria prohibente, in firmitatem cuiuſdam amici & familiaris reuerſus interceptus, regis imperio exquiſito miſeræ mortis genere, alta rota ſuperligatus, coruorum & alituum rapacitati expoſitus, deſuper oculis defoſſus, & tota facie dilaceratus, inferius ſagittis & láceis & iaculis millies perforatus miſerrimè interfectus in cloacam proiectus eſt. Bertholdus verò caput iniquitatis, cum ſimiliter effugere decreuiſſet, cùm huc illúcque ſatis licenter deambulaſſet, ſola ſuperbia reuerſus (dicebat enim ſuis quis ego, aut quid ego feci?) etiam capitur: & regis arbitrio expoſitus, merita & miſerrima morte eſt damnatus. Furcis enim cũ cane ſuſpenſus, quoties canis percutiebatur, in eum iram retorquens totam faciem eius morſicando deuorabat. Aliquando etiam in eam, quod horribile dictu eſt, ſtercorabat: ſicque miſeram vitam, miſerior miſerrimo morte perpetua terminauit. Quos autem in turri incluſerat multis anguſtiis ad deditionem cogens, ſigillatim vnum poſt alium, coram ſuis, fractis ceruicibus deiecit. Quendam etiam eorum nomine Iſaac, in monaſterio quondam timore mortis tonſuratum, demonacharum pátibulo affixit. Potitus itaque Brugenſi victoria, rex cum ſuis Ipram optimum caſtrum, contra Vuilhelmum baſtardum proditionis fautorem, vt etiam in eum vlciſcatur, ire accelerat, Brugenſes tam minis quàm blanditiis, directis ad eos nuntiis, in ſocietatem allicit. Dúmque Vuilhelmum cum trecentis militibus obuium haberet, altera pars regalis exercitus in eum irruit, altera ex obliquo alia porta audacter caſtellum occupat. Eóque retento,

Vuilhelm' comes Flãdriæ. — *al. Bertoldus Gaguino.*

E F G H

A tento, Vuilhelmum à tota Flandria exhæredatum exterminat:& quia proditione ad poſſidendam Flandriam aſpirauerat, meritò in tota Flandria nihil obtinuit. His ergo & diuerſis vltionũ modis,& ſanguinis multi effuſione lota & quaſi rebaptizata Flandria, Vuilhelmo Nortmanno comite conſtituto, Rex in Franciam Deo auxiliante victor remeauit, Anno incarnationis dominicæ, M. CVIII. Raimaldus monaſterij ſancti Germani abbas præ ſimplicitate abbatiam dimiſit, & loco eius Guillermus eſt ſubſtitutus. Qui duobus annis monaſterium rexit: ſed prauo conſilio deceptus ad epiſcopum Parrhiſienſem pergens,& ei profeſſionem faciens, benedictionem ab eo accepit. Quod audientes præfati monaſterij fratres, timentes ne per hoc eccleſiæ ſuæ minueretur libertas, reuertentem à profeſſione B noluerunt recipere. Sed clauſis ianuis validè reſiſtentes, eum ab abbatiæ dignitate penitus remouerunt: prædictumque Rainaldum reuocantes, eum iterum ſibi præfecerunt abbatem. Qui anno M. CXVI. obiit, ei ſucceſſit Hugo ſancti Dionyſij monachus: per quem libertas eccleſiæ prænominatæ reſtituta eſt, ordo reformatus, veterata domus renouata. Cũ Chriſto ſit ei locus æternæ requiei.

Guilhelm' notus exulat. *1108. Rainaldus Abbas S. Germani. Guillelm' 2. Abbas* *1116. Hugo. 1. Abbas.*

De Ludouici groſſi regis prole numeroſa & obiter de bono prolis, cuius carentia imperatoria domus & Anglicana graue detrimentum accepit: deque Lotharij imperatoris præclaris facinoribus: De Ludouici iunioris cũ Alienoride Guilhelmi Aquitaniæ ducis filia matrimonio.

C

Cap. LII.

REx autem Ludouicus duxit vxorem Adalaidem, filiam Humberti comitis de Moriana, de qua genuit VI. filios & vnam filiam. Philippum, qui vnctus eſt in regem: de quo contigit ſingulare & vlterius inauditum Franciæ regni infortunium. Cũ enim ipſe floridus & amœnus puer, bonorum ſpes timórque malorum, quadam die per ciuitatis Parrhiſienſis ſuburbium equitaret, obuio porco diabolico offenſus equus grauiſſimè cecidit, ſeſſorémque ſuum nobiliſſimum puerum ſilice conſternatum mole ponderis ſui conculcatum contriuit. Quo dolore ciuitas & quicunque audierunt conſternati (ea ſiquidem die exercitum ad expeditionem D aſciuerat) vociferabantur, flebant & eiulabant: tenerrimumque colligentes puerum, benè extinctum in proximam domum reportant. Nocte verò inſtante, proh dolor, ſpiritum exhalauit. Illo in tempore morabatur Antiſſiodori Papa Innocentius: quem vt patrem ſuum ſpiritualem petiit rex piiſſimus, vt alium filium ſuum Ludouicum inungeret & coronaret. Conuocata igitur procerum regni & cleri multitudine, vir piæ recordationis Innocentius ſummus pontifex Remos acceſſit: & Ludouicum adoleſcentem pium & modeſtum, vnxit in regem & coronauit. Tertius autem regis filius Henricus eſt appellatus, poſtea Remenſis archiepiſcopus ordinatus. Quartus verò Robertus comes Drocenſium. Quintus Philippus

1131. *Innocentius. 2.*

clericus Sextus Petrus, qui duxit vxorem filiam Rainaldi de Cortenaico: & terram ipſius habuit cum ea, quia non erat alius hæres ſuperſtes. Soror E autem iſtorum regis filia fuit Conſtantia, vxor Raimundi comitis ſancti Ægidij, pro qua in regno Francorum multa facta eſt ſtrages hominum. Cùm enim Henricus Rex Anglorum ei & viro ſuo præfato comiti vellet auferre Tholoſam, Rex Ludouicus Ludouici regis filius ei valde reſiſtens, multos de ſuis amiſit: ſed de parte aduerſa plurimis interfectis ſemper glorioſè triumphauit. Nunc autem ad hiſtoriam reuertentes, & de patre rege loquentes, ad laudem ipſius præclara eius opera huic ſcripto breuiter inſeramus. Debellans igitur Hugonem de Puteolo, qui contra eum inſurrexerat, Puteolum cepit & ſubuertit, & Iamuillam firmauit: ne aliquando ſucceſſione temporum ſibi vel hæredibus ſuis dominus de Puteolo, vel aliquis de partibus illis poſſet reſiſtere. Firmauit etiam montem Caluulum F & Lorretz & Gres. Moretum verò & Caſtellarium Boiſſas, Euram & Cambim à Fulcone vicecomite Vvaſtinenſi emit. Corboilum quoque & Firmitas, mons Lethericus & caſtrum forte acceſſerunt ei. Hæc enim oppida aſſiduis bellis perurgentibus, ſuis rectoribus deſtituta fuerunt. His & aliis plurimis dominium ſuum augens, pacē circunquaque, ſuperbos debellando reformans XXX. annis regnum Franciæ viriliter rexit. † Trigeſimo igitur vnctionis ſuæ anno, ætatis verò LX. incarnationis autem dominicæ, † M. CXXXVI. Parrhiſiis feliciter obiit.

Montchauuet.

† Cum eo conuenit Æmilius. Sed alij diſſentiūt, & duntaxat 28. annos regni tribuentes.

† Alij fere omnes.

1137.

Igitur glorioſus glorioſi regis filius, Ludouici Ludouicus, lugubri tanti patris demigratione celerrimo comperta nuntio, ducatu Aquitaniæ conſultè tutoque locato, anticipare feſtinans, quæ regibus decedentibus conſueuerunt emergere, ſcilicet rapinas, ſcandala & motiones, celeriter in Aurelianēſem regreſſus ciuitatem, cùm ibidem comperiſſet, occaſione communionis, quorundam ſtultorum inſaniam contra regiam moliri maieſtatem, compeſcuit audacter, non ſine quorundam læſione. Indéque Pariſius tanquam ad propriam remeans ſedem (eam enim, ſicut in † antiquis legitur geſtis, reges Francorum regiam habere conſueuerunt) de regni adminiſtratione & eccleſiæ defenſione, pro ætate, pro tempore, glorioſè diſponebat. Felicem ſe forte tota exiſtimabat patria eò quòd tantæ ſunt reliquiæ homini pacifico nobiliſſimo patri: ſiquidem ad robuſtiſſimam totius regni defenſionem, nobiliſſima proles ſuccederet, pios foueret, impios abdicaret. Imperium ſiquidem Romanorum, regnum etiam H Anglorum, in defectu ſucceſſiuæ prolis multa incommoda, ferè vſque ad ſtatus ſui ruinam ſuſtinuiſſe conſpicantes, quantum dictorum regnorum indigenas ſuper his dolere audiebant: tantum regni & regis ſucceſſibus omnium & ſingulorum commoditatibus applaudebant. Defuncto etenim abſque hærede imperatore Romanorum Henrico, in ea quæ maxima & generalis eſt habita Maguntiæ curia ferè LX. millium militum tanta emerſit, hoc occaſione, controuerſia; vt cùm dux Alemanniæ Fredericus, eò quòd defuncti imperatoris Henrici nepos eſſet, regnum obtinere nitebatur; in ſcandalo & diuiſione regni, Maguntinus & Colonienſis archiepiſcopi

† Immò ipſe Clodoueus 1. Frācorum Rex chriſtian⁹ hanc regiā elegit, vt ſuprà l. 1. c. 16. & Gre. Tur. l. 2. c. 38.

Hæredum penuria regnorum pernicies.

G

A piſcopi & ſuperior pars optimatum & procerum regni eum reiicerent, & ad ducem Saxoniæ Lotharium ſe conuertentes, regio cum diademate Aquiſgrani cum ſumma clerici & populi exultatione coronarent. Quod & ſi nobile factum, non ſine læſione multorum conſtitit: cum ipſe præfatus dux Fredericus ſolio regni depulſus, cum Conrado fratre, qui tamen præfato Lothario decedenti in regnum ſucceſſit, cum parentibus & reliquis fautoribus ſuis, multa diſpendia, bella, incendia, pauperum deprædationes, eccleſiarum deſtructiones, damna innumera ſimilia perpeſſus ei intulerit. Qui præfatus Lotharius cùm multa egregiè geſſerit, tum hoc ſupremum & dignum laude atque admiratione magnanimitati eius aſſignatur: quòd regnum Alemannorum nullo hæreditatis iure ſortitus,
B ſtrenuè adminiſtrauit. Italiam poteſtati ſuæ ſubiugauit: Romani coronã imperij ab Innocentio Papa Romæ, repugnantibus Romanis, aſſumpſit: Capuanam & Beneuentanã pertranſiens prouinciam, Apuliam in ore gladij perdomuit: regem Siculum fugauit: Barenſem ciuitatem & circumiacentem patriam occupauit: plenóque potitus trophæo à partibus illis rediens, morte communi præuentus, ad natiuum ſolum & proprios ducatus Saxoniæ penates relatus, tantis laboribus finem egregium deſtinauit. Nec minus infauſtè de regno Anglorum, hac eadem occaſione contigiſſe meminimus, cum defuncto ſtrenuo & famoſiſſimo rege Henrico (quia hærede mare carebat) Bolonienſis comes Stephanus nepos eius, frater iunior Palatini comitis Theobaldi, ex inſperato regnum ingreſſus, nôn re-
C putans quòd comes Andegauenſis filiam præfati regis Henrici auunculi ſui (quæ & imperatrix Romanorum fuerat) coniugem, & ex ea filios habuerat, coronam eius aſſumpſit. Quæ pernicioſa factio, zelo & diuerſitate baronum, comitum atque optimatum regni, tanta terram copioſam & fructiferam à malitia inhabitantium in ea calamitate extinxit: vt terram vaſtitate, præda, rapinis, homines mortibus ferè ad tertiam, vt aiunt, partem circunquaque per totum regnum exterminaret. Quæ quidem pericula, Francorum ſolatia exiſtebant: cùm illi ex defectu hoc ſuſtinerent: Fráci verò tantæ & tam egregiæ prolis ſucceſſione congratularentur & congauderent. Sed vt ad propoſitum redeamus, regis Ludouici circiter XIIII. aut XV. annorum, ab adoleſcentia, tam natu quàm induſtria de die in diem proficiebat. Ea tempeſtate Vilhelmus dux Aquitaniæ, ad ſanctum
D Iacobum peregrè profectus, moleſtia corporis ibi correptus viam vniuerſæ carnis ingreſſus eſt. Ipſe duas filias tantùm habebat: quarum altera vocata fuit Alienor, altera Aaliz. Terra autem Aquitaniæ domino ſuo deſtituta, abſque hærede mare remanſit. Idcirco Rex Ludouicus totam Aquitaniam in manu ſua tenuit. Alterámque de duabus prædictis ſororibus, ſcilicet Alienoram natu maiorem, matrimonio ſibi ſociauit: alteram verò, videlicet Aaliz iuniorem, Rodulfo comiti Viromandenſi in vxorem donauit. Rex autem vnam filiam ex Alienora coniuge ſua ſuſcepit, nomine Mariam. Porrò euoluto non longo dierum curriculo, Gautherius de Montegaio ſuperbia diaboli inflatus, aduerſus regem inſurgere tentauit:

Ludo. Alienorã ducit.

Gautheri.

terramque ipſius (non tamen impunè) præſumptuoſè inquietáre conatus eſt. Quòd rex, vtpote magnanimus, non æquo animo perferens, exercitu vndecunque adunato, aduerſus Mõtemgaium conuolauit, caſtrúmque cum omni municipio deſtruxit. E

1145. Gilo, Abbas Sancti Germani. Anno ab incarnatione domini noſtri Ieſu Chriſti M. CXLV. felicis memoriæ Hugo abbas ſancti Germani Parrhiſienſis, qui prius monachus S. Dionyſij extiterat, dominica de ramis palmarum de præſenti ſæculo migrauit. Huic ſucceſſit Gilo eiuſdem eccleſiæ monachus.

De cruce ab Ludouico iuniore cum proceribus & epiſcopis aſſumpta, ob calamitatem quam res Chriſtiana acceperat capta Edeſſa: Déque Conrardo imperatore etiam crucem aſſumente, & quanto tempore Ludouicus crucem tulerit, & quando Hieruſalem adiit ac rediit. CAP. LIII. F

Edeſſa capta à Parthis. EOdem anno graue infortunium quoddã, in Hieroſolymitanis partibus Chriſtianis cõtigit. Nam Parthi diabolico inflati ſpiritu, Edeſſam vrbem valido bellorum impulſu aggredientes, non ſine magna ſtrage ſuorum eam ceperunt. De qua expugnatione nimium intumeſcentes, omnes Chriſtianos illius regionis ſe vaſtaturos eſſe cominati fuerunt. Cuius infortunij fama poſtquam ad aures piiſſimi regis Ludouici peruenit, zelo ſancti ſpiritus imbutus ad pietatẽ commotus eſt. Qua de cauſa in Paſchali ſolennitate eiuſdem anni, apud Vizeliacũ magnũ colloquiũ tenuit: vbi archiepiſcopos, epiſcopos, abbates quoque plures etiam optimates & barones ſui regni cõgregari fecit. Inter quos fuit Bernardus Abbas Clareualenſis. Itaque ipſe & pontifices ibidem in conſiſtorio aſſiſtentes, prædicauerunt de terra in qua dominus noſter Ieſus Chriſtus corporaliter conuerſatus, pro redemptione generis humani paſſionem crucis ſuſtinuit. Quorum prædicationibus & ammonitionibus Rex Ludouicus diuina inſpirante gratia inflammatus, crucem accepit, & poſt eum Alienora vxor G

Ludouic⁹ crucẽ aſſumit in Parthos cũ regina, epiſcopis & procerib⁹. al. Alphõſus. eius. Quod videntes optimates ibidem adſtantes, poſtea crucem acceperunt, Simon Nouiomenſis epiſcopus, Godefridus Lingonẽſis epiſcopus, Arnulfus Luxouienſis epiſcopus, Hebertus abbas ſancti Petri Viui Senonenſis, Theobaldus abbas ſanctæ Columbæ, Anfulſus comes ſancti Ægidij, Terricus comes Flandrenſis, Henricus filius comitis Bleſenſis Palatini Theobaldi, qui tunc temporis viuebat, Vvilhelmus comes Niuernenſis, Reinaldus frater eius comes Tornodorenſis, Robertus comes frater regis, Iuo comes Sueſſionis, Guido comes de Pontiuo, Vvilhelmus comes Garenna. Archembaudus de Borbonio, Ingerrãnus de Coccio, Gaufridus de Rancono, Hugo Lizenanto, Vvilhelmus de Cortiniaco, Rainaldus de Monteargiſo, Iterius de Toteio, Gautherius de Montegaio, Eurardus de Britolio, Droco de Monceio, Manaſſes de Bugliis, Anſellus de Triegnello, Guarinus frater eius, Vvilhelmus Buticularius, Vvilhelmus Anguillon de Trica, & plures alij equites: infinita etiam multitudo peditum. Eodem quoque tempore Conrardus imperator Alemanniæ, audita H

Ponticu.

dita

A ditaChriſtianorum deſolatione,crucem accepit: & Ferricus dux Saxoniæ nepos eius, poſtea imperator. Amatus etiam comes Morianæ auunculus regis Ludouici:in quorũ comitatu multi fuerunt. Porrò Pontius venerabilis Vizeliacenſis abbas, propter reuerentiam ſanctæ crucis quam rex cũ ſociis accepit,in loco quodam videlicet in decliuo montis in quo conſiſtorij prædicatio fuit,hoc eſt inter Eſcuanum & Vizeliacum, eccleſiam in honorem ſanctæ crucis conſtruxit: in qua populo recta fide conueniente,dominus multa miracula operatus eſt. Interim rex Ludouicus toto anno,à Paſchali ſolennitate qua crucem accepit,vſque ad aliud paſcha, & inſuper vſque ad pentecoſten, antequam ad Hieroſolymitanas partes proficiſceretur, cum cruce ſuſcepta in regno ſuo commoratus eſt. Cùm B verò hæc ita agerentur,Senonenſis ciuitatis Burgenſes aduerſus abbatem S. Petri Viui Herbertum in iram concitati,quia communiam eorum diſſolui fecerat,eum truculenter necauerunt. Ob cuius vltionem,rex quoſdã homicidarum illorum de turre Senonenſi præcipitari fecit,quoſdam autem Parrhiſiis detruncari. Abbas autem Gilo eccleſiam ſancti Germani Parrhiſienſis illo anno integro rexit: poſt cuius anni completionem,quoniam tanti regiminis oneri non ſufficiebat,paſtoralem curam dimiſit: in cuius loco Hugo Prior Criſpeienſis ſubſtitutus eſt. Anno ab incarnatione domini M. C X L V I. glorioſus Rex Ludouicus regio comitatu, vt decebat, honorificentiſſimè circundatus, iter quod vouerat peragere cupiens, ſeptimana poſt pentecoſten de Parrhiſienſi ciuitate egreſſus eſt:vnde profe- C ctus in itinere multos labores ſuſtinuit: & tandem Hieroſolymam peruenit. Poſtquam autem ad ſepulchrum domini orationes cõpleuit, & cum debita reuerẽtia crucem dominicam adorauit, de partibus illis regrediẽs, ſanus & incolumis ad propria remeauit. Denique poſt illam regreſſionẽ ipſe genuit vnam filiam ex Alienora coniuge ſua, nomine Aaliz.

Cõrardus Alemãn⁹ imperator crucem accipit.

Rex annũ ante expeditionem crucẽ tulit.

Herberti Abbatis S. Petri Senonenſis occiſio, & homicidarũ punitio.

Gilo Abbas S. Germani cedit dignitati, cui Hugo 2. ſuccedit.

1146.

Rex Ludouicus Hieroſolymã petit.

De Normannia per Ludouicum Henrico Anglorum regi reſtituta, & eiuſdem Henrici ingratitudine. De diuortio Ludouici cum Alienora ob conſanguinitatem, & matrimonio eiuſdem cum Henrico Anglo. Item de matrimonio eiuſdẽ Ludouici cum Conſtantia Hiſpana, & filiæ eius Margaritæ cum Henrico filio Henrici Angli. De interitu Conſtantiæ in partu, & tertiis nuptiis Ludouici cum Ala Bleſenſis comitis filia.

D

Cap. LIIII.

PRocedente autem non longo temporis ſpatio, Gaufridus comes Andegauorum & Henricus filius eius, qui poſtea regnum Anglorum obtinuit, regem Ludouicum adierunt: & ei de Stephano Anglorum rege conquerentes, monſtrauerunt quòd ipſe eis iniuſtè iura ſua auferebat, videlicet regnum Angliæ & ducatum Normanniæ. Vnde rex volens omnes iuſtè ac rationabiliter, ſicut regiam maieſtatem condecet, manu tenere, & vnicuiq; ius ſuum conſeruare, cum magno exercitu Normanniam aggrediens manu forti eã cepit. Quã Hẽrico filio comitis Andegauorum

Normãmanniam Anglo reſtituit.

reddidit: & eum pro eadem terra in hominem ligium accepit. Ille itaque pro collato ſibi adiutorio, Gaufrido patre ſuo concedente, Vilcaſſinum Nortmannum, quod eſt inter Itam & Andelam, regi Ludouico totũ immune dedit. In qua terra continẽtur hæc caſtella & firmitates, Giſortium, Neelfa, Stripiniacum, Dangutium, Gamachie, Harachiuilla, Caſtrum nouum, Baudemont, Braium, Tronutium, Buſchalia, Nogentem ſuper Audelam & quędam alia. Hoc modo, quo prædictum eſt, adquiſiuit & reſtituit perfido Henrico Nortmanniam rex Ludouicus, non præuidẽs perfidiam, quam poſtea ille contra ipſum machinatus eſt. Nam poſt modicũ tempus cõtigit quod vulgari prouerbio dicitur; quia quantò magis exaltatur iniquus, tantò amplius aduerſus benefactorem ſuum ſe extollit. Siquidem Henricus Nortmanniæ per manum regis dux effectus, vltra modum ſuperbiens, ante dominum regem ſuum Ludouicum defecit à iuſtitia. Quamobrem rex ad iram nimirum conciatus, tantam indignationẽ grauiter ſuſtinens cum magno exercitu Vernonium profectus eſt: pauciſſque diebus in obſidione moratus, potẽti virtute caſtrum illud cepit, aliud quoque caſtrum ſcilicet Nominmarcheium ſimiliter captum ei abſtulit. Porrò videns verſutus ille Henricus dux Nortmannorum, quòd potentiſſimo regi Ludouico nullatenus reſiſtere poſſet, ad ſimilitudinem doloſæ vulpis, conuertit ſe ad refugium doloſæ fraudis ſolitæ: ſiquidem fingens ſe humiliatum eſſe, vt quoquo modo amiſſa recuperaret, falsò aſſerebat quòd contra dominum ſuum regem, ſuperbiæ calcaneum deinceps non eleuaret. Cuius falſis aſſertionibus Rex Ludouicus deceptus, ſicut ſemper benigniſſimus extitit, etiam tunc benignitatem ſuam ei exhibuit. Nam duo prædicta caſtella quæ illi abſtulerat eidem reſtituit. Sequenti tempore, pręterita non longa annorum euolutione; acceſſerunt ad regem Ludouicum quidam propinqui & conſanguinei ſui: & conuenerunt eum dicentes, quòd inter ipſum & reginam Alienoram coniugem ſuam linea conſanguinitatis erat, quod etiam iuramento firmare promiſſerunt. Audiens hoc rex, noluit eam contra legem catholicam vlterius vxorem habere. Proinde Hugo Senonenſis archiepiſcopus euocauit vtrunque, videlicet regem Ludouicum & reginã Alienoram, ante pręſentiam ſuam, apud Baugentiacum. Qui conuenerunt eò ex præcepto ipſius die veneris ante dominicam de ramis palmarum. Vbi etiam interfuerunt Samſon Remẽſis, Hugo Rothomagenſis, & cuius nomen non teneo Burdegalenſis archiepiſcopi: quidam quoque ſuffraganei ipſorum necnon optimatum & baronum regni Franciæ non minima pars. Quibus congregatis in caſtro ſupramemorato, prædicti conſanguinei regis, iuramentum quod facturos ſe fore promiſerant executi ſunt: videlicet quòd rex & regina Alienora ſicut ſupra taxatum eſt, affinitate conſanguinitatis propinqui erant: & ſic inter eos matrimonij copula ſoluta eſt.

Tornutiũ *Andelam* *al. Nouuermarcheiũ.*

† Anno incarnationis dominicæ, M C L I I I. dimiſit abbatiam Hugo Criſpeienſis: quæ vno anno ſine paſtore fuit. Quo completo, Gautfridus abbas ſubſtitutus eſt. Qui poſt duos ferè annos curam paſtoralem reliquit

† Sequentia vſque ad hæc verba, quo per aſto, in imagine & nõ in textu MS. C. habentur.

A reliquit ægritudine cogente: cui ſucceſſit Theobaldus.

Quo peracto Alienora terram ſuam Aquitaniam celeriter requiſiuit. Quam ſine mora Hericus dux Nortmanniæ (qui poſtea in regem Anglorum ſublimatus fuit) vxorem ſibi accepit. Rex autem Ludouicus duas filias quas de Alienora ſuſceperat maritis deſponſauit: primam, ſcilicet Mariam, Henrico comiti Palatino Trecenſi: iuniorem verò, videlicet Aaliz, fratri eius Theobaldo comiti Bleſenſi.

Proinde rex volens ſecundum diuinam legem viuere, quæ præcepit vt vir adhæreat vxori ſuæ & ſint duo in carne vna; propter ſpem ſucceſſiuæ prolis quæ poſt ipſum regnum Franciæ regeret, Conſtantiam filiam imperatoris Hiſpaniæ coniugio ſibi iunxit: & Hugo Senonenſis archiepiſcopus, Aurelianis eam in reginam inūxit: & cum ipſa regem coronauit. Qui poſtquam per aliquod tempus pariter permanſerunt, rex genuit ex ea vnā filiam nomine Margaritam. Diſpoſitione verò Romanæ eccleſiæ, eadem Margarita ſociata fuit matrimonio Henrico, filio Henrici regis Anglorum & Alienoræ vxoris ſuæ: qui poſtea in ſolio regni Angliæ ſublimatus fuit. Vilcaſſinenſem autem terram dedit rex Margaritæ filiæ ſuæ in matrimonio: quam Henricus rex Anglorum, pater illius Herici, ipſi immunem conceſſerat. *Geneſ. 2. Rex Ludouicus Conſtantiam Hiſpanā ducit.*

B

Eodem tempore, Gaufridus de Giemaco quandam filiam ſuam Stephano de Sancero in vxorem dedit. Quod aſtuto conſilio fecit: Opinabatur etenim quòd ipſe eum ab infeſtatione Niuernenſis comitis tutari poſſet. Quinetiam ipſe Gaufridus, eidem filiæ ſuæ Giemacum in matrimonio donauit. Quod videns Herueius filius eiuſdem Gaufridi, caſtrum quod ſibi hæreditario iure contingebat taliter donari prohibuit. Quam ipſius prohibitionem pater ſuus irritam faciens, Stephanum de Sancero prædicto caſtro inueſtiuit. Ea propter Herueius regem adiit, & ei ſuper patre ſuo conqueſtus eſt, eo quod ita eum exhæredabat. Proclamabat etiam de Stephano, qui prædictum caſtrum, quod ad ipſius hæreditatem ſpectabat, contra ſuā volūtatem ſuſceperat, atque illud ſine ſuo aſſenſu tenebat. Rex igitur hoc audiens (ſicut ſemper fuit amator iuris & æqui) tantam iniuriam fieri, Herueiúmque ſuo iure deſtitui diutius ſuſtinere non potuit. Enimuerò exercitu collecto, aduerſus Giemacum conuolauit, quod Stephanus de Sancero militibus munierat, ſed ſeipſum abſentauerat. Itaque rex cum militia ſua caſtrum viriliter aſſiliens, abſque mora illud cepit, atque Herueio reddidit. Quo completo vnuſquiſque ad propria remeauit. Deinde rex genuit vnam filiam de Conſtantia regina, quæ nominata fuit Adelaidis. In cuius partu dum laboraret, in ipſa horam diem extremum clauſit: vnde rex nimium cum omni regno ſuo contriſtatus eſt.

C

D

Poſtquam verò per ſolatia optimatum ſuorum, triſtitiam aliquantulum obliuioni tradidit; conſilio & monitu archiepiſcoporum & epiſcoporum aliorúmque ſui regni Baronum, vxorem deſponſare diſpoſuit. Siquidem mente aſſiduè habebat illud ſcriptum, quia melius eſt nubere quam vri. Præterea timebat ne regnum Franciæ ab hærede, qui de ſemine ſuo *Regina Conſtantia dolore partus interiit. 1. Cor. 7.*

egrederetur, gubernari deſiſteret. Igitur tam ſaluti ſuæ quàm protectioni reipublicæ in poſterum prouidens, Alam filiam Theobaldi Palatini comitis Bleſenſis in matrimonium ſibi aſciuit. Idem Theobaldus ab hac vita iam deceſſerat: de cuius ſemine ſuperſtites erant quatuor filij & quinq; filiæ: Henricus videlicet comes Palatinus Trecenſis: & Theobaldus comes Bleſenſis, Stephanus comes de Sãcero, Vuillermus archiepiſcopus Senonenſis. Duciſſa Burgundiæ. Comitiſſa Barri. vxor Vuillermi Goiet quæ prius fuerat duciſſa Apuliæ. comitiſſa Perti. Poſtremò Ala natu minima, quam dominus noſter adeò ſublimauit, vt ſuper fratres ſuos & ſorores ſuas dominatum obtineret, quæ ſubiecta ipſis antea fuerat. Ipſa autem tam natura quàm induſtria laudabilis extitit: Nam ſapientiæ fulgore irradiauit, elegantia corporis præpolluit, mũditia caſtitatis emicuit: & quia tot virtutum floribus decorata fuit, tanto honore meruit ſublimari. Sicut enim prædictum eſt, ſereniſſimo regi Ludouico maritali lege ſolenniter fuit ſociata. Et Hugo Senonenſis archiepiſcopus, ad feſtũ S. Brixij Parrhiſius in eccleſia beatæ Mariæ virginis eam inunxit, regémque cum ipſa coronauit. Miſſam etiam eodem die ibidem celebrauit. Stephanus Senonẽſis canonicus, (qui poſtea fuit Meldenſis epiſcopus) epiſtolã legit: & Guilhelmus Senonenſis archidiaconus, poſtea Antiſſiodorẽſis epiſcopus, Euãgelium. Matthæus præcentor Senonenſis & Albertus cantor Parrhiſienſis, chorum tenuerunt, & cantum in proceſſione impoſuerunt. E F

De diſcordia generorum Drogonis Monceiani. De ſchiſmate inter Alexandrum tertium & Victorem ſeu Octauianum Antipapam: quem Fredericus imperator impiè defendit cum multo malo ſuo. G

CAP. LV.

His peractis, euoluto non longo temporis interuallo, creſcente de die in diem malitia & inualeſcente cupiditate, Miulo de Petraforti, & Drogo de Merloto, qui duas filias Drogoni de Monceio vxores habebãt, diſcordiam inter ſe conceperunt. Miulo nanque de Petraforti Drogoni de Merloto medietatem Mõceij, quæ ex matrimonio mulieris eius illi cõtingebat, iniuſtè abſtulit. Vnde ille regi Ludouico querimoniam faciens, vt de tanta iniuria vltor eſſe dignaretur ſuppliciter rogauit. Petitione cuius exaudita, rex volens omnes tam fortes quàm debiles æquanimiter in iuſtitia tenere, exercitu congregato aduerſus Monceium caſtrum profectus eſt. Quod manu belligera cepit: turrémque cum omni municipio dirui fecit: & Drogoni de Merloto medietatem caſtri, quæ iuris illius erat reſtituit. Deinde paucis diebus tranſactis Miulo defunctus eſt: vxorem cuius rex Ingerrano de Triea maritauit: & dimidiam partem Mõceij cum eadem coniuge ei donauit. Ea tempeſtate horribile ſchiſma ortum eſt in Romana eccleſia. Quæ cùm ſuo pontifice viduata eſſet, diuina cooperante gratia cardinales vnanimiter elegerunt in antiſtitem, bonæ memoriæ, Alexandrum tertium. Porrò Victor (qui & ipſe Octauianus appellatus H

Niuilo. *Niuilo.* *Niuilo.* *De ſchiſmate Ro. eccleſia Alex. III. pa. Victor Antipapa*

A appellatus fuit) arrogantia plenus, atque terrenis honoribus admodum inhians, ſine canonica electione Romanæ eccleſiæ pontificium ſibi præſũptuosè voluit vſurpare. Nam clerici eius, fautores ipſius abuſiuę electionis tantummodò extiretũ: verùm Cardinalium ſeu epiſcoporũ, duobus exceptis, cõſortio & ſuffragio caruit. Omnes enim tã Cardinales quã epiſcopi dominó Papæ Alexandro equanimiter cõſenſerunt. Proinde venerabilis Papa Alexãder ad Gallicanas partes proficiſcens, apud Montem Peſſulanũ transmeauit. Cuius aduentum poſtquam ad aures domini Ludouici regis fama detulit, cõſilio quid ſuper hoc faceret exquiſito, memorãdus rex dominum Theobaldum abbatem ſancti Germani Parrhiſienſis ad ipſum deſtinauit. Deniq; negotio domini regis peracto, cum gratia domini Papæ totiúſque Romanę curię remeare diſpoſuit. Dúmque in itinere regreſ- B ſionis eſſet, apud Claromõtem graui moleſtia corporis correptus eſt. Ipſe verò in extera regione morari diutius nolens, vt erat ægrotus ad Vizeliacum feſtinauit: & in eccleſiam beatæ Mariæ Magdalenæ, in qua ab adoleſcentia alitus fuerat, & habitum religiouis ſuſceperat & profeſſionem fecerat tertia die ante feſtum eius S. Mariæ venit.

Alex. III. in mõtem Peſſulanũ migrat.

Theobaldus Abbas ſancti Germani.

Anno igitur ab incarnatione domini M. CLXII. infirmitate ingraueſcente, abbas Theobaldus poſtridie feſtiuitatis ſanctæ Mariæ Magdalenæ, in eadem eccleſia migrauit à ſæculo. In cuius locum Hugo monachus ſanctæ Mariæ Vizeliacenſis ſubſtitutus eſt. Eiſdem diebus Ludouicus Rex Alexandrum Papam in paſtorem cum omni regno Franciæ C ſuſcepit. Cuius rei fama circumquaque regiones peruolante, Conſtantinopolitanus & Hiſpanus imperatores, rex Angliæ, rex Hieroſolymitanus, rex Siciliæ, Rex Hungariæ, omnéſque reges Chriſtianorum, ſequentes regis Ludouici exemplum, cum debita reuerentia eundem ſuſceperunt: excepto Federico Alemanniæ imperatore: qui conſueta tyrannide furens, prædictum ſchiſmaticum Octauianum contra leges & iura manu tenuit, & omni vita illius ſicut Papam eum habuit. Quo defuncto, Guidonem Cremonenſem, vnum ſcilicet de duobus cardinalibus eidem ſchiſmatico adhærentibus, nefandus ille imperator ſucceſſorem eius ſubrogauit. Cuius inhortationibus idem imperator Romam, vt eam perderet, profectus eſt: vbi maxima ſtrages ſuorum non vi Romanorum, nec aliorum mortalium, ſed ſola diuina vltione facta eſt. Mirabile dictu, contigit D quod dominus ſuper exercitum eiuſdem nefandiſſimi tyranni manum vltionis extendens, per aëris corruptionem feruentem pluuiam ſuper ipſos effudit: vnde infinita multitudo tam militum quam peditum inexpugnabili gladio diuinæ virtutis percuſſi, morte miſerabili vitam finierunt. Inter quos filius Conradi imperatoris interiit, & Rainaldus Colonienſis archiepiſcopus: cuius corpus fruſtratim diuiſum, & in feruenti aqua decoctum ſaléque conditum Coloniam vſque ſui deportauerunt. Imperator verò præ timore flagelli diuini ab eadem obſidione recedens, in Tuſciam fugitiuus peruenit. Vnde egrediens & Lombardiam pertranſiens, ab incolis eiuſdem regionis viriliter fugatus ad

1162.

Hugo 3. Abbas S. Germani.

Alex. III. ab Ludouico rege ſuſcipitur & ferè à cæteris regibus.

Octauian⁹ ſeu Victor à Federico ſuſcipitur.

Cremenſẽ Guido Cremonenſis Antipapa

Suſam feſtinauit. Exinde cum paucis ſociis furtiuè fugiens, Alpes tranſmeauit. Siquidem amiſſa multitudine in eadem obſidione epiſcoporum & baronum ſuorum; ita perterritus & confuſus extitit: vt vlterius ibi morari non audens, miſerabili fuga Alemanniam repetiuerit. E

De graſſatoribus & perſecutoribus eccleſiarum & pauperum ab Ludouico ſubactis: & pace eccleſiis & monachis per eum non ſemel reſtituta.

Cap. LVI.

QVoniam indies creſcit malitia, regiam celſitudinẽ decet regno prouidere, & ab impugnatoribus ſubiectos ſibi protegere. Niſi enim regia poteſtas protectioni Reipub. attentiùs inſiſteret, fortiores vltra modũ impotentes opprimerent. Quod etiam eodem tempore contigiſſe vera enarratione manifeſtum eſt. Nam Claromontenſis comes, & nepos eius comes Podienſis Guilhelmus, atque vicecomes de Polinaco, inſtinctu diaboli exagitati, rapinis miſeram vitam agere conſueuerant: depopulabantur etenim eccleſias, peregrinos impediebant, pauperes opprimebant. Quam eorum tyrannidem Claromontenſis & Podienſis epiſcopi & abbates prouinciæ illius, diutius ſuſtinere non valentes, quoniam ipſis reſiſtendi per ſe vel per ſuos vim non habebant, prudenti vſi conſilio regem Ludouicum adierunt: cui querelam ſuper eiſdem tyrannis deponentes, crudeles eccleſiis illatas iniurias inſinuauerunt, & cum piiſſimis precibus ad vindictam pauperum & captiuorum exhortati ſunt. Vnde piiſſimus rex audita tyrannorum prædicta nequitia, ſine mora congregauit exercitum: & in virga vltionis, ad quam non erat difficilis, aduerſus illos aduerſarios militauit. Cum quibus manu belligera congrediens (factum regia maieſtate dignum) in ore gladij eos expugnauit: & expugnatos cepit. Captos etiam ſecum abduxit: quos captiuos tandiu tenuit, quoadúſque firma fide promiſerunt, quod ab inquietatione eccleſiarum, pauperum & peregrinorum deinceps perpetuo ceſſarent. Expleto hoc inſigni opere non longo tempore poſt, quoddam execrabile factum & noſtris temporibus inauditum, per diuerſas regiones circumquaque diuulgatum eſt. Etenim Guilhelmus comes Cabillonenſis diaboli veſtigia ſequẽs, qui dominum tentare præſumpſit, eccleſiam Cluniacenſem atrociter perſequebatur. Ipſe ſiquidem infinitos prædones, vulgò dictos Brabantiones, qui nec Deum diligunt nec viam veritatis cognoſcere volunt, ad crudelitatem ſuæ tyrannidis explendam colligens, ſceleratis ſatellitibus fretus, aduerſus prædictam eccleſiam, vt eam deprædaretur, prædo profectus eſt. Monachi verò in eadem eccleſia Deo ſeruientes, non ferro aut clypeo protecti, ſed ſolùm diuinis armis & eccleſiaſticis veſtimentis induti, cum ſanctorum reliquiis & crucibus tyranno obuiam cum magna multitudine populi proceſſerũt. Illa autem ſatellitum prædictorũ peſſima turba, monachos ſacris veſtimentis ſpoliauerũt: & more ferarũ (quæ fame vrgente ad cadauera concurrunt) quingentos & eò amplius Burgenſium Clunia-

F G H

Deeſt in MS. C. hoc inſigni opere.

Brabantiones.

A Cluniacenſium, atrociter ſicut oues mactauerũt. Fama verò illius inauditi ſceleris diuerſas regiones circũluſtrans, ad notitiã piiſſimi regis Ludouici peruenit: qui tantũ flagitium in ſanctam eccleſiam grauiſſimè ferens, ad vltionem nefandiſſimæ cladis exuberanti feruore ſancti ſpiritus animatus eſt. Quid plura? bellicoſorum francigenarũ fortiſſimas phalanges ad ſe regali edicto conuocauit. Quibus fulcitus, aduerſus prædictum tyrannum ad eius exterminationem feſtinauit. Idem autem nequiſſimus comes Cabillonenſis cognito regis aduentu, præſentiam ipſius non audens expectare, relicta terra ſua profugus abiit. Dum verò rex greſſu concito per partes Cluniacenſis prouinciæ tranſmearet, mulieres viris ſuis viduatæ, virgines & nati patribus orbati, obuiam ei proceſſerunt. Cuius pedibus B prouoluti, flentes, & eiulantes lugubri clamore ærumnas ſuas ei oſtenderunt: & piiſſimis precibus regiam maieſtatem exorantes, vt eis manum conſilij & auxilij miſericorditer porrigeret, piiſſimum regem totúmque exercitum eorum calamitatibus, ferè vſque ad lachrymas compatientes, magis ac magis ad perditionem ſceleratæ gentis animauêre. Nec mirum: videres enim ibi pupillos adhuc pendentes ad vbera matrum, virgunculas plorantes & paterno ſolatio ſe deſtitutas miſerabiliter clamantes. Audires totum aërem vagitibus infantum reſonãtem. Ne longius verba protrahantur, rex propoſitum peragere ſatagens, cum exercitu ſuo terram nefandi comitis Cabillonenſis nullo præpeditus obſtaculo audacter intrauit: atque Cabillonenſem ciuitatem & montem ſancti Vincentij, inſuper omnem illius tyranni terram in ore gladij per- C domitam, cepit: & eiuſdem terræ mediam partem duci Burgundiæ donauit: relinquam partem comiti Niuernenſi contradidit. Quoſcunque autem ex ſupradictis Brabantionibus, diuinam voluntatem contemnentibus diaboli que ſequacibus capere potuit, in vindictam eccleſiæ Dei furcis ſuſpendi fecit. Quorum vnus vitam ſuam redimere infinita pecunia volens, non impetrauit: ſed eadem pœna plexus eſt. Peracta denique condigna vltione, nefandiſſimæ ſtragis & perſecutionis, quæ ſanctæ Dei eccleſiæ Cluniacenſi inferebatur, rex tanto potitus trophæo cum gaudio remeauit. Igitur quia regiæ maieſtati congruit, eccleſias Dei contra quoſlibet perſecutores protectionis clypeo defenſare, benigniſſimus rex nolens eas, iuſtitia per negligentiam ſuam deficiente, à raptoribus deua- D ſtari, egregiè vindicatis Cluniacenſis eccleſiæ iniuriis, Vizeliacenſem nihilominus eccleſiam ab impugnationibus aduerſariorum liberauit. Cõtigit enim quòd Vizeliacenſes Burgenſes communiam inter ſe facientes, aduerſus dominum ſuum Abbatẽ & monachos ſuperbia inflati inſurrexerũt, eóſque diutiſſimè infeſtatione maxima afflixerunt. Communiter ſiquidem coniurauerant, quòd eccleſiæ dominio vlterius non ſubiacerent. Quod quidem aſſenſu & conſilio comitis Niuernenſis fecerant: qui eidem eccleſiæ aduerſabatur. Abbas verò & monachi acerrimis infeſtationibus Burgenſium coacti, turres monaſterij ad ſuam defenſionem munierunt: quos de foris Burgenſes pluuia ſagittarum & immiſſione

Cabillonẽſe territoriũ vaſtatur & vicinis donatur.

balliſtarum aſsiduè perurgebant: & tandiu incluſos armata manu tenuerunt, vt carentes panis edulio, tãtummodo carnibus vitam ſuam ſuſtentarent. Pars quoque monachorum excubiis noctis inſiſtebat: pars laſſata membra ſopore aliquantulum recreabat. Cúmque tanta vexatione coarctarentur, Abbas videns quòd iniqui homines ab impietate ſua nullatenus deſiſtentes, magis ac magis eos aſsiliebant; per quorundam amicorum ſuorum conductum clam monaſterium exiuit, & regem Ludouicum Corbeiæ demorantem celeriter adiit. Cui querelam ſuam deponens, ſuper iniuſta inquietatione Vizeliacenſis communiæ ei proclamauit. Quo per inſinuationem Abbatis agnito, rex, ſemper promptus ad eccleſiarum protectionem, Lingonenſem epiſcopum ad comitem Niuernenſem, qui prædictam communiam manutebat, deſtinauit: & mandauit ei, vt pacem eccleſiæ reformaret, & communiam diſsipari faceret. Comes verò regio mandato obtemperare negligens, in ſua peruerſitate homines Vizeliacenſes perdurare non prohibuit. Cuius contumacia auribus regis relata, ipſe tantam indignationem comprimere dignè cogitans, exercitum congregauit. Quo adunato, aduerſus prædictum comitem equitabat. Quod ille audiens epiſcopum Antiſſiodorẽſem ad regem dirigens, mandauit ei quid ſecundum ſuam voluntatẽ de prædicta communia faceret. Deinde ipſe apud caſtrum Moretum regi obuiam veniẽs, ei fiduciauit quòd communiæ deinceps non conſentiret: ſed eam penitus diſsiparet. Vnde rex fiducia comitis accepta, quod exercitu dimiſſo, Antiſsiodorum cum eodem comite venit: vbi Vizeliacenſes Burgenſes conuocati, iuramento affirmauerunt quòd ad voluntatem Pontij Abbatis ſucceſſorúmque eius ſe haberent, communiámque relinquerent, & ad eam deinceps non iterarent. Proinde, regis decreto, iidem Burgenſes Pontio Abbati quadraginta millia ſolidorum donauerunt: & ita pax eccleſiæ reſtituta eſt. Expleto deinde paucorum annorum curriculo, Vvilhelmus comes Niuernenſis eidem eccleſiæ aduerſari cœpit. Nam quaſdam indebitas conſuetudines in ea clamabat: quas Vvilhelmus Abbas Vizeliacenſis & monachi ſe debere ei inficiabantur. Vnde comes, poſtpoſita Dei reuerentia, monachis alimenta ſubtraxit. Illi autem victualibus carentes, regem Ludouicum pedeſtres adierunt, & ei Parrhiſiis occurrentes, ſolo tenus proſtrati, lachrymis obortis querelam ſuam ſuper iniuriis à præfato comite ſibi illatis ei depoſuerunt. Idcirco rex compatiens monachis lachrymabiliter conquerentibus, Vizeliacenſi eccleſiæ firmiſsimam pacem reſtitui fecit.

De premio à Deo ob tanta merita Ludouico collato, vtpote Philippo filio: de cuius generatione, natiuitate & regneratione agitur hoc capite vltimo.

CAP. LVII.

IGitur propter hæc & alia multa opera iuſtitiæ, quæ piiſsimus rex Ludouicus prædictæ eccleſiæ, & pluribus aliis intuitu diuinæ maieſtatis exhibuit,

A exhibuit, necnon propter vltionem quam in hoſtes Cluniacenſis eccleſiæ & plurium aliarum eccleſiarum multoties exercuit, diuina bonitas tot bonorum operum remunerationem condignam ei contulit. Rex enim diuinæ gratia largitatis ex Ala nobiliſſima regina vnum filium genuit. Anno Incarnationis dominicæ M. CLXV. Sabbato in octaua aſſumptionis beatæ Mariæ virginis, nocte dum matutina ſynaxis celebraretur, hæc nobiliſſima proles proceſſit ad ortum. Cuius natiuitatis gaudium deferens nuntius, ad ſanctum Germanum de Pratis veniens, hos felices rumores enarrauit hora eadem qua monachi incipiebant cantare propheticum canticum, Benedictus dominus Deus Iſraël, quia viſitauit & fecit redemptionem plebis ſuæ. Quod diuino oraculo contigiſſe manifeſtis indiciis coniici poteſt. Fama verò tam deſideratæ prolis circunquaque percurrens, omnes Francigenas maximo gaudio expleuit. Quippe qui ſucceſſionem maſculini ſexus, de ſemine regis Ludouici procedentem diu multúmque deſiderauerant; qui poſt glorioſi patris deceſſum, ſolium regiæ maieſtatis obtineret. Quod deſiderium attulit eis dominus: nec ſunt fraudati à deſiderio ſuo. Itaque regia prole exorta, poſtridie ortus ſui, hoc eſt die Dominica, pater eius Rex Ludouicus filium ſuum baptiſmatis ſacramento confirmari fecit: Ad quod exequendum Mauritius Parrhiſienſis Epiſcopus, mandato regis, ſacerdotalibus veſtimentis ſe induit: & regiam ſobolem in Eccleſia ſancti Michaëlis de platea ſolenniter baptiſmate regenerauit. Hugo etiam Abbas ſancti Germani Parrhiſienſis patrinus puerum ſuper fontem baptiſmatis in vlnis ſuis tenuit. Herueus quoque Abbas ſancti Victoris, & Odo quondam Abbas ſanctæ Genoueſæ patrini extiterunt. Conſtantia ſoror Regis Ludouici, vxor Raimundi Comitis ſancti Egidij, & duæ viduæ Parrhiſienſes matrinæ extiterunt: qui vocatus fuit Philippus.

Philippus gignitur. 1165.

B

C

FINIS ANNALIVM FRANCORVM REGVM, ad natiuitatem Philippi Auguſti, qui in catalogo regum quadrageſimus primus recenſetur, collectorum magna quidem ex parte ab Aimoino monacho S. Germani à Pratis.

E

AIMOINI MONACHI
COENOBII SANCTI GERMANI À PRATIS,
De inventione sive translatione
Beati Vincentij Leuitæ & Martyris libri duo,
nunquam antea typis cuſi.

EPISTOLA AIMOINI MONACHI AD DOMNVM BERNONEM ABBATEM, cæteróſque ſub eo fratres,

F

DIGNIS MEMORIA SANCTIS PATRIBVS, DOMNO Abbati Bernoni cæterisque svb eo fratribvs, in pago Albienſi, & monaſterio Beati Benedicti, quod Caſtrum cognominatur, ſub eius regimine, regulari ſtudio Deo commilitantibus Aimoinus peccator, almi Germani Pariſiorum Præſulis monachorum nouiſſimus, præſentem proſperitatem, æternámque in Chriſto coronam.

VEstra, ô *amantiſſimi Patres, prudenti, necnon & imitabili ſimplicitate comperta, non miror quod libuit ſanctitati veſtræ mihi modico tantum iniungere negotium; quatinus* G *aduentum Beati Leuitæ & Martyris Chriſti Vincentij ad vos, eiuſdémque aduentus ſupernæ admonitionis cauſam, literis mandando poſteris futuríſque ſeculis ſciendum præberem. In quo etiam illud competenter exigitis: vt grandia paucis elucidem, ſeu pro vitando faſtidio ſpatioſa breui ſermone contraham: quo omnibus legentibus hoc opus Chriſto fauente probetur acceptius. Id quoque quemadmodum de miraculis eiuſdem ſancti in itinere vel penes vos multiplici numeroſitate exhibitis, tantum vt eius inuentio, eiuſque ad vos tranſlatio certa dinoſcatur contingam. Sed quoniam me ſuper hoc, quamuis indignum, dignanter tamen aggreſſi eſtis: fiat domini pia ſemper voluntas, ipſiuſque ſancti & egregij teſtis conſequens pro me ac frequens apud eum oratio. Neque fas ſit me tot tantiſque præceptoribus digna, licet ab immerito, poſtulantibus inobedientem repe-* H *riri: veſtra quoque pro me ſanctitate diuinam ſupplicante clementiam: vt quod meritis non præſumo, ſanctarum precum ſubleuatus auxilio, non ego quidem ſed gratia Dei mecum perficere poſſim.*

EXPLICIT EPISTOLA.

INCIPIT

A

INCIPIT LIBER PRIMVS

INVENTIONIS SIVE TRANSLATIONIS BEATI VINCENTII LEVITÆ ET MARTYRIS: quæ celebratur VI. *Kal. Nouembris.*

Hãc trãſlationẽ ipſemet Aimoin⁹ obiter perſtrĩgit li 5. de geſtis Frãcorũ. c. 20.

B

Capvt I.

ANNO octingenteſimo quinquageſimo quinto Incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti, regnante orthodoxo Frãcorum principe Carolo Hludouici Imperatoris filio, in parte quadam regnorum ipſius, in Aquitania ſcilicet & monaſterio, quod vulgari appellatione Conkittas vocitatur, Hildeberto cuidam monacho viſio oſtenſa eſt: quam cœlitùs monſtratam ſequentia declarabunt. Erat igitur idem vir ſimplex, vltra iuuenilem ætatem tempus agens: ſenex moribus ac ſanctæ patiẽtiæ ſtudiis eruditus. Habitum etiam monaſticum (quem præſertim à tempore ſui ſacerdotij inhianter deſiderauerat) adeptus, talem ſe totius religionis præbuerat actibus; vt etiam præcedentium huius vitæ patrum ſequens veſtigia, multis & ipſe foret in exemplum. Hic cum ſe aliquando poſt exſolutum vigiliarum debitũ ſopori dediſſet, vox ei diuina ſic inſonuit dicens: Frater vigilas? Cui reſpondenti, domine quid me vis facere? Surgens, inquit, vade, & aggredere Valentiam Hiſpaniarum: ac perquire extra muros eiuſdem ciuitatis locum ſepulturæ Vincentij Leuitæ & martyris. Cuius corpus, eccleſia quæ deſuper fuit, à paganis ob malignorũ ciuium & circum habitantium prauam conuerſationem deſtructa, ibi abſque vllo religionis honore, nullo obſtante tegmine, imbre madeſcit æthereo. Nam dignum eſt, ſcito, dominíque voluntas, vt idem glorioſus Dei amicus inde diligenter effoſſus, ad locum transferatur pacis cultúſque legitimi. Quibus dictis, mox à conſpectu videntis illa cæleſtis ſpecies huiuſmodi viſionem narrãtis vnà cum voce ſubducitur. Qui ſopore depulſo, & quod viderat vigilanti animo replicans, ad Dei rogandam pronus conſurgit clementiam: quatinus per eum cunctorum opifex quod oſtenderat dignaretur explere.

855.

Erat Carolus Caluus.

C

Hildebertus in ſomnis admonetur peregrinari, & quærere corpus S. Vincentij.

D

Cap. II.

ERat ſanè alius in eodem monaſterio religioſus monachus, æque ſacerdos & conuerſus Audaldus nomine, ſpeciali ei familiaritate con-

† *Ergo tūc viuebat Aimoinus ſcriptor huius tranſlationis.*

nexus, ætate ac vitæ moribus penè conſimilis: Cuius ab ore † quæ dicuntur, & multo etiam ampliora nos in fide accepiſſe confidimus. Ad hunc primus memoratus compreſbiter Hildebertus acceſſit: & quod ſibi reuelatum fuerat ſecreta allocutione detegens, eum in hoc multis modis animando ſocium poſtulauit. Hortatur amicum, precatur dilectum: Dei ſanctique martyris adfuturum repromittit ſolatium, necnon & pro laboris ſudore, æternæ recompenſationis pollicetur præmium. Quibus vir deuotus attenti pectoris arcano receptis, confeſtim verbis fauens ſodalis, aſſenſum libentiſſimè præbuit: præſertim cum idem à quodam nobili Hiſpanienſi viro, Berta nomine, frequenter audierit, quod eiuſdem ſancti Leuitæ & martyris corpus ab eodem loco cultoribus deſolato facile in quamcunque partem à quolibet aſportari poſſet. Conueníque vtriúſque animus ad tot terrarum interualla percurrēda promptiſſimus, atque ad perferenda ſi qua etiam adforent impedimenta paratiſsimus. Itaque Blandino eiuſdem loci Abbati, reliquiſque fratribus ſuæ voluntatis rem patefaciunt: à quibus hoc agendi ſeu perficiendi eos oportebat expetere conſilium. Proceſsit ſanè omnium qui conuenerant communis in hoc validúſque animi ardor: quorum ſcilicet mentes virtus illuſtrauerat ſuperna, & æqualis ſpei perflauerat lætitia. E F

Cap. III.

HOc igitur accepto ardentibus duntaxat animis diuino (quod eſt magis fatendum) conſulto, paratis omnibus exeunt cum duobus tantum famulis, hilares procedentes ad locum & opus ſibi cœlitus intimatum. Gradientibus autem eis, ac viam feſtino tramite accelerantibus, Hildebertus carnis incommodo preſſus, aſſumptum iter quanquam inuitus reliquit. Audaldus verò mœſtus, ac deinde vno ſolo comite cōtentus, poſt multas, quas prolixum eſſet expedire, paganorum inſidias, pariterque tribulationum variarum preſſuras, ducente ſe Chriſto audacter percurrens, tandem aliquando Valentiam ſuperius nominatā ciuitatem aggreditur. Vbi diebus quatuor in eius ſuburbio, à Chriſtianis iam penitus derelicto, anxius dubiúſque quid ageret immoratus, quinto die Zachariam quendam Maurum, apud quem hoſpitabatur, conueniens, ſciſcitabatur ab eo priuatim de re propter quam venerat, & vtrum ſe in hoc adiuuare poſsit, denudatis ſecretis interrogat. Quo reſpondente ſe optime poſſe, atque locum vbi precioſus Domni martyr iacebat, ipſiúſque monumenti tumbam adhuc integram bene noſſe: Eamus, inquit Audaldus: & videamus vtrúmne ita ſit, quemadmodum teſtaris. Quo aiente, quid mihi dabis pecuniæ, ſi quod quæris oſtendero? Monachus ait: Parum quidem habeo: ſed illud totum vel certè exinde quantum petieris incunctanter appendam. Vnde prędictus Zacharias ſuperno inſtinctu, ſanctíque martyris (vt credimus) obtentu moderatus, non amplius quam quadraginta argenteos, ſolidos videlicet quinque poſtulauit. Quibus libenter tributis, ſimul ierunt ad locum, vbi maceriarum eccleſiæ G H

Intellige aureos.

ſiæ

A ſiæ tantum patebant ruinæ, atque ipſius ſepulchri ſitum vt fuerat incontaminatum titulóque ſignatum reperiunt. In quo erat ſuper inſcriptum, quod illic requieſceret ſanctus Leuita & Martyr Vincẽtius. Præclarorum quoque parentum nomina, patris Euticij, matris verò Enolæ, à quibus orbi agoniſta talis proceſſerat, eidem epitaphio inter cætera refulgebant inſerta. Ergo comperto ſeu denotato ſarcophagi loco, die adhuc multo domum reuerſi ſunt, glorificante Audaldo Deum ac benedicente, qui itineris ſui curſum ita proſperè direxiſſet.

Cap. IIII.

PRoinde dum quies noctis, membris præſertim humanis blanditur, B accepto lumine conſurgentes ſoli ſecretò reuertuntur ad tumulum. Inuentúmque miræ pulchritudinis vas marmoreum vndiq; (vt decebat) ſtudioſè munitum, inopina facilitate, vltra quam dici poſſet, ſimul ambo viribus inſiſtentes aperiunt. Quid prӕterea admirationis pro incredibili eius integritate, quidve compunctionis ſeu lacrymarum, propter videlicet gaudium ac inexpertam aromaticæ ſuauitatis illic diffuſam fragrantiam memoratus ille monachus, tanti boni repertor, inibi tunc perſenſerit, ineffabile ipſo iureiurando atteſtante habetur. Hoc tamen luce clarius fulget, quod huiuſmodi ſignis veluti quibuſdam vocibus promulgatum fuerit, quod is qui quærebatur Dei Martyr & Leuita Vincentius eſſet inuentus. Qui extra multiplices & admirandas ſuppliciorum eius in- C iurias, ita (vt prælibauimus) integer libérque à putredinis labe repertus eſt: vt nullo modo in præparato ſibi ad efferendum ſacculo, neruis adhuc rigidis componi potuerit: niſi per artus (hoc ipſa cogente neceſſitate) complicatus diſſolueretur. Quibus cum reuerentia & timore perfunctis, ad hoſpitium deportatur, tempúſque ac opportunitas exeundi pátriámque reuiſendi præſtolatur in dies.

S. Vincentius anno dom. 307. paſſus, anno 855. integer & ſine corruptione repertus.

Cap. V.

EMptis denique palmarum ramis, & circa ipſum corpus ligatis, veluti huiuſce rei gratia theſaurus occultaretur adquiſitus, tãtum tamque venerabile præmium leuans, hoc onuſtus munere, hacque locupletatus Margarita negotiator ille pauper ditiſſimus effectus, optatum iter D dum tempus videt reſumit. Cui dominus rurſus oſtendere volens, quod quæſiti Vincẽtij Leuitæ & Martyris corpus inuenerit, ſub nocte quadam dum ſuper vniuerſos eundémque Audaldum ſopor ſolitò vehementior irruiſſet: ſubitò fulgor, haud dubium quin cælo delapſus, omne repleuit quo ſanctus inerat habitaculum: adeo vt hoſpes ſeorſum recubans nil aliud quam domũ ſuam, voluente ignis edacitate, ardere putaret. Dúmque clamores pauitans quis ignem ſucceſſiſſet emitteret: Audaldus veluti de itinere feſſus, vix ſomni decuſſa quiete aſſurgit, vocéſque clamantis hoſpitis accipiens, rem cælitùs adminiſtratam, ipſo perfuſus ſplendore tacitus timidúſque attendit. At vbi in ſe recollectus virtutem agnouit

altiſſimi: hoſpitem, vtpote gentilitatis ritu ferocem, blando ne paueat demulcet affatu, ignem proculdubio à ſe accenſum fuiſſe pronuncians. E Hoc autem audito, ille ſe intra cubiculi ſui clauſtra continuit: nec eſt permiſſus dignúſque inuentus, qui facti miraculi mereretur noſſe myſterium.

Cap. VI.

MOnachus verò orto mane feſtinè conſurgens, quod reſidebat itineris conficere ſatagit. Vnde poſt aliquot dies Cæſarauguſtam ciuitatem properanter aggreſſus, à quadam Deo deuota muliercula prope ipſius vrbis mœnia domum habente, miſericordia hoſpitandi, vt puta peregrinus, illa nocte ſuſcipitur. Quæ ſolicita, dum in occultiore parte F ſuæ domus vigilans & tacens quieſceret, animaduertit memoratum monachum ante ſancti corpus lucentibus cereis pſallenter aſtare. Itaque pulſato nocturnali tempore ſigno, ad eccleſiam concita pergit: atque quod viderat per internuncium Epiſcopo ciuitatis intimauit. Qui feſtinans ſarcinam ſibi vnà cum palmis pudore ſublato deportari iuſſit, monachum autem comprehendi mandauit. Ille verò paulò ante de neceſſariis viæ ſumptibus meditans, propter emendos panes, miniſtro quia erat mutus domi relicto, ad forum proceſſerat. Epiſcopus namque diuiſo faſce, & quæque inerant vniuerſis coram expoſitis, reperit ſanctum intrinſecus latens pignus, ſacco diligenter inſutum. Quod ſtupens nimiúmque admirans, & æſtimans omnino quod erat plane alicuius ſancti martyris G corpus, iuſſit illud auferri, atque in eccleſia Beatæ Mariæ ſemper virginis (quæ eſt mater eccleſiarum eiuſdem vrbis) veneranter recondi: in qua olim ſub Valerio pontifice idem martyr ſtrenuúſque athleta Archidiaconij arcem inſignis tenuerat.

Cap. VII.

HIs ita dolo peractis, Audaldus horum neſcius cum panis edulio domum regreditur: agnitóque (proh dolor) hoc triſti facto, perculſus animi dolore ad eundem epiſcopum, nomine Seniorem, lacrymis plenus acceſſit, conquerens cum eo de iniuſtè ſibi ſubducto corpuſculo. Et meus, ait, meus fuerat ille propinquus, in partibus Hiſpaniarum nuper H mortuus ac ſepultus. Cuius cadauer inter reliquorum parẽtum meorum exanimes artus componere ſatagens, hæc terrarum ſpatia multis vexatus calamitatibus Chriſto propitio peragrans euici: atque illud non paruo xenio dato, ex paganorum placata feritate redemi. Sed proh nefas, inquit, offendi epiſcopum crudeliorem ethnicis. Quod enim eorum auſteritas humanitus emollita piè quærenti conceſſit: hoc tua violentia improbè omnimodis exagitata rapit, impudentérque præſumit, & veluti inſanus ſanctũ dicis corpus hominis peccatoris. Tunc epiſcopus inter hæc & alia nimis rapida permotus iracũdia monachum teneri præcepit: inexquiſita tormen-

A tormentorum genera virgarúmque ei liuores repromittens, niſi de qua ciuitate vel loco eum furatus eſſet, ſeu quo nomine idem ſanctus ceſeretur exponeret. Quod cũ cœpiſſet, ac crudelius carnifice turpiter exercere perſtitiſſet: Audaldus volẽs nolens & valde diu cæſus, ac per teſticulos tandem ſuſpenſus, quaſi viſus eſt confiteri, quod ab Hiſpaniæ partibus illum deferret, quódque ſanctus Marinus martyr (hoc inuento vocabulo) nomen haberet. Sícque (vt reliqua tráſeamus) epiſcopo ſacræ prædæ nefario inuaſore partim deluſo, cũ magno cordis ploratu fletúque plurimo pulſus, ad proprium locum monachus triſtis verberibúſque attritus reuertitur. Quod monaſterij ſui fratres audientes nec credẽtes, Audaldum mendacij redarguerũt, noménque illi gyrouagi imponentes, à ſe ſequeſtrãdo, B iámque ipſo etiã ſponte exeunte, repellũt: & vbicumque libeat licentiam ei immò neceſſitatem tribuunt cõmorandi. Qui ad cœnobium Beati Benedicti, Caſtrum ſuperius cognominatũ, vſque perueniens, eiuſdem congregationis Abbati, viro religioſo, domno Giſleberto cæteríſque fratribus ibidem degentibus omnem ſui itineris ſiue actus continentiam, qualitérque ſibi ſancti Leuitæ & Martyris corpus ſublatum fuerit per ordinem explicauit. Qui nimirum attoniti & pro his quæ dicebantur valde gauiſi, Audaldum regulari more prius ſuſcipiunt: ac deinde illi ſecum quandiu viueret habitandi locum concedunt. Simúlque deliberant tempus ad hoc congruum opperiẽtes: quatinus tantum ad ſe decus quandóque ſuperna opitulante gratia transferre ſatagerent.

C

Cap. VIII.

Exacto denique tempore, annis ſcilicet octo & ſemis euolũtis ad Cæſaraugustã, Salomone ſibi familiariſſimo Cerdanienſi Comite mandante, ex ſe fratres mittunt: qui ſancti Leuitæ & Martyris corpus, procurante hoc ipſo Salomone reciperent, ſecúmque Chriſto miſerante deferrent. Salomoni námque hoc iamdudum compertum fuerat: & (vt erat prudens atque boni cupidus) ad regem Maiorẽ Cordubenſem opportunitate accepta perrexerat, fingens inter reliqua, quod apud Cæſaraugustam ciuitatem parens ipſius, vocabulo Sugnarius, dum ab Hiſpaniæ partibus deferretur, à Seniore eiuſdem ciuitatis epiſcopo violenter ſublatus detineretur. Ille verò exceptis aliis donariis ſpontè oblatis, vt corpus reddi D iuberet ſolidis centum expoſtulatis, ad Regulum ſæpe dictæ ciuitatis, nomine Abdilam chartam facere mandat: Imperans vt ipſe totidem quoque ſolidis ſumptis Salomoni Comiti propinqui ſui Sugnarij corpus reſtitui præciperet. Quibus ſic expeditis, ac principum animis, taxata pecuniarum ſumma, lucratis, epiſcopus aduocatur: & cur tantã in mortuum, imperatoria poſthabita reuerentia, exercuerit iniquitatem, velut reus maieſtatis, quique etiam nec ſibi reueritus fuerit, diſtrictè inquiritur. Quo omnia negante, & quod id non fecerit cum multis Dei ſanctorúmque iuramentis affirmante, Audaldus accedens conſtanti animo epiſcopum fortiter conuincere parat. Sed illis diu abſque effectu, & vt dicitur

Anno Domini 864.

muliebriter altercantibus, poſtquam epiſcopus blandis ſermonibus inuitatus veritatem fateri noluit, proponuntur ei tormenta: vt ſcilicet ligato pedibus eius vel collo fune per circuitum ciuitatis traheretur, & ſic illuſus membratim demum diſſiparetur. Et quanquam virtutes S. Vincentij, licet ſub nomine ſancti Marini, tranſacto præſcripti temporis ſpatio illic frequenter oſtenſæ, animum illius in eius amorem miro modo pertraxiſſent: minarum tamen horrore exterritus, quod geſtum fuerat confitetur, & locum quo illud ſacrum corpus erat humatum non ſine dolore ac gemitu aperit. Quo peruenientes monachi qui aduenerant, tam precioſum cæleſtis doni talentum reperiunt eleuantque. Cumque vnus illorum, Ratbertus nomine, hæſitans dubitaret an is vel alius eſſet, atque loculum aperiendo certis ſignis Audaldo notis, hoc prius cautè perſpici debere contenderet: ſtatim pede quem ad hoc promouerat infirmatur, plurimum ſibi formicante genu cum tibia. Quo ſigno reliqui ſatis certi de reddito corpore, illud ad deportandum aptè componunt. Tantóque potiti deſiderio, ac poſt paululum monacho pedis vigore pleniter recuperato, cum hymnis & gratiarum laudibus (prout ratio & loci qualitas dictabat) exeuntes, ad propria redire Domino ducente diſponunt: Cui eſt honor & poteſtas virtus & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

EXPLICIT LIBER PRIMVS.

HVC VSQVE DE SANCTI CORPORIS INVENTIONE, SEV REPETITIONE: NVNC AVTEM QVÆ RESTANT tranſlationis & geſtorum in ea miraculorum ſequens libellus cum ſubiecto excipiat Prologo.

ERGO *quia hactenus quæ circa huius ſancti Leuitæ & Martyris inuentionem ſeu corporis repetitionem geſta ſunt, fideli ſtylo Chriſto duce digeſſimus: iam nunc quæ reſtant ipſius tranſlationis & geſtorum in ea miraculorũ, breui quemadmodum cœpimus tractatu ſolicitè videamus. Neque enim effugari lectorẽ, multo magis verò ad ea quæ dicuntur inuitari, oportet, qualiter etſi ſermo incultus exaſperat, ſaltẽ ſuccinctus demulceat. Ideóque omne hoc opus in duo etiã diuidere volumus corpora, licet quantitate exigua. Nobiſque donari petimus, quicquid prætereunter in his exceſſimus: qui de multis pauca legentes, illa prorſus quæ fide ac relatione digna inuenta habuimus, eis præſentibus qui viderant atteſtantibus, pij laboris ſtudio ipſo in loco ſcribere curauimus.*

INCIPIT

A

INCIPIT LIBER SECVNDVS.

CAP. I.

SIQVIDEM illis ad Balagiuum oppidum, iuxta fluuium Segarim curſim peruenientibus in quadam inſula ſolo contigua reſederunt. Statímque diuulgatum eſt, nobilis Leuitæ & Martyris corpus adeſſe. Tunc conueniunt nonnulli munera & obſequia pro poſſe offerentes. Inter quos mulier dudū cæca adducta eſt: quæ humi *Mulier cæca illuminata.*
B ante ipſas reliquias proſtrata, lumen ſibi donari popoſcit. Et aliquandiu flens ac in oratione perſiſtens, viſum cunctis qui aderant cernentibus recepit, & ſemetipſam qualis venerat qualíſque effecta eſſet admirans aiebat: Gratias tibi Deus, tibíque ſancte Martyr, qui me tuæ virtutis ubertate dignam duxiſti.

CAP. II.

PRofecti autem inde ad Bergam caſtellum celeri curſu iter dirigunt. Vbi dominus itidem præſtito miraculo, quid meriti quíſdue gratiæ apud eum ſanctus Leuita & Martyr haberet clementer oſtendit. Nam inter reliquos gratiſſima eius munera requirentes adfuit quidam delatus *Claudus curatus.*
C claudus, totóque corpore ægrotus. Qui corā reliquiis (vt in talibus contingere ſolet) cœpit primum dolore valido affligi & in pauimento volutari. Quod aſtantibus mirum videbatur. Sed paulò poſt miſerante Deo per interceſſionem Beati Vincentij conſolidatæ ſunt baſes pedum eius & directi greſſus: ita vt lætitia ſoſpitatis amica comitatus, per ſe ad ſuos ſanus rediret.

CAP. III.

QVia verò lucerna non debet abſcondi, ſed vt luceat ſuper candelabrum poni, iam illud ſanctum corpus tanto virtutum fulgore coruſcum feretro aptantes, Salomone comite, præuio pacificóque ductore
D Cerdaniam vſque venerunt. Ibi enim propter occurrentes, & neceſſariam itineris quietem, ſalubri conſideratione aliquantiſper ſtare decreuerant. Intrantéſque quandam eiuſdem prouinciæ villam, quæ à priſcis cultoribus nomen Albis accepit, impoſuerunt illud ſuper altare eccleſiæ Beatæ Mariæ virginis. Quo innumera multitudine vtriúſque ſexus per biduum confluente, reperti ſunt inter eos, contracti genibus duo, & vna debilis mulier, cæcus vnus, ac febricitantes ſeu energumeni, eius ſancti meritis ab omni infirmitatum grauedine liberati. Nec audiuimus, quod vllus quocumque debilitatis morbo inuaſus (ſi fideliter acceſſit) ſe vel adueniſſe vel certè ſine remedij medicina receſſiſſe doluerit.

Cap. IIII. E

Penè igitur per ſingula manſionum loca patratis miraculis, vt verbi gratia in Liuia duobus claudis erectis, & in Carcaſona extra vrbem in eccleſia ipſi Leuitæ & Martyri ſacrata, Dæmoniacis infirmíſque aliis non paucis curatis, iam læti Caſtrum quo tendebatur, præcipui patris Benedicti monaſterium appropinquant. Sed qualis fuerit tanta exceptione dignus cum crucibus ac cereis omnibúſque congruis ornatibus ille monachorum ſplendidus apparatus necnon & deuotiſſimus populi concurſus, reor ſuperfluum ſi exponi contendatur. Martyris itaque corpus ſeruandum venerandúmque in Eccleſia almæ genitricis Dei Ma- » riæ ante ipſius Cœnobij portam collocauerunt: ob deuotam maximè F » fœminarum frequentiam, quibus monaſterij ipſius aditus ex antiqua patrum eiuſdem loci conſuetudine denegatur. Decreuerunt tamen nouam baſilicam in eius honorem monaſterio vicinam extruere: ad quam vtriúſque ſexus perſonis deuotis liber ſit acceſſus.

Fœminas nõ ingredi monaſteria virorũ, antiqua patrũ conſuetudo.

Cap. V.

Sed quoniam poterat dubitari de prædicta eius inuentione & optata delatione; hoc omnipotens Deus ad cumulum ſuæ bonitatis tali miraculo roborari voluit. In villa Vidcellas, à monaſterio tribus duntaxat millibus diſtante, fœmina quædam ibidẽ adhuc degens, nomine Aitrudis, à vicino ſuo admonita eſt, vt depoſito Lanificij opere, in occurſum ſuſceptionis B. Vincentij martyris, cum aliis properaret. Quod illa facere G recuſans, cũ cachinno dixit eſſe potius corpus cuiuſdã Mauri ethnici vel Hiſpani, quam martyris. Et extemplò omniũ priuata membrorũ officiis contrahitur: ac veluti cadauer miſerabiliter in terram cõſternata, ſe mox expiraturam terribili voce proclamat. Rogátque ſuos, vt ad ſancti templum deferatur. Vbi curru delata, per dies nouem, aſpicientibus multis, eandem percuſſionis debilitatem ſuſtinẽs manſit: atque poſt alios nouem ſaluti reformata, valens vt nunc quoque valet exiuit.

Cap. VI.

Enimuero frequentantibus locum plebibus, ſiue infirmis variis languoribus oppreſſis, ſanitatũ medelam exquirẽtibus, à Cerdaniæ par- H tibus quidã venientes, haud longè à monaſterio propriis rebus expoliati, nudi ad ſanctum gemebundi flentéſque perueniunt. Sed mirum in modum gratia ſupernæ accidit æquitatis, vt prædatores alioſum fugere tentantes, aduerſa ſibi profectione mirabiliter coacti, cum vniuerſis quæ abſtulerant, ad eundem locum feſtinãter accederent. Et ſeſe mutuò intuentes ſpoliatores ac ſpoliati, iſti timere, hi verò multo amplius mirari cœperunt: volentibúſque populis in reos conſurgere, ſupplices rogarunt, ne quid ſibi mali ob Chriſti ſanctíque martyris amorem inferrent. Quo impetrato omnia reſtituerunt: & Deum ſanctúmque laudantes Vincentium,

A tium, ad propria ſinguli repedant: iſti de inuentis, illi autem de venia gratis adquiſita iocundi.

Cap. VII.

Nec ſilentio prætereundum, quod pari admiratione dignũ eſt. Quidam enim ex Camerẽſi pago, cauſa orationis, inclinato iã die adueniens, lanceam ſuam vni arborum, quæ ſunt ante memoratæ baſilicæ ingreſſum (ſeruato religionis honore) innixam reliquit. Cúmque eccleſiam ſic exarmatus intraſſet, & orationi deuotè inſiſteret: fur quidã lancea eius rapta aufugit, domum ſuam non longè poſitam petens. Sed mente perturbatus, ad eiuſdẽ viri tuguriũ, cuius erat haſta, infra triginta ferme leucas, ieiunio ac itinere per totam noctẽ fatigatus deuenit.
B Cúmque ſitiens paululum aquæ peteret, mulier agnitam mariti haſtam recipit, & furi reatum ſuum confitenti pepercit, non ſine admiratione virtutis ſancti Vincentij qui peregrini ſui iniuriam eo modo reparari curauit.

Cap. VIII.

Qvandoquidem de noua ſancti Vincentij Leuitæ & martyris fabricanda eccleſia mentionẽ fecimus, congruum eſt huic loco nouum referre miraculum. Ad hanc enim conſtructionem confluentibus pariter plus quam ducentis viris cum muneribus, præter mulieres paruulos, & infirmos. Inter quos fuit quidam cœcus rebuſque pauper: qui ne in ſancti ſeruitio vacuus appareret, lapidem non paruum ſibi ex itinere à ductore
C dari popoſcit, atque illum ſubitò leuatum collo ſuppoſuit. Cumque à plebe ſtultitiæ argueretur, vt qui rem impoſſibilem propter pondus attentaret: aſſeruit ſe nunquam ab incœpto quieturũ, donec munus aſſumpti lapidis ad noui templi S. Vincentij ſtructuram detuliſſet. Nec mora, inter hæc verba, depulſa cæcitate viſum recepit.

Cap. IX.

Vir venerabilis Heliſagar Toloſæ ciuitatis Epiſcopus his auditis virtutum ſignis, iure paſtorali clerum populúmque hortatus eſt, vt qui vellent ad ſancti martyris orationem ſecum ire pararent. Qui dum decreto tempore paſtor bonus ouiũ turmis circumſeptus, à nono etiam
D miliario diſcalceatus, forma factus gregi, reuerenter aduenisſet, quidam eorum digitos vtriuſque manus ab ipſa natiuitate ita contractos & volæ hærentes habens, vt nunquam explicari ſeu extendi valerent: poſt orationes & lacrymas coram ſancto martyre fuſas, ſenſit eos ſolutos, manante tamen viuo cruore è locis quibus prius inhæſerant. Quo viſo epiſcopus & vniuerſi qui cum eo erant, in laudes diuinas prorumpunt, litanias, hymnos, & Te Deum laudamus lacrymoſa voce pſallentes: ipſáſque manus ſanguine litas iam gaudio magno deoſculantes.

CAP. X.

QVidam argentum ſibi ad aliquod opus neceſſarium in ſinu abſcon- E
derat. Quod inuerecūdè mulier in latrocinandi arte perita extraxit. Sed manus eius ipſum argentum cōtinens ſtatim obriguit: ita vt eam nec aperire, nec ad ſe (cunctis videntibus) reducere valeret. Ipſa verò ad ſancti Vincētij ſacras reliquias confugiēs, & ibidem cū fratribus, aliíſque fidelibus deuotè orans, curata eſt, manú q; relaxata furatum argentū reſtituit.

CAP. XI.

ALius cæcam habens filiam à natiuitate, eā medendi fretus fiducia, ad ſancti Vincentij diuulgata paſſim patrocinia adducere ſtatuit. Et ad monaſterium vſque veniens, vbi comperit ipſum ſacrū corpus, propter timorem paganorū Nortmannorū ad remotiorem & tutiorē locum trāſportatum fuiſſe, crebrius ingemiſcens dicebat. Miſerere Chriſte, miſerere ô Beatiſſime Vincenti. Miſerere mihi miſero, miſerere huic filiæ meæ: His lacrymarum vocibus, ſuperna (quæ non dormitat) ad miſerandū excitata clementia, continuò obtinentibus magni agoniſtæ precibus & fide parentis, lumen reſtituit puellæ. F

CAP. XII.

NOrtmannis autem (qui ad obſidendā Toloſam venerant) accedentibus, monachi ſanctum reuehunt corpus: digníſque eo in loco vbi prius fuerat officiis venerandum reponunt. G

CAP. XIII.

RVrſus puella quædam à natiuitate cæca, indubitanter credens, interuentu tanti martyris ſe poſſe lumen recipere, ſororem rogauit, vt ad eum quantocius perduceretur. Quæ dum ſimul incederent, audierunt in terram procul remotam delatum fuiſſe. Ad quam propter rigorem hyemis & aſpera iuga montium non valentes peruenire: cæca ſororem ſuam hortata eſt, vt ex cera quam ſecum tulerant candelas conficeret: eáſque ſaltem ad locum quo ſanctum corpus in itinere ad modicum pauſarat, deferret. Audierat enim locum miraculis celebrem: ita vt etiam animalia ratione carentia illum contingentes debilia redderētur. Quod cum feciſſent, atque ſe illic ambæ gementes proſtrauiſſent: fuſa prece quæ lucis neſcia venerat mulier, cœpit clamare ſe clarè videre. H

CAP. XIIII.

IN eodem Albienſi pago fuit quidam piſcator, nomine Vbidādus, qui cum videret ſocios ſuos piſcatum pergentes, in præfato loco, cauſa venerationis morari, eos increpabat dicens. Vellem arbores huius ſyluę vniuerſas adoraretis: qui omnium plateas viarum indiſcreta cōſideratione, Oratorij religione ſacratis. Quibus dictis, illicò petulās os eius in aurem ſurſum conuertitur, atque vltra quam dici poteſt monſtruoſum efficitur.

Tunc-

A Túncque pœnitens ad prædictum locum cucurrit, totóque extenſus corpore ſe contumelioſum & blaſphemum fuiſſe fatetur. Deinde ad eccleſiã, in qua ſancti Leuitæ & Martyris corpus excolebatur velociter perrexit: eámque ſingulis horis diei vel noctis frequentauit, donec ſanaretur.

CAP. XV.

HAc itaque luce longè latéque diffuſa, etiam à natiuitate adducti cæci illuminabantur, ſurdis ac mutis ſenſus officia reddebantur, claudi curabantur, energumeni fugatis dæmonibus mundabantur, & aliarum infirmitatum quacumque moleſtia aggrauati, præſentes abſentéſque ſani efficiebantur. Vnde paupercula quædam à multo tempore luminibus priuata, cùm ad ſanctum martyrem duceretur, in medio itinere à B ductoribus tædio & labore feſſis derelicta, rogauit quendam aſtantium, vt ſaltem candelas (ſuæ orbitatis munuſcula) ante ſancti martyris altare accenſas offerret. Qui dum manu extenta eas accipere vult, ab ipſa muliere videntur: recollectóque brachio, iam non ductoré nec earum latorem quærit: ſed hilaris & de die in diem clarius videns iter cœptum, etiam pleróſque anteuertens perficit: & tandem ad ſepulcrum Beati Vincentij peruenit. Vbi candelis ardẽtibus, non per alium ſed per ſe oblatis, plenam oculorum aciem recepit.

CAP. XVI.

HVic ſimile eſt miraculum in Rotenenſi pago, qui vulgò Rodinigus C appellatur, patratum. Quidã contractus genibus cum ad ſanctum Vincentium adduceretur, à ſuis ductoribus ignauis, pigris & inhumanis in medio itinere ſolus & plorans derelictus eſt. Sed quia dominus, de quacumque neceſſitatis anguſtia ad ſe clamantium preces miſericorditer exaudire non ceſſat: extemplò miſeratur miſerum, ac cæleſti perfuſum medicamine, iacentem debilem facit erectum: Adeo vt magnis paſſibus gradiens, ſuos deſertores mox aſſequeretur. Illi autem tãto miraculo attoniti, ſeipſos accuſare vehementérque redarguere cœperunt: quod cæleſtis remedij beneficio dignum, ita pigri inclementéſque deſeruiſſent.

CAP. XVII.

D COnſuetudo (vt meminimus †) præfatæ congregationis fuit, vt fœminæ omnes ab ingreſſu monaſterij arcerentur. Idcirco euſdẽ cœnobij fratres prudenter prouiderant, vt corpus Beati Vincentij Leuitæ & Martyris in baſilica Dei genitricis Mariæ poneretur: ad quam liber erat mulierum acceſſus. At verò ſucceſſu temporis, conuentu huiuſmodi per dies ceſſante, intulerunt illud in ſeniorem monaſterij eccleſiam, atque retro altare Beati Benedicti (donec eius templum conſummaretur) poſuerunt. Poſt hæc mulier ab annis plurimis cæca conata eſt vſque ad locum quo ſanctus iacebat ingredi: ſed quidam obuians hanc repulit atque retrorſum mœſtam abire coëgit. Quæ ſuſpirans, ac ad cælum oculos men-

† Cap. 4.

tis erigens, ſancti martyris ſibi prouenire ſupplex orabat ſolatium. Sícque inter lacrymarum flumina cæcitatem expulit. E

Cap. XVIII.

IN quodam loco eidem cœnobio adiacenti, qui Vvaldarij cella nuncupatur, hoc memorandum enituit virtutis præconium. Secus etenim ipſum locum diffuſis militum copiis monachi Hermengaudum Albiæ comitem adierunt: orantes vt ab hoſtium inuaſione, equorúmque depaſtione eorum ſata protegeret. Nam in illis partibus perpauca extát prata. Qui quatuor Pallas Eccleſiæ Sancti Vincentij à pauperibus mulierculis oblatas præcepit aſſumi, & totidem baculis ſeu perticis alligari, atque in circuitu florentis agri affigi: quatenus eo ſigno à meſſis direptione hoſtes temperarent. Sed vnus eorum tale ſignum deſpiciens, pallam vnam cum baculo in terram excuſſit: & ab equo (quem in ipſa ſata inducere nitebatur) verſis calcibus in fronte percuſſus, ſpiritum exhalauit. Quo audito & per hoſtes diffamato, timor vniuerſos inuadit, euidénſque Dei iudicium ac ſancti martyris meritum vbique valés prædicaturà cunctis. F

Pallas intellige mappas, de quibus Durādus lib. 4. Rationalis diuinorũ, c. 29.

Cap. XIX.

HVic facto propemodum ſimile eſt quod ſequitur. Nam domno Alberico monacho cum fratre Helia in pagum Impurienſem profecto, atque in villa ſuæ obedientiæ, Garricula nuncupata, commorante, ſuperuenerunt hoſtes: qui pagum villámque, nemini parcentes, depopulati ſunt. Quinetiam equos ipſius Alberici abduxerunt, nec impetrare potuit vt ſaltem vnus (quem robuſtioré nouerat) redderetur. Sed ipſemet equus qui poſtulabatur, quaſi vindex duplicis iniuriæ (raptus inquam & iuſtæ repetitionis) raptorem calcibus in nudo capite percuſſum, morti tradidit. Quo facto iniquitatis ſocij perterriti, non ſolum equos, verum etiam quicquid in eadem villa rapuerant relinquentes, aufugerunt. G

Cap. XX.

SEquens exemplum de muto & ſurdo curato finem imponet. Georgius quidam vir illuſtris ſeruum mutum & ſurdum habuit: qui cum ad ſepulchrum ſancti Vincentij Leuitæ & Martyris duceretur, nec amplius à monaſterio quam duodecim ferme millibus diſtaret: cœpit loqui, loquentéſque abſque impedimento audire. Tunc comites rogauit, vt eum citò ad locum, ob referendas ſancto martyri grates perducerent. Quod & fecerunt ad gloriam & laudem Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſanctos ſuos mirabili potentia vbique triumphare facit: Cuius honor & imperium ſine fine permanet in ſecula ſeculorum. Amen. H

EPISTOLA

A

EPISTOLA EIVSDEM AIMOINI, AD DOMNVM THEOTGERVM, EIVSDEM CONGREGATIONIS MONACHVM.

Leuitarum præcipuo domno Theotgero, iuxta conſonam ſui nominis etymologiam Deum gerenti, Aimoinus comminiſter ſalutem dicit.

LAVDABILI charitati veſtræ (mi dulciſſime Theotgere) frequenti ſtudio circa mei curam ſatagenti, in omnibus parere deuotus exiſtens, inclino me tuus camelus ſponte, ad iniunctum mihi abs te onus ferendum. REM ſiquidem nouam &
B pro ſui breuitate mirandam, proſaico opere expleto, me veſtra dilectio de aduentu Beati Leuitæ & Martyris Chriſti Vincentij facere cogit geminos rurſus libellos: quos ſingulos tricenis modò verſibus claudam, per denos etiam poſitis in vnoquoque capitulis. Vnde conſultius eligo veluti recens ſcriptor videri, quã me veſtro amori, mihi melle dulciori quauis occaſione vllo modo abſentari.

EXPLICIT EPISTOLA.

INCIPIT LIBER PRIMVS, HABENS VERSVS XXX.

C

CAP. I. Quod Audaldus Hiſpaniam aggrediens Valentiam vſque peruenerit.

BIs quadringentis, decies quinîſque volutis, 854.
Quattuor inque ſuper ciclis à præſule Chriſto
Virgineo ſempérque ſacro de germine nato,
Audaldus fuerat tali de nomine notus
In Caſtro monachus communi lege probatus:
Atque ſacer ſancti geſtans Aaronis honorem.
Hic vno comite aſſumpto perpeſſus amara
Plura; ſed in dulces conuertens cuncta ſapores,
D *Inſtitit audacter quandóque Valentia ciuem:*
Quo ſe ſuſciperet peregrino functus agone.

CAP. II. Quod Zachariæ Mauro ſuum detexit ſecretum & quomodo ſancti reperit ſepulchrum.

QVod faceret Mauri Zachariæ culminis hoſpes
Denudat ſecreta ſui iam pectoris olli:
Eſſet quódque Dei Leuitæ Martyris atque
Vincentij Hiſpanias ſolo delapſus amore,
Hinc precibus blandis animum mentémque relambens,

A *Sed ſancto deducta, fide naſcente, medetur:*
Et pedibus, plauſtro veniens, curata receßit,
Primitus hoc ſigno tanta virtute patrato.
Poſt quoque, quæ numerus neſcit, ſunt plura ſecuta,
Proſaico necnon partim ſermone notata.

CAP. III. Vbi ſanctum corpus exceptum poſitum fuerit: & qualiter deinde retrò altare Sancti Benedicti locatum ſit.

NAmque monaſterij ante fores genitricis in aula
Iſta ſub immenſo gerebantur munere Chriſti:
Dum fieret ſancto templum proprio ſub honore;
B *Quo placidus demùm migraret iure ſepultum,*
Maſculus atque ſimul veniens quod fœmina adiret.
Interea placuit defluxa temporis vrna
Inde leuare ſacrum corpus, digneque locari
Poſt altare pij patris ſancti Benedicti:
Quo meriti pleno cultu veneratur honoris,
Aßiduis ſignis virtutum ritè coruſcans,

Præſtante rege regum, & domino dominorum Ieſu Chriſto bono & benigno ſaluatore mundi: qui cum Deo patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat Deus per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

(DE CASTRO MONASTERIO) Ioannes Papa 22. Albigenſem ſiue Albienſem C epiſcopatum nimis amplum in tres diuiſit: ipſo Caſtro & Abbatia ſancti Petri de Condomio, in ſedes epiſcopales erectis.

CORPVS autem S. Vincentij Rogerus Houedenus, Anglus, parte ſecūda Annalium, & quidam alij aſſerunt eſſe Vlisbonæ, ſiue Lisbonæ Portugalliæ metropoli, quę Plinio (lib. 4. cap. 22. & lib. 8. cap. 42) eſt Oliſippo, non ab Vlyſſe (qui nunquam illuc nauigauit) ſed ab equis ſic dicta: vt auctor eſt Valla, lib. 1. de Ferdinando rege Arragoniæ. Nam illic equi tantæ pernicitatis naſcuntur, vt eos non alium patrem quam ventum fauonium (qui eſt zephyrus) habere crediderit antiquitas: equa nimirum obuerſa ad eius flatum certo tempore concipiente. Deſcriptionem Oliſipponis Damianus Goes, eques Luſitanus edidit. In qua dicit Alfonſum (tertium, ni fallor) Luſitaniæ, id eſt Portugalliæ Regem, hanc vrbem anno Domini 1147. à Mauris infidelibus recuperaſſe: & non multo poſt corpus D. Vincentij Leuitæ & martyris ad eam ex ſacro promontorio (vbi diu latuerat) relatum fuiſſe, atque in fornice ſummi templi collocatum: vbi maxima cum reuerentia hodierna die adſeruatur. SED hæc (niſi ſit in temporum præſcriptione error) quomodo ſtare valeant non video. Nam ipſummet ſacrum corpus adhuc erat in monaſterio Caſtrenſi anno Domini 1215. vt ex litteris, quas cum oſſe maxillæ dicti glorioſi martyris ab ipſis Caſtrenſibus D monachis accepimus, apertiſſimè conſtat. Sunt verò tales adhuc integræ & nullo modo vitiatæ. † Cap. 4.

Vvillelmus Dei miſeratione dictus Abbas Caſtrenſis, & totus fratrum Conuentus Vniuerſis Chriſti fidelibus has litteras inſpecturis æternam in Domino ſalutem, & dignam bonorum operum ſuorum remunerationem.

CONSIDERANTES nobilis viri Domni Ludouici filij illuſtris regis Franciæ, Domni videlicet Philippi conſtantem deuotionem, & piam bonæ indolis affectionem, in petendo reliquias glorioſſimi Vincentij Leuitæ & martyris (qui paſſus eſt ſub Daciano præſide, in Valentia ciuitate Hiſpaniæ) facilem præbuimus ſibi aſſenſum, volentes caritatiuè eius

vota, quæ à rationis tramite non diſcordabant, affectu proſequente complere: dedimus eidem gratis & ſpontanea voluntate quandam partem maxillæ capitis precioſiſſimi martyris, ob honorem & reuerentiam iuſtæ petitionis & regiæ dignitatis ac maieſtatis. DATVM apud Caſtras, vbi corpus iam dicti Martyris ſeruatur, Dominica infrà Octauas Dominicæ Aſcenſionis, Anno incarnationis eiuſdem M. CC. XV. Regnante Domno Philippo, Illuſtri Rege Francorum ſuperius nominato.

Nota.

Deinde appenſa ſunt ſigilla Abbatis & Couentus. Primum hoc ſcripti continet. S. G. ABBATIS CASTRENSIS. Alterum habet figuram capitis ſancti Vincentij impreſſam cum hac in circuitu ſcriptura.

SIGILLVM, S. BENEDICTI, CASTRIS.

ORIGINALES hæ literæ anno Domini 1563. die ſabbati, menſis Iunij decimanona inuentæ fuerunt intra ſimulacrum argenteum ipſius ſancti Vincentij: quod cum aliis nos aurificibus vendere, neceſſitas temporis ac rerum inopia compulit. Erat autem cum ſuo ſuppedaneo ſeu baſi quatuordecim marcharum argenti. AT IN ALTERA duarum veterum arcarum reliquiarum (quæ prius ſub loculo ſancti Germani, & nunc in ſacello Beatæ Margaritæ virginis & martyris, grauidarum fœminarum ſpecialis patronæ, ſublimatæ conſpiciuntur) aliud os eiuſdem beati Vincentij repertum eſt, cum chartula ſequentem ſcripturam perantiquo charactere continente.

Indubitanter ſciant omnes quod hæc eſt medietas Faucis S. Vincentij Leuitæ & martyris: quam Domnus Ludouicus, filius Philippi Regis Franciæ attulit de prouincia Albigenſi.

HVIVS oſſis faucis pars non maior pollicis primo articulo, hodie vigeſima prima Febuarij, anni 1602. poſt multas & per ſe & per alios fuſas preces, data eſt deuotiſſimæ Mariæ de Bouſſu, Flandrenſi viduæ potentiſſimi germani, quondam Ducis de Bronſuuig & Luneburg. Quam etiam cum Hiſpana Domina Comitiſſa de Sede, pari feruore in Beatum Vincentium affecta ſe diuiſuram vouit. Tanti vel exiguam ipſius Sancti Vincentij particulam exteri faciunt: cuius integro corpore Hiſpani, iam ab anno Chriſti 864 (vt dictum eſt) ſe priuatos dolent.

PARTEM quoque eiuſdem oſſis dudum fratribus noſtris Sancti Vincentij Cœnomanenſis promiſſam, anno Redemptionis Milleſimo ſexcenteſimo ſecundo, die 21 Aprilis, dedicationis noſtri templi anniuerſario feſto ſolenni, Venerabilis Pater noſter Prior, frater Philippus Laurens eis detulit quum ad Capitulum generale (quotannis Dominica tertia poſt ſanctum paſcha celebrari ſolitum) proficiſceretur.

EODEM etiam tempore nouam effigiem argenteã ipſius Beati Vincentij Leuitæ & Martyris conflari per Iacobum Paiart, peritum valde in arte ſua aurificem curauimus. Quæ eſt ſeptemdecim marcarum & duarum vnciarum ac ſemis argenti, pręcij autẽ ducentorum ſedecim aureorum, vigintíque ſolidorum. Marca nimirum qualibet duodecim aureos & triginta ſolidos æſtimata. Addiderunt inſuper quoſdã lapillos & vniones. Baſim quoque æream ſeu cupream, vetuſtate pallidam (quæ priori ſimili imagini ſeruierat) denuò deaurarunt, pro tribus aureis & quadraginta ſolidis. Sicque totum opus conſtat 210. aureis. Ad pedes huius ſimulachri concluſa ſunt duo ipſius inuictiſſimi martyris oſſa, oſculari cupientibus patentia. Intus etiam latent literæ Caſtrenſes & chartula ſuperius memorata.

COR autem Sancti Vincentij erat in Duno regis (vulgò Domleroy) Biturigum oppidulo, Nouiodunum Celtarum quondam dicto. Quod quidam Comes Sacri Cæſaris (hodie Sancerræ) argento decorari fecerat. Nam in eius baſi ſeu ſpira ſculptum legebatur.

EX DONO THEOBALDI COMITIS SANCERRÆ. Sed hæretici hagiomachi (quos ætas noſtra Hugonotas nuncupauit) anno Chriſti 1562. obſeſſa ac tandem deditione recepta hac vrbe, eccleſiam paruam Sancti Vincẽtij (quæ ſola in ea exiſtit, ſubeſtque ſuburbanæ Beati Stephani, parocciali vtique ac collegiali, & cenſetur quoddam eius ſupplementum) bonis omnibus, præter inſiurandum, ſpoliarunt: excepto tantum ipſo Diui Vincentij corde: quod quidam à Domino Nicolao de Buxerolles, præfatæ eccleſiæ Sancti Stephani Priore, & poſtmodum Officiali Bituricenſi, fidei ſuæ commiſſum occultarat. Sed proditus à quibuſdam impiis, & multis iniuriis ac verberibus afflictus, tandem compulſus eſt illud tradere hæreticis. Qui ſubtracto argento, hoc ſacrum pignus publicè in quadam ciuitatula ſeu burgo circa Gianum quo migrarant, combuſſerunt: vnde tantus odor, quouis opobalſamo ſuauior prodiit, vt ipſimet hæretici poſtea faſſi ſint, nunquam ſe talem naribus excepiſſe.

ABBONIS

ABBONIS CŒNOBII S. GERMANI À PRATIS MONACHI, ET AIMOINI DISCIPVLI,

De obſeſſa à Nortmannis Lutetia Pariſiorum Libri duo.

M. DCII.

QVOD HIC ABBO NON FVERIT FLORIACENSIS, SED S. GERMANI à Pratis Monachus. F

OBSIDIO vrbis Pariſiacæ, quam duobus libris Abbo deſcribit, à Nortmannis facta eſt anno Redemptoris 885. vel (ſecundum Guillelmum Nangiacum, Chronographum Dionyſianum) 887. Cui ipſe Abbo interfuit: vnde & ſibi fidem hiſtoriæ vendicat: vtpote qui non audita tantum, ſed etiam viſa referat. Lib. 1.

Nemo (inquit) *meis ſuper hoc dictis inſurgere bello*
Decertet: ſiquidem nemo nil verius vllus
Expediet, qui propriis obtutibus hauſi.

Abbonis autem Floriacenſis Abbatis, in monaſterio Regulæ ſeu Reulæ (ad quod reformandum cum aliquot monachis tranſierat) occiſo, poſterior eſt centum & ſedecim annis. Hæc enim (Sigeberto in Chronico teſte) contigit anno 1003. Cui etiam faſciculi temporum auctor annum addit. Nequit ergo cum hoc noſtro Abbone idem eſſe. Noſtrum dixi: quoniam paſſim B. Germanum Dominum & patrem ſuum nuncupans, ſéque de eius bonis veſci profitens, ſatis oſtendit ſe Monachum huius cœnobij fuiſſe. Nam lib. 2. deſcribens tranſitum Nortmannorum è ripa ſancti Germani Antiſiodorenſis (quem teretem cognominat) ad alteram ripam S. Germani Pariſienſis, ait. G

Germani teretis contemnunt littora ſancti:
Æquiuocique legunt, cuius factis bene veſcor.

Et in eodem libro recenſitis aliquot miraculis Beati Germani, in ipſa obſidione patratis

Geſta (inquit) *mei narrare patris numerúmve nequiſſem.*
Hic Germanus, hic eſt. &c.

SCIDVLA

A

SCIDVLA SINGVLARIS CERNVI ABBONIS DILECTO FRATRI GOZLINO.

* Scidula pro ſchedula, parua charta.

B CVNCTORVM Dei plaſmatum extimus & conſæuita indignus Abbo, ſinceræ omnemque terrigenam ſuperantis igne dilectionis amplexãdo fratri Gozlino quicquid in Chriſto vtriuſque vitæ manet iocunditatis. Tuę admodum mihimet acceptiſſimę germanitatis affectio ſibimet dudum deſtinari crebrò popoſcit, vt bellorum Pariſiacæ polis, præcellẽtiſſimi quoque principis ab * examine regni hucuſque Odonis, noſtro genitum labore codicellum didicit, tam * cõtigui ſtudioſa ingenioli, quàm fraterni inſuper non immemor flagri. Eandem itaque ob gratiam fauſtiſſime noueris, Germane, tibi hancce dirigi pagellam, cum tam rara ne vnquam penes me fruſtretur petitio, tum ſolamine
C omnium apud lectorem amiciſſimi vt cara finetenus vice illam mittẽtis fungatur: quinetiam à deuiis prudenti dextera releuetur. Nunquã enim otio reficiendi ob ſcholarum pluralitatem cuius cõmoditati vbique locorum vacauerim: Verum quî primùm fuerit prolata, conſtat adhuc ſequens pagina membranis ſemel tantum mutatis: poſt quoque ceu quopiam Phœbo, tuo ſagaci luſtretur arbitrio. Denique huius eliminata directionis cauſa, æquum autumatur depromi geminas etiam opuſculi inchoationes. Quarum ſiquidem prima fuerit cauſa exercitationis (Tunc etenim adhuc litteratoriæ tyrunculus diſciplinæ, Maronis proſcindebam æglogas:) Altera verò manſuri aliarum tutoribus vrbium exempli. Cæterùm tam tuæ, quàm reliquorum quidem lectorum almæ charitati non iſtud metricè complecti volumen quòd vates * taxer, notum fore molior.
D Nullatenus quippe hîc quæ penes ſummos reperiuntur figmenta poëtas. Atqui Faunos feráſve nunquam tripudio carminis in ludum more Sileni conglomerauerim, neu rigidas motare cacumina quercus coëgerim, tum verò ſyluæ auéſque, mœnia quoque nunquam noſtris ſunt comitata veſtigiis, præ dulcedine cãtionis: nec quouis modulamine Orco aliiſve manibus animas tartarea eripuerim caligine ritu Orphei. Planè etiã ſi quando affuerit velle, nuſquã tamen his actibus fauit poſſe. Ergo nec * poſitor quidem nuncupor, nec figmenta hîc habentur. Sed noſtræ facultatis adſint præſidia. Porro Triadi noſtros credidi biblos viſu & auditu modo decuſſatos: Quorum duo quidem tam prælius Pariſiacæ vrbis, Odonis

* glo. origine. Odo Rex.

* glo. propinqui.

Precatio ad S. Germanum.

i. quomodo.

* glo. nominer.

Virg. egl 6.

* gl. poëta Eodẽ ſenſu accipitur in fine operis.

quoque Regis, quàm profectò almi ac heroïs præſertim mei Germani E eiuſdem ſedis olim egregij præſulis effulgent miraculis, aliàs tamen quibuſlibet inauditis: Qui autem ſupplet Trinitatem tertius horumce ignarus conſtat. Nam cleronomos tametſi anguſtum maneat ſitum, decentiſſimè ornat, tum ſcholaſticis ambientibus gloſſas ſuis in cómentis obnixè complacet, allegoria verò aliquantiſper cui eius indago libuerit, renitet; cui per ſemet quoniam * mutis inhæret verbis, propria manu * linguas ſuperieci. Pedes autem in omnibus opuſculi verſibus adeo delegerim, quo perrariſſimos forte ignorátia potiúſve obliuione liquerim claudos: qui tamen * periergia quæſo induſtriáque legentis debitæ virtuti reſtituantur. Pentemimeris nempe ſeu cum catatriton trocheon éptemimeris rata ſimilitudine per omnia currunt cæſuræ, quamquam bucolice ptomen perpauca. Communibus præterea * bannitæ modis cum F diæreſi & epiſynalepha non denſè vſus extiti. Igitur largiente diuino munere, ſuggeſſit hæccine mihi facultas. Quid plura? Catalecticus cunctus exiſtit verſus. Tum multa prorſus alia lectori ſeria parebunt indita. Nec tamen putetur hoc ob aliud factum niſi materiam vel à tua, dulciſſime frater, prudentia hauriendam, ſeu cuiuſpiam alterius diſerti, cum ad manus venerit, metrici. Dactilici quidem verſiculi trimetri præpoſiti cauſam enucleant ſui, ſed minimè exauditi: Verum quod haud apud magiſtrum, ſaltem mereantur nanciſci penes Germanum.

Hunc tertiú librum vltra modú ineptum, & nihil ad hiſtoriam facienté ſuſtulit P. Pithoeus.

* glo. obſcuris.

* gl. gloſſas quas ipſemet auctor addidit.

* glo. ſolertia.

* glo. ſyllabæ.

Gaudia quot radij Phœbo, tibi ſint & honores, G
Cùm ſine in ſinem, clam quoque ſine Deo.

EXPLICIT PRÆFATIO.

VERSICVLI

A

VERSICVLI DACTILICI, AD MAGISTRVM SVVM AIMOINVM.

O Pædagoge ſacer meritis
Aymoïne piis radians,
B *Digneq́ue ſydereo decore:*
Perrogitat mathites liniens i. diſcipulus.
Ore pedes digitóſque tuos
Cernuus Abbo tuus iugiter,
Sume botros, tibi quos tua fert
Vitis adhuc virides; rubeant
Imbre tuo radiiſque tuis.
*Continuò ſeris * atque fodis* *glo. doces atque corrigis.
C *Tu, celebrande, putas & eam,*
Nuncq́ue cupis niteat pluuiis
Alterius, iubare alterius,
Dulce cui tribuas rogo mel;
Nam tibi palmes & vua manet.
Floruit has mihi Pariſius
Nobilis vrbs, veneranda nimis
Bella precans ſua ferre tibi.
D *Agnita cuius vt orbe vago*
Sepiat æthera palma volans
Doxáque regnet vbique micans,
Ore tuo gradiente ſuper.

 E

INCIPIT LIBER PRIMVS DE BELLO PARISIACÆ VRBIS.

DIC *alacris ſaluata Deo Lutætia ſummo,*
Sic dudum vocitata, geris modo nomen ab vrbe
Nam Pariſius dicitur.
** Iſia, Danaum latæ media regionis,*
Quæ portu fulget cunctis venerabiliori:
Hanc Argiua ſitis celebrat perauara gazarum,
Quod nothum ſpecies metaplaſmi modo nomen F
O collega, tibi, Lutetia, pingit honeſte
Nomine Pariſiúſque nouo taxaris ab orbe,
Iſiæ quaſi par merito pollet tibi conſors.
Nam medio Sequanæ recubans, culti quoque regni
Francigenum, temet ſtatuis percelſa, canendo.
Sum polis vt regina micans omnes ſuper vrbes
Quæ ſtatione nites cunctis venerabiliori.
Quiſque cupiſcit opes Francorum, te veneratur,
Inſula te gaudet, fluuius ſua fert tibi giro
Brachia complexo muros, mulcentia circum
Dextra tui pontes habitant tentoria lymphæ G
Læuáque claudentes: horum hinc inde tutrices
glo. turres.
*Cis vrbem ſpeculare * falas, citra quoque flumen.*
Nortmãni, qui & Dani ſoboles. Plutonis.
Dic igitur, præpulchra polis, quod Danea munus
Libauit tibimet ſoboles Plutonis amica,
Tempore quo præſul Domini & dulciſſimus heros
Gozlinus Epiſcopus Pa iſ.
Gozlinus temet paſtórque benignus alebat?
Hæc inquit, miror, narrare poteſt aliquíſne?
Nonne tuis idem vidiſti oculis? Refer ergo.
Vidi equidem, iuſſíſque tuis parebo libenter,
Hæc tibi nempe litauerunt libamina ſæui
Septies aërias centum præter iuniores H
glo. Ducones. Barcæ nauiũ genus, Venetis frequens. Leugæ,
*Quamplures numero * naues numerante carentes,*
Extat eas moris vulgò barcas nominare:
Queis adeo fartus Sequanæ gurges fuit altus,
Vſque duas modicúmque ſuper Leugas fugiendo,
Vt mirareris, fluuius cui ſe daret antro;
Nil parens, abies quoniam velauerat illum
Ac quercus vlmíque ſimul, madidæ ſed & alni.
die.
*Vrbem quo tetigere quidem * Titane ſecundo,*
Egregij Sigefredus adit paſtoris ad aulam

Solo

A *Solo Rex verbo, ſociis tamen imperitabat,*
Vertice flexo ad pontificem ſic inchoat ore:
O Gozline, tibi gregibúſque tuis miſerere
Ne pereas, noſtris faueas dictis rogitamus:
Indulge ſiquidem tantùm tranſire queamus
Hanc vrbem, tangemus eam nunquam, ſed honores
Conſeruare tuos conemur, Odonis & omnes
(Hic conſul venerabatur, Rex atque futurus
Vrbis erat tutor, regni venturus & altor.)
Hæc contra Domini præſul fidiſſima iecit:

Sigefredus Dux Normanorum, ſolo Rex verbo. Nã carebat regno. Gozlinum alloquitur.

Odo Comes Pariſ. Karolus de Bagueta ſiue de Boueta qui & Craſſus Rex Franc.

B *Vrbs mandata fuit Karolo nobis baſileo,*
Imperio cuius regitur totus prope coſmus
Poſt Dominum, regem dominatorémque potentum,
Excidium per eam regnum non quod patiatur,
Sed quòd ſaluetur per eam ſedeátque ſerenum:
Vt nobis ſi fortè tibi commiſſa fuiſſent
Mœnia, quódque peregiſſes iuſtum tibi narras,
Quid fore ſancires? Sigemfredus, Caput, inſit,
Enſis honore meum, canibus demũ quoque dignum:
Toxica, ni tamen his precibus cedas, tibi tela
Noſtra miniſtrabunt caſtella die veniente
C *Decedente famis peſtẽ hoc peragéntque quotannis.*
Hæc ait, atque dehinc abiit ſocióſque coëgit.
Sic caput Aurora rapuit perdente duellum,
Nempe ruunt omnes ratibus, turri properantes,
Quam feriunt fundis acriter compléntque ſagittis.
Vrbs reſonat, ciues trepidant, pontéſque vacillant.
Concurrunt omnes, turríque iuuamen adaugent.
Hîc Comites Odo, fratérque ſuus radiabant
Robertus, paritérque comes Ragenarius; illic
Pontificiſque nepos Ebolus fortiſſimus Abba:
Hîc modicum præſul iaculo palpatus acuto.
Hîc eius iuuenis miles ſimili Fredericus
D *Eſt ictus gladio, miles periit, ſeniórque*
Conualuit ſeſe medicante Dei medicina.
Hîc vitæ multis extrema dedere; ſed acres
Pluribus infigunt plagas, tandémque recedunt,
Exanimes Danos ſecum multos referentes.
Iam occidui medium vergebat ad vltima Tyle
Climatis auſtralis quoque Apollo ſecutus Olympo,
Nil prorſus ſpecies turris renitens erat adhuc
Perfectæ, fundamentis tantum bene ſtructis
Ac modicum ductis ſurſum factiſque feneſtris

Eblous Abbas S. Germani à Pratis.

Gaudebat, belli ſed eadem nocte peracti E
Altius hæc circumductis creuit tabulatis.
Lignea ſeſcuplæ ſiquidem ſuperadditur arci.
Sol igitur Danique ſimul turrim reſalutant,
Prælia deuotis iaciunt immania valde:
Pila volant hinc inde, caditque per aëra ſanguis,
Commiſcentur eis fundæ laceræque baliſtæ;
Nil terras intérque polos aliud volitabat.
Dardi. *At turris nocturna gemit dardis terebrata,*
Nox fuit eius enim genitrix, cecini quoque ſupra.
Vrbs pauitat ciues ſtrepitant, & claſſica clamant.
Abſque mora tremulæ cunctos ſuccurrere turri. F
Chriſticolæ pugnant, bellóque reſiſtere curant.
Belligeros inter cunctos gemini radiabant
Ebolus *Plus aliis fortes, alter comes, alter & abba;*
Alter Odo victor, bellis inuictus ab vllis,
Confortando fatigatis vires reuocabat,
Luſtrabat iugiter ſpeculam perimens inimicos.
Cuniculis. *Qui verò cupiunt murum ſuccidere * muſclis,*
Addit eis oleum cerámque picémque miniſtrans
Mixta ſimul liquefacta foco feruentia valde,
Quæ Danis ceruice comas vruntque trahuntque.
Occidunt autem quoſdam, quoſdámque ſuadent G
Amnis adire vada. Hoc vnà noſtri reſonabant,
Irridens Normannos comis ambuſtos. *Ambuſti Sequanæ ad pelagos concurrite, vobis*
Quo reparent alias reddendo iubas mage comptas.
Vbique Eboli Abbatis fortitudo commendatur. *Fortis Odo innumeros tutudit. Sed quis fuit alter?*
Alter Ebolus huic ſocius fuit æquiperánſque.
Septenos vna potuit terebrare ſagitta,
Quos ludens alios iuſſit præbere coquinæ.
Hiſce prior mediúſve fuit, circúmve nec vllus.
Fortiter aſt alij ſpreta nece belligerabant.
P. græcũ ſi fuerit geminatum 200. ſignificat. M. ſimiliter geminatũ 40. ſignificat. Chile mille. Tot enim erant Normãni, id eſt 40. millia. *Scuta picta. *Verùm ſtilla quid eſt ſimplex ad caumata mille?*
P geminum fidos rarò quamuis vegetabat,
M q; truces poſthac chile feranta chile id extat. H
Hice recenter eunt vicibus turrim: iuge fœdi
Ingeminant bellum, clamor fremitúſque fit altus,
Ingentéſque replent voces hinc inde ruentes
*Æthera, ſaxa fremunt parmas * quatientia pictas,*
Scuta gemunt, galeæ ſtrident traiecta ſagittis.
Huc præda redeunt equites, certamina ſtipant,
Incolumes adeunt ſpeculam, ſaturíque ciborum,
Naues. *Antéque durcones multi repetunt morientes*
Quàm lapides iaciant illámque grauent lapidando:

Dulce

A *Dulce quibus flumen Danæ ſpirantibus, aiunt*
Quæque ſuo lacerans crines lachrymánſque marito,
Vnde venis: fornace fugis? ſcio nate diabli
Hanc nullus poterit veſtri ſuperare triumphus? Turrim vocabant furnum, ſic v. c.
Non tibi nunc Cererem, vel apros, Bacchúmque litaui?
Tamque citò quare repedas ad tegmina ſtratus?
Hæc iterum geſtiſne tibi ponis? redeúntne
Helluo ſic alij? Similem mereantur honorem
Clibanus ob humile quantum ſpeculæ ſinuatus
Sæua per ora duit quamuis ignobile nomen. dedit.
B *Ima dehinc ardent eius diſcindere ſciſci:*
En immane foramen, hians, maius quoque dictu.
Apparent penitus proceres iam nomine citi
* *Criſtatóſque vident cunctos, quibus atque videntur* glo. galeatos.
Conſpiciúntque viritim omnes non introeuntes:
Horror enim vetuit quod non audacia ſumpſit.
Orbita mox à turre teres iaculatur in illos
Bis ternas arcens animas direxit Auerno,
Pérque pedes tracti numerum complent morientum. Ignis ſubmiſſus.
Tum foribus poſuere Larem Vulcania cura.
Hinc multare viros, rentes & perdere turrim.
C *Fit rogus horribilis fumúſque teterrimus inde,*
Nubila militibus miſcet, ſuccedit & vmbris
Scilicet arx piceis, hora veluti diuturna.
Nam tulit hæc minimè ſufferre diu ſibi notos:
Sed noſtri Dominus miſereſcens vertere iuſſit
In ſortem cæcam populi nebulam generantis.
Fortius ille furens Mauors regnare ſategit.
Signifer en geminus concurrit ab vrbe benigna
Lancea bina gerens ſpeculam conſcendit, amictum
Auribus immodica croceum formido Danorum;
*Tunc centena * quium pepulit cum ſanguine vitam* pro, quorũ.
Centeno catapulta nimis de corpore pernix.
D *Hoſpitiúmque comas ducti lintréſque reuiſunt.*
Lemnius hîc môritur claudus, magno ſuperante
Neptuno, humectant latices incendia fuſi:
Peſtiferæ gentis miles percuſſus acerbo
Rotbertus felix iaculo ſpirauit ibidem, Hic fuit Comes Andiũ, & pater Robberti Comitis Par.
Atque Deo pauci vulgo periêre iuuante.
Erubuêre tamen poſthac veluti lupus audax Simile.
Nil rapiens prædæ, repetítque quidem nemus altum,
Subtilémque nimis ſecum retulêre fugellam.
Tercentum exanimos flentes Charone receptos

Nox comitans turris ſtuduit vulnus medicari.
Hæc duo bella ſui reſidens in limite currus
Ante Nouember adeſt, gelidus ſupplere December.
Solibus is caudam ternis quam cederet anni.
Sole ſuos fuluo radios fundente ſub æthre
Sorte Dionyſij luſtrant equidem recubantes
Macharij, Sequanæ ripas & caſtra beatum
*Germanum circa * teretem componere vallis*
Commixto lapidum cumulo glebiſque laborant.
Poſt, montes & agros ſaltus campóſque patentes
Ac villas equites peragrant peditéſque cruenti:
Infantes, pueros, iuuenes, canámque ſenectam,
Atque patres, natóſque necant, necnon genitrices,
Coniugis ante oculos ſtrages guſtat mulierem,
Coniugis ante oculos cædem tribuêre marito,
Ante patrum faciem ſoboles, necnon genitricum.
Efficitur ſeruus liber, liber quoque ſeruus,
Vernáque fit dominus, contra dominus quoque verna.
Vinitor, agricolæque ſimul cum vitibus omnes
Ac tellure ferunt crudeles mortis habenas.
Fra[illegible]a iam dominíſque dolet, famulíſque relicta,
Heroe gaudebat nullo, lachrymíſque rigatur.
Nulla domus ſtabilis viuo regitur dominante,
Ah tellus opulenta, gazis nudatur opimis,
Sanguiuomis, laceris, atris, edacibus æquo
Vulneribus, prædis, necibus, flammis, laniatu,
Proſternunt, ſpoliant, perimunt, vrunt, populantur
Dira cohors, funeſta phalanx, cætúſque ſeuerus.
Poſſe fauebat eis actutum velle quod ipſum
Omnia ſe viſum geſtabant ante cruentum,
Valles diffugiunt humiles, tumidi prius Alpes
*Arma ſimul * diamant lucos cum corde fugaci:*
Nemo patet, fugiunt omnes, heu, nemo reſiſtit.
Sic decus à regni pro poſſe tulere venuſti,
Sic celebris ſpecimen cymbis portant regionis.
Terribiles inter acies tamen aſtitit acta
Pariſius ridens media imperterrita tale.
Ergo bis octonis faciunt mirabile viſu
Monſtra rotis ignara modi compacta Triadi
Roboris ingentis ſuper argete quódque cubante
Domate ſublimi cooperto: Nam capiebant
Clauſtra ſinus archana vteri penetralia ventris.
Sexaginta viros, vt adeſt rumor, galeatos.
Vnius obtinuêre modum formæ ſatis amplæ.

[Margin notes:]
glo rotundum. Intelligūt autem Ædē S. Germani Antiſiodorēſis.
Mutatio ſortium hominum in bello.
Deplorat ruinā Franciæ.
glo. Valles, pauperes. glo. valde * amant.
Carri xvi. rotis, lx. hominum capaces.

E F G H

Completis

A *Completis autem geminis, ternum peragendo*
Mittitur arte ſala vexare ſalarica binos
Artifices, neruis iaculata vno quoque plectro:
Sic nobis lethum primi meruere paratum.
Mox monade necata obiit ſæuiſsima dias.
Mille ſtruunt etiam celſis tentoria rebus
Tergoribus collo demptis tergoque iuuencûm;
Bis binos treſiſue viros clypeare valebant:
Quæ pluteos calamus vocitat crateſve Latinus.
Nox nullam recipit requiem, nullumque ſoporem.
Veloces acuunt, reparant, cuduntque ſagittas,
B *Expediunt clypeos, vetereſque noui efficiuntur.*
Cumque ſenis Phœbi fulgor iam ſcandit in almas
Quadrigas agilis, noctemque repellit opacam,
Atque ſuos oriens oculos dimittit in vrbem;
En proles Satanæ ſubitò caſtris furibundi Nortmāni, proles Satanæ. Simile.
Erumpunt trepidis nimium telis oneratæ:
Ad turrim properant, tenues vt apes ſua regna
Diſtentis adeunt humeris caſiaque thymoque
Arboreiſque ſimul vel amœni floribus agri:
Haud ſecus infælix populus contendit ad arcem
*Preſſis * fornicibus humeris ferroque tremente* *glo. arcubus.
C *Enſibus arua tegunt Sequanam clypeis, & in vrbem*
Plumbea mille volant fuſa denſiſsime mala,
Atque ſerunt pontis validis ſpeculas catapultis.
Mars hinc inde furit ſurgens, regnatque ſuperbus:
*Totius Eccleſiæ conuexa boando * metalla* *.i. campanæ.
Flebilibus vacuas ſup; lent clamoribus auras.
Arx nutat, ciues trepidant, ingenſque tubarum
Vox reſonat, cunctoſque pauor cum turribus intrat.
Hic proceres multi forteſque viri renitebant:
Antiſtes Gozlinus erat primas ſuper omnes, Gozlinus Epiſcopus,
Huic erat Eboluſque nepos Mauortius abba, Ebolus abbas, Rotbert', Odo
Hic Rotbertus, Odo, Ragenarius, Vtto, Erilangus Ragenarius. Vtto, Erilangus.
D *Hi comites cuncti, ſed nobilior fuit Odo,*
Qui totidem Danos perimit, quot ſpicula mittit.
Dimicat infælix populus pugnatque benignus:
Tres armauit atrox cuneos, quibus obtulit arci,
*Maiorem, picto ponti geminoſque * parone,* * glo. Nauigio. De turre & ponte.
Hanc ſat opinati ſuperare hunc ſi potuiſſent.
Hæc multum patitur, multò maiora ſed ille:
Hæc depicta gemit vario ſub vulnere rubra,
Ille virum luget vires obituſque fluentes.
Sanguine nulla via vrbis adeſt intacta virorum,

Mm

Picta ſcuta Nortmannorum. *Proſpiciens turriſque nihil ſub ſe niſi picta*
Scuta videt, tellus ab eis obtecta latebat. E
Inde ſuper cernens lapides conſpexit acerbos,
*gl. dardos *Ac diras vt apes densè tranare * cateias,*
Inter ſeſe aliud turrimque nihil metit æther.
Vox immenſa, metus maior, ſtrepituſque fit altus.
Hi bellant, iſti pugnant, reſonantibus armis
Prælia Nortmanni exacunt crudelia ſanè;
Nullus habet terræ totidem qui viuere natus
Indutos gladiis pedites ſpectaret in vnum
*glo. ſcuti. *Et tanta miraretur * teſtudine picta*
Hac ſibi confecêre polum vitam nutrientem F
Quem nullum ſuperare caput cupiebat eorum.
Aſt infra capiunt tetræ necis arma frequenter.
Mille dabant pugnam pariter ſtantes in agone,
Mille ſimul turrim, quoniam contingere cuncti
Haud vnà poterant, turmis certare ſtudebant.
*glo. brachiis. *Arx ſpeculans nudis quoniam * chelis inimicus*
Ingeminat populus certamen, & ore patenti
Erectas taxos arcus conuertit in vncos.
Vnius hinc iaculum tranſmittitur os in apertum,
*glo. contegere. *Quem ſubito conans alius * clypeare migrantem,*
Nempe cibum guſtat primus quem repſerat ore.
i. trinum. *Adueniens autem numerum qui clauderet * almum* G
Hos nitens geminos auferre latenter, & ipſe
Percuſſus pharetra turri veniam quoque poſcit.
Sub clypeis illos alij conduntque trahuntque:
Vnde furore nimis pingues bellum renouarunt,
Scuta cient planctus ſaxis ferientibus ipſa,
Sanguineaſque vomunt voces galeæ ſubeuntes
AEthera, crudeli lorica mucrone foratur.
Reſpicienſque ſuas & quos fundauerat artus
Omnipotens fabricas modicùm Danis ſuperari,
Exhibuit noſtris vires animóſque valentes,
Impertitus eis ſenſus equidem tremebundos. H
Tum pereunt miſeri, plureſque vehuntur ad altos
*gl. naues. *Ponentes animas torquentibus arma * faſelos.*
Iam Titan celeres miſſos præmittere curat
Oceano pompare thoros otium quibus abdat,
Toruaque plebs quæ iam cecini tentoria turri
Texta tulit ſyluis flenti cæſiſque iuuencis,
Queis noctem quidam bello, quidamque ſopore
*gl. poſuere. *Præteriere, quibus * circumtriuere meatus*
*glo. ſagittas. *Penniuolas * acies vibrari felle madentes*
Militibus noctu eximiam cernentibus arcem.

Mane

A *Mane quidam flagrante nouant certamina plenis*
Arma trucum terris fixa teſtudine giro.
Certabant plures alij foſſata ſtudere
Quæ circa reſident illam, ſulcoſque replere.
Hinc glebas ſpecubus, frondeſque dabant nemoroſas,
Atque ſuo ſegetes etiam fœtu viduatas,
Prata ſimul, virgulta quoque & vites ſine gemmis,
Hincque ſenes tauros, pulchraſque boues, vituloſque
Poſtremumque necant, elegos, heu! quos retinebant
Captiuos, ſulciſque cauis hæc cuncta ferebant.
Idque die tota ſtantes agitant in agone.
B *Hocce pius cernens præſul, clara lachrymando*
Voce vocat Domini Saluatoriſque parentem:
Alma redemptoris genitrix mundique ſalutis, Gozlinus implorat opem Beatæ Mariæ.
Stella maris fulgens, cunctis præclarior aſtris,
Cede tuas precibus clemens aures rogitantis,
Si tibi me libeat miſſas vnquam celebrare,
Impius atque ferox, ſæuus, crudelis & atrox
Captiuos perimens, laqueo necis irretiatur.
Arce repentè volans telum deferre ſategit
Antiſtes Gozlinus huic quod flendo precatur
Qui vinctos vinctus mortis dimiſit habenis,
C *Atque miſer ſociis tendit clypeumque pedemque,*
Os ſoluit, virtute ruit, ſulcoſque repleuit,
Menſurans terram, ſpirans animam malè natam,
Captiuos iuxta tritos gladio nimis eius.
Vrbs in honore micat celſæ ſacrata Mariæ Lutecia B. Mariæ ſacrata.
Auxilio cuius fruimur vita modò tuti:
Hinc indicibiles illi ſi forte valemus,
Reddamus grates, placidas reboemus & odas,
Vox excelſa tonet, laudeſque ſonet, quia dignum. Alia oratio ad B. Mariã
Pulchra parens ſalue Domini, regina polorum,
Noſtra nites altrix, orbis conſtas dominatrix,
Quæ ſæuis manibus Danûm gladioque minace
D *Soluere Lutetiæ plebem dignata fuiſti,*
Lutetiæque ſatis poteras conferre ſalutem,
Quæ lubrico Saluatorem coſmo genuiſti.
Cælicoli cœtus, virtutes ac dominatus,
Primatuſque, poteſtateſque, tronique polorum
O genitrix ſobolis ſummi Regis celebranda
Te gaudent, recolunt, laudant, venerantur, adorant.
O fœlix vteri thalamo quæ claudere mater
Quem cæli nequeunt, tellus, vaſtum mare, quiſti;
Atque tuum delecta patrem nobis peperiſti.

Luna micans, Solem multo plus te renitentem E
Fudiſti terris, & eas quo plena manebas
Inradiando genus noſtri lapſum reparaſti.
Ergo cui, Regina poli, componere quibo?
Sanctior es cunctis, ſexu felicior omni.
Cultorum miſerere tui iam nata potentis:
Gloria, laus & honor, radianſque decus tibi ſemper
Sit benedicta Dei mater ſceptris in Ieſu.
Phœbus abit noctiſque redit caligo ſerenæ,
*Excubiiſque * nequaquam turris ſæpitur opimis.* (* gl. Nortmannorũ. Opimis, copioſis.)
Aurora girante polos girantur & arces.
Mortiferis ſiquidem telis quatientibus illas F
Arrietes conſtant, vnumque locant ab Eoo
In turrim; contemplatur Septemtrio celſa
In portas alium: tenuit contra latus eius
Ocque cidens ternum, magno cum pondere noſtri
Tigna parant, quorum calibis dens ſumma peragrat,
Machina quo citius Danum quiſſet terebrari:
Conficiunt longis æque lignis geminatis
Mangana quæ proprio vulgi libitu vocitantur, (Mangana.)
Saxa quibus iaciunt ingentia, ſeu iaculando
Allidunt humiles ſcænas gentis truculentæ. (Iobias.)
Sæpe quidem cerebrum ceruice trahunt elegorum, G
*Vah, multoſque terunt Danos, plures quoque * peltas.* (* glo. ſcuta.)
Immunis clypeus fractu nullus fuit ictus
Quem talis tetigit, non vllus morte miſellus,
Aſt infelices foueas ſupplere phalanges
Nequicquam tendunt, potuere replere nec vllam.
Nitebantur enim arietibus peſſundare turrim:
Quos quoniam nequeunt æquis deducere campis,
Carripiunt ternas rabidi kimbas ſatis altas (i. Cimbas. Naues.)
Frondiuagis equidem ſyluis grauidare flagrantes,
Poſtremum Vulcanus eis imponitur ardens.
Flammiuomas oriens demittit eas pedetentim, H
** Anguiniſque trahebantur ripas ſecus ipſæ.* (* gl. Funebus.)
Ad pontem, ſeu conſpicuam comburere turrim,
Sylua vomit flammas, arent latices pelagique,
Terra gemit, virides herbæ moriuntur ab igni,
*Lemnius atque potens Neptuno ſtat pede * trito.* (* al. cõtrito)
Regna poli furuus penetrat, nubeſque peragrat.
Hinc tellus & ager lymphæ cælique cremantur.
Vrbs luget, ſpeculæque timent, & mœnia deflent.
Heu quam magna oculis manant lachrymoſa beatis
Flumina: Dant pulchri iuuenes ſed & alba ſenectus

Mærentes

A *Mærentes gemitus, matreſque iubas lania :do*
Terga dabant ſiccæ, criníſque per arua reuoluunt,
Hæ colaphis nudata ſuis iam pectora tundunt,
At ſecuere genas aliæ larchrymis madefactas:
Tum trepidant ciues, cunctique vocant celebrandum
Germanum: Miſerere tuis, Germane, miſellis
(Pariſius præſul fuerat ſanctiſsimus olim, Inuocant ſanctum Germanũ.
Illuſtrabat eam cuius venerabile corpus)
Mænia Germani nomen recinunt: & in omni
Exclamat miles ſpecula, primique virorum;
O famulis, Germane, tuis ſuccurrere diſce.
B *Littora ſeu liquidi laticis pelagus ciet altum,*
Sydereoſque thronos quibus emicat, vt iubar almus
Verberat innumerus Echo comitante boatus,
Germanum reſpondet & vrbs vocitantibus ipſum.
Concurrunt matres pariter iuueneſque puellæ
Ad ſancti tumulum ſuffragia poſcere grata. Concurſus ad ſepulcrũ S. Germani Nortmãni lætãtes inſultãt ciuibus ærumnoſis.
Infœlix & ob hoc populus ſubiit nimis alta
Gaudia, ſubſannans ciues Dominíque cateruam.
Scuta dabant alapis reprobo riſu ſaturatis,
Argutóque tument horum diſtenta boatu
Guttura, & vrbanis plangentibus, aëra magno
C *Implentur ſonitu, clamore minus nihil amplo:*
Vox auditur in excelſis, & luctus in æthris.
At Deus omnipotens omnis fabricæ reparator
Orbis, adeſt precibus Sancti rogitatus, & ipſe
O, Germane, venis humili ſuccurrere plebi,
Auxilio lapidumque ſalire ſtruem ſuper altam
Flammiuomas puppes, pontem ne læderet vlla
Ipſe coëgiſti: pontem ſuſtentat is agger.
Continuo Domini populus deſcendit ad ignes
Quos mergens in aquas, naues cepit ſibi victor.
Hicque Dei ſumpſit fœlix gaudere caterua,
D *Vnde prius ſumpſit gemitus magnoſque dolores.*
Sic noſtris geritur bellumque, dieſque recedit,
*Noxque ſalam * gurdis mandat cuſtodibus ipſam.* * Ineptis, ſtultis.
Sole ſuas nondum claras ſubeunte quadrigas,
Sub lucem, reuehunt crates ſua ad oppida furtim,
Arrietes carcamuſas vulgo reſonatos Carcamuſæ.
Dimiſere duos, pallos vetuit remouere
Quos noſtri capiunt gaudenter depeculantes,
Rexque Danos retulit Sigenfredus ſuper omnes,
Quem turris metuit proprios ſibi vellere ocellos.
Sicque iuuante Deo, durus Mauors requieuit.
Ianuarij ſuprema dies ſtatuit triduana,

Hæc finire ſequens ſtuduit certamina menſis. E
Tertia lux huius fuerat belli recolendæ

Feſtũ purificationis B.Mariæ.

Sanctæ genetricis tunc purificatio Christi,
Quæ noſtræ tribuit plebi gaudere triumpho.
Præterea conſcendit equos auibus ociores
Infortuna cohors repetens partes Orientis,

Auſtria ſiue Francia Orientalis Robert. Trouſſi.

Francia quas nondum populatas triſtis alebat,
Cuncta prius dimiſſa necans magalia poſcit,
Quæ Rotberto aderant Pharetrato agnomine claro,
Cuius erat miles tantum obſequio modo ſolus:
Vna domus retinebat eos. Miles ſeniori,
Nortmannos contemplor, ait, curſim venientes. F
Robertuſque ſuum cupiens admittere ſcutum,
Nil vidit, quoniam populus ſuus abſtulit illud:
Quem Danicos iuſſit cuneos idem ſpeculari:
Enſe forum nudo petiit tamen obuius illis,
E quibus occidit geminos & tertius ipſe
Incubuit morti, nullo ſibi ſubueniente.

Adalelmus nepos ex ſorore Odonis.

Vnde nepos eius nimium triſtans Adalelmus
Conſulis intererat populo cui talia dixit.
Eia viri fortes clypeos ſumatis & arma,
Vlciſcique meum raptim properemus auunclum,
Hæc inquit, villam petiit, congreſſus acerbis G
Ilicet hos vicitque trucidauitque nefandos:
Nortmanno villam victor moriente repleuit.

*glo. Nauigio.

Nil reliqui prohibente fuga retulere paroni.*
Hæc eadem Rotbertus erat nitens operari.

Pratum S. Germani.

Poſt æquor reſidens almi niueam ſecus aulam
Scandere Germani tentant crebrius vocitati
Eius qua ſpeciem conſtat lucere ſepulchri.

Monaſterio S. Germani nullũ nobilius. Neuſtria. * ſcilicet, ad parochiã, quę nũc S.Germani veteris dicitur.

Hic iacuit ſuimet iugiter venerabile corpus,
Nobiliuſque monaſterium cunctis fuit illud
Neuſtria quæ refouere ſinu dicebat in amplo.
*Hinc proprius fuerat famulis geſtatus in * vrbem.* H
Ipſe Danos quicumque dabant veſtigia prato,
Militibus ſpeculam cernentibus vrbis in eius
Rure ſitam, fugiente mora tradit capiendos.
Eccleſiam cuius penetrans lacerare feneſtras
Ictibus arboreis vnus viteras lanionum,

Miraculũ. *glo. s. germano.

Continuo amenti rabei confunditur atrox
*Curribus Eumenidum piceis artatus ab * almo,*
Morſque ſequens miſerum perdit, pietate remota,
Hiſque fatigatus cauſis inferna petiuit.
Mi Germane ſacer, cura ne ſpiritus olim
Illa meus ſubeat cuius miracula canto.

Hæc

A *Hæc & quæ ſupplere queam faueas precor alme:*
Summa patris ſummi natique, rogato, columba
Ore meo ſedeat, mentem repleat pie domne,
Actibus atque ſacris virtutum floribus ornet,
Expulſis ſeſtrice ſacra vitiis procul atris.*
**Torriculi ſcandens alius ſublime cacumen* *glo. ſ. Columba, qua ſpiritũ ſanctum intelligit
Mutat iter per quod ſubut, greſſus quoque voluit
Ardua præcelſi nimium per culmina templi,
Oſſa cui fregere ſacri faſtigia tecti. *Aliud miraculum.
Germani meritis urgentibus. Hoc ſuper vrbis *glo. futurus rex.
*Pergama ſtans *venturus Odo Rex prodidit omni*
B *Stipanti ſemet plebi, digito manifeſtans.*
Ipſe Danum ſemet retulit vidiſſe cadentem.
Tertius adueniens oculos direxit in amplum
Mauſoleum Sancti, nolens quos liquit ibidem.
Quod ſubiens quartus ſuperis eſt demptus ab auris,
Obticuitque ſub occidua mox ſorte ſopitus.
Fortunate tui quintus, Germane, parentis i. ſepulcrũ.
Accelerat reſerare thorum, primo ſed adempto
Percutit hinc ſaxo proprium pectus, patientem i. à corpore
A cathedra cogens animam decedere peſtis,
Quæ nolens baratri tetigit cænacula tetri; Pater & mater S. Germani, in noſtra ecclesia ſepulti.
C *Illuſtrem ſobolis ſanctæ ſeruat genitorem*
Dextera; læua ſacram prolis retinet genitricem.
Eſt Eleuterius pater, eſt Euſebia mater.
Proh doloren medius cecidit pons nocte ſilenti
Obſitus alluuiis tumida bacchantibus ira.
Nam ſparſim Sequana circumfudit ſua regna,
Exuuiiſque ſuis obtexerat æquora campûm.
Auſtralis geſtabat eum vertex, ſed & arcam
Quæ tellure manet ſancti fundata beati.
Vrbis inhærebant dextris, alter ſed & altri. Pons turri inhærens è regione S. Germani.
Mane quidem ſurgente Dani ſurgunt ſimul acres,
Atque rates ſubeunt, armis onerant clypeiſque,
D *Tranſque natant Sequanã, turrim cinguntque miſellam.*
Multa dabant illi denſis certamina telis:
Vrbs tremuit, lituique boant, lachrymiſque rigantur
Mœnia, ruſque gemit, totum pelaguſque remugit,
Aera circumeunt lapides & ſpicula mixtim;
Exclamant noſtri, clamantque Dani ſimul omnes.
Terra tremit, noſtri lugent, lętantur & illi.
Dumque volunt, ciues nequeunt ſuccurrere turri
Atque viris bello deferre iuuamen anhelis,
Quos validè numero bellantes ſub duodeno
Rumfea vel formido Danum non terruit vnquam.

Difficile eſt dictu bellum, ſed nomina ſubſunt E
xii. turris caſtodes Ermenfredus, Eriueus, Erilandus, Odaucer,
Eruic, Arnoldus, Solius, Gosbertus, Vvido,
Ardradus, pariterque Eimardus, Gozsuinuſque;
Seque neci plures ſociarunt ex inimicis.
Hi quoniam nequeunt animis curuarier atris,
Aeſtibus accingunt carpentum arentibus arcis,
glo. Gurdi i. ſtulti, & hic Normanni intelliguntur. Ante fores gurdi miſerandæ gramine plenum:
Fulmineiſque velut Phœbo ſub rura procellis
Nox vacua cæli ſpecie confunditur alta.
Fas nulli arridente ſuum contemnere doma:
Haud ſecus, occuluit fumus ſpeculam catapultis F
Immerſis aliquantiſper feruore tonante.
* ex duodecim ſuperius numeratis. *Quiſque rogi proprios flatus ne clade perirent
Accipitres, loris permiſit abire ſolutis;
Quem dum iam cupiunt omnes extinguere, deſunt
Vaſa quibus poſſent latices haurire fluentes.
Namque Danum formidabant auſum fore nullum
Aequora iam confeſſoris contingere greſſu,
Panſa prius propter meritis miracula Sancti,
Haud modicam retinent ſolum niſi quippe lagenam
Quæ claram iaciendo focos Sequanam ſuper altos
Seruantum fugit digitis dilapſa ſub illos. G
Vulcano periit claudo Neptunus inermis.
Ignis. Larque ſuper turrim ſaliit, contriuit & omnem.
Robora congeminant gemitus oppreſſa ſub igni
Plus bello dominante rogo: Dimittitur illa
Militibus, pontis ſubeunt extrema relicta.
Prælia conſtituunt illic noua, ſæuaque ſæuis,
Donec ad alta caput flexit Phœbus vada ponti.
Dardos ſupra in glo. Pila dabat rupeſque ſimul celereſque * cateias
Plebs inimica Deo, pranſura Plutonis in vrna.
glo. Duodecim qui erant in turre. Sed quia conflictus talis ſuperare * nequibat,
Militibus clamare, fidem, cœpit, ſed inanem H
Ad noſtram properare viri nolite temere.
Proh dolor alloquiis ſe ſe credunt male fictis,
Sperantes pretia redimi potuiſſe ſub amplo.
Non alias verè caperentur luce ſub illa.
Heu nudi gladium ſubeunt gentis truculentæ
Et cœlo mittunt animas liuore fluente.
Martyrij palmam ſumunt caramque coronam.
Mox reliquis vt viſus adeſt gentilibus Erueus,
Rex (quoniam facie ſplendens formaque venuſtus
Creditur, atque ſui donis graſſante tuetur)
Protinus intuitu fuſo cernendo ſodales

A *Dilectos * plecti, tanquam leo ſanguine viſo* * glo. decollari.
Ipſe furit, conanſque manus vitare tenentum,
Vndique vi voluit ſemet ceu nexus, vt arma
Sumeret, vlciſci proprios ſocialeque vulnus
Obtentuque carens ipſo ſic inſuperata
** Limphantes potuit qua voce tonauit in aures.* * glo. Dementes.
Cædite me tenſa ceruice: pecunia prorſus
Nulla meam tractet vitam, morientibus iſtis
Viuere quid finitis? fruſtratur veſtra cupido:
Quæ lux haud eius micuit ſed craſtina flatu
Quæ voces, quæ lingua, quod os edicere poſſunt
B *Bella tot his prato egregij commiſſa * relati?* i. Germani
Quotque necauerunt Nortmannos hic? quot & vrbi
Duxerunt ſecum viuos? Iam nullus eorum
*Tunc audebat agrum Sancti * conſcendere latum* *Germani,
Quorum præ terrore virûm certamina promo.
Corpora crudeles Sequanæ tradunt ſine vita
Laus quorum iugiter nomenque per ora virorum
Inſigneſque ſimul mortes & bella volabunt,
*Sol radiis donec noctis * prompare tenebras*
Luna, diem ſtellæ pariter componere diſcant. *gl. ornare ſ. diſcat.
Proſternunt dehinc ſpeculam de morte dolentem
C *Cuſtodum: Cecidit telo quatiente Danorum* Turris euerſa.
Signifer; hic artus miſit flatumque Charoni.
Nemo meis ſuper hoc dictis inſurgere bello
Decertet: ſiquidem nemo nil verius vllus Auctor refert quæ vidit.
Expediet, quoniam propriis obtutibus hauſi:
Sic etiam nobis retulit qui interfuit ipſe
Atque natando truces gladios euadere quiuit.
Tū Sequanam ſiliunt, Ligerimque petunt patriamque.
Has inter geminas peragrant prædam capientes
Quam regio ipſa meo pandet iuſſu dominante. Ebolus Abba.
Interea ſperans Ebolus fortiſſimus Abba
Gentiles quod in hanc iſſent cuncti, prope ſolus
D *Arce ruit, dardumque ferens caſtella petiuit*
Illorum, haſtamque vibrans proiecit in ipſa,
Non ſonipes retulit nobis hunc, nec tulit illuc.
Confeſtim ſocium nixus munimine, ſæua
*Caſtra petit, muroſque ferit, quo * lemnius adſit,* *glo. ignis
Ipſe iubet, pugnant noſtri, conſtantius illi:
Argutus nimium fremitus iam fumat ab illis,
Exiliuntque foras vulguſque fugant ſine tactu,
Extiterant plures quoniam nobis: tamen illis
Obuius hic Eboluſ ſociique ſimul ſtetit heros.
Haud illum fuerant audentes tangere ferro

Quingentis etiam ſi tunc ſubnixus adeſſet E
Qualis & ipſe fuit, caſtris ſeſe daret vltro,
*Aſt animas propria de * ſede repelleret omnes.*
At quia militibus caruit, ſic ludere ceſſat.
Nuſtria nobilior cunctis regionibus orbis,
Quæ vaſtè fueras procerum genitrix dominantum,
Ne pigeat capta turri producere quæſo
Quot vel quas hauſere Dani palmas tibi; necnon
Vbera quot pecorum mulſere tuum peragrando
Diſtentum varus tractum gazis: tamen olim,
Mi ſoboles, aliquis cenſere poteſt? etiamſi
Affuerint cunctæ volucres, erumpere voces F
Tot nequeūt hominū, quot equûm, pecudūque boumque
Sublegere mihi natos nataſque ſuumque:
Flumina balatu agnorum, mea gramine læta,
Prata ſonant denſo mūgitu tempe iuuencûm,
Ceruorumque nemus rauco clamore remugit,
Grunnituſque mei ſyluas ſcindebat aprorum.
Hæc mihi ſubduxere truces, ſi noſcis & audis.
Hæc oculis quidem petij ſiſtens ſuper vrbis
Mœnia, nec viſu claudebantur neque ritmo:
At quoniam cingi nequeunt pratis, nec ab agris,
*Efficitur * bōſtar Germani antiſtitis aula,* G
Completur tauris, ſuculis, ſimiſque capellis:
Longa trahunt illic ſuſpiria, tumque dehiſcunt
Corpora, flant dulces ventos cruciante dolore.
Adueniunt ſtabulatores ea ferre coquinæ
Nitentes, cum iam maneant epulæ innumeratis
Vermibus, Eccleſia quorum fœtore repleta
Exportant, Sequanæ referunt non nempe coquinæ,
Eccleſiamque piānt bouibus, nec cæditur vltra.
Legiſti prædas, etiam cognoſce trophæa.
Reſtitit oppida quæque capi ſuprema voluntas.
Carnoteno innumeros conflictus applicuerunt
** Allofili: verùm liquere cadauera mille* H
Hic quingenta ſimul, rubeo populante duello
Vna dies, iſtum voluit ſic ludere ludum.
His ducibus Godefrido, necnon & Odone
Belligeri fuerant Vddonis conſulis ambo.
Idem Odo præterea oppoſuit ſe ſæpius illis
Et vicit iugiter victor: heu liquerat illum
Dextra manus bello quondam: cuius loca cinxit
Ferrea, pene vigore nihil infirmior ipſa.
Nec ſatius quicquam ſortiti apud hi Cinnomannos:
Haud equidem reliquæ ceſſerunt ſuauius vrbes.
*Iam quia * Apollo rogat, calamus requiem mereatur.*

Margin notes: * glo. De corporibus Regio optima ante Danorum aduentum. — Vox Neſtriæ. Abbo Neuſtrigena. — Vox poſitoris — * glo. ſtabulum. — Vox Neuſtriæ. Carnotum. * glo. Normanni. — Godefredus & Odo milites Odonis Comitis. — Cenomāni — * glo. Sol.

Termi-

A Terminatur primus: Orditur II. bellorum
Pariſiacæ polis codicellus.

*SVrgito Muſa celer lampas accendit * Eoa*
Climatá, luciferam propera præuertere plantam. *gl. Orientalia. Ainricus Saxo.
Saxonia vir Ainricus fortiſque potenſque
Venit in auxilium Gozlini præſulis vrbis,
At tribuit victus illi lætumque cruentis
Heu paucis: auxit vitam noſtris, tulit amplam
His prædam. Sub nocte igitur quadam penetrauit
Caſtra Danûm, multos & equos illic ſibi cepit.
B *Agmen Ainrico cedente nimis Lanionum,*
Efficitur celſus nimium clamor fremituſque:
Deſerit vnde quies noſtros & mœnia vallant.
Immodicas voces flauere Dani morientes,
Immenſo reſonant ciues clangore pauentes
Vt ſolitum paterentur ab his ex more laborem.
Sic & Ainricus poſtremum caſtra reliquit,
Culpa tamen fugiente mora, defertur ad arcem.
Pila miniſtrabant acidas referendo ſalutes.
Ianua militibus reſeratur; cominus acre
Vrgetur bellum, clypei labuntur & enſes.
C *Vita meos adamat dextros, oditque ſiniſtros.*
Infeſtos adamat mors, vita gubernat amicos:
Inde ſopor repetit ciues, miſeroſque fugella.
Rege Sigemfredo, ſimul aſt Odone loquente
** Protenus à ſpecula currentes agmine multo,*
Ducere fortè truces ſecum conantur Odonem *gl. Procul
Qui primus feriendo falæ foſſata volatu
Tranſilit propero clypeum geſtanſque cateiam. fale turris. Dardum.
More ſuo functus bello verſus ſtetit heros.
Exiliere viri domino ſuffragia dantes
Nobilibuſque ſtupent eius ſuper artibus omnes.
Conſpiciens Sigemfredus noſtros in agone
D *Eſſe feros, inquit ſociis. Hanc linquite ſedem:*
Hic non ſtare diu noſtrum manet, hinc ſed abire.
Ergo ſuas vt Ainricus ſeceſſit ad aulas
Germani teretis contemnunt littora Sancti, S. German⁹ Antiſiodo.
Equiuocique legunt, cuius factis bene veſcor S. Germanus Pariſiē. cui⁹ ſe monachū Abbo profitetur.
Circumeunt caſtris æquor, ſed & vndique vallo
Clauditur en dominuſque meus quaſi carcere latro
Ipſe nihil peccans, murus circumdedit eius
Eccleſiam noſtro celſam cogente reatu.
Denique Rex dictus, denas capiens argenti
Sex libras nitidi à nobis cauſa redeundi

Nortmannis ſe ſe cunctis comitantibus, optat E
Mel dulcis fluuij limphis conferre marinis,
Qualiter oſque freti, caudam Sequanæ rapit albam,
Aequoreumque caput pennis quatitur Sequaninis
Oſtentare: ſed his autem nolentibus, inſit.* [*glo. pacẽ.]
Eia Dani muros vrbis luſtrate potentes.
Pergama circumquaque viri veſtite valentes,
Et ſcapulas arcu validiſque onerate ſagittis.
Quiſque ferat lapides, ſed & vndique tela miniſtret.
Hoc etiam bellum conabor & ipſe videre.
Quo ſermone quieſcenti, ſurgunt ſimul omnes,
Inque ſulas penetrant vrbis ſedes quibus extat. F
Mænia circumeunt trucibus gladiis onerati,
Digreßique foras noſtri circumdare turres.
Occidunt Reges geminos, pluresque aliorum
Fallaceſque fugam diamant, verique triumphum. [valde amãt]
Amnis in auxilium nobis Sequanæ fuit altus
Quos ſorbens penitus merſit tranſmiſit Auerno. [Exũdatione Sequanæ Nortmanni ſubmerſi ridẽtur.]
Sigemfredus ouans, ridens morientibus, inquit.
Nunc vallate viri pinnas, vrbem capitote,
Menſurate metris ædes quas hîc habitetis.
Inde ſuis, Abeamus, ait: tempus venit, ecce,
Quo gratum fuerit nobis iſtinc abiiſſe. G
Mox hilaris Sequanam liquit pro munere ſumpto.
Sic alij facerent eadem ſi tunc meruiſſent:
Quis ſentire poteſt patula quod ſubditur aure?
Terra gemat, pontuſque, polum, latus quoque mundus.
Gozlinus Domini præſul mitißimus heros [Gozlini Epiſcopi Paris. mors.]
Aſtra petit, Domino migrans rutilans velut ipſa.
Noſtra manens turris, clypeus, nec non bis-acuta
Rumphea, fortis & arcus erat fortiſque ſagitta.
Heu cunctis oculos fontes terebrant lacrymarum,
Atque pauore dolor contritis viſcera ſcindit.
Tempeſtate ſub hac Hugo princeps obit Abba, [Mors Hugonis Abbatis] H
Eurardo Senones viduantur præſule docto. [Mors Eurardi Senonẽ. Archiepiſcopi, qui Odoranno Euuardus, dicitur.]
Gaudia tunc hoſtes adipiſcuntur ſua læti;
Qui vigiles madidæ per opaca ſilentia noctis
Germanum nitida clarum vidiſſe figura
Se perhibent, metaſque ſui luſtraſſe locelli,
Lumine geſtantem rutilanti ſæpe laternam.
Quo Sancti redolent artus forſan tumulati.
Inſtabant eius feſtæ ſolemnia lucis,
Obiurgantur & hi caſtellanis, quia ſacra [Caſtellani.]
Non celebrant, alto inderiđunt cum mente cachinno.
** Mergitibus plauſtrum per rura mouent grauidatum* [*glo. Garbis vulgo, Gerbes, quib⁹ plauſtrum grauabatur.]

Cuſpide

A *Cuſpide terga boum verſo nimiumſtimulantes.*
Protinus his propriæ claudis ſine crimine cauſæ.
Connectunt alios pluresque de hinc aliosque
Certabant elegi ſcapulis cornuque iuuenci.* — miſeri. ;
Iamque lauant proprias rubeo de ſanguine coſtas,
Nonque valent axem terris diſiungere fixum,
Attonitique ſtupent, domni miracula noſtri.* — glo. Germani.
Soluuntur tauri ſtimuluſque ferox requieuit.
Lux ſegetis recidiua rotas ſpoliis euacuauit
Atque ſuis dodum reuocauit motibus axem.* — dodum ſ. Normanorum.
Effugiens horum quidam iuſſus iugulari*
B *Templa ſubintroit ſancti, tenuit quoque buſtum.*
Pellitur inde miſer profuga pietate necandus. — miſerum.
Væ miſeris multant elegum, multantur & ipſi*
Quod munus dederant ſocio, ſimili pietate
Germani meritis nactum cuncti meruerunt,
Cælitus afflicti nimium pro talibus auſis.
Vnde ſacerdotes ſtatuêre locum venerantes — Curſus ſacri, horæ canonicæ,
Qui miſſas curſuſque ſacros illic celebraſſent.
Tunc omnes cuiquam prohibent hinc tollere quicquam.
Quod violans vnus proprio deferre cubili
Eccleſiæ tegmen ſtuduit; ſub quo manifeſtè
C *Effigies eius repetita fuit puerilem*
Scilicet euentu nulli ſimilante minuta,
Nota quibus fuerat pridem, nec noſcitur vllo
Oppido, miror vbi venæ neruique laterent,
Oſſaque fugerunt pariter fugiente medulla
Vyſcera ſpelunca tenuis foueam petiêre.
Maior habebatur magnis (mirabile factum)
Is qui nuncque minor pueris moriens patet eſſe
Vitaque cum gemitu fugit indignata ſub vmbras. — Secunda apparitio S. Germani.
Viſus adeſt cuidam Domini ſanctiſſimus idem
Pectore carpenti requiem per nubilia noctis
D *Marcelli ſancti precibus, neç non Clodoaldi*
Accipiens liquidam manibus benedicere lympham.
Vnde rigans vrbem graditur per mœnia circum.
Huicque viro proprium prompſit nomen, ſed & vrbi
Spem ſpondens, faciem liquit ſe conſpicientem.
Nobilis hác & in vrbe fuit vir carne liqueſcens,
Deficiens etiam flatus metuebat obire.
Caſtellumque capi Normannis, tempore in ipſo
Attulit huic ciues ſomnus ſe linquere velle,
Vrbs armis quoniam cunctis deſerta manebat.
Clericus inde venuſtatis miræ aſtitit illi
Ore loquens placido, rutilans vultuque ſereno:

Quid metuis? ſurgens tremulos depone timores,
Oblitaque fuga quamplures cerne paratos
Ad bellum, ſurgens alacer, muros videt omnes
Vallatos cuneis iuuenum galeis oneratum,
Voxque tonat, tutoribus his defenditur hæc vrbs
Aſt ego ſum Germanus, ait, huius quoque præſul.
Confortare, nihil formidabis, quoniam nunc
Faucibus haud ſceleratorum graſſabitur hæc vrbs.
Affatur ſanctus, redamatque virum caro flatus,
Affatur fœlix, fugitque virum mala peſtis.
Alloquitur ſanctus, lecto ſurrexit egrotus:
Almis faminibus ſoſpes procedit egrotus:
Explicuit viſu noctis quod viderat ipſe. F
Luce de hinc quadam, dum geſtabatur & almi
Militibus propriis corpus per mœnia circum,
Vrbanis ſeptum ſectantibus omnipotentem,
Pro rogitando Deum votis ſub voce canora,
glo. à pagano. *Cæditur * allofilo de portatoribus vnus*
gl. lapide. *Nomine Gozbertus * calclo: percuſſor in vmbras*
Tartareas fugit moriens, icto patiente
Nil ſuper hoc lapidis iactu, Sancto auxiliante.
Interea cædis validæ corrupta procellis
Gladius & peſtis graſſantur. *Vrbs patitur gladium exterius, lethi quoque peſtis* G
Eheu nobilium plebes penitus laniabat,
Interitus nec erat nobis tellus obeuntum
Quæ præbere ſepulturam membris potuiſſet
Cominus, vlla dies nec erat quæ non generaſſet
Vrbanos interque ſuburbanos truculentos
Bella: nec vlla abiit prope quæ non interfectos
Peſtiferos ſecum duxiſſet ad antra gehennæ.
gl. futurus. *Rex igitur * venturus Odo tranſmittitur inde*
Francorum Karolo ſuprafato baſileo,
Quatenus auxilio celeri ſuccurreret vrbi.
Poſt nullus procerum remanet niſi Martius Abba,
Ebolus. *Sæpe ſupra cuius memoratio ſcripta relucet.* H
Stratagema Eboli. *Ipſe equites ex more Danûm veſtire coëgit*
Sex ſolos redeunte die quadam, ſuper arua
Tranſque volant illi Sequanam campoſque peragrant:
Ex variis plenos armis ſauoque ſopore
Nortmannoſque necant totidem fuerant quot & ipſi.
Naſcitur hinc ſtrepitus caſtris: horum reſonante
Voce truces carpunt clypeos noſtrique carinam.
Noſtra Dionyſij tondebant littora Sancti
Pecora, quæ duxêre ſibi crebrò ſpeculata:
Verùm illis Ebolus ingiter fuit obuius Abba,

Qui

A *Qui quorum comitem quadam ſtrauit vice telo, *E Ebolus.*
Vnde Dani linquunt ripam referuntque cadauer.
Mox Ebolus ſenos equites dimiſit ab arce:
Quattuor *biternoſque necant certamine diro. *glo. ſex.*
Nocte quidem ciues crebrius pecorum ſub opaca
Cuſtodes adeunt, quoſdamque fugant, alioſque
Attribuunt iugulis, hoc egeruntque frequenter
Indicioque tulere Danos vrbi ſine flatu,
Atque ſimul viuos vt ſic credi potuiſſent.
Inque ſulam penetrant ſolito quadam vice ritu
Mœnia qua reſident vrbis ſæui trecenti:
B Protinus enſe quiûm * bino ſtrauêre nouenos, *glo. quorũ.*
Vulnera depoſuêre quibus triginta, nec extat
Poſſe datum quarti lumen ſpectare diei.
Congreſſi noſtrûm gemini, qui morte fruentes
Egregia ſanctos vexere pedes ſuper aſtra.
Nam ſenior Sigebertus erat, iunior Segeuertus.
Forte deinde tribus cuneis cinctus galearum *Mõs Martis. Mõmartre.*
Armipotens montis ſuper Odo cacumina Martis
Enituit, cuius clypeos nouus inradiauit
Sol croceo Oceani thalamo vaſtipede ſpreto.
Hunc prius Elios adamaus quam rura ſalutat:
C Quem viſu capiunt ciues, & amore ſub alto.
Aſt hoſtes prohibere fores turris cupientes
Tranſiliunt Sequanam, vallantes littora circum.
Reddidit Oddo tamen caſtellanis equitando
Se medios inter ſæuos, Ebolo reſerante
Huic portas, cunctique ſtupent hoc nobile factum.
Hinc eius ſocios retro ſtatim redeuntes
Ferreus inſequitur hoſtis poſt terga meando:
Plus geminis etiam leugis inter fuit illis *Leuga.*
Dictus Adalælmus, ſuperis pridem qui comes idem
Eia, ſuis inquit, ſatius peragamus in illos
Quam nos hîc illi inueniant. Adalælmus hoc inquit.
D Peſtiferi petiêre fugam, noſtrique trophæum.
Scuta tonant, dardique volant, & corpora Danûm
Conſulis arua tegunt, gladio regnante Adalælmi.
Non dimiſit eos donec repedare coëgit
Ad fluuium, poſt hac & ouans victorque reuerſus.
En & Ainricus ſuperis crebro vocitatus *Ainrici Saxonis mors.*
Obſidione volens illos vallare, necatur.
Inque ſuos nitens Sequanam tranſire, Danorum *Sitinc Rex Danorum ſubmerſus cũ L. ſuotũ.*
Rex Sinric, geminis ratibus ſpretis, penetrauit
Cum ſociis ternam quinquagenis, patiturque
Naufragium; medio fluuij fundum petiturus,

Quo fixit comiteſque ſimul tentoria morti.
Hic ſua caſtra prius Sequanæ contingere fundum E
Quo ſurgens oritur, dixit, quam linquere regnum
Francorum, fecit Domino tribuente quod inquit.
Denique cum medius Titane incenditur Orbis,
Cumque ſitit tellus, precorique libet magis vmbra,
Sibilat & gratus ſyluas zephyrus peramænas,
Pergama letiferis ſtipantur ab hoſtibus vrbis,
Quæ paßim patiebantur certamen, & vnum
Bellabant muri, ſpeculæ, pontes quoque cuncti;
Pugnabat pelagus contra tellus magis ampla.
Claßica valde tonant, menſis diſcedere ciues F
Eus, clamant litui, conuiuia temnite cuncti.
Vrbs terrore ſimul ciues, inuaditur omnis,
Nullus in vrbe locus fuerat qui bella lateret.
*gl. turres. *Pila * falas, laceræque tegunt nimium catapultæ*
Arua velut pluuiæ, plumbi necnon oneroſi
Poma dabant peltu gemitus & grandia ſaxa.
Hæc nobis illi tribuebant præmia ſemper.
At contra lapides rapidos pariterque baliſtas
Direxêre feris noſtris, celereſque ſagittas.
His aër feritur, hinc inde volantibus amplum
Non inter cælos aliud tranabat & arua.
Mars magis atque magis regnat tumiduſque ſuperbit. G
S. Genouefæ corpus ad B. Mariæ eccleſiã delatum. *Virgo Dei Genouefa caput defertur ad vrbis*
Quo ſtatim meritis eius noſtri ſuperarunt.
Inde fugauerunt etiam pinnis procul illos,
Robore qui multus fuerat, ſed corpore paruus
*gl. armatis. *Geſſerit hoc miles quinis comitatus ab * armis.*
Gerboldus, nuſquam cuius petiit catapultæ
*gl. terrã. *Sanguinei roſtrum * ſiccam ſine fluminis vnda.*
Partibus ex aliis longè ſurgunt acriora
Prælia, plangores clypeique cient galeæque
Stridores. noſtri bellant, ſed fortius illi.
Defecêre fatigati bello quoque dextri. H
Proh dolor, alta nimis flentes lamenta trahebant:
Cana ſenecta gemit multum, florenſque iuuenta:
Plorabant monachi, lachrymatur clericus omnis,
Aera voce tonant, luctus ſed & æthra faceßit.
Hi triſtes animos vrbem metuendo reuelant
Hoſte capi, cælo læti torquere cachinnos
Mœnia vociſonos rentes lucrare ſeueri.
Fœmineuſque iubas ſexus lugens lacerando
Verrebat terras proprio de crine ſoluto:
E heu nuda ſuis quatiebant pectora pugnis

Vnque

A *Vnque gulis facies ſecuerunt triſtia & ora.*
Voce rogant lachrymoſa omnes, Germane beate, Inuocāt S. Germanū ciues.
Auxiliare tuis, alioquin nunc moriemur, "
O pie, nunc ſuccurre citus, ſuccurre, perimus. "
Germanum reboat tellus, nec non fluuiuſque, "
Littora, & omne nemus pariter circumreſonabat, "
O germane ſacer nobis miſerere, rogamus.
Templorum campana boant mærentia clamant: Signa.
Vocibus his & humus tremuit flumenque remugit.
Vrbs extrema verens inſtantis carpere lucis
Omnia lamentis lachrymans ſpargebat amaris.
B *Omnibus en Germanus adeſt recolendus in orbe* "
Corpore ſubſidioque ſimul, nil vota moratus, "
*Quo maiora tenebantur certamina Martis,**
Signiferoſque Danum lucrari à morte coegit.
*Atque de hinc alios per plures * protenus vrbe,*
Ponte ſimul pellens illos, quem maxima turris *gl. longe ab.
Ante ſuos domnum ſpeculans congaudet ocellos
Vnde fatigati vires reuocant ſibi fortes
Atque reſiſtere decertant bellando proteruis,
Qui turrim repetunt, pontem vel mœnia linquunt.
Mille ſimul ſpeculæ ſtabant, omnes quia pugnæ
C *Multa non vna poterant numero prohibente.*
Dilabuntur humi vario traiecta mucrone
*Viſcera, * quo pluuiæ cælo ratibuſque feruntur.* *glo. ficut.
*Iam capiente iubar migrans ſub marmora * Tetis* * glo. Dea maris.
Oceano, foribus turris ſubmittitur altus
Valde focus: flammæ præcelſa cacumina turris
Cingebant, armis pugnant ignique ſiniſtri.
Linquitur arx dextris, valuaſque iubent aperire.
Optantes prorſus pretioſam ſcandere mortem
Plus, quam fallacum fidei committere ſemet.
Nemo ſtetit ſupra ſpeculam ſolus niſi ſæpe
Iam ſancti famulus dicti, lignum crucis almæ
D *In flammas retinens, oculis hæc vidit, & inquit* Miraculum S. Crucis flammas extinguentis.
Denſus enim fumus nimium velauerat illam.
Tum portis igitur reſeratis, aridus enſe
Portu in madido moritur Vulcanus inermis,
Subtilemque fugam petiere cadauera torui
Multa reportantes ſecum, Mauorſque quieuit.
Hæc virtute crucis ſanctæ victoria noſtris
Ceditur, & meritis Germani antiſtitis almi,
Quem reuehunt ad baſilicam Stephani quoque teſtis
Gaudentes populi præcelſa voce boantes,
Voce Deum te laudamus Dominumque fatemur.

Ita nominat noſtrã S. Germani baſilicam, quæ primũ dicata fuit SS. Vincẽtio ſtephano & aliis.

Vrbis erat præſul clarus, tutamen & vrbis E
Mæſtitiam alterutrim nactæ ſic lætitiamque.
Funditus his animo verſus tanquam mare Choro,
Cernere, Francigenis inquit, properate, ſub vrbem
Sexcentis ſtatum noſtris ſuggeſtibus aptum.

Karolus Rex. *gl. ſerui ſ. auſi ſunt agere. *gl. Franci dc.

Talia me coram fures? Iuſsis opus addunt.*
Dum tamen hos trames reuehit primatis ad aulam
Sectantur, glomerant cuneos poſt terga nefandi.
Cmomittunt, ſuperant, cedunt, fugiunt, moriuntur.
Templa fugax cœtus penetrat confinia muris
Victorum; gemini quandam (mirabile narro)
Eccleſiam irrumpunt, farſam de morte relinquunt.

Franci gemini Theodericus & Aledramnus audaciſsimi.

Poſt & equos ſaltu repetunt paribuſque cohærent. F
Sic ternis Sequanam Martiſque cacumina, ſtratis
Sexcenti copulant ex milibus hinc remeantque.
Namque triumphantes fratrum prompſit geminorum.
Fama fuiſſe Theodorici procerum aſt Aledramni.
En princeps de quo canitur, circundatus armis

Rex Carol⁹

Omnigenis cælum veluti ſplendoribus aſtreis
Induperator adeſt Carolus comitatus opimo
Diuerſi populo labij tentoria figens.

Mõtmarte.

Sub Martis pedibus montis ſpeculamque ſecundum;
Redditur Eccleſiæque diu paſtor viduatæ G
Nobilis egregiuſque ſacræ pompatus honore

Anſchericus Epiſc. Pariſ.

Totius Anſchericus virtutis germine clarus,
Annuiturque feris licitum Senones adeundi
Septies argenti libris cauſa redeundi

DCC. argẽti libræ Normãnis datæ

Martis menſe datis centum ſua ad impia regna.
Tunc glaciabantur torpentis ſæcla Nouembris.
Sic Karolus redit moriturus fine propinquo.
Nomina tunc enſem quorum perpeſſa fuiſti

alumni nobilis Neuſtriæ.

Nec vocitare prius, pigra ô Burgundia bello,
Nuſtria præcluibus thalamum niſi comeret altis
Iam tibi conſilio facilis, verùm modò iam ſcis.

Pratum S. Germani. Miracula S. Germani.

Inde reuertentes prato ſua caſtra reponunt H
Iam dicto, templum Sancti velut ante colentes.
Quattuor hic dominuſque mei Germanus in vſum
Contractos nimium membris priſcum reuocauit;

*gl. neruos *glo reparato.

Motibus atque ſuis admouerat organa fibris*
Subducto genibus dudum pedibuſque parato*
Iure ſuo; extinctiſque feneſtris vnius orbi*

* .i. oculis.

Reſtituit radios Solis ſpectare micantes.

Item cæcã fœminam.

Beſsino huc adiens inter ſæuos comitatu
Læſa nihil quoddam meritis ſed tuta beati
Fæmina poſt quædam meruit lumen quoque cæca.

Cuius

A *Cuius adaccubitat puteus veſtigia, cuius* Puteus capellę ſancti Germani.
Qui potabit aquas, extemplò febre laborans
Auxilio Sancti fidens capiet medicinam.
His panem cupiens quædam componere, iuſſit
Vt ſibi ſcotta Danum deferri: namque ſacerdos
Templa tuens, puteum vendebat egris pretio amplo.
Depoſitus flammæ panis, mox ipſe figuram
*Sanguinis accepit rubeam. Poſt * altera fortè*
Scitur vi conans latices, hauſiſſe cruorem. *gl. Dana.
Quis tanti peragrare poteſt miracula Sancti?
Ora mihi ſi mille aderant, totidem quoque linguæ
B *Vocibus explentes aer cælumque boatu,*
Geſta mei narrare patris numerum-ve nequiſſem.
Hic Germanus, hic eſt qui paſſus adhuc renitere
Haud mundo cunctis nimiumque ſtupenda peregit.
Fundere ſigna prius didicit genetricis in aluo,
Anteque virtutem celſam, quàm cernere lucem.
Talia quis, lector, Sanctorum geſſerit vnquam?
Cedo, ſacer forſan ſodes, Baptiſta Iohannes.
Ergo meus ſimilis Germanus huic habeatur.
Iſte cadaueribus ternis vitam reuocauit,
Reſtituens lapſis proprias ſedes animabus.
C *Vrbs, age, Pariſius, ſub queis defenſa fuiſti* Vrbē alloquitur auctor.
Principibus? Me quis poterat defendere, primas
Hic niſi Germanus virtus & amor meus omnis?
Poſt Regem regum ſanctamque eius genitricem.
Rex meus ipſe fuit, paſtorque, comes quoque fortis,
Hic enſis biſacutus adeſt meus, hic catapulta,
Is clypeuſque, patens murus, velox ſed & arcus. *gl populi
*His quia ſat *ſyluæ reſonant, philomela quieſcat:* *glo. miraculorum.
*Plectra reuoluamus vocis poſt terga *ſtuporum*
Fœdere quo fragili fuerant infecta loquamur
Agmina Nortmannûm Francis è finibus, antra
Ad ſua nolentum deſcendere, ſed Sequanina
D *Immò fluenta cupiſcentum tua rurſus adire,*
Quæ argentum ſibimet retinendo noualia monſtrent,
O Burgundia, non: ſimulata cupido latebat.
Quod ſequitur cordi aſſuerat, ſed hoc tamen ori.
Concipiunt igitur Thetis nitendo quadrigas
Munere clam gratum pontes tranſcendere tuſto.
Ilicet Anſcherici defertur Epiſcopi ad eſcas * gl mēſis.
Aſt Ebali ferclis inerant Titane ſecante* *gl. horologio.
*Lucifluam cernente poli *gnomone figuram* *gl. alueos
*Multiplici remo contundere * pocula lymphæ,*
Scandere gentiles vndas conclamat Eoas

Pariſius. Surgit ſecurus vterque ciborum, E
Arma ciunt, ripaſque legunt, pinnaſque faceſſunt.*

*gl muros replent.

Hic Ebalus raptat chordam vibratque ſagittam
Quam nauclerus in aſcellam per nauis hiatum
Præuius accepit, modicum terebroque foratum.
Sic auriga necis caſus pelagique faſelus.
Quin patitur, reſtant igitur cæduntque ſub arcem
Acephali, quoniam Chriſtum perdunt, caput ipſum.

Normãni acephali dicti. quoniã Chriſtum (qui eſt caput) perdiderunt. Marne. Securitas.

At verò veniam depoſcunt, obſidibuſque
Iuſiuranda parant, aliud non tangere littus
Ni Sequanæ greſſumque referre citò, velut ante.
Nam nobis dederant tranquillum Matrona flumen F
Quicquid alit, ſolito ſecurum quod vocitamus.
Hoc noſtris violare Danos ingens erat horror
Vnde forum fœdus pariter commune fiebat,
Vna domus, panis, potus, ſedes, via, lectus.
Commixtum ſibimet populum mirantur vtrumque.
Quod pactum Senones primum ſtatuere migrando,
Hactenus & ſeruauerunt, quoad vſque ſecundo
Mœnibus inuitis ſuperos latices adipiſci

Barcæ. Normanni fœdifragi.

Has meruere, dato. barcas per flumina raptant.
Eheu catholicos ſecum per littora vitæ
Biſdenos ſiquidem aut necibus loriſve plicarunt. G
Mox adhibent propriis vitam ſine mandere caſtris
Vallatam geminis mortem ſine tegmine prunas
Quæ noſtri precibus ſperarunt tuta tenere.
Securum frangunt, Senones temnunt, Matronamque
Aequoreo curru ſulcant. Mandatur & vrbi:
Guttura millenu crepitant planctu quoque bombis.

*glo. Quæ fuit inter Chriſtianos & Nortmannos. Normanni Lutetię occiſi. *f. eſſet.

Pax communis abit, fœdus peſſumdatur omne.*
Continuo cuncti toruos diſquirere ciues
*Vrbe, * foro currunt aliqui ſi forte paterent.**
Euax! inueniunt quingen, plagiſque trucidant
His micuit præſtans Ebolus Mauortius Abba H
Ni cupidus, nimium laſciuus & omnibus aptus.
Nam pulchrè nituit ſtudiis, quæ gramma miniſtrat.
Fœderis antiſtes cauſa permiſit abire
Anſchericus tentos, potius occidere debens.
Inde feri Meldis feriunt, vrbem quoque vallant.

Mors Karoli Auſtraſij.

Interea Karolus regno, vita quoque nudus,
Viſcera Opis Diuæ complectitur abdita triſtis:
Lætus Odo Regis nomen, regni quoque numen,

Odo Nuſtricus rex.

Francorum populo gratante fauenteque multo,
Ilicet, atque manus ſceptrum diademaque vertex.
Francia lætatur quamuis is Nuſtricus eſſet.

Nam

A *Nam nullum ſimilem ſibimet genitum * reperire.*
Nec quia Dux illi Burgundia defuit, eius
Nuſtria ad inſignis nati concurrit honorem.
Nuſtria ad inſignis nati concurrit honorem.
Sic vno ternum congaudet ouamine regnum.
Præterea aſtutos petiit præceps Aquitanos,
Mox ſibi ſubiectis, Francorum regna reuiſit,
Mœnia Meldis adhuc Danis ſtipantibus vrbis,
Cui præſul reſidens fuerat in ea Segemundus,
Præſulis Anſcherici Tetbertus belliger heros
Germanus conſul; minimè Delius neque Phœbe
B *Apportabat ei ſpatium; iuge ſed ſibi bellum*
Vndique conſtat, eiſque tamen per multa reſiſtit.
Perdidit innumeros, quotiens ex agmine ſæuo
Exiliens citra muros peſſumdare tetros.
*Flamina quot tulerat telis, * orare nequibo.*
Proh dolor, armipotens inter mortalia deſit,
Arma ruens, nunquam ſibi principe ſubueniente.
Exitiumque polis poſt hac cum præſule capto
Paſſa luit. Regis hinc fœlix micat omen Odoni.
Denique Lutetiæ reuolant ad culmina tutæ,
Conuocat huc omnes proprios per regna morantes.
C *En, ſine iam numero, numerum præſtans Odo nectit.*
Francigeni approperant alta cum fronte ſuperbi.
Calliditate venis acieque Aquitania lingua,
Conſilioque fugæ Burgun adiere diones:
Seſſio fit non longa ſatis fruſtrata triumpho.
Neſcio quæ ſocios luſit Danoſque cecidit
Non paucos, modico quamuis, vt fama, popello.
Quo ventus veniens Ademarus nomine dictus,
*Sclademaruſque dehinc * binos iugulis dedit, iſque*
*Deditus eſt idem primus primum * duit vmbris.*
Lutetiæ toruum poſtquam primo patuere,
Principium gladij tenuit finemque recepit.
D *Hoc ſuper infidos, illum corpus ſuper eius.*
Rotberti fuerat pugnax comitis Sclademarus
Diſpulerat galeas terror propriumque ſub vrbem
Lunatas ſtadiis libitum peltas trecentis.
Præterea quadringentis à mille remotis
Acephalos proſtrauit humi peditum comitatus
Agmine tercentum paſtor, certamine acerbo,
Nobilis Anſchericus pollens ex virginis ore.
Sic alacres ſpolium reuehunt ad mœnia multum
Vrbani, præſtante Deo qui regnat ab alto.
Expediamus ab hinc dignos Odone triumphos.

glo. pro reperiebat.

Regni partes Neuſtria ſiue Francia, Burgundia Aquitania.

Segemundus Meldẽ. Epiſcopus. Tetbertus Comes Meldorũ, frater Anſcherici Pariſ. Epiſc.

glo. loqui

Meldæ captæ ironia.

Aquitani Burgũdiones.

glo. Nortmannos.
glo. dedit.

Acephali, Nortmãni. Anſcheric⁹ Epiſcopus ſexcentos Nortmannos proſteruit.

Victoria Odonis in monte falconis, vulgò Mõtfaucon.

Falconem vocitant equitum quo milia vicit
Dena nouemque dehinc montem peditumque profana. E
Hoc illi vicibus peperit natale trophæum

glo. Singularis.

Lux præcurſoris Domini catecaſta Iohannis.*
Quippe latus vtrimque viris comptus clypeatis
Mille legebat iter, quando, tyronis ab ore
Venantis canibus lepores nemoroſa per arua,
Panditur aduentare equites per milia ſæuos.
Is ſcutumque ſimul recipit colloque pependit,
Armaque cum ſociis ſtringit, penetrans inopina
Prælia; ſolamen cæleſte petit, rapit atque
Viſcera, deponunt alij clypeos, animaſque: F
Terga parant reliqui regalibus in quibus armis
Ex pueris libuit ternis requieſcere Odonis,
Tunc dixit propriis; Iſtos fortaſſe ſequuntur;
Aſt alij idcirco pariter ſtatum glomerate:
Si fuerit verbum ſuper hoc, ne differat vllus

gl. mõtem

Adiecit, ſubeam tumulum ſpecularier ipſe.*
Si vos perculerit clangor, nullum mora vincat.

Cornu Odonis.

Cornu ſuum poſcens, ſcopulum ſcandens, videt, ecce,
Armiſonos lento pedites incedere greſſu.
Tunc tuba cuius ab ore boans mox omnia late
Excitat, amfractuſque per aſtra per arua volabant, G

gl. fine modo.

*Omnibus atque modis, ſolido * fractoque ciebat.*
Omne nemus reſponſa dabat voci famulando.
It tuba cum celeri bombo per cuncta elementa.
Nil mirum quoniam regale caput tonat, inquam.

glo. equos. glo. Nortmannus,

Ergo ſui infrænant currus, ſaltu quoque ſcandunt,*
Alloſilum in medium migrant, vnuſque, ſecuris*
Vibratu, pepulit vnum de vertice Regis
In humeros lapſum: Domini verum quia Chriſtum

gl. animam

Tundere præſumpſit, ventum de pectore iecit,*
Hoſpite continuo iaculator principis enſe.

gl. inepti.

Pugna adolet, ponunt animas cum ſanguine gurdi,*
Infames traxere fugam, primaſque trophæum H

gl. 19. millia Nortmanorũ cęſa ab Odone. Aquitani rebellant contra Odonem.

** Milia tot Phœbo ſtrauit ſpectante ſub vno,*
Perpete tum gladio, donec à finibus illos
Francorum ſequitur, prohibet; verùm nihil illud
Ad ſuimet requiem iuuit: quia mox Aquitanos
Linquere ſe numenque ſui poſtponere nouit.
Appetit ergo furens illos vaſtans populanſque
Arua modò & vulgus; quamuis concludere niſus
Vrbes aduerſus, minimum tamen aucta facultas
Forte ſed inſurrexit eis ſpreto ætheris arce
Sole ſub vndiuaga poſito teſtudine ponti.

Conſul

A *Conſul Ademarus Regi copulatus eidem*
Progenie cuius memini. Proſerpina dudum
Huic ceſſit, cuneos dum profligauit Odonis.

Ademarus Comes Odonis milites profligat.

Umbra fugat ſtellas, Ademarus ab agmine vitas.
Dormit Odo, conſanguineus ſua proterit arma.
*Aſtra micant, * primas vigilat, ſed & auolat ipſa*

glo. Rex?

Regia, mox conſanguinitas de ſanguine læta.
Talia cur ſiquidem recinam cum geſſerit olim?

Ademarus Pictauos Rotberto Comiti ab Odone rege donatos occupat.

Nam libuit Regi dare propugnacula fratri
Rotberto Pictauis, Ademaro tamen haud ſic.
Nempe ſibi cepit plus ſe quia diligit illo.
B *Inde Limouicas adiens, Aruernicaque arua,*

Vuillelmus Aruernorũ Comes.

Prævalidas Uvillelmi acies ſecum videt hoſtis,
Ni congreſſuras fluuius medio prohiberet.

Honores Vuillelmi Hugoni Comiti Bituricẽſi ab Odone rege conceſſi.

Perdidit ergo ſuos illic Vvillelmus honores
Hugoni regnante datos, qui Bituricenſis
Princeps extiterat conſul, quare fuit actum:

Bellum inter Vuillelmũ & Hugonem in quo Vuillelmus mille & centũ amiſit, Hugo centum cũ ſeipſo.

Hos inter geminos comites immane duellum:
Mille ſuper centum defleuerat inclitus archos
Claromontinſis Vvillelmus Hugone necatos:
Iſte minus numero ſecum maiore remotum.
Hic Hugo dum tandem capitur mucrone Vvillelmi,
C *Supplicat vt pietas eius ſuccurreret illi.*
Olli tam ſero per verba meaſſe reſpondit,
Ocius & dicto trans pectora lancea tranſit.
Hugonis: intererant cuneis Rotgarius atque
Ualde viri Stephanus fortes, per plura Uvillelmi
Letha ſuis dantes, alter comes Ugoniuſque
Ipſe nepos, alter miles Stephanus nimis audax
Proh dolor! Hugo necem fleſti, Vvillelme trophæum.
Nuncius interea regalem concutit aurem
Gallia quòd mentita ſibi ſit, portat in ore,

Karolus Lodouici Balbi fil.⁰

Gnati preſſa iugo Karoli collum Ludouici
D *Qui vocitatus vt à cælo, prænomine Balbus,*
Inde mouens callem Germanica quis ſibi regna
Nauiter acciperet, temerè diſquirere vadit.
Clarus Odo caſtella petit, vincitque duelles,

Odo Karolum perſ͂e-tia] ſua fugat.

Hince fugat Karolum facie, cunctoſque ſequaces,
Delius vt pellit tenebras, vt Lucina athomos.
Admittit humiles dudum ceruice ſuperbos.
Sermo quis effari poterit, quotiens fuga celſi

Cendebaldus Arnulfi Imperatoris filius ab Odone fugatus.

Arnulphi Induperatoris genitum tulit enſe
Odonis Cendebaldum poſt terga tonante?
Subſidium Caroli virtus, ſpes hic in Odonem:
Cuius ad obtutus audacia non tamen vnquam

Applicuit. Verum nihil id requiei fuit illi. E
En iterum miſero gemitu loquor affore ſæuos
Paganos, Normannos: ** Allofilos ; terram vaſtant populoſque trucidant,*
Circumeunt vrbes pedibus regnantis & ædes.
Ruricolas prendunt, nexant, & trans mare mittunt.
Rex audit nec curat Odo, per verba reſpondit,
O quam reſponſi facinus non ore dediſti
Tale tuo! Dæmon certè proprium tibi ſanit,
» *Non tua mens procurat oues Chriſto tibi miſſas:*
» *Longius ille tuum forſan nec curet honorem.*
glo. dura: Barcæ: *Hæc vbi * fata receperunt probitate neglecti,*
Exultant hilares, barcas agitantque per omnes F
Gallia queis amnes fruitur, terram pelaguſque
In ditione tenent, totum tutore ferente.
Obligatur, Francia. *Francia cur latitas? vires narra, peto, priſcas:*
Te maiora triumphaſti quibus, atque iugaſti
Regna tibi. Propter vitium triplexque piaclum
Vitia tria gallorum: Superbia, voluptas, & veſtium luxus: *Quippe ſupercilium, Veneris quoque fœda venuſtas,*
Ac veſtis pretioſæ elatio te tibi tollunt.
Aphrodite adeo ſaltem quo arcere parentes
Haud valeas lecto, monachas domino neque ſacras:
Vel quid naturam, ſiquidem tibi ſat mulieres
Deſpicis, occurrant? Agitamus faſque nefaſque, G
Aurea ſublimem mordet tibi fibula veſtem,
gl: purpura *Efficis & calidam * tyria carnem pretioſa.*
Non præter chlamydem auratam cupis induſiari
gl: decorata. *Tegmine, * decuſſata tuos gemmis niſi zona.*
Nulla fouet lumbos, aurique pedes niſi virgæ,
Non habitus humilis, non te valet abdere veſtis?
Hæc facis, hæc aliæ faciunt gentes ita nullæ.
Hæc tria ni linquas, vires regnúmque paternum,
Omne ſcelus ſuper his Chriſti, cuius quoque vates
Naſci teſtantur bibli: fuge Francia ab iſtis.
gl: deſinit: *Pſallere non tedet, * deſit tamen actus Odonis*
Nobilis is quamquam mulcet ſuperas adhuc oras. H
*Flagito quo * poſitor poſſum per amœna polorum*
gl poeta: *Hoſte canas lector gratarier atria victo.*

EXPLICIT SECVNDVS PARISIACÆ vrbis bellorum, præſuliſque Germani miraculorum libellus.

ABBATVM

A

ABBATVM INCLYTI
COENOBII D. GERMANI A PRATIS
CATALOGVS. IN QVO TRES SECVLARES vxorati, ſubſtantiæ & nominis Abbatatis vſurpatores nominantur quidem, ſed non cum aliis numerantur.

1 AVTHARIVS, *Aimoinus lib. 2. cap. 36. pagina 72.*
B 2 S.Droctoueus, *Ibidem, & pag. 91.*
3 Scubilio, *Aim. lib. 3. cap. 16. pag. 91.*
4 Deſiderius, *Aim. lib. 3. cap. 92. pag. 146.*
5 Gauſcio, *Aim. lib. 4. cap. 8. pag. 159.*
6 Germanus, *Aim. lib. 4. cap. 31. pag. 177.*
7 Sigo, *Aim. lib. 4. cap. 43. pag. 186.*
8 Sigofridus, *Aim. lib. 4. cap. 46. pag. 188.*
9 S.Babolenus, *Ibidem.*
10 Childerannus, *Aim. lib. 4. cap. 47. pag. 189.*
11 Hunfridus, *Ibidem.*
12 Gaudremarus, *al. Vvaldremarus, Aim. lib. 4. cap. 48. pag. 189.*
C 13 Thedelmarus, *pag. 190.*
14 Lantfredus, *Aim. lib. 4. cap. 52. pag. 191.*
15 Guichardus, *al. Vvichardus. Aim. lib. 4. cap. 64. pag. 201.*
16 Robertus primus, *Aim. lib. 4. cap. 73. pag. 210. & pag. 237.*
17 Irmino, *Aim. lib. 4. cap. 100. pag. 237.*
18 Hilduinus primus, *Aim. lib. 4. cap. 114. pag. 257. lib. 5. cap. 10. pag. 279.*
19 Ebroynus, *Epiſcopus Pictauenſis & Abbas. Aim. lib. 5. cap. 19. pag. 304.*
20 Hilduynus II. *Aim. lib. 5. cap. 20. pag. 308.*
21 Gozlinus, *Abbas, & deinde Epiſcopus Pariſ. Aim. lib. 5. cap. 34. pag. 330. 331. & 349.*
22 Elbolus, *Aim. lib. 5. cap. 42. pag. 349.*
D 23 Hucboldus, *Aim. eodem cap. pag. 350.*

Robertus Comes & Markio, *Aim. lib. 5. cap. 34. pag. 331. Sub eo ſucceſſiuè Decani, Abbo & Goſmarus. cap. 42. pag. 350.*

Hugo Magnus, *præfati Roberti filius. Sub eo ſucceſſiuè Decani, Armarus, Goſbertus, & Abbo. Aim. lib. 5. cap. 43. pag. 353. Et ſeq. cap. pag. 354. alij duo Decani, ſcilicet Herricus & Hubertus.*

Hugo Capetus, *Hugonis Magni filius, Comes Parrhiſiorum, Duxque Francorum: Et poſtea Rex Francorum. Aim. lib. 5. cap. 44. pag. 355. Sub eo ſucceſſiuè Decani, Galtherius & Albertus. Aim. ſeq. cap. pag. 356.*

24 Gualo, *al. Vvalo, & Vvaldo. Aimoi. lib. 5. cap. 45. pag. 356.* E

25 Albericus, *Eodem cap. pag. 357.*

26 Morardus, *Ibidem, & cap. 47. pag. 359.*

27 Ingo, *Ibidem.*

28 Guillelmus primus, *Antea S. Benigni Diuionenſis Abbas. Aim. Ibidem. Reformator noſtri monaſterij à Roberto rege accerſitus: & poſtea primus Abbas Fiſcanenſis (eiectis inde canonicis malè viuentibus) factus eſt. Vbi ſedit annos 29. mortuúſque eſt anno 1030. atque ibidem in capella Beatæ Mariæ Magdalenæ ſepultus.*

29 Adraldus, *Eodem cap. 47. pag. 360.*

30 Hubertus, *Aim. lib. 5. cap. 48. pag. 361.*

31 Robertus ſecundus, *Antea Abbas, S. Vvandregiſilli. Ibidem.* F

32 Petrus primus, *pag. 362.*

33 Iſembardus, *Ibidem.*

34 Rainaldus, *Aim. lib. 5. cap. 50. pag. 363.*

35 Guillielmus II. *Aim. lib. 5. cap. 51. pag. 369.*

36 Hugo primus, *Antea monachus S. Dionyſii. Ibidem. & pag. 372.*

37 Gilo, *Aim. lib. 5. cap. 52. pag. 372.*

38 Hugo, II. *Criſpeienſis cognominatus. Aimoi. lib. 5. cap. 53. pag. 373.*

39 Gaufridus, *al. Ioffredus. Aim. lib. 5. cap. 54. pag. 374.*

40 Theobaldus, *Aim. lib. 5. cap. 55. pag. 377.*

41 Hugo, III. *Vizeliacenſis monachus. Ibidem. Hic eccleſiã noſtram ab Alexandro Papa III. dedicari fecit, anno Domini 1163. die 21. Aprilis.* G

HISTORIA

A

HISTORIA AIMOINI, AB ALIO MAIORE EX PARTE LIBRI QVINTI CONTINVATA, deſinit in natiuitate Philippi Auguſti, Francorum Regis: quæ contigit anno Domini 1165. In octaua Aſſumptionis Beatæ Mariæ, 22. Auguſti.

SEQVVNTVR ALII ABBATES.

42	Fulco	*Obiit anno Domini 1192. die 2. Maij.*
B 43	Robertus III.	*Obiit anno Domini 1202.*
44	Ioannes primus,	*De Verno cognominatus, obiit anno Domini 1216. die 4. Nouemb.*
45	Hugo IIII.	*Cognominatus de Flaecort, al. De Flaicuria, obiit anno Domini 1220. die 2. Decemb.*
46	Galterus,	*Obiit anno Domini 1224. die quinta Februarij.*
47	Odo,	*Veteris clauſtri (cuius hodie adhuc tres partes extant) ædificator, obiit anno Domini 1235. die 13. Maij.*
48	Simon,	*Refectorij conſtructor, obiit anno Domini 1244. die vltima Maij.*
C 49	Hugo V.	*cognominatus de Yßiaco. Initiator Magni Oratorij Beatæ Mariæ, à maiore templo ſecreti, obiit anno Domini, 1247. die quinta Decemb.*
50	Thomas,	*de malo leone (qui perfici curauit prædictum Oratorium) obiit anno Domini 1255. aut 1256. Die 21. Martij, tranſitu B. Benedicti glorioſa.*
51	Gerardus de Moreto,	*conſtructor Dormitorij fratrum, obiit anno Domini 1278. die 24. Decemb.*
52	Raimondus,	*antea Abbas S. Victoris Maßilienſis, obiit anno Domini 1288.*
53	Ioannes. II.	*Electus Epiſcopus Eccleſiæ Anicienſis, ſiue, B. Mariæ de podio, in Aruernia, ad eam migrauit anno Domini 1297.*
D		
54	Ioannes III.	*Obiit anno Domini 1303. In vigilia Sanctæ Trinitatis.*
55	Petrus II.	*dictus de Corpolæio, Obiit anno Domini 1334. die 3. Aprilis.*
56	Ioannes IIII.	*dictus de Precy, Obiit anno Domini 1353. die 17. Decemb.*
57	Gaufridus II.	*dictus de Couſturis, Obiit anno Domini 1359. die 24. Aprilis.*
58	Nicolaus de Ladito,	*Obiit anno Domini 1361. die 10. Iulij.*

59 Richardus I I. *Obiit anno Domini 1387. die 15. Iulij.*

60 Guillelmus III. *cognomento Epiſcopi, Obiit anno Domini 1418.* E
die 11. Decemb.

61 Ioannes V. dictus Bouron. *Obiit anno Domini 1436. die 16. Aprilis.*

62 Herueus de Morillon. *Obiit anno Domini 1459. die 25. Februarij*

63 Henricus Mené, *Obiit anno Domini 1467. die 21. Aprilis.*

64 Robertus III. dictus de l'Eſpinace, *hanc Abbatiam per modum com-*
mutationis dedit ſequenti Gaufrido III. anno
Domini 1482.

65 Gaufridus tertius, *cognominatus Floreau, per annos quinquaginta E-*
piſcopus Cathalaunenſis, Obiit anno Domini
1503. die penultima Auguſti.

66 Guillelmus quartus, *cognominatus Briçonnet, Tituli Sanctæ Puden-* F
tianæ presbyter Cardinalis, & electus Ar-
chiepiſcopus Remenſis, nono Calendas Septem-
bris 1494. confirmatus eſt ab Alexandro Papa
ſexto. Hic Ludouicum XII. vnxit in Regem
Francorum, ſexto Calendas Iunij. 1498. Abdi-
cauit ſe pontificatu Remenſi, ad Narbonen-
ſem Ecclesiam tranſiens, anno 1507. cum ſediſ-
ſet annis tredecim, menſibus decem, & diebus
22. Eodémque anno reſignauit Abbatiam no-
ſtram filio ſuo legitimo (fuerat enim ante ſacer-
dotium vxoratus) Guillelmo, primùm Lodo- G
nenſi, & poſtea Meldenſi Epiſcopo: eum hanc
duntaxat quatuor annis rexiſſet. Mortuus eſt
autem Narbonæ, anno Chriſti 1514.

67 Guillelmus quintus, *Meldenſis Epiſcopus, prædicti Cardinalis filius:*
qui anno Domini 1513. curauit hoc monaſterium
per religioſos congregationis Caſalis Benedicti
reformari: vt in proximo tractatu fuſius decla-
rabitur. Obiit autem apud Agmantum villam
huius cœnobij, Munſterolo Igaunæ (hodie To-
næ) vicinam, anno Chriſti 1533. die 24. Ianua-
rij: ſepultúſque eſt in eiuſdem loci Eccleſia, B. H
Mariæ virgini dicata.

68 Franciſcus Turnonius, *Cardinalis, obiit in regio caſtro Layæ, anno*
Domini 1562. die 22. Aprilis, hora diei decima,
exactis in Abbatiali dignitate 28. annis.

69 Carolus Borbonius, *Princeps & Cardinalis. Obiit in carcere Fonta-*
neti Comitis, Oppidi Pictauorum hæretica la-
be ſpurciſſimi, anno Chriſti 1590. die Mercurij,
menſis May nona, circa horam diei nonam,
Ætatis ſuæ ſexageſimum ſeptimum annum
agens,

A agens. Nos ſortes eius primùm proſperas, deinde lugubres in Epiſtola liminari Operum Iſidori Hiſpalenſis Epiſcopi, Domino meo Mariano de Martimbos, Archimandritæ Sancti Michaëlis in eremo dicata, deſcripſimus: nec libet renouare dolores, ſatis altè cordi meo ſculptos. Tantum addam hunc morientem dicere verè potuiſſe (contractum ad paucos famulatum eius excipio.) Omnes dereliquerunt me: Dominus autem ſuſcepit me. Et, Qui iuxta me erant, de longè ſteterunt. Corpus eius delatum fuit ad Carthuſiam Gailloneam, quam fundarat. Pſalm. 26. Pſalm. 37.

B 70 Carolus Borbonius, Itidem Princeps & Cardinalis, ſuperioris ex fratre Ludouico Borbonio Principe Condæo, nepos. Obiit in hoc S. Germani monaſterio, anno Domini 1594. die Sabbati, trigeſima Iulij, hora dimidia poſt ſecundam meridianam, Ætatis autem ſuæ anno 32. menſéque quarto completo. Natus enim fuerat circa Gandelupum in Bria, anno Chriſti 1562. die 30. id eſt penultima Martij. Cui animam exhalanti minimè ſiccis oculis interfui: ante quindecim duntaxat dies ex Illidiana Aruernorum Æde (cuius clauum tenebam) ipſo euocante, reuerſus. Requieſcat in pace cum prædicto patruo ſuo. Ambos Gailloni ad medium chori Carthuſianæ Eccleſiæ foſſa vna capit; necdum ſumptuoſo & ſublimi monumento (vt meruerunt) honoratos. Nunc domus noſtra Abbate caret, ſed non receptore, eóque Principe liligero: cum iam ſalutis annus 1602. voluatur.

C

E

DE REFORMATIONE

COENOBII S. GERMANI A PRATIS per Congregationem Caſalisbenedicti facta, deque nobili Briçonnetorum genere.

REVERENDVS in Chriſto Pater Guillelmus Briçon-
netus, magno Dei zelo accenſus, pro reformatione ſui
monaſterij S. Germani binas litteras à Ludouico duo-
decimo, Francorum Rege impetrauit: Quæ per inte- F
gerrimæ vitæ Gaufridum Bouſſardum, primariæ Ædis
Pariſiorum Cancellarium, Patribus Congregationis
Caſaliſbenedicti in capitulo generali oblatæ, id exigerent. Coniunxit &
ipſe ſuas bonus paſtor: ne diutius tam ſanctum opus differretur. Manda-
to ergo Regis, & pij præſulis precibus victi Patres, miſerunt triginta Re-
ligioſos ex Caſalino ac Sulpiciano cœnobiis adſumptos: qui Dominica
ſeptuageſimæ (quæ erat 23. Ianuarij) ſole iam ad occaſum vergente mo-
naſterium noſtrum ingreſſi, à Domino Abbate humaniſſimè ſuſcepti
ſunt. In cuius ædibus ſequenti etiam die (dum in dormitorio aliiſque
regularibus locis parantur neceſſaria) manſerunt. Poſtquam autem cra-
ſtinum mane ex Conuerſione D. Pauli glorioſum aduenit: ad eccleſiam G
proceſſionaliter ierunt, monachis diſcholis (quos venire obuiam præ-
fatus Abbas coëgerat) præeuntibus, & ſi non corde ſaltem ore, illud
Apoſtolicum reſponſorium occinentibus: *Ciues Apoſtolorum, & dome-
ſtici Dei aduenerunt hodie, portantes facem, & illuminantes patriam, dare
pacem gentibus, & liberare populum Domini.* Quod certè tam feſto, quam
ipſis reformatoribus aptiſſimè cōgruebat: nec minus ipſa ſolennitas iſtis
reformandis, ſi ad meliorem frugem vitam conuertere, atque exactè
regulam ſuam deinceps obſeruare ſtatuiſſent. At carnium eſui aſſueti,
ictyophagi eſſe non appetebant: Et qui vagari foras conſueuerant, an-
guſtis monaſterij ſeptis contineri durum putabant. Durius quoque, pri-
uatis pecuniis (quibus antea, voti paupertatis immemores, delicias om- H
nigenas fouerant) carere, atque à patre monaſterij omnia ſperare. Hæc
& alia deteſtantes, voluntarium exilium, paucis exceptis, delegerunt:
atque vt damnoſam libertatem (quæ verius peccati ſeruitus diceretur)
retinerent, nulla ab Abbate petita, nedum obtenta licentia, reliquiſque
inſciis clam aufugerunt. Vnde patuit, quo animo, coactè an ſpontaneè,
prædictum Apoſtolorum reſponſorium ante aduentātes reformatores
ceciniſſent. Nequaquam tamen eorum diſceſſus Abbatem commouit:
quando videbat meliores ſuccedere, quibus vineam Domini locaret
excolendam. Inter eos præfulgebat Pater Iuo Moriſſon, antea Abbas mo-
naſterij

A naſterij Sacti Petri Caſæ Benedicti, & nunc duabus in vnum confluentibus vocibus Caſaliſbenedicti (quod vt primum reformatum fuit, ita quoque cunctæ congregationi nomen ſuum commune effecit) quem Domnus Guillelmus Briçonnetus Abbas, primum ſuæ reformatæ domus Vicarium (nunc Priorem clauſtralem appellatum) ſicut concupierat, habere meruit. Qui in capitulo generali proximè celebrato depoſitus, fratri Ioanni calceato prius Abbati Sancti Illidij Claromontenſis locum præbuit. His initiis progreſſa Caſalina congregatio cœtum germanicum nimia indulgentia ac libertate deteriorem factum repreſſit, atque ad rectiorem conuerſationis viam (à qua dudum exorbitarant) reduxit. Et ex hoc tempore ad religionem intus admiſſi, ſub tali congregatione
B profeſſionem fecere: quo libentius præceptis ac conſtitutionibus eius deinceps obtemperarent. Tenacius enim retinemus alacriuſque adimplemus ea, quibus nos ab initio conſtringi ſcimus.

DE BRICONNETORVM GENERE, QVOD SVB REGIBVS LVDOVICO VNDECIMO, CAROLO VIII. & Ludouico XII. famoſum, in refectorio Cœnobij Cruciferorum Pariſienſium eleganter depictum eſt, cum ſequentibus epitaphiis.

C *Nobilis vir Ioannes Briçonnet, Ciuis Turonenſis, Conſiliarius Regius, & receptor generalis financiarum Franciæ, tempore Ludouici, vndecimi, amator pauperũ, ſex habuit liberos. Primũ eorũ.*

1 *Guillelmum, Conſiliarium Regium Parlamenteum Pariſien.*

2 *Secundum, Guillelmum Cardinalem, Archiepiſcopum Narbonenſem.*

3 *Tertium, Ioannem, Secretarium Ludouici. 11. & Receptorem Turonen.*

4 *Quartum, Martinum Doctorem Theologiæ, Canonicum eccleſiarum SS. Martini & Gatiani Turonenſis ciuitatis, & Curatum Diuæ Virginis diuitis.*

D 5 *Quintum, Robertum, Cancellarium Franciæ, Archiepiſcopum & Ducem Remenſem.*

6 *Sextum, Petrum, Militem, Conſiliarium Regium, & generalem Financiarum Franciæ.*

Obiit 30. Octobris. 1494.

Guillelmus Briçonnet Cardinalis Archiepiſcopus Narbonenſis, & Epiſcopus Nemauſenſis, Rector negotiorum Regni, tempore Caroli VIII. ex vxore quam primum habuit quinque liberos ſuſcepit.

1 *Primogenitum eorum, Ioannem, militem, Computorum Præſidem.*

2 *Secundum, Guillelmum, Epiſcopum Meldenſem.*

3 *Tertium, Nicolaum, Contrarotulatorem generalem Financiarum Britanniæ.* E

4 *Quartum, Catherinam, vxorem Thomæ Bohier, Militis, Financiarum Franciæ Generalis.*

5 *Quintum Dionyſium, Epiſcopum Maclouienſem.*

Obiit 14. Decemb. 1514.

Robertus Briçonnet, Archiepiſcopus & Dux Remenſis, primus Par, & Cancellarius Franciæ, Abbas Sancti Vedaſti, tempore Caroli octaui.

Obiit vltima Iunij, 1497.

Petrus Briçonnet, Miles Conſiliarius Regius, & Generalis Financiarum Regni. F

Obiit in menſe Februarij, 1509.

Guillelmus Briçonnet, Epiſcopus Meldenſis, Abbas Sancti Germani de pratis, filius Cardinalis.

Obiit 24. Ianuarij. 1533.

Dionyſius Briçonnet, Epiſcopus Maclouienſis, Abbas Cormeriaci Turonenſis Diœceſis, filius Cardinalis.

Obiit 14. Decemb. 1535. G

Ioannes Briçonnet, Miles, Cameræ Computorum præſes, pauperum Chriſti ſeruus, & primogenitus liberorum Cardinalis. Hic duas tantum habuit filias. Primam, quæ Roberto Dauuet, Conſiliario Regio, & Computorum Præſidi: Alteram, quæ Theobaldo Longueloe, Conſiliario etiam Regio, & Requeſtarum hoſpitij ſui Magiſtro nupſit.

Nicolaus Briçonnet, Contrarotulator generalis Financiarum Britanniæ, filius Cardinalis.

MAVSOLEA

A

MAVSOLEA REGVM AC REGINARVM FRANCIÆ, quæ in templo D. Germani à Pratis adhuc extant.

1 *MAuſoleum Childeberti ſecundi, Francorum Regis Chriſtiani, filij Clodouei primi, eſt in capella S. Germani, retrò præcipuum altare, meridiem verſus, non exquiſito ſed communi lapide conſtructum. In quo ſimulacrum Regis alte ſculptum, dextra eccleſiam, læua ſceptrum tenet. De eo Aimoinus lib. 2. cap. 29.*

2 *Huic vicinum eſt Vlthrogotæ (aliàs Vultrogothæ) Reginæ, vxoris eius ſepulchrum, plano lapide, abſque cælatura aut ſcriptura, conſtans.*
B *Non liquet per auctores qua in patria quibuſue parentibus orta fuerit: Ipſa tamen vox Gothicam Hiſpaniam redolet. De eius autem ſanctis moribus ac deuotione, vide quæ habentur in vita Sanctæ Balthechildis (aliàs Balthildis) Reginæ, Clodouei ſecundi coniugis, ad Calam ſanctimonialium ſepultæ, & apud Greg. Tur. lib. 1. miraculorum ſancti Martini, cap. 12.*

3 *In area illa, quæ eſt ante ſummum altare, ad ſeptentrionalem plagam, Mauſoleum eſt Chilperici Regis, filij Clotharij primi & Arigundis, lapide cauo imaginem Regis prominentem referens. Cuius ſiniſtra manus barbæ quaſi iugulo admota cernitur. Quod quibuſdam occaſionem dedit, vt crederent ac ſcriberent, eum ſe trucidatum iugulatumque fuiſſe hoc modo*
C *ſignificare voluiſſe. Veruntamen Dominus Philippus Lauterius, quondam cudendæ pecuniæ præfectus, mihi ante quadraginta annos oſtendit ſigillum huius regis cum ſimili figura ſculptum: vt vero ſimilius ſit ſolitum regis geſtum etiam in monumento expreſſum fuiſſe. Et certè nobilium ſatis vſitatus mos eſt, barbam dum incedunt, aut aliquid animo reuoluunt attrectare, digitiſque tanquam pectinis dentibus expolire ac diſcriminare. Ad huius ſepulchralis lapidis marginem diſtinctis literis ſcriptum eſt.*

REX CHILPERICVS HOC TEGITVR LAPIDE. HVNC FREDEGVNDIS, *ex pellice coniunx eius facta, è venatione redeuntem per immiſſos ſicarios anno regni ſui 23. Chriſti autem 587. occidi procurauit: ne ſcilicet detectæ cũ Landerico fornicationis pœnas lueret. Greg. Tur.*
D *lib. 6. cap. 46. Aimoinus lib. 3. cap. 56.*

4 *Et ipſa anno Domini 601. Lutetiæ mortua ad pedes mariti monumentum habuit. Cuius ſuperior lapis planus effigiem quidem Reginæ præferebat: ſed delineamenta ſunt ita vſu adeſa, vt qualis fuerit minimè cognoſci valeat.*

5 *Ad meridiem templi è regione Chilperici patris, iacet filius eius, Clotha-*
6 *rius ſecundus, Francorum Rex. Qui obiit anno Domini 631. Et paulò ſuperius condita eſt Bertrudis vxor eius: quæ octo annis videlicet anno 623. obitum mariti anteuerterat.*

Sequuntur alij in eadem Eccleſia ſepulti, quorum Monumenta Nortmanni infideles funditùs ſubuerterunt. E

CHILDERICVS ſecundus, Francorum Rex, Clodouei 2. filius, vxorque eius Blithildis vterum gerens, à Bodillo inſigni viro (ob cauſam ab Aimoino lib 4. cap. 44. deſcriptam) anno Chriſti 679. in ſylua Calenſi (aliàs de Bondis) occiſi, atque in Baſilica noſtra tumulati iacent, teſtibus Tiliis in Chronico, & in collectaneis Regum.

IN eadem quoque (atteſtante id Tiliorum altero, Senatus Pariſienſis Actuario, in præfatis collectaneis) ſunt Chrodeſinta & Chroberga, Childeberti & Vltrogotæ filiæ, in priuilegio S. Germani epiſcopi Par. memoratæ. Suprà, pagina. 76.

AD noſtram etiam Baſilicam Guntrannus, rex Aurelianenſis, curauit aſportari cadauera Merouei & Clodouei, filiorum Chilperici & Audoueræ: quorum necem Fredegundis ſanguinaria nouerca procurarat: hoc ſemper in animo habens, vt omnem ſtirpem regiam deléret, ſoláque rerum potiretur. Hos autem nepotes ſuos ipſe Guntrannus non minus planxit mortuos, quam quum vidit filios proprios iam ſepultos. Greg. Tur. lib. 5. cap. 18. & 39. & lib. 8. cap. 10. F

ABBO monachus huius Cœnobii, & Aimoini diſcipulus, lib. 1. Obſidionis Lutetiæ Parrhiſiorum, teſtatur Eleutherium patrem S. Germani, matremque eius Euſebiam in noſtra eccleſia diſtinctis monumentis ſepultos fuiſſe: & Nortmannum quendam paganum (qui ſepulcrum ipſius Eleutherij demoliri fuerat aggreſſus) ad fractionem primi lapidis in pectore percuſſum morte ſubitanea periiſſe. Infœlix quem non fecerunt aliena pericula cautum. Nam quatuor Nortmanni milites (referente eodem Abbone in noſtram Baſilicam irruentes, diuinitus puniti fuerant, vnúſque oculis, & tres vita priuati. Et tamen hic quintus acceſſit. Propterea ait Abbo. G

*miles, ſupple.
*i. aperire ſepulcrum.

Fortunate tui quintus, Germane, parentis*
Accelerat reſerare thorum. Primo ſed adempto*
Percutit hinc ſaxo proprium pectus, patientem
A cathedra cogens animam decedere peſtis:*
Quæ nolens baratri tetigit cœnacula tetri.
Illuſtrem ſobolis ſanctæ ſeruat genitorem H
Dextera: læua ſacram prolis retinet genitricem.
Eſt Eleutherius pater, eſt Euſebia mater.

*i. à corpore, quod eſt veloti ſedes animæ, quandiu viuit homo.

IN vetuſtiſſimo codice pergameneo tabularij huius monaſterij. fol. 60. pa. 1. dicitur obiiſſe Eleutherius Calendis Nouembris, Euſebia verò quinto calendas Ianuarij. Quorum anniuerſaria quotannis in eccleſia noſtra pius filius. S. Germanus fieri inſtituit: collatis certis prædiis annuíſque redditibus, cum ad hoc opus tum ad luminaria eccleſiæ ſuſtentanda, & in augmentum victus monachorum conuertẽdis. SED præſtat hanc chartam integrè referre: quoniam multa ſcitu digna cõtinet

A tinet, quæ meritò noſtrorum deuotionem erga Beatum Germanum augere poterunt: vbi ſcilicet didicerint tot poſſeſſiones in diœceſi Antiſiodorenſi, & ditione Principis Niuernenſis conſtitutas eum nobis contuliſſe: quibus hodie (proh dolor) caremus.

HABET (ſupple eccleſia S. Germani) in valle Vitriaco Manſum dominicatum cum caſa & aliis caſtitiis ſufficienter. Habet & ibi eccleſiam maiorem, & vnam capellam cum omni apparatu diligenter conſtructas. Habet ibi de terra arabili culturas decem: vbi poſſunt ſeminari modij ſexcenti. De vinea veteri (quam S. Germanus plantauit) aripenna quinquaginta tria. Habet ibi de prato aripenna quinquaginta duo. Eſt ibi ſylua, quæ vocatur Puciolus: quæ pertinet ad ipſam villam. Quæ videlicet ſylua cum ipſa villa fuit Allodum S. Germani. Coloni verò qui B ipſam inhabitant villam ita adhuc ſunt ingenui, ſicuti fuerunt temporibus Sancti Germani: quatinus nulli hominum aut vi aut voluntariè ſine præcepto Abbatis aut Arciſterij aliquod exhibeāt ſeruitium. Nam ipſum Allodum Sanctus contulit Germanus ad luminaria eccleſiæ Sāctæ Crucis, ſanctique Stephani prothomartyris, ſeu ſancti Vincentij Leuitæ & Martyris: quatinus omnibus annis perſoluāt ad ipſam eccleſiam octo ſextaria olei, aut viginti duas ceræ libras. EST ibi in confinio quædam alia poſſeſſio, quæ dicitur Valliacus, aliáque procul quæ vocatur Galliacus: quas pater ſancti Germani ab Ermenfrido Comite emit, quaſque prædictus ſanctus Præſul contulit prædictæ eccleſiæ Sanctæ Crucis, ſanctique prothomartyris Stephani, ſeu ſancti C Vincentij Leuitæ & Martyris, cum omnibus appenditiis ſuis: quatinus annis ſingulis in commemoratione Natalitij patris ſeu genitricis ſuæ ſoluant ad ſepulcra eorum cereos duos, librarum videlicet octo vnumquemque, & refectionem fratrum viginti ſolid. Addidit etiam prædictus ſanctus Præſul excommunicationē coram viginti nouem epiſcopis: vt quiſquis temeraria præſumptione hoc donum quod ſuæ contulit eccleſiæ, ex propria videlicet poſſeſſione auderet auferre, ſeu Epiſcopus vrbis Antiſiodorēſis, in cuius conſtant diœceſi, ſeu Princeps Niuernenſis ſub cuius conſtant ditione, cum Iuda traditore damnationem percipiant hic & in æuum. Dies depoſitionis patris eius, nomine Eleutherij Kalend. Nouemb. Matris verò nomine Euſebiæ. 5. Kal. Ianuarij.

Vinea à S Germano plantata.

FINIS.

CHRONICON CASINENSE

IN QVATVOR LIBROS DIVISVM: QVORVM TRES PRIORES LEO MARSICANVS EX CASINENSI Monacho Oſtienſis Epiſcopus, ac Bibliothecarius Ro. Eccl. compoſuit; Quartum Petrus Diaconus, & ipſe Caſinenſis. Incipit autem hoc opus ab anno Redemptoris quadringenteſimo nonageſimo quarto, quo B. Benedictus annos natus quatuordecim Romam reliquit, & in ſpelæo deſerti ſe abdidit. Deſinit verò in Innocentio Papa II. quem conſtat è viuis exceſſiſſe anno milleſimo centeſimo quadrageſimo tertio.

CHRONICON iſtud ſequuntur priuilegia Romanorum Pontificum, Alexandri II. Benedicti VIII. Vrbani II. Iulij II. Vitaliani, Sancti Gregorij, & Zachariæ. Item diuerſarum perſonarum Epiſtolæ aliquot: quarum nonnullæ fictitiæ & apocryphæ cenſentur à Baronio: vt notauimus pagina 779. c.

M. D. CII.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI D. IOANNI CORNELIO S. IVSTINÆ DE PADVA ABBATI PRÆCIPVO, AC CONGREGATIONIS Caſinenſis alias S. Iuſtinæ Viſitatori digniſſimo Laur. Vicentinus monachus. S. P. D.

PRISCO *Illo tempore verende pater (vt Anneo placet) nulli hominum quantalibet prædito dignitate Parthorũ regem adire licebat, niſi munus quod regiam decebat maieſtatem prius obtuliſſet. Poſtmodum verò ſermonem quem is dicere peroptaſſet, omni timore depoſito apprævhenſaq́ue fiducia depromebat. Quod ego tametſi pauperculus & πτωχοσ (vt Græci aiunt) ſimiliter efficere cupiens, quum Venetias te contuliſti, & (vt moris eſt noſtri & certè ſanctiſſimi) in oſculo pacis geniculatus amplecterer: Caſin. Chronicam ſupplex ac deuotus obtuli. Antea enim mihi P. T. vt impreſſoriæ arti & officinæ & calchographis traderem præcepit: cui ego pro poſſe parere deſiderans, litterariis typis imprimendam exhibui. Quam profectò prouinciam vires noſtras excedentem ſubire non dubitaui: cum tui cauſa (cuius imperio non morem gerere nephas eſſe duxi) tum rei ipſius ratione vt ſcilicet eam à ſitu & carie vindicarem. In bibliothecis ſi quidem noſtris propemodum vetuſtate confecta latitabat, breui ni fallor, curriculo peritura. Quod cum ita ſit, non poſſum non vehementer admirari: ſi diuinum hoc impreſſionis munus, quod noſtro ſæculo ſummo rerum opifice mortalibus elargitum ſit, ſagaci mente perpendam. Reum profectò ignauiæ æque & ingratitudinis illum eſſe cenſuerim: qui non pro virili ſua ſategerit aut noua cudere aut certe renouare vetuſta. Statui igitur tuæ amplitudini tanquam congregationis noſtræ primario patrij hunc noſtrum tantillum laborem te præſertim iubente nuncupare: vt te tanto patrono ſecurus & tutus prodire poſſet in publicum. Tibi, inquam, qui Venetias habes natale ſolum, expetendarum rerum theſaurum, heroum altricem ducum, vrbem vnicuique chriſtianæ reipublicæ præſidium & columen. Huc accedit quod ex clariſſima Corneliorum gente antiquiſſima & nobiliſſima quidem, & per omnes ætates rebus ſplendidè geſtis florentiſſima es progenitus: cui denique Chriſtus pluries congreg. noſtræ moderamina credidit. Huius autẽ operis primam partem quam præ manibus habemus, ſummo labore, lucubrationibus & vigiliis quamplurimis Leo ex monacho Oſtienſis epiſcopus veterum non imitatus deſidiam, Oderiſio Abbati dicauit, pariterque poſteritati reliquit. Secundam † verò partem Petrus Diaconus & ipſe monachus Lotharij*

† *Scilicet librum quartum.*

Lothary imperatoris cancellarius omnium doctrinarum genere imbutus: & vt, Plato ait, non ſibi ipſi tantummodo natus: verùm partim amicis partim patriæ vt aliis prodeſſe poſſet adiecit: Rainaldoque Caſinen. Archiſtery Pio Abbati atque ſedis Apoſtolicæ Cardinali dicauit. Horum igitur ſingularium hominum opera ac induſtria multa ſcitu digniſſima deſcribuntur: qualiterque hoc ſacratiſſ. Cœnobium quater à barbaris tumultuario agmine & infinita penè gregariorum militum copia, omnibus monaſterij rebus ſibi hoſtilli & nefario auſu vendicatis deſtructum & funditus euerſum iacuerit enarratur. Huius ſanè ſacratiſſimi loci fundator egregius Benedictus extitit pater vbi deſtructa Clarij Apollinis ara marmoreoque idolo contrito ſibi mon. ſtatuit: & circunquaque regiones dæmonibus nō vero Deo famulantes miſeratus eos ad fidem conuertit: Chriſtique ſuper ſe ſuaue onus tollere præcepit. Primus verò huius ſacri loci poſt beati patris Benedicti ex hoc teterrimo ergaſtulo commigrationem & fœlicem obitum, Petronax ciuitatis Brixianæ patritius magnificus extitit inſtaurator: qui dum Hieroſolymam tendere cupit, à ſummo Romanæ vrbis epiſcopo Zacharia vt Caſinum caſtrum petat ac illud inſtauret imperatur. Secundus Aligernus Abbas fuit: qui incenſum à Sarracenis mon. per lx. & ſeptem annos neglectum penitus atque deſtitutum renouauit & auxit. Tertius Deſiderius Abbas qui & Victor Papa tertius, ex nobiliſſima Beneuentanorum principum origine ſanguinis lineam ducens extitit: qui ſuper omnes perceleberrimum conſtruxit Domino templum. Quartus Oderiſius ex nobili Marſorum comitum proſapia ortus fuit: ſub quo & quartus liber initium ſumpſit. Vnde ſine cœleſti nutu ac diſpoſitione diuina fieri hæc nequaquam potuiſſe nemo qui ambigat. Ex ſacro namque hoc loco Cœnobialis vitæ inſtituta & bene beatéque viuendi normam ac regularia præcepta, omnibus per vaſtum terræ ambitum fluxiſſe atque manaſſe luce (vt aiunt) clarius liquet. Ex ipſo namque virtutum Gymnaſio, quod diui Benedicti dextera plantauit, quod & cuſtodiendum & regendum Congreg. noſtræ tradidit, palmites vtique Benedicti proceſſerunt. Quis vnquam dignè tantam doctorum & ſapientum hominum in omni ſcientiarum genere tum philoſophiæ tū theologiæ multitudinem, quis epiſcoporum cateruas, Cardinalium copiam, ſummorum pontificum numerum & ſanctorum monachorum cœtus enarrare queat? Quantæ item reuerentię ac maieſtatis fuerit locus iſte illud inditio eſſe poterit: quod Caſinenſis Abbas, vt ex priuilegiis huic loco datis agnoſcitur, patriarcha eſt ſacræ religionis, dux & princeps omnium Abbatum atque religioſorum, Vice-cācellarius ſacri imperij per Italiā, Cācellarius regnorū Siciliæ, Hieruſalem atque Panoniæ, comes & rector Campaniæ. Habes itaque Ven. Pater ex hoc Marſicani libello, antiquorum patrum miranda geſta, Caſinatis agri notitiam, comitum, ducum, regum atque imperatorum quid dederint, conceſſerint, obtulerint quid-ve in gratis tabulis deſcripſerint, plenam atque perfectam cognitionem. Perge igitur, vt facis, vtere bonitate tua omnibus benefaciens, mihique in huiuſmodi libelli noſtri emendatione laboranti ab omni erroris næuo nitidum atque ſplendificum reddere conanti, vt à detractorum latratibus opem feras expoſco atque rogo. Prodibit igitur in publicum ſub tua tuitione, patrocinio atque defenſione conſtitutus: quem poſt multiplices regendæ congreg. noſtræ curas, poſt

EX OPERE ARNOLDI VVION MONACHI S. Benedicti de Mantua, Congregationis Caſinenſis, quod Lignum vitæ inſcripſit: per illud ipſum D. Benedictum, & per ramos congregationes eius intelligens, quas hic infra, D. Antonius Florentinus perſtringit.

ANNO Chriſti 480. Sanctus Benedictus ex antiquiſſimo Aniciorum ſanguine, patre Eupropio, matre verò Abundantia Nurſiæ in Vmbria vno partu cum ſorore Scholaſtica editus eſt: ipſaque mater in pariundo mortua. Anno autem ætatis ſuæ 14. Chriſti 494. relictis literarum ſtudiis Roma egreditur & deſertum ſola nutrice Cyrilla comitatus petiit. Qua in Offide, vbi fractum capiſterium reparauit, occultè dimiſſa, ad Sublaci ſolitudinem ſe contulit. Obiit anno Domini 542. die 21. Martij, ætatis 62. Et ſepultus eſt Caſini, in oratorio S. Ioannis Baptiſtæ, in tumulo ſibi ac ſorori ante mortem præparato. Ad quem quidem ipſa in monaſterio S. Mariæ de plumbariola, tribus à Caſino milliaribus diſtante (vbi vitam monaſticam egit) eodem anno, die decima Februarij defuncta iam delata à fratribus Caſinenſibus fuerat.

DE S. BENEDICTO, VERSVS ANGELI Sangrini, Abbatis Caſinenſis. Qui obiit Anno 1593. die 17. Martij.

QVAM ſanctus fuerit Benedictus, vita probauit.
Quantus doctor erat, Regula ſcripta docet.
Quos tulerit fructus, Eccleſia tota fatetur:
Quamque vides hominum religioſa † cohors.
Sanctus ſancta facit: Doctor docet: vt Pater orbem
Replet. Virtutes tot Benedictus habet.

† Cohortẽ Abbates & ſanctos in hoc chronico recenſitos.

DE APPROBATIONE REGVLÆ *beati Benedicti D. Gregorius Papa.*

EGo Gregorius ſanctæ Romanæ eccleſiæ præſul, ſcripſi vitam beati Benedicti:& legi regulã,quã ipſe ſanctus manu propria ſcripſit. Laudaui eã& confirmaui in ſancta ſynodo:& per diuerſas partes Italiæ & vbicunque latinæ litteræ legerentur, præcepi vt diligentiſſimè obſeruarent quicunque ad conuerſionis gratiam acceſſuri eſſent vſque in finem mundi. Et confirmo xij. monaſteria: quæ ipſe ſanctus conſtruxit. Hæc Gregorius in quodam priuilegio monaſterio Sublacenſi conceſſo.

Ex chronicis D. Anthonini Archiepiſcopi Florentini parte ij. titu. xv. cap. xxiij. paragrafo ij.

MOnachi nigri (cuiuſmodi creduntur Cluniacenſes) quum eſſent incraſſati & impinguati dilatatique Abbatiis innumeris, vbique terrarum vagantes ad libitum, reſtricti fuerunt aliqualiter per Clementinam *Ne in agro*, in exterioribus: Sed in interioribus nigri remanebant. Deus autem qui inueterata renouat, & carbones igne ſucceſos lucidos facit, quoſdam nobiles ſecundum ſæculum, & mente nobiliores monachos inſpirauit, ad Benedicti patris regulam ex integro adimplendam cũ quibuſdã conſtitutionibus ad regulam adiunctis. Initiũ habuit circa
1400. annos domini, M. cccc. in Abbatia quæ dicitur ſanctæ Iuſtinæ Paduæ: cuius congregationis, quæ dicitur ſanctæ Iuſtinæ, fautor & multum ad eam affectus & promotor fuit Eugenius iiij. Quibus in breui multiplicatis dedit ipſe idem multa magna monaſteria: & inter cætera ſancti Pauli extra vrbem, & Abbatiam Florentinam. Eos etiam exemptauit à diœceſanis & aliis prælatis: & magnis priuilegiis fulſiuit. Ex qua etiam religione per ipſum pileatus eſt rubro venerabilis vir religionis Zelator, D. Ioannes Syculas Abbas ſancti Pauli. Item in iij. ſecundæ ſummæ ſuæ, idem Dominus Antoninus ſic ait: Sub regula beati Benedicti militant multi ordines: vt monachi nigri de quibus in Cle. *Ne in agro*. Qui quum eſſent relaxati, reformati ſunt in ſpeciali congregatione: quæ dicitur ſanctæ Iuſtinæ &c. Ciſtercien. Camalduen. Vallis vmbroſæ, Humiliatorum, Cluniacen. Cæleſtini, Oliuetani, Silueſtrini. Omnes hi ſunt ſub regula beati Benedicti: Differunt tamen conſtitutionibus, & aliqui habitu. Hæc D. Anto. Beatiſſimus autem Benedictus colore nigro vſus eſt: ſicut multæ ſcripturæ & monumenta plurima argumento ſunt.

FINIS.

TABVLA

TABVLA CAPITVLORVM Chronici Caſinenſis.

TABVLA CAPITVLORVM Libri Primi.

PRoœmium. pa.455
cap.1 De coouerſione, vita, & obitu, beatiſſimi Patris noſtri Benedicti. 459
cap.2 Qui Abbates illi ſucceſſerint: vtq; deſtructo monaſterio fratres Romam coofugerint. 460
cap.3 De reditu Fauſti à Galliis, & deſcriptiooe vitę ſancti Mauri. 461
4 Quomodo iuuante Papa Zacharia, Petronax Abbas huoc locom inſtauraoerit. 462
5 De adoentu Giſulfi docis, & Conceſſiooe facta monaſterio totius terræ per girum. 462
6 Quomodo fuerit ædificatum monaſteriũ ſanctæ Marię io cingla. 462
7 Quomodo Carlo-Mannus Francorum Rex hoc venerit, & de humilitate eius. 463
8 Quomodo Rachis Lõgobardorum Rex huc ad conuerſiooem venerit. 464
9 Qoomodo propter incurſiooes Aiſtulphi regis Longobardorum Stephanus Papa Pipinom Regem Francotum duxit io Italiam. 465
10 Quomodo princeps Arechis mooaſterium ſanctæ Sophię à ſe factum mooaſterio iſti ſubdiderit. 465
11 De oblatione Leonis cuiuſdam oobilis Beneucotaoi. 466
12 Quomodo Poto Abbas ædificaoit circa mooaſterium duas eccleſiolas. 467
13 Qoomodo Abbas Theodemar fecerit Eccleſiam ſanctę Marię. 468
14 De aduentu Caroli Magni ad Italiam, atque ad hoc monaſteriũ & oblatis eius. 468
15 De Anglo moto, & ſordo, meritis beati Benedicti ſaoato. 469
16 De conceſſionibus qooruodã huic monaſterio factis. 470
17 De Paulo diacono, eiuſque cõuerſione, ac vita. 470
18 De capitulis Ludooici imperatoris, & de pacto quod fecit beato Petro. 471
19 Quomodo Giſulfus Abbas fecit Eccleſiam ſancti Germani. 472
20 Qnomodo idem renooanit huius monaſterij Eccleſiam, & alias quaſdam. 473
21 De miraculo Abbatis Apollinaris & quorundam oblationibus. 474
22 De Radelchis comite Campſano, & tranſlatione ſancti Ianoarij. 475
23 Quo tempore Saraceni Siciliam Ingreſſi ſiur. 475
24 Quid Sico princeps, Abbati Deos-dedit conceſſerit, & de morte eius. 476
25 Quid Lotharius Rex Anthperto Abbati conceſſerit, & de diuiſione regni. 476
26 Quo tẽpore beati Bartholomæi corpus Beneuentom venerit. 476
27 Qualiter priocipatus ſit cootra ſe dioiſus. 477
28 Quomodo Sicooolſus princeps, omoem monaſterij theſanrnm abſtulit. 478
29 Qoaliter à Sarracenis hunc locum Deus eripuit. 479
30 De incurſione Saraceoorum, & generali ac maximo terræmoto. 481
31 De mulriplici diuiſione Franeorum regni, & Lodouici victoria. 481
32 Quomodo Ludouicus ab Abbate vocatus, iterom in Italiam venerit. 482
33 De Capua, quomodo ad pootem Caſulioi motata ſit. 482
34 De conſuerodine huius monaſterij, quã habebat tunc temporis. 482
35 De ſtodio Abbatis Bertharij, & miraculo qoodam. 483
36 De qoorundam oblatiooibus. 484
37 De nequitijs Saracenorum, & incenſione mooaſterij ſancti Vincentij. 485
38 De tertio Ludooici in Italiam aduentu. 486
39 De monaſterio ſancti Angeli in Bareggio. 487
40 Quo tempore conſtructum ſit caſtellum pontis curui. 488
41 Quomodo Imperator reſtituit nobis cel-

lam ſanctæ Mariæ in moriuis. 488
42 De pacto Saracenorum cum noſtris inito. 489
43 De diuiſione Capuanæ Eccleſiæ facta à Ioanne Papa. 490
44 Quomodo princeps Guaferius, monachus effectus ſit. 490
45 Quomodo Saraceni à Caietanis ad habitandum recepti ſint. 491
46 Quomodo incenſo hoc monaſterio a Saracenis Berthatius Abbas decollatus ſit. 491
47 Commentarium eiuſdem Abbatis de rebus Sancti Benedicti. 492
48 De ordinatione Abbatis Angelarij. 494
49 De oblationibus quorundam ſub Abbate Angelario. 494
50 De oblatione & ſtudio Herchemperti monachi. 495
51 Quomodo monaſteriũ Teanenſe crematum ſit. 495
52 Quomodo Beneuentus à Græcis capta ſit. 496
53 De pugna noſtrorum cum Saracenis ad Gariolanum. 497
54 De ſtudio Leonis abbatis ad inſtaurandum hunc locum. 497
55 Quomodo Saraceni de Gariolano exterminati ſint. 498
56 De ordinatione Ioannis abbatis, & quomodo Capuæ monaſterium fecerit. 498
57 De ſtudio eiuſdem Abbatis ad hoc monaſterium. 500
58 De aduentu Vngarorum in Capuam, & de vario euentu belli. 500
59 De oblationibus conſulis & ducis Neapolitani, & aliorum. 501
60 Iudicium Papæ Marini de monaſterio ſancti Angeli ad formas. 501
61 Quomodo Baldoinus Abbas monaſterium S. Sophiæ bis receperit. 502
62 Item, iudicium papæ Agapiti de monaſterio Capuano & de Sancto Stephano. 503
63 De ſtudio Abbatis Maieperoti: & de ordinatione Aligerni Abbatis. 503
64 Quomodo Italiæ regnum à Francis ad Teutonicos ſit tranſlatum. 505

CAPITVLA LIBRI II.

1 DE ordinatione, & ſtudio Aligerni Abbatis. 507
2 De vindicatione eius: & de renũciis, & præceptis huic monaſterio factis. 508
3 De reparatione monaſterij huius. 509
4 De præceptis imperatorum huic loco datis. 510
5 Quo tempore corpus Apoſtoli Matthæi Salernum venit. 511
6 De quorundam oblationibus, & commutationibus. 511
7 De pertinentiis ſanctæ Mariæ in luco. 513
8 De libellis, & qua intentione fiebant. 513
9 Quando primùm Capua facta ſit Archiepiſcopatus. 514
10 De morte, & vindicta Landenulfi principis. 515
11 De terræmotu terribili, & ligno ſanctæ Crucis. 515
13 De quorundam oblationibus, ac libellis. 515
14 De iuramento Landulfi, & conceſſione. 516
15 Quid Landulfus de ſancta Agatha princeps Abbati iurauerit, quidve conceſſerit. 517
16 Quomodo Abbas ſit à Capuanis deceptus ac cæcatus. 517
17 De aduentu ſancti Adelberti ad hoc monaſterium. 519
18 De aduentu ſancti Romualdi, & ſancti Bonifacij ad hoc monaſterium. 519
19 Quomodo huc Olibanus comes aduenerit. 519
20 Cur Ioan. Abbas abbatiam vltrò dimiſerit. 520
21 Quæ nam viſio in obitu illius viſa ſit. 520
22 De aduentu, profectione, & reditu mitando Ioannis Abbatis. 521
23 De ſancta Maria in cellis. 521
24 Vt Otto imperator Beneuentum perrexerit, quid egerit, vbi deceſſerit. 522
35 De operibus ipſius Ioannis Abbatis. 522
26 De cõmutationibus, ac libellis ab eo factis. 522
27 De ſancto Benedicto apud Sueſſam. 524
28 De ſeceſſu Abbatis ipſius ad Capuã. 524
29 De electione Rotunduli, & Atenulfo. 525
30 De conſtitutione monaſterij Albarete. 526
31 Quid indulxerit imperator Henricus, &c. 526
32 De quibuſdam ædificiis ex eorum ornamentis. 527
33 De quorundam oblationibus. 527
34 Quomodo huc delata ſit portio Lintei domini Saluatoris. 529
35 De inſtauratione monaſterij Barragenſis. 529
36 De quadam controuerſia contra monaſterium orta. 530
37 De oblatione inſulæ, quæ limita dicitur. 531
38 De aduentu & prœliis Normanorum. 531
39 De Normanis pinlatarij conſtitutis. 533
40 De aduentu Henrici ad Troilam, & morte Abbatis. 533
41 De Pandulfo principe, qua ſentẽtia ſit ab imperatore multatus. 534
42 Quomodo imperator principatum Ca-

puanum

puanum Pandulfo tradiderit. 534
43 De ordinatione Abbatis Theobaldi. 535
44 Quomodo ſanctus Benedictus imperatorem ſanauerit. 535
45 Quomodo imperator falſa ſcripta tranſlationis ipſius, iuſſit exuri. 537
46 De iudicio Dei cõtra imperatorem, quia equos in capitulo monaſterij cuiuſdam ſancti Benedicti poſuit. 537
47 Mira de ipſo imperatore, & vxore ipſius. 537
48 De ſancti Pauli Abbate, quid de corpore ſancti Benedicti dixerit Adam monacho. 538
49 De ſanctis Protho, & Hiacintho, pulchra viſio. 539
50 De cella ſancti Benedicti de cella constructa. 540
51 De prouincia Capitinate quædam. 540
52 De ortu, & infantia Abbatis Theobaldi, & renouatione ſancti Liberatoris. 540
53 Quomodo idem Abbas multa monaſterij bona quæſierit. 541
54 De brachio ſancti Mauri huc tranſlato. 542
55 Donationes plurimæ monaſterio factæ. 543
56 Quid Adermãdos monach° fecerit. 544
57 De vita, & obitu Pauli monachi apud Capuam. 544
58 De conſtructione monaſterij ſancti Ioannis in Capua. 544
59 De expulſione Abbatis Theobaldi. 545
60 De iniquitate Pandulfi in iſtud monaſterium. 546
61 Quomodo Theobaldus Abbas pulſus ſit. 547
62 Vaſa ſacra iuſſu principis ablata, & de obitu ſancti Dominici monachi. 547
63 De monaſterio ſãctæ Scholaſticæ de Caieta. 549
64 De electione Baſilij Abbatis. 550
65 De electi ipſius malo regimine. 550
66 De aduentu Conradi imperatoris Capoam: vt bona monaſterio reuocaret ablata. 551
67 De ordinatione Abbatis Richerij. 554
68 De tranſlatione ſanctæ Luciæ Conſtantinopoli, ex Sicilia. 555
69 De diſceſſu Conradi imperatoris, & alia. 557
70 De Abbate capto ab Aquini comitibus. 557 557
71 Quomodo Abbas Richerius muros ſancti Angeli dirui fecerit. 559
72 Quomodo caſtrum ſancti Andreæ, meritis beati Benedicti, à Normanis receptum ſit. 559
73 Apparitio pulchra ſancti Benedicti, & quid cuidam dixerit. 560
74 De quorundam oblationibus, ac libellis. 561
75 De munitionibus caſtellorum, &c. 561
76 Quomodo Ade, Aquini comes, caiteræ præfectos ſit. 562
77 De obitu Radulſi comitis. 563
78 De amiſſione rocæ Antræ. 563
79 Quomodo in Vngariam ad petitionem Regis, ab Abbate directi ſiot. 564
80 Qualiter imperator tractare cœperit de bono ſtatu Romanæ Eccleſiæ. 564
81 De his quæ imperator huic monaſterio obtulit. 565
82 De morte Clementis 2. Papæ, & de ſancto Leone eius ſucceſſore. 565
83 Quid Capuani nobiles monaſterio auferre conati ſint. 566
84 De morte Pandulſi Capuani principis. 566
85 De aduentu ſancti Leonis Papæ ad hoc monaſterium. 567
86 De morte Guaimarij Saler. principis 567
87 De oblatione duorum fratrum. 567
88 De beato fine dicti ſancti Pontificis. 568
89 Quidnam eius apocriſarij Conſtantinopoli fecerint. 569
90 De electione Gibeardi Diſtitẽſis epiſcopi, in papam, qui & Victor vocatus eſt. 569
91 De confirmatione caſtri Saraceniſci. 570
92 De obitu Richerij Abbatis. 571
93 De electione Abbatis Petri. 571
94 De cõſtructione monaſterij ſancti Georgij. 572
95 Quomodo præfatus Apoſtolicus, ordinationem Abbatis noſtri indigne tulerit. 573
96 De renunciatione Abbatis Pe. & electione Fri. 575
97 De primordiis eiuſdem Friderici. 576
98 De electione ipſius Abbatis in Papatum. 576
99 De oblatione Epiſcopi Marſicani. 577
100 Quid idem Papa de Theſauro monaſterij mandauerit. 578
101 De obitu Stephani Papæ, qui & Fridericus Abbas fuit. 579
102 Qualiter Petrus Damianus, & alij ex Cardinalibus, conati ſunt ad latibula fugere. 579
103 De Abbate Friderico, qui & Step. Papa dictus eſt: ac de ipſius muneribus huic monaſterio indultis. 580

CAPITVLA LIBRI III.

Prologus. 580
1 De origine, & infantia, & adoleſcentia Deſiderij & de ſuſceptione ſancti habitus. 582
2 De vi ſibi illata propter habitum. 583
3 De fuga eius ad monaſterium cauæ. 583

4 De reditu ad monaſteriū ſanctæ Sophiæ. 584
5 De profectione illius ad alia monaſteria & reditu. 574
6 De Alphani, & Deſiderij aduentu huc. 585
7 De viſione Deſiderij, & præpoſitura eius. 586
8 De electione, & confirmatione eius à Papa. 587
9 Qualiter in monaſterio ſuſceptus eſt. 588
10 Quomodo innouare cœpit monaſteriū. 588
11 Cur caſtrum nouum conſtruxerit. 589
12 Quomodo a Papa Nicolao, Cardinalis, & Abbas conſecratus ſit: & alia plura. 590
13 De reſtitutione ſancti Benedicti de Salerno, & alia plura. 590
14 De promotione Oderiſij, & aliorum. 592
15 Quædam Nicolai Papæ geſta: & aliorum alia plurima. 592
16 Quid Capuanus princeps donauerit. 594
17 De conceſſione, & commutatione quorundam caſtrorum. 594
18 De quorundam oblationibus. 595
19 Quænam ornamenta Deſiderius fecerit. 596
20 De ordinatione Alexandri Papæ 2. 597
21 De flagello fulminum. 598
22 Quomodo in Sardiniam monachos miſerit. 598
23 De aduētu Gofridi ducis Aquitaniæ. 601
24 Quot fratres à Papa promoti ſint. 602
25 De monaſterio Tremitenſi. 602
26 De euerſa veteri Abbatia, & facta noua. 603
27 Quomodo è Conſtantinopoli artifices conduxerit muſæi operis. 605
28 Quomodo Eccleſiam ipſam dedicauerit. 606
29 De frequentia populorum huc venientium. 608
30 De regina Agnete, & oblatis eius. 609
31 De variis ornamentis Eccleſiæ. 609
32 De renouatione Eccleſiæ S. Mart. & alia plo. 613
33 De Alberico diacono, & eius operibus in ſcripto editis. 614
34 De Alfano, & Amato monachis & epiſcopis, & eorum ſcriptis. 615
35 De dæmoniaco, & clauda curatis ab Alexandr. Papa: & de eius tranſitu, & electione Gregor. 616
36 De reſtitutione monaſterij ſancti Angeli. 616
37 De ſeptem miraculis meritis ſancti Benedicti. 617
38 De oblationibus quorundam. 618
39 De tribus miraculis, meritis Beati patris Benedicti, patratis. 620
40 De recuperatione caſtri mortulæ, & aliis quibuſdam. 621
41 De mota quæſtione coram Apoſtolico, ſuper Eccleſia ſanctæ Sophię, & ſancti Angeli. 622
42 De miraculis quorundam monaſterij huius monachorum. 622
43 De quorundam oblationibus. 623
44 Quomodo Robertus Guiſcardus Siciliā ceperit, & Salernum, & alia. 623
45 De pecunia violenter abſtracta. 625
46 De quibuſdā oblationibus, & confirm. 626
47 De miraculis quorundam monachorum & ſancto Liberatore. 626
48 De cauſa diſſentionis inter Henricum imperatorem, & Gregorium Papam. 627
49 De archiepiſcopo Rauēnate inuaſore ſedis Apoſtolicæ, & aliis. 628
50 De obitu duorum monachorum huius monaſterij. 631
51 De caſtro ſacraciniſco, & ſuo. 631
52 Quomodo Robertus Guiſcardus apoſtolicum ab imperatoris violentia ereptum duxerit ad monaſterium. 632
53 De viſione cuiuſdā Ioannis, & cum Miſſam Apoſtolicus celebrauit. 632
54 De quadam parte ſalutiferę crucis huc apportata, & aliis rebus. 633
55 De quorundam oblationibus, & Aldemario huius monaſterij monacho, & ei° miraculis. 633
56 De obitu Roberti Guiſcardi & brachio S. Matthæi apoſtoli. 634
57 De oblationibus eiuſdem Roberti. 634
58 De quibuſdam oblationibus, & commuta. 636
59 De quibuſdam conceſſionibus a Deſiderio factis, & de aliis. 636
60 De quorundam oblationibus. 637
61 De Gaiferio Salernitano, & aliis. 638
62 De libris quos Deſideri° fieri curauit. 638
63 De latronibus. 639
64 De obitu Gregorij Papæ. 640
65 De electione Deſiderij, in Papam. 641
66 De reditu electi ad Caſinum. 642
67 De conſecratione electi Papæ Victoris, & de corpore ſancti Nicolai. 642
68 De aduentu comiſſę Matildis ad vrbem Romam: & Victore Papa, & de antipapa, & de Eccleſia S. Petri & viſione eiuſdem Apoſtoli. 643
69 De Guiberto hęreſiarcha, & Eccleſię maxima preſſura. 644
70 Quomodo Papa exercitum in Africam miſit. 645
71 De concilio generali, & conſtitutionibus. 645
72 De obitu Papę Victoris. 647
73 Quę ornamenta Eccleſię reliquit monaſterio Papa Victor in obitu ſuo. 648

Capitula

CAPITVLA LIBRI IIII.

Prologus. 650
1 De Oderiſio Abbate, & eius primordiis. 651
2 De electione Otonis epiſcopi in Vrbanum Papam. 651
3 Quomodo Oderiſius Abbas renouationẽ à Deſiderio cœprã cõplere ſtuduit. 653
4 De quodã fratre diaboli arte perempto. 653
5 Quomodo Vrbanus Papa dũ de corpore beati patris Benedicti dubitaret, ſit ſanatus ab eo & certificatus. 654
6 De oblatione quorundam. 654
7 Quomodo præfatus Papa quoſdam monachos ordinauit epiſcopos. 654
8 Quomodo eccleſia S. Martini cum ſuis altaribus fuerit dedicata. 555
9 De proditione Richardi cõtra mon. & de conſecratione Eccleſiæ S. Andreæ Apoſtoli. 656
10 De morte Iordanis principis, & de quibuſdam donationibus. 657
11. De ſigno ſtellarũ: & de exercitu, & victoria chriſtianorum contra infideles. 658
12 De quorundam oblationibus. 662
13 De Cicero Vicecomite: & eius oblat. 663
14 De diſcordia inter Aquinẽſes & Soranos. 663
15 De quibuſdam eccleſiis monaſterij. 664
16 De quibuſdã aliis eccleſiis oblatis mona. 664
17 De Alexio Imperatore Cõſtan. & reſcripta Abbatis ad ipſum Imperatorẽ, & ad regem Hieroſolymitanum. 664
18 De monaſterio S. Mauri in glannafolio à foſſatenſium monachorũ ſubiectione liberato, & Caſinenſi ſubiecto. 965
19 Quomodo Abbas nuncium ad Imperatorẽ direxit: & de reſtitutione poſſeſſionum inter Liguriam: & de obitu Vrbani Papæ 2 & electione Paſchalis. 665
20 De eccleſia S. Nicolai in turre Beneuentana. 666
21 De quorũdam oblationibus: & de morte Guiberti Antipapæ. 666
22 De priuilegio, & conceſſione Paſchalis Papæ. 666
23 De quorundam oblationibus. 667
24 De dedicatione eccleſiæ S. Anaſtaſiæ: & de corporibus ſanctorum Paulini, & Auguſtini: & ſociorum, diſcipulorum beati patris Benedicti. 667
25 De quorundam oblationibus. 667
26 De quorundam oblationibus. 668
27 De electione Othonis Abbatis: & de morte Richardi principis. 668
28 De obitu Henrici 4. & ſucceſſione Henrici 5. ad imperium, & alia quædam. 669
29 De Alexio Imperatore Conſtantin. 669
30 De eccleſia S. Angeli ad formas: & quomodo violenter ab Archiepiſcopo Capuano, ſit violata. 669
31 De quærimonia fratrum cõtra Abbatem & quomodo Papa prohibuit celebrari feſtum tranſlationis S. Benedicti, & quædam alia. 670
32 De quodam miraculo in turre beati Benedicti apparente. 671
33 De beato Brunone epiſcopo: & quomodo relicto epiſcopatu ad monaſteriũ venerit, & electione eius in Abbatem. 672
34 De peruerſitate Aquinenſium comitum contra monaſterium. 673
35 De aduentu ſummi ponti. ad mon. 674
36 De quorundam oblationibus, & nequitia cuiuſdam epiſcopi. 674
37 De apparitione cometis: & de Paſchali Papa: & Henrico imperatore multa. 675
38 De litteris miſſis à ſummo pontifice ad imperatorẽ: & de eius callido iuramẽto. 676
39 De quibuſdam tractatis inter Papam & imperatorem. 677
40 Quomodo imperator dolo cepit ſummũ pont. 678
41 De crudeli pugna inter Romanos & imperatorẽ: & quomodo imperator metu Romanorum clam ab vrbe fugit, captiuum abduces ponti. 679
42 De liberatione præfati pontificis, & coronatione imperatoris: & aliis multis. 680
43 De dedicatione cuiuſdam eccleſiæ: & de exceſſu mentis cuiuſdam pueri. 682
44 De diſſenſione inter pontificẽ & Abbatem Brunonem: & quomodo amotus à regimine monaſterij, redierit ad ſedem ſuam. 683
45 De electione Girardi Abbatis. 685
46 De miraculo facto ad corpus beati patris Benedicti. 685
47 De conſecratione præfati Abbatis: & annullatione priuilegij olim Henrico imperatori conceſſo. 686
48 De Alexio Conſtan. Imperatore. 686
49 De quibuſdam eccleſiis. 687
50 De eccleſia S. Mariæ terræ maioris, & de quibuſdam aliis. 687
51 De Archiepiſcopo Corſentino: & Archiepiſcopo Beneuentano. 688
52 Quomodo quidam monachi Caſin. à Saracenis capti fuerunt. 688
53 De miraculo facto ad corpus Azonis decani: qui in præfata captiuitate deceſſerat. 689
54 De eccleſia S. Agnetis in auerſa: & quibuſdam aliis. 689
55 De conditione Fundani epiſcopi contra monaſt. 690

56 De quodam caſtro mon. qnod Suum dicitur. 690
57 De cõſecratione eccleſiæ ſancti Vincentij: & de ſancto fine cuiuſdam fratris. 691
58 De inquietudine hominum ſancti Germani. 692
59 Quomodo Richardus monachus fit Epiſcopus ordinatus: & de expeditione contra infideles & de nequitia quorundam potentium contra mona. 692
60 De tribus miraculis in Caſinen. mona. factis. 693
61 De quibuſdam conceſſionibus. 693
62 De iactantia Abbatis Cluniacenſis: & de diſſentione inter Romanos & ſummum pontificẽ. 694
63 Quomodo Henricus imperator aduerſus pontificem Romam rediit. 694
64 De maximo terræmotu per Italiam facto. 695
65 Quomodo rex Anglorũ legatos ad mona. miſit: & de Rogerio. 695
66 De morte Alexij conſtan. Imperatoris, & Paſchalis Papæ: & electione Gelaſij: & quomodo idem Gelaſius deceſſit: & de electione Caliſti. 696
67 De magno terræmotu: & de reuelatione cuidam facta. 697
68 De viſione Alberici pueri: & de Petro diacono Caſinen. monacho qui paſſionem ſancti Placidi & aliorum multorum ſcripſit. 698
69 De quorundam oblationibus. 700
70 Quomodo Papa ad mona. venerit & quid geſſerit. 700
71 De quæſtione contra mona. per Archiepiſcopum Capuanum mota. 701
72 De lite facta coram Apoſtolico pro eccleſia ſanctæ Mariæ in cingla. 701
73 De quorumdam oblationibus. 703
74 De violentia clericorum Capoanorum contra mona. & de conflagratione dictæ vrbis. 703
75 Quomodo brachium ſancti Matthæi Apoſtoli ſit delatũ ad mona. Caſinen. 704
76 De claudo ſanato ad corpus beati patris Benedicti. 704
77 De nequitia Pandulfi & de aduentu Abbatis Cluniacenſis. 705
78 De monaſterio beati Mauri in glannafolio. 706
79 De morte Abbatis Girardi. 706
80 De electione & confirmatione Oderiſij. & de quærimonia epiſcoporum in concilio contra monachos. 706
81 De rebellione incolarum ſancti Angeli: & de miraculo ſtellarum. 707
82 Quomodo fratres Raguſium miſſi ſunt ad monaſterium conſtruendum: & alia quædam. 708
83 De Lamberto Hoſtienſi Epiſcopo. 708
84 De proditione Richardi, & bello ei iuſſu Papæ per Abbatem illato. 709
85 De obitu Caliſti Papæ & de electione Honorij. 709
86 De Leone Foodano conſule. 710
87 De quærela & accuſatione contra Abbatem & de inſultu Richardi contra monaſterium. 710
88 Quomodo Honorius ad mona. venit & quid egerit vel dixerit. 710
89 De morte Henrici imperatoris: & de electione Lotharij. 711
90 De depoſitione Oderiſij Abbatis & de ſcandalis inde ſubſecutis. 711
91 De electione Nicolai multa. 712
92 Quæ vaſa ſacra: & ornamenta aurea & argentea. N. Abbas diſtraxit. 714
93 De aduerſis quę monaſterio aduenerunt. 714
94 De conuerſione duorum fratrum: & de penitentia Oderiſij depoſiti. 715
95 De depoſitione Nicolai propter eius inſcientiam. 715
96 De electione Senioreti Abbatis. 715
97 De aduentu Papæ ad mona. de conſecratione Abbatis. 717
98 De Rogerio duce & Roberto principe. 717
99 De morte Honorij Papæ: & electione Innocentij ij. & de Anacleto antipapa: & quomodo Rogerium duce regem fecit. 717
100 Quomodo cancellarius præfati regis nixus ſit monaſterium in ius regis redigere. 717
101 Quomodo Abbas & fratres contra dictum cancellarium tuebantur mon. precibus & induſtria. 720
102 Quomodo ſanctus. B. per viſionem hortatus eſt vt precibus inſtarent. 722
103 De viſione fratris Creſcentij & anima cãcellarij. 712
104 De morte Abbatis. 723
105 De diſſentione facta inter fratres propter electionem Abbatis. 723
106 De aduentu Innocentii Papæ & Henrici ducis: & quomodo nuncios miſerunt ad mona. 724
107 De aduentu Lotharii imperatoris ad vrbem Melfim. 725
108 Quomodo præfatos imperator hortatorias & confortatorias litteras Abbati & fratribus direxit. 726
109 Quomodo ipſe imperator Abbatem cũ quibuſdam fratribus acceſſiuit: : eoſque Papa obſiſtente honorificè ſuſcepit: & tueri contra Papam eos impugnantem cœpit. 726
110 Quomodo G. card. pro parte ſedis Apoſtolicæ diſceptare cœpit contra Abbatem & monachos, coram imperatore ipſo tamen monachorum partem defendete. 730

III Item

111 Item de eadem materia. 732
112 Item de eodem & de oratione Petri Caſinenſis monachi corã imperatore. 733
113 Item de eodem quomodo imperator fuerit irapermotus contra duritiam Papæ. 735
114 Item de eodem & quomodo quidam Ciſtellen. monachus coutra Caſioen. altercari cœperit. 737
115 Item de eodem Ciſtellenſi monacho. 741
116 Quomodo iſdem imperator æterna dignus memoria pro tutioue mouachorum pootificem adierit: & quomodo eiua interueutu à pont. ſint recepti: & de legatis tmperatoris Couſtan. & de pbiloſopho romaoam eccleſiã improbraote. 742
117 De diſputatioue eiuſdem pbiloſophi & reſpouſioue Perri. 744
115 Quomodo imperator claſſem coutra Salernum direxit: & quædam alia. 745
119 Quomodo Rai. Abbas ad mooa. reuerſus fidem quam promiſerat trauſgreſſus eſt. 745
120 De aduentu imperatoris ad monaſterium & de examine Abbatis. 746
121 Quomodo monachi fueruut examinati ſuper electione præfati Abbatis. 748
122 Quomodo pontifex iratus fuerit contra imperatorem eo quod ſe immiſcuiſſet dictæ examinationi: & quomodo pouti. placuerit. 749
123 De depoſitione præfati Abbatis Rainaldi. 749
124 Quomodo tractare cœperunt de electioue uoui Abbatis & de difficultate facta 749
125 De electiooe Guibaldi & de piiſſimo affectu imperatoris erga monachos: ita vt in cunctis illis faueret: & alia de eo: & eius cõiuge plura & valde notabilia. 750
126 Quomodo pontifex & imperator Abbatem & fratres ad prandium vocauerunt: & quomodo poſt amborum diſceſſum imperator Abbati ſcripſerit. 753
127 Quomodo Rogerius reuerſus recuperare cœpit quæ amiſerat: & quomodo Abbas ſcripſit imperatori: & de morte eiuſdem imperatoris. 754
128 De inſultu Rainaldi depoſiti contra monaſterium: & quomodo Guibaldus Abbas metu Rogerij Abbatiam deſeruit. 756
129 De electione Raiualdi, uon illius depoſiti, ſed alterius: & de concordia facta cum Rogerio. 756
130 De viſioue Alberti Caſiuenſis mouachi 757
131 De morte Petri Leonis autipapæ. 759

EXPLICIT TABVLA
Capitum Chronici Caſinenſis.

SEQVVNTVR ALIQVOT priuilegia & epiſtolæ.

Priuilegium Alexandri Papæ ſecundi, De reuelatione corporis Beatiſſimi patris noſtri Benedicti. 760
Priuilegium Benedicti Papæ octaui, de eadẽ reuelatione, & de Henrico imperatore ab ilium dolore per Sanctũ Beocdictum curato. 762
Priuilegiũ D. Vrbani Papæ ſecundi, de corpore ſancti Benedicti: qualiter verè requieſcat iu monaſterio Caſinenſi: & qualiter ab eodem beatiſſimo Benedicto fuerit liberatos: & qualiter etiam cooſtituit quod oullus alio eum eſſe dicat. 764
De Cõſaluo Agidario præfecto regis Hiſpaniæ: & beatiſſimi patris Beuedicti oraculo. 765
Priuilegiũ Iulij Papæ ſecuudi de vuiooe ſacri Cœuobij Caſioen. congregatiooi ſanctæ Iuſtiuæ: quam ad bonorem prædicti Cænobij congregatiooem Caſineuſem iuſſit uuucupari. 766
Priuilegium Tertulli Patricij, de quibuſdam douationibus, Caſioenſi mooaſterio factis. 768
Priuilegium Gordisui Conſulis, de aliis donationibus eidem mouaſterio factis. 769
Epiſtola ſanctiſſimi patris noſtri Benedicti ad Remigium Remenſem, Archiepiſcopum. 779
Epiſtola Siculorum ad ſanctiſſimum patrem uoſtrum Beuedictum, pro paſſione ſaucti martyris Placidi diſcipuli ſui & ſociorum eius. 771
Epiſtola Gordiani diſcipuli ſanctiſſimi Benedicti ad beatum Maurum coudiſcipulum ſuũ. 773
Maurus ad Gordianum. 774
Epiſtola Gordiaoi, ad ſanctiſſimum Papã Vigilium. 775
Diualis ſacra Flauij Iuſtiniaui Aeneidæ imperatoris inuicti, ad ſanctiſſimum Vigilium papam. 777
Vigilij Papæ reſcriptũ ad Iuſtinianum imperatorem. 778
Diualis ſacra Flauij Iuſtiniani Aneidæ triũpharoris inuicti ad Placidum uepotem ſuum. 780
Diualis ſacra theodoræ Auguſtæ piiſſimæ ad Placidum nepotẽ ſuum vt ad oouam Romam aſcendere ſtudeat. 781
Diualis ſacra Flauij Iuſtiniani Aneidæ triumphatoris iuuicti de immuuitate Cœuobij Caſioenſis. 781
Gordiani Epiſtola ad Meſſaliuum & Pompeium Tylium à noua Roma Couſtantino-

poleos de reuerſione ſua. 785

Gordiani epiſtola à noua Roma Conſtantinopoleos Conſtantino Abbati Caſinen. 785

Siculorum epiſtola congregationi Caſinenſi Lateranis degēti pro inſtauratione monaſterij ſancti Placidi. 787

Reſcriptum Vitaliani Papæ ad eoſdem pro inſtauratione monaſterij beati martyris Placidi. 787

Siculorum epiſtola Apollinario Abbati Caſinen. ob incurſionem Saracenorum in Siciliam deuaſtantium temporibus Ludouici & Baſilij imperatorum. 788

Epiſtola Siculorum Leoni Caſinenſi Abbati. 779

Diualis ſacra Flauij Iuſtiniani triumphatoris inuicti. 779

Priuilegium ſancti Gregorij Papæ. 790

Apoſtolica iuſſio ſanctiſſimi Zachariæ Papæ, Petronaci Abbati. 792

Priuilegium ampliſſimum ſanctiſſimi Zachariæ Papæ in quo affirmat ſe vidiſſe corpora ſanctiſſimi patris Benedicti & ſanctæ Scholaſticæ virginis. 793

FINIS TABVLÆ CAPITVLORVM Chronici Caſinenſis.

CATALOGVS ABBATVM MONTIS CASINI,

De quibus in hoc Chronico agitur.

1.	S Pater Benedictus	*lib.1.cap.1.pagina 459.*
2.	Conſtantinus	*lib.1.cap.2.pag.460.*
3.	Simplicius	*Ibidem.*
4.	Vitalis	*Ibidem.*
5.	Bonitus	*Sub quo Longobardi monaſterium euerterunt, anno 568. pag. 460. Et poſtea monachi Romā profecti, iuxta Patriarchium Lateranenſe certo tempore habitarunt.*
6.	Petronax Brixienſis,	*reædificator Cœnobij Caſinēſis.lib.1.ca. 4.pa. 461.*
7.	Optatus	*lib.1. cap.9. pag. 465.*
8.	Hermeris	*Ibidem.*
9.	Gratianus	*Ibidem.*
10.	Tomichis	*lib. 1. cap.11. pag. 466.*
11.	Poto	*lib.1. cap. 12. pag. 467.*
12.	Theodemar	*lib.1. cap. 13. pag. 468.*
13.	Giſulfus	*lib.1. cap. 19. pag. 472.*
14.	Apollinaris	*lib.1. cap.21. pag. 474.*
15.	Deuſdedit	*lib. 1.cap.24. pag. 476.*
16.	Ildericus	*Ibidem*
17.	Authpertus	*lib. 1. cap.25.pag. 476.*
18.	Baſſacius	*lib.1. cap.26.pag. 476.*
19.	Bertharius	*lib.1. ca.35.pag. 483. A Saracenis decollatus.ca. 46.pa.491.*
20.	Angelarius	*lib. 1. cap. 48. pag. 494.*
21.	Ragenprandus	*lib. 1. cap. 50. pag. 495.*
22.	Leo	*lib.1. cap.54.pag. 497.*
23.	Ioannes primus	*lib. 1. cap. 56. pag. 498.*
24.	Adelpertus	*lib. 1. cap. 58 pag. 500.*
25.	Baldoinus	*lib. 1. cap. 60. pag. 501.*
26.	Maielpotus	*lib. 1. cap. 63. pag. 503.*
27.	Aligernus	*lib.2. cap.1. pag. 507.*
28.	Manſo, à Capuanis excæcatus	*lib.2.cap.16. Sed nomen eius non exprimitur, niſi lib 2. c. 22. pag. 521. quoniam caput 12. (in quo habebatur) deeſt.*
29.	Ioannes ſecundus	*lib.2. cap. 20. pag. 520.*
30.	Ioannes tertius	*lib.2. cap. 22. pag. 521.*
31.	Atenulphus	*lib.2. cap. 31. pag. 526.*
32.	Theobaldus	*lib.2. cap.43.pag.535.*
33.	Baſilius	*lib.2. cap.64. pag. 546.*
34.	Richerius	*lib.2. cap.69. pag. 554.*
35.	Petrus	*lib.2. cap. 93. pag. 571.*

36.	Fridericus	*lib.2.cap.97.pag.576. Hic anno 1057. fuit Papa electus, & Stephanus 10.(alijs nonus) nominatus. Ibidē.*
37.	Deſiderius	*In prologo lib.3.pa.580. & ſeq. Qui poſtea fuit Victor Papa 3. pag.642.*
38.	Oderiſius	*lib.4. cap. 1. pag. 651.*
39.	Otho	*lib. 4. cap. 27. pag. 668.*
40.	Bruno	*lib.4. cap.33. pag.672.*
41.	Girardus	*lib.4. cap. 45. pag.685.*
42.	Oderiſius II.	*lib.4. cap.80. pag.706.*
43.	Nicolaus	*lib. 4. cap. 91. pag. 712.*
44.	Senioretus	*lib.4. cap. 96. pag. 715.*
45.	Rainaldus	*lib. 4. cap.105. pag.723. & cap. 109. pag.2.*
46.	Guibaldus	*lib.4. cap. 125. pag. 750.*
47.	Rainaldus II.	*lib.4. cap.129. pag.756.*

Integrvm Catalogum Abbatum Montis Caſini à S.Benedicto vſque ad Domnum Hieronymum Bruggiam anno Domini 1590. præſidentem (Nam vtrum adhuc viuat nobis eſt incompertum) habes apud Arnoldum Vvion, libro primo ligni vitæ capitibus quatuordecim diſtinctum: ſcilicet à tertio vſque ad 17. excluſiuè. In quorum decimo quinto deſcribit aggregationem monaſterij Caſinenſis ad congregationem Sanctæ Iuſtinæ de Padua, his verbis.

Anno Dominicæ Natiuitatis 1504. die 22. menſis Nouembris cum Ioannes de Medices S.R.E. Cardinalis, & Commendatarius Caſinenſis, liberè commendæ dictæ Abbatiæ ceſſiſſet, eodem die Iulius Papa II. Caſinenſe monaſterium vniuit Congregationi Sanctæ Iuſtinæ de Padua. Voluítque ſupradictus pontifex, ob honorem tanti monaſterij, vt deinceps Congregatio Caſinenſis, aliàs S.Iuſtinæ de Padua nūcuparetur. Eius verò poſſeſſionem ſolenni pompa cœperunt Reuerendi noſtræ Congregationis Patres anno ſequenti, die 12. Ianuarij. In qua R.P.D. Euſebius de Mutina, Abbas S.Petri de Peruſio, dictæ noſtræ Cōgregationis Pręſidens, & R.P.D.Ignatius, Abbas S. Mariæ Florentiæ, & præfatæ Congregationis viſitator, cum monachis centum adfuerunt. Vnionis autem prædictæ Bulla Iulij ſecundi extat cum aliis nōnullis, poſt finem Chronici Caſinenſis excuſa, pag.766. *Ab hoc tempore Abbates Caſinenſes cœperunt eſſe quinquennales duntaxat. At in Congregatione Caſalis Benedicti, in Francia, ſexennales eſſe poſſunt: Sed non vt illi, de monaſterio in monaſterium cum pari dignitate per totam vitam abſque depoſitione (niſi cauſa legitima exiſtat) tranſire: Immò ipſo ſexennio finito, tenentur remanère (ſaltem per annum) tanquā vnus ex fratribus clauſtralibus: vt habent diplomata Rom. Pont. Clementis VII. & Iulij III.*

PROOEMIVM

A

PROOEMIVM HISTORIÆ MONASTERII CASINENSIS, ÆDITVM A PRÆCLARISSIMO, ET CONSVMATISSIMO HISTORICO Leone Marſicano Hoſtienſe epiſcopo, fœliciter Incipit.

B *DOMINO, & patri ſanctiſsimo, venerabilis Cœnobij Caſi-*
nenſis, Abbati Oderiſio, frater Leo, cognomine Marſicanus,
debitæ obedientiæ famulatum. Iniunxerat mihi iamdudum
veſtra beatitudo, pater venerandiſsime, vt glorioſi præ-
deceſſoris tui, ſanctæ memoriæ, Deſiderij Abbatis ſingularis
plane & vnici hoc tempore ſui ordinis viri magnifica geſta
ad poſterorum memoriam ſcribere omni ſtudio curarem. Nimis videlicet in-
dignum iudicans, loci huius veterum deſidiam imitari: qui de tot præce-
dentium ſanctorum virorum geſtis, ſeu temporibus, nihil ferè literis tradere
ſtuduerunt: & ſi qua fortè ſuper hoc aliqui deſcripſerunt, inepto prorſus, &
ruſticano ſtilo digeſta, faſtidium potius quam ſcientiam aliquam legentibus
C *conferunt. Quod tua paternitas ne deſiderio noſtro contingat, ſollertiſsimè pro-*
uidens, huic me operi voluit deſtinare, imponendo mihi ſarcinam exceden-
tem profectò vires meas: Ita vt ſola fermè eius conſideratione ſuccumbens, iam
ferè per annum id attentare timuerim. Nuper itaque cum te Capua redeuntem,
pro meo comitarer officio, inter ambulandum quidnam mihi iampridem iuſſe-
ris non immemor, percontatus es vtrum votis tuis ac iuſsis paruiſſem, Deſide-
rij ſcribendo res geſtas. Ego verò ſubita hac ſciſcitatione conuentus, id quod in
re erat reſpondere coactus ſum: nihil omnino me inde feciſſe. Móxque aliquan-
tulum reſumpta fiducia, & quando (inquam) ego huic tuo parére imperio po-
tui: qui toto ferè hoc anno cum in ſeruitio domni Apoſtolici ex iuſsione tua, tum
in tuis quoque diuerſis negociis occupatus, vix octo continuos dies in monaſte-
D *rio fui? Cùm præcipuè hoc opus otio indigeat non paruo: nec ſit occupati cuiuſ-*
quam tantam materiam aggredi, ſed potius curis omnibus expediti. Hac tu
ratione patienter admiſſa, negligentiæ tamen me placidè ac leniter arguens: At
nunc quantum cupis otij ſume modo in deſcribendo Deſiderio, noli vltra moras
innectere. Immò quandoquidem res ipſa hucuſque protracta eſt, volo ac iubeo,
vt ab ipſo patre Benedicto ſcribendi initium ſumens, omnium deinceps, vſque
ad eundem Deſyderium noſtri monaſterij abbatum ſeries, tempora, geſta, vn-
decumque ſtudioſiſsimus indagator exquiras: & quæ ſub ſingulis abbatibus,
quomodo quibúſue largientibus poſſeſsiones, ſeu eccleſiæ quas poſſidere videmur:
noſtro monaſterio acceſſerint: Imperatorum quoque ac ducum principúmque

Caſinenſe monaſteriū bis euerſum atque inſtauratum.

præcepta & aliorum quorumlibet fidelium monimina ſcrupuloſe diſquirens, inſtar Chronicæ hiſtoriam nobis noſtríſque poſteris non parum vtilem condas. Euerſionem præterea atque inſtaurationem noſtri monaſterij, quæ bis diuerſis temporibus contigit, ac ſi qua interceſſerunt his duntaxat in partibus digna memoratu clarorum hominum geſta, ſuis quæque locis, vel breuiter adnotare matures. Huius ego imperij pondus mecum ſollicita cogitatione pertractans, fateor, concidi. Cœperunt mihi hinc inde plurima cogitationum ſpineta ſuccreſcere. Nam id vnde, aut quomodo grauiter perficere poſſem, ex inopia ſenſus ingeniique tenuitate non peruidens, vtrum eligerem, ſubiremne tantum onus an detractarem, ignorabam. Siquidem in ſuſcipiendo temeritas, inobedientia me in recuſando pungebat. Ad hæc memineram prædictum dominum meum Deſiderium, hoc ipſum opus, Alfano olim archiepiſcopo Salernitano, viro ætatis noſtræ ſapientiſſimo iniunxiſſe quidem: verum illum magnitudine rei ac labore deterritum, huiuſcemodi negocio prouidè cautéque ſe ſubduxiſſe. Quod ſi ille qui & ſcientia, & eloquentia tunc præſtabat cæteris, tantæ materiæ ſe imparem exiſtimans, id onus ſuſcipere renuerit: quid mihi agendum erat, cui & ſcientia minima, & eloquentia nulla ſuppeteret? Angebar item animo, cur id opus non potius alicui ex fratribus noſtris delegaſſes, qui me profectò & ſcientia & facundia ſcribendíque peritia longe præcellerent: quos ſcilicet ex diuerſis mundi partibus, eiuſdem ſancti prædeceſſoris tui diligentia, vel iam eruditos aggregauerat, vel in hoc ipſo Cœnobio erudiri ſtudioſiſſimè fecerat. His & huiuſmodi cogitationibus fluctuans æſtuabam: quoniam & res hæc altior erat, quam vt à me poſſet attingi: & abſtruſior certe quam valerem illam perſcrutari. Verum quoniam pro deuotione, quæ mihi dudum in tua veneratione conſtantiſſimè ineſt, nil quod abs te mihi iniungeretur renuere mecum conſtitueram, ſtabiliui tandem animum: & qui ſola prius Deſiderij geſta puſillanimis attentare timueram, omnia iam ipſius prædeceſſorum confiſus de adiutorio Dei, & ita mihi iudicans expedire, quoquo pacto ſcribenda ſuſcepi. Mox itaque illis ipſis ſchedulis repertis, quæ de hac eadem re, lacinioſo licet ſtilo vel breuiter exarata videbantur, ac præcipue Chronica Ioannis Abbatis (qui primus in Capua noua monaſterium noſtrum conſtruxit) adhibitis nihilominus libris reliquis huic operi neceſſariis, hiſtoria videlicet Longobardorum, Chronica etiam Romanorum Imperatorum, atque pontificum, priuilegiis item ac præceptis & conceſſionibus, ac ſcripturis variis, pontificum ſcilicet Romanorum, atque Imperatorum, Regum, Principum, Ducum, Comitum, cæterorúmque id genus virorum illuſtrium, atque fidelium, quæ nobis ex duobus Cœnobij huius incendiis, reliqua eſſe videbantur, diligenter inſpectis: quamuis neque ad hęc omnia penetrare potuerim: Poſtremo etiam ſcrupuloſe, his etiam interrogatis, quos noſtri temporis Abbates eorúmque geſta vel audiſſe contigerat vel vidiſſe, parere præceptis tuis pro ingenioli tenuitate auxiliante domino aggreſſus ſum, obedientiæ potius viribus fretus (quam tibi vt patri, ac domino debeo) quam fidens ingenio. Adſit Deus votis noſtris: vt tam id efficaciter impleri à nobis poſſit, quam à te vtilitiliter ac dignanter iniungitur: vt opus hoc noſtrum & tibi gratiſſimum

A *mum, & legentibus poſſit eſſe, perutile. Hæc ideo præfari tantiſper viſum eſt, ne quis ignorans vitium mihi temeritatis inureret: vt me & ſi accuſet inertia: auctoritas tamen præcipientis excuſet.*

Partitio operis Leonis Hoſtienſis. Nam de quarta parte, quæ eſt Petri Diaconi non loquitur.

TReis autem in partes vtilitati legentium conſulens opus omne diſtinxi: quoniam tribus præcipuè Abbatibus conceſſum eſt: poſt beatum Benedictum, huius inſtaurationi Cænobij ſupra cæteros ſtuduiſſe. Atque ideo forſitan diuinitus illis præſtitum eſt, plus cæteris in hac prælatione vixiſſe. Ac beatiſſimo quidem patre Benedicto, cum quattuor ſubſequentibus, quaſi in præfatione præmiſſo à Petronace qui

Petronax primus reſtaurator Caſinenſis cœnobij.

B *poſt centum fermè & decem annos ab euerſione, quæ à Longobardis facta eſt, locum hunc primus inſtaurare cœpit, primæ partis initium ſumam. Qua ad ſecundam vſque euerſionem (quæ à Sarracenis ſub Berthario contigit) ſuo ordine perducta: Eique illis inſuper additis, quæ per annos* LXVII. *deſerto monaſterio, ſeptem Abbates apud Theanum, & Capuam commorantes geſſére: ſecunda deinceps ab Aligeno initium ſumet: qui non ſolum huic reſtaurando monaſterio: verum omni reſtituendæ regioni, quæ Sarracenorum infeſtatione deſtituta cultoribus fuerat, ſollertiſſime ſtuduiſſe cognoſcitur. Et hac igitur parte ad deſyderium vſque perducta, geſtiſque illorum qui per id temporis præfuerunt conſequenter annexis, Deſyderius ipſe tertiæ deinde parti initium ac finis erit: qui nec Petronace, nec Aligeno inferior meritis, immo longè (meo quidem iudi-*

Secundus reparator, Aligenus.

Tertius, Deſiderius

C *cio) dignior, magnificum ac ſpecioſiſſimum ex integro monaſterium (ac ſi alter Salomon) nouum, ac precioſiſſimum conſtruxit domino templum. Iam verò ſi quarta pars adiicienda erit, auxiliante domino, à te illa initium ſumet. Hoc autem primum de tua ſanctitate, atque à lectoribus omnibus bona venia expoſtulo: vt non ſcribentis imperitiam, ſed materiæ vtilitatem potius dignentur attendere. Sicut enim artifex minus peritus, ſi ex auro puriſſimo ac precioſiſſimis gemmis regium diadema conficiat, licet ob illius imperitiam, opus ipſum non rectè videatur effictum, vile tamen eſſe non poteſt, tam pro materiæ precio, quam pro ipſius vocabuli dignitate: ita & opus hoc licet ob ſtili ruſticitatem deſpicabile meritò videri poſſit: propter vtilia tamen multa quæ continet, ingratum alicui eſſe non*

Quartus, Oderiſius.

Simile.

D *debet. Et ſi enim minus eleganter, ſimpliciter tamen (quod ad me attinet) atque veraciter, quæ dicenda erunt, pro modo ingenij exequar: ita vt neque doctis, ſi inuidia deſit, ingrata: neque rudibus ad intelligendum videri difficilia poſſint. Confido autem fore, vt ſi non omnibus, plurimis tamen hæc noſtra hiſtoria placeat. Nam & ſi ætate noſtra non facile inuenias qui velit iſtiuſmodi aliquid ſcribere: tamen pleróſque reperies, qui huiuſmodi narrationes, & audire delectentur, & legere.*

EXPLICIT PRÆFATIO.

A

LIBER PRIMVS HISTORIÆ MONASTERII CASINENSIS, ÆDITVS A PRÆCLARISSIMO, ET CONSVMATISSIMO HISTORICO LEONE,

B ex monacho, Hoſtienſe Epiſcopo fœliciter incipit.

De Conuerſione, vita, & obitu, beatiſſimi Patris noſtri Benedicti.

CAPVT PRIMVM.

EGREGIVS igitur, & ſanctiſſimus Pater, huiuſque Caſinenſis Cœnobij primus fundator, gratia & nomine Benedictus, ſicut beatus Papa Gregorius in ſecundo dialogorum libro pleniter ſcribit, Nurſia prouincia oriun-
C dus fuit. Romæ verò liberalibus ſtudiis erudiendus à parentibus traditus, non multò poſt (vt iam dicti viri ſermonibus vtar) receſſit ſciẽter neſcius & ſapiẽter indoctus. Relictis itaque litterarum ſtudiis, paritérque nutrice, clã fugiens, ad locum qui Sublacus dicitur XL. fermè ab vrbe milibus diſparatũ, deuenit. Vbi in ſpelæo quodam per triennium, excepto beato Romano, qui ſanctæ illi conuerſationis habitum tradidit, nulli cognitus manſit. Poſt hæc à paſtoribus repertus, & demum à plurimis cognitus, à Romanæ quoque vrbis nobilibus frequentari cœptus, duodennem ab Euthitio Maurum, à Tertullo verò patritio, Placidum adhuc puerulum, monaſtica inſtituendos diſciplina ſuſcepit. Vbi etiam XII. monaſteria Chriſti auxilio conſtruẽs, duo-
D denos monachos in ſingulis ſubſtatutis patribus deputauit. Inde perſecutione presbyteri Florentij, loco cedens, paucos ſecum fratres aſſumpſit: atque duobus ſe comitantibus angelis & tribus coruis (quos nutrire ſolitus erat) conſequentibus, per quinquaginta fermè paſſuum milia, ad hunc locum Chriſto iubente peruenit. Cuius videlicet ſedis Varronem illum tot antè ſæculis celebratum, & Romanorum omniũ (Tullio teſte) doctiſſimum, atque ſapientiſſimum authorem fuiſſe tradit antiquitas. Vbi contrito quod ibidem à ruſticis colebatur Apollinis idolo, ſubuerſa ara, lucóque ſucciſo, ſibi monaſterium ſtatuit: & circumquaque manentes populos continuis prædicationibus ad fidem Chriſti conuertit. Vbi

S. Benedictus tres cornos nutrire ſolit°. Jdem de tribus coruis eum vſque in Caſinum comitãtibus, infrà l. 4. cap. 114.

etiam quot qualibúſque miraculis fulſerit, ſi quis ſcire deſiderat, in præfato beati Gregorij libro facundè ſcripta reperiet. Inter cætera verò, cum die quadam diuinitùs ſibi reuelatum fuiſſet, monaſteriũ illud quod ipſe conſtruxerat à Gentibus deſtruendum, atque ideo inconſolabiliter fleret; cœleſti protinus oraculo conſolatus, audiuit eundem locum, ſuis nihilominus meritis, in meliorem faciem, ampliorémque ſtatum quam tunc eſſet fore reparandum: atque inde poſtmodũ in multas Romani orbis parteis, regularis normæ, ac diſciplinæ ordinem emanaturum. Ipſo itaque anno, quo de hac vita migraturus erat ad Chriſtum, rogatus vt ad conſtruendum monaſterium monachos in Galliam mitteret: licet finem dierum ſibi imminere cognoſceret, nihil moratus beatum Maurum illuc direxit atque vnà beatum Fauſtum (qui eius poſtmodum hiſtoriam pleniter ſcripſit) & tres alios mittere ſtuduit: Factúmque eſt: vt per beatiſsimum Maurum, eiúſque diſcipulos omnis ordo, & regularis diſciplinæ norma, quæ per ſanctiſsimum patrem Benedictũ in hoc loco fuerat conſtituta: per totam Galliam diffuſa, ac diſſeminata ſit. Beatum etiam Placidum diſcipulum ſuum vir domini Benedictus tũc ad Siciliam miſit: vbi Tertullus patritius eiuſdem Placidi pater, decem & octo patrimonij ſui curtes eidem ſancto Benedicto conceſſerat. Poſt hæc idem vir ſanctus, expleto ſui temporis curſu laudabili, ea die qua ſacroſancti Paſchæ Sabbatum illuceſcebat, XII. videlicet Kalend. Aprilis, in oratorium ſancti Baptiſtæ Ioannis à diſcipulis ſe ferri iuſsit: atque inter ipſorum manus orans migrauit ad dominum, Anno ipſius incarnationis quingentesimo XLII. Indictione ſecunda. Sepultúſque eſt in eodem oratorio ante ipſum altare: quod idem Apollinis ara deſtructa, conſtruxerat. Vbi antea beatam quoq; Scholaſticam ſororem ſuam ipſe poſuerat. Claruit autem temporibus imperatorum Iuſtini ſenioris & Iuſtiniani, Romanorum verò Pont. Ioannis primi, & quarti Fœlicis: quẽ ſanctus Papa Gregorius attauum ſuum fuiſſe teſtatur: Theodorico apud Italiam Ariano regnante.

Obitus S. Benedicti, anno Domini 542.

Qui Abbates illi ſucceſſerint: vtque deſtructo monaſterio, fratres Romam confugerint.

CAPVT II.

HVic ſanctiſſimo Patri, ſuccedit in monaſterij regimine vir reuerentiſſimus Conſtãtinus, eiuſdem viri ſancti diſcipulus. Tertius autem à beato Benedicto præfuit eidem congregationi Simplicius, quartus Vitalis. V. Bonitus. Sub quo Longobardi (qui nuper ſub Iuſtino minore
586. Italiam inuaſerant, cum iam ab incarnatione Domini, quingentorum ſexaginta & octo annorum circulus volueretur) præfatum Cœnobium nocturno tempore, quieſcentibus fratribus, ingreſſi ſunt. Qui vniuerſa diripientes, ne vnum quidem illic hominem tenere potuerũt: vt videlicet ſermo ſancti patris Benedicti compleretur, quem Theoprobo dixerat: Vix

A Vix obtinere potui, vt mihi ex hoc loco animæ concederentur. Fugientes itaque ex eodem Cœnobio fratres, Romam profecti ſunt: codicem ſanctæ regulæ quam beatus Benedictus ſcripſerat, & alia quædam ſcripta, ſed & pondus libræ panis, & menſuram vini, & quicquid ſuppellectilis ſubripere potuerunt deferentes: atque ex conceſſione Romani Pot. Pelagij, qui tunc Apoſtolicæ ſedi præerat, iuxta Lateranenſe patriarchium, monaſterium conſtruxerunt: ibíque per centum ac triginta annos, quo ad Caſinenſis Cœnobij deſolatio durauit perſtiterunt.

Greg. lib. 2 dialo. c. 17. Regula, manu S. Benedicti ſcripta, pōdus libra panis & mēſura vini monachis praeſcripta, Romā delata.

De reditu Fauſti à Galliis: & deſcriptione vitæ ſancti Mauri.

CAPVT III.

B TErtio interea, Bonifacio Apoſtolicæ ſedi præſidente, memoratus Fauſtus qui cum beato Mauro ad Gallias perrexerat, ad prædictum Lateranenſe Cœnobium rediit: atque à beato Theodoro (qui tunc poſt ſanctæ memoriæ Valentinianum, tertius eandem congregationem regebat) rogatus, atque compulſus, hiſtoriam de vita beati Mauri, ſignata veritate conſcripſit: quam idem Papa Bonifacius approbans, ſua authoritate roborauit.

Quomodo iuuante Papa Zacharia: Petronax Abbas hunc locum inſtaurauerit. CAP. IIII.

C CVm autem omnipotens Deus, memoratum ſancti Benedicti Cœnobium, miſeratione illa ſua omnipotentiſſima inſtaurare decreuiſſet: & Cœnobialem inſtitutionem quæ inde principiū ſumpſerat per orbem propagaret: contigit diſponente Deo, vt Petronax quidam Brixianæ vrbis ciuis, vir valde religioſus, diuino inſtinctu Romam pergeret. Quem reuerentiſſimus Papa Gregorius tertius, cœlitùs inſpiratus, admonuit, vt hoc Caſinum caſtrum peteret: atque monaſterium beati Benedicti, quod multis iam annis euerſum iacebat, omni ſtudio reficere ac reſarcire ſatageret. Quo annuente, mox idem venerabilis pontifex aliquot ex Lateranenſi monaſterio fratres ſecum direxit: & alia quoque nōnulla ſibi ſolatia contulit. Qui cum ad ſacram beati Benedicti ſedem perueniſſet: vnà cum his qui ſecum venerant fratribus, aliquantíſque ſimplicioribus viris quos ibi dudum reſediſſe cognouerat: habitare D communiter cœpit: anno Domini ſeptingenteſimo atque vigeſimo. Is autem ab 720. eiſdem fratribus Abbas conſtitutus, adiuuante Deo, & beati Benedicti ſuffragantibus meritis, conſtructis decenter habitaculis, ac multorum ibi fratrum congregatione ſtatuta, ſub ſanctæ regulæ inſtitutione viuere ſtuduit. Quem videlicet viri tres nobiles Beneuentani ciues, Paldo, Taſo, atque Tato, germani fratres (qui ante xv. fermè annos monaſteriū ſancti martyris Chriſti Vincentij, iuxta ortum Vulturni fluminis, propriis ſumptibus conſtruere cœperant) cum eſſent potentes ac diuites, in ipſo opere, tam per ſe, quam per ſuos donec perficeretur multum iuuerunt.

Hic Eccleſiæ beati Martini, quia parua videbatur, x v i. fermè cubitos adiecit: ibidémque abſidam faciens in honorem beatæ Mariæ ſemper virginis: & ſanctorum martyrum Fauſtini & Iouitæ, in ea altare conſtituit: in quo & brachium vnius illorum quod de Brixia ſecum aſportauerat, decenti honore locauit. Sequenti item tempore ſanctiſſimus Papa Zacharias, qui Gregorio memorato ſucceſſerat, plurima huic adiutoria cótulit: libros. ſ. aliquos ſacros, ſanctámque regulam quam pater Benedictus manu propria ſcripſerat: Pondus etiam libræ panis, & menſuram vini: quæ olim ſub Longobardorum impetu (ſicuti ſupra iam diximus) fugientes monachi, Romam ſecum inde detulerant. Varia etiã ad miniſterium eccleſiaſticum ornamenta, nonnulla item ad diuerſas monaſterij vtilitates pertinentia, Apoſtolica liberalitate largitus eſt. Ab hoc etiã Papa ſanctiſſimo, prædictus Abbas priuilegium primus accepit: vt hoc monaſterium cum cellis omnibus ad ſe pertinentibus, vbicunque terrarum conſtructis, ob honorem, ac reuerentiam ſanctiſſimi patris Benedicti, ab omnium Epiſcoporum ditione ſit liberum: ita vt nullius iuri ſubiaceat, niſi tantum Romani Pont.

Cap. 2.

Immunitas monaſterij Caſinenſis ab omni ſubiectione Epiſcopali.

E F

De aduentu Giſulfi ducis, & conceſſione facta monaſterio totius terræ per gyrum. CAP. V.

GIſulfus præterea iunior nepos Hutprandi Longobardorum regis, qui poſt Gotſcalcum Beneuenti dux extitit, cum per eos dies in hanc arcem Caſini (quæ tunc Mello vocabatur) aſcendiſſet: atque iuxta corpus ſanctiſſimi patris Benedicti tam religioſè prædictos fratres in Dei ſeruitio verſari vidiſſet: diuino motus inſtinctu, cuncta per circuitum tam campeſtria, quam montana, eidem patri Benedicto in ſcriptis contulit, firmíſque donariis, in perpetuum poſteris habenda conceſſit: cum caſtellis omnibus, vicis, domibus, eccleſiis, molendinis, & aquis, ac cæteris quæ intra præſcriptos fines, tunc temporis, habebantur. Vxor etiam eiuſdem ducis, Scaũperga nomine, templum idolorum quod in Caſino monte antiquitùs fuerat, in beati Petri Apoſtoli honorem conuertens iconas ibi, & cætera Eccleſiæ officiis congrua miniſteria, ad poſterorum memoriam deuotiſſimè contulit. G

Quomodo fuerit ædificatum monaſterium S. Mariæ in Cingla. H

CAPVT VI.

HVius ducis temporibus, quidam Sculdais Beneuentanus, Saracenus nomine, in loco qui Cingla vocatur, territorio Aliphano, eccleſiam in honorẽ ſancti Caſſiani à fundamentis extruxit. eámque ex permiſſione iam dicti Ducis, cum omnibus quæ ibi acquirere potuit, ſimul etiã cum omni ex integro ſubſtantia, & hæreditate ſua, præter ſeruos, & ancillas, quos omnes libertate donauit, quoniã abſque liberis erat, beati Benedicti monaſterio deuotus obtulit. Qui locus dum Petronacis oculis

A oculis admodum placuiſſet: conſentiente, ac fauente, memorato Duce Giſulfo cum vxore Scauniperga, monaſterium puellarum Dei ibidem conſtruxit ad honorem beatæ Dei genitricis, & ſemper virginis Mariæ: conceſſa ibidem à prædicto Duce ſanctæ Crucis Eccleſia, cum omni territorio ac pertinentiis ſuis: quam Giſelbertus noſter præpoſitus à quodam Abbate, Deus-dedit nomine, cum eiuſdem Ducis conſilio, & auxilio emerat: cum aliis eccleſiis & curtibus per circuitum; vt ex eiuſdē monaſterij monimentis comprobatur. Quod videlicet ſanctæ Dei genetricis monaſterium annuente præfato Abbate, Dux ipſe Giſulfus, tunc tribus ancillis Dei contradidit: id eſt Gauſani Abbatiſſæ, Pancritudæ, & Garipergæ: quæ parentibus ſuis, cunctíſque opibus omiſſis, peregrinari pro B Deo in partibus iſtis elegerant: ea vtique lege, vt quamdiu illarum quælibet viueret, loci ipſius regimen abſque alicuius contradictione teneret. Poſt illarum verò exceſſum, & poteſtas, & ordinatio eiuſdem loci ad noſtri monaſterij ditionem remearet. Eodem tempore, Dux ipſe de territorio Gentianæ, conceſſionem ſancto Benedicto ſatis liberaliter fecit. Hic ædificare cœpit Beneuenti Eccleſiam ſanctæ Sophiæ: quam cum morte præuentus, explere nequiſſet, Arichis qui illi ſucceſſit eam mirificè peregit. Ibíque ſanctimonialium monaſterium ſtatuens, huic beati Benedicti Caſinenſi Cœnobio, ſicut infra monſtrabitur, tradidit.

Quomodo Carlomannus Francorum Rex huc venerit: & de humilitate eius. Cap. VII.

C PEr idem tempus, Carlomannus, Caroli Martelli Ducis Francorum filius, cœleſtis regni deſiderio, regnum terreſtre deſeruit: Romámque ad beatum Petrum Apoſtolum deuotus adueniens, ſeſe eidem Apoſtolico tradidit. Quem ille clericum faciens, poſt aliquot dies huc illum ad beati Benedicti monaſterium, cum omnibus opibus ſuis, domino ſub regulari magiſterio ſeruiturum cum cæteris miſit. Vbi ſub prædicti Abbatis regimine, cum omni humilitate: & deuotione, domino ſeruiens, aliquos tranſegit annos. Non autem ocioſum erit, quantæ humilitatis, quantæque obedientiæ, idem rex in monaſterio fuerit, ad poſterorum exemplum litteris tradere. Cernens enim pręfatus Abbas ita Carlomāni feruere propoſitum voléníque iuxta mandatum † regulæ, ipſius explo- D rare patientiam, perſeuerantiámque cognoſcere: paucarum ouium quæ erant in monaſterio, curam illi tentauit iniungere: vt quotidie ad paſcendum educeret, paſcentes cuſtodiret, paſtáſque reduceret. Quam ille obedientiam, ac ſi ex ore domini feruenter amplexus, ſatagebat quotidie quæ ſibi fuerant imperata perficere. Poſt paucos dies, cum longiuſculę paſcendas duxiſſet oues: Latrunculi quidam repentè irruentes, aliquas ex eis nitebantur violenter abripere. Tum ille conſtanter accurrens, oues (inquit) curæ meæ commiſſas auferre vos nulla ratione permitto: de me autem quod vobis permiſerit dominus facere non contradico. Illi autem peruerſæ mentis homines, eum penitus expoliantes, abire cœperunt. At

† Cap. 58. Carlomānus fit paſtor ouium monaſterÿ & in hoc perfecta eius obedientia.

Carlomannus detegi pudenda non ferens, femoralia tantum ab eis violenter eripuit: cætera patienter illos auferre permiſit. Cumque ſic nudus ad monaſterium rediſſet: interrogatus ab Abbate, ac fratribus, rem geſtam ex ordine pandit. Abbas verò probare volens, an vera eſſet an ſimulata patientia, cœpit eum vehementer arguere, eíque ſegnitiem, ac ſtultitiam exprobrare. Cum ille nihil excuſans, ad omnia ſe peccaſſe fateretur: Iubetur veſtiri, & ad opus ſolitum regredi. Cum verò die quadam, oues à paſtu reduceret, vna ex eis ægra claudicare cœpit: Videnſque propterea ſe ad conſtitutam horam occurrere nullatenus poſſe, claudicantem ouiculam impoſuit humeris ſuis: ſicque cum omnibus ad monaſterium rediit. Sed dum rediret, ouiculæ quam geſtabat humeris perfundi eam lotio contigit. Quod ille quondam præpotens, ille regia dignitate conſpicuus, tanta patientia pertulit, tanta animi virtute tolerauit: vt ne ouiculam quidem idcirco depoſuerit, neque inde vlla prorſus ratione murmurauerit. Id cum Abbati nunciatum fuiſſet, admirans tanti viri manſuetudinem, ac prorſus regiam humilitatem, diuinóque ſpiritu plenum animaduertens: præcepit vt iam illo opere omiſſo, hortulum ſibi (vt ſciret) excoleret. Poſtmodum verò cum ab Aiſtulpho Longobardorum rege rogaretur, vt pro quibuſdam regni ſui negociis, ad Pipinum fratrem ſuum, Francorum regem Legatus pergeret, Abbate quoque id fieri poſtulante: ægre conſentiens, profectus tandem eſt. Vbi cùm aliquandiu remoratus eſſet, cauſa pro qua venerat impediente, defunctus eſt. Cuius poſtea corpus idem Pipinus frater eius, loccllo aureo conditum, cum aliis pleriſque muneribus, huc illud ad ſuum ſcilicet remiſit monaſteriũ.

Carlomãnus in Gallia moritur.

Quomodo Rachis Longobardorum rex huc ad conuerſionem venerit.

CAP. VIII.

HIs quoque diebus, Rachis Longobardorum rex ad obſidendam Peruſinam vrbem, magno cum exercitu, profectus eſt. Quam cum expugnaret vndique, idem Papa Zacharias illum adiit, precibuſque, ac monitis, & donis plurimis, vt ad ſua rediret perſuaſit. Eius rex ille monita retinens, non multo poſt diuino afflatus ſpiritu, cum iam annos quinque & menſes ſex regnaſſet, Romam cum coniuge, ac filia, ad beati Petri Apoſtolorum principis limina, deuotus acceſſit. Vbi relicta dignitate regia, ab ipſo ſedis Apoſtolicæ præſule ſancto Zacharia, atonſa coma clericus factus monaſtico etiam habitu, vnà cum vxore, ac filia, indutus eſt. Móxque ad hoc ſancti Benedicti monaſterium eodem apoſtolico iubente perueniens, ac ſub regulari magiſterio, ſe inſtituendum tradens, poſt aliquot in ſanctæ religionis propoſito, ac Deo placita conuerſatione, peractos annos, Deo ſpiritum reddidit. Extatque hodie propè monaſterium vinea, quæ Rathiſi appellatur: quod ipſam Rachis ipſe & plantaſſe & coluiſſe putetur. Eius verò vxor Theſia, & filia Rattruda, permittente & adiuuante ipſo Abbate, monaſterium puellarum, haud longè

A longe à Caſino, in loco qui Plumbariola dicitur, propriis ſumptibus cõſtruxerunt: multíſque ditantes opibus, ibi ſub magna cautela ac diſtrictione regulari vitam ducentes, in ſancto propoſito vitam finierunt. Floruit autem prædictus Abbas ſextus, ſcilicet à beato Benedicto, temporibus Leonis, & Conſtantini imperatorum: & Luitprand Longobardorum regis: Romanorum verò pontificum Gregorij, & Zachariæ, & Gregorij Beneuentani ducis: ac Giſulfi iunioris, defunctúſque eſt. ii. No. Maij: & ſepultus in porticu iuxta eccleſiam ſancti Martini: cum præfuiſſet annis. xxxii.

Quomodo propter incurſiones Aiſtulphi regis Lon. Stephanus Papa Pipinum regem Francorum duxit in Italiam.

B

Cap. IX.

OPtatus Abbas ſeptimus præfuit annis x. fuit autem temporibus Conſtantini imperatoris & Leonis eius filij: & Giſulfi prænominati ducis, ac Stephani Papæ ſecundi. Quo tempore, Aiſtulphus Longobardorum rex Rauennam cœpit: Romámque obſedit menſibus tribus. Qua ex cauſa, idem pontifex in Franciam ad excellentiſſimum regẽ Pipinum ire compulſus eſt. A quo magna cum gloria, & honore acceptus, eundem Pipinum & duos eius filios, Carolum & Carlomannum vnxit in reges. Fecit autem idem inclytus rex, vnà cum filiis, conceſſionem beato Petro eiúſque vicario, de ciuitatibus Italiæ ac territoriis per
C deſignatos fines. Alunis, cum inſula Coriſita, inde Inſuranum, inde in montem Bardonem: Vercetum, Parmam, Regium, Mantuam, & Montem Silicis: Simúlque vniuerſum exarchatum Rauennæ, ſicut antiquitus fuit: cum prouinciis V e n e t i a r v m, & Hiſtriæ: cunctúmque ducatum Spolentinum, ac Beneuentanum. Eamque donationem, manus propriæ & filiorum, plurimorúmque iudicum & optimatum ſubſcriptione roborauit. Demum idem rex vnà cum Romano Pont. in Italiam veniens, Rauennam, & alias xx. ciuitates Aiſtulfo memorato ſublatas, Apoſtolicę ſedi ſubiecit. Cuius rei gratia, Romanorum quoque patricius tunc conſtitutus eſt. Idem autem Abbas peractis annis x. in regimine, mortuus eſt 2. Non. Ian. atque iuxta prædeceſſorem ſuum, propè iuxta
D Eccleſiam ſancti Martini ſepultus.

Hermeris octauus Abbas, anno primo, præfuit temporibus memorati Conſtãtini Imperatoris, & Leonis eius filij: & Stephani Papæ ſecundi. Obiit autem xv. Calen. Auguſti, & ſepultus eſt iuxta Eccleſiam ſancti Benedicti.

Quomodo princeps Arechis monaſterium ſanctæ Sophiæ à ſe factum: monaſterio iſti ſubdiderit. Cap. X.

GRatianus Abbas, à beato Benedicto nonus, præfuit annis quatuor, menſibus quinque, temporibus Imperatorum quos ſupra memo-

Herchempertus ſcriptor hiſtoriæ Longobardorũ, poſt Paulum diaconum.

rauimus, & prædicti Aiſtulfi Longobardorum regis, Archis quoque Beneuentani Ducis & principis. De quo videlicet Archis, Domnus Herchempertus in hiſtoria quam de Longobardorum Gente, poſt Paulum diaconum ſcripſit: ita refert. Hic Archis, primus Beneuenti principem ſe appellari iuſſit: cum eatenus qui Beneuenti præfuerant, Duces vocarentur. Nam & ab Epiſcopis vngi ſe fecit, & coronam ſibi impoſuit: atque in ſuis chartis ita in fine ſcribi præcepit. Scriptum in noſtro ſacratiſſimo palatio. Hic intra mœnia Beneuenti, templum Domino opulentiſſimum, decentiſſimè cōdidit: quod Græco vocabulo τὴν ἅγιαν σόφιαν, id eſt, ſanctam ſapiētiam nominauit: ditatúmque ampliſsimis prædiis & opibus variis, monaſterium eſſe virginum ſtatuit: Germanæq́ue ſuæ regēdum tradens, cum omnibus iuribus ac pertinentiis ſuis huic ſancti Benedicti Caſinēſi Cœnobio perpetuò ſub eius ditione futurum tradidit. Quo videlicet in templo, ſanctorum XII. fratrum martyrum corpora, diuerſis locis per Apuliam, vbi decollati fuerant condita, cum honore conuexit: eáque in ſingulis capſis ſub vno altari, ad patriæ decus ac munimen honeſtiſsimè collocauit. Demum verò & corpus ſancti martyris Chriſti Mercurij, aliorúmque martyrum, & confeſſorum corpora triginta & vnum numero, ex plurimis Italiæ partibus nactus, illuc itidem attulit; ac per diuerſa altaria, per girum maioris altaris conſtituta reuerenter diſtributa locauit. Vbi dum maxima deuotione (quoniam vicinum erat palatio templum) crebrò pernoctare in oratione conſueuiſſet: nocte quadam, ſancti illi XII. fratres oranti apparuiſſe referuntur, eúmque blandè ſalutauiſſe. Quos, ille dum toruis oculis fuiſſet intuitus, & quinam eſſent, qui noctu clauſtra virginum irrumpere auſi fuiſſent, inquireret: leniter illi arridentes, Nos (inquiunt) ſumus, ô princeps, quos tua deuotio variis ex locis quæſitos, huc ſummo ſtudio detulit. Quod opus tuum quam gratum nobis quam tibi vtile fuerit, tunc demum agnoſces, cum ex hac luce migrabis. Atque his dictis, viſio ab oculis principis, ſublata eſt. Eccleſiam præterea ſancti Modeſti quam intra eandem vrbem, Leonianus quidam conſtruxerat, ac legata illi omni ſubſtantia ſua, illam principi memorato, diſponendam reliquerat, princeps ipſe per præceptum, huic noſtro monaſterio, cum omnibus pertinentiis ſuis obtulit perpetuò poſsidendam. Defunctus eſt autem ipſe Abbas XI. Calend. Septembris, ac ſepultus in porticu Eccleſiæ ſancti Martini.

De oblatione Leonis cuiuſdam nobilis Beneuentani.

CAPVT XI.

TOmichis decimus Abbas præfuit annis VI. menſibus quinque, diebus XXI. Obiítque octauo Calend. Februar. Huius temporibus, vir quidam nobilis, atque ditiſsimus Beneuentanæ vrbis ciuis, Leo nomine, ſeipſum, ac ſua omnia huic monaſterio tradidit. Eiúſq; oblationis Chartulam manu propria ſcriptam, ſupra corpus ſancti Benedicti, præſente Abbate

A Abbate & fratribus omnibus poſuit: & ſeruos quidem ſuos & ancillas omnes, prius per chartulam libertate donauit. Atque ita demum liberos cum curtibus propriis ac cæteris quæ poſſidere videbantur, in ius monaſterij poteſtatémque redegit: ea ſcilicet lege, vt ſinguli eorum quatuor per menſem operas, vbi neceſſe fuerit, monaſterio impendant: res ſuas, atque ſubſtantias nulli omnino, nec inter ſe vendere aut donare præſumant: réſque illorum qui ſine liberis defuncti eſſent, in ditionem monaſterij deuenirent. Pueros tamen eorum, ſiue puellas, alicui ad ſeruiẽdum tradere, vtpote liberos, monachis licere noluit. Curtes VII. cum ſeruis plurimis monaſterio conceſſit. Fundum verò ſuum, qui Pantanum dicitur, propè Beneuentum, cuidam amicæ ſuæ conceſſit quoad viueret, B cum ſeruis ad ipſum pertinentibus: ea conditione, vt poſt eius obitum, cuncta in ius monaſterij redirent cum cæteris.

Quomodo Poto Abbas ædificauit circa monaſterium duas eccleſiolas.

CAPVT. XII.

POto Abbas vndecimus præfuit annis ſeptẽ, menſibus quinque. Hic ædificauit inferiùs paruam Eccleſiam, in honorem ſancti Benedicti, in eo loco vbi nunc eſt ſancti Germani Eccleſia. Fecit & alteram Eccleſiam in honorem ſancti Michaëlis Archangeli, ad radices alterius montis, amœno ſatis loco: vbi modo eſt Oliuetum monaſterij: eámque & C picturis inſignibus, & carminibus per Girum decorauit honeſtis. Ex quibus hic aliquot, quæ vix præ vetuſtate legere valuimus inſeremus. Principia igitur illorum poſt quædam quæ legi non poterant, de ſitu loci, iſta continebant.

Ore truces vlulare lupi ſub nocte ſilenti,
Alopicéſque olidæ dudum gannire ſolebant:
Impexiſque vrſi, diro cum murmure, villis:
Setigeríque apri.
Et poſt pauca.
Damma fugax, pauidíque ſimul diſcernere cerui.
Optimus at poſtquam Poto ſacra ſepta regenda
Suſcepit vigili ſtudio pater.
D Item poſt pauca.
Quin regi altithrono vaſtum qui continet orbem:
Cui cita cælicolæ comportant nuntia iuſſi.
Addidit hæc magni Michaëlis nomine templum.
Sanguine rubrantem cœlo qui depulit hydrum,
Iſdem ſed celeri præuentus morte ſacerdos,
In dedicatam aram paritérque reliquit aſylum. &c.

Obiit idem Abbas quarto Calend. Iulij, ſepultúſque eſt iuxta Eccleſiam ſancti Benedicti.

Quomodo Abbas Theodemar fecerit Eccleſiam ſanctæ Mariæ. E

CAPVT XIII.

THeodemar duodecimus à beato Benedicto, monaſterij adeptus regimen præfuit annis nouemdecim. Fuit autẽ temporibus imperatorum Leonis, qui & Zacharis, & Conſtantini, & Hirenæ matris eius, atque Adriani Papæ, Principum verò Beneuentanorum, Archis prædicti & filij eius Grimoaldi. Hic iuxta prædictam Eccleſiam ſancti Benedicti, quàm prædeceſſor eius cõſtruxerat, ædificauit pulchro opere templum in honorem ſanctæ Dei genitricis, & virginis Mariæ: ſuper ipſum videlicet fontem, vnde Liris fluuius manat. Cuius templi quadrifida fabrica, ſupra duodecim columnas erigitur: & ſuper eas cælſa turris à F ſubiectis porticibus ſublata porrigitur: aliis quatuor turribus, per ſingulos porticus angulos, per girum eiuſdem turris erectis. Id autem templum operuit plumbeis laminis, & figuris pulcherrimis, verſibúſque claris ornauit. Quódque his maius eſt: omnium ferè Apoſtolorum, & multorum martyrum, confeſſorúmque, magnificis reliquiis nobilitauit. Ex verſibus verò memoratis quattuor tantùm qui mediæ turris parietem cingunt: hic ponere placuit.

Sublatis tenebris, quia per te mundus habere
Lumen promeruit, virgo & ſanctiſſima mater,
Celſa tibi idcirco conſurgunt templa per orbem: G
Et meritò totis coleris celeberrima terris.

Eccleſiam quoque ſancti Michaëlis Archangeli, quam indedicatam reliquerat deceſſor ſuus, cum omni honore dedicari fecit: iuxtáque clauſtrum, & habitacula nonnulla conſtruxit.

De aduentu Caroli Magni ad Italiam: atque ad hoc monaſterium, & oblatis eius. CAP. XIIII.

HVius temporibus Carolus Magnus Pipini filius, agente Adriano Papa, cum valido Francorum, Alamannorum atque Saxonum exercitu, contra Deſiderium ſæuiſſimum Longobardorum regem, qui ſancti Petri vrbes inuaſerat, Papiam venit, eámque ſex menſibus obſidens cœpit: cunctúmque Longobardorum regnum ſibi glorioſiſſimè H ſubdens Pipino filio tradidit. Ipſum verò Deſiderium, in Franciam ſecum vinctum deduxit anno Domini DCCLXXIIII. Dum verò ea ciui-
774. tas obſidebatur, in ipſo ſancto Paſchali Sabbato, amore principis Apoſtolorum ductus, Romam cum multis Epiſcopis, Abbatibus, atque iudicibus venit: ibíque Paſchali celebritate peracta, prædicto Papa cómonitus donationem illam quam ipſius pater vnà ſecum beato Petro, eiúſque vicario Domino Stephano Papæ dudum fecerat, nouis ſcriptis per

Ætherium

A Ætherium notarium ſuum renouauit: ſcripturámque ipſam donationis manu propria rex ipſe corroborans epiſcopos omnes, & Abbates, ducéſque, & graphiones, ac plures qui ſecũ venerant honoratos, ibi ſubſcribere mandans ſuper altare ſancti Petri manu propria poſuit: & tam ipſe rex, quam & magnates eius vniuerſi, id ſe in perpetuum beato Petro eiuſque vicario ſeruaturos, ſacramento terribili, firmauerũt. Poſt hæc, prædictus rex vnà cum Pipino filio, Beneuentum cum exercitu contra Archim contendit (quem ſupra memorauimus) generum Deſiderij Lõgobardorum regis: variíſque euentibus dimicans, ad id tandem illum impulit neceſſitatis: vt & coronã ſuam & maximam theſauri partem, illi traderet, & geminas ſoboles Grimoaldum ſcilicet, & Adlgiſam eidem Carolo pacis obſides daret. B Hinc iam Francorum metu perterritus, ciuitatem nouam Beneuẽto addidit: Salernum quoque inter Lucaniam, & Nuceriam, antiquitus conditam, mirificè reputauit. At verò idem rex vbi victoria potitus, à Beneuento rediit (orationis cauſa) Caſinum tetendit ad corpus ſancti patris Benedicti: ſéque fratrum omnium hic Deo ſeruientium orationibus commendauit. Ab hoc primum rege, memoratus Abbas præceptum confirmationis de tota hac terra ſuſcepit. Alio item præcepto rex ipſe monaſteria ſanctæ Mariæ in Cingla, ſanctæ Mariæ in Plumbariola, & ſanctæ Sophiæ intra Beneuentum ſancto Benedicto, ſua quoque auctoritate confirmauit: vnà cum cæteris quæ tunc temporis habere videbatur: vniuerſis quoque aquis, cum vtriuſque partis ripis vbicunque fuiſſent, terris huius monaſterij iunctæ. C Iuſſit quoque vt monachi, iuxta præceptum ſanctæ regulæ, Abbatem ſibi ſine cuiuſquam præiudicio, licenter eligerent. † Ad hunc Abbatem idem Carolus per Adagarium epiſcopum, de Francia litteras miſit: rogans vt aliquot ſibi de monaſterio beati Benedicti dirigeret fratres, qui regularem diſciplinam in illis partibus iam extinctam, renouarent. Quod & fecit: mittens illi etiam regulam, & hymnos, qui tunc ex traditione regulæ in hoc monaſterio canebantur. Pondus quoque libræ panis, & menſuram vini. Sed & calicis menſuram quam in mixto ſeruitores accipere debent: & omnem conſuetudinem quæ tunc in hoc loco ſeruabatur: ſcriptam tranſmiſit.

Electio Abbatis Caſinenſis Conuentui conceſſa.

† Malè hæc Baronius to. 9. ſub anno xpi 787. refert, cũ anno 774. facta fuerint aſtipulãtibus etiam Francorũ annalibus.

Menſura mixti ſeruitorum.

D *De Anglo muto, & ſurdo, meritis beati Benedicti ſanato.*

Capvt XV.

His temporibus, vir quidam de gente Anglorum, mutus, & ſurdus, cum quibuſdam gentis ſuæ ſociis, ad limina Apoſtolorum venit. Inde cum ſocios ad memoriam beati Michaëlis Archangeli, quæ in mõte Gargano ſita eſt, properare conſpiceret: vnà cum eis iter arripiens, ad hoc monaſteriũ venit. Cumque oratoriũ ingreſſi, ante corpus ſanctiſsimi Benedicti oraturi ſe pariter proſtrauiſſent: cum cęteri poſt modicũ ſurgerẽt, eundẽ quoque vt ſurgeret ſecumque recederet pulſare cœperũt. Verũ ille

cœleſti viſitatione compunctus gemitibus cordis mentíſque clamoribus (pro vt poterat) oratione producta, ſancti patris Benedicti auxilium, pectore pleno fiduciæ, poſtulabat: Cum ecce poſt vnam fermè horá, de loco ſe in quo proſtratus fuerat erigens (Benedictus & mirabilis Deus) recepto auditu pariter & loquela, non ſolum in lingua patria hoc eſt Anglica, verum & in Romana cœpit abſolutiſſimè loqui. E

De conceßionibus quorundam huic monaſterio factis.

CAPVT XVI.

HVic Abbati prædictus Archis princeps ad id quod Giſulfus Dux iá Petronaci Abbati conceſſerat, in territorio Gétianæ adiecit plurimum. Sequenti etiam tempore, Grimoaldus filius eius (quem Carolo obſidem datum præmiſimus) cum poſt mortem patris Beneuẽtum permittente rege reuerſus, & princeps eſſet effectus: per præceptum donationis conceſſit ſancto Benedicto vniuerſa Dominicalia ſua, cum ſeruis, & ancillis, in eodem territorio Gentianæ. Cellam quoque ſancti Agapiti, & portum Traiectenſem, atque Vulturnenſem totámque Piſcariam de ciuitate Leſina vnà cum ipſa foce ſua. F

Per idem tempus, Hildebrandus quoque Spoleti Dux, obtulit monaſterio curtẽ vnam, in comitatu Pinnenſi: & Oliuetum intróto: aliámque in comitatu marſorum: vtrámque optimá, & alia plurima. Quidam etiam vir diues, Vvaco nomine, Beneuentanus in expeditione conſtitutus, obtulit monaſterio filiũ ſuum, nomine Vvachipartum, cum xx. poſſeſſionibus ſuis, variis in locis conſtitutis. Seruos autẽ ſuos, & ancillas omnes libertati donauit: ita tamen vt eſſent ſub ditione, & tutela monaſterij: ſingulíque ſingulas annuatim operas monaſterio vbi eis præciperetur, exercerent. G

De Paulo Diacono: eiuſque conuerſione, ac vita.

CAPVT XVII.

HVius temporibus Paulus Diaconus, iam dicti regis Deſiderij notarius, capto iá eodẽ Deſiderio, & Archis Beneuentano principe mortuo: ad hoc monaſterium veniens, ſanctæ conuerſationis habitũ ſuſcepit. Quis autẽ, aut qualis, vel vnde Paulus hic fuerit: nó ab re arbitror ſcribere. H Ortus eſt ex Longobardorũ gente. Eius namque Abauus Leupichis nomine, eo tempore quo primum Lógobardi in Italiam ingreſſi ſunt cum eis venit. Huius pater Varnefrid, mater Theodelinda fuit. Qui à puero liberalibus diſciplinis eruditus, maximam ob præſtantem induſtriam apud regem Deſiderium familiaritatis gratiam inuenit: atque Aquilegenſis patriarchij diaconus fuit. Capta verò (vt diximus) Papia vrbe, cum regi Carolo pro ſua prudentia carus admodum, ac familiaris factus eſſet: accuſatus eſt ab inuidis apud regem, quod ex affectu Deſiderij, illi pararet inſidias. Quem cum rex comprehenſum adduci ad ſe iuſſiſſet

interrogat

A interrogat an vera ſint, quæ de illo dicerentur. Tum ille conſtanter ſe domini ſui fideliſſimum aſſeuerauit: & in eadem fide, quoad viueret, perſeueraturũ. His auditis rex ira ſuccenſus, iuſſit illi incunctãter manus abſcidi. Sed continuo mutata ſententia, memor illius ſagacitatis, atque prudẽtię, ſuſpiránſque, & ſi, inquit, ei manus abſcindimus, vbi tam elegantem ſcriptorem reperire poterimus? Atque ad proceres conuerſus, quidnã de tali viro agendum eſſet percontabatur. Illi eruendos ei oculos monebant: ne vllas aduerſus regem litteras ſcriberet: Et vbi nã, ait ille, vel quando talem reperiemus hiſtoricũ? Illi verò regis clemẽtiam, propenſámque ad virum pietatem attendentes, ſuaſerunt vt illum apud Diomedis inſulã (quæ hodie Tremiti dicitur) exilio relegaret. Sícque factũ eſt. Vbi cum annos aliB quot exulans duxiſſet: homunculus quidam, qui ei propter dominũ, obſequia præſtabat, clam illũ ex inſula aſportans, cum eo pariter Beneuentum perrexit. Quo viſo Archis qui filiam prædicti Deſiderij, Adelpergam habebat vxorem, valde tam ipſe quam eadem ipſius coniunx gauiſi ſunt: eúmque ſecũ in palatio honorificè detinuerunt. Quo in tempore, vtrúmque palatium eiuſdem principis (alterum ſiquidem Beneuenti, Salerni alterum conſtruxerat) idem Paulus verſibus luculentiſſimis exornauit. Eiuſdem etiam Adelpergæ precibus in hiſtoria Romana, quam breuiter Eutropius ſcripſerat, plurima hinc inde, ex hiſtoriis eccleſiaſticis addidit. Duóſque præterea libros à tempore Iuliani apoſtatæ (in quem ipſam hiſtoriam Eutropius terminauerat) vſque ad tempora primi Iuſtiniani imC peratoris adiecit: ſed & vniuerſas ferè annalis computi lectiúculas, Rithmo compoſuit. Defuncto autem Archis: mox ad hoc monaſterium (vt ſupra retulimus) properauit. Factuſque monachus, plures poſtea vixit annos. Rogatus quoque ab Abbate, ac fratribus, expoſitionem regulæ ſancti Benedicti perutilem ædidit. Vbi multa de veteri monaſterij huius conſuetudine, neceſſariò inſerit. Nonnulla etiam alia ſcripta, eleganti ſtilo conſcripſit. Atque inter alia verſus quoque reciprocos, & hymnos de ſingulis beati Benedicti miraculis, deſerto ſermone compoſuit. Ad hunc præfatus Carolus Rex, qui eum exilio relegauerat, comperto quod huius monaſterij monachus effectus eſſet, multum illi gratulatus, affabiles ſatis, ac iucundas epiſtolas verſibus miſit: ex quibus hic aliquod inſerere placuit. Ait enim poſt aliquot verſus, ſuam alloquens chartulam.

Paul' diacon' in regulam S. Benedicti commẽtarius.

D *Hinc celer egrediens, facili mea charta volatu,*
Per ſiluas, colles, valles quoque præpete curſu,
Alma Deo cari Benedicti tecta require.
Eſt nam certa quies feſſis venientibus illuc.
Hic olus hoſpitibus, piſcis, hic panis abundat.
Lætus amor, & cultus Chriſti ſimul omnibus horis.
Pax pia, mens humilis, pulchra & concordia fratrum.
Dic patri, & ſociis cunctis ſaluete, valete:
Colla mei Pauli gaudendo amplecte benigne:
Dicito multotiens, Salue pater optime, ſalue. &c.

Verſus Caroli Magni.

Commendatio Caſinẽſis Cœnobij.

Cui ille ſimiliter verſibus reſcribere, ac pro viſitatione, & ſalutatione ſua & fratrum, gratias referre maximas ſtuduit. Iam verò ætate grauis, impleto vitæ curſu: migrauit ad Chriſtũ: & in monaſterij clauſtro iuxta capitulum, cum honore ſepultus eſt. E

De capitulis Ludouici Imperatoris: & de pacto quod fecit beato Petro. Cap. XVIII.

VLtimo huius † Abbatis anno, Ludouicus imperator qui cognominatus eſt Almus, vel Sãctus, huius Caroli filius, quarto imperij anno Aquiſgrani in palatio, cũ plurimis totius Frãciæ Abbatibus religioſiſque monachis † conciliũ faciens, vtiliſſima noſtri ordinis obſeruationi LXII. † generalia capitula conſtituit: quæ omnia apud nos perinde ferè, ac regula ſancti Benedicti, obſeruantur. F Hic pactum conſtitutionis, & confirmationis fecit, beato Petro Apoſtolo, eiúſque vicario Domino Paſchali, parentes ſuos Pipinum & Carolum imitatus: manúſque ſuæ, ac filiorum ſubſcriptione, corroborans x. Epiſcopos & VIII. Abbates, & comites XV. bibliothecarium, manſionarium, & hoſtiarium vnum ſubſcribere fecit: & per legatum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Theodorum nomenclatorem, Domino Paſchali Papæ trãſmiſit. Hoc tempore pulchro ſatis opere, conſtructa eſt eccleſia ſancti Vincentij, quæ appellatur Maior, in loco ſuperius dicto, iuxta Vulturnum, à Ioſue Abbate eiuſdem loci. Defunctus eſt autem præfatus Abbas Theodemar Non. Iunij ſepultúſque iuxta Eccleſiam ſancti Martini. G

† Theodomari ſcilicet. Citat Baronius tomo 9. Annaliũ, ſub anno Chri. 817.

† Eſt additio 1. ad capitulare regũ Anſegiſi, cum ipſo capitulari hodie impreſſa.

† Nũc sũt 80 ſed forſan quædã in plura diuiſa.

Quomodo Giſulfus Abbas fecit Eccleſiam ſancti Germani.

Capvt XIX.

GIſulfus Abbas tertiuſdecimus à B. Benedicto, ordinatus anno Domini DCCCXVII. præfuit annis viginti & vno. Hic ex nobili Beneuẽtanorum Ducum proſapia originẽ ducens, mox vt Abbas ordinatus eſt, ſatagere ſollicitè cœpit, qualiter poſſet pro vtilitate fratrum (quorũ tunc pars maxima deorſum morabatur) tam Eccleſiæ, quam officinarum cæterarum anguſtias dilatare. Incitabatur enim ad hoc & amœnitate loci & opum copia, ſimul & arcta, atque ardua montis inhabitatio, quæ tã numeroſæ fratrum multitudini iam nullatenus ſufficiebat. H Mandat itaque cuidam Garioaldo, qui poſt eum monaſterij habebat curam, vt omni curet ſtudio, locum illum vbi prius à Potone Abbate conſtructa fuerat in honorẽ S. Benedicti parua baſilica, ad ædificandas officinas monaſterij parare. Quod ille imperium libenter amplexus, (quoniã inſtar paludis locus ille totus carectis, aquíſq; ſtagnabat) ruderibus multis, ſaxorúmque aggeribus, vniuerſa repleuit, atque amplam baſilicã loco prioris paruulę, in honorẽ Domini Saluatoris, honeſto conſtruxit opere. Quæ videlicet, marmoreis columnis, & baſibus vigintiquatuor hinc inde ſuffulta, & amplis circumſepta porticibus, habet in longitudine cubitos LXXXII. in

latitudine

A latitudine. XL III. in altitudine XXVIII. Deſuper autem mirificè trabibus, tabuliſque cypreſſinis laqueata, teguliſque operta eſt, parietibus per girum figuris pulcherrimis inſignitis. Iam verò pauimenti opus quam ſpecioſum, quam ſolidum, quam ſit variorum lapidum diuerſitate conſpicuum, & chori ambitus quam ſit pulchris & vaſtis marmorum tabulis ſeptus, cernere in promptu eſt. Porrò in eius baſilicæ abſida media: ad quam per VIII. gradus aſcenditur: altare conſtituit in honorem domini Saluatoris: Ad dextram verò altare ſancti Benedicti: atque ad leuam altare aliud erexit in honorẽ ſancti confeſſoris Chriſti Martini. Ante verò eãdem baſilicam, fecit atrium longitudine cubitorum XL. & pari latitudine: illúdque in XVI. marmoreis columnis vndique verſis erexit: atque in circuitu ipſius, lapideos canales iuxta pauimentum, vnde ſemper B aqua decurreret poſuit. A parte autem Orientali eiuſdem atrij in fronte eccleſiæ abſidam fecit: ibíque altarium in honore ſancti Michaëlis erexit. In ipſius quoque medio, campanarium omnino pulcherrimum ſtatuit, magnis columnis octo ſubnixum. Porrò ex vtráque parte ipſius eccleſiæ, diuerſorum officiorum multas, & maximas, atque pulcherrimas, ad ſuas fratrúmque vtilitates officinas conſtruens: totum inſuper monaſterij ſpatium propter aquarum inũdantiam magnis ſaxorum tabulis ſtrauit.

Quomodo idem renouauit huius monaſterij eccleſiam: & alias quaſdam.

Capvt XX.

C Svperius verò, Abbas ipſe non ſegnius ſe exercens: aliquot ibi habitacula decenter extruxit. Eccleſiam quoque vbi beati Benedicti corpus conditum eſt, ex toto ampliorem fecit: tectúmque ipſius omne cypreſſinis contignatum tabulis, plumbo cooperiens, ornamentis illam variis, aureis, argenteíſque, decorauit. Super altare autem ſancti Benedicti argenteum cyborium ſtatuit: illúdque auro, & ſmaltis ſimul exornans, cætera eccleſiæ ipſius altaria tabulis argẽteis induit. In eo item loco qui vallis lucis dicitur, eccleſiam in honorem ſancti Angeli ædificauit. Aliam item eccleſiam, ſancto Chriſti Martyri Apollinari, in loco qui tũc Albianus dicebatur, nunc verò ex eiuſdem martyris nomine, ſanctus Apollinaris dicitur, ſtatuit. Fuit autem temporibus Beneuentanorum D principum Grimoaldi memorati, & alterius Grimoaldi cognomento Theſaurarij, Romanorũ verò Pontificũ Hadriani & Leonis tertij: cui videlicet à Romanis, oculis, & lingua priuato omnipotẽs Deus mirabiliter viſum reſtituit, & loquelam: imperatorum autem Conſtantini, & Hirenæ. Obiit IX. Calend. Ian. ſepultúſque eſt iuxta eccleſiam ſancti Benedicti ante capitulum: introeuntibus in eccleſiam ad læuam. Huic prædictus princeps Grimoaldus præcepto ſuo firmauit omnes fœminas liberas, quæ ſeruis huius monaſterij fuerant copulatæ, à tempore primi Giſulfi, vſque ad eam diem, cum filiis & filiabus ſuis vniuerſiſque ſubſtãtiis. Alio quoque præcepto conceſſit huic loco monaſterium ſanctæ Mariæ

in Ban
color
de

æ: quod ſitum eſt in finibus acerētiæ: cum ſeruis, & ancillis, atque ..nis, & cum omnibus ex integro poſſeſſionibus, ac pertinentiis eiuſ..m monaſterij. Eodem tempore prædictus Guacco Beneuentanus obtulit eccleſiæ ſancti Benedicti (quam ipſe in iure proprio intra Beneuentanam vrbem, ad portam Rufini conſtruxerat omnia ſua: id eſt domum ſuam eidem eccleſię coniunctam cum omnibus pertinentiis ſuis: fundos IX. & domos alias, & molendina, & curtes, & oliueta, cum ſeruis plurimis. Obtulit item eccleſiæ ſancti Benedicti in Liburia poſſeſſiones, ſeruóſque, & ancillas plurimas habitantes iuxta eandem eccleſiam: cum omnibus ipſorum rebus. Hæc autem omnia ex integro, cum prædictis eccleſiis obtulit huic ſancti Benedicti Caſinenſi Cœnobio: eorum medietate vſu fructuario vxori ſuæ Thaſiæ in vita dumtaxat ipſius reſeruata. Sub idē tempus, vir quidam Colo nomine de territorio Calazano obtulit eccleſiæ ſancti Martini, cellæ huius Cœnobij quæ ſupra Vulturnum ſita eſt, integram curtem ſuam, in loco qui Adicianum dicitur: cum omnibus ad ſe pertinentibus rebus, tam in monte, quam in planitie. Similiter & maximus quidam ex eodem territorio, obtulit beato Benedicto omnem ex integro ſubſtantiam ſuam immemorata ſancti Martini eccleſia. Hic Abbas libellum fecit hominibus quibuſdam de termule, de rebus omnibus ſancti Benedicti: quas ibi poſſidebamus pro cenſu ſolidorum XIIII. & medietate totius paſſionis. Huius tęmporibus factum eſt breuiarium de cellis de marca. E F

De miraculo Abbatis Apollinaris & quorundam oblationibus. G

Cap. XXI.

Apollinaris Abbas quartodecimo loco ordinatus, præfuit annis XI. temporibus Romanorum Pontificum Paſchalis, & Eugenii, ac Sironis Beneuentani principis eodem anno, conſtituti. De hoc ſanctiſſimo viro celebris fama eſt, & ſeniorum noſtrorum atteſtatione firmata: quod dum die quadam neceſſitate cogente ad monaſterij poſſeſſiones viſendas eſſet egreſſus, neceſſe habuit lirim fluuium tranſuadare. Sed cum deeſſet nauis, qua tranſire potuiſſet: vir Dei fide plenus crucis ſe ſignaculo muniens, ad oram fluminis acceſſit. Atque ita vt erat indutus, & calciatus intrauit fluuium: ac Petri Apoſtoli exemplo, modo miro ad vlteriorem ripam, ita ſiccis pedibus aduectus eſt: vt non tranſiſſe aquas, ſed ſuper aridam ambulaſſe crederetur. Huius Abbatis tempore quidam vir nobilis Arnipertus nomine, natione Campanus obtulit beato Benedicto curtes ſuas, variis in locis quinque numero cum omnibus ſuis pertinentiis, mobilibus, atque immobilibus, ſeruíſque, & ancillis plurimis: Tunicam item cum liſta aurea, & circulos aureos, & liſtam auream Margaritis inſignitam, fibulámque nihilominus auream, cum dimidio omnium mobilium ſuorum. Sed & clericus quidam, Daniel nomine, natione Tarentinus, nobilis ex genere, ad extrema deueniens, & ſeipſum, H

S. Apollinaris Abbas ſuper fluuiū ambulat vſque ad alterā ripā, ſicco pede. Hoc ſub anno Chriſti 819. refert Baronius to. 9. Annal.

A ſeipſum, & ſua omnia, cum ſeruis, & ancillis plurimis: apud Aquinum, & apud ipſam cællã ſancti Gregorij, quæ in ipſius vicinia ſita eſt per chartulam obligationis, huic monaſterio tradidit. Vnde quidam ex noſtris arbitrantur ex ipſis eiuſdem Danielis ſeruis, eos quos hodie habemus famulos eſſe progenitos. Pari modo, & Dachenaldus quidam Capuanus genere, obtulit monaſterio omnem omnino ſubſtantiam ſuam, in loco qui dicitur Cannetum: & per alia loca plurima cum terris & colonis, diuerſiſque animalibus, & omnibus mobilibus, atque immobilibus ſuis. Rodegarius itidem Gaſtaldeus Beneuentanus hoſpitale conſtruxit iuxta Beneuentum de ſubſtantia ſua: ibique obtulit & domos ſuas intra vrbis mœnia, & eccleſiam ſancti Saluatoris, quæ foris maiorem caſam ſita

B eſt, & molendinum in loco taſſilæ & decimas omnium rerum ſuarum: ipſúmque hoſpitale cum omnibus monaſterio noſtro ſubiecit. Per idem tempus Traſemundus quidam Beneuentanus nobilis, obtulit huic monaſterio domos ſuas intra Beneuentum. Fundos item variis in locis quattuor, cum omnibus pertinentiis ſuis. Seruos inſuper omnes liberos ſtatuens, tres per menſem operas noſtris ordinatis in loco vbi habitant exhibere conſtituit. Dachopertus quoque Capuanus obtulit beato Benedicto villam ſuam, in loco qui Colimniana dicitur: cum domibus, & curtibus, & omnibus ex integro pertinenriis eius.

De Radelchis comite Campſano: & tranſlatione ſancti Ianuarij.

C

Capvt XXII.

PОrro Radelchis Campſanus comes qui interfecto Grimoaldo, prædictum Siconem principem conſtituerat, nõ multo poſt pœnitentia ductus relicto ſæculo, catena ceruicetenus vinctus huc ad beati Benedicti ſe Cœnobium contulit. Cuius nimis auſteræ penitentiæ diabolus inuidẽs & dolens, multis audientibus circa monaſterij clauſtra ſæpiſſime clamitabat. Heu me, heu me Benedicte: cur me ita perſequeris: non ſufficit tibi quòd hinc me expuliſti: quid & fideles meos tibi vndique vindicare nõ deſinis? Memoratus autem Sico cum diuturna obſidione Neapolim afflixiſſet tandem inde corpus ſancti Ianuarij martyris auferens Beneuentum detulit: atque vnà cum ſanctis Feſto, & Deſiderio ſicut in hiſtoria Ar-

D chemperti legitur, in maiori eccleſia honorabiliter condidit.

Quo tempore Saraceni Siciliam ingreſſi ſint.

Capvt. XXIII.

HVius Abbatis tertio anno, Saraceni de Babylonia, & Africa venientes Siciliam ingreſſi, Panormum ceperunt, anno dominicæ incarnationis DCCC. & vigeſimo. Obiit autem idem Abbas v. Cal. Decemb. ſepultúſque eſt propè eccleſiam ſancti Benedicti iuxta gradus porticus qua tunc pergebatur ad eccleſiam ſancti Martini.

Baronius to. 9. anna. hic arguit Oſtienſem dicens Saracenos Siciliã nõ ingreſſos ante annum Domini 827.

Quid Sico princeps Abbati Deus-dedit conceſſerit: & de morte eius. E

CAPVT XXIIII.

DEus-dedit xv. Abbas præfuit annis vi. Huic, ſupradictus Sico princeps præceptum fecit de fluuio qui dicitur Lauri, cum omnibus limitibus & Piſcariis ſuis, & omnibus quæ iuxta ipſum fluuium hinc inde ad ius ſui palatij pertinebant. Mortuo Sicone Sicardus eius filius princeps factus eſt: vir omnibus carnalibus vitiis obſeſſus, ac ſuper omnia auariſſimus. Hic iam dictum Abbatem virum venerabilem & omni ſanctitate conſpicuum, cauſa pecuniȩ cepit & cuſtodiȩ mancipauit. Qui cum defeciſſet VII. Idus Octobris: in loco vbi conditus eſt multos febre detentos variiſque languoribus preſſos, ex fide paſcentes ad ſuos cineres, F priſtinæ ſaluti reſtituit. Ildericus Abbas XVI. præfuit diebus decem & ſeptem.

Quid Lotharius rex Authperto Abbati conceſſerit: & de diuiſione regni. CAP. XXV.

AVthpertus ordine XVII. Abbas effectus, præfuit annis tribus. Huic Lotharius Francorum rex, prædicti Ludouici filius præceptum fecit: confirmans omnia quæ huic ſacro Cœnobio, tam à regibus, quam à principibus collata eatenus fuerant. Pratum inſuper magnum, in loco qui vocatur Ceruarius, & ſeruos, & hæreditates plurimas ad fiſcum ſuum G pertinentes in pago Marſorum, alio præcepto huic monaſterio contulit. Ab hoc Lothario Francorum regnum diuiſum eſt. Ipſe Aquenſem, & Italicum, Ludouicus frater eius Baioariam, Carolus autem ex alia matre genitus Aquitaniam obtinuit. Sicardus præterea Beneuentanorum princeps Gualdum qui Martoranus vocatur, per ſuum præceptum ſancto Benedicto conceſſit per fines ac terminos ſuos, cum ripis, & aquis, foſſariis ac piſcationibus, & omnibus intra ſe poſitis quæ ad palatij ius pertinere tunc temporis videbantur. His temporibus vir quidam Rodegarius nomine, de territorio Compſano obtulit huic monaſterio quatuor curtes ſuas, cum omnibus quæ ad illas pertinebant: aliquot etiam ſeruos, & ancillas ſuas. Huius Abbatis nõnulla opuſcula, & pulchri ſermones habẽtur. Obiit autem x. Calend. Martij. H

Quo tempore beati Bartholomæi corpus Beneuentum venerit.

CAP. XXVI.

BAſſacius Abbas à beato Benedicto XVIII. ordinatus Anno domini-
837. cæ incarnationis DCCCXXXVII. præfuit annis XIX. Huius tertio ordinationis anno, præfato adhuc principe Sicardo ſuperſtite, corpus beati Apoſtoli Bartholomæi de Lipparitana inſula Beneuentum trãſlatum eſt. His diebus Agenardus Gaſtaldeus Capuanus ſcriptum obligationis fecit huic

A huic monaſterio de omnibus omnino rebus,quas in territorio Capuano & Theanenſi atque Calinulo poſſidere videbatur: cum ſeruis & ancillis & omnibus quæ iure ſibi hæreditario cōpetebāt. Sed & Arnefrid quidā nobilis Aliſanus, obtulit beato Benedicto Amelfrid filium ſuum clericum cum integra curte ſua, loco qui dicitur Patenaria, cum omnibus pertinentiis ſuis: necnon & integram portionem ſuam, de eccleſia ſanctorum Nazarij & Vincentij de Anglena,cum ornamētis & curtibus & omnibus omnino pertinentiis ac poſſeſſionibus eius.Similiter & Malo quidā Teleſinus ad extrema veniēs ſeipſum huic monaſterio tradidit,cum omni ſubſtantia ſua, ideſt, curte,vna in Teleſe & alia in Aliſe:in qua eſt eccleſia ſancti Petri,cum ſilua ſua circa eandem eccleſiam, & cum omnibus quæ pertinent ad ipſas curtes: ſeruiſque,& ancillis,& omni ſubſtantia eorum.Per B idem tempus Gontarius Abbas monaſterij ſancti Modeſti, reddidit ſancto Benedicto res quas Authpertus Abbas per ſcriptum conuenientiæ conceſſerat Sichardo principi, id eſt, curtem Milacianam cum eccleſia ſanctæ Mariæ, cū ornamentis omnibus & pertinētiis ſuis in finibus Canuſinis:curtémque Plazanum,& curtes alias duas in campis,& paſtena, & domum vnam in cannis, cum ſubſtātia ſua,& piſcationem in mare, cum omnibus pertinentiis ſuis. Theodericus præterea comes teſtamento ſuo, legauit monaſterio curtem vnam, quæ dicitur Squillæ, ſcutellam argenteam, ſcattones tres: Garales.ij. Bandum aureum vnum,& alia nonnulla. Fuit autem hic Abbas temporibus Romanorum Pont. Sergij.ij. Leonis. iiii. & Benedicti iii. & primi Nicolai:A quo etiam Apoſtolicæ auctoritatis priuilegium,de huius libertate monaſterij, & confirmatione, C ſuſcepit: principum verò Radelchis & Siconolfi: ſub quibus principatus Beneuentanus,Capuanorum factione, diuiſus eſt. Cur autem, vel qualiter diuiſus ſit:& qua occaſione Saraceni ab his inuitati,huc aduenerint, quoniam cladis eorum nos quoque pars maxima fuimus,neceſſarium duximus litteris tradere.

Qualiter principatus ſit contra ſe diuiſus. CAP. XXVII.

CVm ſupra memoratus Sichardus princeps à ſuis nequiter fuiſſet occiſus: præfatus Radelchis theſaurarius ipſius,illi in principatu ſucceſſit. D Interea Capuani quibus tunc Landulfus caſtaldeus præerat, pro multis nequitiis ſuis, Radelchim valdè infenſum habebant. Cumque illum hac de cauſa valde metuerent: inito conſilio ad Siconolfum memorati principis Siconis filium, qui tunc Tarenti exulabat ſe conferunt, eumque ſibi principem eligunt. Qui tam eiſdem Capuanis, quam magna Beneuentanorum manu, quibus idem Radelchis exoſus erat comitatus, Salernum adiit: & contra iam dictum Radelchim ſeſe modis omnibus inſtruens, belli initium dedit.Ortus eſt contra ſe inuicem dimicandi ardor ac ſtudium: & crebro conſerebant prælia. Verùm quia vt ait veritas, Omne regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur: concordiaque res

Matt.12. paruæ creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur: ab his Saracenorum exer- E
Saraceni ab Italis inter ſe diuiſis accerſiti. citus contra ſe diuerſis ex locis accerſit totum non modo principatum, verum etiam Italiæ regnum diſſenſione ſua ferro & igni per annos fermè xxx. demoliti ſunt. Primus itaque Radelchis in auxilium ſuum Saracenos euocat per Pandonem quendam fidelem ſuum: qui tunc Barim regebat. Quos dum idem Pando iuxta murum vrbis & oram maris locaſſet improuidus: illi vt ſunt ingenio callidi intempeſta nocte vrbem per
Pandonis proditoris iuſta punitio. loca abdita penetrant: plurimíſque interemptis prædictum patriæ proditorem marinis fluctibus donant. His erat rex Calphon. Quos prædictus Radelchis quia pellere vrbe non poterat: cœpit familiares excolere, & ad ſui auxilium prouocare: cumque illis totam Siconolphi regionem deuaſtans, Capuam quoque vniuerſam redegit in cinerem. At contra Siconolfus ex Hiſpania Saracenos aſciſcens, frequentibus prœliis omnes ferè percir cuitum, præter Sypontum, à Radelchis iure vrbes abſtulit, Beneuentúmque expugnare cœpit. F

Quomodo Siconolfus princeps, omnem monaſterij theſaurum abſtulit.

CAPVT XXVIII.

SEptimus iam memorati Abbatis annus vertebatur, cum præfatus Siconolfus ad beati Benedicti monaſterium veniens mutui nomine vniuerſum ferè theſaurum quem inclytæ memoriæ reges, Carolus & Pipinus frater eius, Carlomannus & Ludouicus eiuſdem Pipini filij, & alij plurimi reges ac principes religioſi ibidem contulerant Agarenis tribuendum, abſtulit. Nam primò quidem tulit in calicibus, & patenis, coronis, & crucibus: phialis quoque & Hamulis: Bocis, ac fibulis auri puriſſimi libras c x x x. Saricam itidem ſtericam de Silphori cum auro & gemmis; pro quibus promiſit ſe redditurum ſolidos ſiculos decem milia. Vnde cognatus eius Vrſus & Grimoaldus ſcriptum redditionis monaſterio fecerunt. Item ſecundò trecentas ſexaginta quinque argenti libras, & x i i i i. milia ſolidos aureos ſignatos. Item duo argentea vaſa ponderis librarum x x x. & fundatos duplices v i i i. Item vaſa duo argentea anaglypha inaurata. Tertiò, poſt octo circiter menſes tulit in coronis, baziis, & hamulis garalibus, & cocleariis, argenti libras ſimul quingentas. Item poſt menſes x. veniens, rupit ipſum monaſterij veſtiarum: & inde tulit ſolidos mazatos x i i i i. milia. Pro quibus iurauerunt, Leo Epiſcopus & Petrus & Landenulfus Gaſtaldei eius ſuper Euangelia, & crucem & corpus ſancti Benedicti: quod poſt quattuor menſes, pretium illud monaſterio reſtituerent: & cum non haberent vnde id redderent, fecerunt hic præceptum de ſancto Nazario in Canziæ, cum omnibus ſuis. Rurſus Lando, & Aldemarius Gaſtaldei eius exportauerunt ſolidos prædulatos duo milia. Alias item, quando Spoletum perrexit Maio cognatus eius abſtulit ſolidos duo milia. Item quando
Agareni iidem qui & Saraceni. G H

Romam

A Romam profectus eſt Siconolfus, tulit coronam auream ſmaragdinis gemmis mirificè decoratam, quę patris eiuſdem Siconis fuerat, pro tribus milibus ſolidis. Et iſta quidem omnia ſacrilegus ille ſancto Benedicto auferens, nihil inde vel ſibi vel patriæ emolumenti quæſiuit. Ex quo tempore, nulla vnquam poſtea victoria potitus eſt.

Qualiter à Saracenis hunc locum Deus eripuit.

CAP. XXIX.

HIs temporibus præſidente ſedi Apoſtolicæ Sergio ſecundo, qui Ludouicum imperatorem coronauit, ingens Saracenorum multitudo ex Africa claſſe Romam deuecta, eccleſias ſanctorum Apoſtolorum
B Petri & Pauli omnino deprædati ſunt: multíſque illic interfectis, per Apiã viam iter agreſſi, ad Fundanam ciuitatem peruenerunt. Quam cum igni ſuccendiſſent, cunctóſque illic ciues partim cœpiſſent, partim interimiſſent, omniáque in circuitu vaſtaſſent: ſecus Caietam applicantes caſtrametati ſunt. Aduerſum hos, miſſus à Spolecio Francorum exercitus turpiter ſuperatus aufugit. Quos Saraceni perſequentes, tandem ad loca vicina monaſterio, trans flumen quod Carnellum dicitur applicuerunt: Eccleſiámque ſancti Andreæ Apoſtoli igni combuſſerunt. Atque ad cellam ſancti martyris Apollinaris peruenientes, in loco qui Albianus dicitur, è veſtigio ad hoc monaſterium, quod fama iamdudum vulgante, cõpererant, quódque tunc præſentialiter oculis ex eodem loco cernebant, omni
C anniſſu properare curabãt. Tardiore tamẽ hora prohibiti, ibidẽ tentoria figunt: ea intentione, vt die huc altero properantes, Cœnobium omne deſtruerent: & quæque hic reperiſſent cuncta diſriperent: omnéſque hic degentes gladio trucidarent. Maxima tunc erat cœli ſerenitas: tantáque prædicti fluuij ſiccitas, vt pedibus illum quiſpiam tranſuadare potuiſſet. Itaque cum ad fratrum aures huiuſcemodi nuntius perueniſſet, mortémque tam ſubitam, & tam horrendam ſibi imminere conſpicerent: maximo timore perterriti omnes nudis pedibus: cinere aſperſi capita cum letaniis ad beatum Benedictum conueniunt: orantes Dei clementiã, vt illorum animas miſericorditer ſuſcipere dignaretur: quorum corpora tam repentinæ morti tradere iudicio ſuo inſtituiſſet. Tota igitur nocte illa,
D fratribus in oratione pernoctantibus, ſanctæ memoriæ Abbas Apollinaris, de quo ſupra retulimus reuerentiſſimo Abbati Maſſatio apparens: dixit. Quare frater ita turbamini: vel cur ita mœſtum geritis animum? Cui cum Baſſacius diceret propter mortem pater omnium noſtrum, quam ante oculos cernimus, huiúſque ſancti loci deſolationem quam præſtolamur. Nolite (inquit) ille vltra metuere, omnemque ex animo mœſtitiã, ac ſollicitudinẽ pellite: Benedictus enim pater veſtrã à domino ereptionem obtinuit: ipſúmque vobis veniſſe in auxiliũ pro certo noueritis. Vota tantũ veſtra, ac preces ad dominum ex corde profundite: nos enim id vnà vobiſcum ante conſpectum domini fa-

cimus:& dubitare nolite nullam vobis,neque huic loco,ex infideliũ fero- E
cia gignendam eſſe moleſtiam. Cum autẽ experrectus Abbas, hæc omnia
fratribus indicaſſet:vniuerſi procidẽtes in faciem,cũ lachrimis,ac ſingul-
tibus, magníſque clamoribus cœperunt Deo laudes, & gratias reddere:
eũque immenſis iubilationũ vocibus glorificare, atq; benedicere:qui il-
los beati Benedicti precibus, ab imminenti periculo dignaretur eripere.
Quodq; ſupererat noctis ſpaciũ,in hymnis,ac Dei laudibus duxere perui-
giles.Fidelis planè Dominus in verbis ſuis,& ſãctus in omnibus operibus
ſuis:qui iuſto polliceri dignatus eſt dicens.Inuoca me in die tribulationis
tuę,eripiã te:&magnificabis me.Cũ ecce poſt paululũ,cœlũ quod(vt dixi-
mus)nulla fuſcabat nubes,repẽtè nubibus tegitur,corruſcãt fulgura, to-
nitrua mugiunt:& adeo vehemẽs inundatio pluuiæ erupit, vt fluuius quẽ
ſupra diximus, vltra ripas excreſcens, vndique ſe latè diffunderet. Manè F
igitur Saraceni ſurgunt, & ad fluminis propinquantes orã intelligunt cu-
ius vada,die præterito,pedibus (vt diximus) tranſire potuiſſent,eius nunc
ſe ripas vix poſſe contingere.Diligenter itaque nauẽ aliquam inquirentes
qua fluuium tranſire poſſent,cũ omni tranſmittẽdi fluminis ſpe fruſtrati
eſſent,dolentes eã ſe prędam amiſiſſe, qua onuſti abire cogitabant(vt sũt
barbaræ immitíſque naturæ frementes) digitos ſibi cœperunt manúſq;,
præ furore corrodere.Cellas itaq; huius Cœnobij,Sanctorũ martyrũ Ge-
orgij ac Stephani titulis nobiles,igni ſuccedentes, per duos Leones Caie-
tam ad ſua caſtra reuerſi ſunt.Poſt aliquot dies,cum ad propria redire di-
ſponerent,debilitatos ac ſubneruatos equos omnes dimiſere: conſcenſiſ- G
que nauib⁹ iter in Africam aggrediũtur.Cũque iã patrię proximi vicinos
iã intuerentur montes: & nautico more, plauſus inter ſe & gratulatione
perſtreperent:repente cõſpiciunt nauiculam quãdam inter ſuas huc illúc-
que crebro diſcurrere,duos tantum homines habentem. Quorum vnus
pulchra canitie clerici ſpeciem præferebat : alter habitu monachus vide-
batur.A quibus ſolerter inquiſiti,vnde tam hilares tam feſtiui remearẽt,
quídue geſſiſſent:ex Italia ſe, atq; ex Roma ipſa redire ibíque cedes ingẽ-
tes,rapinas atque incẽdia patraſſe fatentur;Petri(inquiunt)& Pauli eccle-
ſias vaſtauimus.Ad Benedicti verò prædandũ monaſterium (quoniã ob-
iectu amnis ire nequiuimus)cellas eius tranrsipam poſitas igne ſuccendi-
mus.Cumque viciſſim & ipſi quærerẽt quinã & ipſi eſſent, huiuſmodi ab
eis acceperunt reſponsũ.Nos (inquiunt) illi ſumus:quorum domos diri- H
puiſſe,ac ſuccẽdiſſe ita gloriamini: Verũ quinam ſimus cõtinuò ex euẽtu
diſcetis.His dictis,repente euaneſcũt: tantáque è veſtigio procella ſubſe-
cuta eſt,vt naues omnes partim ſe collidẽtes partim in mõtes ac ſcopulos
impulſæ naufragiũ fecerint : vixque pauci euaſerint per quos cæteris iſta
noteſcerẽt.Hoc ordine,& Petrus Apoſtolus ſuas iniurias vindicauit:&Be-
nedictus pater ſuum monaſterium liberauit.Sequẽti quoque tẽpore,Leo
sãctiſſimus IIII.Papa effectus:ne id vltra contingeret pręcauẽs,firmiſſimis
muris caſtellum non modici ambitus circa beati Petri Apoſtoli Baſilicã
fecit:quid hodie ab auctoris nomine,Leoniana ciuitas dicitur.

A *De incurſione Sarracenorum, & generali ac maximo terræmotu.*

CAPVT. XXX.

EOdem tempore Maſſar Sarracenorum dux in auxilium prædicti Radelchis accerſitus Beneuenti reſidens, Beneuentanóſque contẽnens, eos modis omnibus vehementer afflixit: monaſteriumque ſanctæ Mariæ in Cingula deuaſtauit, caſtellum ſancti Viti cepit, Teleſinã que ciuitatem in deditionem compulit: & omnia per circuitum depopulatus eſt. Qui dũ die quadam, iuxta beati Benedicti tranſitet monaſterium, ita mens eius effera continuò cœlitus mutata eſt: vt cum canis eius Anſerem in pratis monaſterij cepiſſet, ipſe cum flagello accurrẽs, illam per ſe ex ore illius ex-
B traxerit: atque ante monaſterij ianuas veniens claudi illas protinus iuſſerit ne quis ex ſuis ingreſſus, aliquam illic vim inferre præſumeret. Sícque Aquinum pertrãſiens, & omnia per circuitum vaſtans Beneuẽtum reuerſus eſt. Eo item tempore, cum ab incarnatione Domini DCCCXLVII. agere- 847.
tur annus, ingens terræmotus per omnem Beneuentanam regionẽ factus eſt: ita vt Iſernia à fundamentis ferè tota corrueret, multúſque ibi populus & ipſe vnà eorũ pontifex cum eis interiret. Apud monaſteriũ quoque ſancti Vincentij, terræmotus idẽ plurimas euertit domos. In hoc autem mõte, meritis beati Benedicti ne vnum quidem lapidem de ſuo mouit loco.

De multiplici diuiſione Francorum regni, & Ludouici victoria.

CAP. XXXI.

C PEr idem tempus, defuncto iam dicto Lothario: Francorum regnum in partes quinque diuiſum eſt. Nam (vt ſupra diximus) Ludouicus, & Carolus Germani eius Baioariam, & Aquitaniam regebãt. Primogenitus autem illius filius, Ludouicus nomine, Italiam ſortitus eſt. Secundus Lotharius Aquis obtinuit. Tertius Garlittus Saxoniã habuit. Huic ergo Ludouico ad modum adoleſcenti ab afflictis varia peſte Longobardis per venerabilem Baſſacium Abbatem ſupplicatum eſt: vt ad iſtas ſe conferret partes eóſque ab infidelium vexationibus eripere ac tãtis cladibus finem dignaretur imponere. Quod & factum eſt. Eorum enim ſupplicationibus annuens, Ludouicus Beneuentum venit: eíque Radelchis ac Beneuẽtanis Saraceni omnes traditi ſunt. Quos omnes ipſo die vigiliarum ſancti Pen-
D tecoſtes extra vrbem duci, atque ad vnum iugulari iuſſit. Inter quos Maſſar etiam illorum dux, capite cæſus eſt. Móxque idem Imperator conuocatis Longobardis omnibus, totam prouinciam Beneuẽtanam inter Radelchis ac Sichonolfum, æquo iure partitus eſt. An. Domini, DCCCLI. pau- 851.
cíſque poſt diebus, compoſitis rebus, ad ſua remeauit. Demum verò prædicti principes Radelchis, & Sichonolfus, pactum huiuſce diuiſionis inter ſe firmantes, hoc ſancti Benedicti monaſterium ſanctíque Vincentij extra ſortem eſſe decreuerunt, dicẽtes. Hæc monaſteria ad nos minime pertinẽt: quoniam ſub tutela & immunitate imperatorum Lotharij, filíjque eius Ludouici, conſtituta eſſe noſcuntur.

Quomodo Ludouicus ab Abbate vocatus, iterum in Italiam venerit. E

CAP. XXXII.

ITerum verò Saraceni apud Barim degẽtes: Calabriam, omnémque Apuliam, ac totam prouinciam Beneuentanam affligere ac deuaſtare nitebantur. Rurſum que rogatus à principibus Baſſacius Abbas, vna cum Iacobo Abbate ſancti Vincẽtij Franciam profectus, iam dictum Ludouicum ad has denuo partes venire compulit. Qui vbi aduenit: Barim protinus adiit. Cúmque per dies aliquot cum Saracenis nequicquã dimicaret, intelligens ſe Capuanorũ arte, ac fallacia nihil proficere, Sichonolfi filiũ è Salerno in exiliũ miſit: principatumque Ademario tradens reuerſus eſt. F

De Capua quomodo ad pontem Caſulini mutata ſit.

CAPVT XXXIII.

HIs quoque temporibus, cum ob commorantium facinora, Capua quæ & Sicopolis, ante fermè xv. annos in monte Triſiſco ædificata ſæpius igne cremaretur: conſilio habito, Lando Comes, & Landolfus epiſcopus, cum cęteris propinquis ſuis illam apud pontem Caſulini, ſicut hodie cernitur, condiderunt. Anno Domini DCCCLVI. huic Abbati maximũ
856.
fuit tam in ſuperiori, quam in inferiori eccleſia ſtudium: & ipſe renouauit altaria omnia eccleſiæ domini Saluatoris. G

De conſuetudine huius monaſterij, quam habebat tunc temporis.

CAPVT XXXIIII.

NOn autem videtur ocioſum hic literis tradere, quæ dudum conſuetudo in hoc monaſterio diebus paſchalibus inerat. Tertia feria poſt paſcha ſummo mane vniuerſi fratres vtriúſque monaſterij ſacris induti veſtibus, ſumentes cruces aureas ad procedendum, & thuribula, atque ceroſtata, textúſque Euangeliorum, & capſas, & ornatus varios, atque eccleſiaſticos theſauros procedebant: & his deſcendentibus, illíſque aſcendentibus coniũgebant ſe pariter ad ciuitatem ſancti Petri prope ipſam eccleſiam. Tunc incipientibus illis qui de inferiori monaſterio aduenerãt. *Reſ.* H Benedictus qui venit in nomine domini, hi qui de ſuperiori deſcẽderãt id ipsũ ſubſequebãtur. Quo finito dicebat ſacerdos orationẽ. De hinc ſingulatim per ordinem omnes qui de inferiori monaſterio aduenerãt accedẽtes ſalutabant & oſculabãtur tam domnum Abbatem, quam ſeniores reliquos ex ſuperiori venientes. Poſt hæc incipientes Litanias: omnes pariter ingrediebantur ſancti Petri eccleſiã. Atque iterũ oratione facta canebant tertiã, & poſtea miſſam. Venite Benedicti patris mei cum promiſcuo cãtu, græco videlicet, atque latino, vſque ad expletum Euangelium. Præſbytero autem cum miniſtris ad perficiendam miſſã derelicto, cæteri egredientes

A tes canendo atque pſallendo deorſum tendebāt: & cùm iam propinquarent monaſterio, Litanias ab ipſo negociātium foro inchoantes, in eccleſiā domini Saluatoris intrabāt. Litania finita, lotis manibus, induti veſtimentis ſolennibus procedebant omnes ordinatè in atriū, ad altare ſancti Archangeli Michaëlis: ibíque ſubſiſtentes, præſtolabātur Abbatē. Qui cū veniſſet variis ac multiplicibus miniſtrorū ſtipatus officiis, mox omnibus ſonantibus ſignis procedebant ſolenniter cū ſupradictis ordinibus, & ingreſſi eccleſiam, incipiebant canere miſſas ipſius diei. Quibus expletis, ac dicta ſexta, ibant in refectorium cantando, Te Deum laudamus: gratias agētes Deo qui illos ab omnibus aduerſis eripuit: & Cœnobium cū habitantibus incolume cuſtodiuit. Et dicta oratione exuntes exuebant indu-
B menta ſolennia: ſicque redibant ad comedendum. Eo die maior præpoſitus prandiū omnibus faciebat. Expleta refectione, fratres qui de ſurſum aduenerant vale dicentes Abbati ac cæteris fratribus, cū benedictione remeabāt. His itē tēporibus mos erat vt pridie Cal. Septemb. conuentus ad hūc locum fieret vnà cum præpoſitis ſuis, omniū huius Cœnobij per circuitum monachorum: monēdi ab Abbate quid facere, quid cauere, quidue corrigere ſiue quomodo ſub Dei præſentia cū timore & obſeruatione regulari viuere deberent. Sequenti autē die ordinabātur & deſcribebātur mittebantúrque per ſingulas, prout oportunum erat prouincias. Defunctus eſt autem prædictus Abbas Baſſacius. XVI. Cal. April. & iuxta eccleſiā ſancti Benedicti, in ipſo capitulo fratrum, digna veneratione reconditus.

C *De ſtudio Abbatis Bertharij, & miraculo quodam.* CAP. XXXV.

BErtharius XIX. Abbas præfuit annis XXVII. & menſibus VII. Hic prædeceſſoris ſui diſcipulus fuit: cuius etiam in omnibus ac præcipuè in eccleſiaſticis ſtudiis induſtriam eſt imitatus. Codicem enim euangeliorū auro, ac precioſiſſimis gemmis ornauit: aureúmque calicem haud exigui ponderis fecit: aliáque ornamenta plurima ſacris vſibus deputata in vtroque monaſterio facienda curauit. Fuit autem temporibus Romanorum pontificum Nicolai prædicti, Adriani, atque Ioannis octaui. A quo & priuilegiū de omnimoda monaſterij noſtri libertate promeruit. Hic apprimè eruditus, plurimos tractatus atque ſermones ac verſus in Sāctorū laudem compoſuit. Cuius & αντιχειμενον de plurimis veteris, & noui teſtamenti
D quæſtionibus habetur, aliquot etiā de grāmatica libri extat: & duo de medicina volumina, illius induſtria de innumeris morborum remediis hinc inde collecta. Verſus quoque plurimi ad Angelbergam auguſtam, alióſque amicos mira ſuauitate cōſcripti. Hic itaque non immemor periculi, quod ſub deceſſore ſuo (niſi Deus id miſericorditer auertiſſet) impēderat, totū vndique monaſteriū ſuperius muris turribúſque firmiſſimis in modū caſtelli muniuit. Vrbē quoque ad radices mōtis, circa monaſteriū domini Saluatoris cōſtruere cepit. Quo ſcilicet tempore, dū prędicta mœnia Eulogimenopolis, id eſt Benedicti ciuitatis conſtruerentur, vir quidam qui iam annis. VII. nimia infirmitate detentus, linguæ prorſus officium

amiſerat, ita vt nullum penitus poſſet edere verbum: in eiuſdem operis E
myſterio cum cæteris ſeruiebat. Nocte igitur quadam, cum fratres conſuetas Domino laudes offerrẽt: mutus ipſe circa baſim columnæ cuiuſdã in ipſa eccleſia reſidens obdormiuit. Cui mox beatus Benedictus in ipſo apparentes ſopore, eumque baculo quem geſtabat in capite leniter feriẽs: huccine ait veniſti dormire? Surge protinus, & tribus in terram vicibus expue. Quod cum euigilans ille feciſſet: ſtatim clara voce Deo gratias referre cœpit & beatiſſimo patri Benedicto: per quem priſtinum linguæ recuperare meruiſſet officium. Hoc vniuerſi inſpecto miraculo, & agnito quomodo hoc illi accidiſſet, benedixerunt dominum, fidelémque famulum eius Benedictum. His diebus defuncto Lupo Theanẽſi epiſcopo, Hilarius diaconus huius monaſterij monachus, eiuſdem ciuitatis ordinatur F
epiſcopus.

De quorundam oblationibus. Cap. XXXVI.

PEr idem tempus, Maurus quidam ex Liburię partibus, vir diues obtulit ſeipſum huic monaſterio in manibus Angelarij prępoſiti: cum duabus partibus rerum ſuorum mobilium & immobilium, in loco qui dicitur ad Silicem. Nam tertiam partem donauit vnicæ filiæ ſuæ. Agelmundus quoque Teleſinus ciuis ſeipſum obtulit Deo, cum omni ex integro ſubſtantia ſua; præter poſſeſſiones duas, quas dedit filiæ ſuæ Sanctimoniali: & alia quædam cum aliquot ſeruis, quæ contulit eccleſiæ ſancti Domnini, apud eãdẽ Teleſiã quæ erat cella huius monaſterij. Hic Abbas G
libellum fecit Guidoni comiti de ſancto Angelo, de Varriano, & de ſancto Potito: cum omnibus quæ ad eaſdem eccleſias pertinent, cũ terra modiorum nongentorum quinquaginta: pro quibus in præſentiarum accepit ſolidos quingentos. Annualiter autem, cenſus nomine, mancuſos VII. dare deinceps pollicitus eſt. Conceſſit item Suabilo gaſtaldedeo marſorũ, quoad viueret ipſe duntaxat, vſumfructuum eccleſiæ ſancti Coſmæ de Ciuitella, cum colonis, ſeruis, & ancillis, & omnibus omnino rebus, & pertinentiis ſuis: & cum aliis duabus eccleſiis ad memoratam eccleſiam pertinẽtibus, id eſt, ſanctæ Mariæ in Ellereto, & ſancti Leutij in Moſcoſi cũ ſeruis nihilominus, & ancillis, & omnibus pertinentiis earũ. Eccleſiam quoque ſancti Benedicti in Auritino, & ſancti Victorini in Cælano, & ſancti Abundi in arcu prope lacum Fucinum: cum omnibus ſimiliter rebus, & H
pertinentiis earum. Pro quibus omnibus præſentialiter libras XXX. percepit: annualiter verò libras quattuor percipiebat menſe Septembrio. Huius Suabili filius Rodepertus Beneuentanus ciuis obtulit huic monaſterio de ſubſtantia ſua curtes numero XVI. cum omnibus earũ pertinentiis, & domum vnam nouam intra Beneuentanam vrbem, cum curte, & ædificiis ſuis. Huius item temporibus, vir quidam Maio nomine, de comitatu Theatino obtulit beato Benedicto curtem ſuam, quæ dicitur fara maionis, cum omnibus pertinentiis: quæ ſimul continet quinque *Modij terræ.* milia octingentos terrę modios: & aliam nihilominus curtem, quæ Malliæ

A Malliæ dicitur; cum Eccleſia ſancti Petri: & cum omnibus ſimiliter pertinentiis ſuis. Similiter & Stephanus quidam Capuanus obtulit huic ſancto loco curtes per diuerſa loca octo cum ſeruis, & ancillis, & colonis ad eaſdem curtes pertinentibus: & cum omnibus omnino pertinentiis ipſarum. Theodericus etiam quidam Capuanus obtulit monaſterio Pratum ſuum, de Patenario loco qui Spigianus appellatur.

De nequitiis Saracenorum: & incenſione monaſterij ſancti Vincentij.

Capvt XXXVII.

B INterea nequiſſimus Saracenorum rex, Seodam nomine, egreſſus Barim, Capuam venit. Quam totam in circuitu vaſtans, Cantiamq; & Liburiam nullo ſibi obſiſtere valente peragrans, in campo Neapolitano tentoria fixit: plurimos quotidie perimens, ac varias iniquitates exercẽs. Quo tempore Maielpotus Teleſinus, & Vvandelpertus Bouianenſis Gaſtaldei, conducto Lamberto Duce Spoletino, & Gerardo Marſorum comite: exierunt contra eum, cum de Capuæ populatione rediret: irruentéſque ſuper illum aliquandiu ancipiti Marte pugnarunt. Tandem Saraceni victoria potiti ſunt: Gerardo, & Maielpoto, & Vvandelperto in acie ipſa peremptis, & compluribus aliis partim captis, partim necatis. Ea victoria elatus Seodan, cuncta per circuitum caſtra, præter præcipuas vrbes cepit penitúſque deleuit. Moris tunc erat monachis vtriúſque Cœnobij, ſancti videlicet Benedicti, ſanctíque Vincentij, charitatis gratia, diebus quadrageſimæ ſe mutuò viſitare. Nam tanta tunc temporis dilectionis copula connectebantur: vt cum quoſdam de ſeruis ſancti Vincentij pars noſtri monaſterij poſſideret, illíque itidem quoſdam ex noſtris: placuerit vtriuſque monaſterij patribus, Berthario ſcilicet atque Maioni eos nequaquam commutari: ſed ita (vt tunc erat) eorum poſſeſſio, ſic ſemper intemerata duraret. Cumque die quadam àpud ſecundum Vincentium, de more, quidam à Caſinenſi monaſterio veniſſent: ac de ſuo adinuicem ordine loquerentur: repentè illuc Seodam nequiſſimus cum ſuis ſatellitibus ſuperuenit. Eius monachi rumore comperto, mox ad Caſtellum ſuum quod erat monaſterio proximum, maturato curſu (multũ licet pauidi) incolumes tamen, confugerunt. Saraceni verò monaſteriũ ingreſſi

C *Viſitatio fraterna tẽpore quadrageſimali inter quadã monaſteria.*

D cuncta quæ inuenerant vaſtauerunt, plurima item confregerunt. Frumenta verò ac legumina in ſubiectum amnem proiecerunt: & hic, illícque fodientes, omnem Eccleſiæ theſaurum quem illorum pauore territi monachi iampridem abſconderant repperexunt. Bibebat ille nefandiſſimus Seodan in calicibus ſacris: aureíſque thuribulis offerri ſibi thura iubebat. Ita proh dolor incenſum eſt à fulminandis illis præfatum ſancti Vincentij monaſterium: monachis partim occiſis, partim per diuerſa diſperſis: ſicque ad xxx. fermè annos deſolatum permanſit. Peſſimus verò Seodam, poſt diem tertium ad portas vſque Capuanæ ciuitatis accedens, plauſtra onuſta & animalia diuerſa cum iumentis hominibúſque cepit:

veniénſque iuxta Theanum caſtrametatus eſt. Quo, venerabilis Abbas Bertharius agnito, verens nimium tam loco quam populo imminentem ex illius nequiſſimi aduentu cladem, per Ragenaldum diaconum ſuum tria milia illi aureos miſit: ſicque eius ferociam mitigauit. Inde Seodam Venafrum contendens, eámque poſt paulūlum capiens, ac vicina loca deuaſtās, aliquot ibi moratus eſt dies. Erat tunc Quadrageſimæ initium. Metuentes itaque monachi vicinitatem nefarij illius, ſurſum omnes ad beati Benedicti monaſterium ſe contulerunt. Poſt paucos dies venit propè inferius monaſterium nequiſſimi illius latronis exercitus, ad duo fermè ſtadia. Quod tamen per ductoris euenit errorem. Námque dum vellent per montana ad atinam deſcendere, vetulus quidam illorum ductor, deſcendit cum eis in rotundam vallem, & de hinc in rapidum. Cumque in plana veniſſent, ingreſſi eccleſiam ſancti Eliæ, tulerunt quicquid inuenerunt. Inde per circlarias in ortum domnicum, pérque paſcuarium, in fontanam Lucij: venientéſque Peolam, ſenem illum qui eos per deuia duxerat interfecerunt. Demum cæſam Conſtantij Oliuetum, & matronulam ſollicitè perſcrutantes: vaccáſque monaſterij, & equas diripiētes, Venafrum ad ſuos reuerterunt: ac non multo poſt Barum regreſſi ſunt.

De tertio Ludouici in Italiam aduentu. CAP. XXXVIII.

Longobardi igitur videntes ſe pro ſuis iniquitatibus à Deo flagellatos, afflicti ac magna demum neceſſitate compulſi, tertio iam legatos in Franciam ad prædictum Ludouicum mittunt: orantes votis omnibus vt iterum venire eóſque ac patriam à nefandiſſima ſaracenorum gente dignaretur eripere. Tūc Ludouicus Rex generale edictum per omnes regni ſui partes dirigens, vt nullus ſe omnino ab hac expeditione ſub-
866. traheret, Anno Domini, DCCCLXVI. immenſum coëgit exercitum: ſimulque cum domna Angelberta auguſta, coniuge ſua, iter arripiens, per Soram, Beneuenti fines ingreditur: ac menſe Iunio peruenit ad monaſterium huius ſanctiſsimi patris: quod deorſum eſt. Vbi à venerabili Abbate Berthario, cunctis illi monachis occurrentibus, maximo cum honore ſuſceptus eſt. Die altera montem adoraturus aſcendit: ibidémque magna itidem cum honorificentia acceptus à fratribus eſt. Cúmque Cœnobium omne perluſtrans decentiſsimè conſtructum eſſe laudaſſet: præceptum cōfirmationis totius monaſterij (ſicut ſui prædeceſſores reges ante iam fecerant beato Benedicto) confecit: & regalibus ibidem collatis muneribus, fratribus ſe multum commendans, de monte deſcendit. Poſt hæc inde digreſſus Capuam petiit. Quam tribus obſeſſam menſibus cepit: eámque maximam ex parte deleuit. Inde Salernum adiit: de hinc nauigauit Amalfim. Puteolim quoque pergēs, eiuſdem vtitur lauacris: pérque Neapolim rediens, Seſſulam adiit. Demum apud vallem Caudinam caſtrametatus non multò poſt intrauit Beneuentum. Cōgregato autem apud Luceriam Apuliæ ciuitatem omni exercitu ſuo, cum Saracenis repente

A pente congreditur. A quibus primo certamine ſuperatus, demum ex his, opitulante Deo, victoriam inſignem adeptus, omnibus eorum potitus eſt caſtris. Inde Barim contēdens, quatuor illam annis obſedit. Materam interim munitiſsimam illorum vrbem capiens, igni, ferróque vaſtauit. Poſt hæc venit Venuſiā: ibíque ac Canuſij præſidio militum poſito, Barim vndique expugnare cœpit: rediítque Beneuentum. Ibi cum in eius obſequio Bertharius Abbas moraretur, paruum oratorium quod intra monaſterium ſanctæ Sophiæ prædeceſſor eius Baſſacius Abbas inchoauerat, omni diligentia ſtudióque perfecit: illúdque in honorem ſancti patris Benedicti, à Stephano Theanenſis Eccleſiæ præſule conſecrari fecit. Tunc temporis, idem rex beato Benedicto præceptum fecit de vna B curte ſua, in loco qui Turturitus dicitur, & de ſancto Georgio cum omnibus rebus ac pertinentiis eorum. Cum autē Saraceni intra Barim obſeſsi, vltra quod nequaquam ſubſiſterent: miſſo imperator exercitu, & ciuitatem & Seodan cum ſuis omnibus cepit: Eóſque ferro trucidari ad vnum iuſsit. Dehinc Tarentum obſideri eueſtigiò mandat: ipſam enim illi nequiſsimi ceperant. Interea duo quidam comites viſi ſunt inſurgere in regem. Quo ille cognito, eos Marſiam vſque perſecutus eſt. Ibi illi conſiſtere non auſi fugerunt Beneuentum. Rex autem dum illos inſequitur venit Hiſerniam: quam aliquandiu reluctantem obſedit & cepit. Inde Aliphas pertranſiens, per Teleſiam ad vrbem quæ ſanctæ Agathæ dicitur venit: quam dies plurimos obſidebat. Tandem Bertharius Abbas (quoniam Hiſembardus Gaſtaldeo qui illam obtinebat: conſanguineus C ipſius erat) apud Regem pro illo interueniens, & illi gratiam & ciuitati veniam impetrauit. Adelchis etiam Beneuentanus princeps, genibus ipſius imperatoris prouolutus, & his qui fugerant, & ſibi qui illos ſeruare præſumpſerat veniam impetrauit & gratiam. Ludouico autem apud Beneuentum poſito Adelchis princeps inuidia diaboli ductus inuenta occaſione, quod Franci multa inſolenter agerent in ciuitate, in eum nihil tale metuentem, inſurrexit: captúmque cuſtodiæ mancipauit: omnéſque illius milites ſpolians, fugere compulit. Sed Deus profectò diu paſſus non eſt innocentem regem fruſtrà affligi. Infra quadraginta enim dies, innumerabili Saracenorum exercitu ab Africa aduenıente, Ludouicus è cuſtodia extemplò dimiſſus eſt: & ſacramentis obſtrictus, à Beneuento D recedens, intra tres dies abiit Berolam. Ibíque vndecim fermè menſes remoratus, interim per quoſdam ſuos comites, Saracenorum primò tria milia, dehinc nouem fermè milia apud Capuam interemit. Inde cum adueniret Capuam, Saraceni ipſius aduentu explorato relicto principatu Calabriam adeunt: eámque penitus depopulantes conſcenſis nauibus ad ſua poſt longa naufragia, quicunque euaſere redierunt.

De monaſterio ſancti Angeli in Bareggio. Cap. XXXIX.

PEr idem tempus, cum religioſus imperator ſecus inſulam Piſcariæ, quæ eſt in confinio Pennenſis tranſitus pertranſiret, eiúſque oculis

locus ipſe, qui quondam caſa aurea dicebatur, valdè placuiſſet, & ſeruorum Dei receſſibus aptiſſimum iudicaſſet: ab epiſcopis Baluenſi, atque Pennenſi, Eccleſiam ibi in honorem ſanctæ Trinitatis conſtrui iuſſit, & religioſos viros, in eodem loco, ad Dei ſeruitium congregari. Quo facto, plurimis eandem Eccleſiam variiſque beneficiis, per diuerſa loca (quemadmodum ipſius priuilegia continent) imperiali largitate donauit: ſuíque memoriam ibi ſemper habendam, ſatis deuotus indixit. Poſtmodum ab eiuſdem loci Abbatibus, Eccleſia ipſa ampliata, & ſancti Clementis vocabulo eſt appellata. Hic idem Chriſtianiſſimus Rex hoc tempore, cum ad monaſterium ſancti Angeli iuxta fluuium Sangrum, quod Barregium dicitur, perueniſſet: imitatus prædeceſſorum ſuorum præcepta, Caroli ſcilicet atque Lotharij, ea ſuo quoque præcepto roborans, confirmauit illic omnia, quæ per circuitum, & in pago Marſorum, atque Balua, Teate quoque pennæ Aprutio & Aſculo multipliciter poſſediſſe antiquitùs videbatur: videlicet in Marſia, cellam ſanctæ Mariæ in fundo magno, cum omuibus ſibi ſubiectis Eccleſiis, vel rebus. Sanctum Euthichium in Areſtina cellam ſancti Pauli ſupra ciuitatem ipſam Marſicanam, Sanctæ Mariæ in Oretino, Sancti Gregorij in paterno, S. Mariæ in montorone, Sancti Saluatoris in Auezano, Sancti Anthimi ad formas, Sancti Angeli in Alba, Sancti Coſmæ in Ellerito, Sancti Angeli in Carzolo, cum duabus cellis ſuis. In Balba Eccleſiam Sancti Petri in Barbarano, Sancti Saluatoris ſupra flumen, Sancti Angeli ad aquam viuam, Sancti Angeli ad Floretum, & cellam quæ inter aquas eſt poſita, Sanctæ Fœlicitatis in penne, Eccleſiam Sanctæ Mariæ in cerqueto, & petitianum. In Aprutio monaſterium Sancti Angeli, cum omnibus cellis & rebus ſuis. In Aſculo Eccleſiam Domini Saluatoris, cum omnibus pertinentiis ſuis, Sancti Angeli de Stabulo, Sancti Angeli de Feltriano, Sancti Petri in Pectiniana, Curtem de caſaperende: & alia plurima cum ſeruis & ancillis multis: quæ ex monumentis apparent.

Quo tempore conſtructum ſit caſtellum pontis curui. Cap. XL.

EO etiam tempore, Radoaldus Gaſtaldeus in Aquinenſi villa ſecus pontem curuum, caſtrum ædificauit: quod ab eiuſdem pontis nuncupatione pons curuus appellatum eſt. Memoratus autẽ imperator cum annum fermè integrum Capuæ remoratus eſſet ſublato inde corpore S. Germani, eiuſdem ciuitatis epiſcopi in Franciam demum reuerſus eſt.

Corpus S. Germani Capuani epiſcopi in Francia tranſlatũ.

Quomodo Imperator reſtituit nobis cellam ſanctæ Mariæ in Morinis.

Capvt XLI.

CVmque in reditu ſuo Rauennæ apud ſanctum Apollinarem moraretur, adiit eum Angelarius monaſterij noſtri præpoſitus, quæſtionem proponens de cella Sanctæ Mariæ in Maurinis, ſita in comitatu Pennenſi: quam Hildebrandus Dux, tempore Caroli regis, ante centum circiter

A citet annos interuentu Benjamin monachi, in hoc Cœnobio ſuo præcepto firmauerat: quod ſcilicet tunc eſſent qui dicerent res ipſas ex permiſſione Imperatoris ſe licenter tenere. Mox Imperator cognita ipſius rei veritate, prædicti Angelarij precibus motus ſcripſit: & imperiali auctoritate præcepit, vt nullus deinceps ex eadem cella aliquid retinere vel attentare, neque ex ſua, neque alterius cuiuſque parte præſumeret: ſed quieta, & omnimodis libera in dominium Cœnobij noſtri remearet, cum portu ſcilicet ſuo, & omnibus omnino pertinentiis & finibus ſuis, id eſt, ab atria vſque gomanum, & vſque in fluuium qui dicitur plomba & vſque in mare cum litore ipſo ad piſcandum, & cum Gualdo de Boleiano, modios videlicet terræ fermè vndecim milia. Præcepit inſuper Celſo cuidam *Modij terræ.*
B præpoſito, & Grimaldo epiſcopo, vt ſimul cum ipſo Angelario venirent, eíque ad vſum & vtilitatem monaſterij hæc omnia per manus traderent: præcepto ac ſigillo ſuo ſuper hoc illi conceſſo, ne quis vnquam iſta remouere præſumeret. His diebus Pergolphus præpoſitus noſter in ſancta Sophia, quæſtus eſt in iudicio Heroici Beneuentani iudicis: quod Lioprandus dudum inuaſiſſet curtem monaſterij, quæ eſt in loco qui Pantanum dicitur: Atque allegato iure ſuo quo pacto ſcilicet in ditionem monaſterij veniſſet, iudicante memorato Heroico illam recepit. Per hos etiã dies, Adelchis Beneuentanus princeps, rogatus à Criſcio præpoſito ſanctæ Sophiæ, præceptum conceſſit huic monaſterio totam omnino ſubſtantiam Potonis cuiuſdam nobilis, cum omnibus rebus ac pertinẽtiis ſuis. Idem
C quoque præpoſitus alio præcepto acquiſiuit ab Aione principe, cuncta quæ Poto Gaſtaldeus, prædicti Potonis filius, poſſidere videbatur in pertinentiis Aliſanis, & Teleſinis, ad opus videlicet, & commodum monaſteri noſtri. De terris nihilominus præfati ſancti Benedicti de Beneuento, quæ ſunt in valle de caudis, idem præpoſitus coram Adelchi principe, aduerſus Rodelgrimum quendam, qui eas per fraudem acceperat conquerens, eas recepit protinus: data ab eodem principe publica iuſſione, ne quis deinceps iniuſſu Abbatis noſtri & abſq; illius licentia terras aliquas noſtri monaſterij aliquo modo reciperet. Propterea quòd prædictus Rodelgrimus decepto Amelfridi monacho noſtro Abbate ignorante, terras eaſdem quaſi ſub libello receperat. In præſentia quoque Ludouici iudicis quæſtus eſt ſuper Guàdelmario quodam infante, de vna curte mo-
D naſterij ſanctæ Sophiæ prope Beneuentum, quam idem infantulus retinebat: illámque per eius ſententiam recepit. His etiam diebus, Benedictus, & Sicardus germani fratres de Salerno obtulerunt huic monaſterio omnem ſubſtantiam ſuam: quæ illis erat apud Teanum, in loco qui Scatunianus dicitur & Purpuranus: cum omnibus ex integro pertinẽtiis ſuis.

De pacto Saracenorum cum noſtris inito. CAP. XLII.

PArum temporis fluxerat, cum reſumptis viribus Saraceni Tarentum obtinentes, Barim exinde, cæteráque confinia acrius vrgere cœperunt. Interea Salernitani, & Malphitani, Neapolitani & Cajetani fœdus

cum Saracenis ineuntes, Romam nouis depredationibus exagitabant. E
Cuius rei gratia Carolus tunc imperator Iulittæ filius, à Ioanne octauo Papa multis litteris interpellatus, Lambertum Ducem, & Guidoné eius fratrem illi in auxilium miſit. Cum quibus idem Apoſtolicus Neapolim Salernúmque profectus eſt. Porrò Guaiferius Salernitanus princeps in omnibus Papæ obtemperans, fœdus Saracenorum rupit: & plurimos ex eis trucidauit. Sergius verò Neapolitanus Dux cum ab eis ſe alienare nollet, ab Apoſtolico excommunicatus eſt. Ac non multo pòſt, vindice Deo, ab Athanaſio Epiſcopo, Germano ſuo captus atque cœcatus Romam tranſmiſſus eſt. Idem verò Athanaſius princeps illi ſubrogatus, firmata cum Saracenis pace, illos iuxta Neapolim collocans, Beneuentum, Capuam, Salernum, Romámque, acriter depopulari cum eis cœpit: multáque tunc Monaſteria & Eccleſiæ cum villis & vrbibus, impiorum in- F
cendio conflagrarunt.

Excõmunicatus princeps cum Saracenis fœd⁹ iniens.

De diuiſione Capuanæ Eccleſiæ facta à Ioanne Papa.

CAPVT XLIII.

HIs diebus Capuani, expulſo Landulfo Epiſcopo canonicè electo, Landenolfum quẽdam de ſuis nobilibus coniugatum, atque Neophitum ſibi epiſcopum elegerunt; multíſque precibus iam dictũ Papam fefellerunt, vt eis ille conſecraretur Epiſcopus. Quocirca Bertharius venerabilis Abbas, & Leo Theanenſis epiſcopus Romã profecti, ſummum G
pontificẽ orabant ne iniuſtę poſtulationi precibus vllis annueret: ex qua, grauis populi ruina immineret, & multa effuſio ſanguinis conſequeretur. Atque vt apertius ſcias Apoſtolicæ vir, inquit, Abbas, ſi id fieri permittas, magnum profectò ignem qui te quoque corripiat ſuccendis. Tũc ille primò tanti viri conſtantia territus, poſtmodum iniquitate præualente Neophitum vt petebatur ſacrari permiſit. Hac ciuili diſcordia Saraceni oportunitatem nacti, rurſus vniuerſa diripiunt, iterum cuncta populantur. Cuius rei gratia, Apoſtolicus bis eſt Capuam venire coactus. Videns igitur ſibi contigiſſe, quæ noſter illi prædixerat Abbas, indoluit animo, ac pœnitentia ductus Landulfum (quem ſupra depulſum memorauimus) in Eccleſia beati Petri Apoſtoli, Capuæ veteris ordinauit epiſcopum: Lãdenolfum verò Capuanæ Eccleſiæ præeſſe conſtituit: cun- H
ctúmque epiſcopatum inter vtrumque mandauit æqua ſorte diſtribui.

Quomodo princeps Guaiferius monachus effectus ſit.

CAPVT XLIIII.

SVb idem tempus Guaiferius princeps memoratus, languore correptus, monachus effectus eſt: rogans ſe ad hoc monaſterium deferri. Verùm quia propter incurſionem Saracenorum huc ferri non potuit defunctus, in monaſtetio noſtro apud Teanum, corpus eius humatum eſt.

Quomodo

A *Quomodo Saraceni à Caietanis ad habitandum recepti ſint.*

Capvt XLV.

POſt hæc Pandenolfus qui tunc Capuæ præerat in Papæ fide perdurans, orauit eum vt ditioni ſuæ Cajetam ſubiiceret. Namque eo tempore Cajetani Romano tantùm pontifici ſeruiebant. Quod cum illi Papa conceſſiſſet, Cajetanos tam acriter infeſtare cœpit: vt illis vel vſque ad molas egredi non liceret. Docibilis quidam tunc eis præerat Dux. Is tantum dedecus ſibi ſuiſque illatum minimè ferendum putans, miſit Agropolim: & Saracenos ibi degentes euocans, primo illos ad lacum Fundanum per Mare deduxit, in locũ qui ſancta Anaſtaſia dicitur. Inde per fluuium fundis vſque aſcendentes, ibi ſcaphis egreſſi, cunctáque in circuitu depopulantes, Cajetam tandem perueniunt, & in Formianis collibus caſtra poſuerunt. His Papa compertis, pœnitentia ductus, blandis alloquiis & Epiſtolis ac pollicitationibus multis Cajetanos lenire cœpit: vt eos ſibi conciliaret atque à Saracenis abduceret. Eius monitis Docibilis princeps obtemperans, rupto fœdere bellum cum Saracenis protinus iniit: in quo tamen Cajetanorum plurimi cæſi & capti ſunt. Rurſus Saraceni fœdus cum Docibile ineunt: captiuiſque redditis, Garilianum ad inhabitãdum ab eo directi ſunt. Vbi annis fermè xl. conſtituti inumera vndique mala geſſerunt: multúmque Chriſtiani ſanguinis fuderunt. Quo in loco, dum eos crebrò principes noſtri debellare tentaſſent, diuino iudicio vſque ad id tempus inuicti perſtiterunt.

B

C

Quomodo incenſo hoc monaſterio à Saracenis Bertharius Abbas decollatus ſit. Cap. XLVI.

PEr idem tempus monaſterium beati patris Benedicti (vbi ſacratiſſimum illius corpus requieſcit) à prædictis Saracenis occupatum deſtructum incenſúmque eſt, anno Dominicæ incarnationis, dccclxxxiiii. 884.
indictione ii. pridie Non. Septembris. Nec multo poſt xi. videlicet Calend. Nouembris monaſterium Maius quod erat inferius, barbarica immanitate ſuccenderunt: multóſque ibi perimẽtes, ipſum etiam ſanctum ac venerabilem Bertharium Abbatem trucidarũt iuxta altare beati Martini. Cúmque eandem Domini Saluatoris eccleſiam, ſubiecto pleriſque in locis igne inflammare molirentur: Dei iudicio perficere id nequiuerũt: ſicque ea tantum de toto monaſterio impiorum flammis erepta eſt. Illi monaſterij ſpoliis onuſti ouantes triumphantéſque Garilianum reuerſi ſunt. Monachi verò quicquid ſuppellectilis vel theſauri ſeu monumentorum huius monaſterij ſubripere potuerant ſumentes, vnà cum domno Angelgario tunc temporis præpoſito Teanum habitaturi, profecti ſunt: ipſúmque Angelgarium ſibi Abbatem conſtituentes, in cella quæ in honorem ſancti patris Benedicti dudum ibi fuerat conſtructa manere cœperunt, Anno & indictione ſupra ſcripta, exactis à Petronace Abbate,

D

vſque in illud tempus annis CLXVI. Sepultus eſt autem memoratus Abbas, & Martyr Chriſti ſanctus Bertharius in ſuperiori monaſterio, iuxta Eccleſiam ſancti Benedicti, in capitulo fratrum. E

Commentarium eiuſdem Abbatis de rebus Sancti Benedicti.

Capvt XLVII.

NOn autem erit ocioſum hoc in loco adnotare Commẽtarium prædicti Abbatis Berthariј ſtudio confectum, de rebus & cellis huius monaſterij apud Marchiam in Teate duntaxat, & Penne conſtitutis: quæ ſancto patri Benedicto tum à ſanctæ memoriæ regibus Carolo Pipino Lothario atque Ludouico, tũ à cæteris quibúſque fidelibus hactenus cõceſſa noſcuntur: quandoquidẽ quæ ſpecialiter à ſingulis quibúſque collata ſunt, incenſis pleríſq; oblationibus, ignoramus. Primum eſt monaſterium S. Liberatoris in comitatu Teatino ſitum ſupra fluuium Laentũ, ad radicem montis qui Maiella dicitur: cum Eccleſia S. Angeli quæ eſt in latere montis Plani: cum integro eodem monte, cum Caſtello S. Angeli vniuerſis pertinentiis ſuis, & curte quæ dicitur Caſa Leprandi, & curte de Gariſuli, & Caſtello S. Petri, & curte S. Ianitarij: & Valleplana, & Luciano cum omnibus omnino pertinẽtiis & rebus ſuis, intra fines ſuos. Vbi nullam ſibi omnino reſeruationem prædicti reges fecerũt: quia tota iſta poſſeſſio regalis fuit: excepta dumtaxat ſancti Vitalis Eccleſia, decem tantùm modiorum, quæ ad Epiſcopum pertinet. Deinde Eccleſia Sanctæ Mariæ in Bacinnio cum pertinẽtia ſua: Eccleſia Sancti Fœlicis in Paſtoritio cum finibus & pertinentiis ſuis. Fines habet ab vno latere flumen piſcariæ, ab altero Lauinum, ab altero ripas de turri cum ipſa curte. Ibi eſt Eccleſia S. Benedicti. Ex alio fontem de Troia, ita vt deſcendit in Lauinum. Eccleſia Sancti Eliæ in Sclangario cum pertinentia ſua XX. milium modiorum. Curtes de Caramanico. Monaſterium Sancti Comitij, iuxta arullum riuum, cum poſſeſſionibus multis. Eccleſia ſancti Fœlicis in puluerio cũ medietate ipſius curtis, per fines ſuos: intra quos continentur omnia quæ Iſelgarda comitiſſa obtulit ſancto Benedicto. Eccleſia ſancti Calixti: ſancti Mammetis, cum tota curte ilianea. Sancti Marci. Sanctæ Mariæ in Pontiano cum terræ modiis ſexcentis. Inſula quæ eſt intra pomarium, & caſtrum quod dicitur calcaria: cum terræ modiis ferè XL. Eccleſia Sancti Eleutherij, & Sancti Pauli in pertinentia de Boclanico cum terra DCCLXXX. modiorum. Eccleſia S. Heraſmi in cerretu plano cum pertinentiis & finibus ac molendinis omnibus, quæ intra ipſos fines cõſtructa ſunt: cum Eccleſia S. Saluatoris, & S. Martini. Eccleſia S. Benedicti. Sanctæ Mariæ, S. Comicij, & S. Silueſtris, in loco qui dicitur orni, cum omnibus illarum finibus, ac pertinentiis. Hanc S. Silueſtri Eccleſiam conſtruxit Rainerius quidã, & obtulit beato Benedicto, cum omnibus pertinẽtiis ſuis intra fines ſuos. Fara Maionis: & Fara quę Bajana dicitur cum finibus, & pertinentiis earũ. Hic Maio cõſanguineus fuit Poterici præpoſiti S. Libera- F G H

A Liberatoris ſub dicto Abbate: & obtulit huic monaſterio eãdem Faram, quæ ſimul quinque milia octingentos terræ modios continet. Curtem S. Calixti cum ſuis omnibus. Eccleſiã S. Petri, in loco qui dicitur Malianellum, cum omnibus pertinentiis ac finibus ſuis: quam prædictus Maio hic etiam obtulit. Intra quos fines Eccleſia S. Mauri eſt, & monaſteriũ S. Renati: quod ſitum eſt inter Antonianum & Pizum Coruarium, cũ omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſia ſancti Calixti, ſupra ipſum Iaentum, in loco qui dicitur Vallis, cùm terra modiorum ſex milium ſexaginta. Eccleſia S. Mariæ ſupra Farã de Iaento cum pertinẽtia ſua. Eccleſia S. Sauini in Treuanico, & S. Clementis in Plumbata. Eccleſia S. Saluij ibidem: qui videlicet Saluius ex Campania natus, huius monaſterij monachus fuit: tenuít- *S. Saluius.*
B que prædictam Eccleſiam S. Clementis. Vbi dum defunctus eſſet, multa mirabilia Deus ad ſepulchrum eius operatus eſt. Sanctæ Mariæ in fluuio foro, in loco qui Cannetum dicitur: cum terra modiorum quatuor milium LX. In ipſa aqua, molendina quatuor. Eccleſia S. Petri in Lolliano, cum terra MCCCC. modiorum. Monaſterium S. Seuerini. Eccleſia S. Mennæ in pertinentia de ripe. Sancti Andreæ in colle de Aluæ. Sancti Petri, in loco qui dicitur Ari. Curtis quæ vocatur feneſtræ. Eccleſia Sancti Angeli ante ciuitatem Ortonam, cum terra modiorum DCCC. Caſtellum de Vngo, cum tota pertinentia ſua, intra quam groſſe: & media ciuitas tazæ cum tota pertinentia ſapini & comini. Eccleſia ſanctæ Crucis ad Romam pertinens: cum M. D. terræ modis, & medietati Caſtri de Caſale, cum
C pertinentiis ſuis. Monaſterium Sancti Pancratij cum tota pertinẽtia ſua. Caſtella de Prata geſſi. Ciuitella, & vallis S. Martini, cum omnibus pertinentiis eorum. Eccleſia Sancti Petri in ciuitate Teatina vetere: & ibidem iuxta, Eccleſia Sancti Pauli. Eccleſia ſanctæ Theclæ intra eandem ciuitatem nouam, cum ipſa porta, quæ reſpicit ad Orientem. Quæ hactenus porta, vulgo Monaciſca vocatur. Eccleſia Sancti Theodori: & Eccleſia S. Saluatoris intra ciuitatem Athernum, cum medietate ipſius portus: quem dicta Iſelganda comitiſſa obtulit S. Benedicto. Porro in comitatu Pennenſe, Eccleſia Sancti Fœlicis in ſtabulo. Campus de Gale. Monaſterium S. Benedicti in Lauriano: & ſanctæ Scholaſticæ iuxta fluuium, qui Tabe dicitur: cum integra curte de maſcuſa, & curte Gemberuti: & Eccleſia S. Angeli in Galuanico cũ integra curte, & cum medietate caſtri Lau-
D reti: cum Eccleſia S. Fœlicis, & Eccleſia S. Mariæ cum finibus ſuis. Intra quos fines nulli omnino ius aliquod eſt: niſi tantùm Caſinenſi monaſterio. In colle alto, ſex maxima prædia. Medietas villæ Lauerani. Medietas collis Pollecanti cum curte de colle alto. Tertia pars Caſtelli cæſæ. Medietas Caſtri collis Mai, Eccleſia S. Martini in Geneſtula, cum tota curte. Eccleſia in Salajano, cum mille ſeptingentis modiis terræ. Quarta pars ciuitatis Quanæ. Medietas curtis de viculo. Curtis de Carpineto, cum mõtanis & planis magnis. In pertinentia Ciuitellæ tria milia modiorum terræ. Monaſterium S. Petri in Caſtroniano cum Eccleſia Sanctæ Cæciliæ; & cum omnibus pertinẽtiis ſuis. Et alia plurima quę hic ſcribere omiſimus.

Quæ omnia, vſque ad id tempus, Abbates huius monaſterij ſiue ipſi tenebant, ſiue libellario nómine ad cenſum pleríſque conceſſerant. E

De ordinatione Abbatis Angelarij. CAP. XLVIII.

ANgelarius Abbas à beato Benedicto vigeſimus præfuit annis ſex. Hic (vt ſupra retulimus) cũ eſſet monaſterij noſtri præpoſitus apud Teanum Abbas conſtitutus eſt. Cœpit autem paulatim poſt bienniũ inſtaurare monaſterium S. Saluatoris: quod à Saracenis incenſum ſuperius diximus, temporibus Aionis Beneuentani principis, & Stephani Papæ v. eiúſq; prædeceſſoris Formoſi: Quẽ videlicet Formoſum, Stephanus Papa qui ei ſucceſſerat, pro eo quod cũ eſſet Hoſtiẽſis epiſcopus, contra ſanctorum Canonum decreta, Apoſtolicã inuaſerat ſedem, de ſepulchro extrahi abiicíque mandauit, cunctáſque ipſius ordinationes irritas eſſe cõſtituit. F

De oblationibus quorumdam ſub Abbate Angelario.

CAPVT XLIX.

SVb hoc Abbate, oblata eſt huic monaſterio terra illa quæ dicitur Breze, propè Capuã: quod eſt pratum magnum, & ſylua, à quodã Caſtulo eiuſdem loci habitatore. Hermefrid quoque eius Eſculanus vir diues ſubdiaconus, ſeipſum obtulit per capillos capitis ſui præpoſito noſtro Vvamelfrid: cum omni omnino ſubſtantia ſua: quam illis in partibus poſſidebat. Ingius etiam quidam Beneuentanus in expeditione Romæ futurus, obtulit huic Cœnobio tres curtes ſuas. Vvalamir item alius eiuſdem ciuitatis oriundus, ſeipſum Deo in hoc monaſterio offerens, obtulit in Eccleſia ſancti Benedicti de Beneuento, vbi dicitur ad Xenodochiũ (eſt autem cella huius monaſterij) curtem vnam magnam, in finibus Ariani: in loco qui dicitur Tritiũ, cum omnibus ex integro pertinẽtiis ſuis. Huic Abbati Adelmarius quidã Capuanus vendidit integrã curtem ſuam in Anglena, propè Eccleſiam S. Vincentij iuris noſtri: cum cãpis, ſyluis, pratis, ac terris omnibus, ad curtem ipſam pertinentibus. Eodem tempore Athanaſius Neapolitanus Epiſcopus patefecit huic monaſterio de cella noſtra in caſa Gẽtiana, quod nullam ibi poteſtatem, neque ipſe, neque ſucceſſores ſui habeant vel licentiam aliquam in ea ordinandi, vel conditionẽ ponendi: vt ſicuti dudum iuris noſtri fuerat, ita deinceps in noſtram omnino poteſtatem, ordinationémque rediret. Per idem tempus Laurentius diaconus, & monachus noſter, præpoſitus monaſterij S. Mariæ de Cingla commutauit cum Landoario Capuauo quaſdã terras in Caluo, & Calinulo: de conſenſu memorati Abbatis, & Radilchiſæ Abbatiſſæ: Idem fecit & Ioannes ſacerdos, monachus, ac præpoſitus præfati monaſterij de Cingla, cum eodem viro, conſenſu ab eiſdem impetrato Abbate ſcilicet Angelario, & Abbatiſſa Gaitruda. Prædictus autem Abbas, defuncto his diebus Theanenſis Eccleſiæ Epiſcopo in eadẽ ciuitate à clero, & populo electus, & ordinatus eſt præſul: vbi etiam mortuus, ac ſepultus eſt Non. Decembris. G H

Oblatio per capillos capitis ſui.

De

A *De oblatione & ſtudio Herchemperti monachi.* CAP. L.

RAgemprandus primo & vigeſimo loco electus Abbas: in eodẽ mo-
naſterio Theanenſi præfuit annis nouem, mẽſibus x. Hic à Ioanne
Papa IX. deceſſores ſuos imitatus, priuilegiũ petiit & accepit. Huius tem-
poribus, Adelgarius quidam nobilis obtulit beato Benedicto apud Tea-
num, cum oblationibus Herchempertum filium ſuum, docilis ingenij
puerum. Quo tempore Græcis ac Neapolitanis obſidentibus Capuam,
idem Herchempertus cum aliis fratribus VII. à Teano, Capuam tẽdens,
iuxta Anglenam omnes ex equis deiecti, expoliatique ſunt: famulis illorũ
captis. Ac famuli quidem argento redempti ſunt: quinque itidẽ redempti
B equi. Solus autem ipſe cum magiſtro ſuo pedeſtris remanẽs, ita ciuitatem
introiuit. Poſt hæc cũ Athenolfus Gaſtaldeus effectus eſſet, & omnia quæ
iuris monaſterij erant in ſolo Capuano fratribus tuliſſet: præfatus Her-
chempertus Romam hac de cauſa ad venerabilẽ Papam Stephanũ tranſ-
miſſus, & Apoſtolicam benedictionem fratribus retulit: & priuilegium
ſancto Cœnobio obtinuit: & prædicto Gaſtaldeo cõmonitorias litteras,
vt quæ abſtulerat, protinus omnia redderet, niſi ſententiã excommuni-
cationis vellet incurrere, attulit. Quas ille ſuſcipiens paruit: & omnia quæ
abſtulerat integrè reſtitui iuſſit. Hic etiã Athenulfus eidẽ Papæ Stephano
iamdudum per Maionem ſancti Vincentij Abbatem ſuggeſſerat, vt ſi ei
contra Saracenos Gariliani reſidẽtes, ferret auxiliũ: ipſe & Cajetanos om-
C nes quos nuper cœperat redderet, & ei fidem firmiſſimã ſeruaret. Verùm
quia quod ille petierat Papa implere nequit: ne ipſe quidem executus eſt,
quod Papæ mandauerat. Theophilactus quoque στρατηγὸς hiſdem diebus
à Bari Teanum cum exercitu veniens, eoſdem Saracenos conatus eſt ag-
gredi: ſed nil proficiens ad propria remeauit. Hic Abbas conceſſit Agel-
trudæ auguſtæ Lamberti regis matri, libellario iure, diebus tantum vitæ
ſuæ cellas duas huius monaſterij cum omnibus rebus ſuis: vnã in loco qui
dicitur Laude: alterã in Perſiceta. Quarum gratia, ſingulis annis mittebat
illi eadem auguſta cenſus nomine, argenti libras tres. Libellum etiã fecit
Gotfrido Marſicano, de ſancto Gregorio in Seruiliano, cum ſeruis, & an-
cillis, & omnibus omnino rebus, ac pertinentiis eius, in eodem comitatu
Marſorũ: pro quo ſuſcipiebat annuum cenſum tritici modios XV. & vini
D totidem menſuras, & piſces centum in menſe Octo. His diebus Sichelfrid
quidã Capuanus reddidit huic monaſterio inclytã curtem in loco Pate-
nara: quã auus eius à Baſſacio Abbate per ſcriptũ conuentionis retinebat.

Quomodo monaſterium Teanenſe crematum ſit. CAP. LI.

SEptimo huius Abbatis anno, indictione XIIII. monaſterium Teanen-
ſe, in quo fratres degere cœperant, occulto Dei iudicio cum omni- *Regula*
bus operibus ſuis, igne abſumptum eſt. Vbi etiam regula, quam beatus *manu S.*
Benedictus manu ſua conſcripſerat, & ſacci in quibus diuino iuſſu cœli- *Benedicti*
tùs eidem patri Benedicto eſcæ delatæ ſunt, & plura inſuper Cœnobij *ſcripta, igne combuſta.*

iſtius monumenta, plurima item donationum præcepta à ſingulis impe- E
ratoribus, regibus, principibus, ducibúſque collata monaſterio, incen-
dio cuncta conflagrarunt. Intérque, præcepta etiam quę de caſa Gentia-
na facta fuerant, pariter incenſa ſunt. Namque temporibus Ioannis Ab-
batis, qui tertius ab hoc Ragemprando fuit, cum die quadã coram ipſo
venerabili patre orta fuiſſet inter fratres diſceptatio, à quibus principibus
caſa Gentiana conceſſa fuiſſet monaſterio: Maio preſbyter atque Gram-
maticus, homo ſenex & veraciſſimus, hoc inde ſe noſſe certus affirma-
bat. Aiebat namque pręfato domno Abbati. Quemadmodum legi in lit-
teris donationum, quę hic fuerunt in ſcrinio domni Angelarij Abbatis,
in primis Giſulfus Dux conceſſit domno Petronaci Abbati in monaſte-
rio Sancti Benedicti territorium Gentianæ. Poſtmodum verò Arichis F
princeps conceſſit Theodemario Abbati partes maiores ibidem in Gen-
tiana. Demum Grimoaldus illius filius, per pręceptum donationis dedit
ſancto Benedicto omnia dominicalia ſua, cum ſeruis & ancillis in eodem
loco caſæ Gentianæ, & cellam ſancti Agapiti, & alia plurima quæ modò
non recolo. In eiſdem item præceptis continebatur donatio ipſorũ prin-
cipum de portu Traiecti, & de portu Vulturnenſi, ac de piſcaria Leſinẽſi.
Hæc, inquit, legi ego omnia: & in aliis membranis, ex iuſſione domni
Angelgarij ego renouaui. De ſupradicto itaque incendio Teanenſis mo-
naſterij quicquid à fratribus de theſauro Eccleſiæ potuit quomodolibet
eripi, in Epiſcopio eiuſdem ciuitatis repoſitum eſt. Vnde poſtmodum
haud exigua ipſius theſauri pars in Eccleſia ipſa remanſit. G

Quomodo Beneuentus à Græcis capta ſit. CAP. LII.

HIs temporibus Symbaticius patritius Conſtantinopoli profectus
891. obſedit Beneuentum menſes fermè tres, cepítque illam xv. Calẽd.
Nouembris, anno Domini DCCCXCI. expletis à Zottonis primo Bene-
uenti Duce annis CCCXXX. Quo toto tempore Longobardorum Duces
ac principes eandem vrbem tenuerant. Hic Symbaticius cum eſſet impe-
ratoris protoſpatarius, & στρατηγὸς, id eſt Dux Macedoniæ, Thracię, Ce-
phaloniæ atque Longobardiæ, ἐντάλμα, id eſt, mandatum fecit prędi-
cto Abbati de monaſterio S. Sophiæ de Beneuento, & S. Mariæ de Cin-
gla, & ſanctæ Mariæ de Plumbariola, terribiliter ex imperatoris parte
præcipiens ne quis in cauſis, ac poſſeſſionibus dictorum Cœnobiorum H
Caſinenſi monaſterio ſubiectorum, vllam aliquo modo iniuriam ſeu vio-
lentiam inferre præſumeret. Si quis autem iſta præuaricatus eſſet: impera-
toris iram incurſurum ſe non ignoraret. Poſt Symbaticium, Beneuento
præfuit Georgius patritius. Qui cùm præfuiſſet in ea tribus annis & mẽſ.
nouem, aduenìens Guido Dux & Marchio pulſis inde Græcis, duos fer-
mè ibi annos reſedit. Poſt hunc Radelchis annis duobus. Deinde me-
moratus Athenulfus ex Capuano Gaſtaldeo, iam Comes cum filio Lan-
dulfo, ac cæteri deinceps per generationes ſuas, in ea principati ſunt an-
nis ferè clxxvii.

De

A *De pugna noſtrorum cum Saracenis ad Gariolanum.*

Capvt LIII.

INterea præfatus Atenulfus vnà cum Gregorio Neapolitano, & Amalfitanis non paruo exercitu coacto, Garilianum contra Saracenos, profectus eſt: conſtructóque ex nauibus pōte iuxta Traiectum in loco qui Setra dicitur, tranſiēs oppugnabat eos. Sed dum nocte quadam, minus cautè ſuas cuſtodias agerent, Saraceni & Caietani repentè illos adorſi plurimos cædūt ex eis: reliquos ad pontem vſque inſequūtur. Ibi noſtris fortiter dimicantibus, Saraceni terga vertentes ſuis ſe caſtris receperūnt. Obiit
B memoratus Abbas viii. idus Nouembris.

De ſtudio Leonis Abbatis ad inſtaurandum hunc locum.

Capvt LIIII.

LEo xxii. Abbas apud Teanum præfuit annis xv. menſibus vii. tēporibus Leonis imperatoris, & Chriſtofori Papæ, qui eiectus de Papatu, monachus effectus eſt: Sergiíque tertij, à quo idem Abbas priuilegium de more ſuſcepit. Aquiſiuit autem & ab Atenulfo memorato principe, præceptum confirmationis omnium conceſſionum, ac poſſeſſionum huius monaſterij: ob id vel maxime, quod & prius hic à Saracenis in-
C cenſa, & poſt apud Teanum huiuſce monumenta ab igne fortuitò conſumpta eſſent. Huius interuentu conceſſus eſt ab eodem principe mons ſancti Eleutherij, monaſterium ſanctæ Mariæ de Cingla, pro paſcuis animalium ipſius loci, & pro cædendis lignis in vſus varios: fluuius etiam qui Ete dicitur ab ipſo ortu ſuo, vſque ad Vulturnum flumē: ad deinceps Vulturnus ipſe, vſque ad pedes dicti montis ſancti Eleutherij, ſicut ad ius palatij ſui pertinebat: vt eſſent ipſæ aquæ in vſus monaſterij. Quinto autem ordinationis ſuæ anno reædificare hoc monaſterium cœpit: quod annis xxvii. fuerat omnino deſolatum. Huic Guaimarius Salernitanus princeps per præceptum dedit curtem vnam magnam, in loco qui dicitur rota: cum domibus, ſyluis, arboribus, vineis, ſeruis, & ancillis omnibus ad eandem curtem pertinentibus. Conceſſit item hic ipſe Gurimarius huic
D monaſterio mediam curtem in finibus Sarni, loco qui Lenciaria dicitur. Cuius aliam medietatem Agenardus iam obtulerat beato Benedicto, cū omnibus ad eandem curtem pertinentibus. Hic fecit libellum Adelario Romano ciui de eccleſia ſancti Benedicti, quæ ibidem nobis antiquitus fuit: ea cōditione, vt quoties Abbas, vel monachi noſtris Romam pergerēt alicuius neceſſitatis gratia, eos in eadē eccleſia cum honore ſuſciperet, atque retineret quandiu neceſſario ibi remorari oporteret: & annis ſingulis, cenſus nomine, denarios lx. monaſterio mitteret. Obiit hic Abbas xvi. Cal. Septemb. Ambo verò Abbates prædicti Ragemprandus ſcilicet, ac Leo, in ipſo Teanenſi Cœnobio mortui, ac ſepulti ſunt.

Quomodo Saraceni de Gariolano exterminati ſint. E

Capvt LV.

PEr idem tempus, cùm animaduerteret præfatus princeps abſq; ſummis viribus Saracenos Gariolano pelli non poſſe: Landulfum filium ſuum Conſtantinopolim ad Leonem imperatorem direxit: nuntiás quæ per tot annos ab Agarenis mala paſſi eſſent: oránſque, ac ſupplicans, vt afflictę patriæ opem ferre quamprimum dignaretur, exercitúmq; ad eliminandos ex illis ſedibus impios mitteret. Imperator adoleſcentem nobilem honorificè ſuſcipit, facturum ſe omnia maturè promittẽs. Cum interim prædicto Atenulfo defuncto apud Capuam Landulfus impetrata ab Auguſto licentia, reuertitur: atque à fratre Atenulfo cum honore ſuſcipitur. Imperator autem ſponſionis ſuæ non immemor, Nicolaum patritium, cui Picygli cognomen erat, continenter aſciſcens, magna Græcorũ multitudine ſtipatum huc dirigit: eíque vt Saracenos præcipuè Gariolani commorantes, funditus delere ſatageret imperauit. Veniens igitur Patritius valida manu, & ſingulari prudentia fretus, eos primò quos familiares ſibi barbari fecerant, Gregorium ſcilicet Neapolitanum, & ducem Caietæ Ioannẽ patriciatus illis honorem ab Auguſto deferens, ab eis dirimere ſtuduit. Inde coniunctus prædictis fratribus, Landulfo, & Atenulfo principibus Capuanis, adiuncto item Gaimario principe Salernitano Apulis quoque, & Calabris omnibus, tranſmarino exercitui additis, iuxta Gariolanum contra Saracenos ex vno latere caſtrametatus eſt. Hoc agnito Papa Ioannes x. qui ex Epiſcopatu Rauennate, triennio ante Romanam inuaſerat ſedem, vnà cum Alberico Marchione magnis militum copiis vallatus adueniens, ex alia parte conſedit. Eóſque tribus menſibus totis obſidentes, ad extremam deſperationem perduxerunt. Cumque iã fame nimia barbari penè deficerent, nullúmque aditum noſtros euadendi reperire poſſent, mortémque ipſam iam præ oculis cernerent: conſilio tandem ipſorũ ducum Ioannis & Gregorij, incenſis omnibus factóque vnanimiter impetu fugiunt, montes, ac ſyluas proximas petentes. Eos noſtri e ueſtigio inſecuti vix paucis euadentibus, omnes interemerunt. Atque hoc modo, auxilio & miſericordia Dei, Saraceni ex his partibus eliminati ſunt Anno Dominicæ incarnationis DCCCCXV. Inditione III. menſe Auguſto.

Agareni & Saraceni, iidem.

915.

De ordinatione Ioannis Abbatis, & quomodo Capuæ monaſterium fecerit.

Capvt LVI.

IOannes Abbas XXIII. à beato Benedicto præfuit annis decem & nouem, menſibus VII. Hic nobilium Capuanorum ortus familia tempore quo Abbas Leo deceſſit Archidiaconi officio in Capuana Eccleſia fungebatur, religioſis valde, & honeſtis moribus præditus. Sed cum aliquamdiu

A quamdiu congregatio monachorum quæ Teani conſiſtebat paſtore deſtituta eſſet: nec inter illos inueniretur, qui tanto regimini eſſet idoneus: Landulfus, & Atenulfus Capuani principes, conſilio inito, præfatum diaconum conueniunt: eumque precibus ac monitis, vt id prælationis onus aſſumat inducunt. Quibus annuens, monachus protinus factus eſt: nec multo poſt à fratribus vniuerſis iuxta morem electus, à prædicto Papa Ioanne honorificè conſecratus eſt. Factus igitur Abbas, monere fratres cœpit, vt relicta Teano, Capuam habitaturi ſecum pergerent: quod ea ciuitas omnium eſſet primaria, & in ipſa patriæ principes habitarẽt. Qui eius obſequẽtes monitis Capuam ſimiliter omnes profecti ſunt ibi moraturi. Verum in eadem vrbe monaſterium necdum erat ædificatum: ſed in eo B loco, vbi nunc conſtructum eſt, iuxta portam ſancti Angeli perparua erat eccleſia: iuxta quam, parua itidem viliſque domumcula inerat, vbi tres, vel quattuor fratres vetuli morabantur. Hunc locum Maio Abbas ſancti Vincentij, illius nepos, ſub quo monaſterium deſtructum eſt, olim à principibus acquiſierat: & eam quam diximus eccleſiolam, ibi domumculámque conſtruxerat. Sed cum poſt illum Gondelpertus Abbas factus eſſet, locutus cum dicto Abbate Ioanne permiſſione principum commutauit cum eo locum ipſum: recipiens pro eo alium paris ambitus, vbi prius idem Ioannes Abbas monaſterium ædificare ſtatuerat. Ac poſtmodum Godelpertus ipſe principes adiens memoratos, locum alium ab eis impetrauit iuxta ipſam ciuitatem ſupra Vulturnum fluuium: ibíque conſtruere monaſterium cœpit in honorem ſancti Vincentij, ac monachos qui C per diuerſa fuerant diſperſi congregare, & res atque poſſeſſiones ipſius monaſterij iádudum perditas recuperare. At Ioannes noſter propinquis amicíſque iuuantibus, in eo quo diximus loco monaſterium in honorem beati patris Benedicti à fundamentis cœpit extruere: & intra breue tempus, magnam, pulchrámque eccleſiam, officináſque ad vſus varios congruas decenter expleuit: ibíque pluſquam quinquaginta monachos ſub regulari inſtitutione victuros congregauit. Cuius etiam ſtudio, & cura, Chriſti cooperante gratia, factum eſt: vt monaſterium ipſum ita erectum variis quoque opibus continuo ditaretur. Fecit ipſe ibi inter cætera, codicem miſſalem cum tabulis argenteis deauratis, & gemmis. Euangelium item ſimili ornauit opere. Altarium verò per girum vndique argento ve-D ſtiuit. Crucem etiam pulcherrimam cum gemmis, ac ſmaltis ad præcedẽdum fecit. Ceroferaria argentea duo. Vrceolum quoque cũ aqua & manili ſuo ſimiliter argenteum. Vaſcula item ex aurichalco ad vſus varios, ſexcentas libras appendentia. Codices multos eccleſiaſticos ad totius anni vſum. Planetas, pluuialia, albas, dalmaticas, omnémque ſacram & familiarẽ ſuppellectilem ſufficientiſſimè præparauit. Hoc tempore ſignum ſatis mirabile in ipſo monaſterio contigit. Namque altare maius ipſius eccleſiæ, ab hora diei tertia vſque ad noctem ferè mediam tantum aquæ guttatim inſtar ſudoris effundit: vt indumenta omnia ipſius altaris madefierent.

De ſtudio eiuſdem Abbatis ad hoc monaſterium. E

Capvt. LVII.

Apud Caſinum verò poſt inſtaurationem maioris eccleſiæ, cum ornamenta aliquot eccleſiaſtica Abbas ipſe feciſſet: Altare quoque maius, vbi ſancti patris Benedicti corpus côditum eſt, candidiſſimis marmoreis tabulis induit. A memoratis item principibus Landulfo & Atenulfo præceptum confirmationis accepit. Aliud item de curte Petræ mellariæ cum omnibus omnino pertinentiis ſui. Ipſam verò curtem, iam dicti principes, commutationis vice, dederunt. Namque curtem de pantano propè Beneuentum à nobis acceptam obtulerant in ſancta Sophia: F quæ ſcilicet huic monaſterio ſubiecta erat. Hic fecit libellum Adelberto de caſtello Rainerij filio, de curtibus quibuſdam huius monaſterij in comitatu Mutinenſi, fundo qui perſiceta dicitur ad octingenta iugera reddentibus annis ſingulis cenſum. v i i. ſolidorum. Alium etiã libellum fecit eidem Adelperto, de quibuſdam huius loci poſſeſſionibus, in fundo Adili. Idem verò Adelpertus obtulit poſtea per ſcriptum huic monaſterio quaſdã alias curtes ſuas: quas in eodẽ Adili fundo iuris ſui habebat. Obiit pridie Cal. April. & apud Capuanum monaſterium decenter eſt conditus. His diebus pulſo à Romanis Ioanne prædicto, qui Apoſtolicam inuaſerat ſedem, Leo ſextus ordinatus eſt Pontifex.

G

De aduentu Vngarorum in Capuam: & de vario euentu belli.

Cap. LVIII.

Adelpertus x x i i i i. Abbas, ſexto poſt depoſitionem ſui prædeceſ-
934. ſoris die, à fratribus ordinatus, anno Domini d c c c c x x x i i i i. præfuit annis i x. ibique apud Capuam moratus & defunctus eſt. Fuit autem temporibus Stephani Papæ v i i. & Ioannes x i. qui filius fuit Sergij Papæ. Quarto autem Abbatis huius anno, inditione x. venientes innumerabiles Vngari omnia circa Capuã prædati ſunt. Eadẽ verò, & Beneuenti fecerunt, Sernũ vſque ac Nolam diſcurrẽtes & deuaſtãtes omnia: peragrãteſque Liburiam iterũ Capuã reuerſi diebus x i i. in campo Galliano commorati ſunt. Quo ſcilicet tẽpore, multos ex hominibus noſtris captiuos H duxerũt, in quibus redimendis ea expendimus quæ infra notantur. Coronam argenteã magnã cũ cathenis argẽteis, Pocula argẽtea i i i i. thuribulũ argenteũ inauratum, coclearia argentea tria pondus libræ, Taranos x x. Planetam diarodinam byzantiorum x x. Planetam aliam cum liſtis argẽteis byzant. x v i. Planetam aliam cum Leonibus, Vrnas de pallio longitudine paſſuum i i i i. Latitudine palmorum trium, Pannum altaris diarodinum byzant. x v i. Tapetia optima x v i. pro byzant. l x v i i. Panum ad maſurum pro byzantiis v i i i. hoſtiales tres pro byzantiis x i i i. Aſtaneas duas pro byzantiis octo. Puluinaria ſerica tria pro byzantiis x. Ea inde victoria

Vaſa & ornamẽta in redemptionẽ captiuorum expenſa.

A ctoria elati onuſti præda Marſorum fines ingreſſi ſunt: & eadem facere cœperunt incendentes, ac depopulantes omnia. Nutu igitur Dei, Marſi, ac Peligni in vnum conuenientes in eos diſpoſitis inſidiis irruunt: & omnibus ferè trucidatis ingentem prædam retulerunt. Quicũque autem ex eis euaſére, Marſorum gladios fuga dilapſi: ad ſuos ſe receperunt.

De oblationibus conſulis & ducis Neapolitani, & aliorum.

CAP. LIX.

HVic Abbati Ioannes Neapoleos conſul & dux præcepto ſuo confirmauit eccleſiam ſanctæ Cæciliæ intra Neapolim ſitam in platea B quæ dicitur Palmarum, olim ad monaſterium noſtrum pertinentem: cum omnibus omnino iuribus eius. Cellum quoque ſancti Seueri in Surrento, cum omni pariter ſubſtantia & pertinentia ipſius: Cellam inſuper noſtram de Gentiana cum gualdo terris & ſyluis, & omnibus omnino in ipſo territorio ad nos pertinentibus: & vt in tota ciuitate Neapoli, nullum omnino vectigal monachi aliquando perſoluerent iuſſit. Eodem tempore Agelmundus quidam nobilis de vicalbo obtulit huic monaſterio curtem ſuam, quæ dicitur de pranduli, cum omnibus pertinentiis eius. Aliam item curtem in patenara, cum vineis, pratis & omnibus pertinentiis ſuis. Omnia item quæ ſibi iure hæreditario competebant in ciuitate Sorana, & in caſtro quod dicitur Sclaui. Sub hoc Abbate, Ioannes præpo- C ſitus ſancti Liberatoris fecit libellũ de rebus huius monaſterij apud Marchiã in manuplello & olіueto & turri, & in aliis variis locis: pro quibus accepit ſolidos ducẽtos, & terram c. modiorum in villa Gauleiani. Garipertus quoque præpoſitus diuerſarum per Marchiam cellarum ab hoc Abbate ordinatus, fecit itidem libellum de quibuſdam iuris noſtri caſis in larmo. Hic ipſe Abbas libellum fecit Grimoaldo Camerinenſi de rebus omnibus monaſterij, quæ ſunt in pertinentia termilenſi intra bifernum, & aſinaricum fluuios, & villam Guilliolíſi, & mare: accipiens tunc pro precio ſolidos centum: pro cenſu autem annuos ſolidos octo.

Iudicium Papæ Marini de monaſterio ſancti Angeli ad formas.

D

CAPVT LX.

BAldoinus Abbas genere Francus x x v. à beato Benedicto, Fuit temporibus dictorum principum Landulfi, & Athenulfi. Hic priuilegium ſumpſit à domno Maximo Papa ſecundo, de conſuetudine huius monaſterij. His temporibus Sico Epiſcopus Capuanus contra inſtituta diuina & humana agens, Eccleſiam ſancti Angeli quæ tunc ad arcum Dianæ dicebatur, quia illic Dianæ fuerat templum, nunc autem dicitur ad formam, quam prędeceſſor ſuus monacho noſtro, vt ibi monaſterium

conſtrueret dudum conceſſerat, violenter eripiens, cuidam diacono ſuo in beneficium dedit. Quod cùm eidem ſancto viro Papæ ab ipſo monacho fuiſſet indicatum: mox Apoſtolicæ auctoritatis litteras eidē Epiſcopo ſcripſit: acriter in illum inuehens, ignorantiam canonum, literarum inſcitiam, familiaritatem ſecularium, temerariámque tranſgreſſionem illi exprobrans: mandánſque vt eandem eccleſiam monacho ſine dilatione reſtituat: vt in ea monaſterium (ſicuti ab anteceſſore ſuo illi, ſub anathematis obligatione, conſtitutum fuerat) conſtruere poſſet. Quod ſcilicet monaſterium tam ab ipſius Epiſcopi, quam ab omnium ſucceſſorum ſuorum inquietudine ac moleſtia liberum extunc ſub cuſtodia, & poteſtate ſancti Benedicti monaſterij, quod tunc Capuæ erat, perpetuò eſſe conſtituit. Diaconum verò illum cui eccleſiam eandem epiſcopus ipſe conceſſerat, præterquam in officio altaris ab omni ipſius Epiſcopi conſortio alienum eſſe mandauit: quibus in rebus niſi obtemperaret, ſacerdotali ſe honore priuatum, & excommunicationis nodis aſtrictum ſciret. Hugonis quoque, & Lotharij regum, de omnibus monaſterj poſſeſſionibus ad hunc Abbatem præceptum confirmationis habetur. Qui etiam reges eo tempore præceptum proprium monaſterio ſancti Angeli de Barregio faciētes, atque ab Agarenis deſolatum in priſtinū ſtatum reuocare cupientes, omnia quæ priores reges eidem regia donatione contulerant firmauerunt. His temporibus cum eccleſia Cinglenſis à Saracenis incenſa fuiſſet, Ioānes eius cellæ præpoſitus quicquid ſuppellectilis vel theſauri quomodolibet ſubripere potuit aſſumens, de Abbatis conſenſu Capuam pergit: ibíque monaſterium conſtruere cœpit. Quo tempore venerabilis Papa Martinus, eandem eccleſiam ſanctæ Mariæ de Capua cum omnibus iuribus ſuis Caſinenſi Cœnobio per priuilegium ex integro confirmauit. Quod itidem confirmauerunt Ioannes XV. Benedictus VIII. Benedictus IX. Leo, ac Stephanus nonus, Abbatibus noſtris Baldouino, Aldigerio, Manſoni, Athenulfo, Theobaldo, ac Friderico.

Quomodo Baldoinus Abbas monaſterium S. Sophiæ bis recepit.

Capvt LXI.

PEr idem tempus monaſterium ſanctę Sophiæ de Beneuēto cum principum vi per annos aliquos fuiſſet Cœnobio noſtro ſubſtractum: hic idem Abbas oſtenſis Romanorum Pont. regúmque præceptis, qui prædictū monaſterium huic loco firmauerant, recuperatum iterū ſub noſtri monaſterij ditione redegit. Poſt hæc à memorato pontifice Romam euocatus, quoniam illi vir magnæ prudentiæ, multúmque potens viſus eſt, monaſterium ſancti Pauli ei Martinus ipſe Papa commiſit. Rurſus autem ſanctæ Sophiæ monaſterium à principibus peruaſum, monaſterióque ſubductum eſt. Sub his fermè diebus, cum defuncto Martino, Agapitus ei in ſede Apoſtolica ſucceſſiſſet, Abbáſque inde coram illo quæſtus

A quæſtus eſſet: ſcripſit idem Apoſtolicus principibus dictis, acriter arguẽs cur talia tentare præſumerent: monénſque, vt ipſum monaſteriũ præfato Abbati ſine mora vlla reſtituerent. Quod ſi ſecus facerent, ſcirent ſe anathematis mucrone feriendos. Huius imperio Athenulfus protinus paruit, ipſúmque monaſterium Abbati noſtro reſtituit: ac præcepto ſuo, quemadmodum à domino Arichis primo hic fuerat oblatum, cum omnibus quæ ibi poſtmodum à ſingulis principibus conceſſa ſunt, huic cœnobio in perpetuum confirmauit. Eo etiam tempore octo familias liberorum hominum in cella ſancti Benedicti de Caudis, eodem Abbate rogante conceſſit. Aliud item præceptum illi de totius monaſterii pertinentiis fecit.

B *Item iudicium Papæ Agapiti de monaſterio Capuano, & de Sancto Stephano.*

Capvt LXII.

His etiam diebus cum monaſterium quoque noſtrũ, quod erat Capuæ ſub ditione ſua, cupiditatis ſeu lucri gratia principes memorati redegiſſent: & per hanc occaſionem fratres ibi morantes omnino ſeculariter viuerent: comperto hoc memoratus pontifex, conquerente Abbate noſtro, ſcripſit continuò præfatis principibus Apoſtolicę auctoritatis acres nimum litteras, illorum nequitiam vehementer increpans, C quod tantum ſceleris perpetrare auſi eſſent: pręcipiénſque vt nullam vlterius dominationem in eodem monaſterio exercere pręſumerent: Omnes autem monachi ad ſuum Caſinenſe Cœnobium, relictis ibi duobus tantum aut tribus ſenibus fratribus: cum omnibus monaſterii rebus protinus redirent, ibidem ſub Abbate proprio regulariter domino ſeruituri. Sin autem vel principes vel monachi ſecus agerent, ſeu quiſpiam ex eius monaſterij rebus aliquid inuadere auderet: niſi reſipiſcerent auctoritate Apoſtolica, communione priuandos. Aliud quoque priuilegium ab ipſo ſancto Pontifice, memoratus Abbas accepit ne monaſterio ſancti Stephani iuxta Terracinam: quod beatus Benedictus (vt in vita eius * legitur) per viſum apparens: mirabiliter conſtrui iuſſerat: & loca ſingula vbi quid ædificandum eſſet: ſubtiliter deſignauerat. † D. Greg. lib. 2. Dialog. cap. 22.
D

De ſtudio Abbatis Maielpoti: & de ordinatione Aligerni Abbatis.

Capvt. LXIII.

Maielpotus Abbas XXVI. præfuit annis VI. temporibus Nicephori imperatoris. Hic ex præpoſito monaſterij huius Abbas effectus, accepit à memorato Landulfo principe præceptum de omnibus generaliter rebus ac poſſeſſionibus huius monaſterij: necnon & de terris, ac fundis in Liburia, in loco qui ad Treſone dicitur, tam noſtro mona-

Vv

ſterio quam palatio ipſius in loco ipſo competentibus. Aliud etiam præceptũ fecit prædictus princeps eidẽ Abbati, ſpecialiter de aqua Saonis fluuij, & cæterarũ aquarũ, cum ripis & limitibus ſuis: & de fœminis liberis quæ eſſent monaſterij ſeruis copulatæ, ac de pertinẽtia totius monaſterij. Sub hoc Abbate Leo quidã ciuitatis Larinẽſis præſbyter, qui poſtea Epiſcopus fuit, obtulit huic monaſterio eccleſiam beati Benedicti, quæ ſita eſt intra eandem ciuitatem, cum omnibus rebus & iuribus ſuis: quam etiam poſtmodum tempore Aligerij Abbatis prædictus Landolfus princeps huic monaſterio ſuo præcepto firmauit. Similiter & Ioannes quidam monachus natione Capuanus obtulit huic monaſterio eccleſiam ſancti Viti: quæ eſt in monte ſanctæ Agathæ ſupra Capuam: cum ipſa aqua, & molendinis, & cum omnibus omnino ipſius eccleſiæ iuribus, vniuerſiſque mobilibus, & immobilibus ſuis. Hic fecit libellum cuidam Aregiſi Teanenſi de eccleſia ſancti Adiutoris in Aliſe: cum omnibus pertinentiis eius, & cum ſylua quæ dicitur Catuliſca, aliiſque nonnullis poſſeſſionibus quas in eiuſdem ciuitatis territorio iuris noſtri habebamus: Acceptis ab eo præter annuum cenſum bizantiis IIII. Cuidam etiam Vrſo libellum fecit in annos XV. de omnibus aquis & piſcariis ſeu terris, de tota pertinentia Leſinẽſi: pro tribus bizantiis, & anguillis quadringentis bonis per ſingulos annos menſe Nouembrio. Baſilius quoque protoſpatharius imperatoris, cum eſſet Salerni, adeuntibus illum monachis noſtris: chartulam reſtitutionis & confirmationis fecit, de omnibus monaſterij huius pertinentiis per totam Apuliam, quas eo tempore perditas habebamus: ſcilicet eccleſiam ſancti Benedicti de Leſina cum omnibus pertinentiis ſuis, & caſas aliquot intra eandem ciuitatem, piſcariam de lauri, & aliam itidem piſcariam. In Aſculo caſam cum ſolariis, & curtes, & puteos. Ad Meleſſanam curtes, & puteos. Ad ſanctum Ioannẽ in Ruliana curtes. Ad ſanctam Decorentium curtes. In Canuſio vetere eccleſiam ſancti Benedicti, & molendinum, & curtes. In Mineriuo ſpeluncam, eccleſiam ſancti Saluatoris, & terras. In Mandre vineas & oliuas. In riuo qui de monacho dicitur, curtem. Hæc omnia præfatus Baſilius reſtitui fecit fratribus noſtris, confirmans eadem per chartam proprio ſigillo munitam. Poſt ipſius Abbatis tranſitum, cum conueniſſent in capitulo monaſterii Capuani, domnus Adelbertus egregius præſul eccleſiæ Capuanæ & dominus Ardericus epiſcopus, Leo quoque venerabilis Abbas ſancti martyris Chriſti Vincentii, & nobiliſſimi ipſius ciuitatis iudices Arechis, & Sadelfrid, & Athenulfus gaſtaldeus VIII. Cal. Nouemb. omnibus vnanimiter annuentibus, atque laudantibus, electus eſt ab vniuerſis fratribus cum maximo gaudio, atque lætitia in Abbatem domnus Aligernus præpoſitus tunc noſtri monaſterii, vir venerabilis, & valde honeſtus, diuináque & ſeculari prudentia præditus.

Quomodo

A *Quomodo Italiæ regnum à Francis ad Teutonicos ſit tranſlatum.*

Cap. LXIIII.

HOc loco quomodo Italiæ regnum à Francis ad Teutonicos tranſlatum ſit, ocioſum non erit paucis exprimere. Poſt mortem Ludouici Lotharij filij (de quo ſuperius plura iam diximus) qui videlicet cum fratribus Lothario atque Carutto, diuiſo regno, Italiam per tempus aliquod fœlici ſorte poſſederat: inuaſit Italiæ regnum Berengarius Foroiulenſis, Berardi Marchionis filius. Verùm in ipſo regni initio, à Guidone Guidonis comitis filio duobus prœliis ſuperatus aufugit. Eo tempore, B defuncto memorato Agapito Papa II. Ioannes XI. natione Romanus Alberici Romanorum conſulis filius, illi in pontificatu ſucceſſit. Guido autem cùm annos fermè ſex regnum obtinuiſſet: cruoris vomitu extinctus Lamberto filio tradidit regnum. Quo poſt anno item ſex vita functo, Ludouicus Boſonis regis prouinciæ filius regnauit annis tribus. Aduerſus hunc Rodulfus regis Burgundiæ filius in Italiam venit. Poſt hæc Ioannes Papa magnatibus Italiæ iunctus, Rodulfum expulit: mitténſque accerſiuit Hugonem Aquitaniæ ducem, qui tunc ſumma prudentia, ac virtute pollebat. Qui protinus vnctus in regem: vnà cum Lothario filio ſtrenuè atque viriliter Italiæ regnum aliquot poſſedit annis. Cum hoc Hugone in Italiam venit Azzo comes, Berardi illius auunculus, C qui Franciſcus cognominatus eſt, ipſius regis propinquus: à quo Marſorum comites creati ſunt. Non multo poſt præfatus Hugo coronato filio, & nobiliſſima illi coniuge Adelaide, ex Tuſciæ proceribus iuncta, cum ab eo vtpote ſenex, negligi & ingratè affligi cœpiſſet: relicto illi regno, ipſe cum omni theſauro ſuo cúctíſque opibus in Burgundiam properans, monaſterium illic permagnificum conſtruxit ſumptibus propriis, quod ſub titulo ſancti Petri appellari voluit: ibíque omnibus traditis ipſe monachus effectus eſt. Demum Lotharius poſt annos fermè quatuor, in phreneſim ſubitam incidens, diem clauſit extremum: ipſeque deinceps in Italiam regnandi Francorum regibus terminum dedit. Eo defuncto vxor eius Adelais ad Athonem propinquum ſuum ſeſe in Canuſam arcem munitiſſimam contulit. Interea Berengarius prædictus D cum filio Alberto, ſtrenuo valde viro, denuo regnum inuadere geſtiens, atque ideo reginam ipſam omnimodis capere cupiens arcem prædictam fermè triennio obſedit. Atho interim habito cum regina conſilio, nuntium ad Ottonem Saxoniæ ducem, Vngarorum tunc victoria inclytum mittit: qui ei quæ circa ſe gerantur omnia referat: orétque vt Italiam continuò petere, eóſque de Berengarij obſidione liberare, reginamque ipſam coniugem ſimul cum regno maturaret accipere. Prædicta arx iam ferè ad deditionem hoſtium cogebatur: cùm ecce diſponente Deo miſſus à regina nuntius rediit: & quia ob diligentiſſimam obſidionem nullus ſibi in arcem patebat ingreſſus litteras &

A

INCIPIT LIBER SECVNDVS HISTORIÆ CASINENSIS MONASTERII FOELICITER.

De ordinatione, & ſtudio Aligerni Abbatis.

CAPVT PRIMVM.

B

ALIGERNVS Abbas ſeptimo ac xx. loco à beato Benedicto in hoc monaſterio fœliciter ordinatus, præfuit annis XXXVII. Fuit autem temporibus primi & magni Othonis imperatoris (de quo ſupra diximus) & filij eius Othonis ſecundi, principum verò Capuanorum Landulfi, & eius filij Pandulfi, cui cognomen caput ferreum fuit: & fratribus eius Landulfi, & filij item Landulfi, Romanorum quoque Pontificum à Ioanne XII. vſque ad Ioannem xv. A quibus ferè omnibus, diuerſis temporibus nihil negligẽs, priuilegia, & præcepta præcepit. Inter quæ Ioannes xv. ad honorẽ & reuerẽtiam huius loci, hoc vltra cæteros in ſuo priuilegio auctoritate Apoſtolica addidit: nulli epiſcopo licere ab vllo ex populis monaſterio ſubiectis, vel à quibuſlibet vbique terrarũ ad ſe pertinentibus eccleſiis, decimas virorum, ſeu oblationes defunctorum quamlibet occaſione percipere. Hic itaque Neapolitanus genere, in monaſterio ſancti Pauli prope Romã, ſub prædicto Abbate Baldoino monachus factus, poſtmodum huc ab eodẽ Abbate tranſlatus: ac poſt tranſitũ Maielpoti (vt ſupradictum eſt) de præpoſito monaſterij, Abbas effectus eſt. Is cœpta olim Leonis, ac Ioannis huius monaſterij Abbatũ proſecutus eſt: cœpítque inſtaurare monaſteriũ, quod nimirum à tempore Abbatis Berthárij quo fuerat à Saracenis incẽſum ſexaginta circiter & ſeptem annos neglectum, atque deſtitutũ pœnitus fuerat. Iã tamẽ ante ſub Baldoino Abbate, monachi noſtri qui eatenus Teani primò, poſtmodum Capuæ commorati fuerant præcepto Agapiti Papæ ſecundi ex parte aliqua redierant: ſicuti iam ſupra relatum eſt. Non ſolum autem monaſterium, ſed & cuncta in circuitu planicies ita tunc erat Saracenorũ infeſtatione deſolata: vt rarus immo ferè nullus inueniretur, qui ſeruis Dei ibi degẽtibus, obſequij aliquid exhibere poſſet. Teanenſes præterea comites vſque ad colliculum monaſterio proximum, qui Torocclus dicitur, monaſterij cuncta occupando peruenerant. Aquinenſes itidem, quibus Adenulfus cognomento Megalij præerat, ab ipſo ferè Caſino (qui non integris duobus milibus paſſuum à ciuitate ſancti Germani abeſt) totam eam regionem cum omnibus monaſterii

C

D

iuribus retinebant. Cœpit igitur prudens Abbas monaſterij poſſeſſiones quas dudum poſſiderat vbique terrarum, contiguas pręſertim quaſque & in vicinia poſitas ſolerter exquirere: & ab his qui bellicis eas tēporibus diripuerant oſtenſis præceptis donationum, & principum, imperatorúmque decretis eas tota intentione repetere. Sed cum ſe cerneret nullis precibus nullíſque rationibus latronum qui illas occupauerant animos vt eas reſtituerent inclinare poſſe: Capuano principi Landulfo ſuper hiſce conqueritur. Eo aduerſarij cognito, eius ſtudio ac diligentia vehementer offenſi, cum cernerent illius ſe conatibus obuiare non poſſe: de capiendo illo atque affligendo in dies cogitare cœperunt. Agebantur autem hęc omnia nutu, ac diſpoſitione Dei: qui eius iniuriis ac dehoneſtatione ad huius monaſterij vtebatur inſtaurationem. Cum igitur die quadam, in ædificāda arce quæ Ianula dicitur, & eccleſiæ beati Germani quæ ſupereminet operam daret, ſubito præfatus Adenulfus cum militibus plurimis venit: captumque per vim Abbatem, vt prędam maximam, Aquinū aſportauit. Ibi illum in ſpectaculo publico vrſino ſuperinduēs tergore, canes ei vndique (ſicuti reuera vrſo) ad circumlatrādum immiſit: & iniuris plurimis virum venerabilē homo nequiſſimus dehoneſtauit. His memoratus princeps auditis plurimū ſuper tanti viri tanto decore indignans, mandat protinus Adenulfo vt Capuam pergat: & ſe iudice, de iuſtitia, cum Abbate diſceptet, legis ſententiæ ſubiiciendum ſe ſciens. Ille verò proſpiciens iure ſe morte mulctandum rebellare diſponit: & de Aquinenſi ſatis munitione confidens, principem adire contempſit.

De vindicatione eius: & de renuntiis, & præceptis huic monaſterio factis.

CAPVT II.

Princeps ita & ſuam & Abbatis vlciſci iniuriam ſtatuens Aquinum venit: arcémque in quam ſe ſceleſtus ille receperat obſidione machiníſque circundedit. Videns igitur Adenulfus ſe nō poſſe principis manus effugere iniecto in collum fune per manus coniugis ad principis pedes ſe pertrahi iuſſit. Quem ita (vt erat) vinctum, princeps Abbati, cum ſuis omnibus dedit: vt de ipſo, & de illius rebus quicquid vellet efficeret. Adenulfus cernens ſe in ius captiui ſui poteſtatémque veniſſe: mox chartulam renunciationis omnium quas per nefas inuaſerat, monaſterij rerum promptè libentérque faciens, Abbatis manibus tradidit: ſicque cum ſuis omnibus ab eodem Abbate libertati reſtitutus eſt. Talíque occaſione res ſuas iam diu diſſipatas Benedictus pater recuperare cœpit. Namque non multo poſt, Teanenſes quoque comites diuinitus acti: ſimilia de his quæ retinebant renuntiationis ſcripta facientes, eidem Abbati tradiderunt. Nihil itaque moratus Abbas ipſe acceptúmque tempus minime negligendum ducens, à prædicto ſtatim Landulfo principe, Pandulfoque eius filio præceptum libertatis & confirmationis totius ex integro monaſterij petiit & accepit: ſecundum terminos ſuperius ſcriptos: quos

A Giſulfus Dux, Petronacis tempore: & poſtea Carolus Imperator, Theodemaro, imperiali præcepto firmauerat: & aliud prærerea præceptum ab eiſdem principibus ſpeciale de Caſtro ſancti Angeli, & de Turre ſancti Georgij, & de Caſtellis omnibus, ſiue turribus quæ in monaſterij poſſeſſionibus deinceps contingeret conſtrui, ſigillatim ſibi fieri poſtulauit. Aliud item de Gualdo Gentianæ, & aliud de tota Piſcaria Leſinenſi cum ipſa foſſa ſua, & cum eccleſia ſancti Focatis quæ ibi eſt & de quibuſdam domibus intra Leſinam. Poſtmodum verò interueniente prædicto Adenulfo à memorato Pandulfo, eiúſque filio Landulfo aliud rurſus præceptum accepit de vniuerſis finibus, ac pertinentiis monaſterij iſtius. Neque ſic tamen quotiens dabatur occaſio, quieſcere poterant veritatis aduerſarij: ſed modo Aquinenſes quidam, modo Teanenſes vel de Ponte Curuo, de monaſterii finibus contendebant. Verùm quotienſcúnque cum noſtris diſceptabant, totiens ſummis rationibus victi, quod fallaciter contendebant refutare veritate apparente cogebantur. Vnde etiam contingit, vt per hanc occaſionem plurima huiuſmodi cõflictuum monumenta ſeruentur apud nos. Eo quoque tempore, idem Abbas ad principes iam dictos accedens orauit, vt cellæ noſtræ Cinglenſi darent locum foris portas ſancti Angeli, ad monaſterium ancillarum Dei conſtruendum: quia monaſterium quod intus erat, anguſtum nimis & incongruum ibi degentibus ancillis Dei habebatur. Illi annuentes ſtatuerunt locum extra ciuitatis muros, vbi clauſtrum & monaſterium conſtrueretur: concedentes eidem quantum à muro ad flumen vſque traditur ſpatium. Per idem tempus Abbas ipſe à Mariano quoque Antypato, Imperiali patritio, & ſtratigos 1. Dux Calabriæ ac Longobardiæ ſigillum ſuſcepit: vt abſque alicuius contradictione ſeu impedimento liceret ſibi omnes monaſterii huius hæreditates poſſeſſionéſque perquirere ac recuperare, iuribus ſuis euidenter oſtenſis.

B (margin)

C (margin)

De reparatione monaſterij huius. CAP. III.

DEmum verò prudens Abbas è vicinis terris: quæ vaſtatæ non fuerant agricolis mox hinc inde euocatis, in poſſeſſiones illos monaſterii quotquot cultoribus indigebant, cum vniuerſis eorum familiis habitaturos induxit: placito libellari tam cum eis quos ibi inuenerat, quam D cum his quos ipſe conduxerat conſtituto: vt de tribus totius eiuſdẽ terræ redditibus, hoc eſt tritici hordei ac milii partem ſeptimã, de vino autem tertiam annualiter monaſterio darent: cætera in ſuos ſuorúmque vſus poſſiderent. Quod hodiéque ſolenniter, firmitérque ſeruatur. Hoc igitur modo huius monaſterii terra colonis hinc inde collectis magnã ex parte repleta atque diſpoſita: ad reparandas ſiue mutandas in melius officinas monaſterii, dudum ab eius prædeceſſoribus Leone ac Ioanne inchoatas, animum vertit. Eccleſiámque primitùs totam quam dictus Ioannes conſtruxerat nouis trabibus, cypreſſiníſque contignans, operuit tegulis. Parietes verò illius vndíque mirificè pinxit: pauimentum etiam ante altare

beati Benedicti multimoda lapidum varietate conſtrauit. Ipſum quoque altarium argenteis tabulis per girum decorauit. Anteriorem quoque faciem altaris S. Ioannis argenteam fecit. Fecit & crucem argenteam deauratam haud exiguam, textúmque Euangelij vndique argento inaurato contextum, auróque, & gemmis ornatum. Coronas argenteas treis. Calices quoque & thuribula, & varia ornamenta eccleſiaſtica, codicéſque plurimos ac varios. Eiuſdem item loci habitacula nonnulla reſtaurans (ac ſi alter Petronax) cœpit iuxta tenorem regulæ & priſcam monaſterij conſuetudinem cum fratribus viuere. Apud Capuanum verò monaſterium cum ornamenta eccleſiaſtica nonnulla & campanas & codices aliquot effeciſſet: titulum etiam ſuum in eccleſia ab occidentali parte decorum ſatis adauxit atque depinxit. E F

De præceptis imperatorum huic loco datis. CAP. IIII.

Præcepta vocat priuilegia.

PEr idem tempus, primus ac magnus Otho, tertio imperij ſui anno, interuentu coniugis ſuæ Adelaidis imperatricis, generale præceptũ huic monaſterio fecit: confirmans omnia quæ hactenus per diuerſa loca, hic fuerant contributa. Item poſt quatuor circiter annos Paulus Abbas S. Vincentij eum adiens, atque ex parte dicti noſtri Abbatis efflagitans aliud ab eo præceptum plenius de confirmatione totius monaſterij, ad priorum imperatorum inſtar obtinuit. Nec multo poſt per aliud præceptum, idem imperator Abbati noſtro monaſterium S. Angeli de Barregio cum omnibus cellis ſuis pertinentiíſque conceſſit. Quod videlicet monaſterium, eo tempore Albericus Marſorum Epiſcopus quoad viueret per ſcriptum ab eodem imperatore impetrauerat. Eidémque monaſterio S. Angeli, imperator de cõfirmatione omnium ipſius rerum priuilegium iam ante quinquennium fecerat. Secundus item Otho, cum præcepto generalis confirmationis totius monaſterij, prædictum quoque S. Angeli monaſterium eidem Abbati confirmauit. Albericus quoque memoratus Marſorum Epiſcopus in præſentia ipſius imperatoris, qui tunc apud Marſos in monte Cedico morabatur, chartulam renunciationis de ipſo Barregenſi monaſterio faciens, quietum de cætero ſub hoc monaſterio eſſe conſtituit: Cum idem Epiſcopus ante ſex annos ſponte ſua prædictum S. Angeli monaſterium per oblationis ſuæ chartulã beato Benedicto contuliſſet. De quo etiam monaſterio, cum poſt aliquot annos Guiniſius Marſorũ Epiſcopus, prædicti Alberici filius, quæſtionem mouere voluiſſet, quod quaſi Eccleſia inde præceptum imperatoris haberet: à monachis noſtris coram Marſis comitibus, cõuentus atque conuictus tacere compulſus eſt. Ac per hanc occaſionem tria imperatorum præcepta, quæ de eodem monaſterio pater eius acquiſierat, nobis reddita ſunt. Eo tempore, Benedicto Papa ſexto vita defuncto: Benedictus Papa VII. propinquus memorati Alberici Romanorũ conſulis, in Apoſtolicam ſedem eleuatur. G H

Quo

A *Quo tempore corpus Apoſtoli Bartholomæi Salernum venit.* Cap. V.

QVinto huius Abbatis anno, qui eſt à natiuitate Domini DCCCCLIIII. 954.
beatiſſimi Apoſtoli, & Euangeliſtæ Matthæi corpus, quod primò apud Æthiopiam, vbi & paſſus eſt: poſtmodum verò apud Brittaniam, per tempora multa quieuerat: eiuſdem S. Euangeliſtæ reuelatione repertum, atque Salernum tranſlatum eſt. Triennio poſt, duo Soles pariter in cœlo viſi ſunt: & per biduum menſe Iulio, mare dulce factum eſt à Neapoli, vſque Cumas.

De quorundam oblationibus, & commutationibus. Cap. VI.

B TVnc temporis Benedictus Papa (cuius ſupra meminimus) quaſdam curtes ſuas in comitatu Aprutij, eidem Abbati per priuilegium dedit. Per hos item dies, memoratus Pandulfus princeps, per præceptum ſuum conceſſit huic monaſterio totam ſubſtantiam Arechis filij Lamperti, quam habuerat Teani intus, ac foris: vnà cum eccleſia S. Silueſtri intra eandem vrbem constructa, cum omnibus omnino iuribus ſuis. Aliud item præceptum fecit ei, de aqua Saonis fluuij cum ripis ex vtraque parte poſitis. Huic principi memoratus Abbas quæſtus eſt Bernardum comitem Alifenſem incendia cuidam Caſtello monaſterij minari, & homines prædaturum ex eo, ac necaturum, aſſerentem. Eius ille quæſtibus motus ſignato præcepto, conſtituit, vt quiſquis ille eſſet ſub ſua ditione conſtitutus, qui vel parum moleſtiæ caſtro ipſi vel habitatoribus C eius inferre præſumeret: præter conſtitutam legibus pœnam, aureos bizantios mille perſolueret. Giſulfus item Salernitanus princeps Gaimarij maioris filius, vnà cum vxore Gemma, monaſterio per ſcriptum donauit quartam omnium partem: quæ Lamberthus Dux, & Marchio, in Marſicano territorio, & Balua, Furconem quoque, & Amiterno, & Marchia Firmiana, & Ducato Spoletino poſſederat: exceptis dumtaxat ſeruis, quos omnes libertate donauit. Quæ omnia ex auiæ Ittæ comitiſſæ legato, memorata gemma hæreditario iure poſſidebat. Borellus quoque Comes de petra abundanti, obtulit monaſterio per ſcriptum donationis monaſterium S. Euſtaſij, eiuſdem Caſtri finibus poſitum: in loco vbi ad arcum dicitur: cum adiecta terra modiorum mille ſexcentorum viginti trium.
D Præterea & Ioſeph presbyter ex ciuitate Latinenſi obtulit monaſterio eccleſiam S. Laurentij: quam ipſe conſtruxerat in fundo ſuo, iuxta eandem ciuitatem: cum omnibus pertinentiis ſuis. Nobiles etiam quidam Aquinenſes, Rodiperti Gaſtaldei filii, obtulerunt beato Benedicto ſua omnia in Aquinenſi territorio: loco qui publica vocatur, planitiem & montana plurima. Hildebrandus itidem Comes Soranus vnà cum fratribus obtulit beato Benedicto medietatem lacuum Taurini & Iuliani, cum omnibus quæ ad eaſdem medietates pertinebant. Eos autem locos ex integro, vnà cum riuo Carnellino, Pandulfus, & Landulfus principes, cum omnibus pertinentiis illorum monaſterio ſcripti ſui auctoritate firmarũt. Sed

&Rachis Gaſtaldeus Vicalbẽſis donauit beato Benedicto curtem ſuam, E
cum eccleſia S. Victorini propè locos prædictos vbi modo poſtea dicitur. Duos inſuper Gualdos in finibus Vicalbi, vnum in ſylua plana: alterum in Albeto monte, cum omnibus pertinentiis ipſorum. Per idem tempus homines Vicalbenſes à dicto Abbate collem acceperunt: vbi nunc eſt ciuitas S. Vrbani: qui dudum iuris noſtri erat, vt ibi caſtrum conderent, reddentes terræ plus duplo, quam acceperant. Reſeruauit autem ſibi Abbas ipſam eccleſiam S. Vrbani, cum iuribus ipſius: & cum tota curte intra ciuitatem. Commutauit hoc idem Abbas cum Armerado Marſicano quaſdam eccleſias, & arua monaſterij ibidem ſita: videlicet eccleſiá ſanctæ Mariæ in Montorone, Sancti Abundij, Sanctæ Mariæ in Oretino, S. Saluatoris in Auezano, & S. Anthimi in vico: accipiens in agro Teatino F
eccleſiam S. Eliæ, & S. Viti cum terra quinque milium modiorum. Dedit item eccleſias S. Comitij, & S. Viti, & S. Eliæ in Teate: & accepit in eodem agro eccleſiam S. Teneſtri, & ſoli tria milia: item comini quinque milia in Teatinam, & Vicalbum, & Furcam S. Eleutherij. Item de eccleſia S. Fœlicis in puluerio, modiorum mille centum: dato libello tulit cẽtum ſolidos: & annuum cenſum ſolidos quinque. His diebus annitente illo adiecta eſt ei Fucini ripa cum Piſcaria ſua, ab ipſa eccleſia ſanctæ Mariæ de Montorone, vſque in ſanctam Mariam de Palude: vbi tunc Altoranum dicebatur. Duæ item ſeruorum familiæ, cum ſuis omnibus. Audiente item Andrea Marchione Othonis imperatoris miſſo, requiſiuit ab Oderiſio comite Baluenſe duas monaſterij eccleſias: quas in agro ſuo G
ſitas retinebat: ſancti ſcilicet Stephani, & S. Eleutherij: & recuperauit eas. Hic iniit fœdus cum Termulenſis ciuitatis hominibus: vt ædificantes caſtrum in iure monaſterij iuxta Termium fluuium, ipſa noſtra prædia colerent: tertiámque tantum fructuum partem conferrent monaſterio: ipſi duas reliquas ſibi haberent. Eodem tempore Saldefrit diaconus ciuitatis Leſinenſis obtulit monaſterio eccleſiam S. Martini iuris ſui: iuxta eádem ciuitatem, cum omnibus ornamentis ac iuribus ſuis. Id ipſum Guarnerius Laidulfus, & Baſſo fecerũt de S. Germani eccleſia apud Larmum ſita. Eodem modo oblatæ ſunt monaſterio eccleſiæ tres in Lumiſano, id eſt, ſanctæ Mariæ, ſancti Petri, & S. Benedicti: cum omnibus ipſarum rebus, ac finibus. Guido item Aſculanus obtulit curtem ſuam de Caſali loco, vt dicitur fortè M. D. modiorum: in eccleſia S. Saluatoris Aſculani, ad opus H
huius monaſterij Emmo quoque Marſicanus obtulit huic monaſterio hæreditatem ſuam, centum videlicet modios terræ, in loco qui dicitur Ferrara ad Vicalbum. Per hos dies Giſepertus præpoſitus ſanctæ Sophiæ de Beneuento, conſtitutus ſuper cauſas monaſterij in Leſina, & Thermolæ, recepit ab Adelchiſo Lucerino Epiſcopo libellum, quem ei dudum fecerat Angelgarius Abbas de omnibus quæ illic ad ius monaſterij pertinebãt: dimiſſa ei per libellum medietate faucis ipſius, & fluuio lauri, vſque in annos quindecim, ad cenſum annuum vnius libræ auri. Hic idem quæſtus eſt in Thermule coram multis nobilibus ac iudicibus Caſtelgar-

A ſtelgardum quendam curtem noſtram ibidem poſitam, loco qui dicitur Caſalemari, ad ſanctum Georgium, quæ appellatur Theodoſij iniuſtè retinere: quam Deus-dedit Abbas olim noſter emerat ab Adelperto ipſius Caſtelgardi auo quingentis ſolidis aureis, cum caſis terris ſyluis vineis pratis aquis, cum ipſo eius paſcuo quod habebat inter moleto cum finibus ſuis. Atque ita comprobata à iudicibus cauſa ſua, Caſtelgardus ipſe per ſcriptum declarauit poſſeſſionem eſſe monaſterij: appoſita pœna mille ſolidorum, ſi quando hoc remouere voluiſſet. Conſtantius quoque præpoſitus ſancti Benedicti de Lariano, cauſam propoſuit coram Madelfrid comite, aduerſus Azonem Epiſcopum ipſius ciuitatis: quod eccleſiam ſancti Benedicti in Pettenari ſibi vendicaſſet, quæ erat noſtri B monaſterii: approbatáque ratione ac iuſtitia noſtra, iudicante comite, & Epiſcopo renuntiante recuperauit eam. Et quoniam diruta erat, eam à fundamentis inſtaurans, ibi monaſterium (quod eatenus intra ciuitatem fuerat) eſſe conſtituit: ibique cum fratribus religioſè viuere cœpit.

De pertinentiis Sanctæ Mariæ in Luco. Cap. VII.

Hic fecit libellum de monaſterio ſanctæ Mariæ Rainaldo Marſorum comiti, ſub eis iuribus ac finibus quibus Gualterius ſacerdos & monachus eãdem Eccleſiam à Doda comitiſſa ſibi oblatam huic monaſterio viginti fermè annis ante rradiderat, modiorum terræ ſexcẽtorum. Quod videlicet ſanctæ Mariæ monaſterium, variis poſtmodum longe lateque poſſeſſionibus eccleſiiſque ditatum eſt. Ex his aliquanta ſubnectimus, C quæ inuenire potuimus. Sanctæ Mariæ in colle longo. Sancti Martini tranſaquas. Sanctæ Crucis in Valle. Sancti Laurentii in Vico. Sancti Ioannis in Beſenge. Sancti Cypriani in ciuitate Marſicana. Sancti Saluatoris in eadem ciuitate. Sanctæ Barbaræ ibidem. Sancti Ambroſii in Secumzaro. Sanctæ Mariæ in Cæſis. Sancti Leucii in Marano. Sancti Blaſii in Muſcuſi. Sancti Heraſmi, in Pompeiano. Sancti Silueſtri in Pirecto. Sancti Saluatoris in Camerata. Sancti Germani in Petrella. Sanctæ Reſtitutæ in Morrei. Sancti Stephani. Sancti Nicolai. Sancti Donati in Valle Sorana. Sanctæ M. in Paſſarano. Sancti Sebaſtiani ibidem. Omnes iſtæ Eccleſiæ cum omnibus poſſeſſionibus & pertinentiis ſuis, eiuſdem monaſterii dudum fuerunt. Hæreditas præterea Petri Maimonis in Aureti D no magna, & bona: & hæreditas Apicini in Paterno: & Bettonis Ratrudæ hæreditas in Auezano.

De libellis, & qua intentione fiebant. Cap. VIII.

Præterea vbicúnque poſſeſſiones dudum amiſſas monaſterii dictus Abbas inueſtigare certius potuit, eas maximo præ omnibus ſtudio vel recuperare, vel acquirere denuo, ac redimere curauit. Libellos autem plurimos de rebus huius monaſterii: ſiue ſancti Angeli de Barregio ideo ſtudioſiſſimè fecit: vt monaſterium iamdiu à Saracenis dirutum ex eis pecuniis reficeret: & vt eius inditio, ad huius monaſterii ditionẽ ea per-

tinere omnia poſtmodum patenter oſtenderet. Nam in Aprucio de curte Tulliana, ſolidos accepit trecentos, & annuo cenſu xx. tres, Agiſonis filiis. Item ibidem facto eis libello de curte Vingana quadringentorum modiorum ſexcentos accepit ſolidos: annuo autem cenſu, ſolidos xx. Item ibidem de curte quæ Baſſanum dicitur, ſolidos c. pro cenſu auté ſolidos xv. Item ibidem de quadringentis terræ modiis ſolidos ſexcentos: Pro cenſu annuo, ſolidos quattuor. Item ibidem de curte Mariana ſolidos VII. Item ibidem de curte Tulliana, & aliis rebus libras XVI. pro cenſu ſolidos XX. Item de eadé ſolidos CCC. pro cenſu ſolidos XVI. Item in comitatu Pennenſi de curte ſancti Silueſtri de Doliola quadringentos ſolidos: pro cenſu ſolidos XV. De curte ſancti Georgij de Colline, ſolidos CC. pro céſu ſolidos x. De terris in loco qui cicle dicitur quingentos ſolidos; pro cenſu ſolidos x. De terris in paterno ſolidos CLX. pro cenſu ſolidos IIII. In Marſia de ſancto Victorino in Cælano: & ſancto Benedicto in Tilia. lib. VI. pro cenſu tremiſſes VIII. In Balua de ſancto Mercurio & ſancto Ceſidio & aliis rebus: lib. IIII. pro cenſu tremiſſes x. Ibidem de eccleſia ſancti Benedicti in prætorio libras duas: pro cenſu ſolidos duos. Fecit item libellum Ioanni preſbytero, & Maraldo Gaſtaldeo, Cannenſis ciuitatis: de Piſcaria eiuſdem ciuitatis, in loco qui Zapineta vocatur vſque in annos decem: pro cenſu annuo XIIII. ligaturas ſepiarum XL. bonas ſepias quibúſque ligaturis habentibus. Item de eccleſia beati Benedicti Cannis: pro cenſu duarum pellium confectarum. Fecit & Landulfo Comiti Hiſernienſi libellum de omni terrarum pertinentia, in loco vbi dicitur Capriata: Quas idem Comes non multo poſt, ex integro reddidit monaſterio, tradito hic paruo filio ad ſanctæ conuerſationis normam inſtituendo. De piſcaria quoque Leſinenſi, & fluuio lauri, libellum fecit pro cenſu bizáteorum triginta. In valle etiam Caudina de Eccleſia ſancti Andreæ: & omnibus pertinentiis eius, libellum fecit Leoni preſbytero, & Ioanni Gento pro xeniis, & ſeruitiis eorum: hoc ipſum, & de aliis plurimis fecit: quæ hic inſerere ſuperfluum duximus.

Quomodo primus factus ſit Capuanus Archiepiſcopatus.

CAPVT IX.

HVius Abbatis anno XIX. Ioannes Papa, Roma pulſus, exilio Capuã venit: & à memorato principe rogatus tunc primum in eádem ciuitate Archiepiſcopatum conſtituit: conſecrato fratre ipſius principis Ioanne in Archiepiſcopum. Poſt quem domnus Leo huius monaſterij monachus, in eadem ciuitate quattuor annis, & ſex menſibus, Archiepiſcopatu functus Gerberto nihilominus huius Cœnobij monacho ſedem pontificalem reliquit. Sequenti anno, defuncto Othone primo, ſecundus Otho eius filius cognomento rurſus Capuam venit. Inde Tarentum ac Metapontum adiit: deinde Calabriam. Vnde proſperè ad ſuos rediens
983. anno Domini DCCCCLXXXIII. magno conflatu exercitu, iterum in Calabriam

A labriam dimicaturus cũ Saracenis aduenit. A quibus diuina permiſſione ſuperatus vix euadere cum paucis potuit. In eo prælio Lãdulfus princeps Pandulfi filius, cum fratre Atenulfo, & aliis plurimis corruit. Imperator autem reuerſus Capuã, Aloaræ Pandulfi relictæ, & Landenulfo eius filio principatũ firmauit. Ipſe ad colligẽdum militẽ, bellúmque inſtaurãdum, Romam rediens, eodẽ tempore defunctus eſt: atq; in labro Porphyretico ſepultus, in atrio eccleſiæ beati Petri Apoſtoli, introeuntibus in eccleſiæ ipſius † paradiſum ad læuã: filiúſque eius Otho tertius ſuſcepit imperiũ. † *Atrium intelligit.*

De morte, & vindicta Landenulfi principis. CAP. X. *Vide infr. lib. 3. c. 16. circa finẽ. & lib. 4. cap. 8.*

PORro Aloara cum annis VIII. fermè in principatu vixiſſet principem reliquit filium Landenulfum: qui poſt mẽſes quattuor à quibuſdam B Capuanis infidelibus crudeliter cæſus eſt apud eccleſiam S. Marcelli, ipſa quinta feria S. Paſchæ: ad quam ex principum more, die ipſa proceſſerat. Hoc agnito Trãſmundus Teatinus comes, propinquus ipſius principis, ad vlciſcendam ipſius iniuſtiſſimam necem, coacto exercitu vnà cum Rainaldo & Oderiſio Marſorum comitibus, poſt duos ferè menſes Capuam venit: eámque diebus XV. obſidẽs cuncta vaſtauit. Poſtmodum eiuſdem vltionis gratia, Hugo item Marchio ab Imperatore miſſus Capuam cum memoratis comitibus venit: Eámque vndique diebus multis obſedit, quoad illi traderentur, qui prædictum principem occiderant. Ex eis, ille ſex in furca ſuſpendit: reliquos variis cruciatibus necauit.

C *De Terræmotu terribili, & ligno ſanctæ Crucis.* CAP. XI.

ANte hoc fermè biennium terræmotus ingens factus eſt Capuæ, atque Beneuenti: ita vt Capuæ domus multæ corruerent, eiuſdémque ciuitatis campanæ ea vi per ſe ſonarent. Beneuenti autem viperam deiecit, & turres quindecim ſtrauit: in quibus CL. homines ruina oppreſſi ſunt. Magnam item Ariani & Frecenti pars corruit. Compana ciuitas dimidia fermè euerſa eſt, epiſcopo cum aliis plurimis mortuo. Ronſa quoque penè tota cum habitantibus omnibus periit. Eiſdẽ diebus frater huius Abbatis, Leo nomine, profeſſione monachus, portionem ligni Crucis *Pars S. Crucis ab Hieroſoly-* Dominicæ non paruã auro & Gemmis precioſis ac Margaritis ornatam *mis in Ca-* ſecum ab Hieroſolymis detulit: & huic ſancto Cœnobio deuotiſſimus *ſinum al-* D obtulit die nono Nouembris. Obiit Abbas ipſe Non. Calend. Decembris: ſepultúſque eſt iuxta eccleſiam ſancti Benedicti. *lata.*

Hic deficit Capitulum duodecimum.

De quorundam oblationibus, ac libellis. CAP. XIII.

PEr idem tempus Otho tertius interuentu matris Auguſtæ, Theopanij præceptum huic monaſterio fecit, confirmans ex more, omnes pertinentias eius. Giſulfus præterea Teanenſis comes, obtulit per ſcriptum monaſterio caſtellum, quod dicitur Caſele Caſpuli cum finibus ac pertinentiis eius. Berteramus etiam vir nobilis de Pennenſi comitatu,

obtulit res ſuas ſancto Benedicto, in loco vbi fons tectus dicitur, cum eccleſia ſancti Flauiani & medietate caſtelli Carellenſis, & caſtello montis E
petiti, cum aliis curtibus ſuis modiorum ſeptingentorum. Petrus item presbyter de oppido campo Maurano obtulit huic loco eccleſiam ſanctæ Mariæ, quam ipſe in ſuo fundo conſtruxerat, ſuper lacum ipſius ciuitatis, cum multis prædiis & omnibus pertinentiis eius. Temarius quoque vir illuſtris de Aprutio, donauit ſancto Benedicto quicquid erat iuris ſui in penne & Aprutio, cum eccleſia ſancti Pauli, & S. Ioannis, & curtibus per diuerſa loca mille centum modiorum. Tranſmundus item clericus idem fecit de curte ſua: quæ dicitur celle, cum omnibus quæ illi adiacent pertinentiis ſuis modiorum ccc. Idem fecit & Grimoaldus iudex Aquinenſis de eccleſia S. Angeli, in monte Aſprano: cum terræ iugeribus plurimis, & omnibus pertinentiis ſuis. Hic libellum fecit Landenulfo, Nucerinæ ſedis epiſcopo, de Piſcaria Leſinenſi. Vnde ipſe epiſcopus annuum F
reddebat cenſum præpoſito ſanctæ Sophiæ de Beneuento in vſum monaſterij, byzantios xxvi. Fecit & Rainaldo Marſorum comiti libellum de eccleſia ſancti Pauli, ſita in Comminenſi territorio, in finibus caſtelli ſeptem fratrum: cum rebus, & pertinentiis ſuis ccc. videlicet modiis: accipiens ab eo in præſentiarum quidem ſolid. L. annualiter verò tincas quingentas. Fecit & libellum de eccleſia S. Fœlicis in pulueria, & S. Maximi in comitatu Teatino: pro quo accepit ſolid. ccc. pro cenſu verò ſolidos viii. De S. Angelo Galinenſe Pennenſis comitatus ſolidos c. pro cenſu ſolidos vii. Item ibidem de S. Bonito ſolidos L. pro cēſu ſolidos iii. Item
de terris ad coronulas & ad fontē hermonis, ſolidos C. pro cēſu ſolidum G
vnum. Ibidem de terris in Paſtina & in valle Albina, ſolidos cLx. pro cēſu ſolidos viii. Item in Aprutio cuidam Odemundo de ipſa curte Mariana ad ipſam ciſternam, terram modiorum c. pro cenſu ſolidos v. Fecit item libellum iuxta tenorem Abbatis Aligerni, quibuſdam noſtratibus, quos poſuit circa ſanctum Eliam: vt & ipſam eccleſiam à Barbaris deſtructā repararent: & terras per circuitum iuxta terminos ſtatutos excolerent. Eodem tempore Terracinenſes ciues, à Ioanne epiſcopo ſuo cōmoniti, propter cladem quam tunc patiebātur, ipſo die S. Paſchæ vnanimiter omnes deuouerunt ac ſe daturos promiſerunt annis ſingulis huic monaſterio ſex milia Anguillarum, & ſcriptum inde fieri terribili Anathemate appoſito, ad poſterorum memoriam iuſſerunt. H

De iuramento Landulfi, & conceſſione. Cap. XIIII.

HIc itaque cum à Ioanne Papa xv. priuilegium priorū inſtar accepiſſet, à Lādenulfo quoque principe (qui vt iam diximus à Capuanis crudeliter necatus eſt) præceptum confirmationis accepit, iuxta tenorem præcepti patris ſui. Laidulfus quoq; frater eius, qui illi in principatu ſucceſſit xv. illi familias in Aquinēſi oppido de maioribus contulit. Cui etiā nono ipſius anno præceptū de caſtro cœli, cum toto monte S. Angeli in aſprano faciens cum pertinētiis omnibus, iurauit ſe illi intuendo iure monaſterij

A naſterij ſemper affuturum, opémque in omnibus laturum. In ipſius ergo montis vertice cum indicia veteris ſtructuræ apparerent, voluit Abbas caſtrum ædificare: verùm ob aquæ penuriam id facere diſſuaſus, in latere ipſius montis arcem quæ Sicca dicitur condidit.

Quid Landulfus de Sancto Agatha princeps Abbati iurauerit, quídve conceſſerit. CAPVT. XV.

MEmoratus autem Imperator Otho Laidulfum quem ſupra diximus, eo quod in morte fratris ſui conſenſiſſe diceretur, de principatu deiectum vltra montes exilio relegans, Ademario cuidam Capuano B Balſami Clerici filio (quem ſecum à puero educatum vnicè diligebat, quémque paulo ante Marchionem fecerat) Capuanum tradidit principatum. Non multo poſt idem Ademarius à Capuanis eiicitur: & Landulfus de ſancta Agatha Landulfi Beneuentani principis filius, in principem ſubrogatur. Hic princeps prædicto Abbati ſub iureiurando firmauit, duodecímque Capuanos nobiles itidem iurare fecit, totá ex integro Abbatiam, cum omnibus omnino intra Capuanum principatum ipſius iuribus ſe ſeruaturos: ſicut eam tenuerat ſub Aloara principe, filioque eius Landenulfo, à quibus ei dudũ fuerat cõfirmata. Comitatum inſuper Aquinenſem totũ ex integro cum Epiſcopatu eius arcémque cũ omnibus pertinentiis ſicut eo erat tempore contulit. Caſtellum quoque de Bantra, C quod Landonis Comitis fuit, cum omnibus ipſius pertinentiis tenore præmiſſo confirmauit: aliis conditionibus adiectis, quas ipſi Abbati requirere placuit, ſicut in ipſius ſacramenti ſerie habetur.

Quomodo Abbas ſit à Capuanis deceptus, ac cæcatus. CAP. XVI.

PRæter multa igitur illius ſtrenuè & (vt expreſſius de tanti loci patre loquar) ſeculariter geſta, cum ſibi equites plurimos, & plures ſerico indutos famulos paraſſet, & vltramontani Imperatoris curiam haud ſegniter frequentaret, ob memoratæ maxime arcis cõſtructionem: ingentem odij fomité in toto principatu contra ſe accendit: Adeo vt non multo pòſt à Capuanis captus, cæcatúſque ſit: quod non modo Abbatiã, verum & principatum omnem ſibi vẽdicare velle videretur. Inflãmauit eam D inuidiam, Alberici nequitia Marſorum epiſcopi: qui dũ filio ſuo ex meretrice procreato epiſcopatum tradidiſſet, ad huius monaſterij adipiſcendum dominatum, ſi quo poſſet animum pacto exacuebat. Comperto igitur Abbatem memoratum Capuanis infenſum in primis eſſe, alloquitur primò quoſdam nequiſſimos monachos, ac poſtmodum aliquos Deum ignorantes Capuanos, pecuniam ſe daturum ſpondens, ſi cæcato prius Abbate, monaſterium ſibi Caſinenſe contraderent: quod deinceps tali functus auxilio, abſque vllius contradictionis obſtaculo, poſſideret. Ita videlicet vt pecuniæ dimidium ad præſens, illis per ſuos neceſſarios mitteret: dimidium reliquum tunc eis traderet, cum Abbatis

oculos teneret in manibus. Quod cum ita inter eos firmatũ eſſet: vtrique E
pollicitationem ſuam implere ſatagebant. Cógeſta igitur pſeudoëpiſcopus ille vndecunque pecunia,miſit quod pollicitus fuerat. Ea nequam illi ſuſcepta, eos quidem qui detulerant in abditis quibuſdam abſcondunt: Abbatem verò adeũtes,in dolo orant vt Capuam proficiſcatur: vbi ſi quã aduerſus aliquem haberet querelam poſſit exponere, & legitimã inde iuſtitiam ſumeret. Abbas quoniã illorum inuidiam iamdudũ compertam habebat,negat ſe illuc vlla ratione venturũ. Tunc illi Dei timore contempto,minimèque vitato periurio, mox adhibitis Euangeliis iurant ſaluũ ſe illum & incolumẽ Capuam ducturos, atque inde nihilominus incolumẽ ad ſanctũ Benedictũ reducturos: hoc in mente ſua ſtatuentes, vt Capuam deductũ,ad S. Benedicti monaſterium quod intra Capuã eſt conditũ ducerent. F Seductus huiuſmodi promiſſionibus Abbas egreditur:& bona cũ illis fide Capuam vſque contendit. Illi qui iamdudũ dolorem conceperãt, iniquitatem tandem peperere. Mox enim vt illum in monaſteriũ Capuanum induxerunt,vincientes oculos illi eruerũt: inuolutóſque linteolo clã epiſcopo deferendos,his qui pecunias tulerant nuntiis tradũt. His illi ſuſceptis hilares effecti, ad Dominum ſuum à quo miſſi fuerãt protinus remeant. Sed (ô diuinæ iuſtitiæ nunquam dormiens oculus, ſempérque pauenda ſententia.) Iã illi propè Marſiam in cãpo Mezio peruenerãt: ibique ſecuri ſubſidentes labore itineris fatigati,cibos ſumebãt: cum ecce ſubito peregrinus quidã ſuperueniens, requiſitus ab eis (vt viantibus moris eſt) an quippiã haberet noui: epiſcopus ait ciuitatis defunctus eſt. Hac illi voce vehemẽter attoniti,fallacem eum & impoſtorẽ mordaci cum irriſione G dicẽtes,credere omnino renuebãt. Sed cũ ille maiori id conſtantia aſſeueraret, diémque illius obitus & horam eis diligẽter exponeret: illi cótinuò ibidem defoſſis oculis, quos iam fruſtrà ferebãt ad domum epiſcopi (quæ non longius aberat) conſcẽſis equis perniciter aduolant:& eadẽ hora vita priuatum epiſcopũ diſcunt, qua prædictus Abbas lumine fuerat orbatus oculorum, die videlicet XVIII. Calend. Decẽb. Ex his autẽ nuntiis quos ad tantũ ſcelus iam dictus epiſcopus deſtinauerat, vnũ ego Andreã nomine preſbyterũ, adhuc puerulus vidi vix ſe in lecto mouere valentem. Qui centenariam ſupergreſſus ætatẽ, hæc omnia auunculo meo, ſanctæ memoriæ Ioanni Sorano epiſcopo, quotiés rogatus eſſet cum lachrymis referre ſolebat. H Præerat eo tempore Aquini Adenulfus cognomẽto Sumucula, atauus eorum qui nunc dicuntur Aquinẽſium comitum. Is vt Abbatem cœcatum fuiſſe cognouit, hilaris factus arcẽ vocabulo Siccam (quam dictus Abbas paulo ante conſtruxerat) funditus diruit. Hic Abbas in territorio Capuano, in honorem S. Apolinaris conſtruxit eccleſiam, & in Liburia S. Ioannis eccleſiam, & in Caſale S. Confeſſoris Chriſti Mauri. Huic ſucceſſor eius Ioannes eccleſiam S. Martini iuxta Vulturnum, & eccleſiam S. Secundini in Calazano territorio ſitas, cum omnibus omnino pertinentiis earum, diebus vitæ ipſius ex integro tradidit: vt ibidẽ arbitrio ſuo quoad viueret honorificè conuerſari poſſet.

Epiſcopus, qui Abbati Caſinẽſi oculos erui & ad ſe deferri, data pecunia procurarat, vt eius Abbatiã obtineret, ſtatim Dei iudicio mortuus.

De

A *De Aduentu ſancti Adelberti ad hoc monaſterium.* CAP. XVII.

EOdem tempore beatus Adelbertus Sclauorũ Epiſcopus, relicto Epiſcopatu ex licentia Romani Pontificis ad hoc monaſteriũ venit, cupiens Hieroſolimam pergere. Verum ab Abbate monaſterij & à ſenioribus quibuſdam ne id ageret oratus, quaſi diuinitus datum conſilium amplexus, hic vitam degere inſtituit, neque vſquam vlterius progredi. Sed cum die quadam ſeniores illi monaſterij dicerent, bonum eſt pater vt hic nobiſcum maneas, hic monaſticam ſuſcipias veſtem, hic Deo placidam exigas vitam: quoniam cum ſis Epiſcopus, & eccleſias noſtras dedicare, & noſtros clericos ad ſacros promouere ordines decẽtiſſimè poteris, B moleſtè hoc tulit; deſcendénſque ad virum ſanctiſſimũ Nilum (quẽ tunc apud vallem luci cum Græcis aliquibus fratribus religioſiſſimè cõuerſari didicerat) deuotè ſe contulit. A quo dum eius prouolutus genibus opportuna conſilia quæreret, ſéque illic recipi nõ poſſe cognouiſſet. Quia enim ſic de monaſterio noſtro diſceſſerat, aſſerebat prædictus pater non audere illum retinere: ne ideo ipſe cum ſuis quia inde pelleretur, conſilio tandem ipſius Romam reuertitur: atque in ſancti Bonifacij martyris monaſterio aliquandiu commoratus, à Romano Pont. ad ſuum epiſcopatum denuo directus eſt. Vbi cum ſe nihil proficere cerneret, Romam rediit: & in ſancti Bonifacij monaſterio remoratus, iterúmque ab epiſcopo ſuo Maguntino ad ſedem propriam mittitur. Vbi cum prædicare cœpiſſet: ab infidelibus capite ceſus, martyrij coronam percepit. His diebus Otho. III. imperij C coronam de manu ſummi Pont. ſumpſit.

Adelbertus epiſcopus martyriũ ſubit.

De Aduentu ſancti Romualdi, & ſancti Bonifacij ad hoc monaſterium.

CAPVT XVIII.

EO item tempore vir Dei Romualdus, vnà cum ſancto Bonifacio Imperatoris conſanguineo (qui paulo pòſt apud Ruſſiam Chriſti martyr effectus eſt) aliíſque pluribus Teutonicis ex prædicti Imperatoris exercitu: orationis gratia ad hoc beati Benedicti monaſterium venit. Vbi grauiter infirmatus, repente diuina miſeratione conualuit: atque ita reuerſus eſt, quo tempore idem Imperator Creſcentium Romanum Se-D natorem, qui ſe in Caſtello ſancti Angeli, iuxta pontẽ ſancti Petri aduerſus eum rebellando munierat, ſacramento deceptum cœpit: & mox vt reum maieſtatis capite obtruncauit.

Vitam S. Romualdi habes apud Suriũ to. 3. de ſanctis, die 19. Iunij. vitã aũt huius S. Bonifacij Archie. Magũtini & marty. eodẽ tomo, die 3. eiuſdẽ menſis.

Quomodo huc Olibanus Comes aduenerit. CAP. XIX.

PEr idem tempus Olibanus quidam Galliarum Comes ditiſſimus, à prædicto viro Dei Romualdo, cui peccata ſua confeſſus fuerat monitus, relicto ſeculo ſub prætextu orationis, ad beati ſe Benedicti monaſteriũ contulit: ibique ſe diuino ſeruitio irreuocabiliter tradidit. Hic relictis ſuis omnibus filio, ſecum XV. onuſtos theſauro † ſaginarios duxit: & vale

Hæc eadẽ habẽtur in prædicta vita S. Romualdi.

† Sagmarios.

dicens his qui ſecum venerant, nil tale hactenus de ipſo ſuſpicantibus, E
eos ad propria redire compulit: ipſe in loco ad finem vſque reſedit. Obiit prædictus Abbas VIII. Idus Martii, & reuerenter in clauſtro monaſterij conditus eſt.

Cur Ioannes Abbas Abbatiam vltro dimiſerit. CAP. XX.

IOannes Abbas xxix. præfuit anno vno. Hic vir venerabilis cum iam ſenectute pariter & infirmitate grauatus, tanti regiminis onus non poſſe ſe ferre perſpiceret, conſenſu fratrum omnium Abbatem ſibi ipſe ſubſtituit: relictóque monaſterio, in proximam eremum ſe cum quinque fratribus in loco qui Piretum dicitur, contulit. Ibique in honorem ſanctorum Coſmæ & Damiani parua constructa Baſilica ſolitarius quodammodo degens, in Deirebus & ſpiritualibus actibus reliquum vitæ F
ſuæ tempus exegit. Audiui à quodam ſene quod dum die quadam contra municipium huius monaſterij, nomine Pinlaturium (cuius habitatores olim rebellare tentauerāt hoſtiliter) pergeret: eccleſia quædam iuxta poſita ab his qui ſecum ierant cum aliquot ipſorum ruſticorum Mapaliis igne ſuccenſa ſit: Cuius rei gratia, multis ſe maximíſque lamentis affligens, monaſterium huiuſmodi inuenta occaſione dimiſerit. Hic fecit libellum Tranſmundo clerico de quibuſdam curtibus noſtris in Aprutio, ad monaſterium noſtrum pertinentibus, modiorum ferè quadringentorum: pro ſolidis ducentis, & annuo cenſu. ſolidos VIII. De aliis itidem terris in loco Cicelæ, libellum faciens, pretij tantundem percepit. De tertia item parte curtis Moſcuſe, & aliis terris Libellari nomine, ſolidos accepit quadringentos. Pro cenſu verò annuo ſolidos XXIIII. G

Quænam viſio in obitu illius viſa ſit. CAP. XXI.

HIc dum tempore iam Theobaldi Abbatis defunctus eſſet: nocte ipſa religioſus quidā frater, Ioannes nomine, in monaſterio ſancti Laurentij quod Capue ſitum eſt, cum vigilias fratrum de more præueniens, orationibus eſſet intentus: ſubitò aſpiciens vidit ſuper hunc montem maximam lucem; qua luce vallatam cernit Ioannis animam in ſublime conſcendere. Cúmque facto mane, certior de ipſa viſione fieri cuperet: perrexit ad Andream qui tunc monaſterio Capuano præerat, eíque viſionem quam aſpexerat pandens, obnixè rogauit: vt ad hoc monaſterium protinus mitteret, qui omnem rei veritatem diligenter agnoſceret, H
eíſque rediens renuntiare feſtinaret. Perrexit itaque nuntius: & cum pars ei aliqua itineris conficienda reſtaret, obuium habuit quendam, qui ſe Capuam proficiſci diceret: vt memorati venerabilis viri Ioannis obitum fratribus ibi degētibus nuntiaret. Qui cum horam illius obitus ſubtiliter quæreret: ea illum hora migraſſe cognouit, qua Capuanus Ioannes animam eius cœlum conſcēdere vidiſſe ſe dixit. Tunc ad illos à quibus legati fuerant vterque reuerſus, alter Capue Ioannis obitum, alter Caſini quod de illo Capue viſum fuiſſet nuntiauit. Obiit autem pridie Idibus Martij.

De

A *De Aduentu, profectione, & reditu mirando Ioannis Abbatis.*

CAPVT XXII.

IOannes xxx. à beato Benedicto, Abbas effectus, præfuit annis xii. menſibus ſex. Hic ex illuſtri Beneuentanorum ciuium ſtirpe genus ducens, nobilior moribus, & Deum ab infantia ſecutus, cũ in eccleſia ipſius ciuitatis Archidiaconatus fungeretur officio, diuino ſuccenſus amore, ſub Aligerno Abbate ad hoc ſe monaſterium contulit: omníque ſeculari pompæ renuntians, habitum ſanctæ conuerſationis accepit. Qui cum plures in Dei opere & religionis propoſito impleſſet annos: ac defuncto *Manſo Abbas.* B Aligerno, in monaſterij regimine manſo eo quo diximus ordine ſucceſſiſſet: orationis cauſa Hieroſolymam adiit, atque in monte Synai ſex annos continuos manſit. Inde profectus in Græciam in monte qui ἁγιόνορος id eſt ſancti Honorij dicitur aliquanto tempore moratus eſt. Quo in loco ſanctus pater Benedictus illi nocte quadam per viſum apparens, paſtoralem virgam quam manu tenebat illi tradidit: atque vt ad Caſinenſe monaſterium ſub omni feſtinatione reuerteretur indixit. Hanc ille viſionem cum mane facto monaſterij patri retuliſſet: monere illum atque hortari Abbas ipſe curauit: vt quia voluntatis hoc videretur eſſe diuinæ, minime negligeret: ſed mox ad beati Benedicti monaſterium cœleſti gratia comitatus reditum maturaret. Viſioni igitur, & admonitioni Ioannes obtemperans, ad monaſterium ſuum, Chriſto duce, reuerſus eſt. Quem C mox prædeceſſor ſuus præpoſitum ordinans, non multo poſt, quia ipſe & infirmitate, & ſenio grauabatur, eundem ſibi ſubſtituit. Illóque in eremum ſecedente, hic in monaſterii curam vniuerſorum fratrum electione ſuccedit. Fuit autem temporibus Silueſtri Papæ ſecundi, & Ioannis xviii. Hic primo ordinationis ſuæ anno præceptum confirmationis ab Othone iii. Imperatore ſuſcepit aureo ſigillo bullatum. Quo etiam tempore, idem Imperator, hic per dies aliquot remoratus, duas argenteas coronas obtulit beato Benedicto.

De ſancta Maria in Cellis. CAP. XXIII.

D PEr idem tempus, Rainaldus Marſorum comes, monaſterium fecit de eccleſia ſanctæ Mariæ, quæ dicitur in Cellis: idque per girum copioſis poſſeſſionibus ditans, caſtellum etiam quod modo Celle vocatur, tũc autem S. Angeli dicebatur, cum omnibus eius pertinentiis, memorato monaſterio confirmauit. Petrus quoque Tyburtinus præſbyter eidem monaſterio eccleſiam S. Paſtoris, cum omnibus ipſius pertinentiis iuxta eandem ciuitatem Tyburtinam ſitam, per ſcriptum cum ſuis parentibus Contulit.

Ut Otto Imperator Beneuentum perrexerit: quid egerit & ubi deceſſerit. E

CAP. XXIIII.

HVius Abbatis anno tertio, qui eſt milleſimus ab incarnatione domini, memoratus imperator Beneuentum venit: & pœnitentiæ gratia, quam illi vir Dei Romualdus indixerat: montem Garganum adiit: reuerſúſq; Beneuentum, ſancti Bartholomæi Apoſtoli corpus ab eis poſtulauit. Qui cùm illi negare nihil auderent: callidè, pro corpore Apoſtoli, beati Paulini Nolani Epiſcopi corpus (quid erat in maiori eccleſia ciuitatis honorificè cõditum) oſtendére. Ille nihil fraudis ſuſpicans, eo ſublato receſſit. Sed hoc vbi ille reſciuit, nimis indignans, corpus quidem confeſſoris Chriſti Romæ apud inſulam honore congruo condidit: ſequenti F verò tempore, Beneuentum rurſus aduenit: eámque diebus multis vndique obſidens, cum nihil ea obſidione proficeret, Romam iterum rediit. Inde cùm redire ad ſua cuperet, apud oppidum quod Paternum dicitur obiit: veneno (vt fertur) necatus ab vxore Creſcentij Senatoris, ab eo (vt ſupra diximus) occiſi: qua ille impudicè abutebatur. Verùm antequam illius mors innoteſceret omnibus, corpus eius à ſuis conditum aromatibus, vltra montes delatum eſt: & Henricus Dux conſobrinus eius conſtitutus eſt rex.

De operibus ipſius Ioannis Abbatis. CAP. XXV. G

HIc Abbas fecit capſam argenteam magnam inauratam cum ſmaltis, & coloris varij, & gemmis. Fecit & ceroferaria duo librarum x v. duóque thuribula argentea librarum v i. Codicéſque eccleſiaſticos innouauit magnos & pulchros. Totius etiam monaſterij ambitum muris turribúſque muniuit. Conſtruxit præterea eccleſiam in honorem ſancti confeſſoris Chriſti Nicolai in monticulo: qui iuxta pratum dominicum eſt, propè oppidum S. Germani. Quem æmulatus Theobaldus præpoſitus eius, & ipſe nihilominus baſilicam S. Nicolai, apud caſtrum S. Petri conſtruxit: ad radices montis huius in crypta antiqua: quæ ingentibus ſaxis, pulchro opere, à gentilibus in dæmonum honore conſtructa, iuxta eiuſdem beati Petri eccleſiam ſita eſt. Quo tempore, octauo ſcilicet huius Abbatis anno, terræmotus ingens x v. fermè diebus hunc montem exagitauit: ita vt eccleſiam locis aliquibus ſcinderet. H

De commutationibus, ac libellis ab eo factis.

CAPVT XXVI.

COmmutauit autem hic ipſe Abbas cum prædicto Rainaldo comite Marſorum, eccleſias ſanctæ Mariæ in Luco, ſancti Heraſmi, S. Sebaſtiani, S. Angeli: pro quibus accepit in ſolo Aliſano curtem S. Stephani,

A ni, cum terra modiorum cccc. & Teani modios quingentos, in loco qui campus appellatur. Oderiſius quoque ipſius Rainaldi filius comes, oppidum quod caſa fortini dicitur, cum omnibus ipſius pertinentiis mille videlicet modiorum terra: quod ex parte coniugis ſuæ Geruiſæ comes ipſe retinebat, eidem Abbati tradidit: à quo permutationis nomine, caſtrum ſancti Vrbani, & alias eccleſias, ſeu curtes in comino ad locum iſtũ pertinentes dedit, terram modiorum fermè nongentorum. Hic idem Oderiſius vltimo huius Abbatis anno, vnà cum Gibborga coniuge contulit huic monaſterio eccleſiam ſancti Fœlicis in comino: quæ dudum ad ſanctum Angelum de Barregio pertinebat, cum terra modiorum c. per circuitum: & aliis totidem apud Atinum, in loco vallis bonæ, & cum omnibus eiuſdem eccleſiæ iuribus. Ipſis diebus tres ex monachis noſtris pro-B fecti ad Gualterium Leſinenſem comitem, coram illo contenderunt cum nobilibus ciuitatis de piſcariis Leſinæ ipſius, & de molendino Laurienſe, & eccleſia S. Petri ibidem, & de rebus cæteris ſancti Benedicti: ſicut libellus eorum continebat: cognitáque dictus comes iuſtitia noſtra, ſcripto ſuo iuſſit monachis omnia illa reſtitui: appoſita pœna duorum milium byzantiorum, ſi quis inde cõtra nos contendere vltra voluiſſet. Sub idem tempus Vbertus Firmanæ ciuitatis epiſcopus obtulit beato Benedicto ex iure ſuo, in fundo Oppiano terras & vineas, ſyluas prata & olіueta, poſſeſſionem non exiguam, & in fundo paterno ſimiliter. Sed & Gaidenſius ex eadem Firmiana ciuitatę, per ſcriptum obtulit monaſterio eccleſiam vnã iuris ſui, ſub vocabulo S. Benedicti, in loco qui Sambucetum dicitur, cum C rebus, & pertinentiis ſuis. Landulfus quoque Salernitanus princeps, ſub hoc Abbate monachus factus, obtulit monaſterio omnia hæreditario iure ad ſe pertinentia, in comitatu ſanctæ Agathæ: domos, curtéſque nonnullas: cum oliuetis, vineis, & molendinis, omnibúſque illorum pertinentiis. Tranſmundus item clericus diues, ac nobilis, cuius iam ſupra meminimus eccleſiam S. Nicolai iuxta fluuium Trutinum ditatam ex patrimonio ſuo: monaſterium eſſe conſtituit: ídque per obligationis ſcriptum ſub huius Cœnobij ditione ac iure contradidit. Similiter & Teuto Teutonis filius Aprutienſis, obtulit monaſterio eccleſiam ſancti Ioannis: quã opibus ſuis ipſe ditauerat, & puellarum Dei monaſterium fecerat. Pari modo & Rainerius Ioſephi filius obtulit S. Benedicto eccleſiam S. Nico-D lai iuris ſui in comitatu Pennenſi, loco qui Sambuceta vocatur, cũ ornamentis omnibus, ac pertinentiis eius. Hic ipſe ante annos fermè ſex, donauerat monaſterio per ſcriptum omnia omnino quæ in comitatu Pennenſi Aſculano Teatino atque Aprutino, iure ſuo poſſidere videbatur: terram ſcilicet octo milium modiorum. Eodem tempore ciues Terracinenſes à Ioanne pontifice ſuo admoniti obtulerunt monaſterio S. Stephani, de Terracina, piſcariam quæ à flumine ipſius ciuitatis ad mare tẽditur, ſub pœna trium librarũ auri obrizi. Roffridus itẽ patritius obtulit ibidẽ piſcariam ſuam in palude Traſecta, iuxta memoratum flumẽ de Terracina. His item diebus Franco præſbyter & monachus donauit huic monaſterio

ſterio per ſcriptum, eccleſiam S. Benedicti iuris ſui, iuxta Biſernum, cum rebus, ac pertinentiis ſuis. Huic Abbati Lupus Azonis Aprutinus obtulit per donationis inſtrumentum omnem ſubſtantiam ſuam, cum eccleſiis quinque id eſt ſanctæ Victoriæ in murro, S. Caliſti in colle, S. Antimi in comelano, S. Archangeli in faumano, & S. Andreæ in ceſule: cum ſolo quingentorum ferè modiorum, & cum omnibus omnino ad ſe pertinentibus rebus, per aprutium totum. Adam inſuper, cognomento Salichus obtulit huic monaſterio eccleſiam S. Martini in territorio Teatino iuris ſui, cum centum terræ modiis, per girum ipſius eccleſiæ, & cum cæteris pertinentiis ipſius. Hic ipſe Abbas fecit libellum de ſancto Bonito, S. Angelo de galiano, S. Saluatore de ſeriole, S. Petro de caſtiniano, S. Fœlice de montalano, S. Fœlice interflumina, S. Valentino, & S. Maria in fauano, pro ſolidis cccc. & cenſu xx. ſolid. Idem fecit & Octeramo gaſtaldeo Marſorum de S. Clemente in auezano, pro ſolid. c. & cenſu ſtaminearum v. Item de S. Gregorio de ſeruiliano, pro ſolid. xxx. & cenſu piſcium c. Item de eodem cenſum piſcium cccc. Fecit & monacho traſari libellum de S. Benedicto canuſii: de S. Saluatore in minerbino, de S. Benedicto in viuanatia, de S. Focato in barano, cum ipſa piſcatione lacus Romani: De S. Caſſiano in Philone, & de omnibus huius loci pertinentiis in ciuitate Iterranenſi, cum ipſarum eccleſiarum iuribus. Item filiis Adelperti de pampiniano de ſolo cccc. modiorum in aprutio, pro ſolidis ducentis, & cenſu ſolid. viii. Fecit & commutationem cum Treſidio quodam Teatino, de ſeptingentis terræ modiis apud Teatem, pro eccleſia ſanctæ Luciæ in caſtellione, loco qui dicitur inſula, cum omnibus rebus eccleſiæ ipſius.

De ſancto Benedicto apud Sueſſam. Cap. XXVII.

HOc tempore defuncto Sergio Papa viiii. Benedictus iii. natione Tuſculanus, ex patre Gregorio, Romanus pontifex ordinatur. Quo tempore ædificatum eſt monaſterium S. Benedicti apud Sueſſam, foris portam quæ dicitur ermemari, à domino Ioanne ſacerdote, ac monacho: vbi præfatus Abbas conceſſit omnes curtes, & terras huius monaſterii intra comitatum prædictæ ciuitatis, loco oronica, & curtes de lota alfani & deuriana. Ita ſcilicet vt annis ſingulis ex eadem curte Lauriana ſolueretur nobis cenſus modii fabarum centum.

De ſeceſſu Abbatis ipſius ad Capuam. Cap. XXVIII.

PRædictus autem Abbas cum plurimas à vicinis comitibus pateretur moleſtias, Capuam ad tempus ibi moraturus abſceſſit: & quoniam pluſquam ſatis erat auſterus in monachos fuerat, ſtuduerátque contra beati Benedicti decretum timeri potius quam amari: illi exiſtimátes, imo & optantes huc illum vltra non reuerti, docibilem quendam natione Caietanum, ſimplicis ingenii virum, in Abbatem ſibi de congregatione ſubſtituunt.

Cap. 64. Reg.

A ſtituunt. Qui cum de more Abbatum poſſeſſiones monaſterij inuiſens marchiam perrexiſſet, & multis ſibi donatis equis, aliíſque muneribus, iam rediret: Benzonis cuiuſdam magnatis illarum partium filij ſubitò illum apud pennas inuadunt: & violenter quæ ferebat vniuerſa diripiunt. Hoc agnito Bernardus comes mox illum adiit: multúmque ſuper hac re ſe debitorem oſtendens, totidem illi equos, quot fuerant ablati reſtitui liberaliter iuſſit. Veniens autem præfatus Abbas in locum qui furca Penneſis dicitur conuerſus omnes Benzonis filios maledixit. Bernardum verò cum ſuis omnibus benedicens vt eius domui Benzonis domus ſemper eſſet ſubdita, nunquámque de illius domo diuinæ iræ gladius recederet, terribiliter imprecatus eſt. Quod fieri nos hodiéque videmus. Sed cum B poſt VII. non integros menſes compoſitis rebus Ioannes Abbas huc fuiſſet reuerſus, docibilis Caietam ſe contulit: ac non multo poſt languore detentus, ad hoc ſe monaſterium deferri poſtulans, quieto fine defunctus eſt. Abbas quoque Ioannes cum iam longæuus eſſet, & ipſe diem clauſit extremum XV. Calend. Aprilis atque iuxta eccleſiam beati Benedicti ſepultus eſt.

De eiectione Rotunduli, & Atenulfo. Cap. XXIX.

EO autem quo defunctus eſt anno, nepotem ſuum Ioannem cognomento Rotundulum, quem ante non multos dies monachum fecerat, ad mortem veniens Abbatem ſibi ſubſtituit: paucis omnino ſibi aſſentientibus, ſed id tamen ægrè ferentibus monachis. Quorum ta- C men pars potior ac ſanior erat grauiter & indignè ferentes, nimíſque abſurdum iudicantes Neophytum tantæ præeſſe congregationi, poſt menſes aliquot mandant Pandulfo Beneuentano principi vt veniat: filiumque ſuum Atenulfum illis in Abbatem ordinandum ſecum ducat: nulli enim magis quam ipſi competere tanti monaſterij curam. Quem videlicet Otho imperator à patre puerum obſidem acceptum, vltra montes in monaſterio nutriri cuſtodiríque mandauerat. Poſt tempus aliquod à Papate monitus, vt abſque ſuſpitione aliqua fugeret, veſte monaſtica indutus fugam arripuit: Grauitérque in redeundo infirmatus, cucullam (quá occaſione fugæ ſimulanter induerat) ſponte ſe deinceps geſtaturũ vouit. Síc que ad patrem rediens cum in palatio morari non acquieſceret: D in monaſterio ſancti Modeſti, quod intra eandem Beneuentanam vrbem propè epiſcopium ſitum eſt, vſque ad id temporis manſit. Lætus igitur princeps Caſinum protinus adiit: & conſenſu atque ſuffragio monachorum eiecto Rotumdulo, filium Abbatem præficiendum lætantibus omnibus tradidit. Rotundulus igitur tali ordine pulſus Beneuentum ſe contulit: vbi propinquorum patrocinio, & conſenſu principis memorati monaſterij ſancti Modeſti Abbas efficitur.

De conſtitutione monaſterij Albarete. CAPVT XXX. E

PEr idem tempus Dominus Lucius, quem tempore manſonis Abbatis Hieroſolymam petiiſſe ſupra memorauimus, primo quidem in Salernitano ſolo, in eremo quodam, vbi nunc monaſterium S. Trinitatis, ad cauam cognomento conſtructum eſſe cognoſcitur, aliquamdiu remoratus eſt. Vbi à Guaimario principe agnitus, in magna reuerētia habitus eſt. Poſtmodum in monte hoc, loco qui Albanera dicitur, vſque ad obitum religioſiſſimè vixit. Quo in loco cum paulo ante vir Dei quidam manſionem ſibi remotiorem elegiſſet, atque in ciſterna vetere, quam ibi dirutam reperit oratorium fabricare diſponeret: cogitanti cuius potiſſimum nomine baſilicam ipſam ædificaret, puerulus quidam ſcholaris illic ſuperueniſſe fertur. Qui à prædicto viro Dei requiſitus an ſciret canere, & ille ſe ſcire dixiſſet: iuſſus eſt canere quicquid ſibi primū occurriſſet: ſtatuens in corde ſuo, vt in cuius S. honore puer ille cantaſſet, eius nomine eccleſiam illam dedicaret. Mox puer reſponſorium impoſuit. Veni electa mea: totúmque illud ſuaui modulatione compleuit. Vir itaque Dei lętior factus, intelligens pro hoc beatiſſimæ Dei genitrici placere ſuum ibidem honorari vocabulum: continuo paruam ibi eccleſiam, pro viribus, in honorem eiuſdē Dei genitricis exſtruxit, & ibi quoad vixit deuotè in eius ſeruitio perdurauit. Cùm verò poſt aliquātum temporis prædictus domnus Lucius eò veniſſet, & locus ille plurimum ſibi placuiſſet: elegit illic toto tempore vitæ conſiſtere, & Dei genitricis obſequio perſeueranter incumbere. Regreſſus igitur ad Guaimarium principem prædicti Guaimarij filium (cui dudum pater ſpiritalis, & familiaris præ omnibus fuerat) multa ab eo & varia eccleſiaſtica ornamenta, codicéſque quam plures, & aliam ad fratrum vſum neceſſariam ſuppellectilem poſtulans cepit, libētiſſime illo ac liberaliter cuncta quæ vellet largiente. Mox itaque prædictam ſanctæ Dei genitricis eccleſiam multo ampliorem quam fuerat faciens, eámque picturis exornans, habitacula quoque per girum ad vſum commorantium quam plura conſtruxit: ibique triginta ferè cum fratribus religioſiſſimè viuere cœpit. Ipſe præ cæteris omni extremitate ac vilitate contentus, tam humili ſe officio mancipauerat: vt farinam in piſtrino ad faciendum panem famulorum more ipſe diſcuteret: cum interim ex illius ore: nunquam omnino pſalmi deſinerent. In qua humilitate vitæ & abſtinentiæ auſteritate nimia, vſque ad extrema vitæ indefeſſe perdurans, Richerij Abbatis tempore in monaſterio iſto defunctus, atque ſepultus eſt.

F G H

Quid indulxerit imperator Henricus, &c.

CAPVT. XXXI.

ATenulfus Abbas XXXI. præfuit annis XI. Vir quanto nobilis, tanto humilis & humanus. Huius tertio ordinationis anno domini-

cæ

cæ ſcilicet incarnationis. M. XIIII. quo Paſchalis feſtiuitas die S. Marci
A iuxta calculi ſupputationem celebrata eſt, Héricus rex venit Romam: coronámque imperij de manibus Benedicti octaui Papę ſuſcepit. A quo etiã Papa idem Abbas priuilegium accepit. Ipſe quoque Henricus ab eodem Abbate & omni congregatione rogatus, per præceptum aureo ſigillo munitum vniuerſas monaſterij pertinentias confirmauit: ſpecialiter autem, ac nominatim, res comitatus Thermulenſis cum finibus ſuis: caſtra, eccleſias, curtes, cum omnibus pertinentiis ſuis. Duo etiam caſtella cominenſis territorij, vicum ſcilicet Album, & ſanctum Vrbanum, alio præcepto poſtquam in patriam rediit huic monaſterio confirmauit: de quibus iam pridem Pãdulfus Capuanus princeps poſt patris mortem eidem Abbati fratri ſuo præceptum fecerat: & de monaſterio S. Valentini in eodem
B territorio Comminenſi, cum vniuerſis pertinentiis ſuis. Quod multo iam tempore deſtructum à Saracenis paulo ante reparauerat Pontius Allonis filius comitatus Marſicanus. Qui dum cognouiſſet illud ad ius noſtri monaſterij pertinuiſſe: ita vt erat inſtauratum amore Dei, in ius & poteſtatem iſtius monaſterij ſponte redegit. Hic etiam Pontius vnà cum Bernardo filio coram Marſorum comitibus renuntiauerunt omnibus quæ dudum ex iure S. Angeli de Baregio poſſederant in territorio Marſicano.

De quibuſdam ædificiis ex eorum ornamentis. CAP. XXXII.

HIc Abbas fecit in Eccleſia S. Benedicti coronã argenteã XXIIII. librarũ. Fecit & Campanarium altũ, & optimum: in cuius medio, ſanctæ
C Crucis conſtruxit altare. Præterea iuxta hoſtium maioris eccleſiæ dextra leuáque ſupra marmoreas columnas cameras duas erexit: quarum in altera in honorem ſanctæ Trinitatis, in altera S. Bartholomæi Apoſtoli altare cõſtituit. Abſidam verò maioré auro variíſque coloribus pingi pulcherrime fecit. Eccleſiam itẽ S. Stephani iuxta portam monaſterij ſitam iam ferè ruentem innouauit & ampliauit: atque in ea altare S. Adelperti (quem ſupra martyrem effectum memorauimus) ab occidentali parte locauit. Inferius oppidum circa eccleſiam domini Saluatoris, quod à S. martyre Chriſti Berthario inchoatum diximus, magna ex parte conſtruxit. Inſtaurauit præterea in Atinenſi territorio monaſterium S. Nazarij martyris: quod dudum fuerat Cœnobij noſtri. Eccleſiam S. Angeli, quã olim
D Giſulfus Abbas in valle Luci conſtruxerat iam vetuſtam reparauit: & eam adiecto titulo amplians atque depingens poſſeſſionibus haud exiguis auxit: variáſque ad vſus monachorum officinas ſtatuens quod Græcorum antea fuerat noſtratium monachorum eſſe conſtituit.

De quorundam oblationibus. CAP. XXXIII.

SVb idem tempus oblata eſt monaſterio eccleſia S. Petri, quæ Adiſcleta dicitur in Campania, territorio Ceccanenſe: cum poſſeſſionibus maximis circa ſe poſitis ab Vberto, & Amato, comitibus Ciccani,

& Segniæ. Eccleſia quoque ſancti Angeli in Cæperanenſi territorio, cum omnibus finibus ſuis, à Landuino, & Racterio Campaniæ conſulibus. Sed & Sapphyrus præſbyter obtulit monaſterio eccleſiam ſancti Benedicti iuris ſui apud Capitiniatam, cum omnibus pertinẽtiis ſuis. Petrus item præſbyter, & monachus: Martinúſque itidem preſbyter, & monachus obtulere beato Benedicto eccleſias ſancti Apollinaris, & ſanctæ Mariæ in murrone, vbi Caſale planum dicitur, cum omnibus pertinentiis ſuis. Odmũdus quoque Firmanus idem fecit de eccleſia ſancti Michaelis de Torpelliano: cum vniuerſis pertinentiis ſuis. Faidolfus quoque Gueltonis filius, ex Marſorum gente nobilis tradidit monaſterio omnem ſubſtantiam ſuam, quam in eadem prouincia poſſidebat: & eccleſias duas ad ſe pertinentes ſancti ſcilicet Thomæ in Betugæ, & ſancti Magni in Caſtulo: cum omnibus earum pertinentiis, & rebus. Leo item preſbyter & monachus territorij Bouianenſis: vnà cum fratribus ſuis obtulit monaſterio eccleſiã ſancti Saluatoris, & ſancti Chriſtofori, cum nonnullis poſſeſſionibus ſuis. Temmo ſimiliter Teudelaſi filius, obtulit ſancti Fœlicis eccleſiã in carruſe, cum omnibus pertinentiis eius. Per idem tempus prædictus Orderiſius Marſorum Comes, cum vxore Giberga reddiderunt beato Benedicto eccleſiam ſancti Pauli Comini ſitam, quã pater ipſius à Mãſone per libellum ſuſceperat. Eodem quoque tempore, oblata eſt monaſterio eccleſia ſanctæ Iuſtę apud Baranellum, iuxta Biſernum. Alia item eccleſia ſanctę Iuſtę apud Caſtrum Eudolini, & eccleſia S. Andreæ territorij Boianenſis. Monaſterium item S. Benedicti, & eccleſia ſanctæ Luciæ apud caſtrum Banidum, & eccleſia S. Mariæ de Cruce, cum maximis poſſeſſionibus ad eas pertinentibus. Apud Aprutium quoque in triuio, eccleſia S. Benedicti, cum omnibus item rebus ſuis. Sub hoc Abbate Rainerius Gaſtaldeus Soranæ ciuitatis, obtulit beato Benedicto de iure hæreditatis ſuæ apud Arpinum, loco qui dicitur collis de inſula, cum omnibus pertinẽtiis ſuis. Albo itẽ Aprutinus obtulit monaſterio medietatem caſtri Salinæ, hæreditario iure ad ſe pertinentem: vnà cum eccleſiis, & omnibus omnino rebus ipſarum, ac medietatis prædictæ ſeptingentorum fermè modiorum. Adelpertus etiam Azonis filius id ipſum fecit de curtibus, & portionibus duorum caſtrorum apud Aprutium: & eccleſiis aliquot, cum terra modiorum cccc. Lupus itidem Azonis Aprutini filius, portiones quas in quattuor eccleſiis habebat id eſt ſanctæ Victoriæ, ſancti Antimi, ſancti Archangeli, & ſancti Andreæ, & cum littore, & piſcatione propria in mari, & terræ quinque milibus modiis monaſterio contulit. Stephanus item, & Silueſter presbyteri Larinenſis ciuitatis, obtulerunt ſancto Benedicto eccleſiam ſanctæ Mariæ iuris ſui: vbi dicitur monumentũ, cum omnibus pertinentiis ſuis.

Quomodo

A

Quomodo huc delata ſit portio lintei domini Saluatoris.

CAPVT XXXIIII.

HIs diebus monachi quidam ab Hieroſolymis venientes, particulam lintei cum quo pedes diſcipulorum Saluator exterſit, ſecum detulerunt: & ob reuerentiam ſancti huius loci hic deuotiſſime obtulerunt VI. Idus Decembris. *Pars lintei, quo Chriſtus pedes diſcipulorum terſit, miraculo probata.* Verum cum plurimi fidem derogarent, illi fide præditi particulam ipſam ardentibus imponunt prunis, quæ mox in colorem ignis verſa eſt: amotis tamen carbonibus ad priſtinam ſpeciem mirabiliter rediit. Cumque cogitarent quomodo, vel vbi pignera tanta locarent:
B diſpoſitione Dei contigit vt eodem die mitteretur huc, loculus ille mirificus vbi nunc condita eſt lintei ipſius particula, argento & auro gemmiſque opere anglico ſubtiliter acu pulcherrime decoratus. Ibi ergo amoto cryſtallo cum omni veneratione locata eſt. Moriſque eſt annis ſingulis, ipſo die Cœnæ Dominicę, ad mandatum fratrum à manſionariis eam deferri, & in medium poni: duóque ante illam accendi candelabra, & iugiter donec impleatur mandatum ab acolyto incenſari. Demum iuxta finẽ mandati, à ſingulis per ordinem fratribus flexis genibus deuotiſſimè adorari, & reuerenter exoſculari.

De inſtauratione monaſterij Barragenſis. CAP. XXXV.

C DE monaſterio præterea Barragẽſi, cum à prædicto fratre ſuo Pàdulfo principe idem Abbas præceptum cum omnibus finibus ſuis, ac poſſeſſionibus accepiſſet: quendam ibi fratrem huius congregationis valde religioſum, qui Azo dicebatur, vt eius reparationi pro viribus ſtuderet mittere continuò curauit. Nam ex eo tempore, quo Saraceni à Marſis ac Pelignis cęſi ac fugati ſe illuc contulerunt, ibique (quoniam locus excelſis ædificiis munitus erat) ſe aliquamdiu tutati ſunt: ab inſequentibus tamen vnà cum monaſterio incenſi ſunt: monachis per diuerſa fugientibus, ita ſylueſcentibus omnibus horridum incultúmque deuenerat: vt vix paucisſimi fratres iuxta paruam antiquámque baſilicam quæ ſola ignem euaſerat, pro loci reuerentia commanere paterentur. Erat tunc prædictus Azo, præpoſitus monaſterij ſancti Benedicti in pago Marſorum: quod eo tem-
D pore cellis prœdiis atque coloniis pluribus per Marſicã locis erat opulentũ: adeo vt ſoli pluſquã quinque milia modios haberet. Huius itaque omnẽ omnino ſubſtãtiam tã in codicibus quã in animalibus omnibuſq; vtẽſilibus ex æquo diuiſit, partémque alteram ad monaſterij memorati reſtaurationem ſumens, conuocatis artificibus, eccleſiam primo, cuius fundamenta ſola remanſerant, dehinc officinas omnes inſtaurare pergit. Rediénſque ad Abbatem, hominibus quos in poſſeſſiones eius monaſterij neceſſe erat inducere: libellos ab eo acquiſiuit: móxque caſtellum eidem monaſterio proximum, Bale nomine, cõdidit. Tertio demum anno conſumata eccleſia, præfatus Abbas eiuſdem Azonis oratu, Angelũ

Yy ij

Epiſcopum tunc huius monaſterij monachum, cum aliquot fratribus & XII. aliis ſancti Germani clericis ad eam ſolenniter dedicandam miſit. E
Quo facto, fratrem ibi quemdam vice ſua, Dominicum nomine: quem ipſe monachum fecerat ordinans, ipſe iam maturus æui, atque debilis, ad hoc monaſterium rediit. Qui cum in domo infirmorum per dies aliquot recubans, extremum iam vitæ ſpiritum traheret: quidam frater, Petrus nomine, eo quidem tempore iuuenis, noſtra verò ætate quam illum in hoc loco adhuc viuentem inuenimus, annis ſimul moribuſque grandæuus, dum in dormitorio fratrum ea nocte cum cæteris quieſceret, vidit Michaelem Archangelum (illa nimirum effigie, qua pingi conſueuit) per ipſum dormitorium, altero ſe Angelo comitante, tranſire. Quem cum idem frater quadam ſpirituali fiducia an ipſe eſſet Archangelus Michael & quo tenderet percontaretur: ſe & Archangelum ipſe, & ad animam Azonis ſuſcipiendam properare reſpondit. Mox frater ille euigilans ſurgit: & ad domum infirmorum perniciter aduolans, eundem fratrem iam efflaſſe animam repperit. Prædictus verò Dominicus magiſtri ſui ſollertiam imitans, non multò poſt arcem, quæ inter montes dicitur, non longe ab ipſo monaſterio condidit: colonóſque qui prius Ciuitellæ habitauerant in ea conſtituit. F

De quadam controuerſia contra monaſteria orta.

CAPVT XXXVI.

PEr idem tempus contentio Caietanorum ducum & comitum Traiectenſium orta eſt contra hoc monaſterium: eo quod terras quaſdam, ac ſyluas in confiniis Aquini, dudum ad monaſteriū iſtud pertinentes repetere cœpiſſemus: quas ipſi ante annos plurimos à Ioanne Papa VIII. & X. per priuilegium acceperant: quia profligandis Saracenis Gariolani degentibus ſtrenuè totiſque viribus elaborauerant. Sed cum apud Argenteum caſtrum lis perducta eſſet: vbi cum principe Capuano: & eiuſdem ciuitatis Epiſcopo, domnus Athenulfus Abbas, & plurimi ex diuerſis partibus nobiles iudicéſque conuenerant: recitata ſunt primitus in omnium præſentia præfata illorum priuilegia. Demum verò relicta ſunt ex parte noſtra præcepta regum Caroli Hugonis atque Lotharij: qui terras eaſdem huic monaſterio conceſſerant & confirmauerant. Quo facto, decretum à iudicibus eſt tam ex Romanis legibus quam ex Longobardis nequaquam poſſe Caietanis terras illas aliquatenus pertinere: ſed eas nos legitime, ac firmiter tenere debere. Cumque hæc iudicum ſententia à principe, & ab vniuerſis aſſidentibus collaudata, ſimul & confirmata fuiſſet: præfati duces & comites cum legum auctoritati contraire nequirent, omnibus illis rebus abrenuntiarunt per inſtrumentum, ſcriptúmque renuntiationis tradiderunt nobis: cétum librarum auri appoſita pœna, ſi vnquam vel ipſi, vel hæredes ſui, iſta tranſgredi, vel remouere quæſiſſent. G H

De

A *De oblatione inſulæ quæ Limata dicitur.* CAP. XXXVII.

EOdem quoque tempore Pandulfus & Giſulfus Teanenſes comites, proponente eodem abbate in iudicio, Capuani principes & Archiepiſcopi renuntiarunt iuribus omnibus Ceſinenſis agri per ſcriptum: appoſita itidem pœna c. librarum auri, ſi cōtra vnquam facere tentauiſſent. Filij item Vnzonis idem fecerunt de caſtro Conca cum finibus ſuis, & Pilano, & S. Fœlice, & Ceſima, proponente Andræa propoſito noſtro in iudicio Antonij capellani, & Benzonis miſſi Henrici imperatoris, appoſita pœna ſi remouerent quinque milium bizantiorum. Per idem tempus Magiſpertus Aquinenſis obtulit beato Benedicto hæreditatem, quæ Limata dicitur, Carnello, & Melfa circundatam c. modiorum extimatam:
B quam ab hominibus pontis curui ipſe emerat: habentem ex vno latere paſſus quadringentos x. & VII. ex altero CCC. XXIII. ex alio CC. & ex alio CCC.

De aduentu & præliis Nortmannorum.

CAP. XXXVIII.

HVius anno VII. cœperunt Nortmanni, Melo duce, incurſare Apuliam. Qualiter, vel qua occaſione Nortmanni ad has primum partes aduenerint, quíſue Melus hic fuerit, & cur ipſis Nortmannis adhæſerit, opportune referendum videtur. Ante annos fermè ſexdecim, Nort-
C manni XL. numero, peregrino habitu, quippe ab Hieroſolymis orationis cauſa perrexerāt redeuntes, Salernum applicuerunt: viri & ſtatura proceri, & ſpecie venuſti, & armis præcipui. Quam cum à Saracenis obſeſſam repeririſſent: accenſis nutu Dei animis, à Guaimario maiore qui tunc princeps erat, equos, armáque poſcētes, ſubitò in illos irruerunt: plurimíſque peremptis, & reliquis in fugam verſis, mirabili victoria, Deo largiente potiti ſunt. Efferuntur miris omniū laudibus, magníſque à principe illuſtrati muneribus, vt manere ſecum debeant multis precibus inuitantur. Illi amore tantùm Dei, & Chriſtianæ fidei aſſertione hoc ſe feciſſe aſſerentes, & dona reſpuunt, & manere ibi poſſe ſe denegant. Prædictus itaque princeps conſilio habito, cum eis legatos ſuos in Nortmanniā dirigit: & veluti narſes alter, citrina per eos poma, Amygdala quoque, & inauratas nuces,
D ac pallia regia & equorū phaleras auro argētóque diſtinctas, illuc dirigēs, ad huiuſmodi gignentem humum illos non modo inuitabat, verū attrahebat quoque. His fermè diebus duo illius magnates Giſelbertus ſcilicet qui & Battericus, & Guillelmus cognomento Repoſtellus acriter inter ſe diſſidentes: ad id tandem exitij deducti ſunt: vt Giſelbertus Guilhelmum occideret. Quod cum Robertus terræ ipſius comes comperiſſet: vehementer iratus mortem Giſelberto minatus eſt. Ille Domini ſui iras metuens, aſſumptis quattuor fratribus ſuis, Rainulfo, Aſclittino, Oſmundo, ac Rodulfo, & aliquibus aliis, cum equis tantùm, & armis iuncti

legatis noſtrorum aufugiunt, Capuámque perueniunt: Vbi Melus prædictus cum Pandulfo principe morabatur. Hic (vt aliquamtulum altius E repetam) Barenſibus ciuibus immò Apulis omnibus facile clarior fuit atque primarius, ſtrenuus omnino ſingulariſque prudentiæ. Sed cum Græcorum (qui paucis ante annis Apuliam ſibi Calabriámque, ſociatis ſibi Ruſſis, atque Gulianis vendicauerant) inſolentiam faſtidiúmque Apuli ferre non poſſent: vnà cum Melo ipſo, & Datto quodam equite nobiliſſimo Meli cognato rebellare diſponunt. Verùm cùm imperatoris exercitui Barenſes reſiſtere non poſſe putarent: paulò poſt turpiter ſe ſuáque dedentes, Melum quoque ipſum Græcis tradere conati ſunt. Quod vbi intellexit prudentiſſimus vir, vnà cum Datto clam fugiens, Aſculum adiit. Vbi itidem veritus ne Græcis traderetur egreſſus noctu cum ſocio Beneuentum venit, atque inde Salernum & poſtmodum Capuam: nequaquá F indulgés ocio, ſed omnia agens, ac moliens vt patriam à Græcorũ tyránide poſſet eripere. Interea Barenſes Marantam ipſius coniugem, filiúmque Argyron, Conſtantinopolim ad imperatorem mittunt. Dattus itaque ad Abbatem Athenulfum profectus, cum apud eum vnà cum vxore & liberis diebus aliquot manſiſſet: quia fidelis erat Henrici imperatoris, à Benedicto Papa in Gariliana turre, quam tunc idem Papa tenebat, poſitus eſt. Eam verò turrem Ioannes patritius Caietanus, filius Docibilis conſulis propter incurſiones Saracenorum temporibus Ioannis VIII. Papæ conſtruxerat. Melus interea Capuæ commorans, Normannorum præcognito aduentu illos accerſit: cauſáque diligenter explorata, illis militiæ ſacramẽto protinus iũgitur. Atque è veſtigio Salernum Beneuẽtumque repetens, complures ſibi tam Græcorum odio quam ſui gratia ſociat: ſtatímque Græcorum aggreſſus fines, repugnantes expugnare fortiter cœpit. G Tribus itaque prœliis cum Græcis, primò apud Tremolam, ſecundò apud ciuitatem, tertio apud vaccariciam campeſtri certamine dimicans victor ſemper euaſit: fuſiſque omnibus, ac plurimis occiſis, ea parte oppida omnia quæ illi tenuerant recipit. Quarta demum pugna, apud cannas Romanorum olim clade famoſas, cuiuſdam inſidiis & arte ſuperatus, omnia quæ facile receperat facilius perdidit. Feruntur in ea pugna ex ducentis quinquaginta Normannis ducem ſolummodo ſuperfuiſſe: Græcorum autem turbam plurimam córruiſſe. Melus vt ſe militũ auxilio deſtitutum vidit: Nortmannos reliquos partim Guaimario, partim Pandulfo H commendans, ipſe ad imperatorem proficiſcitur: vt ad expellendos hinc Græcos vel ipſum venire ſi poſſet induceret: vel ſaltem auxilia militum mitteret. Tunc temporis Venafrani comites in poſſeſſionem monaſterij, quæ Vitecuſum dicitur ingreſſi, caſtrum ibidem, & in loco qui dicitur aqua fundata ædificare cœperunt. Quod cum Abbati Atenulfo fuiſſet nunciatum, miſſis militibus iniuriis affectos, conciſóſque verberibus expulit: & quæ ædificauerant à fundamentis euertit.

De

A *De Normannis Pinlatarij conſtitutis.* CAP. XXXIX.

INterea cum præfatus Abbas, immo totum monaſterium magnas Aquinenſium comitum iniurias moleſtiáſque pateretur: neque ſeruorum Dei hic commanentium religio, neque ſancti patris Benedicti reuerentia, illos ab hoc ſcelere arceret: magna demũ Abbas neceſſitate compulſus fortiſſimos aliquot ſibi ex prædictis Normannis aſciuit: eoſque iuxta ſe in oppidum quod Pinlatarium dicitur, haud longè à ſancti Germani oppido, vt bona monaſterij tuerentur, induxit. Hoc illi quoad Abbas ipſe ſuperfuit ſtrenuè fideliterque geſſere. Per hos dies Catapanus Baiano conceſſit huic monaſterio totam ex integro hæreditatem, ac ſubſtantiam Maraldi Tranenſis, intus, ac foris eam ciuitatem, vbicunque
B hanc ipſe poſſidere videretur. Cùm ergo Capuanus princeps Conſtantinopolitano Imperatori Baſilio clam faueret: claues aureas ad illum miſit ſe & vrbem Capuanam, immò totum principatum eius per hæc imperio tradens. Memoratus verò Boiano magnam pecuniæ ſummam principi mittens, orat vt ſi reuera Baſilio Imperatori fidem ſeruaret, ad capiẽdum Dattum ſe tranſire permitteret. Permiſſum eſt, armatóque milite Garilianum venit: turrémque in qua Dattus nihil talè ſuſpicans reſidebat biduo oppugnans, vi tandem cum omnibus qui ibi inerant cepit: & Normanos quidem ibi comprehenſos præfatus Abbas à Boiano multa prece promeruit: Dattum verò nullo pacto ab eius manibus eripere potuit. Quem vinctum Barim reducens poſt paucos dies inſutum culleo, parri-
C cidarum more, in mare præcipitari iuſſit.

De Aduentu Henrici, ad Troilam, & morte Abbatis. CAP. XL.

HIs compertis Henricus Auguſtæ memoriæ Imperator, Græcorum ſcilicet impetu, perfidia principis Datti, crudeliſsima nece reputans ſecum fore vt amiſſa Apulia ac principatu, Romam quoque in maturaret, Italiámque totam ſimul amitteret: Melo bis iam ad eum hac de cauſa profecto ac peregre mortuo, minimè vltra remorandum ratus, anno Dominicæ incarnationis. M. XXII. congregato immenſo regni totius 1022.
exercitu, in Italiam venit: & ipſe quidem cum maxima ipſius exercitus parte per Marchias trãnſiit. Poppum verò Archiepiſcopum cum XI. mi-
D libus militum per Marſorum regionem direxit: Belgrimum autem Colonienſem Archiepiſcopum cum viginti milibus Romam ad capiẽdum Abbatem ac principem miſit. Quippe Abbas ipſe inſimulatus cum fratre principe fuerat, quod Datti necis cauſa fuiſſet. Hoc Abbas amicis nunciantibus cognito, nuſquã ſe tutum poſſe conſiſtere à facie tantæ poteſtatis exiſtimans, cum Marſorum comites & Borelli filij, libentiſsime illum apud ſe habituros ac tutò promitterent, conſilio habito, locum iræ dare decreuit: cupiénſque Conſtantinopolim ſe ad Imperatorem conferre hydrontum mare ingreſſurus proficiſcitur. Eius autem ciuitatis epiſcopo per viſum beatus Benedictus apparens: vade (ait) dic Abbati, vt hac vice

marc nulla ratione pertentet: ſciens ſi hoc fecerit ſe maturè periturum. Huic ille viſioni minimè fidem accommodans, mare audacter ingreditur: ſed (vt vera prohibentis probaretur auctoritas) occulta Dei diſpoſitione atque iudicio cum ſociis omnibus naufragans periit. Quod cum Imperatori fuiſſet nunciatum, dixiſſe fertur: Lacum aperuit & effodit eum: & incidit in foueam quam fecit. Inter cætera quæ idem Abbas hinc profectus ſecum aſportauit, fuerunt nouem præcepta Imperatorum aureo ſigillo bullata, præceptúmque de Caſagentiana, & de Piſcaria Leſinenſi: quæ omnia cum eo in maris profundo demerſa ſunt. E

De Pandulfo principe qua ſententia ſit ab Imperatore multatus.

Capvt XLI.

F

Belgrimus interea quoniam Abbatem non reperit, verens ne fortè & princeps fuga ſimili laberetur, Capuã protinus adiit: eámque mox vndique armato milite cinxit. Princeps autem metuens ciuium proditionem ſponte ad Belgrimum exiit: ſéque (vt decebat) in culpa non eſſe ſignificans, purgaturum ſe de quibus inſimulabatur in Imperatoris iudicio aſſeuerauit. Lætus Belgrimus accepto ſub cuſtodia principe ad Imperatorem rediit: iámque Troiam Græcorum ciuitatem, quam eodem anno illi conſtruere cœperant obſidentem inuenit. Ea principis captura, Imperator hilarior factus, aggregatis omnibus magnatibus ſuis, illis præſentibus adhiberi eum in iudicium iuſſit. Præſentibus accuſatoribus plurimis & eius nequitias illi in faciẽ obiicientibus, decernitur vno omniũ parilíque iudicio mortis illũ debere ſubire ſententiã. At Belgrimus cuius fidei ſe princeps ipſe commiſerat, dictam ſentẽtiam grauiter ferens ſupplex Imperatorem adiit: multorúmque adminiculo fretus, precibus, ac rationibus ipſius obtinuit vitam. Ferro tamen vinciendum Imperator ſecúmque aſportandum in Germaniam ſtatuit. G

Quomodo Imperator principatum Capuanum Pandulfo tradiderit.

Capvt XLII.

Post paucos dies Troianis ſe ſponte dedentibus, & ad Imperatoris veſtigia vnanimiter omnibus procumbentibus, Imperiali clementia, veniam tribuit: & quoniam ob æſtus magnitudinẽ gens perpetuis aſſueta frigoribus in his partibus diutius remorari non poterat, reditum in dies maturabat. Veniens igitur Capuam Pandulfo Teanenſi comiti tradidit principatum, Stephano autem Melo & Petro memorati Meli nepotibus, quoniam propria illis recuperare non potuit, comitatus honorem conceſſit. Quibus etiam, in auxilium de Normãnis Giſelbertum Goſmanum, ſtigandum torſtamum, Balbum Gualterium de Canoſa, & Vgonem cum aliis x. & viii. reliquit. H

De

A *De ordinatione Abbatis Theobaldi.* CAP. XLIII.

IMperator autem poſt paucos dies, ordinatis negotiis ſuis ad monaſterium vnà cum Benedicto Romano Pontifice venit. Interea collecti in vnum fratres, cœperunt iuxta tenorem regulæ de eligendo ſibi Abbate tractare. Viuebat adhuc, & eidem concilio aderat Ioannes Abbas, ille quem reliquiſſe monaſterij curam, & ſeceſſiſſe in eremum ſupra monſtrauimus. Aderat & domnus Theobaldus, vir & genere & moribus clarus; qui eo tempore Marchiæ præpoſituram, vnde & ortus erat, nauiter adminiſtrabat. Erat qui Ioannem ipſum denuò præfici expoſcerent. Sed quia iam ætatis erat ferè decrepitæ, prudentiorum conſilio, tanto ſubeundo oneri minimè idoneus iudicatus eſt. B Poſt plurimas multorum variáſque ſententias, communi tandem cóſenſu omnium Theobaldus eligitur: ipſo etiam Imperatore, atque ſummo pontifice eam electionem valde approbantibus. Sícque die altera nat. beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ab eodem beatiſſimo Papa honorabiliter conſecratur.

Quomodo ſanctus Benedictus Imperatorem ſanauerit.

CAP. XLIIII.

ACribus tunc doloribus Imperator vexabatur: atque vt ipſe poſtmodum retulit, licet monaſterio nimium afficeretur, & nuſquam ſe terribilius, venerabiliúſque oratorium vidiſſe fateretur: ſæpe tamen C ſcrupulo non paruo mouebatur, an pater Benedictus corporaliter hoc in loco requieſceret. Cùm igitur præ dolore nec plene vigilans nec integrè dormiens quendam pateretur exceſſum, apparuit ei beatus Benedictus; atque ad eum quaſi viſitaturus accedens, vbi pateretur quæſiuit. Cui languorem protinus confitenti, ſcio (inquit) Benedictus, te an hic quieſcam hactenus dubitare: Sed vt nullo huiuſmodi ſcrupulo vltra mouearis, meúmque corpuſculum hoc in loco quieſcere certius noueris, hoc tibi ſignum erit. Cum primo mane ſurrexeris in egeſtione vrinæ tuæ, tres ſimul emittes grandiuſculos lapides: & ex tunc dolore iſto nunquam vltra detineberis. Ego autem ſum frater Benedictus. His dictis euanuit. Euigilans Imperator continuò ſurgit: ac iuxta viſionis ſeriem, ſanitati D priſtinæ redditus, Deo, & patri Benedicto gratias retulit. Mane autem facto, veniens in conuentum fratrum, poſt capituli verba ſolennia: Quid (inquit) Domini mei medico qui me curauit dare iubetis? Cúmque illi reſpondiſſent, vt quicquid vellet de monaſterio cunctis libẽter annuentibus tolleret, ac medico daret: Non ita (inquit) fiat: ſed quoniam me pater ſanctus Benedictus hac nocte curauit, oportet vt de noſtra ſubſtantia tãto patri fiat retributio. Et hæc dicens mixtis gaudio lachrymis, quæ per viſum audierat omnibus retulit, adiiciens: Nunc profecto cognoui quia venerabilis eſt locus iſte: nullíque mortalium vltra dubitandum eſt quin cum ſorore ſua Benedictus hic pater requieſcat. Ad vberiorem au-

tem fidem, tres illos lapillos quos paulo ante per vrinam egeſſerat, pa- E
lam cunctis oſtendebat. Omnibus itaque tam de viſione mirabili, quam de celeri Imperatoris ſoſpitate lætantibus atque ſtupentibus ac Deo referentibus gratias, obtulit ipſo die regia munificentia ſancto patri Benedicto munera hæc. Textum Euangelij de foris quidem ex vno latere auro puriſſimo, ac gemmis precioſiſſimis opertum: Intus verò vncialibus (vt aiunt) litteris, aureiſque figuris mirificè decoratum. Calicem aureum, cum patena ſua Gemmis & Margaritis & arte celatum pulchre inſignitum. Planetam diapiſtim liſtis aureis ornatam, ſtolam quoque manipulum, & cingulum, ſingula intexta auro. Pluuiale etiam diaſprum cum phrygiis aureis: necnon & tunicam eiuſdem operis auro exornatam, cum mappula diapiſtim auro nihilominus decorata. Situlam F
inſuper & pateram argenteam haud exigui ponderis: cum qua videlicet fratres in præcipuis feſtiuitatibus biberet. Redemit item à Iudæis veſtem altaris ſancti Benedicti, quæ quondam fuerat Caroli Regis: quam illi pro quingentis aureis ſub pignore tenebant: & argenteum calicem Saxonicum maiorem cum patena ſua: quem Theodericus Saxonũ Rex dudum ſancto Benedicto trãſmiſerat. Hæc pariter omnia præſentibus fratribus ſuper altare beati Benedicti obtulit: ac domnũ Apoſtolicum vt hæc ſcripti ſui auctoritate firmaret orauit: Apoſtolici Anathematis pœna propoſita, ſi quis vnquam vel ea quæ diximus vel quæ ipſe Imperator antea monaſterio conceſſerat violare præſumeret. Idem quoque Apoſtolicus Imperatoris ſaluti valde congratulans, obtulit & ipſe ea die beato Bene- G
dicto planetam aureis phrygiis decenter ornatam, ſtolámque, & manipulum eiuſdẽ operis. Sed & Belgrimus Archiepiſcopus ob gratiam eiuſdem ſanitatis, obtulit ſimiliter ſancto Benedicto planetam purpuream aureis Phrygiis, menſium XII. ſigna in ſe habentibus, ornatam: ſtolámque cum auro, & pluuiale vnum. Poſt hæc idem Chriſtianiſſimus Imperator parum adhuc ſe exiſtimãs deuotioni ſuæ ad hunc locum ſatisfeciſſe: admonitus ab eodem Belgrimo, & à Theoderico Cancellario ſuo, die altera donationem per ſcriptum fecit monaſterio, de arce quæ Vantra dicitur: cuius incolæ, latronũ inſtar, huic monaſterio ſæpius infeſti erant: ac illis ereptam, vſibus ſeruorum Dei perpetuo tenẽdam tradidit. Fecit & aliud præceptum de omnibus vbique terrarũ loci huius poſſeſſionibus, iuxta tenorem ſuorum prædeceſſorum Imperatorum: per quod & mo- H
naſterium ſanctæ Mariæ in canneto in finibus Termulenſis ciuitatis Imperiali auctoritate confirmauit monaſterio: ſicque commendans ſe plurimum patri Benedicto, & omnibus fratribus, cum illorum benedictione remeauit in ſua. Ac ne tanti patris beneficium obliuiſci vlla ratione videretur: mox vt domum rediit planetam diarodinã Phrygiis aureis pulcherrimè ornatam vnà cum alba & cingulo ſtola atque manipulo (regiũ omnino munus) huc ad beatum Benedictum, cum maximis gratiarum actionibus mittere ſtuduit: tantæque poſtmodum ad hunc ſanctum locum deuotionis fuit: vt ſi vixiſſet aliquanto diutius, relicto imperij culmine

Vnciales litteræ.

A mine, Deo ſe in ſanctæ conuerſationis habitu ſeruiturum hoc in loco promitteret.

Quomodo Imperator falſa ſcripta tranſlationis ipſius iuſſit exuri.
CAPVT XLV.

SAnè quoniam de corpore Benedicti, quod verè in hoc loco requieſceret viſione ac ſoſpitate fuerat certiſſimus redditus: vbicũque poſtmodum ſcripturam tranſlationis eiuſdem ſancti patris inuenire potuit, flammis exuſſit: narrans omnibus, quæ ſibi dominus hoc in loco monſtrauerat, quæve præſtiterat: ex illius falſæ tranſlationis ſerie, rationabiliter oſtendẽs hæc friuola eſſe, atque conficta: dũ (ſicut ibi refertur) vnus B idémque Angelus & illos ad ſubripiendum hortaretur: & Romanũ pontificem ad inſequendum inſtigaret, illóſque admoneret vt fugerent. Qui vero Pauli diaconi veracis planè, & inſignis hiſtorici † teſtimonio ſe ſuffultos exiſtimant: ſciant hanc rerũ geſtarum ſcriptoribus eſſe conſuetudinem: vt in narratione ſua multorum opinionibus cedãt. Nam & apud Lucam beata Maria Ioſeph patrem Domini appellat dicẽs. Ego, & pater tuus, dolentes quærebamus te: & apud Marcum, pro eo quod puella caput Baptiſtæ petierit, Herodes contriſtatus aſſeritur: quod vtrunque verum non fuiſſe nullus ignorat.

† lib. 6. c. 2. Ex quo tamen loco Caſar Baronius to. 8. Annaliũ ſub anno Chriſti 644 colligit oſſa quidẽ trãſlata fuiſſe, ſed nõ carnes in puluerem redactas.

De iudicio Dei contra Imperatorem, quia equos in capitulo monaſterij cuiuſdam ſancti Benedicti poſuit. CAP. XLVI.

C VErum & hoc ipſe religioſiſſimus Imperator multis referre ſolebat: quod ipſum languorem à quo per beatum Benedictum fuerat ereptus: per eundem nihilominus ante ſuſceperat, eique iampridem fuerat addictus, huiuſmodi videlicet cauſa. Eo adhuc tempore quo Dux erat, cum iter agens ad monaſterium quoddam Benedicti patris nomini dedicatum, hoſpitatus eſſet, quoniam equornm ipſius multitudinem ſtabula conſueta non caperent, in ipſo capitulo quod iuxta eccleſiam erat, eius ſtabularij aliquot locare equos auſi ſunt. Nocte igitur eadem Benedictus pater eidem Duci toruis ac minacibus oculis apparens, eíque plurima quod domum ſuam ita tractarit intentans: virga quam manu geſtabat, illius percuſſit latus: & ex tunc torqueri dolore lateris vehemen-D tiſſime cœpit.

Mira de ipſo Imperatore, & vxore ipſius. CAP. XLVII.

HIc idem Auguſtus ex ſui patrimonij ſumptibus cõſtruxit eccleſiam ad honorem ſancti Georgij: quam aduocato Benedicto Papa conſecrari fecit: epiſcopalémque in ea ſedem conſtituens, beato Petro ex integro obtulit, ſtatuto per annos ſingulos cenſu, equo vno optimo albo, cum ornamentis omnibus & phaleris ſuis, centúmque Marchis argenti. Poſtmodum Leo IX. Papa Vicariatus gratia, Beneuentum ab Henrico Conradi filio accipiens, prædictum ab Emergenſe epiſcopium ſub eius

S. Henrici Imp. caſtitas cũ coniuge virgine remanente.

ditione remiſit: equo tamen quem prædiximus ſibi ſeruato. Inter cæteras autem virtutes quas idem Imperator habuiſſe narratur, adeo caſte vi- E xiſſe fertur: vt ad mortem veniens Epiſcopis Abbatibúſque præſentibus Cunibundam coniugem ſuam propinquis tradidiſſe dicatur, ac dixiſſe. „ Recipite, quam mihi tradidiſtis virginem veſtram.

De Sancti Pauli Abbatę, quid de corpore Sancti Benedicti dixerit Adam monacho. CAP. XLVIII.

QVoniam autem de corpore ſanctiſſimi patris Benedicti, paulo ante neceſſariò facta eſt mentio: referendum hoc in loco videtur, quid Adam religioſiſſimo viro cuſtodi eccleſiæ ſuæ idem beatiſſimus pater ſit dignatus oſtendere. Hic itaque cum quodam tempore Romam ex more, ad emenda quædam eccleſiæ vſibus neceſſaria, profectus eſſet apud mo- F naſterium ſancti Pauli Apoſtoli: cui domnus Leo Abbas tunc præerat (ſicut conſueuerat) hoſpitatus eſt. Cùm autem die quadam ipſi reuerentiſſimi viri ſpiritalia quædam adinuicem verba confererent: cœpit Abbas ſciſcitari veráne an falſa eſſent quæ tunc fama per multorum ora diſperſerat, quod ſcilicet beati Benedicti corpus hic nequaquam vltra quieſceret, ſed in Galliam furtim ſublatum tranſlatúmque fuiſſet: addenſque, & vt (inquit) huic rei fidem faciant qui iſta diſſeminant: ideo aiunt nullum apud nos ſignum, nullum miraculum fieri: illic verò vbi delatum aſtruunt, innumera per dies ſingulos eius meritis ſigna patrari. Adhæc Adam vehementer ſuſpirans, apprehenſa Abbatis manu, ad altare illum G beati Pauli Apoſtoli duxit: ibique cum ſoli eſſent manum ſuam ſuper altare idem Adam impoſuit dicens, per corpus hoc doctoris gentium beatiſſimi Pauli (quod hic abſque vlla hæſitatione requieſcere chriſtiana credit vniuerſitas) hoc quod tibi modo dicturus ſum, veraciſſimè & abſque vlla ſuſpitione mendacij perſequar. Ego cum aliquando iſta comperiens de beatiſſimi patris Benedicti corpore non modo hæſitarem, verum penè deſperarem: ita vt nulla ferè circa altare ipſius deuotione, nulla reuerẽtia afficerer: taliter fluctuantem per temporis aliquod ſpatiũ, triſtíque animo ac demiſſo vultu incedentem, cum die quadam poſt completorium intentius quam ſolebam ad eius tumulum oratione fuſa me ibi collocaſſem: idem ſanctiſſimus pater apparens cõſolari dignatus eſt dicẽs. Quare frater Adam tam demiſſus, ac triſtis incedis? & cur de me, vt tam male H ſentias duceris, quaſi ego corporaliter hic minime iaceam? Quia tamen ſeruitium ac deuotio tua valde grata mihi & placida eſt: à modo eſto certiſſimus me hic cum Scholaſtica ſorore quieſcere: méque ſimul cum ipſa in die examinis vltimo, hoc in loco debere reſurgere: vobiſcum etiam die noctúque dum pſallitis attentiúſque oratis ac decenti deuotione proceditis, me pariter adeſſe. Vt autem tibi hac de re dubium omne tollatur, cum matutinali hora primus (vt ſoles) ingreſſus eccleſiam fueris: ſi videris de ſepulchro meo quaſi virgulam fumi aromatis aſcendentem, crede quæ dixi vniuerſa eſſe veriſſima. Quo dicto diſparuit. Euigilans itaque

protinus

A protinus mecúmque myſterium viſiónis tantæ pertractás, gaudio ſimul perfuſus ac lachrymis, cœpi benedicere Dominum ſanctiſſimúmque patrem Benedictum. Móxque tremens licet ac pauidus intraui eccleſiá: aſpéxi, vidi, & credidi, iuxta quod mihi indigniſſimo fuerat reuelatum. Porrò quod dicunt nullum apud nos miraculum fieri, ſcias omnino eſſe falſiſſimum. Si enim cuncta liceret referre, quæ vel à maioribus noſtris audiuit, vel quæ ipſe ad eius tumulum diebus noſtris facta perſpexit, agnoſceres profectò hoc non niſi de inuidia, vel certè de ignorantia dictum. Vnum tamē tibi de multis, quod ego hiſce oculis vidi, miraculum referam. Dæmoniacus quidam, Andreas nomine, Barenſis, die quadam ad monaſterium venit: atque (vt moris eſt) à propinquis qui eum adduxerant ante B tanti patris altare iactatus eſt. Cúmque fratribus in choro pſallentibus, confuſas quaſdā & horrendas ex ore miſeri illius voces ſpiritus malignus emitteret: in parte ſtanti mihi & oranti ſubitò ſanctiſſimus pater Benedictus ante altare ipſum aſtare viſus eſt: qui alapa vexati maxillam fortiter feriens, malignum ab eo ſpiritum protinus expulit: ſicque ille curatus, cū affinibus ſuis Deo & patri Benedicto gratias egit, atque ad propria rediit. Hæc omnia memoratus Adā Leoni Abbati, ante ipſum beati Pauli Apoſtoli corpus, magna quodammodo neceſſitate compulſus aſſeruit. Namque humilitatis gratia quoad vixit nemo fuit ex huius monaſterij fratribus, qui hoc ab illo noſſe potuerit: donec Abbas ipſe Leo: quibuſdam fratribus noſtris, ex quibus Roffridus memoratus fuit: à quo id ego pre-C cepi iam illo defuncto retulerit.

Refutat opinionem dicentium in Caſino ad ſepulcrū Sancti Benedicti nullū miraculū fieri.

Dæmoniacus ad ſepulcrū S. Benedicti curatus.

De Sanctis Protho, & Hiacintho, pulchra viſio.

CAPVT XLIX.

HIc ipſe Leo retulit & aliud quiddam ex ipſius noſtri Adam veridico ſibi ore prolatum. Aiebat enim quod cum die natalitio ſánctorum Prothi, & Hiacynthi, ipſe Adam pro vtilitate miniſterij ſui, portas monaſterij eſſet egreſſus, viderit duos pulcherrimos iuuenes in habitu monaſtico ſibi obuios fieri. Quos cum (de more monaſterij) humiliter ſalutaſſet, & quinam eſſent reuerenter inquireret, audiuit protinus eos Prothum & Hiacynthum appellari. Veniſſe autem ad viſitandos fratres, qui D eorum ſolennia die ipſo pſalmis & hymnis deuotè honorarent. His dictis cœpto itinere Cœnobium ſubeunt. Huiuſmodi ille reſponſis attonitus paululum ſubſtitit, móxque in ſe rediens, currere poſt illos perniciter cœpit: obuios quoſque percontans, quonam illi monachi abiiſſent, qui ſe pauloante præceſſerant. Reſpondentibus neminem ſe vidiſſe, nequaquam fidem adhibens cœpit huc illucque diſcurrere: & iterum obuios quoſlibet an illos viderint diligenter inquirere. Sed nequaquam illi eos vltra videndi, aut alloquendi eſt conceſſa facultas.

De cella ſancti Benedicti de clia conſtructa. CAP. L. E

HIc ipſe domnus Adam in mõte, proximo qui cariæ adiacet cellam in ſancti Benedicti honorem conſtruxit: necnon & in Comminẽſi territorio iuxta fluuium Melpham, eccleſiam ſancti Nazarij, presbytero quodam ad quem hæreditario iure pertinebat, ſibi concedente, ad vſus & neceſſitates monaſterij ſui acquiſiuit: eáſque quibuſdam terrarum poſſeſſionibus emptis variíſque eccleſiaſticis ornamentis & codicibus ſufficienter inſtruxit.

De prouincia Capitinate quædam. CAP. LI.

EA tempeſtate memoratus Baiano Catapanus Græci Imperatoris, cum iamdudum Troiam in capite Apuliæ conſtruxiſſet: draconariam quoque, & Florentinum, ac ciuitatem, & municipia reliqua, quæ Capitinata vulgo appellãtur ædificauit: & ex circumpoſitis locis incolas euocans deinceps habitari conſtituit. Sciendum ſanè quod corruptè Capitanata dicantur: cum ex auctoris nomine Catapanata vocanda ſint. F

De ortu, & infantia Abbatis Theobaldi: & renouatione ſancti Liberatoris. CAP. LII.

THeobaldus xxxII. monaſterij Abbas, præfuit annis xIII. Hic apud antiquam Marchiam genere nobili ortus, xIIII. ætatis anno relicta domo, parentibus omnique ſubſtantia, ſub Aligerno Abbate ad hoc monaſterium venit: à quo benigne ſuſceptus, habitũ ſanctæ religionis accepit. G Sed cum poſt eius obitũ, Manſo (vt duximus) Abbas eſſet effectus, Hieroſolymã adiit: atque inde reuerſus à Ioanne Abbate monaſterij huius præpoſitus ordinatur. Quod ille officium cũ per annos aliquot ſtrenuè adminiſtraſſet: ab eodẽ Abbate in monaſterio S. Liberatoris, quod in comitatu Teatino ſitũ eſt, præpoſitus conſtituitur. Ibi cum breuẽ admodum eccleſiam obſcurámque reperiſſet, officináſque cæteras ligneas omnino & vetuſtas: breui omne illud monaſterium à fundamentis parietibus lapideis refecit. Eccleſiã verò cum fermè xII. cubitis longiorẽ, latiorem tribus effeciſſet: titulum ab Orientali parte non parui ambitus fecit: Eccleſiámque omnem picturis ornauit. Porrò ante maius altare, tabulam ex argento, à propinquis accepto perfecit: quam etiam magna ex parte deaurauit. Fecit in eadem eccleſia ex argento duo magna thuribula librarum x. pulchro opere, & ex parte deaurata, aliúdque argenteum thuribulum pulcherrimum, quod patris ipſius fuerat, ibidem contulit. Fecit & argẽteum calicem, cum patena librarum vII. & alium duarum ſemis librarum, cum duobus aliis minoribus & vno thuribulo. Fecit & Crucem ex auro puriſſimo: vbi particulam ligni ſanctæ Crucis cum aliis ſanctorum reliquiis condidit. Fecit & quinque campanas haud exiguas, & alia eccleſiaſtica ornamenta plurima, & varia: quę per ſingula ſcribere nolui. Cõſcribi fecit & codices varios Lx. numero: è quibus quattuor ſerico argentóque decorauit. H

A decorauit. Hic eo tempore quo Henricus Imperator in Apuliam venit, eidem per Marchiam tranſeunti obuius fuit: eique pro honore monaſterij ſtrenue deſeruiuit. Quo etiam in loco S. Petri, reſidente cũ omnibus magnatibus ſuis, quæſtus eſt Attonem, & Pandulfum comites, S. Benedicti res in Termulẽſi comitatu tunc temporis per vim detinere: caſtra ſcilicet quinque. Petram flacidã, peſcolum, cuſtodiam, ripam vrſam, & montem bellũ cum monaſterio S. Benedicti, & S. Nicolai, & aliis eccleſiis intra eorundem caſtrorum fines conſtitutis. Eaque omnia aſtantibus cum Imperatore magnatibus præfati comites reddiderunt: renunciãtes eis in manibus auguſti, in parte monaſterij: cũ omnibus omnino rebus, ac pertinentiis eorum, intra præſcriptos terminos: ipſéque Imperator ea per manus
B tradidit memorato domno Theobaldo: pœna appoſita duum miliũ lib. auri: ſi quis deinceps inuadere illa præſumeret. Sequẽti etiã tempore, propoſuit in iudicio Tranſmundi comitis, Treſidiũ quemdã de rebus S. Liberatoris multa poſſidere. Quo fatente ac renunciante, vniuerſa recepit. Eodem tempore Pandulfus princeps ad hoc monaſterium veniens, donauit per ſcriptum S. Benedicto monaſterium S. Nazarij: quod ſitũ eſt in territorio ciuitatis Atinæ. Cui etiã loco præceptum confirmationis de omnibus ipſius iuribus ad vſum huius noſtri Cœnobij fecit: Locúmq; ad molendinum faciendum conceſſit. Sed cum idem domnus Theobaldus in ipſo præpoſiti officio, annis plus minus xv. egiſſet: monaſterij huius Abbas, modo quo ſupra meminimus: Deo annuente, electus eſt.

C

Quomodo idem Abbas multa monaſterio bona quæſierit.

CAPVT LIII.

HIc igitur à præfato Benedicto Papa, qui eum ſacrauerat, conſuetudinarium priuilegium ſumens, biennio quo ſuperuixit idem Imperator quietè eo honore functus eſt, plurimáque eccleſiaſtica ornamenta monaſterio adiecit. Crucem enim argenteam ad procedendum diebus Dominicis, duáſque cãpanas magnas valde & pulchras fieri iuſſit. Altare ſancti Gregorij argentea tabula pulchro valde opere perornauit. Fecit & argenteam capſulam vbi portionem ligni Dominicæ Crucis (quàm à Leone monacho huc aduectam memorauimus) cum reuerentia ſumma
D locauit. Virgam quoque paſtoralem cũ titulo argenti nihilominus opere pulchro veſtiuit. Paruam eccleſiam in honorem ſancti Nicolai, iuxta Abbatis cellam, eccleſię beati Benedicti à Septentrionali parte coniunxit. Aliámque Baſilicam paruam in honorẽ S. Seueri ædificauit. Muros etiam altos, ac turres duas hincinde ante eccleſiæ atrium, in morem clauſtri, conſtruxit. Codices aliquos, quorum hic vſque ad id temporis maxima erat inopia, conſcribi iuſſit: quorum iſta ſunt nomina. Auguſtini de ciuitate Dei partẽ ſecundã. Gregorij Homilias xl. primámque moraliũ partẽ. Auguſtinũ ſuper Pſalmos, in duobus voluminibus. Claudiũ ſuper epiſtolas Pauli: Rabanũ ethymologiarũ. Auguſtinũ de Trinitate. Itinerariũ

totius orbis,cum Chronica Hieronymi.Hiſtoriam Romanorum. Hiſtoriam Longobardorum. Edicta regum. Martyrologium Hieronymi plenarium. Pontificale Romanum.Iſidorum de officiis. Concordiam canonum: librum canonum. Decreta Pontificũ.Bedam ſuper Marcum. Duo etiam hymnaria in choro habenda. E

De brachio ſancti Mauri huc tranſlato. Cap. LIIII.

S.Odilonis Abbatis Cluniacenſis vitã habes apud Suriũ to.1.de Sãctis die 1. Januarij.

PEr idem tempus domnus Odilo, vir vitę & famæ venerabilis,Cluniacenſis Abbas, ad hoc monaſterium valde deuotus aduenit:& ob maximam quam ſancto patri Benedicto , ac per eum monaſterio gerebat reuerentiam, montem totum pedeſtris aſcendit. Qui cum de more monaſterij ab Abbate & fratribus honorificè in capitulum ductus fuiſſet: poſt verba ſolemnia: Sicut audiuimus (inquit) vir reuerentiſsimus, ita & F vidimus in ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei noſtri, & in monte ſancto eius: & mox nimis humiliter ad Abbatem conuerſus: donum(ait) à te pater maximum expeto: mihíque vt ſine contradictione aliqua concedatur votis omnibus flagito. Volo (inquam) atque deſidero omnium fratrũ veſtigia deuotiſsimus oſculari. Annuit Theobaldus (licet inuitus) nec reniti tantæ deuotioni aliquatenus potuit. Poſt hæc autem ipſo die feſtiuitatis eiuſdem beatiſsimi patris noſtri, ab eodem Abbate Theobaldo, gratia præcipuè religionis multis precibus oratus, vt miſſarum ſolennia celebraret:nullo modò induci potuit, vt ſe preſente, Miſſas publicas ageret.Cúmque iam paratis ad procedendum ſolenniter fratribus paſtoralem baculum idem Abbas noſter eius manui reuerenter offerret:longe G humilius ille refugit, dicẽs nequaquã dignum eſſe illo præſente ſe huiuſmodi geſtare virgam:indecens nimiũ, & contra fas omne ducens, quempiam Abbatũ manu paſtoralẽ præferre virgã, vbi Benedicti vicariũ, Abbatũ ſcilicet omniũ Abbatem adeſſe contingeret.Eo igitur reuerti parãte, cum multis illum fratribus Abbas vſque ad ianuas monaſterij proſequẽs, ſuppliciter tãdem orauit, vt ſi poſſet particulam aliquam de B. Mauri reliquiis ad monaſterium iſtud aliquando trãſmitteret. Quã poſtulationẽ vir Dei lætus accipiens,& poſſe ſe confidenter aſſeruit,& facturũ libenter vita comite repromiſit.Sícque vale dicto receſsit. Septem poſtmodũ annorum euoluto circulo os integrũ brachij beatiſsimi Mauri Capſella argentea decenter incluſum,opere pulchro turrium inſtar erecta, per ſex ſui H monaſterij fratres huc delegare curauit. Ad cuius aduentum innumerabilis ex tota prouincia populi turba cõfluxit deuotione præcipua. Huiuſmodi námque iampridẽ rumoribus exciti,beato Mauro,qui multos ante annos in Galliam fuerat deſtinatus,ſeſe cum honore, & laudibus obuiam ire debere cẽſebant.Iam verò prædictus Abbas noſter Capuani principis odia perſecutionéſque deuitans (vt in ſequentibus plenè mõſtrabitur) in Marchias ſeceſſerat. Hoc ampliſsimo ſuſcepto munere totus monaſterij conuẽtus inæſtimabili iucunditate lætatus eſt:omnéſq; ſolennibus induti ſacríſq; veſtibus, cum cereis ac Thymiamatibus plurimis vſq; ad portam

Humilis petitio S. Odilonis, oſculari pedes omniũ fratrũ Caſinenſium.

Deuotio Caſinenſium in ſuſcipiẽdo S. Mauri brachio.

veterem

A veterem aliquanto extra monaſterij ambitũ procedẽtes, obuiam cũ deuotione ſumma hoſpiti tanto exierunt: & quaſi viuentẽ in carne conſpicerent, omnes pariter in terrã procidentes adorauerunt: ſurgentéſque ſanctum illum loculum deuotiſſimè, ac reuerenter mixtis gaudio lachrymis exoſculati ſunt: & cum hymnis, ac laudibus honorificè nimis proſequẽtes, in monaſterium introduxerunt: eúmque ſuper magiſtri ſui Benedicti venerabile altarium poſuerunt. Quam verò diſſimilis, quamque omnino diuerſa hæc proceſſio fuerit, qua beatus receptus eſt Maurus, ab illa quà pater Benedictus cum omni eum congregatione proſecutus vſque ad monaſterij ianuam, trãſmiſit in Galliam: quamuis vtraque plena piis lachrymis fuerit, deuoto lectori cõſiderandum relinquimus. Fuere nonnulli ex fratribus non quidem omnino dubitantes, ſed certiores reddi

B cupientes: qui clanculò prædictum loculum ab inferiori parte vnde argentea clauicula reſerabatur aperientes, viſis ſacroſanctis reliquiis, tam ſibi, quam cæteris certiſſime fidei cauſa extitere. Quod cum prioribus relatum eſſet, valde illos præſumptionis arguerunt: verentéſque ne illorum deinceps exemplo, plurimis eas conſpicere deſiderantibus reliquiæ ſanctæ aliquando mutilarentur: diligentiſsimè prædictum locellum obſerantes, clauem in fruſta comminuunt: & ex tunc hodie ſacer ille loculus clauſus, irreſeratúſque permanſit.

Donationes plurimæ monaſterio factæ. Cap. LV.

C Circa hos dies Hugo, vir nobilis, natione Caietanus, ad extrema veniens ſcriptũ donationis fecit monaſterio, de medietate caſtri quod Suium dicitur: ac de omnibus omnino rebus tã Caietæ, quam Suij, quæ parentum iure ad ſe pertinere videbantur. Hoc item tempore Lupus & Albertus Aprutini nobiles, obtulerũt beato Benedicto eccleſiam vnam iuris ſui, ſancti Laurentij nomine, in loco qui colle nori vocatur, propè ſalinum fluuium cum omnibus eiuſdem eccleſiæ iuribus. Sequenti etiam anno, Benedictus quidam cum vxore Marenda, de caſtro montis Metuli, obtulit huic monaſterio eccleſiam ſancti Ioannis in ipſius caſtri finibus ſitam, iuxta Trinium fluuium, cum ſolo modiorum cclxx. & cum cæteris ipſius bonis, ac iuribus. Similiter autem & Leo preſbyter Bouianenſis territorij, obtulit ſancto Benedicto eccleſiam S. Chriſtophori de Caſtro Pe-

D troſo: quam ipſe conſtruxerat cum omnibus rebus ac pertinentiis eius. Alius item Frãco nomine preſbyter Arpinas genere, obtulit per ſcriptum monaſterio eccleſiam ſanctæ Luciæ in ipſius ciuitatis territorio ad ſe pertinentem, cum terris plurimis & omnibus pertinentiis eius. Eccleſiam item S. Angeli de ciuitate Morona huic itidem oblata eſt cũ omnibus iuribus ſuis. Raptus quoque Termulenſis nobilis, obtulit monaſterio res ſuas omnes & curtes quas habebat in Larino, cum tribus eccleſiis, id eſt ſanctæ Mariæ, ſancti Petri & ſancti Terentiani intra prædictam Larinum, cum caſis terris ipſarúmque eccleſiarum ornamentis omnibus ac rebus.

Quid Adermandus monachus fecerit. CAP. LVI. E

HIs temporibus Adelmãdus Preſbyter natione Saxonicus, ob amorem, ac deuotionem beati Benedicti ad hoc monaſterium veniens, habitúmque monaſticũ deuotiſſimè ſumens, de rebus ſuis fecit crucem argenteam maiorem, librarum fermè LXX. eiuſque non modicam partem deaurauit.

De vita & obitu Pauli monachi apud Capuam. CAP. LVII.

EOdem etiam tempore, Paulus quidam ſanctæ poſtmodum conuerſationis vir, ad iſtud Cœnobium venit: ac de manibus prædicti Abbatis ſanctæ conuerſationis habitum ſumpſit. A quo ad monaſterium Capuanum ſancti Benedicti ad habitandum directus, tanto feruore ſub F ſanctæ profeſſionis diſciplina conuerſatus eſt: vt eius vita maioribus natu & religioſis quibuſque viris eſſe poſsit exemplo. Námque vitæ ipſius exitus docuit, quàm omnipotenti Deo eius conuerſationis vita placuerit. Cum enim languore correptus, ad extrema veniſſet: nocte ipſa qua migraturus erat, quidam reuerendæ vitæ Epiſcopus de Galliarum partibus ad memoriam beati Michaëlis Archangeli in monte Gargano poſitam pergens, in eadem Capuana vrbe iuxta eccleſiam ſancti Laurentij martyris hoſpitatus fuerat. Qui cum intempeſta nocte ſurgens ante prædictam eccleſiam orationi deuotus incumberet: ſubitò ad Orientem verſis obtutibus vidit ex ipſo monaſterio lucem maximam inſtar ſolis exiſſe ac cœleſtia penetrare. Cumque ad viſionẽ ipſam ſtuperet attonitus, & exul- G taret: mox campanæ monaſterij ſonitum, qui fratris obitum de more ſignificaret audiuit: agnouítque profectò talem ibi fuiſſe defunctum, cuius anima digna fuiſſet in luce quam viderat, petere cœlum. Continuò ſanctus Antiſtes quod viderat ſociis referens è veſtigio nuncium ad monaſterium miſit: vt agnoſceret quis ibi ea nocte deceſsiſſet, ſibíque nunciaret ex nomine. Quo facto decreuit venerabilis præſul, Pauli ipſius nomen inter beatorum nomina, ſibi quamdiu viueret eſſe memorandum.

De conſtructione monaſterij Sancti Ioannis in Capua. CAP. LVIII.

SVb idem tempus, memoratus princeps Pandulfus, qui fuerat Teanenſis Comes, conſtruxit oratorium beati Ioannis Baptiſtæ iuxta ec- H cleſiam prædicti monaſterij Capuani, ſupra corpus Domini Landenulfi principis, quem ſupra à Capuanis interfectum memorauimus: & obtulit eidem oratorio ad vſus eiuſdem monaſterij medietatem curtis, quæ Anglum dicitur cum omnibus omnino pertinentiis eius. Alteram vero eiuſdem curtis medietatem longe poſt, deſiderij ſcilicet Abbatis tẽpore, emit domnus Benedictus Papa à Pandulfo comite: ad quem iure hæreditario pertinere videbatur. Tunc temporis Abbatiſſa quædam Raimburga nomine, de ciuitate Firmana obtulit huic loco monaſterium ſuum ſanctæ Mariæ, & Eccleſiam ſancti Ioannis de Garzania & caſtellũ Barbulanum,

A cum Eccleſia ſanctæ Mariæ & ſancti Blaſij, cum omnibus omnino rebus & pertinentiis ſuis. Petrus quoque Rainerij filius de ciuitate Sorana, chartulam fecit huic monaſterio donationis, de eccleſia S. Silueſtri in Arpinate territorio conſtructa, cum vniuerſis pertinētiis & rebus eius. Fecit prætereà his diebus abbas ipſe libellum de eccleſia S. Gregorij de Paterno, in comitatu Marſicano Rocconi cuidam, cum omnibus omnino pertinentiis eius: pro ſolidis ſexaginta, & cenſu annuo piſcibus octingentis. Fecit & de monte qui dicitur Sambucum, pro quo accepit ſolidos quadraginta, & cenſu piſces ducentos. Item fecit & filiis Guanengi de terris in Calabretto pro ſolidis ſexaginta, cenſu denariis duodecim. Item ibidem Guillielmi filiis pro ſolidis quadraginta, cenſu ſolidis duobus, & piſcibus du-
B centis. Similiter & in territorio Pennenſi fecit de curte quæ Bucetula dicitur: pro ſolidis centum quadringentis, & cenſu ſolidis ſeptem. Sed & de eccleſia S. Benedicti in Lombardia in fundo Paſturini pro cenſu ſolidos decem. His diebus Romæ Benedicto † octauo Papa defuncto, Ioānes frater eius natione Tuſculanus ex patre Gregorio, illi in Pōtificatu ſuccedit.

† Innoua Ro. Pont. ſerie, eſt tā tū ſeptim⁹ Obiit antē Anno 1024.

De expulſione Abbatis Theobaldi. CAP. LIX.

DEfuncto autem Auguſtæ memoriæ imperatore Henrico, anno domini M. xxv. & Conrado duce, qui & Cono dictus eſt, eiuſdem Hērici electione in regnum aſſumpto, precatu Guaimarij ſolutus tandem à 1025.
debitis ſibi perpetuo vinculis Pandulfus princeps reuertitur: vitúmque ſe
C totius manſuetudinis, ac lenitatis oſtendens, ad monaſterium venit: omnémque amicitiam, ac fidem Abbati ſub iureiurando promittens, vt patrem, & dominum de cætero habiturum pollicetur. Mox itaque priſtinis illis fautoribus Appulis, vnà cū Baiano Catapano Græcis accitis, Guamario item cognato ſuo cum Nortmannis Rainulfo & Arnolino comitibus Marſorum omni conatu annitentibus, Capuam vno ſemis anno obſeſſam & expugnatam ingreditur. Pandulfus autem Teanenſis (quem principem Capuæ factū ab ipſo imperatore prædiximus à Catapano Boiano in fidem receptus, vnà cum Ioanne filio, & omnibus ſuis Neapolim perductus eſt. Sed ſequenti anno & ipſa quoque Neapoli à principe capta, & Sergio magiſtro militum exinde pulſo, rurſum Teanenſis Pandulfus à facie ipſius Romam fugiens, ibidem exul defunctus eſt: te-
D nuítq; Neapolim Capuanus princeps annos ferè tres. De hinc Sergius recuperata Neapoli, Rainulfum ſtrenuum virum ſibi affinitate coniunxit: illumque Auerſæ comitem faciens cum ſociis Nortmannis ob odium, & infeſtationem principis manere conſtituit: túncque primum Auerſa habitari cœpta eſt. Interea Pandulfus priores nequitias nullatenus deſerens, ac deuaſtatione huius monaſterij quaſi pro imperatoris odio, malitię ſuę ſatisfacere cupiens, Theobaldum Abbatem ſimulata beniuolentia ſecum apud Capuam quaſi pro vtriuſque ſecuritate remorari orauit, immò verius impulit: ita vt iam illum huc minime redire permitteret. Præceptū tamen ei de confirmatione totius Abbatiæ, de more principū, fecit. Erat

tunc in Capuano monaſterio præpoſitus, Baſilius quidam, natione Calaber ſeculari ingenio vehemens: qui dudum apud Epiſcopum S. Stephani miniſtri officio fungẽs quod eſſet principis familiariſſimus, aduentu Hẽrici imperatoris territus ad hoc monaſterium fugerat. Poſtmodum verò ab Abbate memorato monachus factus, magno apud illum in honore aliquamdiu habitus fuerat. Sed cùm rediens princeps Capuam (vt dixi) recepiſſet: eundem ad ſe Baſilium euocans, Capuani monaſterij propoſitum fieri orauit. Qui beneficiorum immemor quæ ab Abbate perceperat, quicquid illi moleſtiæ inferre potuiſſet nihil obmittendo irrogabat: & elatus amicitia principis, ita in choro fratrum quaſi Abbas alter ad officium ſtabat. E

Ingratitudo Baſily monachi in Abbatẽ ſuũ.

De iniquitate Pandulfi in iſtud monaſterium. CAP. LX. F

PAndulfus itaque omnes monaſterij homines in ſuam fidem iurare compellens, & omnia caſtella ſeu villas monaſterij (præter ſanctum Germanum, & ſanctum Petrum, & ſanctum Angelum, & ſanctum Georgium) Normannis qui ſibi tunc adhærebant diſtribuens, Todinum quẽdam de monaſterij famulis, ſuæ nequitiæ complicem, eiſdem quæ de rebus monaſterij videbantur ſupereſſe præfecit: cúmque apud ſanctum Germanum in ipſa Abbatis ſede manere conſtituit. Arcem inſuper quæ Bantra dicitur illi tradens, ad ſuam fidelitatem cunctos illi tam Normannos, quam cæteros parere præcepit. Iam verò quam nequiſſimus quam impius idem Todinus placere per hoc principi ſatagens, in Dei famulos fuerit, in quantam eos ſanctúmque locum penuriam dedecúſque redegerit: ex integro referre, ne ſi poſſimus quidem libet: Adeo ſcilicet (vt ex his pauca perſtringam) vt in ipſa ſanctæ Dei genitricis Aſſumptione etiam ad altaris miniſterium vinum defuerit. Si quem præterea de monachis ex monaſterio vellet eiicere, quaſi hoc illi dicere non dignaretur, partem eius de menſa ſublatã in pauimento ponebat: vt ex hoc ille voluntatẽ eius valeret agnoſcere: & ex tunc in monaſterio non auderet vltra remorari. Viliſſimos etiam quoſque de monaſterij familia laicos in refectorium fratrũ (in quod eatenus nullus laicorum auſus fuerat ingredi) ad panem vinũque menſis imponendum induxerat. Adeo nihil tunc monachis reliquũ erat: niſi vt cũ Hieremia lamentarentur, ac dicerent, ſerui dominati ſunt nobis: non fuit qui eriperet nos de manibus eorum. Supererat adhuc dõnus Leo ille maior eccleſiæ cuſtos. Is die quadam refectorium ingreſſus, cum ſeruos (vt diximus) ad exequendum id miniſterium repperiſſet, zelo religioſo ſuccenſus, illos quidem foras cum magno dedecore expulit: ad fratres verò conuerſus, Quouſque tandem (ait) ſub tanto noſtri ordinis opprobrio, ſub tam iniquo & impio ſeruorum noſtrorum dominio remoramur? Sequimini me: & omnes vnanimiter hinc exeuntes, ad imperatorem vltra montes proficiſcamur: eíque noſtræ calamitatis hiſtoriam plenam lamentis referamus. Ad hanc vocem exhortantis, animos cuncti erigentes, ſimul illum ſequi cœperunt. Hoc Todinus per nuncium cognito

G

H

Laicis miniſtrare in refectorio apud Caſinenſes quõdã prohibitum.

A to feſtinus aſcendit: & illos iam longiuſculeà monaſterij porta progreſſos inueniens, protinus equo deſiliit, atque ad illorum veſtigia corruit: orans, & multis magniſque precibus poſtulans, vt redire dignarentur: ſe pro illorum arbitrio deinceps cuncta facturum. Illi tanta eius ſatisfactione, ac pollicitatione permoti (vt erant benigno animo) ſine mora redierunt. Parum tamen conſolationis aut leuaminis inde retulerunt. Sed quoniam prędictus Todinus in ſua nequitia perſtitit: non multò poſt ſub Richerio Abbate, vindice Deo, à quibuſdam noſtris captus & tonſuratus, indutúſque ſacco: ad ſecernendam farinam more famulorum, in piſtrino poſitus eſt.

Quomodo Theobaldus Abbas pulſus ſit. CAPVT LXI.

B Abbas interea in Capuano monaſterio quaſi Abbas quidem manebat: reuera autem quaſi captiuus aliquis, extra vrbem abſque cuſtodia progredi nuſquam audebat. Quod cùm per annos fermè quattuor ſuſtinuiſſet: clam mandauit Sergio duci Neapolitano: vt conſtituto, & condicto die ad locum deſignatum cum militibus accederet, ſéque reciperet. Quod & factum eſt. Namque condicto die egreſſus Capuā quaſi ſpatiandi gratia perrexit ad Sancti Marci eccleſiam, quæ ſita eſt ad radices montis ſanctæ Agathæ: Atque inde paulatim ſe ac pedetentim militibus iungens, Neapolim abiit. Inde poſt dies aliquot in Marchiam profectus eſt. Atque in prædicto ſancti Liberatoris monaſterio, vbi prius præpoſitus fuerat, quinque fermè annis ad finem vſque deuotiſſime vixit.

C

Vaſa ſacra iuſſu principis ablata, & de obitu Sancti Dominici monachi.

CAPVT LXII.

PRæterea princeps poſt aliquos dies, cuidam fideliſſimo ſuo Adelgiſio nomine, iubet vt quantotius ad monaſterium veniat; eíque planetam & calicem imperatoris & nonnulla alia quæ modo non recolo eccleſiæ ornaméta præcipua, Aquini & Sexti comitibus ſub pignore habenda perniciter deferat. Cúmque ille adueniens cuius rei gratia adeſſet fratribus aperuiſſet: quidam ea danda quæ poſcebantur, ne irato principe peiora paterentur, cenſebant. Cumque ille prorſus inſiſteret, Adam qui D tunc eccleſiæ curam gerebat: Ego (inquit) quæ requiris nec tibi nec vlli prorſus hominum daturus ſum. Sed ea ſuper ipſum beati Benedicti altarium ponam. Inde illa qui voluerit aut præſumpſerit tollat. Quod cùm feciſſet, ille mox temerarius audacter acceſſit: & cùm iam iam ad altare manus extenderet, mirabile dictu, protinus in faciem corruit, & vehemētiſſima epilepſi ſubito, paralyſique correptus, vniuerſis aſtantibus mirum de ſe, miſerumque ſpectaculum præbuit. Ac de ipſa quidem infirmitate poſtera die quoquo modo conualuit & ſine effectu ad principem rediit: diſtorto tamen ore atque oculo vſque ad obitum perſtitit: cunctiſque inquirentibus quonam id ſibi modo contigerit, non ſine magna audien- *Vaſa & ornamēta eccleſiæ rapere volēs, punitur diuinitus.*

tium admiratione, referebat. Princeps hoc facto aliquantulum quidem reueritus eſt: ſed in mente peſſima diu non potuit voluntas bona durare. Poſt nõ multum enim temporis iterum præfatum Baſilium præpoſitum miſit: omnémque monaſterii theſaurum ad ſe perillum deferri iuſſit. De Capuano vero monaſterio abſtulit argenteas coronas tres, & codicem vnum gemmis ornatum, & planetam citrinam optimam, & tria altaris pallia: cunctáque ſimul in arce, quam in monte Sanctæ Agathæ qui Capuæ imminet conſtruxerat, cõdidit. In qua itẽ arce innumera aliarũ multarũ eccleſiarum viduarumque & pupillorum ſpolia tũ dolo, tũ violentia direpta cõdiderat. Sed qualiter à iuſto Deo pro iam dicto calice princeps ipſe damnatus ſit referam. Quodam tempore cum Sergius magiſter militum, qui Neapolitanæ vrbi præſidebat venatum in ipſo S. Paſchali ſabbato pergens, ſyluam cum pueris ad apros capiendos eſſet ingreſſus, ac retibus tenſis ad inſequendos eos ſeſe cum canibus per ſyluam huc illucque diffunderent: aper antequam retis laqueo fugiens inuolueretur occupatus à venatoribus confoſſus & captus eſt. Cum autem hora iam tardior eſſet: & ſol ad occaſum vergens atram vmbram iam penè induceret terris: memoratus magiſter militũ, ne noctis tenebris impediretur ad reditum ſumpta ſecum venatione quam cœperat omni cum familia domum ocius remeare cœpit: vni ex pueris, Pythagoræ nomine, vt retia colligeret mandans & ſe perniciter ſubſequeretur. Puer itaq; collectis retibus cum recto calle concitus dominum ſuum ſequeretur: ſubito reuerendo admodum vultu & habitu monachi ei ſe obuiam conferunt. Cumque timore perterritus, quinam eſſent inquireret, illi ne, inquiunt, metuas: tantum ſequere nos: cum aliquamdiu per eandem ſyluam graderentur, venerunt ad lacum quẽdam cœnoſum ac fœtidum valde, aſpectuque terribilem: ibique Pandulfum Capuanum principem, qui pauloante defunctus fuerat, ferreis nexibus vinctum, atque in illius cœno laci ad guttur vſque demerſum miſerabiliter oſtendunt. Interea duo nigerrimi ſpiritus retortas ex agreſtibus viribus facientes: eúmque per guttur ligantes, in ipſa lacus profunda merſerunt, iterũque ſurſum extraxerũt. Cúmque hæc ſæpius facerent, prædictus puer trementi licet voce eum alloquitur: orans vt ſibi cur talia pateretur ediceret. Ille vero flens & eiulans roganti puero mox ita reſpondit. Licet ô puer pro innumeris ſceleribus meis infinita mihi pœna præparata ſit: nulla tamen ob aliam cauſam iſta quam cernis excrucior pœna: niſi propter aureum calicem quem de monaſterio beati Benedicti ſacrilega ductus cupiditate abſtuli, eíque moriens etiam reſtituere neglexi. Sed obnixè te precor ac per Ieſum Chriſtum Dominum (cuius ego infœlix præcepta contemnens: in hanc ſum demerſus voraginem mortis) obteſtor vt Capuam ad vxorem meam vel ipſe pergas vel nuncium dirigas: qui ei & tormenta quæ patior nunciet: & vt calicem monaſterio beati Benedicti reddat indicat. Et ille, quid (inquit) prodeſt ſi ei nunciauero? Non enim quod te viderim, vel quod talia patiaris creditura eſt. Ad quem ille hoc (ait) ſignum ex mei parte quod te

Pœna infernalis Pandulfi principis, ob ſublatũ monaſterio S. Benedicti calicem.

A te miſerim dabis. Quod Pandulfus Gualæ filius calicē ipſũ ſub pignore habeat: & vt reddita quam illi debuimus pecunia recipiat illum: ac ſancti Benedicti monaſterio, omni poſtpoſita mora, reſtituat, ſibi celeriter rogo inſinuare ne differas. His dictis viſio ab eius oculis elabitur. Puer autem mox vt domum regreſſus eſt infirmitate detētus: intra paucos dies defunctus eſt. Ea vero quæ viderat, quæ ve ſibi fuerant dicta omnibus ad ſe venientibus patefecit. Pādulfus etiam ipſe qui cauſa pignoris calicem apud ſe habebat, hoc ipſo tempore neſcio qua cauſa Neapolim pergens hæc omnia ex ore ipſius Pythagoræ ſe audiſſe mihi poſtmodum retulit: per quem ipſe quoque Pythagoras vxori illius omnia quę de viro eius viderat, vel quæ ipſi mandauerat Capuę nunciauit. Illa ſibi potius quam viro conB ſulens, precium quod vir eius mutuo acceperat reddere noluit: neque calicem recipere, neque reſtituere curauit. Hæc huic operi idcirco inſerenda putauimus, vt qui iſta audierit, metuat: & à rapinis huius Cœnobij rerum mentem manúſque compeſcat: ne & ante mortem ſibi pœnitere non liceat: neu poſt mortem parentibus, ac propinquis, ea quibus ipſe ſuppliciis eximatur operanda relinquat. Sicque fiat vt pro eis æterna ſupplicia ſubeat, quæ Dei timore contempto, in vita poſitus nullatenus perpetrare formidat: & iam veniam non mereatur in vita illa quam in iſta bonis ſanctíſque operibus neglexit acquirere. His diebus anno ſcilicet domini M.xxx i. beatus Dominicus innumerabilium patrator mirabilium, multorúmque Cœnobiorum fundator, apud Soram Campaniæ ciuitatem iam fermè octogenarius migrauit ad dominum: ſepultúſque eſt in moC naſterio Sore vicino, quod nunc eiuſdem vocatur ex nomine.

De monaſterio ſanctæ Scholaſticæ de Caieta.

Cap. LXIII.

TVnc temporis conſtructa eſt à fratribus huius monaſterij intra Caietæ mœnia eccleſia, in honorem ſanctæ virginis Chriſti Scholaſticæ, iuxta veterem quę ibi fuerat eiuſdem nominis eccleſiam. Quæ dudum illis à bonæ memoriæ Stephano ipſius ciuitatis epiſcopo idcirco fuerat benignè cōceſſa: vt ſiquando monaſterij fratres illuc emendi aliquid cauſa diuerterent propria illic ſede hoſpitióque fruerentur. Ibi quale quan-D túmque miraculum beati Benedicti meritis effecerit Deus, pro illius gloria tacendum non eſt. Nam die quadam cum aliqui ex operariis de monte qui mari proximus imminet, ſaxa quibus eccleſiæ ipſius parietes conſtruerentur excideret: ſubitò ferrum quo lapides ſumma virtute cædebat manubrio lapſum, in maris voraginem decidit. Hoc fratres eo cui contigerat referente comperto, alium pro illo malleum, quo cœpto inſtaret operi, fieri continuo decernunt: Cum repente vnus ex illis fide feruētior, nequaquam ita fiat (inquit) ſed omnes ſimul ad locum vbi ferrum decidit fiducialiter accedamus: manubrióque in aquam miſſo, miraculum quod in Gothi falcaſtro Benedictus pater exhibuit, per eundem pa- S. Gre. l. 2. Dialog. cap. 6.

A nus preſbyteri de oppido Minlanenſi, obtulerunt monaſterio eccleſiam S.Bartholomæi iuris ſui prope ipſum oppidum cum vna domo ſua, & cũ omnibus eccleſię ipſius rebus ac iuribus. Hic fecit libellum de caſtello petra flacida cum eius pertinentiis quibuſdam termulenſibus: pro quo recepit ſolidos mille ducentos, pro cenſu vero ſolidos XL.

De aduentu Conradi imperatoris Capuam: vt bona monaſterio reuocaret ablata. CAPVT LXVI.

CVm autem iam omnipotens Deus tantis iniquitatibus, tantíſque ſancti huius loci direptionibus decerneret modum imponere: & B orationes ac gemitus ſeruorum Dei, pupillorúmque ac viduarum pauperúmque ſingultus ac lachrymæ in cœlum intra ipſum exauditionis ſacrarium admiſſæ eſſent: anno diuinæ incarnationis M. XXXVIII. Conradus imperator cum exercitu valido tranſmiſſis Alpibus in Italiam venit: adiítque Mediolanum. Namque eiuſdem ciuitatis Archiepiſcopo valde erat infenſus. Illuc ex monaſterij noſtri maioribus quidam adeuntes: qui iam ad illum dudum in Germaniam expoſituri calamitates ſuas profecti fuerant: quænam per tot annos à Pandulfo incommoda, quæ mala, quantáſque preſſuras pertulerint flebiliter conquerentes, denuo illi retulerunt: orantes atque ſupplicantes vt ad beati Benedicti Cœnobium (quod maiores ſui eatenus ſub protectione ſua reuerenter habuerant) venire, illudC que de pernitioſi tyranni manibus eripere dignaretur. Motus his fletibus imperator (vt erat piiſſimus) Romam concitus venit. Vbi aliorum etiam innumerabilium tam eccleſiaſticorum quam reliqui ordinis virorum innumeras contra Pandulfum querelas accepit. Habito itaque conſilio cũ magnatibus ſuis, virorúmque timentium Deum adhortatione commonitus, ſtrenuos aliquot à latere ſuo viros ad principem mittit: mandans ante omnia vt niſi indignationem ſuam vellet protinus experiri, Caſinenſi Cœnobio vniuerſa quæ abſtulit bona reſtituat: captiuos cuiuſcũque ordinis ſeu generis viros ſtatim dimittat: bonáque vnicuique ſua, ſine imminutione aliqua celeriter reddat. Legati igitur imperatoris Capuam adeunt: multíſque cum principe fruſtra ſermonibus habitis, ad imperatorem ſine effectu aliquo redeunt. Indurauerat enim cor eius Domi D nus, ſicuti Pharaonis quondam: vt quod ſponte noluerat, facere cogeretur inuitus. Imperator contemni ſe à Pandulfo conſpiciens ira ſuccenſus, exercitu ſumpto Caſinum venit. Cuius miniſtris qui præmiſſi de more fuerant ad apparatum regium procurandum, cum monaſterij curiam ingreſſi eſſent, Todinus protinus territus clam inter cęteros exiens profugus arcem occupare feſtinat. Quod cum fratribus ſuperioris monaſterij relatum eſſet: vnus ex ſenibus, Azo nomine, in medium prodiẽs: Tempus (inquit) fratres tacendi tranſiit: & loquendi iam tempus aduenit. Deſcendamus igitur & regiis miniſtris quæque ſunt neceſſaria præparemus. Quo facto honorificè ſatis imperator acceptus hoſpitatúſque eſt.

Poſtridie verò cum vxore pariter & nuru ſua beato Benedicto ac fratribus ſe commendaturus, aſcendit ad monaſterium. Quem cum fratres ingenti cum gaudio & honorificentia ſumma & gratulatione ſuſcepiſſent: poſt orationem illos allocuturus, ingreſſus eſt Capitulum. Eo reſidente monachi ſimul omnes conſurgentes ante illum ſe in faciem proſternunt, ſurgentéſque dixerunt. Ita vos omnes pariter expectauimus, ita facies veſtras aſpicere optauimus, ita denique aduentum veſtrum præſtolati ſumus: ſicuti iuſtorum animæ in inferno, redemptoris aduentum expectaſſe noſcuntur. Ad hæc lachrymis Imperatore ſuffuſo, omnes iterum in faciem corruunt: ac demum ſurgentes, quæ incommoda, quas calamitates perpeſſi fuerint XII. fermè per annos, ex quo Pandulfus reuerſus fuerat per ordinem referunt: vtque tantis cladibus finem dignaretur imponere per Deum patrémque Benedictum eius loci præſulem, obteſtantes expoſcunt. Ad hæc imperator iureiurando ſe ob eam ſolummodo cauſam ad has partes tranſiſſe affirmat: eúmque locum ex corde intimo ſe honoraturũ, protecturũque quoad viueret deuotiſſimè pollicens, iubet vt duodecim ex eis Capuæ ſe adeant. Ibi quicquid fieri oporteat illorum conſilio ſe peracturum ſpondet. Sicque petita benedictione Capuam profectus eſt: vt beati Benedicti Cœnobium de ſeruitute nequiſſimi principis liberaret: ac deuotiſſime illorum ſe orationi commendans, poſuit ſuper altare beati Benedicti coopertorium purpureum valde precioſum, aureo phrygio ad menſuram palmi in circuitu pulcherrime ornatum. Interea Pandulfus Auguſtum Capuæ præſtolari nequaquam auſus, vnà cum Abbate memorato in arcem ſanctæ Agathæ, quam ſummo ſtudio munitiſſimam fecerat, per fugam ſe recepit. Imperator autem in ipſis vigiliis ſanctæ Pentecoſtes ingreditur Capuam. Poſtera die egreſſus vrbem, apud Capuam veterem tentoria figit. Adſunt continuò monachi orantes vt opere quæ promiſerat exequatur: Abbatem ſibi ante omnia conſtitui poſtulantes. Ad quos imperator ex conſilio, Non eſt (inquit) hoc meum. Vos vnum ex veſtris eligite. Reſpondentibus non ſe habere idoneum, incongruumque aſſerentibus inter tot perturbationes in tanto apice quempiam ſine magno vigore ac potentia ordinari, atque ideo ex ſuis optare magnum aliquem præfici: Auguſtus in priori ſentẽtia perſtás, Nequaquam (inquit) ſed de congregatione veſtra, ſicut beati Benedicti regula præcipit, Abbatem idoneum vobis eligite. Illi nihilominus in intentione priſtina perſeuerantes, Auguſtæ etiam ſuffragiis fulti, Richeriũ tandem qui tunc Leonenſi monaſterio præerat, Abbatem ſibi conſtitui ſummis precibus poſtulabant. Hoc audito imperator mœſtus efficitur: erat enim ſibi ille cariſſimus, & in omnibus negociis ſuis vtiliſſimus. Ac licet primum negare aliquatenus perſtiterit, victus tandem monachorum vel ratione vel precibus acquieuit: eumque aduocans, renitentem licet ac plurimum flentem, in Abbatem eligendum fratribus tradidit. Interea Pandulfus imperatori per neceſſarios mandat, veniam poſtulans: trencentaſque auri libras daturum ſpondens ſi eius gratiam

Conradus Imperator, etiam prouocat' à grege monachorum Caſinẽſiũ, vt eis Abbatem cõſtituat, negat ſuũ eſſe. Vtinã cũcti reges ac principes idẽ ſaperent.

Cap. 64.

E F G H

A gratiam veniámque mereretur. Cuius auri medietatem ſe in præſentiarũ miſſurum, pro reliqua, filiam, ac nepotem obſides itidem miſſurum pollicens. Annuit imperator. Ille cõtinuò pecuniam, & obſides delegat. Quo facto Pandulfum facti ſui protinus pœnitet: ratuſque ciuitatem Auguſto diſcedente ſe facile recepturum, auri reliquum mittere renuit. Imperator conſilio cum ſuis Capuaníſque magnatibus habito, Guaimario ſalernitano principi Capuani tradidit principatus honorem. Rainulfum quoque ipſius Guaimarij ſuggeſtionem, Auerſæ comitem fecit. Adenulfum etiam Capuanum Archiepiſcopum (quem nequam ille Pandulfus carceri mancipauerat) ſedi ſuæ reſtituit: Eiſque Richerium Abbatem vniuerſámque monaſterij cauſam multum commendans, vt ſua hanc vice tuerentur; B Pandulfi ſecum obſides ducẽs Beneuentum conceſſit. Atque inde per Picenum agrum patriam repetens, expleto vix anno defunctus, Henrico filium reliquit impius. Eodem tempore Guaimarius Normannis fauentibus Surrentum cœpit: & fratri ſuo Guidoni contulit. Amalfim itidem ſuo dominatui ſubdidit. Interea Pandulfus relicto in arce filio, ad expugnandam Capuam ingenium vertit: ſéque Conſtantinopolim contulit cum Baſilio ſuo, opem ab imperatore petiturus. Cui imperator, Guaimarij præmonitus nunciis, non modo nullũ adiutorium tulit, verũ in exiliũ protinus egit. Vbi duobus annis, quibus imperator ipſe ſuperfuit, miſeram vitam ducens, relaxatus tandem, & abſque vllo effectu reuerſus eſt. His diebus cum à principio fermè Maii menſis vſque ad quarto Calend. C Auguſti nulla vel tenuiter pluuia arua rigaſſet: die qua diximus ruſticus quidam in vicinia monaſterij commanens, poſtquam ſegetes agelli ſui quem ad radices montis habuerat meſſuit: ſtipulis quæ remáſerant ignẽ continuo ſubiecit. Flamma igitur in altum repente ſuccreſcens, non iam contenta paleis, obuia quæque & ipſam ſyluam carpere perniciter cœpit. Iamque contiguus monaſterio ignis, haud dubium illi cuncta populantis ignis intentabat exitium: Cùm ecce ſuperna omnipotentis miſericordia, Benedicti patris meritis locum hunc de ſummis cœlis aſpexit: exilíque nubecula in aëris immenſa vaſtitate apparente largiſſimum imbrem ſuper monaſterij totius ambitum ex inſperato profudit. Cuius larga copia, non modo voracis incendij reſtinxit flammas: verum omnem (vt diximus) circa regionem, vim largæ inundationis infudit. Mira omni- D potentia creatoris, vt patenter oſtenderet nubem illam ſolam pro loci venerabilis ereptione veniſſe: cum tota vndique cœli orbita eximia ſerenitate rutilaret: ita ſe ad monaſterij menſuram nubes ipſa cohibuit: vt adiacentia vbertim excuſſo imbre rigaret, finitima verò ne ſtilla quidem vna contingeret. Ruſticus itaque qui tanti mali tantique periculi imprudens licet auctor extiterat: vbi ignem monaſterio propinquare perſpexit, amariſſimè lamentis ſe pœnitentiaque conficiens deſcendit: & conſcientia ſe ſola torquente, ſponte carceri publico ſe addixit. Quod Abbas, ac fratres religioſe pertractantes, illum illæſum abire permiſerũt: & diuinæ miſerationi pro tanti monaſterij ereptione gratias innumeras

reddiderunt. Eodem quoque tempore, cum piſcatores monaſterij retia in mare quo piſces ad refectionem fratrum caperent miſiſſent: Normānus quidam mente tumidus ac ſuperbia inflatus furibundo ſpiritu ſuperuenit: & vt ſunt ad rapinam auidi, ad aliena impetēda inexplebiliter anxij, comprehenſum vnum è piſcatoribus veſtem qua erat indutus exuit, & ea ſe protinus induit. Deinde ingreſſus nauiculā, piſcatorem vrgere cœpit vt retia ex alto adduceret, & piſces qui inuenti eſſent ſecum abſtrahens tolleret. Quod cum ille renueret, & ſe piſces ad monachorum, non ad Normānorum refectionem capere diceret: ab eodem Normanno cæſus atque in mare deiectus eſt. Cùm verò idem Normannus prædæ piſcium auidus, per ſeipſum ex alto retia trahere, piſcéſq; cœpiſſet educere: ſubito in mare de nauicula cecidit, atque intercluſus ab æquore ſpiritum exhalauit. Mirabile dictu, prius illum vnda mortuum proiecit in littus: quam is qui ab eo proiectus in mare fuerat, eò viuus natando peruenire potuiſſet.

Normanni ad rapinā auidi.

E F

De ordinatione Abbatis Richerij. CAP. LXVII.

RIcherius natione Baugarius XXXIIII. à beato Benedicto, monaſterij huius Abbas efficitur: præfuitque annis X. & VII. menſibus ſex. Huic

108. Conradus imperator anno Domini M. XXXVIII. (quo ſcilicet Abbas ordinatus eſt) precibus Giſlæ coniugis filiíque Henrici & Adeloi epiſcopi & Cancellarij ſui, apud Beneuentum præceptum aureo ſigillo bullatum, iuxta priorum Auguſtorum morē, de vniuerſis monaſterij iuribus fecit. Benedictus item Papa IX. priuilegium illi nihilominus ſecundum Romanorum Pont. conſuetudinem ſcripſit. Eodem tempore, Guaimarius princeps præceptum fecit beato Benedicto cū aurea bulla de omnibus monaſterij pertinētiis: ſpecialiter de ſancto Vrbano & de Vicalbo: & decima parte totius ciuitatis Atinæ: de alueo quoque carnelli, qui fluit circa inſulam, centum videlicet paſſus ſupra ipſam inſulam, & totidem infra cum ripis, & limitibus ex vtraque parte conſtitutis. Alio quoque præcepto conceſſit huic monaſterio eccleſiam S. Nicolai apud Amalphim, cū omnibus poſſeſſionibus ſuis. Alij itē ipſius ciuitatis nobiles eccleſiā ſanctę Crucis cum omnibus rebus ſuis huic monaſterio per ſcriptum obtulerunt. Hoc tempore, Nanturus de Venafrō ſacerdos obtulit monaſterio eccleſiam S. Nazarij, quam nuper ipſe cōſtruxerat. In qua cum aliquot fratres ad Dei ſeruitium congregaſſet: & aliquot codices, & ornamenta eccleſiaſtica, cum poſſeſſionibus nonnullis acquiſiſſet: de conſenſu omnium ipſam eccleſiam cum omnibus omnino pertinentiis ſuis huic monaſterio contulit. Hieroſolymus quoque Draconarienſis ciuis & Ioannes preſbyter, obtulerunt monaſterio eccleſiā S. Nicolai iuxta eādē ciuitatē, cū omnibus mobilibus, ad ſe pertinētibus, Ioānes etiā Comes, qui cognominatus eſt Scintus obtulit beato Benedicto per ſcriptū monaſteriū S. Nicolai, ſitū prope pontē curuum, ad radicē mōtis S. Leutij: & aliam eccleſiam S. Mariæ, non longe à prædicto monaſterio, cū omnibus omnino rebus, & poſſeſſioni-

G H

bus

A bus ac iuribus ipſarũ eccleſiarũ. Fecit etiam cum iam dicto Abbate cõmutationẽ, confirmás huic loco monaſteriũ S. Sauini, quod adiacet rupi præfati montis S. Leutij, cum omnibus omnino iuribus & rebus ſuis: recipiẽs vnam curtem propè Capuam, loco qui Baniolum dicitur. Quam ſcilicet ipſe Ioannes monaſterio ante donauerat. Hic Abbas fecit libellum Berardo Marſorum comiti, de S. Saluatore in Auezano: pro cenſu c c c. piſcium. Adelferius quoque Comes de Beneuentano principatu obtulit beato Benedicto perſcriptum, monaſterium S. Euſtaxij de Pantaſia, propè caſtellũ S. Iuliani, cum quattuor ſibi ſubiectis eccleſiis omnibúſque illarum rebus ac iuribus. Id ipſum fecere Ioannes, & Ademarius comites de eccleſia ſancti Angeli intra ciuitatem Moronam, ſupra maiorem portam. Sed & Petrus Abbas ex eadem ciuitate itidem de S. Ioannis eccleſia fecit: quæ ſita

B eſt in loco qui dicitur Serra maior: cum alia S. Bartholomæi eccleſia, & cũ omnibus ipſarum poſſeſſionibus eccleſiarum. Ragenaldus quoque, & Leo preſbyteri Aquinenſes, pari modo obtulerunt ſancto Benedicto ſanctæ Barbaræ eccleſiam, & duas domos ſuas, cum omnibus omnino rebus eccleſiæ ipſius propè ipſam ciuitatem ſitæ. Similiter & Stephanus preſbyter eiuſdem ciuitatis, fecit de ſancta Maria de Gualdo. Lando etiam ipſius ciuitatis hoc ipſum fecit de eccleſia S. Stephani: quam in ſuo iure ipſe conſtruxerat intra vrbis mœnia. Sic & Bonifacius iudex eiuſdem ciuitatis, de eccleſia S. Nicolai de inſula in Aquinenſi comitatu, cum omnibus iuribus ſuis. Eodem modo oblata eſt huic monaſterio eccleſia domini Saluatoris apud caſtrum Vicalbum, cum omnibus ad illam pertinentibus: & eccleſia

C S. Blaſij in comitatu Marſicano cum terris, & pertinentiis ſuis.

De tranſlatione ſanctæ Luciæ Conſtantinopoli, ex Sicilia.
CAPVT LXVIII.

PEr idem tempus Maniacus Dux ab imperatore Conſtantinopolitano cum exercitu ad debellandos Saracenos in Siciliam miſſus: cum Apuliæ atque Calabriæ milites in auxilium cõſciuiſſet: legatos ad Guaimarium miſit: orans vt Normanorum illi auxilium mitteret. Eius ille precibus annuens: Gulielmum Drogonem: & Vnfridum Tancredi filios qui à Normannis nuper aduenerant: cum trecentis aliis Normannis militibus miſit. Cumque maxima iam Siciliæ pars recuperata eſſet, & Siracuſa-

D na ciuitas capta: eidem duci à ſene quodam S. Luciæ mauſoleũ proditum eſt: eiúſque ſacrum corpus inde ſublatum, & in theca argentea poſitũ Cõſtãtinopolim cum omni reuerẽtia, & honore, tranſmiſſum eſt. Verũ paulopoſt in ſua redeuntibus Græcis, atque Normãnis: Saraceni mox cuncta quæ amiſerant, receperunt. Memorato verò Maniaco eo quod ad imperium aſpiraſſet trucidato: alius in Apuliã Catapanus, nomine Ducliano, ab imperatore dirigitur. Huic Arduinus quidam Lombardus de famulis ſcilicet ſancti Ambroſij, auro oblato non modico: cãdidati ab illo honore donatus: & quibuſdam Apuliæ oppidis præfectus eſt. Hic in ſuperiori expeditione apud Siciliam cum Saracenum quendam ſtrauiſſet: eiúſque

inſignem equum victor accepiſſet: à ſupradicto Maniaco vt ſibi equum E
præberet requiſitus: conſtanter denegauit. Sed tandem cumque dedecore equus illi ſublatus eſt. Huius iniuriæ Arduinus non immemor: aptúmque retributionis tempus expectans: & inueniſſe ſe putans: modis omnibus Græcis molitur inſidias. Orationis igitur gratia, Romam ire ſe ſimulans: Auerſam venit: & Rainulfo comiti quid animo verſaret, aperiens: ad Apuliam totam facile ſe duce conquirendam illius accendit animum: effœminatos, atque molles appellans Græcos, terram opulentam ſe iam numero, armíſque præſtantes: obſcuri eatenus oppiduli anguſtiis fuiſſe contentos, pudendum ſibi eſſe. Placet conſilium, adhortatio comprobatur: ídque protinus aggrediendum conſilio vnanimi diffinitur. Mox idem Comes duodecim de ſuis eligit duces: & vt cuncta acquirenda, æqua inter ſe ſorte diuiderent, præcipit. Arduino dimidium omnium concedendum F
diſponit: eaque adinuicem ſacraméto conditione firmata ccc. eis numero milites dedit. His ita diſpoſitis, anno dominicæ natiuitatis M.XLI. (quo
1041. videlicet anno, ipſo die feſtiuitatis beati Benedicti Paſchalis Sabbati dies occurrit) Arduino duce Melphiam primitus (quæ caput & ianua totius videtur Apuliæ) ſine vlla controuerſia capiunt. Inde Venuſiam, inde Aſculum: inde Labellum viriliter occupant. Mittitur interea Conſtantinopolim de præſenti calamitate relatio. Iterum Ducliano contra Normannos maximus Græcorum exercitus mittitur. Tandem condicto die & loco iuxta fluuium Oliuẽtum conuenitur in pugnam. Mandatum autem fuerat Græcis, vt Normannos partim occiderent, partim imperatori delegãdos vinculis mitterẽt. Sed, ô ſuperbia Deo ſemper inuiſa! ex omnibus qui G
Superbia Deo ſemper inuiſa. ſemel ac ſecundo contra eos miſſi ſunt nemo fermè remanſit. Dux cum paucis aufugiens, euentum belli Imperatori per literas nunciat. Perturbatus imperator iterum Ducliano potiorem exercitum mittit. Normanni interea vt accolarum mulcerent animos, atque ad ſe inclinarent, Atenulfum Beneuentani principis fratrem ſibi ducem conſtituunt: rurſúſque conuenientes in prœlium, Græcos euentu mirabili ſternunt. Fluuiũ namque Auſdum cum in ipſo procinctu belli Græci ſiccũ ferè tranſiſſent: ita Dei iudicium fugientes altum ripas exceſſiſſe reperiunt: vt plures fuerint abſorti aquis, quam gladiis interempti. Normanni caſtris Græcorum potiti, ſpoliis maximis onuſti rediere. Imperator tot acceptis cladibus ira ſuccenſus, Ducliano abrogato Exauguſtum ſubrogat, cum Normannis H
eius vice congreſſurum, guaranorum illi barbarorúmque cæterorum copias iungens. Quid plura? iterum in pugnam circa montem, cui piloſo nomen eſt, vtrinque concurritur. Tandem ruentibus Guaranis, cadentibus Calabris, fugientibus qui euaſerant Græcis, Exauguſtus capitur: Normanni victores, alacreſque reuertuntur. Dehinc conſilio habito, Græcorum ducem duci ſuo tradunt. Eo ille accepto, pecuniis multis redimendum ſperans, relictis Normannis Beneuentum rediit, ducémque Græcanicum non parua pecunia vendidit. Normanni autem Argyromeli ſupradicti filium ſibi præficientes, cæteras Apuliæ

ciuitates

A ciuitates partim vi capiunt, partim ſibi tributarias faciunt. Poſt hæc Guilielmo Tancredi filio honorem comitatus addẽtes, ad Guaimarium cuncti conueniunt: cumq́ue pariter cum Rainulfo Auerſano comite ad diuidenda quæ parta erant Melphim inuitant. Primo igitur eidem Rainulfo Domino ſuo Sipontum vrbem cum adiacente Gargano omnibuſq́ue ad ſe pertinentibus oppidis honoris cauſa concedunt. Dehinc cætera ad illorum arbitrium, inter ſe diuidunt. Guilielmo igitur Aſculũ, Drogoni Venuſiam, Arnolino Libellum, Hugoni autaboni Monopolim, Petro Tranim, Gualterio ciuitatem, Rodulfo Cannim, Triſcamo montẽ Piloſum, Herueo Trigentum, Aſclittino Acerentiam, Rodulfo ſanctum Archangelum, Ranfrido Monorbinum, Arduino autem iuxta quod ſibi iurauerant, parte ſua contradita: Melphim primam illorum ſedem commu- B niter poſsidere decernunt. Hoc itaque modo à Normannis acquiſita Apulia eſt. Mortuo igitur comite illorum Guilielmo, frater ipſius Drogo ſucceſſit: & iſto quoque occiſo, Hunfridus ipſorum frater comes efficitur. Atque poſt eum Robertus, qui & Viſcardus, qui non ſola contentus Apulia Calabriam quoque totam & omnem ſibi Siciliam ſubdidit: ſicut in ſequentibus oſtendemus. Apud Auerſam autem defuncto Rainulfo ſucceſsit Aſclittinus, qui & Comes iuuenis cognominatus eſt. Dehinc Rodulfus cognomento Capellus. Quo ab aduerſariis eiecto, Radulfus comes effectus eſt: & iſto mortuo Richardum Aſclittini filium qui tunc apud Apuliam in Drogonis militia cõſiſtebat, cui & ſororem ſuam Drogo coniunxerat, Auerſani ſibi comitem ſtatuunt: qui Capuanum quo- C que principatum quo ordine adeptus ſit ſuo loco dicemus. Nunc ad Abbatis noſtri ſeriem redeamus.

De diſceſſu Conradi Imperatoris, & alia. CAP. LXIX.

COnrado igitur ab Italia recedente non multo poſt Guaimariũ principem Abbas cum exercitu euocat: & ad oppugnandam ſeu recuperandam arcem ſupra memoratam qua poteſt inſtantia properat. Cum itaque tribus hanc menſibus obſediſſent: & Gaimarius priuatim ac publicè moliretur eam Teanenſibus comitibus reddere: quidam de primoribus ipſius arcis fideles noſtri monaſterij hoc perſentientes, per Teutonem tunc præpoſitum cum Abbate ineunt fœdus: vt ſi ſe vnà cum præfa- D to Todino in ſua vellet fide recipere, & ſua tantum ſibi quæ ante Imperatoris aduentũ & Todinus in Caſtello ſancti Eliæ & ipſi in oppido quod Prinlatarium dicitur hæreditario iure poſſederant reddere arcem illi ſine aliqua mora contraderent libentiſsimè. Ea conditione ſuſcepta, in ipſis vigiliis Aſſumptionis ſanctæ Dei genitricis à noſtris ars ipſa recepta eſt.

De Abbate capto ab Aquini comitibus. CAP. LXX.

INterea cum & Aquinenſes comites & alij Pandulfi partes pro viribus tuerentur: Laidulfus Teanenſis Comes, Adenulfum Caietæ poſtmodum Comitem, Landonis Aquinenſis Comitis fratrem, cum aliis pluri-

mis Teanis captum: in Gaimarij principis manibus dederāt. Vnde Aquinenſes Comites vehementer irati, coacto Normannorum atque noſtratium magno ſatis exercitu, contra Teanum pergere diſponebāt. Verum obſiſtente ſibi Abbate, cum fluuium tranſire nequirent, & in Caſinenſi agro dies xv. hoſtiliter reſediſſent, in auxiliúmq; Abbatis apud ſanctum Germanum milites plerique morarentur: Calend. Maij conſilio habito Ceruarium oppidum expugnaturi pergētes, Abbatem ſecum pariter ire precati ſunt. Sed cum nil potuiſſent: reuerſi inde, ac diligenter explorato repertóque fluminis vado, quod tot ante diebus inuenire nequierant: à loco qui modo pons ligneus dicitur, extemplò trāſeuntes, Abbatem protinus capiunt: eiúſque ſociis partim captis partim fugatis nonnullos interimunt. Landulfus vero Teanenſis Comes, qui hora eadem ad Abbatis obſequium venerat, euentum rei conſpiciens valde perterritus, ita vt erat armatus continuò ad monaſterium aſcendit: & vt ſe in ſua fide reciperēt, & Aquinenſibus comitibus non traderēt precari & obteſtari monachos cœpit. Cumque illi nil metuere perſuaſum eſſetà fratribus, Aquinenſes è veſtigio fratribus mandant: vt ſi Landulfum eis tradere vellent, ipſi protinus Abbatem illis cum omni honore remitterent. Fratres autem ab Abbate commoniti nullo vnquam pacto id ſe facturos renunciāt: omnem ſe potius monaſterij ſubſtantiam daturos, vitā ipſam denique potius expoſituros, quam hominem à ſe in fide ſuſceptum prodituros. Ita demum Abbas Aquinum perductus eſt: & die ſequenti oppidum S. Angeli ſpōte ad Aquinenſes defecit. Poſt paucos dies fratres omnes, qui pedibus iter agere poterant, Aquinum pariter properant: Abbatem ſibi reſtitui lachrymis poſtulantes. Sed id fruſtrà, nam neque videndi illum neque alloquendi facultas eis vlla fuit. Síc que ſine effectu ad propria repedant. Non multo poſt Guaimarius, quia aliter non potuit, Adenulfo prædicto cū ſacramēto fidei ſuæ fratribus reddito Abbatē reſtituit monachis. Poſt hæc illum ad ſe protinus conuocat, monétque vt Imperatorē impiger adeat: expoſitáque illi rei ſerie, vel ipſum ad has partes ad ſui monaſterij liberationem venire ſuadeat: vel ab eo militum auxilia inſtāter expoſcat. Alioquin & monaſterium in proximo deſtituēdum, & principatum ſibi amittendum indicet. Abbas acceptis à principe quæ itineri conficiendo erant neceſſaria, tantùm fratribus, paucíſque aſſumptis famulis ad portum Romanum per mare deuectus eſt. Vbi facto naufragio ac præter homines omnibus quæ ſecum ferebat amiſſis, honorifice à pleríſque nobilibus Romam deductus, ibíque aliquandiu remoratus eſt. Poſt hæc præfati nobiles equos illi & quæque itineri erant neceſſaria larga liberalitate tribuentes, proficiſcentémque cum honore deducentes arreptum iter peragere non ſegniter hortati ſunt. Illo ita profecto grauis eo anno peſtis Aquinenſes vexare cœpit; & Siconolfo Comite mortuo, ad duo milia quingentos promiſcui vulgi ea peſte periere. Prædicti igitur Adenulfus, & Lando, defuncti comitis fratres diuinitùs percuſſi, ſe ob Abbatis iniuriam prouidentes, móxque ad monaſterium ligatis collo reſtibus proficiſcentes

Comitum Aquinenſium, qui Abbatem Caſinenſem ceperant, pœnitentia.

E F G H

A ciſcentes, magnis ſe vocibus in tantum virum deliquiſſe grauiter locúmque venerabilem nequiter deſpexiſſe confeſſi, præfatũ S. Angeli caſtrum fratribus reddunt. Fratres Abbati factum per nuncium protinus ſignificantes, vt ad monaſterium reuertatur, hortantur. Qui cum comitantibus ſe quingentis ex Lombardia militibus reuerſus eſſet: apud patenariam cum Gaimario locutus, eius conſilio, ad Imperatorem maioris exercitus gratia protinus rediit. Per hos dies Baſilius Pandulfus Abbas Cõſtantinopolitanus cum eo rediens rurſus ad monaſterium venit: & Aquinenſium Comitum fretus auxilio, in monaſterio aliquot diebus manſit. Sed cum Normannorum exercitus à Guaimario contra Comites ipſos fuiſſet deſtinatus: Baſilius ingenti pauore perterritus, noctu per mõtana

B trãsfugit Aquinum. Defuncto interea apud Salernum præpoſito monaſterij S. Benedicti Caſinenſis Cœnobij, Gaimarius eundem Baſilium acceſiri iuſſit: ipſámque illi cellam noſtram regendam commiſit.

Quomodo Abbas Richerius Muros ſancti Angeli dirui fecit.

CAPVT LXXI.

POſt duos fermè annos Richerius maiori cum exercitu rediit. Sed neque cum eis Normannos aggredi Gaimario placuit. Tandem verò Normãnos omnes qui terras monaſterij tenebãt, Abbati fidelitatem iurare faciens, exercitum omnem ad ſua remiſit: Abbas verò ad monaſterium rediit. Interea cum memorati oppidani S. Angeli quieſcere non poſ-

C ſent, & Aquinenſes vt ſe reciperent iterum ſollicitarent: Abbas eos quo captus eſt tempore, à ſe defeciſſe reminiſcens, euocatis Normannis ipſum oppidum adiit: captíſque primoribus omnibuſque vaſtatis muros per girum à fundamentis euertit. Sicque demum eatenus infidos & inquietos quieſcere compulit.

Quomodo caſtrum ſancti Andreæ, meritis beati Benedicti, à Normannis receptum ſit. CAP. LXXII.

POſt hæc Normannis arcem (quæ nunc ſancti Andreæ dicitur) in ſuũ refugium conſtruere aggreſſis, mandat Abbas ab incepto deſiſtere. Sed illi nihil reueriti, parere noluerunt. Cernens Abbas nihil ſe omnino

D proficere, Normãnorumque vires diebus ſingulis creſcere: decernit vltra montes huc vltra non rediturus abire. Sed cum illi id à ſuis omnino diſſuaderetur: conſilium quo pacto ſe de cauſa apertis periculis auxilio patris Benedicti tueretur capere pergit: Cum nutu Dei paucis poſt diebus, Comes illorum Rodulfus nomine, non paucis ſtipatus militibus, ad Abbatis curiam venit: eundem (vt tunc putatum eſt) Abbatem capturus aut occiſurus. Sed dolor immo dolus eius conuerſus eſt in caput eius. Nam cum extra eccleſiam poſitis armis eandem eccleſiam cum omnibus pariter oraturus intraſſet: omnes monaſterij famuli ſimul repente conueniunt: equos illorũ armáque diripiunt, clauſiſque eccleſiæ ianuis ſigna

omnia pulſare cœperunt. Audito ſonitu reliqui ciuitatis homines territi, E
variis vndique armati telis accurrunt: apertiſque Baſilicæ ianuis ingreſſi Normannos gladiis deſtitutos & fuſis fruſtra precibus auxilium implorantes aggrediuntur, fugientibúſque cæteris quindecim ex illis obtruncant. Solum Comitem, ſuperuenientes monachi manu captum vix eripere à tumultu potuerunt. Vinctum igitur ad monaſterium carceri trudendum mittunt. Hoc facto omnem prorſus regionem peragrantes noſtri, ac ſubita formidine arreptos homines aggrediẽtes, præter S. Victoris caſtrum & S. Andreæ arcem, omnia fermè eo die, Deo auxiliante, receperunt. Deinde nihil morandum arbitrantes, Marſorum Comites & Borelli filios cæteróſque fideles in auxilium aduocant: & prædicto ſancti Victoris Caſtro poſt paucos dies recepto, ad arcem S. Andreæ (in qua & F
vxor prædicti Comitis & Normanni cæteri confugerant) obſidendam expugnandámque perueniunt. Cúmque ibi quindecim ferè dies reſediſſent, & tam munitione loci, quam commorantium ac repugnantium viribus præualere non poſſent: ſtomacáti tandem fratres qui aderant iam quaſi nona diei hora conuerſi ad milites, quid inquiunt moras teritis: & nihil agentes tempus fruſtra conſumitis? Inſurgite tãdem, & omnes vnanimiter arcem vno impetu aggredi maturate nihil metuentes: aduerſus Dei inimicos, contra periuros noſtros, contra latrunculos denique paucos vobis pugna eſt. Aderit Deus, ſanctiſſimuſque pater Benedictus: qui & aduerſariis noſtris fidei violatæ ac periurij reis dignam confuſionem, & victoriam vobis pro iuſtitia pugnantibus afferat. Hac adhortatione ve- G
hementer accenſi, omnes mox arma corripiunt: omníque conatu inimicis reluctantibus: lapidibus, telis, machinis, arcem adoriuntur. Mira dicturus ſum, ſed abſque vlla prorſus ambiguitate, veriſſima. Cum ex vtraque parte lapides ac tela mitterentur: Normannorum tela, ſeu quoque miſſilia, veluti valida vi venti retorta, in ſuos à quibus mittebantur plurimos ſauciare cœperunt. Quod vbi Normanni aduerterunt: voluntati Dei repugnare non valentes, arcem protinus reddunt, ſéque monachorum manibus tradunt. A quibus vix defenſi, inermes ſe ad ſocios Auerſam contulere. Equi eorum arma atque pecunia militibus vniuerſa permiſſa. Statuentibus deinde Auerſanis ſociorum iniurias vlciſci, Gaimarius obſtitit. Síc que beati Benedicti meritis & ope ſuo iuri terra hæc omnis reſtituta extunc, & deinceps à Normannorum infeſtatione, Dei miſeratione H
quieſcit. Expulſi autem ſunt Normanni anno Domini M. XLV.

Apparitio pulchra ſancti Benedicti, & quid cuidam dixerit.

Capvt LXXIII.

Denique vt hæc omnia ſancti patris Benedicti voluntate, & auxilio, geſta credantur: nocte ipſa quæ præcedebat hanc diem cum ruſticus quidam ex caſtro Ceruario, Hieronymus nomine, domi quieſceret, videbat in ſomnis ſe per viam quæ à Caſtro Mortula ducit, remeare. Cum

ecce

A ecce ſubitò monachus quidam reuerendi admodum vultus veluti ex itinere feſſus, virgámque geſtans manu, illi in via Comes adiunctus eſt. Cúmque pariter incedentes ad biuium perueniſſent, vnde ad villam ſancti Andreæ diuertitur, rogat ſocium monachus, vt parum ex itineris labore requieſcat: & cum reſediſſent, vnde ſic laxus aduenirer monachum ruſticus inquirere cœpit. Ego, inquit ille, diu in Caſino monte conſtructo monaſterio cum fratribus habitaui. Sed cum in me ingrati valde eſſent, illorum moleſtias ferre non valui: dimiſiſque eis Hieroſolymam adij: ibíque XL. iam ferè annis cũ beato Stephano ſum remoratus. Nunc autem illorum crebris nunciis vocatus veni: & ſiquidem mores ſuos corrigant, ibidem cum illis habitabo: ſin autem, per viam qua veni reuertar.
B Rogatus vt nomen ediceret: Ego (inquit) frater Benedictus vocor. Cumque viam qua ad ſanctum Andream pergitur monachus fuiſſet ingreſſus: & quo tenderet à ruſtico eſſet inquiſitus: hac (inquit) pergo: quoniam in arce hac mihi agendum aliquid eſt. Experrectus ruſticus, retulit Domino ſuo Mainardo Archipreſbytero quod viderat ſomnium: ſequenti die arx (quo prædiximus ordine) capta eſt. Hodiéque ſuperſunt aliqui ipſius arcis incolæ, qui aſſerunt in ipſo graui partis vtriuſque conflictu, vidiſſe ſe monachum viriliter contra Normannos dimicantem, ſuóſque ardenter hortantem: cum nemo tunc ex his qui aderant monachis illi immiſcuerit pugnæ. Ante paucos item dies, alij cuidam ruſtico viſum eſt in ſomnis, quod beatus pater Benedictus virga quam gerebat manu Normannos huius terræ incolas inſequendo ante ſe ageret: eóſque ſeueriſſi-
C me verberans, cum ignominia de hac terra procul eliminaret, nullo ſibi vel modice obſiſtere audente.

De quorundam oblationibus, ac libellis. CAP. LXXIIII.

HOc tempore quidam viri nobiles i. Rolandus, Atto, Tedericus: alterque Rolandus, obtulerunt beato Benedicto ex iure ſuo duo caſtra, decimanum ſcilicet ac tribulianum: cum eccleſiis, & omnibus omnino pertinentiis ipſorum: totámque portionem ſuam de caſtro cabinæ, & alias poſſeſſiones per varia loca terram modiorum duum milium. Hic Abbas libellum fecit Laiferio Larinenſi comiti de omnibus eccleſiis & rebus huius monaſterij intra ipſum comitatum, atque intra termu-
D lenſes fines exiſtentibus: pro cenſu annuo cẽtum Byzantiorum. Eodem tempore Corbo Aprutinus obtulit monaſterio beati Benedicti (quod eſt in eodem comitatu, iuxta fluuium trontum, huic Cœnobio ſubditum) totum ius ſuum de Caſtrofano & de mõte Domnelli cum omnibus omnino rebus, ac iuribus ſuis, terram modiorum trium milium. Tedericus item Aſculanus ſimiliter fecit de integra poſſeſſione iuris ſui ex duobus caſtris ad ſe pertinentibus: pomonte & octauo, terra modiorum quattuor milium. Guaimarius poſt hæc, elapſo iam fermè anno, cum Drogone Normannorum comite, multíſque aliis ducibus ad monaſterium venit: & eorum ſupplici valde rogatu, vt prædictus comes abſolueretur,

vix tandem impetratum eſt: ſacramento prius ab eodẽ exacto, nunquam ſe vlterius de vllis omnino rebus monaſterij quippiam violaturum, neque Abbati vel alicui ex monaſterio mali aliquid machinaturum. Sic tandem libertati reſtitutus; & mille tarenis, qui à memoratis ducibus ea die oblati fuerant ab Abbate donatus, Auerſam ad ſocerum rediit. E

De munitionibus caſtellorum.&c. CAP. LXXV.

Abbas iamdudum ſuſpectam habens Normannorum perfidiam, ſingula monaſterij caſtra muris in giro muniuit: ibique ruſticos qui eatenus in villis habitauerant, manere conſtituit. Caſtrum etiam S. Angeli, quod ipſe deſtruxerat, muris amplioribus cinxit: iuxtáque ipſum, pontem optimum ſuper Lirim fluuium fecit. F

Quomodo Adenulfus Aquini Comes, Caietæ præfectus ſit.

CAPVT LXIX.

INterea Cajetani ob Guaimarij inuidiã Adenulfum ſupradictũ Aquini Comitem euocant: ac ſibi præficiunt Ducem. Hoc audito Guaimarius illuc exercitum dirigit. Sed his impiger Adenulfus occurrens, cum ex his aliquos primo fudiſſet impetu: ipſe protinus captus & Gaimario traditus eſt. Pandulfus demum pulſos his ſedibus Nõrmannos accerſit: eiúſque omnem huius monaſterij terram (ſi ei contra Gaimarium ferre auxilium vellent) facile redditurum promittit. Quibus id libenter pollicentibus, G collecto ex illis ac ſociis haud exiguo exercitu, terram iſtam ingreſſus ad primum ſancti Petri oppidum tentoria figit: vt niſi Deus impediſſet, omnem penitus peruaderet terram. Iterum igitur fuga, iterum vexatio & ingens pauor adeo omnem inuaſit regionem: vt aliquot fidelium domus ad ſuperius monaſterium tuendum conſtitutæ ſint. Et quia nullum iam hominum auxilium ſperabant: mandat fratribus Abbas vt diuinam implorarent opem: diſcalciatíſque pedibus, cum Litaniis per omnes montis eccleſias pergerent. His Adenulfus cognitis, mandat Guaimario ſi ſe dimitteret liberum, Pandulfi conatus irritos facturũ: ſibíque fidelitatem perpetuam, & monaſterio S. Benedicti defenſionem iuraturum inuiolabiliter ſpondet. Quia enim ſororem Teanenſium Comitum, quam idem Pandulfus captiuam habuerat, pro abſolutione Adenulfi noluerat, reddere: nimium aduerſus illum commotus erat, pro fœmina ſe minimè H reddentem iuſtiſſimè quærens. Factum eſt, dimiſſúſque Adenulfus pacto quo inſtituerat, ad Abbatem protinus venit: & rem omnem aperuit. Mane cum omnium ſumma lætitia ad monaſterium aſcendit: ac ſuper altare beati Benedicti aureum calicem Imperatoris, & pluuiale Diaſprum (quæ à prædicto Pandulfo iamdudum in pignus acceperat) deuotus impoſuit. Ibi eum Abbas equo optimo, & armis præcipuis inſigníque pulcherrimo donans, monaſterij defenſorem conſtituit. Mãdat deinde Pandulfo ſe eſſe reuerſum defenſorem monaſterio datum, quam primũ monaſterij

A naſterij excedat finibus: Alioquin turpiter inde eiiciendum. Pandulfo id nequaquam credente, intra biduum Adenulfus ex propinquis & amicis, fortem exercitum aggregat: & poſtridie cum Pandulfo congreſſurus in campo, qui ad particellas dicitur tentoria figit. Quo viſo Pandulfus, ſtatim confuſus abſceſſit. Adenulfus verò pacificè ad Cajetanum Ducatū, quem illi Guaimarius firmauerat, rediit.

De obitu Rodulfi Comitis. Cap. LXXVII.

POſt hæc memoratus Comes Rodulfus (ſicuti eſt genus infidum & auaritiæ inexplebilis) calcato ſacramento quod fecerat, cum quibuſdam ſuæ nequitiæ ſociis, ad prædandam monaſterij poſſeſſionem venire
B diſponit. Id cum apud ſe firmiter conſtituiſſent: Abbas huiuſmodi explorato cōſilio, ad ſolita fratres recurrere monet auxilia. Mirabile dictu: mane illius diei quo ſcelus perpetrare decreuerat, extinctus repentina morte repertus eſt. Hoc agnito Normannos reliquos tantus terror inuaſit: vt huc vltra ad inquietandos Dei ſeruos minimè venire præſumerent. Denique pro euidentiori documento cæleſtis vltionis, intra biennium c. l. ipſius Comitis Normanni milites, diuerſis in locis, vario pereundi genere, extincti ſunt.

De amiſſione rocæ Antræ. Cap. LXXVIII.

CVidam poſt hæc propinquo ſuo Ardemano, quem in arce Vantrà Abbas cuſtodem poſuerat, Teanenſes Comites & munera maxi-
C ma & ſororem daturos ſe in coniugium, ſi eandem arcem eis traderet, inſtantius pollicentur. Et callidus ille cuncta promittere, nocte condicta venientes clam introducturū ſpondet. Cúmque ad locum horámque diſpoſitam vētum fuiſſet: Laidulfum vnum ex eiſdem comitibus cū paucis militibus inducēs, portas ſubitò claudit: omnéſque pariter in vincula cōiicit: cæteri ad ſua cum digna confuſione rediere. Poſtmodum à Guaimario rogatus Abbas, Guidone fratre, comitéque Rainulfo, & Leone illuſtri viro ad ſe accedentibus, vt comitem fratribus redderet: tantorū virorum preces minime ſpernendas ducens, accepto à fratribus Comitis ipſius ſacramento, cum obligatione pœnæ c. librarū auri, fecit quod fuerat oratus. Eam rem Ardemanus indignè ferens, protinúſque in ipſa arce rebel-
D lans Normannis eam tradıturū minabatur. Abbas nequaquam vltra moratus, collectis aliquot hinc inde militibus acceſſit ad arcem: eundémque Ardemanum ad colloquium deſcendere multis precibus ac pollicitationibus, vix tandem obtinuit. Cūque multis rationibus maximíſque blanditiis illi ſatisfacere eúmque placare nequiret: indignati qui cum Abbate venerant milites, eum protinus capiunt: & niſi arcem continuò reddat mortem adeſſe minantur. Cumque vir teterrimus ne ſic quidem acquieſceret, ac ſe mori malle quam arcē tradere diceret: eum mox ſuper crates ligneas alligantes ad expugnandam arcem inſtructi armis ſe vnanimiter conferunt. Cum nequam ille diabolo plenus, ſuis vociferando clamarit,

non ante arcem redderent quam ſe oppreſſum viderent. Hi autem qui in arce erant, ab Abbate commoniti atque territi, mox portas aperiunt: & Abbatis proſtrati pedibus impetrata venia, arcem ſine cunctatione reſtituunt. E

Quomodo in Vngariam ad petitionem regis, ab Abbate directi ſint. CAPVT LXXIX.

CIrca hoc tempus, ſanctæ memoriæ Stephanus Vngariæ rex, qui gente ſua ad fidem Chriſti conuerſa, multis poſt mortem virtutibus claruit, auream crucem valde pulchram ſancto patri Benedicto direxit: multis Abbatem flagitans precibus vt aliquos monachos ad inſtituendum illis in partibus monaſterium mitteret. Cuius votis Abbas obtemperans, duos de Senioribus monaſterij miſit. Iam vero illo defuncto, Salomon ipſius filius qui illi in regno ſucceſſerat eos honorifice nimis accepit: & quinque pluuialibus optimis aliíſque muneribus plurimis donans ad Abbatem remiſit. F

Qualiter Imperator tractare cœperit de bono ſtatu Romanæ Eccleſiæ.

CAP. LXXX.

Eſt Benedictus 8. à quibuſdã dictus 9.

ROmæ item Benedictus Papa cum annis duodecim Apoſtolicæ ſedi præfuiſſet à Romanis eiectus eſt: & Ioannes Sabinenſis epiſcopus, cui nomen Silueſter impoſitum eſt, non tamẽ gratis in Romanum pontificem ſubrogatus. Qui cum præfuiſſet menſibus tribus, Benedictus ille G prius abrogatus adnitentibus propinquis ſuis Tuſculanis proceribus, pulſo Silueſtro, Romanam ſedem iterum occupat. Nec multo poſt inuiſum ſe cunctis aſpiciens, Ioanni Archipreſbytero, qui quaſi religioſior habebatur Papatu tradito, ipſe cupiditates ſuas liberius executurus, in paternam ſe recepit domum. Iam annis duobus & VIII. menſibus Archipreſbyter ipſe, cui Gregorij nomen in Papatu eſt inditum, Apoſtolicæ ſedi præfuerat: cum Henricus Imperator Conradi filius his de ſede Romana & Apoſtolica nefandis auditis, cœlitùs inſpiratus anno Domini M.XLVII. Italiam petens, adiit Romã: cupiénſque ſedem Apoſtolicam huiuſmodi purgare maculis Sutri reſtitit: & ſuper tali tantóque negocio deliberaturus; vniuerſale ibi epiſcoporum concilium fieri ſtatuit. Igitur H ad eius Imperium cógregata illic epiſcoporum, Abbatum, religioſorúmque virorum grandi multitudine, Romanum quoque pontificẽ, qui concilio præeſſet inuitat. Quid multa? Concilio habito Synodicis canonibus, atque ſententiis Gregorius Simoniacus probatus ſponte ſua ſede deſiliẽs, pontificalibus ſe infulis exuit: & humi proſtratus, temeratæ dignitatis veniam ſibi humiliter petiit. Hoc facto Imperator exultans, Romam cum omnibus ipſius concilij epiſcopis venit: & in eccleſia beati Petri Apoſtoli congregato clero populóque Romano quid Sutri geſtum eſſet exponit. Dehinc de ordinando pontifice Romanæ Eccleſiæ tractare commu-

1045. *Greg. Papa 6. Henricus 3. Imp.* *1047.* *Greg. Pa. 6. ſimoniacus probatus, ſponte cedit dignitati.*

A communiter cœpit. Facta itaque diſcuſſione diligenti, cum nullus (pro dolor) inueniretur dignus, qui tantæ eccleſiæ præeſſet: electione tamen omnium Bambergenſis epiſcopus de gente Saxonum Papa Romanus eligitur, eíque Clemens nomen imponitur. Ob huiuſmodi res tam proſperè, tam canonicè geſtas, eidem Henrico Patriciatus honorem Romani tribuunt: cúmque præter Imperij coronam auream, torque vti decernunt. *Clemens Papa.2.*

De his quæ Imperator huic monaſterio obtulit, CAP. LXXXI.

SVmpto poſt hæc Imperator exercitu ad hoc monaſterium venit: & omni cum honore ſuſceptus à fratribus, planetam purpuream optimam auro ac Gemmis ornatam ſuper altare cum altero pallio optimo B poſuit. In capitulo verò auri libras aliquot fratribus obtulit: ſéque illis deuotiſſimè commendans Capuam adiit. Ibi Guaimario principatui renunciante (quem nouē iam annis tenuerat) Pandulfo illum priori principi eius filio multo ab illis auro ſuſcepto reſtituit. Drogoni Apuliæ & Rainulfo Auerſæ comitibus ad ſe conuenientibus & equos illi plurimos, magnámque pecuniæ ſummam offerentibus, omnem quam tunc tenebāt ditionem Imperiali auctoritate firmauit. Ibi etiam præceptum aurea Bulla ſignatum Abbati Richerio iuxta Imperialem conſuetudinem fecit. Inde Beneuentum contendens, cum ciues eum noluiſſent recipere, tam ob ſuam quam ob patris iniuriam, totam ciuitatem à Romano Pōt. (qui C tunc illic aderat) excommunicari fecit: omnémque Beneuentanam regionem Normannis ſua auctoritate confirmans in patrium rediit ſolum ſecum clementem adducens.

De morte Clementis Papæ, & de ſancto Leone eius ſucceſſore.

CAPVT LXXXII.

CLemente verò poſt menſes nouem vltra montes defuncto, præfatus Benedictus in pontificatum iterum rediens VIII. illum mēſes tenuit: donec ab Imperatore tranſmiſſus ex Germania Damaſus Broxonìorum Epiſcopus illi in Papatu ſucceſſit. Quo etiam apud præneſte poſt vigeſimum tertium diem vita functo, Brunonem Tulēſem Epiſcopum *Damaſus Papa 2.*
D Teutonicum genere, & regia ſtirpe progenitum, Romani ex Germania conſciſcentes ſuum elegere pontificem, Leonémque vocari decreuerunt. 1049. *Leo Papa 9.*
Sanctus autem idem pontifex eodem quo ordinatus eſt anno, orationis gratia, montem Garganum petiit. Inde rediens in ipſa feſtiuitate Palmarum ad hoc monaſterium valde deuotus acceſſit: & reuerentiſsimè ſuſceptus à fratribus ipſo die Miſſam ſolenniter celebrauit: atque in refectorio cum fratribus comedens poſt prandium in capitulum venit. Vbi maximas fratribus pro tam honorifica ſuſceptione ſua gratias agens, ac pro viribus ſemper monaſterium ipſum exaltaturū ſpondens deſcendit. Poſtridie verò eccleſiam ſancti Mauritij apud inſulā quæ Limata dicitur,

Sandaliorum Dalmaticæ, & chirotecarum vſus Abbati Caſinẽſi à Leone pp. 9. cõceſſus.

ab ipſo Abbate conſtructa: & ſancti Saluatoris in territorio Atinenſi ſolenniter dedicans Romam reuerſus eſt. Ad quem profectus Abbas priuilegium ab eo, iuxta ſuorum prædeceſſorum morem, honorabiliter ſumpſit. In quo idem ſanctus Pontifex Sandaliorum vſum & Dalmaticæ ac Chirothecarum in præcipuis feſtiuitatibus tam illi quam omnibus in hoc Cœnobio regulariter promouendis ob honorificentiã ſancti huius loci Apoſtolica auctoritate cõceſſit. Quo etiam tempore idem Apoſtolicus monaſterium quod Saxonanum appellatur, intra Romanã vrbem ſitum, iam dicto Abbati cum ſuis omnibus iuribus tradidit: & illi ex inde priuilegium faciens ſolam ſibi Abbatis cõſecrationem (quem tamen Caſinenſis Abbas eligeret) reſeruauit.

E

F

Quid Capuani nobiles monaſterio auferre conati ſint.

CAP. LXXXIII.

HIs diebus Capuani quidam nobiles pro Craſtro huius monaſterij, quod Conca dicitur, multum cum Abbate contendebant: nitentes illud à monaſterij ditione ſubducere, & ſui iuris efficere. Sed cum Abbati nil præualere ſe poſſe conſpicerent: die quadam ex omni cõſilio ſtatuunt in monaſterij loca prædatum venire. Decernunt ita adueſperaſcente iam die iter arripere: vt apud quandam curtem ſuam in Teanenſi Comitatu parumper quieſcentes, condicta noctis hora promoueant, & ſummo mane monaſterij fines ingreſſi ex improuiſo protinus irruant: & quam maximam potuerint prædam inde agant. Venientes autẽ ad condictum locum, cum aliquantulum requieuiſſent: circa ferè dimidium noctis aſcenſis equis quo decreuerant ire pergunt. Res mira, ſed ſanè veriſſima: quippe quæ ab vno ex eis mihi comperta eſt. Ab illa hora ad crepuſculum iter conficientes, cùm ſe iam fines noſtros arbitrarentur ingreſſos, ſéque ad diſcurrendum (vt prædantibus conſuetudo eſt) inſtanter præpararent: ſubito reſpicientes in eo ſe loco vbi equos aſcenderant vident. Stupefacti igitur atque perterriti ſeſéque intuentes mutuò, tandem intelligunt patris Benedicti meritis nocte oberraſſe tota: dum tanto temporis ſpacio, recto ſe itinere pergere exiſtimantes ipſa curte crebrò peragranda circuitu manè ibidem inuenti eſſent. Síque confuſione atque admiratione pleni, Capuam reuerſi ſunt, quæque ſibi contigerant omnibus apertè confitentes.

G

H

De morte Pandulfi Capuani principis. CAP. LXXXIIII.

EO etiam tempore ſeruus Dei quidam Neapolitanæ regionis in prærupta rupe iuxta viam publicam ſolitarius morabatur. Hic dum nocturno tempore pſalleret, cellulæque feneſtram horarum explorator aperit: videt repentè multos nigros homines velut æthiopes longo ordine incedere, onuſtóſque fœno Saumarios minare. Cúmque qui nam eſſent curioſus inquireret, cuiuſve rei gratia iumentorum pabula multa pararent:

A pararent: dæmones inquiunt ſumus: neque pecoribus alenda pabula, ſed fomenta ignium ferimus hominibus comburendis. Præſtolamur enim proxime Capuanum principẽ Pandulfum: qui iam extremum ſpiritum fundit. His auditis, vir Dei nuncium protinus Capuam dirigit, exploraturus rei veritatem. Qui veniens Pandulfum iam mortuum reperit. Quo defuncto, Veſeuus mons in flammas erupit: tantáque reſinæ ſulphureæ congeries ex eo protinus fluxit, vt torrentem faceret, atque decurrente impetu in mare deſcenderet.

De aduentu ſancti Leonis Papæ ad hoc monaſterium.

CAPVT LXXXV.

B SEquenti anno prædictus pontifex rurſus ad monaſterium venit: & in craſtinum ac die altero Apoſtolorum Petri & Pauli Miſſas ſolenniter celebrauit. Et cum die illo Sabbatum eſſet ingreſſus ad mandatum fratrum, pedes duodecim monachis lauit: & ipſe viciſſim ab illis lotus. In refectorium quoque cum eis vnà bibiturus ingreſſus eſt. Inde perrexit Beneuentum: vrbémque ab excommunicatione prædeceſſoris ſui benignus abſoluit. Sequenti itidem anno Capuam veniens rurſus Beneuentum perrexit. Inde Salernum, inde vt Normannos expelleret Imperatorem adiit, militum petiturus auxilia. Gebeardus tunc Epiſcopus Aiſtettẽſis, gente Noricus, vir ſingulari prudentia, gerendarumque rerum periC tiſſimus, regis conſiliarius erat. Is cum ex iuſsione Imperatoris magnus valde Apoſtolico traditus fuiſſet exercitus, iámque itineris multum confeciſſet, Imperatorem adiit: eumque hac de re valde corripiens, vt eius exercitus totus rediret, doloſus effecit, quingentis tantum ex amicis, ac propinquis Apoſtolici illum comitantibus. Tunc inter ipſum Apoſtolicum, & Imperatorem facta commutatio eſt de Beneuento, & Bambergenſe epiſcopio: ſicut iam ſupra retulimus.

De morte Gaimarij Salernitani principis. CAP. LXXXVI.

HOc anno Guaimarius princeps cóiuratione Amalfitanorum quos indignè tractabat, cognatorumque atque Salernitanorum quorundam apud Salernum iuxta oram maris occiſus eſt, triginta & ſex conD foſſus vulneribus, & fœdè magnóque cum ludibrio per littus maris aliquandiu pertractus, vrbe ſimul & arce peruaſa à cædis auctoribus. Poſt quintum tamen diem Normannis opem ferentibus, à Guidone fratre principis recuperata ciuitas, Giſulfóque illius filio reddita eſt: extinctis auctoribus ſceleris, quattuor ſcilicet cognatis eius & triginta ſex aliis.

De oblatione duorum fratrum. CAP. LXXXVII.

HOc etiam tẽpore Landenulfus, & Adenulfus Germani fratres, Capuanæ ciuitatis nobiles, vnà cũ Petro nepote ſuo ad hoc monaſteriũ conuerſionis gratia aduenientes, facultatẽ ſuam omnémq; ſubſtãtiam

quam in toto Capuano principatu poſſidebant beato Benedicto obtule- E
runt eccleſiam ſcilicet S. Nicolai intra Capuam, cum omnibus pertinentiis eius: partes item quas in eccleſia S. Saluatoris, & S. Rufi, & intra vrbis mœnia habebant, viridiarium etiam quod eſt ad pontem Caſulini. Curtem Calabrinam cum eccleſia S. Nicandri. Terras, ac molas iuxta Saonem fluuium. Quattuor etiam curtes variis in locis cum ſyluis paludibus & pratis ad ipſas pertinentibus. Partem eccleſiæ S. Iacobi, & curtis in loco bucini, cum eccleſia ſanctæ Anaſtaſiæ. Curtem Luciliciam cum ſorte eccleſiæ ſancti Ioannis. Curtes, & terras in finibus Liburiæ. Fundum in vico Cupuli. Itē fundos in caſa Peſenna. Fundos in loco Fœlice: terras in Gualdis tribus. Curtem iuxta Græcimanium. Curtem in laneo ad pontem ruptum. Terras in maſſa Valentiana: omnéſque domos intra Capuam ad F
ſe pertinentes.

De beato fine dicti ſancti Pontificis. CAP. LXXXVIII.

REdiens itaque Romanus, pontifex ex Alamania rurſus aſcendit ad monaſterium noſtrum: fratribúſque ſe commendauit deuotiſſimè. Cúmque apud ſanctum Germanum honorificè fuiſſet acceptus, rogatus à fratribus vt monaſterium ſancti Stephani quod ſupra terracinam eſt illis reſtitueret: interrogat an ad illos vnquam pertinuiſſet. Aſſerentibus oſtendi ſibi id poſtulat. Mox dialogo S. Gregorij exhibito: vtque ſanctus Benedictus illud monaſterium conſtruxerat ex eiuſdem patris vita oſtenſo, aut enim ignorabant: aut promptum non habebant Agapiti Papæ G
priuilegium Baldoino Abbati inde confectum. Verè ait ſanctus Pōtifex æquiſſimum eſt, quod quæritis. Móxque Friderico Cancellario mandat priuilegium inde conſcribere: ipſúmque monaſterium aſſignari noſtro Cœnobio, cum ſuis omnibus iuſſit. Fecit & eodem tempore huic monaſterio priuilegium aliud, per quod nauem huius monaſterij in Romano portu, omni tempore cum nauclero, & omnibus nauticis ſuis liberam ab omni conditione penſioníſque debito eſſe conſtituit. Poſt hæc adiunctis ſibi cunctis ferè militibus, Apuliam cū Normannis dimicaturus in-
1054. greditur, Anno Domini M. LIIII. atque ex parte ipſius quidem Apoſtolici Rodulfus in Beneuentanum principem iam electus, & Guarnerius Sueuus ſigna ſubſtollunt, Normanni verò treis de ſuis ſtatuunt turmas: quarum vnam Comes Hunfridus, aliam Richardus itē Comes: tertiam H
Robertus agebat Viſcardus. Inito autem certamine in planicie maxima, quæ ciuitati adiacet, paulatim ſe ſubducentibus fugientibuſque noſtratibus, & ſolis qui cum Papa venerant amicis propinquiſque remanentibus, cum diu ab his acriter pugnatum eſſet, omnibus tandem in ipſa pugna trucidatis, Normanni Dei iudicio euaſere victores. Dehinc Hunfridus pontificem adiit, & in ſua illum fide ſuſcipiens, cum ſuis omnibus Beneuentum perduxit: ſpondens quandocunque Romam ire diſponeret, ipſe illum Capuam vſque deduceret. Intrauit autem idem Papa Beneuentum menſe Iunio vigilia S. Ioannis Baptiſtæ: manſitque ibi vſque

ad

A ad menſis Martij XII. diem: ibique infirmatus vocato prædicto comite, ab eo Capuam vſque deductus eſt. Ibi XII. dies remoratus, accerſito tandem Abbate noſtro, ſui itineris ſocio, Romam rediit. Ibíque poſt paucos dies ſancto fine quieuit. Ad cuius tumulum plurima tunc temporis ſigna Chriſtus effecit. Hic ſanctus Pontifex inter innumera ſuæ bonitatis inſignia, quamdiu Romæ remoratus eſt omni tempore tribus per hebdomodam diebus à Lateranenſi eccleſia vſque ad ſanctum Petrum priuato habitu nudíſque pedibus, cum duobus aut tribus clericis noctu pſallendo & orando pergebat.

Quidnam eius apocriſarij Conſtantinopoli fecerint.

B

Cap. LXXXIX.

EOdem anno, gratia concordandi Romanam Conſtantinopolitanámque eccleſiam prudentiſſimos viros ad imperatorem Conſtantinum (cognomento monomachum) apocriſarios miſerat: Fridericum ſcilicet Cancellarium ſuum, & Vbertum epiſcopum Syluæ candidæ, & Petrum Archiepiſcopum Amalphitanum. Qui ad monaſterium primitus aduenientes ac ſe fratribus deuotè commendantes, ita demũ viam ſuam profecti ſunt. Eos Imperator honorificè ſuſceptos aliquamdiu ſecũ in palatio tenuit. Quo tẽpore pleráſque Græcorũ hæreſes corrigere ſtudentes patriarcham tandem Michaelem & Leonem Achridanum Epiſcopum omnéſque illorum cõplices auctoritate Apoſtolica damnarunt. Sed cum
C intra hos dies defuncto iam Papa redire diſponerent: regiis illos donis ſecutus Imperator, beato quoque Petro munera per eos haud parua tranſmiſit. Illorum inſuper precibus binas auri libras huic monaſterio, ex redditibus regiis dari ſingulis annis inſtituit. Eorũm proſpero reditu, Tranſinundus Teatinus comes, eos dum per terram ſuam tranſirent cepit: & cuncta quæ ferebant tollens, tandem dimiſit. Sic itaque Fridericus Romam adiit.

De electione Gibeardi Diſtitenſis epiſcopi, in Papam qui & Victor vocatus eſt. Capvt XC.

D DEfuncto ſanctæ memoriæ Leone † Papa, Hildebrandus tunc eccleſiæ Romanæ ſubdiaconus, à Romanis ad Imperatorem mittitur: vt quoniam in eccleſia Romana perſona ad tantum officium idonea reperiri non poterat, de partibus illis (quem ipſe tamen vice cleri, populíq; Romani Pontificem elegiſſet) adduceret. Quod cum Imperator annuiſſet: Gibeardum † Aiſtitẽſem Epiſcopum (cuius ſupra meminimus) de Romanorum conſilio poſtulauit. Triſtis ad hæc Imperator (nimis enim illi carus erat) cũ illũ omnibus modis ſibi neceſſarium diceret & alios pleróſque huic officio magis idoneos proponeret, Heldebrandus in ſententia perſtitit: erat enim idem Epiſcopus nõn modo prudentiſſimus, verum in toto regno ditior, atque potentior omnibus. Hunc itaque inuitum licet,

† huius nominis nono

† al. Eiſtatenſem.

Victor Papa.2. 1055. ac noléte rege,(propter quod poſtmodũ monachos nõ amaſſe dictus eſt) E Romam ſecum adduxit:eíque Victoris nomẽ imponens, Romanum pótificem de cunctorum cõſenſu declarauit:cum iam ferme à tranſitu Leonis,annus eſſet euolutus. Qui quoniam prædeceſſori ſuo (vt ſupra retulimus) impedimento maximo fuerat quotiẽs poſtmodum à circumpoſitis moleſtiæ aliquid patiebatur,dicere ſolebat. Merito hæc patior: quia peccaui in dominum meum,& item. Dignum eſt vt quod fecit Saulus, patiatur Paulus,quod egit lupus ſuſtineat agnus. *Quod fecit Saulus, patitur Paulus. Sententia Victoris Papæ.2.* Cõperto imperator Fridericũ Conſtantinopoli reuerſum, magnam detuliſſe pecuniam: cœpit eum vehementer habere ſuſpectum.Eo enim tempor e frater eius duci Gaufrido inimiciſſimus erat.Quo circa Apoſtolico ſcripſerat,vt illum caperet,& ad ſe cautè tranſmitteret.Hoc per nuncios Fridericus agnito Abbatem noſtrum qui per eos dies fuerat ab Imperatore reuerſus,Romæ clam conuenit:& ſe vt ſecum ducat, & monachum faciat ſtudioſe precatur. F Annuit Abbas gratiſſimè,præmiſſoque cum ſuis ad monaſterium, ipſe poſt dies paucos cũ Imperatoris nunciis,qui ad principes mittebãtur aduenit.Mox igitur Fredericus coram poſitis nũciis abiecta qua tunc vtebatur precioſiſſima veſte, religionis habitum ſumpſit:ipſiſque nunciis id de ſe Imperatori nunciare iubens,fratribus de cætero adiunctus eſt.Nec multo poſt, vt ad inſulam Tremitenſem mitteretur, ab Abbate impetrauit.Vbi cum quidam reprehenſibilia cerneret Abbatique cœpiſſet ingratus exiſtere: egreſſus inde, ad monaſterium ſancti Ioannis (quod Veneris dicitur)cõtendit:ibique paucis diebus remoratus eſt.Per idem tempus cum audiente Imperatoris cãcellario, epiſcopiſque,& comitibus illarũ partiũ pluri- G mis propoſita cauſa , Dodonem quereretur ſeptingentos de iure monaſterij modios in comitatu Teatino detinere:recœpit omnia. Eodem tempore prædicti Tranſimundus, & Bernardus comites, ſacramento firmarunt eidẽ Abbati ſe nihil vnquã de rebus S. Benedicti in Teatino,Pennenſique comitatu inuaſuros: eáſque defenſuros aduerſus omnes, ac monaſterio ſanctæ Scholaſticæ in Penne ſeruaturos.

De confirmatione caſtri Saracenis. CAP. XCI.

HOc etiam anno Pandulfus princeps iunior,conceſſit huic monaſterio per ſcriptum Caſtellum quod Saraceniſcum dicitur,in confinio H Comminenſi, cum omnibus adiacentibus illi iuribus ſuis, quamuis idẽ Caſtrum intra antiquos noſtri monaſterij terminos videatur extructum. Quem videlicet locum , pauloante Oderiſius , & Rainaldus Marſorum Comites, qui tunc Comino præerat : per oblatiouis chartulam beato Benedicto firmauerant cum omnibus finibus ſuis. Vnde cum Aquinenſes quidam aduerſus Abbatem murmurarent,quod ipſi prius ipſum locum c. byzantiis coëmiſſent:id tandem conuenit inter eos, vt ipſi iuribus ſuis adhibitis teſtibus renunciarent,ac de cætero quieti eſſent: appoſita c. librarum argenti pœna, ſi ſecus facerent: niſi ab ipſo illis per libellum

A lum concederetur. Saraceniſcum autem idcirco Caſtrum ipſum vocari fama eſt: quod cum Saraceni à noſtris è Gariliano eliminati eſſent, & interemptis cæteris, aliqui fuga delapſi huc perueniſſent, & aliquandiu latitantes prædas clamculò agerent: Sorani hoc agnito, duce quodam illorũ perfuga, ad locum vbi deliteſcebant mane ſummo peruenerunt: eóſque ſomno oppreſſos, reluctari licet conantes, omnes occiderunt.

De obitu Richerij Abbatis. Cap. XCII.

PEr idem tempus præfatus Comes Traſimundus grauiter ægrotans, & monachus fieri cupiens, Richerium ad ſe pergere orauit. Cui ſeſe B ſuppliciter tradens, multámque illi pecuniam offerens, tria iuris ſui caſtra ſancto Benedicto in territorio Teatino conceſſit montis Alberici, friſæ, & muclæ, cum portu ac piſcatione ſua, & eccleſiis ſanctæ Mariæ, ſanctæ Luciæ, & ſancti Blaſij: omnibuſque omnino Caſtrorum ipſorum, ſeu eccleſiarum rebus, terram modiorum quinque milium quingentorum. Eccleſiam item ſanctæ Iuſtæ, cum omni iure ſuo: modiis ſcilicet quingentis. In territorio item Pinnenſe, Caſtro Laſteniano, eccleſiam S. Nicolai, terram modiorum trium millium. Sed cum prædictus Papa tranſiſſet Anconam, Abbas ad illum eiuſdem Tranſimundi cauſa profectus eſt. Cumque ad monaſterium ſancti Liberatoris illum Fridericus adueniſſe cognouiſſet; perrexit ad eum, & pœnitentia maxima ductus, rogauit vt Caſinum ſibi redire liceret. Quo impetrato, Fridericus huc continuo reuerſus: Abbas C verò quo cœperat profectus eſt. Sed cũ diu febris ardoribus fatigaretur, ac mortis metu reditum acceleraret: Aternum veniens III. idus Decembris, nimia vi febris extinguitur. Fratres vero qui cum illo erat nihil omnino morati, eadem ipſum hora tollentes noctis medio, iter arripiunt: & ad monaſterium ſancti Liberatoris mane ſummo perueniunt. Ibique illius exequias cum honore celebrantes, in ſepulchro quo Abbas Theobaldus prædeceſſor ſuus conditus fuerat eum reponunt: anno Domini M.LV. 1055.

De electione Abbatis Petri. Capvt CXIII.

D HIc Abbas inter cætera eccleſiam ſancti Benedicti plumbeis operuit tabulis. Palatium ab orientali parte monaſterij LXVIII. cubitorum incœpit: & vſque ad Solarium perduxit. Ante eccleſiam verò per girum atrij, arcus deambulatorios cum Columnellis lapideis fecit. Ac licet ipſe præſſuris (vt oſtendimus) vicinorum impeditus, in monaſterij fabrica minus laborauerit: initium tamen atque materia præſentis totius ſtructuræ ipſe fuit: quãdo ſuo ſtudio, & induſtria, meritis beati Benedicti, adiuuante ſe Deo, terram iſtam è Nortmannorum eripuit manibus. Fratribus igitur qui cum illo fuerant mox eo ſepulto ad monaſterium reuerſis, conſilio ſimul habito, elegerunt de congregatione domnum Petrum, religioſum valde & honeſtiſſimi habitus virum: eúmque inuitum licet ac renitentem

niueámque ſenectutem tanto officio minus idoneam obiicientem ſibi conſtituunt: paucis duntaxat diſſidentibus, & domnum Ioannem (cognomento Marſicanum) præpoſitum Capuani monaſterij, digniorem eſſe iudicantibus: quamuis ipſe id præcauens, atque hoc onus iniungi ſibi metuens, obſtinate ſuper altare iurauerit ipſum ſe officium Abbatis nunquam ſuſcepturum. E

De conſtitutione monaſterij ſancti Georgij. CAP. XCIIII.

PEtrus xxxv. Abbas huius monaſterij, præfuit anno vno menſibus quinque. Hic à pueritia monachus, & eccleſiaſticis rebus non mediocriter inſtructus, adeò religioſis & honeſtis moribus creuit, támque angelici vultus, ac reuerendi habitus fuit: vt imperator Henricus eo tempore quoad monaſterium venit, tranſeunti coram ſe humiliter ſatis aſſurrexerit: teſtatúſque ſit nunquam maioris reuerentiæ vidiſſe ſe monachum. F Comperta Baſilius ſalernitanus Abbas Petri ordinatione mox Capuam venit: & ingentem principi pecuniam offerens, vt Abbatis ſibi officium redderet, orare obnixus cœpit. Princeps verò quoniam in Petri electione conſenſerat, hoc nequaquam facere ſe poſſe aſſeuerans, in Capuano illum monaſterio manere conſtituit. Ita prudens immo fatuus vir, ſalernitanam amiſit Abbatiam: & hanc minime aſſequi meruit. Poſt paucos dies conuentus à noſtris fratribus princeps cur Abbatem in cella noſtra cóſtituiſſet, inuitum ſe immo coactum hoc feciſſe reſpondit. Fore tamen ſibi gratiſſimum, ſi eum ipſi in ſuo monaſterio recipere vellēt. Ita demum Baſilius ad hoc monaſterium veniens, & abbatis virgam quam eatenus tenuerat abiiciēs, paucis poſt diebus ad vallem luce præpoſitus tranſmiſſus eſt. G His diebus Henricus & Rolandus Germani fratres, Lucenſis ciuitatis nobiles, obtulerūt monaſterio eccleſiam ſancti Georgij, quæ intra ipſius vrbis mœnia, in illorum ſita patrimonio eſt: ad monaſterium ibi conſtruendum, cum horto puteo domibus & omnibus omnino ipſius monaſterij rebus. Tranſmiſſus eſt ad id monaſterium conſtituendum domnus Ioannes genere Apulus, atque cognomine, qui in hoc monaſterio decanus diutius fuit: Vir vltra cætera ſuæ bonitatis inſignia, compunctionis & lachrymarum gratia diuino munere ditatus: qui cuius apud Deum meriti fuerit, ſuperfluum non erit ſi vel breuiter ex his quæ comperta ſunt nobis monſtrare curauerimus. Denique cum fama eius ſanctitatis longe latéque crebeſceret: mulier quædam diro poſſeſſa dæmonio, ad illum perducta eſt. H Qui cùm rogaretur, vt pro ea dominum oraret (vt erat pio, & clementi animo) congregatis fratribus oratorium ingreſſus eſt. Vbi cum aliquamdiu fuiſſet oratum, lachrymis eius & ſingultibus annuit diuina miſeratio: exſuſſoque dæmone mulierem incolumen abire permiſit ad propria. Præterea cuiuſdam Lucenſis viri nobilis vxor graui infirmitate detenta, ad id tandem nimia vi languoris deducta erat: vt iam triduò ſine voce ac ſenſu recubans mortua putaretur. Quoniam igitur fiducia omnis illam humana defecerat, ad diuina ſubſidia ſe propinqui illius contulerunt:

A contulerunt: & ad præfatum virum Dei, vt pro ea orare dignaretur ſupplices mittunt. Nequaquā vir pius remoratus, mox ſacris indutus veſtibus ſalutarem pro illa hoſtiam domino litaturus acceſſit. Cúmque ad eum canonis locum perueniſſet quo virorum ſolent recenſeri nomina, eámque multa cum deuotione ſpecialiter ac nominatim domino commendaret: illa procul à monaſterio in domo propria veluti exanimis decubans, ſacerdotis vocem ſe memorātis audiuit: ſtatímque illi quaſi propè lectulū ſtanti, veluti graui è ſomno experrecta reſpōdit. Obſtupefacti qui aderāt ſollicite quid nam diceret: vel cui reſpōderet, inquirere cœperūt. Illa verò, nūquid nam inquit dónum Ioannē venerabilē præpoſitum hic ſtare non vidiſtis? an nō vocē illius me inclamātis audiſtis? Ad hęc mulieris verba attoniti qui aderant atque gaudentes, mox ad monaſteriū mittunt: & quid B pro ea Dei famulus ageret diligenter inquiri præcipiunt. Qui venientes inuenerunt virum Dei ſancto aſſiſtere altari miſſarum pro illa ſolemnia celebrantem. Certúmque fuit eadem hora ad ſe illam rediſſe ac locutam eſſe: qua eā Dei famulus in ſolito canonis loco memoraſſet. Et gratias maximas omnipotenti Deo referentes reuerſi ad eos qui ſe miſerant, rem (vt erat) omnibus apertè retulerunt. Mulier autem priſtinæ incolumitati reſtituta vna cū coniuge mira ſemper hominē Dei veneratione proſecuta eſt. Ferebatur idem vir Dei huiuſmodi pollere gratia, vt ſi quis febribus laborans ex ea aqua fideliter ſumeret, qua ille poſt miſſarum ſolemnia manus ablueret, nullam deinceps febris moleſtiam pateretur. Anſelmus tunc eidem ciuitati præerat epiſcopus, vir tātæ auctoritatis, tātæque pru- C dentiæ, vt Romanā quoque poſtmodum fœliciter gubernauerit ſedem. Is cum aliquando ardore febris vehementi æſtuaret, repentè memoratus eſt quid iamdudum de prædicto viro fama vulgante perceperat: miſitque cōtinuò qui de aqua ipſa clam ſibi deferret. Quam vbi ebibit, nulla in medium mora omnis ab illo vis febris aufugit. Idque memoratus antiſtes ad gloriam Dei, & tanti viri laudem ſępius referre conſueuerat. Multa & alia de virtutibus viri Dei referuntur: Sed ea referre, nec operis huius nec temporis eſt.

Quomodo præfatus Apoſtolicus, ordinationem Abbatis noſtri indignè tulerit. CAPVT XCV.

D AVdiens Apoſtolicus inſpiratum Richerij obitum, & electionem Petri grauiter tulit: móxque huc literas tum blanditiis, tum repræhenſionibus plenas direxit: aſſerens id nos nequaquam abſque ſuo, & Imperatoris nutu electionem illam celebrare debuiſſe. Quamobrem duo ad eum fratres, qui omnem rei ordinem temporíſque neceſſitatem exponerent directi ſunt. Ad Imperatorem itē, protinus legati de eadem re trāſmiſſi ſunt. Interea Apoſtolicus ad imperatorem profectus, cum iam languentem reperiſſet: cum illo vſque ad obitum ipſius remoratus eſt: Filio ipſius paruulo quinque circiter annorū (quem in ſuis manibus reliquerat pater) regni totius primates iurare faciens: eúmque in regno confirmans

reuerſus in Tuſciam eſt. Fridericus dehinc Imperatoris comperto obitu, Papã iam fiducialiter adiit: & omnia illi quę Trãſimundus egerat referens, eundem excommunicari fecit. Tranſimundus dehinc Romam profectus abſolutionis cauſa, & omnia fermè quę Friderico tulerat, referens, cũ id tãdem obtinuiſſet: ſuggerente Friderico ipſo & Huberto conuentus à Papa atque commonitus, caſtrum Friſa quod vxor eius ſancto Benedicto conceſſerat, quódque ipſe poſt mortem ipſius abſtulerat redidit: ac monaſterij iuri reſtituit. Et quoniam (vt ſuperius diximus) eam Abbatis ordinationem indignè tulerat: comperto quod non omnes monachi in eam electionem conſenſiſſent, occaſionem nactus quaſi minus canonicè electus eſſet, mãdat ei vt Romam cum duodecim monachis ad ſe protinus pergat atque de ſua ordinatione opportunam ſibi rationẽ reddat. Cúmque vt iuſſus fuerat Abbas illum adiſſet vix poſt biduum ad illum cum duobus tantum fratribus ingredi permiſſus eſt: honorificè tamen ſuſceptus cum inter loquendum commotionem ſuam interdum Apoſtolicus ſignificaret, redire tandem ad monaſteriũ iubetur: vt ibi coram conuentu ſiue per ſe ipſum idem pontifex ſiue per nuncios ſuos cauſa illa plenius diſcuſſa, demum quod canonicum eſſet ipſe diffiniret. Igitur Abbate ad monaſterium regreſſo, non multo poſt ex parte Papæ miſſus eſt Hubertus epiſcopus, dato illi præcepto, vt diligentiſſimè diſcuſſa electionis cauſa, ſi quam fortè occaſionem reperiſſet Abbatem ſine mora deponeret. Qui ſi fortè contradicere vlla ratione præſumeret: tam ipſum, quam & fautores omnes Apoſtolica excommunicatione feriret. Ita ad ſubiugandum ſibi monaſterium Papa animum vehementer incenderat: cum nemo ante illum ex Romanis Pontificibus id attentaſſet: Sed electio libera ſemper monachis fuerit, ſola confirmatione ad Papã pertinente. Ipſo itaque ſanctæ Pentecoſtes die prædictus Humbertus capitulum fratrum ingreſſus, Apoſtolicam illis benedictionem ſi ſint obedientiæ filij nũciat. Ea die nihil ab eo quæſitum, ſed paſcha ſolẽniter celebrato, ſecunda feria cur veniſſet aperuit: & quid olim Apoſtolico de illis illorúmque Abbate relatũ fuerit retulit. Se itaque adeſſe: vt rei exploret veritatem. Reſponſum à ſenioribus eſt, Caſinenſis Abbatis electionem ex auctoritate regulæ & apoſtolica cóceſſione ad neminem omnino mortalium, præterquã ad monachos ſolos pertinere: liberã auctore Deo domũ iſtam nulli códitioni obnoxiam eſſe. Electionem quã concorditer fecerant ratã omnimodis atque canonicam & ex regulæ præcepto, & auctoritate præcedentium omniũ ſummorum Pontificum ſe feciſſe. Nulli ambitionum locum aliquem in ea ordinatione fuiſſe. Neminẽ de ſuis aut honeſtiorem aut religioſiorem aut omnino meliorem quem eligerent inuentum eſſe. Inuito illi & renitenti officium impoſitũ fuiſſe: omnes vnanimiter in eius electione fuiſſe concordes: ſeditionis conſuetudinem Dei gratia in hoc monaſterio nunquam fuiſſe. Nullius demum imperio alterum vt recipiant ſe vnquam parituros. Huiuſmodi percepta ratione epiſcopus tacuit: nihil quod contradiceret habens. Eo etiam die ita à capitulo diſceſſum eſt.

De

A *De renunciatione Abbatis Petri: & electione Friderici.*

Cap. XCVI.

INterea ex fratribus quatuor indigne id ferẽtes, ſolúmque ad abbatem deponendum apoſtolicum nuncium veniſſe putantes: ignaro abbate neſcientibus cæteris imprudenter clam directis nunciis omnes terræ huius habitatores ad arma excitos die altera quaſi in abbatis auxilium euocant: Cum ecce poſtridie à capitulo cum omni pace ſurgentibus variis armata telis aduenit multitudo frementium &, qui eſſent, qui vellent abbatem deponere, cum clamore inquirentium, eóſque perdere cupien-B tium. Quod etiam fortè feciſſent, niſi egreſſus ad illos abbas vix tandem eorum ſæuitiam, & impetum, ratione frenaſſet: Adiciens, hactenus nemo mihi abbatis officium auferre potuit, ſed vos hodie veſtra ſtultitia planè mihi illud eripuiſtis. Quòd profectò veriſſimum fuit. Nam prædictus epiſcopus iam iámque recedere, nulla ſuper eius ordinatione inuenta contradictione, parabat. Hac igitur ſola tandem occaſione reperta omnes pariter fratres in abbatis cubiculum euocat: ac de tanta ſibi, Romanis ſcilicet nunciis ante ipſas Romanorum ianuas facta iniuria quæritur. Huic & monachi iuncti ſibi quoque eandem factam teſtantur iniuriam: nolle ſe amplius abbatem, qui non ſibi ſed ſęcularibus armatis confideret aſſeuerantes. Inde ſimul omnes in capitulum redeunt. Vbi cœpit C Humbertus ſub diſtricti anathematis præcepto perquirere, quinam fuiſſent tantæ ſeditionis auctores. Cumque abbas ac cæteri fratres huiuſce rei ſe prorſus ignaros conſtanter faterentur, & ille id inquirere omnino perſiſteret: ſurgentes tandem illi quatuor fratres, ac (de more monaſterij) terræ humiliter proſtrati, ſe ſolos ignorantibus cæteris huius facinoris auctores fuiſſe confeſſi ſunt. Commoti fratres monaſterij è clauſtris illos continuò deturbant: & apud hoſpitij domum in grauiori culpa eos conſtitui mandant. Abbas interea Humbertum latenter alloquitur: libenter ſe officio ceſſurum pollicetur, dari ſibi locum vbi decenter poſſit viuere flagitans. Tertia poſt hæc die coram cunctis fratribus in eccleſiam veniens, ac virgam ſuper altare deponens, officium, & hoc monaſterium deſeruit. Poſtridie vero, id eſt feria ſexta poſt pentecoſtem, in capitulum fra-D tres conueniunt: Ac præſidente Humberto Apoſtolicæ ſedis legato, cœperunt de eligendo ſibi abbate tractare. Vno igitur tandem conſenſu paríque voluntate Fridericum omnes pariter eligunt: qui tum & nobilitate, & ſapientia magna pollebat, eiúſque monaſterij monachus erat. Id cum Humbertus quoque approbaſſet, ab eo mox fratribus traditus ingenti gaudio & exultatione omnium (de more monaſterij) abbas electus eſt.

De primordiis eiuſdem Friderici. CAP. XCVII. E

FRidericus xxxvi. abbas huius monaſterij, præfuit menſibus decem: qui ex regia ſtirpe deſcendens, à puero liberalibus ſtudiis inſtructus, atque apud eccleſiam ſancti Lamberti canonicus effectus eſt. Dehinc à Leone papa cancellarius apoſtolicæ ſedis conſtitutus, poſt eius obitum ad hoc monaſterium venit. Ac demùm ordine, quo ſupra relatum eſt abbas efficitur. Poſt decem igitur dies paratis omnibus itineris neceſſariis, ſecum octo fratribus ſumptis, vnà cum epiſcopo Huberto conſecrationis gratia, pontificem in Tuſciam adiit. Super quo dum Papa plurimum exhilaratus eſſet, omnia illi per ordinem quæ geſta eſſent retulerunt: religionem conuerſationémque noſtrorum, ac loci huius dignitatem Huberto multum collaudante. Sabbato itaque ieiunij, mẽſis Iunij, cardinalis preſbyter tituli ſancti Chryſogoni ordinatus, in natiuitate demum ſancti Ioannis abbas conſecratus eſt: atque vſque ad ſancti Apolinaris feſtum cum apoſtolico ipſo remoratus. Quo etiam tempore priuilegium ab eo per manus Huberti accepit: in quo tranſlatam à ſe à Petro abbatiam ſaniori conſilio idem apoſtolicus valde collaudans: hanc illi ex maiorum vſu apoſtolica auctoritate firmauit. Vſum quoque illi ſandaliorum ac cæterorum inſignium: iuxta quod ſanctus Papa Leo dudum abbati Richerio conceſſerat, contulit. In omni præterea epiſcoporum principúmque conuentu ſuperiorem abbatibus omnibus ſedem, & in conſiliis eorum atque iudiciis priorem nihilominus ſui hominibus ordinis ſententiam illi pariter & eius ſucceſſoribus omnibus apoſtolica auctoritate firmauit. Quòd & ipſe poſtmodum ſimiliter pontificatus ſui tempore Cœnobio huic & per ipſum omnibus deinceps huius monaſterij abbatibus canonicè promouendis ſolemni cum priuilegio in perpetuum delegando roborauit. In quo etiam præter cætera, ſeditiones quas dicunt leuas, ſeu prædationes quas hic in abbatis dormitione fieri ſolere compererat, ne vlterius fierent ſeueriſſime interdixit.

Suprà cap 82.

F

G

De electione ipſius abbatis in Papatum. CAP. XCVIII.

CVmque petita remeandi licentia Romam veniſſet: dominica ſequenti apud ſanctum Petrum miſſam ſolemniter celebrans magna Romanorum ſtipatus multitudine, ad titulum ſuum (de more cardinalium) cum laude perductus eſt. Inde ad pallariá vbi hoſpitabatur, eadem frequẽtia officij deductus eſt. Vbi cum vſque ad quintá feriam comparandorum ornamentorum cauſa ſubſtitiſſet, paratíſque omnibus vrbem ęgredi pararet: repentè Bonifacius Albanenſis epiſcopus ex Tuſcia veniens, Romani pontificis obitum nunciauit. Hoc ille conſternatus nuncio ſubſtitit: & ita demum frequentari à Romanis tam clericis quam laicis cœpit. Reliquum itaque diei eius & nox integra cum ſequenti die in huiuſmodi peracta conſiliis: rogatus quid facto opus eſſet, quem eligere ad tantũ pontificatum deberẽt: quinque illis perſonas in his partibus,

H

A bus, quæ digniores eſſet, propoſuit: vt ex his quem vellent eligerent. Hubertum ſcilicet, ſanctæ Rufinæ epiſcopum, epiſcopum Veliternenſem, Peruſinum, Tuſculanum, & Hildeprandum eccleſiæ Romanæ ſubdiaconum. Sed cum Romani neminem ex his ſibi idoneum videri dicerent, eíque hunc apicem largiri ſe velle aſſererent: de me inquit ille non poteritis agere, niſi quod permiſerit Deus: & abſque illius nutu iſtud mihi nec dare, nec auferre poteſtis. Fuere tamen qui Hildeprandum (adhuc apud Tuſciam vbi fuerat cum Papa remorantem) opportunè expectandum dicerent. Cæteri moras nullas nectendas eſſe iudicantes vno conſilio & voluntate concordi mane ſummo ad abbatem conueniunt: eúmque per vim pallaria eductum, eligendum ad Baſilicam ſancti Petri, quæ ad vincula dicitur, pertrahunt. Vbi electione celebrata, Stephanum eum, quo-
B niam ſancti Stephani Papæ celebritas ipſo die agebatur, appellarunt. Sícque lætante Roma ſummis cum laudibus ad Lateranenſe patriarchium illum deducunt. Die vero altera illuceſcente, cardinalibus omnibus cum clero, populóque Romano ad eum concurrentibus, apud beati Petri baſilicam ingenti lætitia omnium, ſummus vniuerſalíſque pontifex conſecratur. Poſt hæc miſſis ad monaſterium fratribus, duobúſque tantum ſibi ad ſeruiendum retentis, mandat præpoſito noſtro vt cum XII. monachis quos ipſe literis notabat ad ſe protinus pergat: vt & de ſe, & de illis communiter conſulat. Profecti omnes: (vt iuſſerat) poſt dies fermè X. reuerſi ſunt. Quatuor itaque menſibus Romæ remoratus, & crebris ſynodis clerum vrbis populúmque conueniens, maximéque coniugiis clerico-
C rum & ſacerdotum, conſanguineorúmque copulationibus tollendis inſiſtens: tandem in feſtiuitate ſancti Andreæ ad monaſterium cum pleríſque Romanis reuerſus, vſque ad feſtiuitatem ſanctæ Scholaſticæ moratus hic eſt. Et quoniam vitium proprietatis paulatim à prioribus annis irrepſerat: cœpit omnibus modis inſiſtere opportunè, importunè arguens, obſecrans, increpans, & diſtrictius inhibens: vt prædictum hinc vitium iuxta mandatum regulæ radicitus euelleret: quod ex parte maxima fecit. Tunc & Ambroſianum cantum in iſta eccleſia cani omnino interdixit.

Stephanus Papa. 10. aliis. 9.
1057.

De oblatione epiſcopi Marſicani. CAP. XCIX.

D His diebus Pandulfus marſorum epiſcopus, vir nobilis & eccleſiaſticus ad hoc monaſterium venit, atque à ſummo pontifice honorifice amantérque ſuſceptus eſt. Cui etiam epiſcopale priuilegium fecit: & in hoc monaſterio locum illi primum, poſt ſe, in omni conuentu conceſſit. Obtulit autem epiſcopus ipſe huic loco planetam Scaramanginam, pluuiale diaſprum cum aureo phrygio, altaris pallium purpureum auro gemmíſque diſtinctũ. Turibula argentea duo, calicẽ aureũ cũ patena ſua. Aquæ manilia argentea duo, inſenſorium argenteum: crucem argenteam paruulam, cum ligno dominicæ crucis: Argenteam cum Leonibus ſitulam: pallium magnum ad ſpandendum, tapetúmque optimũ, & alia plurima. Sicque ſocietate ac benedictione fratrum percepta reuerſus

ex eo tempore familiariſſimus monaſterij fuit. Marinus item Traiectenſis comesq́ his diebus obtulit monaſterio totam & integram portionem ſuam: quartam videlicet partem totius comitatus Traiectenſis, & medietatem caſtri Spins, & quartam partem caſtri Fractę, monaſteriúmque ſancti Marini intra fines Fractenſis oppidi, cum omnibus omnino iuribus ſuis. Gezo quoque, & Petrus Germani fratres de ponte curuo tradiderunt item huic monaſterio eccleſiam ſancti Nicolai, ſancti Blaſij, ſanctíque Ioannis: cum omnibus omnino rebus ac iuribus ſuis. Sed cum prædictus apoſtolicus febre iamdudum laboraret: circa ipſam natalis domini feſtiuitatem adeo grauiter infirmatus eſt, vt moriturum ſe pro certo putaret. Electo itaque in abbatem Deſyderio (ſicuti ſuo loco monſtrabimus) & apoſtolicæ legationis ad Conſtantinopolitanum Imperatorem illi munere iniuncto, Romam ipſe rediens, Alfanum olim Deſyderij ſticium Salernitanæ tunc ſedis electum, ſecum duxit: eúmque in ieiuniis Marci, primò præſbiterum, dehinc ſequenti dominica archiepiſcopum conſecrans, Salernum cum honore remiſit. E F

Quid idem Papa de Theſauro monaſterij mandauerit.

CAP. C.

POſt paucos dies mandauit præpoſito noſtro, vt omnem eccleſiæ huius theſaurū in auro duntaxat atque argento, feſtinanter ſibi & quam poſſet occultius ferret: multo plura his, huic monaſterio breui ſe daturum ſpondens. Cupiebat enim fratri ſuo Gaufrido duci apud Tuſciam in colloquium iungi: eique (vt ferebatur) Imperij coronam largiri: demum ad Normannos Italia pellendos, qui ſibi maxime in ius erant, vnà cum eo reuerti. Cúmque triſtes nimium atque dolentes quod Papa mandauerat, fratres matutinali tempore perficere maturarent: nouitius quidam bonæ conuerſationis frater Leo, cognomine Amalfitanus, poſt nocturnam ſinaxim, cæteris eccleſiam exeūtibus, orandi gratia ſubſtitit: & poſt orationem reſidens, parumper obdormiuit. Cernebátque in ſomnis reuerenda canicie monachum, vnà cum ſanctimoniali quadam ab ipſis abſidæ prodire adytis, & ad medium eccleſiæ perueniſſe: Eandemque ſanctimonialem ſuffuſam lachrymis, quòd quaſi prædaretur, elata voce non mediocriter conqueri. Quam ita vociferantem monachus ille à latere comitans, taliter conſolabatur. Noli (inquiens) ſoror, noli flere. Nam hæc omnia ad nos proxime omnino reuertentur. Experrectus frater attonitus, pergens fortè ad ſecretarium, & quæ agerentur inſpiciens: cum illius mandati prorſus eſſet ignarus, accepta mox à priore licentia, quæ viderat per ordinem retulit: ceperuntque omnes qui aderant flere. Verum quia mandatum præterire non audebant: ſumptis omnibus Romam ad apoſtolicum profecti ſunt: his ille viſis totus intremuit. Demum præfata illi viſione recitata cognitáque noſtrorum immenſa triſtitia, pœnitentia ductus lacrymari cœpit: vnámque tantum iconam, quam G H

A quam ipſe Conſtantinopoli attulerat, tollens, cætera referri huc pernici-ter iuſſit. Cum itaque receptis omnibus prædictus præpoſitus noſter redi-re maturaret: magna iam itineris parte confecta, nuncius repente à pon-tifice miſſus aduenit: mandans vt miſſo ad monaſterium theſauro per ſo-cios, ipſe quamprimum ad eum remearet. Quem ad ſe reuerſum, Abba-tem ſancti Vincentij, vt à Borelli filiis oratus fuerat, conſtituit: eúmque protinus ad monaſterium ſuſcipiendum miſit.

De obitu Stephani Papæ: qui & Fridericus Abbas fuit. CAPVT CI.

POſt hæc congregatis intra eccleſiam epiſcopis & clero populoque Romano, ſub diſtricta nimis inhibitione conſtituit: vt ſi antequam B Hildebrandus Romanæ tunc eccleſiæ ſubdiaconns, ab imperatrice ad quam pro quibuſdam Reip. negociis communi conſilio mittebatur redi-ret, ſe mori contingeret: nullus omnino Papã eligere auderet: ſed vſque ad illius reditum: ſedes apoſtolica intacta vacaret, eius demum ordinanda conſilio. Inde ipſe in Tuſciam properans, non multo poſt morbo depreſ-ſus: Florentiæ obiit IIII. Calend. Aprilis. Ibique digno honore ſepul-tus eſt. 1058. Ad cuius ſacrum corpus interuenientibus meritis, plurima ſigna Chriſtus oſtendit. Fratres igitur noſtri qui cum eo perrexerant, capella eius quam hinc tulerat, fidelibus viris commendata, quia Romano itine-re regredi timebant, deducentibus ſe Florentinis, per marchias ad noſtrũ monaſterium reuerſi ſunt.

C

Qualiter Petrus Damianus, & alij ex cardinalibus, conati ſunt ad latibula fugere. CAP. CII.

INterea Gregorius Lateranenſis, & Tuſculanenſis Comes, comperto Romani Pontificis obitu, ſociato ſibi Girardo Galerenſe & Romanis potentibus aliquot noctu cum armatorum turbis eccleſiam vnà perua-dunt: & Ioannem Veliterrenſem epiſcopum, Mincium poſtea cognomi-natum, Papam conſtituunt: Benedicti illi impoſito nomine. Quod cum Petrus Damianus vir valde religioſus (quem eo tempore Stephanus Papa ab eremo extractum, in Hoſtienſi eccleſia epiſcopum fecerat) cõperiſſet, D vnà cum cardinalibus reſiſtere, ac reclamare cœpit, atque Anatematiza-re. Sed hi tamen omnes terrore compulſi, per varia loca fugere. Ita à ſatel-litibus ſatanæ Hoſtienſis eccleſiæ Archipreſbyter, vt prędictum Mincium ad apoſtolatus culmen proueheret, raptus, ac violẽter attractus eſt. Hum-bertus interea Epiſcopus Florentia rediens, vnà cum Petro Tuſculano epiſcopo, nequaquam Romæ remorandum ratus, clam iter arripiens, Be-neuentum, vt ibi paſcha celebraret properabat. Qui cum feria quarta præcedente dominicam cœnam, ad Sanctum Germanum applicuiſſet, ſi-mul cum ſocio inuitatus à fratribus, feſtiuitatis gratia, cum eis remoratus eſt.

De Abbate Friderico, qui & Stephanus Papa dictus eſt: ac de ipſius muneribus huic monaſterio inductis. E

CAPVT CIII.

HÆc ſunt quæ de Friderici muneribus hoc monaſterium diuerſis tēporibus accepit. Crucem aureā gemmis ac Margaritis ornatam, libr. 11. cum tripode argenteo deaurato: & aſtili anichino auro, & argento ornato, librarum quinque. Imagines argenteas deauratas quattuor. Auream vnam cum gemmis pulcherrimo opere incluſa intus non modica dominicæ crucis portione. Cæroptata cryſtallina duo. Argentea alia duo. Codicem euangelij paruum auro, gemmíſque decoratum. Pluuialia ſex. F Laternam argenteam magnam librarum quinque cū nigello. Vrceolū argenteū ad altaris miniſteriū. Situlam argēteam cū ſmaltis deauratā, pallia oſtiaria aliquot. Tapetia ſeptē, & vnū maius omni pallio precioſius. Antiphonarium vnum. Secundo tandem huius operis ab Aligerno ad Deſyderium, domino fauente, perducto libro, opportunum, ac decens eſſe putamus, vt vitam moreſque illius ac geſta conſcripturi, tertium hiſtoriæ librum eius auſpiciis imprimis dedicemus: atque ita demum reliqua opera illius contexamus.

Epilogus libri ſecundi.

EXPLICIT LIBER SECVNDVS HISTORIÆ CASINENSIS MONASTERII. G

INCIPIT PROLOGVS, DE VITA ET ACTIBVS REVERENTISSIMI ABBATIS DESIDERII, qui & Victor Papa tertius.

DESIDERIVS *Abbas huius monaſterij trigeſimus ſeptimus, &*
quartus ipſius inſtaurator, ac renouator, præfuit annis XXIX.
1. *menſibus V. Primus quippe huius monaſterij fundator fuit ſanctiſ-*
2. *ſimus pater Benedictus. Petronax ſecundus: tertius Aligernus.* H
3. 4. *Deſiderius hic noſter extitit quartus. In quo videlicet omnipotens Deus noſtro hoc tempore etiam corporaliter euangelicam illam pollicitationem implere viſus eſt, qua dicitur: Amen dico vobis, quod omnis qui reliquit domum, vel fratres, aut ſorores: vt patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum: centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. Huius planè admirabilis, & ſingularis ſui ordinis viri tam diues adeóque multiplex geſtorum copia eſt: vt ipſis (ſi adeſſent) Hieronymo, vel Sulpicio facundiſſimis viris hiſtoria non indigna videretur. Ego vero licet imperitiſſimus omnium, tantóque operi minus idoneus ſim, pro*

Matt. 19.

imperio

A *imperio tamen ſanctiſſimi patris Oderiſij mihi nequaquam contemnendo, ac pro ſumma qua idē pater Deſiderius me diligere dignatus eſt affectione, qui me quartum decimum ætatis agentem annum ſuſcepit, nutriuit, inſtruxit, promouit, verens (quod ſolet accidere) ne vna cum vtilitate communi, memoria quoque tanti viri per ſcriptorum negligentiam in obliuionem cōtemptúmque deueniret: imperitè licet ac ruſticè, Dei confiſus auxilio, aggrediar illius geſta perſtringere: & ad gloriā Dei tantíque viri memoriā, atque ad filiorum eius fratrúmque noſtrorū ſolatium litteris vtrūque mandare: Æquius eſſe & melius iudicans, inſcitiæ notam deuote ſubire, quam adeo precioſam materiā omnino reticere: Indignúmque prorſus arbitrans, & ſi ad omnia minimè enarranda ſufficio, ſaltem pauca de pluribus non referre pro viribus, prudenti venātium feráſque inſectātium more: qui & ſi omnes nequeunt, non tamen quas poſſunt capere negligūt.* B *Et quoniam permulta ſunt, ac ferè innumerabilia tanti viri opera, multa me ex his etiam quæ noui omiſſurum profiteor: Quoniam ſi ſcribere cuncta voluiſſem, prolixam certe nimis hiſtoriam texerem: & ſi hac ipſa de cauſa non dubito reprehenſioni me patere multorum, ex noſtris potiſſimum, qui ea mecum pariter recolunt. Sed enim lectoris faſtidio conſulens ſufficere exiſtimaui: ſi vel ea quæ eſſent relatione digniſſima non prætermitterem. Nam ſi qua minus noſtris in litteris reperiuntur, in eius vita luce clarius renitent. Huius ſanè viri primordia quoniam opitulante Deo hinc ſcribere aggrediar: ab his qui illius ab ipſis incunabulis fuere ſocij, modò comperta ſunt, Multa & ex ipſius ore, cum ille familiarius me per ſummam beniuolentiam vteretur, agnoui. Nonnulla etiam à maioribus noſtris audiui.* C *Cætera illius, vidi oculis. Nam ferè omnibus vſque ad obitum eius interfui. Vnde lectorem meum præmonitum volo nihil me prorſus additurum, nulla de eo niſi comperta mihi & explorata ſcripturum: quippe qui ſcriptum meminerim, Perdes Domine omnes qui loquuntur mendacium. Porrò ſi quis vel inuidia cæcatus, vel malitia ductus, fidem his accommodare noluerit: & ſtudio potius ornandi viri, quam exequendæ veritatis, huic me rei operam dediſſe putauerit: ipſe huc (ſi placuerit) properet, hauriat hæc oculis, & per ea quæ vidētur, ea etiam quæ videri nequeunt amoto liuore cōſideret, admiretur, credat: omniúmque bonorum largitori laudes & gratias referat: Ac ſic tandem me vix pauca de multis, de maximis minima & ipſe ſcripſiſſe fateatur.*

Margin note: Auctor annum ætatis 14. agens, ad religionē admiſſus.

EXPLICIT PROLOGVS.

 E

INCIPIT LIBER TERTIVS HISTORIÆ CASINENSIS MONASTERII FOELICITER.

De origine, & infantia, & adoleſcentia Deſiderij: & de ſuſceptione ſancti habitus.

CAPVT PRIMVM.

DESIDERIVS igitur ex nobiliſſima Beneuentanorum F
principum origine ſanguinis lineam ducens, ab ipſis rudimentis infantiæ, mente cœpit eſſe nobilior, ac Deo potius ſeruire quam ſeculo, ab ipſis (vt ita dicam) vberibus matris elegit. Studebat namque puerulus eccleſiæ limina terere, diuinas lectiones & audire libenter & legere, cum religioſis viris de his ſæpe ſermones innectere, & quæque ab eis didiciſſet, in ſemetipſo nitebatur exprimere. At pater illius ſecularibus eum negociis vincire cupiens, & vtpote vnicum, vnicè diligés, ac per eum poſteritatem ſtirpis ſuæ propagari ſtudens, puellam ei æque nobilem in ipſo florentis ætatis aditu deſpondere curauit: vtque & nuptias celebraret, filio modis omnibus imminere cœpit. Sed quia ſpiritus Dei ad mũdi G
contemptum illius cor vehementer accenderat, aliud longe quam cuperet pater, puer Dei agere inſtituebat: ſeque potius eremum ambire quam nuptias quibus poterat indiciis aperiebat: feciſſetque tunc deſiderio ſatis niſi & parentum cuſtodia cauta, & ſingularis amor, ac ſollicitudo ingens obſtitiſſet. Non multum temporis fluxerat, quo patre à Normannis perempto puer occaſionem quam diu cupierat nactus, clam agere omnimodis cœpit: vt quod mente Deo inſpirante conceperat, prodiret in opus. Cuidam igitur monacho ſibi notiſſimo, prudenti ſatis viro, Hyacintho nomine (cuius hoc ego relatione percepi) ſuum explicat votum, affectum pandit, aperit volũtatem: & vt ſibi opem ferat fideli prece depoſcit. Erat tunc annorum fermè viginti. Noſti (ait) mi pater, quo pacto me propinqui ſeculo huic innexuerunt? Sed quia iamdudum Deo vacare decreui, H
per ipſius te nomẽ obteſtor, & obſecro: vt (quocunque modo videbitur) his me ſolutum vinculis, liberius Deo ſeruiturum clam ſumas, atque in aliquã ſolitudinem remotiſſimã transferas. Quid multa? Pollicetur in omnibus Hyacinthus auxiliũ: præmonet tamẽ vt caueat, ne ſit hæc ſuggeſtio dæmonum. Verum vbi fixum in Chriſto per omnia pectus agnouit, ac poſt multa probationum argumenta, perſiſtere illum in propoſito animaduertit: die quadam iam adueſperaſcente, conſcenſis equis vrbem quaſi ſpatiandi gratia egreſſi: conſequentibus aliquot famulis, eccleſiam

A cleſiam beati Petri cognomento maioris, quæ ciuitati adiacet, quaſi obtentu orationis ingreſſi, equos, & gladium quo tunc idē Deſiderius erat accinctus, famulis pro foribus expectantibus veluti ſeruandos tradunt. Inde iam ſero per quandam ipſius eccleſiæ poſticulam egreſſi, iter arripiunt: & cum iam fermè octo miliariis locus ille diſtaret, quo diſpoſuerant pergere: noctis tenebris ac pauore confuſi, vix illuc alterius diei mane perueniunt. Quos vbi vir Dei quidam ſolitariam illic vitam ducens aſpexit: admiratione repletus & gaudio, induxit in cellulam: ac Deſiderium frequenter amplexans, inquirere ſollerter cœpit quid ad ſe ita veniſſent. Cognita itaque Deſiderij voluntate vehementer obſtupuit: quod puer nobilis delicatus, diues, parentibus vnicus, tanto feruore mundanis
B pompis ac voluptatibus ſpretis, ſub tā diſtricto propoſito Domino ſeruiturus accederet. Quia tamen Deo nihil impoſſibile, nihílque difficile nouerat: laudes illi, & gratias maximas referens, veterem cum ſuis actibus hominem Deſiderium exuens, nouum qui renouatur de die in diem illum eueſtigiò induit: & Hyacintho in ſua maturè redeunte ſolus Deſiderius cum ſolitario manſit.

De vi ſibi illata propter habitum. CAP. II.

FAmuli igitur eius (vt ſupra memorauimus) pro foribus eccleſiæ cum equis diu fruſtrà expectantes, cum eius tandem diſceſſum agnouiſſent: vicina iam nocte vrbem protinus ſubeunt, matríque ac propinquis,
C quid acciderit pauidi referunt. Noctem illam mater in lachrymis eiulatúque peregit: propinqui vero, & affines eius, erumpente diluculo, conſcenſis equis huc illúcque diſcurrunt, perquirendi illum gratia. Tandem quod erāt ſuſpicantes, ſolitarij cellulam petunt: violentérque irrumpentes, habitu illum ſanctæ religionis iam indutum reperiunt. Ac vehementer irati, Dei famulum contumeliis multis atque conuitiis adoriuntur: & inhoneſtè ſatis ſacras veſtes Deſiderium exuunt: manibus illas conſcindentes, prioríque habitu inuitum licet multúmque repugnantem protinus induunt. Poſtremò equo impoſitum ipſis lora tenentibus, quaſi maximam agerent prædam, ad vrbem ouantes reuertuntur. Hic iam matris lachrymas atque blanditias fruſtra in Deſiderium cōgeſtas, propinquorúmque, immò vrbis totius tripudium referre quis poſſit? Annum ferè
D integrum in domo matris, ſolo ſecularis habitu magna ſub cuſtodia exegit: cum nullus illi neque nuptias neque ſecularem vllum actum perſuadere potuit. Ita quem fidelem, ac ſtrenuum domui ſuæ diſpenſatorem conſtituere Dominus prouidebat, ab omni carnalis contagij macula, purum illibatumque ſeruauit. Inde iam cunctis ciuibus meritò mirabilis cariſſimuſque habebatur.

De fuga eius ad monaſterium cauæ. CAP. III.

SEd cum omnis iam fugæ eſſet oblata ſuſpicio, eúmque mater (quia coniugatum nequibat) conaretur apud ſe detinere vel clericum, ad

epiſcopum domui ſuæ ſatis proximũ, primò quidẽ non ſine cuſtodia, deinde ſecuritate creſcente, ſolum ſæpius ire ſinebat. Erat tum in monaſterio ſanctę Sophiæ præpoſitus nomine Siconulfus. Is Deſiderij affectũ pleniter noſcens, quoniã interdiu ne ſuſpicio reuiuiſceret non præſumebat, noctu ſæpiſſime cum illo loquebatur. Nocte verò quadam (ſicuti conſueuerat) ad eum cum equis veniens, cuculla indutum clam Salernum perduxit, ac Beneuentum perniciter rediit. Mox Deſiderius ad principem Guaimarium ſibi conſanguinitate coniunctum accedit, aduẽtus ſui aperit cauſas: orat vt quoniam in patria monachus viuere parentum pertinacia non poſſet, quiete apud illum ſeruire Deo liceat. Si hoc impetrare mereretur, nuſquam ſe diſceſſurum: ſin verò propinquis reddere illũ cogitaret, modo potius illum à ſe dimitteret aliorſum profecturum. Huius aduentu Guaimarius lætior factus, admiránſque tantum in adoleſcente feruorem, annuit poſtulatis: cumque ſecum diebus paucis retinens, nulliſque ſe illum redditurum fideliſſimè pollicens, ad monaſterium ſanctæ Trinitatis (quod ad cauam dicitur) non longe à Salerno, eodem petente tranſmiſit. Id vbi propinqui perſenſerunt, magnis precibus Guaimarium vt ſibi illum reddat interpellant. Verùm principe in ſua promiſsione perſiſtente, Landulfus Beneuẽtanus princeps, matris ac propinquorũ prece fatigatus Salernum venit, & Deſiderium affinibus reddi poſtulauit.

De reditu ad monaſterium ſanctæ Sophiæ. Cap. IIII.

HAc igitur aliquando conditione vt Beneuentum rediret, impetratur vt ſine alicuius impedimento vel contradictione etiam ſanctæ Sophię monaſterio ſub obſeruatione monaſtica ſibi manere liceret. Poſtquam vero Beneuentum rediit, affinibus omnibus obuiã ſibi ſimul cum ciuitate ruentibus, cum omni pariter comitatu princeps illum ad monaſterium eſt proſecutus. Gregorius tunc vir valde prudẽs & ſtrenuus eidem monaſterio Abbas præerat. Is Deſiderium multa hilaritate ſuſcipiens, quia cunctis deſiderabilis erat, tunc primum mutato eius nomine, Deſiderium appellari iuſsit. Nam vſque ad id tempus Dauferius vocabatur.

Ad ingreſſum religionis, mutatio nominis, ex Dauferio in Deſiderium.

De profectione illius ad alia monaſteria, & reditu. Cap. V.

IBi ergo illo per annos aliquot religioſiſsimam agente vitam, & ſæpe ſecum reputante monachum in ſua patria perfectum eſſe non poſſe: peruenit interim ad aures eius fama monaſterij Tremitenſis, quod in Adriatico mari apud inſulam, diomedis quòdam nomine vocatam, xxx. circiter milibus à terra diſtans, ſitum eſſe dinoſcitur. Et quia iamdudum apud Beneuentum Abbati ipſius monaſterij familiaris fuerat, vix licet impetrata licentia illuc perrexit: ibique ſatis auſteræ conuerſationi ſe tradens, non paruum tempus exegit. Sed cum ab eodem Abbate adeo diligeretur, vt ipſam quoque Abbatiam, ſe quoque viuente, ipſi tradere cuperet: Ille vero ſubiectus, quam prælatus eſſe mallet: cedendum loco decernens, cum quodam tempore Abbas ipſe ad res monaſterij quærendas egrediens,

A egrediens, Deſiderium ſecum ire iuberet, oportunitatem ille libēter amplexus, minimè differendum putauit. Cúmque pariter ad Tranſmundi comitis (quoniam res ita poſcebat) curiam perrexiſſent: vxor ipſius comitis aduentu Deſiderij quod eius affinis eſſet exultans, orat virum vt illum apud ſe aliquandiu, inuito etiam Abbate, detineat: agēte hoc (vt fertur) ipſo Deſiderio. Audiens autem celebre tunc eremitarum nomen Maiellæ degentium: Illic Deo ſeruire ſecretius cupiens, comitem vt ſe illuc dirigeret rogat: ídque incunctanter obtinuit. Vbi cum tribus ferè menſibus, in ſumma continentia fuiſſet remoratus, aduenit illuc memoratus Hyacinthus cum litteris ex parte Apoſtolici ad eremi ipſius priorem: quarum tenore Priori ſub interminatione iubebat, ne illum vltra retinere præſumeret: illi nihilominus mandans, vt nullas ibi moras auderet B innectere. Ita regreſſus ad ſanctæ Sophiæ monaſterium eſt.

De Alphani & Deſiderij aduentu huc. CAP. VI.

NOn poſt multos dies ſanctiſſimus Papa Leo ab Imperatore veniens, Beneuentum ingreſſus eſt: & quoniam Deſiderius iam pridē Humberto ſiluæ candidæ epiſcopo cognitus atque cariſſimus fuerat, agente illo & Friderico Cancellario, Papæ notus effectus eſt, & ita familiaris vt illi frequenter in officio altaris aſſiſteret: & Euangelium ad eius Miſſas ſæpius caneret. Per idem tempus præfatus pontifex in Apuliam cōtra Normannos dimicaturus aduenit. A quibus Dei iudicio ſuperatus ac regreſſus Beneuentum ordinato Vodelrico Archiepiſcopo (quem ſecum adduxerat) C poſt nouem mēſes Romam reuerſus, ibique defunctus eſt. Interea Deſiderius ob nimiam abſtinentiam longáſque vigilias morbum incurrens, medendi gratia Salernum petiit. Illic eo aliquandiu remorante, Alphanus eiuſdem poſtmodum ciuitatis Archiepiſcopus prudentiſſimus, & nobiliſsimus clericus maxima illi familiaritate coniunctus eſt. Cuius animum frequentibus monitis ad mundi contemptum exhortans, hoc tandem ab illo exegit vt monachus fieret: ſi prius (vt iamdudum mente conceperat) Hieroſolymam ire permiſſus fuiſſet. Hac iter illos ſponſione firmata Beneuentum Deſiderius rediit: & non poſt multos dies eidem Alphano vt ad ſe veniat imperat. Renuente illo, & Salernum egredi timente, iterum illum adiit Deſiderius: cúmque ob hoſtium metum cuD culla ſua indutum noctu de ciuitate educens, ſecum Beneuentum adduxit. Cum verò cœpiſſent Alphanū nobiles quique viri ac clerici frequentare, eumque ob maximam prudētiam colere & admirari: propoſitumque Hieroſolymitani itineris ſenſim in eius mente tepeſceret, ac ſe à Deſiderij latere nulla pateretur ratione diuelli: tempus ab his aliquantum apud ſanctæ Sophiæ monaſterium exactum eſt. Cum ecce fama percrebuit Victorem Papam Romam ab Imperatore veniſſe: atque ad partes iſtas proxime venturum eſſe. Territus Alphanus huiuſmodi nūcio, quod fratres ſuos de Guaimarij principis cæde inſimulandos proculdubio noſſet: præuenire Apoſtolicum ſtatuit, Deſideriumque vt ſecum pergat, ex-

Leo 9.

Victor 2.

poſcit: & quia cãtilenæ Muſicæ medicinæque erat peritiſsimus, & eiuſ- E
artium nonnullos codices ſecum domo detulerat, magnum ſe locum habiturum apud ſummum pontificem omnimodis arbitrabatur. Confectis igitur, ac paratis quæ potuit medicaminibus, vnà cum Archiepiſcopo ipſius ciuitatis Romanum pontificem in Tuſciam adeunt: eumque Florentiæ remorantem repererunt. Breui itaque maximam apud illum familiaritatem meruerunt, atque in honore habiti ſunt. Verùm vbi aliquandiu remorati certius explorauerunt Papam ad has partes minimè venturum, ſed proximè ad Imperatorem profecturum: officere inſtituto ſuo eam in curia ipſius moram arbitrantes, redeundi licentiam inſtante Deſiderio poſtulant. Petrus his diebus Caſinenſis monaſterij electus Abbas, duos huc fratres ad Papam, pro inſinuanda ſua ordinatione direxerat. Deſiderius optata diutius occaſione & reperta, vnà cum Alphano F
ſummum pontificem adiit: atque pedibus illius prouoluti, dimitti orãt vnà cum Caſinenſis Cœnobij monachis, Abbatíque cõmendari Apoſtolicis litteris. Annuit eorum votis pontifex: eóſque (vt popoſcerant) cum fratribus illis ad hoc monaſterium miſit. Gratè igitur ab Abbate ſuſcepti fratribuſque ſociati, religioſa inter illos humilitate aliquãdiu commorati ſunt: à cunctis dilecti fratribus eximio affectu charitatis, monachíque ab ipſo Abbate conſecrati, Friderico, de illorum aduentu, vltra modum gratulante.

De viſione Deſiderij, & præpoſitura eius. CAP. VII.

G

VIdebat per hos dies Deſiderius non contemnendam viſionẽ, quam proxime rei commendauit euentus. Cernebat vnà cum Alphano in excelſa quadam & pulcherrima turre, iuxta capitulum fratrum ſita conſiſtere: In qua Benedictus pater videbatur congruo cum honore præſidere. Cũque ad eius viſionem ſtupefacti expaueſcerent, neque propius accedere auderent: beatus Benedictus Deſiderio hilariter innuens, porrecta manu eum iuxta ſedere iubebat. Alphanus verò quia vocatus ab eo non fuiſſet indignè ferens, domo exibat. Ea profectò viſio apertè portendere viſa eſt, Alphanũ hîc diutius non remoraturum, & Deſiderium Benedicti patris vices in monaſterio eſſe percepturum. Paulo poſt Alphanus à Giſulfo principe expoſtulatus, primò apud Salernum in monaſterio ſancti Benedicti Abbas effectus, dehinc eiuſdem ciuitatis Archiepiſcopus conſtitutus eſt: Deſiderius verò monaſterij Capuani præpoſitus tranſmiſſus H
eſt. Richardus tunc Verſanus Comes Capuam oppugnabat. Cum autem Pandulfus ipſius ciuitatis princeps, indigna quædam (vt ante conſueuerat) Deſiderio vellet iniungere, & ille cõſtanti pectore minimè ſibi aſſentiendum duceret: egreſſus Capuam, Richardum adiit: & omnium quæ extra vrbem ad monaſterium pertinebant, ab eo ſecuritate percepta, & illi magna ex tunc fœderatus amicitia, in poſſeſsionibus ipſius monaſterij aliquandiu remoratus cum fratribus eſt: paucis in monaſterio relictis.

De

A *De electione, & confirmatione eius à Papa.* CAP. VIII.

INde cum Fridericus memoratus Abbas huius monaſterij, Romanæ eccleſiæ (vt ſupra ſuo loco taxauimus) teneret gubernacula: Romam ad illum Auguſto menſe cum aliis XII. fratribus, nominatim ab ipſo vocatus, perrexit: ibique febre vexatus, poſt paucos huc rediit dies. Cum vero idem Apoſtolicus poſt menſes fermè quattuor ad monaſterium veniſſet: graui paulopoſt languore detentus, ad extrema ferè perductus eſt. Accerſitis itaque ſenioribus monaſterij, vt quem vellent Abbatem, eligerent mandat. Sed cum varia primò ſententia eſſet: communi tandem voto omnes ad expetendum Deſiderium conſpirant: ipſumque ſibi à ſummo pontifice in patrem conſtitui exorant. Cumque hanc electio-
B nem Apoſtolicus quoque valde approbaſſet (dudum enim illum tempore ſcilicet Leonis Papæ cognitum habuerat, ac poſtmodum illi in monaſterio familiariſſimus fuerat) eā ita ſua auctoritate confirmauit vt diceret: Licet multi in eo monaſterio boni ſpiritualéſque eſſent viri, magnáque prudentia prędití: neminem tamen ad id onus ſubeundū aptiorem eligere illos potuiſſe. Quia tamen ipſe dum viueret nulli mortalium eam Abbatiam decreuerat tradere: Deſiderium verò iamdudum Apocryſarium Romanæ ſedis Conſtantinopolim mittere inſtituebat: ita conuenit, vt ſi ſe ſuperſtite idem Deſiderius reuerteretur, ipſe illum Abbatem conſtitueret: ſi verò ipſe ante illius reditum obiiſſet, redeuntem Abbatem ſuum congregatio tota ſuſciperet. Stephanum itaque Cardina-
C lem, & Menardum poſtea ſyluæ candidæ epiſcopum, illi ſocios itineris tradens, & in epiſtolis ad Imperatorem Caſinenſis monaſterij electum vocans, dimiſit à ſe: mandans, vt legatione peracta, reuerti quāprimum poſſet, feſtinaret. Deſiderius igitur iniunctum ſibi munus exequi ſatagens, aſſumptis quæ erant itineri conficiendo neceſſaria, vnà cum ſociis iter aggreditur: & ad monaſterium ſancti Ioannis (quod appellatur veneris) vt illic mare ingrederetur, profectus eſt. Cum verò dies aliquot ibi fruſtrà remoratus ob inclementiam aëris, ſoluere ex portu non præſumeret: Sypontum inde contēdit: ibi nauem qua Barim nauigaret ingreſſus per epiſcopum quendam qui orationis gratia montem Garganum adiit, & commendari ſe fratribus, eíſque ſe ingreſſum mare ſignificari
D orauit. Sed cum apud Barim quoque tempeſtatis cauſa aliquandiu reſtitiſſet: alium item hunc nuncium dirigere ſtuduit, per quem ſignificaret ob cœli intemperiem, apud Barim ſe eatenus morari. Contigit autem diſpoſitione diuina, quæ illum ad huius monaſterij regimen elegerat, vt eo ipſo die quo nuncius huc venit, fratres noſtri qui cum Papa profecti fuerant, illo Florentiæ ſepulto, remearent. Mox itaque noſtri communi conſilio, fratres duos qui Deſiderium, nunciata Papæ morte, reuocarent, feſtinanter mittunt.

Qualiter in monaſterio ſuſceptus eſt. CAP. IX. E

IAm tandem Deſiderius ſufficienter parato commeatu, cum Argiro Barenſium magiſtro nauigare maturabat: cum ecce ipſo Palmarum die iam aduesperaſcente, peraduentantes fratres nuncium de Apoſtolici morte ſuſcepit. Oratur itaque cõmuni omnium ſtudio, vt ad regendum monaſterium redire properaret. Obriguit ille primum tam ſubita Apoſtolici morte perculſus: móxque aduocãs itineris comites eiuſmodi aperit nuncium: vnáque cum Argiro tractare cœperunt, quo pacto antequã mors Papæ innoteſceret redire potuiſſent. Neque enim dubitabant ſe cognito ipſius obitu à Normannis capiendos. Itaque conductis continuò pro ſe, ac ſociis quibus veherentur equis, ſecunda feria poſt Palmas iter aggreſſi ad Robertum Viſcardum ſe contulerunt, tum quidem Normanorum tantum Apuliæ Comitẽ, poſtmodum verò totius Apuliæ & Calabriæ atque Siciliæ Ducem: rogantes vt ſecurè illis per ſolum ditionis ſuæ trãſire liceret. Qui (vt fuit vir ſummè bonus) licet Papæ tranſitũ iam haberet exploratum: eos tutos ire permiſit, & tres equos (quibus adhuc egebant) Deſiderio largitus eſt. Ita Deo per omnia fauente, ſine impedimẽto aliquo reuerſi, Paſchali Sabbato tardiuſculè iam ad oppidum ſancti Germani peruenerunt. Ipſo autẽ Dominicæ Reſurrectionis die ſummo mane huc aſcendentes, de more monaſterij capitulum fratrum ingreſſi ſunt, pręſidentibus Humberto ſanctæ Rufinæ, & Petro Tuſculano Epiſcopis, & Stephano Cardinali, ac Mainardo, Deſiderij ſociis. Namque memorati Epiſcopi (vt iam ſupra retulimus) Roma tunc Mincij ordinationem fugientes, Beneuentum Paſcha celebraturi pergebant: ſed ordinante Deo gratia tantæ feſtiuitatis à ſenioribus noſtris inuitati atque in monaſterio retenti fuerant. Poſt ſolemnem itaque pro tanta ſolemnitate ſermonem: Humbertus ipſius ordinationis optime conſcius: Deſiderium aduocat: eíque (vt pridem fuerat à Papa diſpoſitum) monaſterij curam ſuſcipere ex parte fratrum omniũ imperat. Nulla in medium mora, nulla reſponſionis expectatio, omnes protinus ſurgentes raptum Deſiderium magnis cum laudibus ad eccleſiam deferunt: illúmque in Abbatis ſede honorificè locant: omnibus tum pro Paſchali ſolemnitate, tum pro ipſius ordinatione lætantibus, atque exultantibus: Anno Dominicæ incarnationis M. LVIII. H

Deſideri⁹ Abbas in poſſeſſionẽ monaſterij poſitus. 1058.

Quomodo innouare cæpit monaſterium. CAP. X.

SVſcepto Deſiderius Abbatis titulo ſtudere modis omnibus cepit, vt quod dicebatur appellari veraciter poſſet. Cernens itaque monaſterij totius officinas anguſtas ambitu, faciéque deformes, tum vetuſtate, tum negligentia, ruinam minari, omnéſque contiguo ferè domate apertas, adeo vt ingreſſus vnius, egreſſus eſſet alterius: Incitabatur quidem animo illas innouare aggredi: ſed rurſus angebatur, quia vt adeo arduum opus inciperet, nihil ferè penſi habebat. Primo itaque

quod

A quod poſſet experiri cupiens, palatium quod Richerius Abbas dudum ab Orientali parte monaſterij inchoatum ad ſolarium vſque perduxerat, operæ ſat pulchro peregit: ac iuxta ipſum contra eccleſiam ædiculam vbi libri reconderentur, aptiſſimè fabricari inſtituit. Id cum ſibi ſecundo ſucceſſu eueniſſe conſpiceret, domum etiam vbi Abbates morari conſueuerant à Septentrionali parte coniunctam eccleſiæ, viliſſimis ligneis furculis ab inferiori parte ſubnixam, & viminibus maiori ex parte cōſtructam, à fundamentis conſtruere cœpit, adiuncto illi palatio cum Abſida; quod veteres Todericum appellare ſolebant. Dehinc inſpirãte & fauente Deo, domum illam quæ fratres quieſcentes diuerſis ſolariis præ ſui exiguitate continebat, nihilo ſegnius renouare aggreſſus eſt, in latere ſcilicet prioris à meridiano, quam funditus euertere ob clauſtri ſpatium diſponebat.
B Nam propter ipſius montis verticem, cui nulla ferè planities inerat, vix paruiſſimi clauſtri ſpeciem iuxta eccleſiæ Abſidam priores effecerant. Perfecta eſt igitur eadem domus, centum ſexaginta cubitos habens longitudinis, latitudinis xxiiii. Altitudinis variæ propter montis inæqualitatem: congruentis tum ædificio reliquo. Quam abiegnis trabibus pulchrè contignans cocto operuit latere, diuerſiſque coloribus decorauit. Nihílque moratus vetus itidem capitulum funditùs diruens renouauit. Illúdque gypſea vrna in giro, vitreiſque feneſtris, ac pulchro marmoris varij pauimento conſternens, tegulis operuit, & venuſtam colorum varietate depinxit.

C *Cur caſtrum nouum conſtruxerit.* CAP. XI.

INterea Fractenſes oppidani, inquietum ſcilicet ac perfidum hominũ genus, latronum in morem adiunctis ſibi Minturnentibus aliiſque vicinis, nunc furtim nunc palàm, caſtra noſtra ſibi finitima incurſare ceperunt. Terminum ſiquidem qui dudum noſtram illorúmque poſſeſſionem diuidebat (duos ſcilicet lapideos Leones) ipſorum oppido proximum: olim malitioſe confringentes, in ſubiectum demerſerant puteum. Qua nimirum fraude confiſi, ſi quando terminũ noſtrum, duos ſcilicet Leones, aſſereremus; illi de Leonibus qui ſecus portas ſancti Georgij locati ſunt, id dictum pertinaciter aſſeuerabant. Horum fre-
D quentes moleſtias Deſiderius ægerrimè ferens, ſimúlque illius ſententiæ reminiſcens, obſeruatio ordinis noſtri ſummam depoſcit quietem & ſecuritatem, cum neque beneficiis eos neque rationibus ſedare poſſet: ad eorum tandem vi frenandam audaciam intendit animum: & Adenulfi Gaietani Ducis (cui gratiam principis conciliarat) adminiculo fultus, mox caſtellum, cui nouum proprie nomen inditum eſt, in monte per annum ſumma inſtantia aduerſus illorum improbos conatus erexit: ſicque ſua tueri non amplius aliena peruadere compulit.

Obſeruatio ordinis regularis quietẽ & ſecuritatẽ depoſcit.

Quomodo à Papa Nicolao, Cardinalis, & Abbas conſecratus ſit: & alia plura. CAP. XII. E

SEd cum poſt obitum piæ memoriæ Stephani Papæ, memoratus Hildebrandus ab Imperatrice rediens cõtra eiuſdem Apoſtolici vetitum incubari à peſſimis hominibus eccleſiam comperiſſet: Florentiæ ſubſtitit, ſuiſque litteris Romanorum primates conueniens, vbi eorum percepit aſſenſum, annitente Gotfrido Duce, Girardum Florentinum epiſcopum mox in Romanum pontificem eligit: atque vnà cum ipſo, & Duce, Romam menſe Ianuario venit. Vbi præfatus electus à Romano clero, & populo, in ſede Apoſtolica locatus: Nicolai ſortitus eſt nomen. Qui prædictum Romanæ ſedis inuaſorem cum ſuis fautoribus omnibus excommunicans, tandem interuentu quorundã admiſſum ad communionem apud eccleſiam ſanctæ Mariæ, quæ maior à Romanis dicitur ſacerdotali officio priuatũ manere conſtituit. Mandat deinde ad monaſterium domno Abbati, ſibi in Picenum agrum proficiſcenti quamprimum occurrat: vt proximo Martij mẽſis ieiunio, & preſbyteri gradũ, & Cardinalis pariter officium ſumat. Dominica igitur prima quadrageſimæ, paratis omnibus neceſſariis, iter arripiens apud Farſenſe monaſterium Apoſtolico ſe cõiunxit. A quo amiciſſimè, honorificéque ſuſceptus, Auximum ſimul cum eo profectus eſt. Ibi ſecundo quadrageſimæ Sabbato ideſt pridie Non. Martij, Cardinalis preſbyter ab ipſo ordinatus, ſequenti Dominica Abbas quoque cõſecratus eſt: priuilegiúmque amplũ ſatis & honorificum de ſuorum conſuetudine prædeceſſorum, cõſecutus eſt. Præterea de Cardinalatus ipſius dignitate, & ſanctiſſimi patris Benedicti honorificentia per totam Campaniam & principatum Apuliã quoque atque Calabriam vicem ſuam illi idem Apoſtolicus plena auctoritate commiſit. Poſt hæc accepta licentia Romam rediens, proxima Dominica mediæ quadrageſimæ in eccleſia beati Petri ſolenniter Miſſas celebrauit: atque Romanorum innumera turba proſequente ad titulum ſanctæ Siciliæ trans Tyberim maxima cum laude deductus eſt: ſícque ad monaſterium in beati Benedicti feſtiuitate remeauit. Et quoniam ab eodẽ pontifice Paſchalis feſtiuitatis gratia inuitatus fuerat, Romam reuerſus, poſt feſtum vrbem vnà egrediens, Melfiam vnà Apuliæ adiit vrbem: vbi tunc idem Apoſtolicus concilium celebrare decreuerat. In qua etiam ſynodo dum Richardus Capuanus princeps cum aliis pluribus interfuiſſet, à ſupradicto pontifice admonitus, monaſterium ſanctæ Mariæ in Calena cum pertinentiis ſuis beato Benedicto per ſcriptum ſolenniter obtulit.

[Margin: 1059. Nicolaus Papa 2. — F — Deſiderius Abbas Caſinẽſis fit presbyter Card. — G — H]

De reſtitutione ſancti Benedicti de Salerno, & alia plura.
CAPVT XIII.

TVnc temporis Giſulfus Salernitanus princeps conquerente Deſiderio reddidit monaſterio cellam S. Benedicti de Salerno: quod à iure

noſtri

A noſtri Cœnobij ſalernitanorum violentia ſubductum fuerat. Sed cum amoto Abbate præpoſitus ibi (iuxta cellarum noſtrarum morem) conſtitutus eſſet: Salernitani indignè ferentes eidē principi inſtare cœperunt; vt monaſterium illud ſub Abbate, ſicut antea fuerat, eſſe permitteret. Coactus itaque illorum precibus princeps, S.Laurentij monaſterium intra vrbis muros conſtitutum ad ſe hæreditario iure pertinens, monaſterio noſtro ex integro obtulit, neque tamen reſtitutionem quam ante de prædicta cella fecerat, irritam voluit. De eodem vero monaſterio ſancti Benedicti de Salerno, ne fortè dum multis intendimus aut memoria excidat, aut oportunior narrandi locus minimè occurrat: licet præpoſtero ordine, operæprecium pauca ſubtexere quibus malitia pariter, & inuidia quorundam fratrum ibi degentiū noteſcat. Nam ſicut Æneam apud B Virgilium dixiſſe ſociis legimus: Forſan olim & hæc meminiſſe iuuabit. *lib. 1. Æneid.* Cauſidicus quidam Salerni fuit, Romualdus nomine, qui quod ipſius monaſterij eſſet aduocatus, maximū ibi ius familiaritatis habebat: & omnia monaſterij ipſius inſtrumenta, & chirographa ſæpiſſimè diſcutiendi facultas illi omnis ab Abbate fuerat indulta. Is inter cætera, magna quattuor edicta oblationis inuenit, quæ monaſterium ipſum principiò huic noſtro Cœnobio à principibus traditum ſubditúmque fuiſſe declarabāt. Hæc ille ductus inuidia protinus rapta ſubduxit: & nemine prorſus aduertente detulit domum: atque dum viueret id ne filiis quidem patefecit. Verùm in mortis articulo poſitus, maiorē filium Ioannē nomine, aduocat: & ei omne negociū ſecretius pandens, manibuſque ipſa chirographa C detinens: Ego (inquit) fili vt cernis morior, chartas iſtas committo fidei tuæ: vt ſi mea cupis benedictione lætari, eas quoad vixeris nulli mortaliū prodas: ſed vt ipſe feci, ſecretas apud te & ignotas omnibus teneas. Nam ſi quoquo pacto ad ſeniorum Caſinenſium notitiam venerint: nunquam quieſcent, donec monaſterium iſtud ſub iure monaſterij ſui redigant: quod iamdudum ſtudio, ſollertiáque noſtrorum, ab illorum eſt ditione ſubductum. Suſcepit patris imperium filius, ac veluti diuinum quiddam in pectoris arcano recondens, vſque ad diem mortis ſuæ rem & ipſe celauit. Ad mortem autem veniens accerſit fratrem ſuum tunc ipſius monaſterij Abbatem, chartáſque illi ſimili conditione reliquit. Non multo poſt Abbas ipſe apud Ducem Rogerium de quibuſdam criminibus diſD famatus tentus eſt: & in ipſius cubiculo cuſtodiæ mancipatus. Qui iamdudum totum negocium cuidam pſeudomonacho propinquo ſuo propalauerat. Verùm hic priorum nequitiæ non impar, veritus ne huiuſmodi chartæ apud ipſum Abbatem repertæ, nobis quandóque proderentur: feſtinus ad cuſtodes Abbatis acceſſit, & voce lugubri exegit, vt quattuor chartas propriæ hæreditatis eidem vt propinquo commendatas inquirere, ac ſecum tollere permitteretur: ne fortè rebus aliis permixtæ perirent. Illi nihil doli ſuſpicantes permiſere continuo. Quas ille repertas ignaro (vt fertur) Abbate, die altera in conuentum fratrum detulit: aperuit, legit, rémque totam ex integro nudauit. Mirari omnes

& indignari aliis hæc & illa loquentibus. Tandem hæc pluribus ſententia placuit. Priuſquam negocium diuulgaretur, chartas ipſas minutatim incidi: ſicque continuò inuidia & ira dictantibus actum eſt: Atque vni ex fratribus imperatum, vt eaſdem minutias diligentius colligens in ſeceſſum fratrum mitteret. Hæc omnia ita geſta fuiſſe idem ipſe frater qui hoc iuſſus fuerat implere, diuino timore compunctus, non multò poſt Abbati ſuo, domno Hyacintho noſtro cófratri per ordinem retulit. Ego quoque eiuſdem Abbatis ore hæc vniuerſa percepi: ne quis fortè arbitretur mendoſè fuiſſe conficta. E

De promotione Oderiſij, & aliorum. Cap. XIIII.

SEquenti tempore iam dictus pontifex ad has iterum partes adueniens, domnum Oderiſium Oderiſij Marſorum Comitis filium, & huius monaſterij à puero monachum, diaconum in Lateranenſi eccleſia apud acerras poſitus, ordinauit. Poſtmodum autem in Aquinenſi oppido (depoſito epiſcopo Angelo, eo quod Neophytus, & eccleſiaſticarum rerum male prodigus, & agentibus nequitiis ſuis à ſanctæ memoriæ Leone Papa fuiſſet excommunicatus) domnum Martinum Florentinum genere, religioſum planè ac prudentem inter primores huius monaſterij monachum epiſcopum conſecrauit. Petrus etiam venefranæ, & hiſernienſis ſedis epiſcopus, natione Rauennas, noſter monachus tempore ipſo ſacratus eſt. F

Quædam Nicolai Papæ geſta: & aliorum alia plurima. G

Capvt XV.

PEr hos etiam dies Richardo Capuanum principatum, & Roberto Apuliæ & Calabriæ atque Siciliæ Ducatum confirmauit: accepta prius ab eis cum ſacramento Romanæ Eccleſiæ fidelitate, cenſúque quotannis iuga boum ſingula, denariis duodecim. Sed quoniam eiuſmodi virorum illuſtrium, qui præ cæteris ſui temporis hominibus locum iſtum dilexere ditauerunt auxerunt protexerunt, Deſiderióque noſtro per omne vitæ tempus deuoti fideles amiciſſimíque fuerunt Richardi ſcilicet ac Roberti incidit mentio: non abs re arbitrio erit ad ſuæ dignitatis honorem qualiter ſit vtérque prouectus inſerere. Nam & ſuprà, H nos id promiſiſſe meminimus. Roberto igitur primum Drogo frater, qui tunc erat Comes Apuliæ, ſancti Marci conceſſit arcem: quam in confinio Calabriæ ipſe non multo ante conſtruxerat, totiúſque Calabriæ dominum fecit. Sed cũ eſſet admodum pauper, vicinæ vrbis dominum Petrum diuitem valde vocatum ad colloquiũ, cepit: à quo viginti milia aureos pro ſui abſolutione ſuſcepit. Huic ad fratrem pergenti Girardus occurrens, primus omnium Guiſcardum illum quaſi per iocum appellauit: eíque demum familiariſſimus factus, amitam ſuam illi in matrimonium iunxit: ſimúlque ingreſsi Calabriã, breui omnes eius cepere vrbes.

Poſt

A Poſt mortem verò fratris Humfridi, ipſius ſibi honore vindicato regium vrbem obſidens cepit: atque ex tunc dux appellari ceptus eſt. Reuerſus in Apuliam, Troiam etiam cepit: ſicque ſenſim per interualla temporum, regionem totam Normanóſque omnes illarum partium præter Richardum ſuo imperio ſubdidit. Dehinc explorato Girardi amitam coniugem ſuam, ſibi eſſe affinitate coniunctam, diuortium parat ſororémque ſalernitani principis in coniugium cepit expetere: conſecutúſque eſt. Atque priori coniugi dona conferens plurima, Calabriam cum Sicelgaita perrexit. Poſt hæc ad Saracenos expugnandos, Siciliámque capiendam ingens Roberti animus vertitur. Ad quam forti cum exercitu tranſiens, meſſanam primo quæ in partu ſita eſt, occupat: inde Rimetum. Ad vr-
B bem quæ caſtrum Ioannis dicitur, ex quattuor partibus caſtella communit, bella ibi proſpere peragit. A Panormitano admiralo dona ingentia refert. Caſtrum ſancti Marci nomine, in valle demenæ conſtruit: Meſſanæque militum relicto præſidio, tandem auro onuſtus Calabriam repetit. Tarentum deinde obſidens in deditionem accepit. Inde Varum terra marique circundans, poſt annos fermè quattuor argyrizi factione ingreditur. Rurſus ad Siciliæ Panormíque expugnationem cum nauali profectus exercitu, intra quinque menſium ſpatium catinam primò, inde Panormum, deinde nazarim cepit. Sicque Rogerium fratrem omni præficiens inſulæ Panormi, ac demenæ, & Meſſanæ ſibi medietate ſeruata, acceptis Saracenorum obſidibus theſauro ingenti ditatus, Calabriam redit.
C Hæc de Roberto interim breuibus. Quo pacto autem hanc inſulam cepe-rit ſuo plenius ſcribemus loco. Pauca nunc de Richardi principatu ſubnectam. Hic itaque (vt ſupra tetigimus.) Auerſanum adeptus comitatum, ad excidendam Capuanam vrbem animum cepit intendere, principatúſque dignitatem toto ambire conatu. Eam cum tribus aduerſis caſtellis extructis acriter oppugnaret: acceptis tandem à Pandulfo iuniore ſeptem milibus aureis, obſidionem ad tempus ſoluit. Nam cum Pandulfo vita functo Landulfus filius in principatu ſucceſſiſſet: Richardus vrbem obſidere denuo aggreditur. Ingens à Capuanis offertur pecunia: ſed hanc ille, vt vrbis potiatur, ſpernit. Acti demum famis incommodo ciues, intrò ſuſcipiunt hominem, principem appellant, omnia pollicentur: portis duntaxat ſibi turribúſque reſeruatis. Diſſimulat hoc interim princeps, &
D aptius id quoque expetendi ſuſtinet tempus. Non diutius moratus pergit ad monaſteriũ noſtrũ, honorificéque ſuſcipitur cum proceſſione ſolẽni: placẽt illa omnia. Rogatus à ſenioribus vt locũ tueatur deuotiſſimè ſpondet ſe totius monaſterij aduerſus infeſtantes omnes, fideliſſimum fore defenſorem. Campaniam poſtmodum petiit: totámque intra tres menſes obtinuit virtute mirabili. Inde Capuam rediens congregat nobiles: tempus iam adeſſe congruum quo ſibi portæ turréſque tradantur affirmat. Metuentibus id atque omnino renuentibus iratus vrbem egreditur: eámque rurſus armato milite cingens obſidebat. Ciues iterum malo famis adacti, Archiepiſcopum ad Imperatorem imploraturum opem mit-

tunt: Verum is præter verba nil retulit. Capuani iam omni ſpe deſtituti, neque iam reſiſtere vltra valentes, turres tandem, ac portas, & ſeipſos, ſuaque omnia principi tradunt, Anno dominicæ incarnationis. M. ſexageſimo ſecundo, cum iam decem fermè per annos viriliter Normánis reſtitiſſent. Parum temporis fluxerat cum diuino iudicio noctu incenſa Teano, mane princeps cum exercitu ſuperuenit: fugientibúſque comitibus vrbem de conſenſu ciuium capit. Ita Deo ſibi per omnia pro incolarum ſceleribus fauente omnes Capuani principatus fines cum caſtris & oppidis intra breue ſibi interuallum temporis ſubdidit. Inter tot egregia facinora Deo ſemper patrique Benedicto gratias referens eius ſe iuuari meritis, eius attolli precibus certiſſimè profitebatur. Iam verò abbatem noſtrum quáquam dudum (vt prædiximus) illum Capuæ nouerat, ſibíque amiciſſimum fecerat: ex eo vt patrem venerari, eius ſe conſiliis credere, ipſi quaſi domino libertiſſimè obtemperare per omnia cœpit.

E

1062.

F

Quid Capuanus princeps donauerit. CAP. XVI.

ANno igitur illo quo cum Iordane filio princeps declaratus eſt ex more ſuperiorum principum, generale præceptum fecit monaſterio de omnibus omnino pertinentiis ac finibus ſuis. Sequenti itẽ tempore donauit per ſcriptum Capuano monaſterio plateam publicam inter murum ciuitatis & clauſtrum Cœnobii ipſius ſitam. Vnde magna fratribus inquietudo gignebatur: tum à quibuſlibet tranſeuntibus, tum ex vicinarum mulierum quotidianis concertationibus.

G

De conceſſione, & commutatione quorumdam caſtrorum.
CAPVT XVII.

DEſiderius itaque Dei nutu tanti viri amicitiis fretus, tempus iam acceptabile nequaquam negligendum ducens, eidem principi tum precibus tũ muneribus vndique inſtare cœpit: vt monaſterij quòd tanto ſtudio diligere ſe fateretur, quieti dignaretur tranquillitatíque proſpicere: caſtráque finitima nobis, quæ ille iam in ſuam ditionem redegiſſet, ipſi monaſterio perpetuo poſſidenda conferret. Eius itaque votis princeps gratiſſimè annuens, caſtrum primò quod inortula dicitur, inde fractarum oppidum (cuius iam ſupra meminimus) tradidit. Sequenti anno arcem quæ cucurrizum dicitur, cum omnibus pertinentiis ſuis, turrem quoque iuxta mare vbi ſcilicet marilyris fluuius admiſcetur, & teramenſe caſtrum. Hæc ille omnia præceptis ſingulis monaſterio tradidit ex integro atque firmauit. Accepit autem commutationis nomine pro fractis capriata caſtellum, cum omnibus iuribus ſuis: adiectis inſuper bizantiis CCC. pro Teramenſi oppido, caſtrum quod dicitur conca ab ipſo iampridem nobis reſtitutum curtémque ſancti Fœlicis. Oppidum præterea monaſterio vicinum, quòd pes montis appellatur, cæteris nobis infeſtius, eodem tempore ab Aquenſibus comitibus Deſiderius ſumpſit: data pro illo cõmutationis nomine arce cellarella & paſta, cum

H

omnibus

A omnibus omnino iuribus, ac finibus ſuis: ſeruato ſibi duntaxat lacu, cum breui illi adiacente eccleſia. Partem vero oppidi ſancti Vrbani tunc ad nos pertinentem, centum ſcilicet & viginti familias, Adenulfo comiti ſeorſum tradidit in vita ſua poſſidendam xii. familiis ſibi reſeruatis, cum eccceſia ſancti Vrbani, & cũ terra quam duo boum paria proſcinderent: Ea ſcilicet conditione, vt ſi vellet ipſe comes nobis eaſdem hominum familias reddere, quinquaginta denariorum libras à nobis ipſarum vice, reciperet. Sin autem, eo defuncto in noſtrum ius omnes illi homines, ditionémque redirent.

De quorundam oblationibus. Cap. XVIII.

B PEr idem tempus Gregorius Romanorum conſul obtulit beato Benedicto eccleſias & monaſteria plurima. Sunt autẽ iſta. Eccleſia ſanctæ Mariæ in aurola, ſancti Benedicti intra Albanam ciuitatem, monaſterium ſanctæ Mariæ de cællis. Monaſterium ſancti Benedicti de vrbe veteri. Eccleſia ſancti Valentini ferentis. Monaſteria ſancti Marci de metrij intra Neapolim. Eccleſiæ ſancti Petri, & ſanctæ Luciæ. Monaſterium ſanctæ Euphemiæ, cum ccc. terræ modiis. Eccleſiæ ſancti Angeli, & ſanctæ Mariæ in cominio ſanctæ Trinitatis: ſancti Felicis in ſancto Vrbano, ſancti Ioãnis de conſa: ſancti Nicolai intra Aquinum iuxta plateam: ſancti Blaſij: ſancti Benedicti in territorio aretino. Monaſterium ſancti Angeli de algido. Eccleſiæ ſancti Petri, ſanctæ Fœlicitatis, ſanctæ Luciæ, ſancti Antonini. Monaſterium ſanctæ Agatæ ſubtus Tuſculanam vrbem: ſan-C cti Saluatoris in ipſa vrbe. Eccleſia ſanctæ Mariæ ad vineas. Monaſterium ſanctæ Hieruſalem in Tuſculano. Monaſterium ſancti Angeli in peſclo. Item eccleſia ſanctæ Mariæ de vppa. Eccleſia ſancti Nicolai, & ſancti Moyſi apud campaniam. Eccleſia ſancti Angeli in pago marſorum: ſancti Heraſmi: ſancti Angeli: & ſancti Donati: apud marſos itidem cum ccc. terræ modiis. Eccleſia ſancti Chriſtophori, & ſancti Conſtantij in territorio Aquinenſi. Eccleſia ſancti Martini de arpino. Monaſterium ſancti Petri de lacu. Monaſterium aliud ſancti Petri in finibus laceriæ. Monaſteriũ itẽ ſancti Petri de auellana apud ſangiã, cum omnibus omnino pertinentiis, & poſſeſſionibus ipſarũ rerũ. Tunc temporis Baldoinus comes Soranus reſtituit ſancto Benedicto tres curtes in pago Cominen-D ſi, quas à patre monaſterij per cartulam commutationis acceperat: id eſt eccleſiam ſancti Vrbani, cum omni pertinẽtia ſua: & eccleſiam ſancti Victorini, cum ipſo lacu de Vicalbo: & eccleſiam ſancti Angeli cum omnibus omnino iuribus ſuis. Eodem quoque tempore Pandulfus Venefranus comes obtulit beato Benedicto quartam partem caſtri, quod dicitur ſextũ, & dimidium iuris ſui in valle Venafri, & Teano, & Calinulo, & Caluo, & calacia, & in omnibus quæ in principatu Capuano poſſidebat. Meo item ſcripto tradidit monaſterio quartam partem cerreti plani, & torcini, & dimidium arcis ſancti Georgij: & Vitecuſi, & Ceraſuli, & integrum caſtellum Cerulanum cum omnibus ad ſe pertinentibus poſſeſſionibus.

Landulfus item comes Minlanenſis ad conuerſionem veniens, obtulit monaſterio curtem ſuam cum duabus eccleſiis ſanctæ Mariæ, & S. Ioannis. Ioannes præterea comes pontis curui ſupra memoratus, obtulit monaſterio eccleſiam ſancti Angeli, & ſancti Blaſij, & integram curtem Banioli, & Sipizani: caſtrumque paſtinam, & quattuor terræ iugera: cum omnibus ipſarum eccleſiarum, curtiúmque poſſeſſionibus. Ioannes quoque Landulfi tranenſis comitis filius: per ſcriptum obtulit monaſterio integram partem ſuam de caſtro murtula, & de omnibus quæ ad ſe in ipſo caſtro pertinebant. Idem & Landulfus infans frater eius de reliqua parte ſua fecit. His diebus Berardus marſorum comes ad monaſterium veniens, per ſcriptum reddidit ſancto Benedicto monaſterium ſanctæ Mariæ de luco, cum arce ſupra ipſum monaſterium conſtructa, cunctíſque ruſticis in ea commorantibus, & cum omnibus omnino pertinentiis eius. Tunc etiam Pandulfus ſypontinus ciuis ad obitum veniens obtulit monaſterio L. paſſus in mari, loco qui regiora dicitur, ad piſcandum iuris ſui. E F

Quænam ornamenta Deſyderius fecerit. CAP. XIX.

AEſtuabat interea ſummo affectu Deſyderius eccleſiaſtica ornamenta (quorum eatenus magnam patiebamur inopiam) vndecunque conquirere. Nec potuit bonum deſiderium in tanto viro donante Deo eſſe irritum: ſicut in conſequentibus demonſtratur. Partim itaque propria conferens, partim à Romanis nobilibus mutuans, congeſto ingenti pretio omnia ferè Papæ Victoris ornamenta, quæ huc illueque diſperſa ſub pignore fuerant redemit. Sunt autem iſta. Pluuiale diarodinum magnum vndique auro conxtetum, cum fimbriis nihilominus aureis. Planeta diacinthina magna aureis liſtis vndique decenter ornata. Alia exameta, phrigio nihilominus in giro circundata. Dalmatica exameta auro & albis à pectore pedibus manibúſque inſignita. Tunica diapiſtim cum vna ampliſſima à pedibus, manibus, ac ſcapulis, aurea. Stolæ auro textæ cum manipulis ſuis numero nouem. Pannum diarodinum cum aureis liſtis. Libet præterea hoc in loco notare ſingula, quæ ab ordinatione ſua ad renouationem maioris eccleſiæ ad vſum eccleſiaſticum vel fecerit vel acquiſierit vtenſilia. Nam deinceps cætera ſuis quæque locis exequemur. Paſtoralem virgam argento veſtiuit, & inaurauit. Fecit ante altaris faciem tabulam auream cum gemmis librarum decem. Thuribulum aureum, cum gemmis & ſmaltis, librarum duarum. Librum quoque epiſtolarum ad miſſam deſcribi curauit: ipſúmque tabulis aurea vna & argentea altera decorauit. Codicem item regulæ beati Benedicti intus pulcherrimè ornatum foris argento veſtiuit. Idem fecit & de duorum ſacramentorum libris, duobúſque euangeliis, & epiſtolari vno. Namque vſque ad illud tempus in plenario miſſali tam epiſtolæ quam euangelia legebantur. Quod quam eſſet inhoneſtum modo ſatis aduertitur. id ipſum fecit & de alio libello, in quo ſunt orationes proceſſionales. Fecit & libellum G H

A lum ad cantandum ante altare, ſiue in gradu: eúmque eburneis tabulis mirifice ſcalptis & argento ornatis operuit. Codicem quoque de vita ſancti Benedicti, & ſancti Mauri, ſanctæque ſcholaſticæ ſcribi ſtudioſiſſime fecit. Fecit & argenteas portulas ad introitum chori, librarum fermè triginta. Fecit & ſedilia lignea in circuitu chori, ſcalptura ſimul & pictura præſtantia. Gradum etiam ligneum eiuſdem operis extra chorum (vmbonis in morem) pulcherrimum ſtatuit: in quo & nocte lectiones, & epiſtolæ, ac euangelia ad miſſas præcipuarum feſtiuitatum legerentur. Poſt eos etiam dies cum increbuiſſet rumor venturum in Italiam regem, nequaquam ſegnis perrexit Amalfim: Ibique viginti pannos ſericos emit: vt ſi eſſet neceſſarium, haberet quòd donaret regi pro tuenda libertate & honore monaſterij. Hydriam item argenteam librarum ſeptem, tunc ad vſum aquæ ſanctificatæ pro diebus dominicis ad proceſſionem acquiſiuit. Aliamque eiuſdem ponderis argenteam dono poſtmodum accepit. Ex eo autem ſerico (quia Rex de via redierat) pluuialia protinus fieri iuſſit. Vidit tunc æreas portas Amalfitani epiſcopij: quæ cum illi placuiſſent, mox menſuram portarum eccleſiæ veteris Conſtantinopolim miſit: ibique illas pulcherrimas fieri curauit. Necdum enim eccleſiam renouare inſtituerat atque ob eam cauſam portæ ipſe poſtmodum adaucta baſilica breuiores eſſe videntur: ſicut hactenus cernitur.

B

De ordinatione Alexandri Papæ II. Cap. XX.

C DEfuncto autem (vt ad ſuperiora redeam) Apoſtolico Florentiæ, duobus ac ſemis annis in pontificatu peractis: cum ingens inter Romanos ſeditio de ordinando pontifice cœpiſſet exoriri: Hildebrandus archidiaconus habito conſilio cũ cardinalibus nobilibúſque Romanis, ne diſſenſio increſceret, Anſelmum Lucenſem epiſcopum poſt menſes fermè tres in Romanum pontificem eligunt, Alexandrúmque vocari decernunt: noſtro Deſyderio Romam cum principe proficiſcente. Quòd cum imperatrix audiſſet, vnà cum filio tulere grauiter hæc ſine ſua auctoritate geſta fuiſſe: Cadalumque Parmenſem epiſcopum à Placentino duntaxat & Vercellenſi epiſcopis ipſa die feſtiuitatis Apoſtolorum Simonis & Iudæ in Papam eligi faciunt: eúmque Romam ad impugnandam eccleſiam cum exercitu, multíſque pecuniis e veſtigiò mittunt. Sed fauente Deo, licet Romanorum plurimi illi gratia regis adhæſerint, caſtrúmque illi ſancti Angeli ad vrbis expugnationem tradiderint: cum ſemel ac ſecundo magnis inſtructus copiis adueniſſet, pecuniamque immenſam profligaſſet: magna ſtrage ſuorũ non minus quam cæterorum facta, poſtremò clam egreſſus è caſtro ipſo turpiter cum paucis aufugit, neque vltra huc rediit. Quippe qui eodem anno, ipſo die vigiliarum apoſtolorum Simonis & Iudæ ab omnibus Teutonicis & Italicis Epiſcopis, qui tunc cum rege aderant, iuſto Dei iudicio damnatus eſt atque depoſitus.

1061.

D

De flagello fulminum. CAP. XXI. E

QVintum iam fermè ordinationis ſuæ annum implebat Deſiderius, cum terribilius ſolitò, permiſſione diuina, fulmine monaſterium iſtud attactum eſt. Quum enim fratres die quadam in eccleſia primæ horæ ſolemnia agerent: ſubitò cælitus fulmen elapſum ipſum Hebdomadarium ſacerdotem cui Manno erat nomen, honeſtæ famæ virum, in choro ſtantem extinxit: ceteróſque circunſtantes in humum veluti exanimes ſtrauit. Nouitium item quendam extra chorum, ante ipſam maiorem crucem interemit. In capitulo officiales excidit tabulas: ipſúmque tabularium quaſi mortuum reddidit. Faciem imaginis Richerij Abbatis ibi in tabella pictam diſciſſam deiecit: & pleráque monaſterij loca percuſſit. F
Contigit hoc xv. Calen. Februarij. Quamobrem venerabilis pater, conſilio cum fratribus habito, ad placandam iram Dei, ſtatuit tunc per ſingulos menſes, primam ſextam feriam communiter ab omnibus in abſtinentia peragi: & quotidie ad miſſam publicam ſpeciales pſalmos & orationem pro fulgure dicit. Porrò domnus Petrus Damianus (cuius iam ſupra meminimus) ad monaſterium veniens, cum verbo pariter & exemplo ad Dei ſeruitium quoſcumque poſſet feruenter accenderet: tandem permiſſione domni Abbatis ab omni congregatione obtinuit voluntaria oblatione, in remiſſionem peccatorum omnium: vt ſexta feria per totum annum: pane, & aqua contenti, diſciplinam ſinguli facta confeſſione perciperent: inſuper & triduanum ieiunium in capite quadrageſimæ per annos ſingulos agerent. G Sæpe verò ſecum cogitanti Deſiderio & reuelari ſibi cupienti, quidnam eſſet cur eo flagelli genere monaſterium crebrò vexaretur: Per viſum illi nocte quadam Benedictus pater apparuit, ſolliciteque percontanti cauſam aliam nullam eſſe niſi diabolicas inſidias, antiquamque pro loco inuidiam dixit. Ego ipſe memini, cum adhuc in ſchola monaſterij degerem, nocte vnà dum ſecundum pſalleretur nocturnum, ſexies in eccleſia & campanario fulmen percuſſiſſe. Alia item vice cum Anglo quodam aurifice, duos alios longe à ſe diſtantes, vnum ad portam maiorem occidiſſe: quódque mirabilius eſt, puerulum Anglo innitentem nihil omnino læſiſſe. Alia item die tranſeuntem propter paradiſi turrem vetulum quendam extinxiſſe. Alia quoque vice cementario cuidam corrigiam à tergo, à capite vſque ad pedes incidiſſe: nec tamen H exanimaſſe.

Ieiunium in pane & aqua per omnes anni ferias 6. cōtra crebra fulmina inſtitutum.

Quomodo in Sardiniam monachos miſerit. CAP. XXII.

PEr idem tempus legati ad noſtrum monaſterium à Boreſone Sardiniæ rege venerunt: per quos duo magna, & optima pallia beato Benedicto Rex ipſe tranſmittens, orat ſibi aliquos ex noſtro Cœnobio monachos ad conſtituendum monaſterium dirigi: ſpódens multum honoris & commodi noſtris vſibus in regno ſuo affuturum: ſi monaſticæ religionis ſtudium, eatenus regionibus illis incognitum ſicuti apud nos vigere

gere

A gere cōpererat, ita apud eos quoque ſtudio noſtro adoleſceret. Mox pater venerabilis conſilio habitato xII. ex omni numero monachos eligit, vita, prudentiaque pręſtantes: eíſque tum ſacros codices varióſque eccleſiaſtici miniſterij apparatus, ſanctorúmque reliquias plurimas, tum ad alios quoque vſus quotidianos variam ac neceſſariam ſupellectilem præbens, & Abbatem qui illis præeſſe deberet inſtituens, ita inſtructos illuc cum honore direxit. Verū permittente Deo & Satan impediente, res eadem tunc executioni mandari non potuit. Piſani ſiquidem magna a Sardorum inuidia ducti, cū iam noſtri ad inſulā quæ lilium dicitur proſpero curſu tranſiſſent, & egreſſi ſcaphis: opportunum nauigationis tempus expectarent: ex improuiſo armatis nauigiis illos adoriuntur: & permixti omnes iniuriis & contumeliis afficientes, vniuerſa diripiūt. Inſuper ipſius legationis principem patibulo iam parabāt crudeles affigere: niſi monaſtecum habitum ſibi à quodā ex fratribus porrectum properaſſet induere.
B Poſt hæc incenſa naui veſtimenta ſola reſtituentes noſtris, cæteris onuſti hilares ad propria remeant. Noſtros autem ab eis per varia loca diſperſos fratres noſtri Lucenſis monaſterij pio ſtudio quæſitos inueniūt: ac (præter quattuor qui iam ad Chriſtū migrauerant) ad ſuum monaſteriū cōductis vehiculis reuehunt: Quique poſtmodū licet nō ſimiliter, eodē anno cūcti fermè ad nos reuerſi ſūt. Viderat quidā ex noſtris triduò antequā iſta contingerent per viſum: nauiculā quandā cōtra ſe pernici curſu properātem. Quam iuuenis quidā decorus valde, & ſenex ſupra ſolis radios ſplendens, manúſque præferens ſceptrum ducebāt. Cumque iam ſibi eſſet contigua,
C mox ſceptiger ille in prora ſe ſubrigens, nauis noſtræ nauclerum vocauit ex nomine, cui reſpōdenti ſenex quaſi valde cōmotus, Putatis (inquit) vos cū cauſa noſtra tutò Sardiniā petere? Nequaquā ita erit. Et hæc dicēs nauē valido impulſu feriens vertit, & vela omnia in mare diſiecit: moxque diſparuit. Recitato mane ſomnio alii alia coniicere, & quidam vehementiſſime trepidare, quidā è cōtra ſūniis nequaquā adhibendā fidē aſſeuerare cœperūt. Piratę igitur illi cętera inter ſe diſtribuētes, ſcrinia reliquiarū ei qui princeps fuerat tāti facinoris, apud ſe cuſtodienda tradunt: ſacramēto inuicem ſe aſtringentes, nullo vnquam tempore, nullo modo, nulli hominum, dum id fieri poſſet, ſe ea reddituros. Sed cum infelix reliquias illas domum detuliſſet: illáſque (vt ſæcularis) inhoneſtè irreuerentérque *Reliquias raptas inhoneſtè tractans, ſubito mortuus corruit.*
D tractaret: (terribilis Deus in conſiliis ſuper filios hominum) quadam die ingreſſus illud cubiculum cuiuſdam neceſſitatis gratia, ſubitò corruit & expirauit. Quòd vbi innotuit, tantus repente horror omnes inuaſit: vt die altera diſcalciatis pedibus aduenientes, magna cum reuerentia & honore reliquias ipſas tollerent: atque ad epiſcopium cum magnis Dei laudibus transferentes, eas ſibi debito cum honore tractandas collocarent. Sardorum interea Rex digna pro tantis iniuris ſatisfactione à Piſanis accepta, cum rurſus ad monaſterium mittens ſe in propoſito perſiſtere ac deuotione ſignificaſſet: vtque denuo ad ſe fratres mitterētur oraret: Duos tandem illuc monachos fermè

A internuntio Guilielmo (cui frons audax cognomen fuit) ad id deducta res eſt: vt ad pontem ſancti Angeli, qui todici dicitur, dux & princeps altrinſecus (nam interruptus erat) ſe ad colloquium iungerent: ſicque non parua (vt fertur) à Normannis accepta pecunia, dux ad propria rediit. Per eos dies ſtella quam cometem vocant, ingentem poſt ſe faciem gerens, pluſquam viginti diebus viſa eſt: quæ ducis obitus (nam paulopoſt mortuus eſt) prænuncia fuit.

Quot fratres à Papa promoti ſunt. CAP. XXIIII.

SEd cum prædictus pontifex huic monaſterio maxime affectus eſſet: ſuggerente atque inſtigante Hildebrando archidiacono, ſi quos hinc B fratres à domno Abbate conſequi poterat, vel ſuo lateri ad miniſterium eccleſiaſticum ſociabat: vel certe in epiſcopos, & Abbates, honorifice promouebat. Todinum igitur Berardi marſorum comitis filium, Romam ad ſe accerſitum in Lateranenſi patriarchio leuitam conſtituit. Aldemarium quoque felicis memoriæ Capuanæ vrbis prudentiſſimum ac nobilem clericum, & Richardi principis olim notarium (qui meus in conuerſione magiſter extiterat, quíque fratribus in Sardiniam miſſis dudum Abbas ordinatus fuerat) poſtquam ad monaſterium rediit, in eccleſia ſancti Laurentij quæ foris muros dicitur, cardinalem pariter Abbatémque ſacrauit. Ambroſium itidem Mediolanenſem, prudentem & eruditum hominem, Terracinenſem epiſcopum conſecrauit. Gerardum quoque doctiſſimum per omnia clericum archiepiſcopum Sypon- C tinæ eccleſiæ ſacrauit. Eodem item tempore Milo Capuani monaſterij præpoſitus, Sueſſanæ eccleſiæ epiſcopus factus eſt: & Abbas monaſterij ſancti Benedicti de Salerno (cuius ſupra meminimus) rogatu Salernitani principis eſt conſtitutus. Tunc etiam ſolemne priuilegium idem Apoſtolicus Deſiderio de omnimoda monaſterij libertate conceſſit. Ne quis omnino epiſcopus, excepto Romano pontifice, non modò in noſtra ac principali eccleſia, verum in omnibus vbicúmque locorum ad nos pertinentibus cellis, vllam iuriſdictionem quomodolibet ſibi vſurpare præſumeret, Apoſtolica auctoritate interdicens. Quo etiam tempore cum Hildebrandus Capuanus Archiepiſcopus elatione turgidus contra ſubmurmurare præſumpſiſſet: publicè in ſynodo Romana conque- D rentibus nobis, priuilegiis Apoſtolicæ ſedis conuictus, ſe peccaſſe confeſſus eſt. Vnde tam ſibi quam ſucceſſoribus ſuis ſub diſtricto anathemate tunc interdictum eſt: ne vllam inde iam auderent mouere quæſtionem, nullámque prorſus contra hunc locum venerabilem proponere litem.

De monaſterio Tremitenſi. CAP. XXV.

PRæterea cum de rectoribus Tremitenſis Cœnobij (quod ad nos antiquitus partim fuiſſe Romanorum pontificum priuilegia pleraque teſtantur) multa eo tempore turpia, & inhoneſta dicerentur:

eidem Deſiderio diſquirendi illud ac diſponendi, prout optimum ſibi videretur, da ta ab apoſtolico au<>ctoritas eſt. Qui cum Abbatem ipſius monaſterij Adam multorum facinorum reũ amouiſſet: Roberto & Petrone Comitibus, & epiſcopis Troiano Draconarienſi, & Ciuitatẽſi, abbatémque terræ maioris ſe comitantibus, præfatã ingreſſus inſulam, Tranſmundũ Oderiſij marſorum comitis filium, illi abbatem cũ honore ſubſtituit, egregię ſanè tunc indolis adoleſcentem prudẽtiáque & literis inſtructum, honeſtis item moribus à puerò imbutum: niſi peſſimorũ ipſius loci fratrum & eorũ quos illi Abbas noſter auſcultandos iniunxerat cõſiliis perverſus fuiſſet. Nam redeuntibus noſtris, paucis poſt diebus tribus ex loci ipſius ſenioribus monachis oculos eruit: vni verò pręcidit linguam, quod apud illum à ſociis de rebellatione inſulæ inſimulati fuiſſet. Quod vbi Deſiderio renunciatum eſt, ægrè nimis indignéque ſuſcepit: ſummóque merore confectus eſt, tum illorũ qui paſſi erant miſeriæ cõdolens: tũ iubẽtis ſæuitiam horreſcens: tum monaſterij infamiã grauiſſimè ferens. Et quoniam eodẽ anno dedicationis noſtræ baſilicæ ſolemnitas agenda erat: expectatur dũ veniat, ſententiáque pro culpæ modo reus excipiat. Quẽ cum veniſſet, in totius monaſterij conuẽtu ſeueriſſima caſtigatione correptũ, grauiori penitentiæ ſubdidit: eumque illuc remeare vlterius nõ permiſit. Hildebrandus autẽ archidiaconus ea quæ Tranſmũdus egerat approbãs, ídque nequaquã crudeliter ſed ſtrenuè ac fortiter in malignos homines feciſſe affirmans: nedum exacto anno illum à domno Abbate (difficile licet) extorſit, ſed & monaſterium illi S. Clementis primò tradens, paulo poſt Balnenſis epiſcopatus ei adiecit dignitatem. Poſt hæc Deſiderius ferro monachũ, cui præfatus Tranſmundus monaſteriũ cõmiſerat, ad ſe pergere iubet. Quo imperium detractante, erubeſcens ille pro his quæ geſta fuerant eò proficiſci, poſt menſes fermè viginti reuertenti à Sicilia duci ſuper his quæſtus eſt. Qui protinus illuc mittens, eum egredi compulit, & in poteſtatem Deſiderij redegit. Dux autem comitantibus epiſcopis, abbatibus, ac monachis, Petroneq; Leſinenſi comite, duabus triremibus armatis inſulam ingreſſus, à monachis ipſius monaſterij honorifica ſatis proceſſione ſuſceptus eſt: & die altera fratribus cunctis volentibus, iuris ſui id monaſterium fecit. Rogatus autem ne vnquam id monaſterium Cœnobio Caſinenſi ſe viuente ſubiiceret, annuit. Rogatus item vt ab omni deinceps Caſinenſiũ fratrum calumnia, vel querimonia perpetuò quietum eſſe ſtatueret, renuit & hoc ſe, quia eſſet iniuſtum, nequaquã facere debere reſpondit. Ita ergo (vt viſum fuerat) omnibus ordinatis tribúſque de fratribus noſtris ad cuſtodiam derelictis, reuerſus eſt. Sed cũ poſtmodum reuocatis prædictis fratribus, cuidã ex noſtris regimen ipſius loci commiſiſſet: ille maligno vſus conſilio faſtu ſuperbiæ inflatus, aſſumpta tyrannide rebellare delegit: ita vt ſemel, ac ſecundo euocatus ad Deſiderium venire contempſerit. Quem ille cum excommunicaſſet, paucis poſt diebus, ſtudio Deſiderij fidelium vnà cum fautoribus ſuis turpiter captus, atque ad eum perductus eſt. Et illum quidem paulopoſt ab excom-

Tremitẽſis Abbatis crudelia facinora.

A excommunicatione abſolutum Æſculanæ rurſum cellæ præfecit. In ipſo verò Cœnobio vicem ſuā abbati terrę maioris iniunxit. Eo poſt modicum tempus defuncto, rurſus quaſi iam nauſeans prædicto ferro eiuſdem loci reſtituit curam: ita duntaxat vt ſe viuo ſibi reſponderet: Poſt mortem vero ſuam in manibus illud Romani pontificis traderet. Sed de his hactenus: nunc ad ſuperiora redeamus, & quemadmodum nouam ſancti Benedicti baſilicam vel ædificauerit vel adornauerit (prout ipſi præſentes inſpeximus) enarrare pergamus.

De euerſa vetere Abbatia, & facta noua. CAP. XXVI.

IN omni quiete ac proſperitate Abbas venerabilis meritis beatiſſimi B patris noſtri Benedicti conſtitutus, tātóque in honore ab omnibus per circuitum habitus, vt non modò mediocres quinque, verum principes ipſi ac duces illum reuereri eiúſque voluntati per omnia, vt patris ac domini parere ſtuderent: Ad veterem diruendam eccleſiam, & nouam pulchrius auguſtiúſque conſtruendam, non ſine diuino inſtinctu animum appulit: quamuis id pleríſque de noſtris ſenioribus graue, arduum & minime tentandum videtur, mentemque illius ab hac intentione auertere omnimodis molirentur: quippe qui toto vitæ ſuæ tempore tantum opus perfici non poſſe putarent: Cum ille Deo fidens, in Dei opere diuinum ſibi affore pollicerentur auxilium. Anno igitur ordinationis ſuæ nono, diuinæ autem incarnationis M. LXVI. menſe Martio, in- 1066.
C dictione quarta (extructa prius iuxta infirmorum domum haud grandi ſancti Petri baſilica) in qua fratres interim ad diuina officia conuenirent ſupradictam beati Benedicti eccleſiam tum paruam tum informem, & tanto theſauro tantæque fratrum multitudini minime idoneam euertere à fundamentis aggreditur. Et quoniā in ipſo montis vertice conſtructa & ventorum vehementibus flabris, quaqua verſum patebat, & igneis frequenter fuerat attacta fulminibus: ſtatuit eiuſdem montis ſaxeam criſtam igni ferróque exſcindere: & quantum ſpatio fundandæ baſilicæ ſufficere poſſet locum in imo defoſſum, quo fundamenta iaceret complanare. Ordinatis igitur qui hoc omni annixu & inſtantia ſumma peragerent, Romam ipſe interim pergit: & amiciſſimos quóſque conueniens, & larga manu pecunias opportune diſpenſans, co-
D lumnas, baſes ac lilia & varij coloris marmora plura coemens, ea omnia ab vrbe ad portum, atque inde ad Gariliani turrem, indeque ſuium nauigiis conductis alacriter detulit: ſicque ea poſtmodum vehiculis ac plauſtris huc ingenti induſtria & labore perduxit. Atque vt obſequentium feruor clarius conſtet: primam hic columnam ab ipſo montis initio ſola numeroſitas ciuium collo brachiíſque ſubiectis impoſuit. Namque ad fatigationis augmentum, aſcenſus montis procliuus, tunc erat arctus & arduus. Necdum enim ipſam viam complanere cogitauerat, vt poſtmodum fecit. Itaque totius baſilicæ præter adytum ſummo tandē labore ſpatio complanato, neceſſariíſque omnibus affatim

paratis, peritiſſimos protinus conducit artifices. Iactíſque fœliciter fundamentis, cepit eiuſdē baſilicæ fabricā in longitudine cubitorū centum, quadraginta vero & triū in latitudine: in altitudine vero viginti & octo: E Baſibúſque ſuppoſitis columnas deſuper decē ex vno latere, & ex altero totidē erexit cubitorum nouē: feneſtras quoque in ſuperioribus amplas: in naui quidem viginti & vnam, in titulo vero ſex longas & rotundas, quattuor ac duas in abſida media ſtatuit. Porticus verò vtriuſque parietis in altitudine cubitorum xv. ſubrigens, feneſtris hinc decem, totidémque inde diſtinxit. Interea dum adytum ad planitiem baſilicæ, (quæ cubitorum fermè ſex putabatur, conſequenter diſponeret: tres vlnas non integras fodiens, ſubitò Benedicti patris venerabilem tumulum reperit.

Tumulus S. Benedicti repertur.

Moxque cum religioſis viris communicato conſilio, ne illum omnino mutare præſumeret, ne quis aliquid poſſet de tanto theſauro ſurripere: tumulum ipſum eodem quo ſitus fuerat loco, precioſis iterum lapidibus texit: Ac deſuper archam pario marmore in tranſuerſum Baſilicæ id eſt à ſeptentrione in meridiem, quinque per longum cubitis opere præclaro conſtruxit. F Hoc itaque modo adytus in priori eminentia perſtitit, ita vt à pauimento ipſius ad pauimentum baſilicæ, gradibus octo deſcendatur ſub fornice ſcilicet maxime qui eidem aditui imminet: præter illum vtique gradum quo ad altare ſubitur. Porrò in maiori Abſida ad orientalem plagam ſtatuit altare beati Baptiſtæ Ioannis, in eo videlicet loco, vbi eiuſdem oratorium olim Benedictus pater extruxerat. A parte verò meridiana altare ſanctæ Dei genitricis: à ſeptentrionali autem altare beati Papæ Gregorii. G Iuxta cuius Abſidam bicamaratam domum ad theſaurum eccleſiaſtici miniſterii recondendum extruxit. Quæ videlicet domus ſecretarium appellatur: eíque eiuſdem nihilominus operis alteram, in qua miniſtri altaris præparari debeant copulauit. Sanè quoniam ampliandæ baſilicæ gratia, partem ſui cubilis immodicam ſubtraxerat, prædicto ſacrario coniunctam, idem cubile priori latius honeſtiúſque conſtruxit. Iuxta ipſum verò penes porticum principalis eccleſiæ beati Nicolai curuato pariete, breuem quidem, ſed pulchram admodū fundauit eccleſiam. A qua vſque ad extimam baſilicæ frontē, venerabile B. Bartholomæi oratorium opere pari perrexit. In eius etiā frōte prope valuas maioris eccleſiæ de quadratis ſaxis mirificam turrē quidem (cāpanarium vulgo vocatur) erexit. H Fecit & atriū ante eccleſiā quod nos Romana conſuetudine paradiſum dicimus) longitudine cubitorum ſeptuaginta ſeptem ac ſemis, latitudine quinquaginta ſeptē ac ſemis, altitudine verò xv. ac ſemis, quattuor & totidem in geminis frontibus: octo autem per latera ſingula ſupra quadrifidas baſes habens columnas. In cuius etiā mediano latere ciſternam maximam tantumdem habentem latitudinis arcuato opere ſub eiuſdem pauimento atrij fabricauit. Ante ingreſſum verò baſilicæ, & ante introitum atrij, quinque deſuper fornices, quos ſpiculos dicimus, fecit. In occidentali verò atrij parte in ſingulis cornibus baſilicas ſingulas in morem turriū pulchras erexit. In dextro quidē S. Archāgeli Michaelis: In

paradiſus pro atrio ante eccleſiā conſtituto. Ita quoque ſumitur ſupra, in fine cap. 9. l. 2. Et apud Aimoinū l. 4. ca. 35.

A In læuo autem ſancti Apoſtolorum principis Petri: ad quas interius ab atrio quinque aſcenditur gradibus. Iam vero extra veſtibulum eaſdémque Baſilicas, quoniam cliuoſus valde ad eccleſiam erat aſcenſus, montem ipſum ſexaginta & ſex in longum, totidémque in latum, & ſeptem in altum cubitis excauauit: adeo vt ab imo ad ipſum veſtibulum atrij viginti & quattuor marmoreis gradibus, triginta & ſex cubitos habentibus in latitudinem aſcenderetur.

Quomodo è Conſtantinopoli artifices conduxerit muſæi operis.

CAPVT XXVII.

B LEgatos præterea Conſtantinopolim ad conducendos muſæi & quadratarij operis peritos opifices mittit: vt alij abſidam, & arcum, atque veſtibulum maioris Eccleſiæ muſiuo componerent. Alij Eccleſiæ totius pauimentum lapideum pulchra varietate conſternerent. Quam verò periti ipſi artifices fuerint, ex opere ipſorum facile coniici poteſt: cum & in muſiuo animatas ferè effigies & virentia quæque te putes aſpicere: & in marmoribus omnigeni coloris flores pulchra varietate vernare videantur. Et quoniam huiuſmodi artes quingentis iam fermè annis obmiſerat magiſtra latinitas: eas huius induſtria recuperare promeruit ætate noſtra. Curauit enim vir totius prudentiæ pleróſque de monaſterij pueris eiſdem artibus erudiri diligenter. Neque vero de his tantum C opificiis, verum ex omnibus quæque vel auro vel argento, ære ferro vitro ebore ligno gipſo lapide, fiunt, ſtudioſiſſimos prorſus de ſuis ſibi parauit opifices. Sed hæc alias. Nunc iam extructam baſilicam quam venuſtè ornauerit, demúmque ſacrauerit pro viribus explicemus. Plumbo igitur totam cum titulo, & vtráque porticu, ac veſtibulo decenter operuit. Abſidam & arcum maiorem muſiuo veſtiuit: in cuius ambitu aureis litteris hos verſus præcepit inſcribi.

Vt Duce te patria iuſtis potiatur adepta,
Hinc Deſiderius pater hanc tibi condidit aulam.

In Abſida vero ſub pedibus ſanctorum Baptiſtæ & Euangeliſtæ Ioannis hos item verſus.

Hæc domus eſt ſimilis Synai ſacra iura ferentis:
D *Vt lex demonſtrat hîc quæ fuit ædita quondam.*
Lex hinc exiuit, mentes quæ ducit ab imis,
Et vulgata dedit lumen per climata ſæcli.

Feneſtras omnes & nauis & tituli plũbo ac vitro cõpactis tabulis ferróq; cõnexis incluſit. Quæ vero in lateribus vtriúſque porticus ſunt, gypſeas quidẽ, ſed ſimilis ferè decoris extruxit. Dehinc ſuppoſita trabibus laqueari coloribus figuríſque variis mirabiliter inſignito, parietes quoque omnes pulchra colorũ varietate veſtiuit. Pauimentũ etiã omne totius eccleſiæ cum adiacẽtibus oratoriis ſanctorũ Bartholomæi & Nicolai: ſed & cubiculi ſui mira prorſus & hactenus partibus iſtis incognita, cæſi lapidis va-

rietate cōſtrauit. Sed illud præcipue quod ſecus altare eſt, & in choro gra- E
dibus illis quibus ad idē altare cōſcenditur, cruſtis precioſorū marmorū
decenti varietate diſtinxit. Frontē etiam chori quē in medio ferè baſilicæ
ſtatuit, quattuor magnis marmorū tabulis ſepſit. E quibus porphyretica
vna, altera viridis: cæteræ omnes in chori circuitu ſimplices. Veſtibulum
autem eccleſiæ ſupernæ quidem fecit muſiuo pulcherrimo cum arcubus
decorari: reliquam vero vſque ad pauimētum Baſilicæ faciem gypſo ve-
ſtiri. Arcus etiam eiuſdem veſtibuli deforis muſiuo nihilominus veſtiens,
verſus ibi Marci poëtæ aureis litteris ſcripſit. Tres verò partes reliquas
atrij variis veteris nouique teſtamenti hiſtoriis intus ac foris pingi præci-
piens, marmoreo totum pauimento conſtrauit. Deſuper autem laqueari-
bus ac tegulis texit. Veſtibulo item ipſius atrij cum geminis turribus pari
modo tecto picto conſtrato. F

Quomodo eccleſiam ipſam dedicauerit. CAP. XXVIII.

HIs igitur omnibus intra quinquennium Deo fauente & auxiliante
peractis, dedicare Baſilicam ſolemnitate præcipua ingentíque tri-
pudio ad ſempiternam memoriam Deſiderius ſtatuit: audienſque ſum-
mæ ſedis antiſtitem Alexandrum vt ad ipſam dedicationē venire digna-
retur, orauit. Quo libenter annuente, Hildebrandum quoque Archidia-
conum eius, cæteróſque Cardinales epiſcopos clericóſque Romanos, &
ex nobilibus plurimos familiari fiducia conuocauit, die tantæ ſolemni-
tatis ex conſulto Apoſtolici & Cardinalium Calend. Octobris conſtituta: G
ipſo ſummo pontifice, omnes epiſcopos Campaniæ principatus Apuliæ
atque Calabriæ ſuis litteris ad eam dedicationem inuitante. Fama huius
rei longe latéque diffuſa tanta totius ferè Italiæ epiſcoporū, Abbatum,
monachorum clericorum magnatum nobilium mediocriū diuerſę con-
ditionis virorum pariter ac mulierum ad condictum diē multitudo con-
fluxit: vt fermè ſtellas cæli quæ illorum numerū cuilibet fuerit extimare
facilius. Ita omnes officinæ monaſterij, ita plena tecta omnia, montíſque
totius feruebat via: & quidem domus ciuitatis omnes: omnéſque pla-
teę, omnia longe latéque camporum adiacentium ſpatia conuenientium
ad ſolemnitatem cuncis ſtipata erant, atque conferta. Apparatus interea
per tres illos præcedentes dies ac ſubſequentes eandem ſolemnitatem pa-
nis vini carnium diuerſarum ac piſcium adeo copioſus appoſitus: vt nul- H
lus ex tanta multitudine fuerit, quin ſe acceptum lautiſſimè confeſſus
non ſit. Interfuerunt huic tantæ celebritati Archiepiſcopi x. ideſt Capua-
nus, Salernitanus, Neapolitanus, Surrentinus, Amalfitanus, Syponti-
nus, Trandiſis, Acerentinus, Hidrontinus, Oiretanus. Epiſcopi verò
XLIII. id eſt Portuenſis, Tuſculanus, Sabinenſis, Segnius, Anagninus,
Verulanus, Terracinenſis, Caietanus, Aquinenſis, Soranus, Marſica-
nus, Valuenſis, Pennenſis, Teanenſis, Caienenſis, Roſellanus, Auerſa-
nus, Nolanus, Auellinenſis, Peſtanus, Troianus, Florentinus, Melfita-
nus, Nucerinus, Draconarienſis, Ciuitatenſis, Termulenſis, Guardienſis,
Larinenſis,

Dedicationi eccleſiæ nouæ Caſinenſis interfuere cũ Papa Alexandro.2. Archiepiſcopi 10. epiſc. 43.

A Larinenſis, Arianenſis, Sernienſis, Boianenſis, Salpitanus, Camenſis, Rubeſſanus, Venuſinus, Monorbinenſis, Vigilenſis, Melfitenſis, Iuuenazenſis, Monopolitanus, Stunenſis, Tarentinus, Peruſinus, & caſtellanus electus. Qui in epiſcopum altero poſt dedicationem die ſacratus eſt. De magnatibus verò princeps Capuanus Richardus cum Iordane filio, & fratre Rainulfo, Giſulfus Salernitanus princeps cum fratribus ſuis. Landulfus Beneuentanus princeps, & Sergius Dux Neapolitanus: Sergiúſque Dux Surrentinus. Robertus enim eo tempore Panormum oppugnabat. Ideóque tantæ ſolennitati intereſſe non potuit. Marſorum quoque, ac Baluentium Comitum, filiorúmque Borelli ingens frequentia. Cæterorum nobilium tam noſtratium quam Normánorum, omnium circum-
B quaque regionum vel nomina, vel infinitum numerum recenſere nec virium nec conſilij fuit. Horum igitur omnium ſumma deuotione ingentíque lætitia maximo honore ac præcipua gloria dedicata eſt eadem beati Benedicti baſilica, cum quinque altaribus ſuis: ipſa die Calend. Octobrium. Anno incarnationis diuinæ. M. LXXI. indictione nona, die Sab- 1071.
bati. Et altaria quidem media, beati ſcilicet Benedicti ſanctíque Ioannis manu propria prædictus Apoſtolicus benedixit. Altare verò in auſtrali parte ſitum ad honorem ſanctæ Dei genitricis Mariæ Ioannes epiſcopus Tuſculanus. Quod autem in honore S. Georgij eſt ab aquilone, Hubaldus Sabinenſis Epiſcopus. Sancti verò Nicolai, Heraſmus Segninus Epiſcopus, ſolenniter dedicarunt. Quæ ſanè reliquiæ tunc ſint in ſingulis altaribus conditæ, dignum hic inſerere duximus. In altare S. Benedicti re-
C liquiæ habentur Apoſtolorũ ſanctorum Philippi, & Iacobi. Martyrum autem Alexandri Papæ: Sebaſtiani: Cyriaci, Chryſanthi & Dariæ. Os ſcilicet cruris, brachij, capitis: & illi Abdon & Sennes, atque Siciliæ virginis. Duo etiam argentea ſcrinia plurimis ſanctorum referta reliquiis, intra ipſum altare honorificè ſunt in marmore ſuperiori ſuſpenſa. Quæ reuerentiſſimus Papa Benedictus ob amorem & reuerentiã ſanctiſſimi patris noſtri Benedicti de ſacrario Lateranenſis palatij ſumpta, ad Caſinenſem direxit eccleſiam: primo Abbatis noſtri Theobaldi anno, Dominicę verò incarnationis. M. XXIII. interdicens omnino ne quis hinc aliquid 1023.
ex his auferre præſumat. Sunt autem iſtæ reliquiæ. De ligno Domini. De ſanguine Domini. De veſtimentis Domini. De lapide ſancti ſepulchri.
D De velo ſanctę Dei genitricis Mariæ. Apoſtolorũ Petri, & Pauli: Andreæ. Ioannis: Iacobi: Thomæ: Bartholomæi: Matthæi: Simonis: Iudæ, & Matthiæ. Spongia cum ſanguine ſancti prothomartyris Stephani: Laurentij: Stephani Papæ: Pelagij Papæ: Martini epiſcopi: Prudentij: Iuliani: Auguſtini: Chriſtofori: Æmiliani: Nicandri: & Marciani: Alexij: Anaſtaſiæ: Eugeniæ: Ioannis & Pauli: quadraginta martyrum, & aliorum multorum locatæ ſunt. In altare ſancti Ioannis habetur de ſpongia quæ fuit Chriſto impoſita cum aceto. De lapide S. Sepulchri ſanctæ Dei genitricis Mariæ. Ex oleo de candela S. Sepulchri: quę per ſingulos annos modo valde mirabili cœlitùs die S. Sabbati Paſchalis videntibus cunctis ac-

cenditur. De manna ſepulchri S. Ioannis Euangeliſtæ. De aqua Iordanis, ex eo loco vbi baptizatus eſt Dominus. Sancti Laurentij, Sebaſtiani, aliorúmque multorum. In altare S. Mariæ habetur de ſepulchro ipſius, & de reliquiis martyrum Dionyſij epiſcopi, Cæſarij diaconi, Stephani Papæ, Primi & Feliciani. In altare S. Gregorij habetur de lapide S. Sepulchri. De veſtimento S. Mariæ. De veſtibus Apoſtolorum Petri & Pauli: & de reliquiis ſanctorum quadraginta martyrum, Panchratij, Valentini, Hilarij, Martini epiſcopi: & de dalmatica S. Ambroſij. In turre argentea quæ eſt in arcu maiore, reliquiæ iſtæ ſunt poſitæ. De capite S. Ioannis Baptiſtæ. De veſtimentis S. Ioannis Euangeliſtæ, Andreæ Apoſtoli, Sebaſtiani, quadraginta martyrum. De velo ſanctę Agathæ. De veſtimentis ſanctæ Suſannę. In abſida S. Ioannis in corona Saluatoris, lignum Domini. De lapide S. Sepulchri. Super hęc omnia (quod minime tacendum duximus) in ſingularum columnarum ipſius eccleſiæ capitellis conſtructionis tempore æreis, Pyxidulis reuerenter incluſę reliquię ſanctorum Philippi & Iacobi, Ioannis & Pauli, Nicandri & Marciani, Cornelij & Cypriani, Cyrini & Maximi, Sebaſtiani, Phocæ, Eutychij, quadraginta martyrum. De capillis S. Remigij epiſcopi aliorúmque multorum reliquię locatæ ſunt. In altare S. Nicolai hæ habentur reliquiæ. Sanctorũ martyrum Cornelij & Cypriani, Sebaſtiani, Nicandri & Marciani, Cyrini & Maximi, Focæ epiſcopi, Eutychij, quadraginta martyrum: & de capillis ſancti Remigij epiſcopi. In quattuor angulis Campanarij hæ ſunt reliquiæ. De lapide Sancti Sepulchri. De veſtimentis ſanctæ Mariæ. De lapide Sepulchri eius, ſanctorum Apoſtolorum Iacobi, Philippi, Bartholomæi, Martini epiſcopi. In cruce Campanarij lignum Domini. De capite S. Ioannis Baptiſtæ, Bartholomæi Apoſtoli, Cyriaci diaconi. In frontiſpicio eccleſiæ, in cruce ænea lignum Domini. De lapide S. Sepulchri, Mauri Abbatis, & ſanctorum martyrum Ioannis & Pauli.

De frequentia populorum huc venientium. CAP. XXIX.

PEracta igitur ſolemniter celebritate Miſſarum, & Apoſtolicę poteſtatis auctoritate tam his quos tunc adeſſe contigerat quã omnibus qui per octo continuos dies ob deuotionem tantæ ſolemnitatis ibidem accurrere poſſent, peccatorum abſolutione conceſſa, magno cum gaudio ſinguli in ſua redierunt. Verum præfatæ abſolutionis gratia, tanta huc vndique diuerſi ſexus, & ætatis, per eos dies profluxit frequẽtia: vt neminem ex his qui primò aduenerant: domum remeaſſe putares.

Nec modus eſt populis coeuntibus agmine denſo:
Nec requies properant in lucem à nocte diémque.
Expectare piget.
Lucani coeunt populi, coit Apula pubes:
Ac Calabri & cuncti quos alluit æſtus vtérque.
Qui leua & dextra Latium circumſtrepit omne.
Ipſáque cæleſtum ſacris procerum monumentis.

Roma

A *Roma Petro Paulóque potens rareſcere gaudet.*
Milia profundens ad mœnia alta Caſini.
Vincit iter durum pietas, amor, & Benedicti.
Vincit & alma fides præſens, & de omnibus iſtic.
Creditur & ſummi Benedictus gloria Chriſti.

Infidelem certe quiſque ſe crederet ac miſerum penitus exiſtimaret ſi tātę ſolemnitatis vel reliquias non ſatageret cernere: Ex eo iam tempore per totum chriſtianum orbem celebritatis tantæ gloria ſparſa. Ex tunc enim locus iſte (licet olim Benedicti patris meritis famoſus ac nobilis fuerit) nobilior tamen multo atque celebrior haberi cœptus, Deſideriique patris nomen apud pleróſque iamdudum celebre ac magnū, celebrius iam B ac nobilius per Occidentem totum peruagari, prudentiæ eximiæ ſummæque religionis prædicari, omnibúſq; ipſius temporis Abbatibus vbique per orbem ab omnibus iure præferri. Iam igitur multi partim ſtudio viſendi Deſiderij, partim deſiderio tam celebris templi cótuendi, partim etiam affectu in hoc ſacroſancto Cœnobio Deo ſeruiendi, ex remotis quoque regionibus huc cœpere cófluere: & hilariter eos Deſiderio ſuſcipiente factum eſt, vt fermè intra bienniū intra ducentos numerus ſe congregationis noſtræ porrigeret. Iam vero diuerſorum regum, & ſexus vtriuſque potentum quanta circa ipſum venerabilé patrem deuotio fuerit, ſupplices ad eum litteræ, & munera miſſa teſtantur: quibus ſe, ſuóſque omnes, ipſius fratrúmque ſub eo degétium precibus attentius commendabant.

C

De regina Agne, & oblatis eius. Cap. XXX.

NEc Imperatricis Agnetis religioſam deuotionem ſilere conuenit: quæ velut altera Regina Sabba Salomonis alterius, & templi magno viſendi deſiderio ducta, ex vltimis huc Germaniæ finibus aduenit, ac ſex fermè hic menſes remorata multo maiora ſe quam fama perceperat vidiſſe gaudebat: aſſerens meritò & locum & patrem ac fratres omnibus qui per totum orbem eſſent religioſis viris præferendos. Obtulit autem beato Benedicto dona magnifica, & regia: id eſt planetam Diaſpram vndique auro contextam. Albam quoque à ſcapulis, & capite, & manibus Phrygio decenter ornatam, amictúmque ſimilis operis. Purpurea pluD uialia duo, precioſis aureis liſtis ornata. Panum diarodinum cum phrigiis & auro antè faciem maioris altaris. Pallium etiam magnum cum elephantis, quod doſſale cognominant. Euangelium cum tabula fuſili argentea opere anaglipho, & pulcherrimè deaurato. Duo item candelabra argentea librarum. xii.

3. Reg. 10.

De varijs ornamentis eccleſiæ, & alijs ædificijs Monaſterij. Capvt XXXI.

LIbet iam dedicata eccleſia, reliqua ipſius ornamenta deſcribere: vt liberius poſtmodum Deſiderij geſta magnifica in rebus etiā cæ-

teris enarrare poſſimus. Quendam igitur ex fratribus Conſtantinopolim ad Imperatorem cum litteris mittit: & ei auri libras triginta ſex tradens, auream ibi in altaris facie tabulam cum gemmis, & opere vario, confici iuſſit. In qua cum ex Euangelio nonnulla, tum omnia ferè beati Benedicti miracula fecit excalpi. Eum ſanè fratrem noſtrum Imperator magno cum honore ſuſcepit: cumque quamdiu ibi fuit honeſtè cum ſuis reuerentérque tractauit: & quæque vellet licenter efficere ſua auctoritate permiſit. Fecit & Cancellos ex ære quattuor ante altare, inter chorum & adytum hinc inde ſtatuendos. Trabem quoque ex ære fuſilem cum quinquaginta candelabris: in quibus totidem cerei in feſtiuitatibus præcipuis ponerentur: Lampadibus ſubter in æreis vncis triginta ſex ex eadem trabe pendentibus. Quæ videlicet ærea trabs æreis æque brachiis ac manibus ſuſtẽtata ligneæ trabi quam pulcherrime ſcalpi, & auro colorumque fucis interim fecerat Deſiderius exornari. Et ſupra ſex columnas argenteas quattuor & ſemis cubitos altas cereos, librarum octo per ſingulas in ipſa chori fronte conſtituit. Sub qua nimirum trabe, quinque teretes ſuſpendit iconas: tredecim verò quadratas paris menſuræ ac ponderis, deſuper ſtatuit. Ex quibus videlicet quadratis decem, prædictus frater Conſtantinopoli groſſo argento ſcalpſit, ac deaurauit: alias XIIII. libras appendentes: aliáſque XII. Rotundas autem omnes, argentea ſolum vrna circundans librarum IIII. cætera pingi coloribus, ac figuris Græca peritia fecit. Tres verò quadratas reliquas eiuſdẽ metalli atque menſuræ perfici à ſuis artificibus non diſſimili opere Deſiderius iuſſit. Alterã item iconam rotundam vtrinque argento mirificè ſcalpto ac deaurato veſtitam, argenteis etiam Bullis extrinſecus in gyro circundatam, quidam nobilis tunc beato Benedicto à regia vrbe tranſmiſit. Cui poſtmodũ ſimilis altera fieri iuſſa: & eſt vtraque in altaris cyborio hinc inde ſuſpenſa. Ceraptata etiã ærea fuſilia pulchra valde VII. numero, dictus frater ſecũ Conſtantinopoli detulit. Fecit pręterea Deſiderius & alteram argenteam trabem librarum fermè LX. ſcalptam ac deauratam: quam in fornice maiori ante altare ſuper IIII. argenteas columnas, ex parte inauratas quinque cubitorum, ſingulas collocauit. Fecit & duas magnas argenteas cruces, ſingulas librarum triginta: quarum imagines cælatura mirifica, prominerent: eáſque ſub prædicta trabe inter eaſdem columnas hinc inde ſuper marmoreos ſtipites ſtatuit. Tres autem reſiduas facies maioris altaris argento ſcalpto & inaurato veſtiuit, librarum LXXXVI. Nam trium reliquorum altarium facies ex tribus partibus antiquis ornatæ ſunt tabulis. Quattuor etiam tabulis propter altaris ciborium ſimiliter argento ſcalpto & inaurato veſtiuit extrinſecus. Intus verò petalis coloribuſque decorauit. E quibus duę ſex cubitis longæ, vicenis argenti libris teguntur ſingulæ. Duę verò reliquæ, quattuor & ſemis cubitis longæ, pari argenti pondere veſtiuntur. Sex item candelabra magna tres cubitos alta de productis ac ſcalptis argenteis laminis fecit ſex libras per ſingula habentia: quæ feſtis præcipuis ante altare directa linea poſita, accendi cũ cereis maximis

A ximis debeant. Pulpitum præterea ligneum ad legendum ſiue cantandum priore longe præſtantius & eminentius fecit. Ad quod aſcenditur gradibus ſex: idque variis coloribus, & aureis petalis, pulcherrimũ reddidit. Ante quod argenteam columnã librarum vigintiquinque ex parte deauratam, in modum magni candelabri ſex cubitorum altitudinis, ſupra baſim porphyreticam ſtatuit: ſupra quam cereus magnus, qui Paſchali Sabbato benedicẽdus eſt ſolenniter imponeretur. Fecit & pharum, coronam ſcilicet maximam argenteam librarum circiter centum per girum xx. cubitorũ, cũ xii. extrinſecus prominentibus turribus, ſex & xxx. lampadibus ex ea pendẽtibus, eámque extra chorum ante maiorem crucem catena ferrea ſatis firma, ſeptem deauratis malis diſtincta ſuſpendit.

B His tantiſper de conſtructione, dedicatione & de venuſta compoſitione nouæ baſilicæ vtrumque digeſtis, ad cætera monaſterij ædificia inſtauranda vnà cum Deſiderio noſtro redeamus. Peracta igitur ſolemni dedicatione Baſilicæ, cernens Deſiderius diuinà cooperante gratia, patríſque Benedicti ſuffragantibus meritis, cœpta omnia optato fine fuiſſe concluſa: ardentior iam immò valentior factus, totius monaſterij ambitum ingenti animo proferre ac propagare diſponit. Et vt iam in pleríſque fecerat, officinas reliquas cum eis etiam quas needum extructa eccleſia ipſe inſtruxerat innouare. Et primo quidem clauſtrũ quod tantæ congregationi puſillum eſſe conſtabat ampliare deſiderans, euerſo mox antiquo † triclinio, quod ſatis enormiter à latere tẽpli, à fronte vero capituli inhæ- C rebat, quod ipſe quoque iã bis variis tẽporibus auxerat, in vlteriori illud parte futuri clauſtri iuxta meridianũ ſcilicet eccleſiæ latus, decorum valde & magnum extruxit: totúmq; coloribus variis pictorum artificio cõpſit: & laqueari appoſito trabibus, tegulis deſuper texit. Legiuũ quoque perpulchrum & eminens in eo conſtituit: quod valde decenter gypſo veſtitum cunctis ſpectabile reddidit. Cuius videlicet domus longitudo xc. & quinque cubitis tenditur: latitudo tribus & xx. porrigitur: in xv. verò altitudo ſubſtollitur. Ab orientali parte ingreſſum habens, ab occidentali abſidam. Apud quam amplam valde Abbatis menſam ex trãſuerſo conſtituit. Habet autem à meridiano latere feneſtras xiiii. circa pulpitũ tres: A Septentrionali verò duas tantum: duas quoque rotundas in frontibus ſingulis: omnes vitro, gypſo, plumbo, inſigniter elaboratas. Iuxta eandem D domum coquinam fratrum ab auſtrali parte amplam ſatis & pulchram in duobus inuicem cõnexis fornicibus: quos vna tãtum columna, vnde neceſſaria quæque inferãtur inſtituit. Ex altera verò ipſius coquinæ parte cellarium ſtatuit: ex quo videlicet tam refectorio, quã coquinæ quælibet debeãt neceſſaria tribui. Poſt hæc cum needum ſufficere clauſtrũ ad tantam multitudinem fratrũ videretur vir magnanimus, maximæque fiduciæ, dormitorium atque capitulum, quæ dudũ ſumptu maximo ipſe conſtruxerat, ac veterem infirmantium domum, ex integro eſt aggreſſus euertere: & ampliandi clauſtri gratia, eaſdem quoque domos ampliores efficere. Quoniam igitur exteriorẽ dormitorij murum procul ab altero

Clauſtrũ.

Refectorium intelligit.

Mẽſa Abbatis.

Coquina fratrum. iuxta refectorium.

Cellariũ. ex quo tã coquinæ, quã refectorio neceſſaria promũtur.

Dormitoriũ & capitulum.

Infirmaria.

in magno montis prærupto ſtatuebat erigere: materiam in fundamento E
quinque cubitis craſſam maxime firmitatis gratia iaciens, eam in Ducentorum cubitorum ſpacium per longum protulit: in altitudine vero xxx. cubitorum erexit xx. & IIII. cubitis in latitudine à muro interiore diſtãté. A meridiano vero viginti amplas feneſtras inſtituit: è quibus tres maximè, tribus columnis marmoreis fulciuntur. Hæc autem domus priore longe amplior, firmior, pulchrior, & fabrorum eximia peritia & auctoris magnificentia euaſit, lateribus tecta, & honeſta picturis. Iuxta quam in
Veſtiariũ. vlteriori ipſius fronte, veſtiarium conſtituit fratrum: breue quidem, ſed aptum atque pulchrum. His fermè triennio impletis, montem eueſtigio interiacentem ſuffodere aggreditur in longum centum & quinque cubi-
Capitulũ. tis: in latum vero XL. & nouem: in altum circiter ſeptem. Sícque capituli F
ædem per tranſuerſum ab Orientali parte cõſtituit: vt interior eius frontiſpicij angulus, exteriori angulo tituli Baſilicæ connexus ſit: ipſius vero abſyda dormitorio propinqua videatur. Cuius domus longitudo cubitorum quinquaginta trium, latitudo viginti, altitudo decem & octo habetur. Habet autem à latere vno feneſtras vitreas ſpecioſiſsimas nouem, ab altero totidem. A frontiſpicio aquilonali tres rotundas: ab auſtrali duas æque rotundas: laqueari pauimento picturis pulcherrime ornata. Tantam verò dum iſta foderentur experti ſumus terræmotus vim: vt vna die decem & ſeptem vicibus, aliis vero diebus bis ter quater ac ſe-
„ pius etiam per ſingulos dies ſentiremus. Quod certè propter innumeras
„ eiuſdem loci ſepulturas neceſſariò tunc violatas (quæ ſanctorum fortè
Foſſione ſepulcra mota & violata, crebri terræ motus cauſa apud Caſinenſes credita. hominum fuerant) multi tunc contigiſſe putauimus. Nam raro aliàs hoc G
in loco contingere ſolet terræmotus. Verum quia ingens pręcipitium ab interiori dormitorij parte reliquum fuerat: erectis ſecus eandem domum camaris, terra ſaxíſque iniectis, complens cætera: & ante refectorium in fronte videlicet clauſtri, curua nihilominus camara, ciſternam maximam fabricans, ita demum clauſtri totius ſuperficiem coæquauit. Mox itaque arcus per girum deambulatorios ſupra centum & decem marmoreas columnellas inſtituens, clauſtrũ omne in longitudinẽ centum quinque cubitorum, in latitudinem verò LXXV. diffudit. Ea verò ipſi pars quæ maiori Baſilicæ contigua erat, quoniam ſi æquaretur cæteris, non aptus in ipſam Baſilicam eſſet ingreſſus: ſubtus item ac ſupra, deambulatorios fornicès fecit: & in eius vtriſque angulis marmoreos gradus, qui- H
bus in cætera deſcenderetur inſtituit. Ad capitulum quidem XV. à refectorio autem XIII. totúmque in circuitu & lapideis pauimentis bizantei artificij ſtrauit, & picturis pulcherrimis compſit. Nihil hoc expleto moratus, ſolarium palatij illius quod à Richerio cœptum, ipſe perfecerat, à priori eminentia ad clauſtri deiecit planitiem: ibique infirmorum fratrum quietem eſſe conſtituit. Ab Occidentali vero parte clau-
Cella nouitiorum. cap. 58. Reg. ſtri iuxta ciſternam (quam prædiximus) nouitiorum cellam decenter aptauit: in qua iuxta inſtitutum regulare, meditari, quieſcere atque comedere nouitij ipſi deberent. Sícque iam tandem fratres qui eatenus tot

A tot inquieti operibus tamdiu feſſi fractíque fuerant: opportuna ſimul & amœna ſtatione locatos ordini deinceps regulari quanto aptius & ordinatius, tanto diſtrictius dare operam docuit. His igitur omnibus ad votum cõſumatis, & interioribus fratrum officinis (vt optauerat) aptiſſimè perfectis, ad exteriora ſe nihilominus monaſterij ædificia perficiẽda impiger ac fortis accingit. Igitur Occidentali parte maceriam firmiſſimam erigens, portam triginta fermè cubitis extra veterem de quadrato ſeptóque lapide ſtatuit: Supra quam fortiſsimam turrim in quattuor vaſtis columnis erectam camera ingenti firmauit. Verum cum exterius præcipitium immenſum pateret, tumulúſque intus maior exiſteret: eo defoſſo, præcipitium illud ruderibus complens, cliuoſo licet tramite peruium *Porta monaſterij.*
B fecit: ac iuxta, extra ſcilicet portam Xenodochium ingens fabricauit. Itaque demum hinc inde muro contiguo ac vrbis more munito, omnem monaſterij ambitum ſepſit. Dehinc ab aquilonali parte Palatiũ permagnum hoſpitibus quibúſque ſuſcipiendis extruxit. Piſtrinum quoque tanto decore fabricatum eſt: vt multi peregrinorum hac properantium ignorantes, illuc ſæpius veluti ad Eccleſiam oraturi conuenerint. Non quibat Deſiderius inter iſta quieſcere: verùm ad conquirẽda ornamenta eccleſiæ tantæ congrua pulchritudini vndecunque quibus poſſet modis ſatagebat exquirere. *Xenodochium.* *Domus hoſpitum.* *Piſtrinũ.*

De renouatione Eccleſiæ ſancti Martini, & aliis rebus plurimis.

C

Capvt XXXII.

Chriſto igitur Duce omnia ſibi ad votũ perueniſſe conſiderans, hinc iam ad eccleſiam beati Martini (quæ ſola ferè iam intra monaſterij ambitum de veteribus ædificiis reliqua erat) innouandam ſe totum Deſiderius contulit. Euerſáque priori Baſilica & iactis in Chriſti nomine fundamentis, cœpit eiuſdem eccleſiæ fabricam in longitudine cubitorum XLIII. latitudine XXVIII. altitudine XXIIII. Feneſtras vtrinque ſtatuit nouem. Porticus etiam vtriuſque parietis in ſexdecim cubitorum altitudinem erigens, quaternis feneſtris ex vno latere, & ex altero totidem æque diſtinxit. Et illas quidem quæ in naui ſunt plumbo ſimul & vitro compactas tabulis ferro ligatis incluſit. Porrò in frontiſpicio Ec-
D cleſiæ ipſius feneſtras tres, vnámque in abſida ſimili decore perfici iuſſit. Quæ verò in porticibus ſunt, gypſeas quidẽm, ſed æque pulchras effecit. Columnas verò nouem ex vno latere, & ex altero totidem erexit. Secúſque ipſam eccleſiam curuato pariete breuem quidem, ſed perpulchram domum ad eiuſdem eccleſiæ miniſterium inſtituit. Cancellos verò lapideos ante beati Martini altare mirificos perfici iuſſit: Abſidámque muſiuo veſtiuit. In qua etiam aureis litteris hos verſus inſcripſit.

Cultibus extiterat quondam locus iſte dicatus
Dæmoniacis, inque hoc templo veneratus Apollo:

Quod pater huc properans Benedictus in omnipotentis
Vertit honore Dei, Martini & nomine ſancti. E
Hoc Deſiderius poſt centum luſtra vetuſtum
Paruúmque euertit, renouauit compſit & auxit.

Iam verò eccleſiæ ipſius pauimentum quam ſit cóſpicuum quam ſpecioſum & vario conſtratum marmore, cuiuis cernere in promptu eſt. Legiuum quoque pulcherrimum auro & coloribus pictorum arte ibidem extrui iuſſit. Ante ipſius autem ſancti altare tabulam argenteam ac deauratam & pulcherrimè ſcalptam XLIIII. libras habẽtem Deſiderius faciendam curauit. In qua omnes ferè ſancti Euangeliſtæ Matthæi, & ſancti cófeſſoris Chriſti Martini ſcalpi fecit hiſtorias. Fecit & portas æreas in ipſius eccleſiæ ingreſſu. Iuxta eandem verò Baſilicam manſiunculam ſibi conſtruens, appoſitis trabibus, tegulis deſuper texit. Hæc vbi cooperãte Domino illi ex voto ſucceſſere, beati Apoſtoli Bartholomæi Baſilicam cum omni fratrum conuentu III. Non. Ianuarij, à Ioanne huius ante Cœnobij monacho & poſt Sorano epiſcopo factam, fecit ſolemniter dedicari. In cuius altari Apoſtolici corporis partem haud exiguam in argẽtea condidit capſa. In qua has etiam reliquias poſuit. De lapide ſancti Sepulchri. Sanctorum Ioannis & Pauli, Viti, Ianuarij, Hermetis, & XL. martyrum. Enimuero tantæ apud Romanum pontificẽ Deſiderius auctoritatis erat: vt in quibus vellet eccleſiis ſiue monaſteriis ſuo paſtore viduatis, iure ſuo poſſet vel Epiſcopos vel Abbates ſubſtituere. Non multo poſt tempore ædiculas quoque illas quas inſtar turrium in atrij (diximus) angulis conſtitutas, ab eodem Ioanne alteram, alteram à Leone Aquinenſe epiſcopo, magno cum gaudio dedicari fecit IIII. Idus Septembris. Sanè in altari beati Michaëlis Archangeli reliquias condidit ſanctorum Nicandri, & Marciani, Ioannis & Pauli, Viti, Mercurij, † Æcaterinæ, & ſanctorũ Apollinaris epiſcopi, Proti & Hyacinthi. Altare vero principis Apoſtolorum Leo Aquinẽſis epiſcopus diuino nomini, ipſo Domno Abbate fratrúmque omnium adſtante conuentu, magna cum lætitia & deuotione ſacrauit. In eodem vero altare conditæ ſunt iſtę reliquiæ. De quinque panibus hordeaceis, ſanctorum Apoſtolorũ Petri, Matthæi & Iacobi ac beatorum Nazarij & Celſi, Fœliciſſimi & Agapiti, Sergij & Bacchi, Nicãdri & Marciani, Aurelij, Protaſij, Fortunati, & ſociorum eius. De veſtimẽtis etiam trium puerorum.

† Ita quidam veteres ſcribũt, pro Catherina.

F G H

De Alberico diacono, & eius operibus in ſcripto æditis.

CAPVT XXXIII.

PEr idem tempus Albericus diaconus vir † diſertiſſimus & eruditiſſimus ad hunc locum habitaturus aduenit. Hic in monaſterio poſitus compoſuit librum de virginitate ſanctæ Mariæ. In muſica dialogũ. Contra Henricum Imperatorem, De electione Romani pontificis. Vitam ſanctæ virginis Chriſti Scholaſticæ & de ea Homeliam. Vitam ſancti Dominici. Paſſiones ſanctorũ Modeſti & Cæſarij. Librum de dialectica. Eius

† Talem cũ quoque prædicat Platina in Nicolao Papa. 2.

A Eius temporibus facta eſt Synodus in vrbe Roma contra Berengarium diaconem eccleſiæ Andegauenſis: qui inter multa quæ nitebatur aſtruere, ſacrificium corporis & ſanguinis Domini figuram eſſe dicebat. Eíque cum nullus valeret obſiſtere: Albericus idem euocatur ad ſynodum. Quo dum veniſſet, poſt multos verborum cõflictus cum neuter cederet, Albericus vnius hebdomadæ acceptis induciis, librum aduerſus eundem diaconem ædidit de corpore Domini, ſanctorum patrum teſtimoniis roboratum: in quo omnes aſſertiones eius deſtruxit æternáque obliuione deleuit. Fecit & verſus in vitam ſanctæ Scholaſticę, Rythmos in Paſcha, De die iudicij. De monacho pœnitente. Scripſit & alia plurima quæ in noſtram non venere notitiam.

To. 3. Cõcil. Berẽgarij reſipiſcentiã & confeſſionem Catholicã habes. De cõſec. diſt. 2. Ego Berengarius.

B *De Alfano & Amato monachis & epiſcopis, & de Conſtantino monacho, & eorum ſcriptis.* CAP. XXXIIII.

EO etiam tẽpore Alfanus Salernitanus epiſcopus, & huius monaſterij monachus (cuius ſupra meminimus) vir in ſanctis litteris eruditiſſimus, & dogmatibus eccleſiaſticis apprimè imbutus, cõpoſuit nitido lucidóque ſermone paſſionem S. Chriſtinæ: & librũ hymnorum, ac verſuum. Amatus quoque epiſcopus & huius monaſterij monachus, eodem tempore ſcripſit verſus de geſtis Apoſtolorum Petri & Pauli: quos in IIII. diſtinxit libros. Hiſtoriam quoque Normãnorum componens, eidem Abbati dedicauit. Iſtius item Abbatis tempore Cõſtantinus Afer huc veniens & habitum ſanctæ religionis accipiens, eccleſiã S. Agathæ in C Auerſano Pago à Richardo principe ſibi conceſſam monaſterio deuotiſſimus obtulit. Non erit ocioſum, ad poſterorum memoriam quis quantúſque iſte vir fuerit litteris tradere. Hic igitur relicta Carthagine vbi ortus fuerat, Babyloniã petiit: vbi diſciplinis omnibus Chaldæorum, Arabum, Perſarum, Ægyptiorum, & Indorum pleniſſimè inſtructus, poſt annos XXXIX. ad Africam rediit. Quē ita eruditum omnium gentiũ linguis & litteris interimere Afri cogitabant. Quod ille vbi didicit, clã ingreſſus nauem: Salernum venit: ibique in habitu mendici aliquandiu latuit. Inde à fratre Babyloniorum regis qui eò tunc venerat agnitus, Roberto Duci magnificè eſt commendatus. Poſtmodum verò relictis omnibus ad hoc monaſterium (ordine quo ſupradiximus) veniens, mo- D nachus effectus eſt. In hoc autem Cœnobio poſitus tranſtulit ex diuerſarum gentium linguis plurimos libros: in quibus iſti præcipui ſunt. Pantegnum quod in libros XII. ſcidit: vbi expoſuit quid medicum oporteat ſcire. Practicam de ſeruatione ſanitatis, & curatione morbi. Librum graduum. Dietam ciborũ. De febribus quem de Arabico tranſtulit. Librum de vrina. De interioribus membris. Viaticum quem in ſeptem diſtribuit partes: videlicet de morbis in capite naſcentibus. De faciei morbis. De inſtrumentis. De ſtomachi & inteſtinorum morbis. De morbis hepatis renum veſicæ ſplenis & fellis. De his quæ in cute naſcuntur. Expoſitionem aphoriſmi: librum tegni, megategni, mi-

De hoc Cõſtantino monacho Caſinenſi & medico, Trithemius li. de ſcriptorib⁹ eccleſiaſticis. Item li. 2. de viris illuſt. ord. S. Benedicti, cap. 70.

crotegni: antidotarium. Diſputationem Platonis, & Hippocratis in ſententiis. De ſimplici medicamine: de genecia: de pulſibus: de experimentis. Gloſas herbarum & ſpecierum, de oculis. E

Alexãdro Papa 2.

De dæmoniaco, & clauda curatis ab Alexandro Papa: & de eius tranſitu: & electione Gregorij. CAP. XXXV.

SEquenti tempore memoratus Papa Alexander vrbe egrediens: venit ad monaſterium. Qui à Deſiderio honorificè ſuſceptus, dum Abbatis habitationem quæ iuxta ſancti Nicolai eccleſiam conſtructa eſt, ingreſſus fuiſſet: dæmoniacus quidam qui tunc illò aduenerat ei factus eſt obuius. Quem ſanctus pótifex vt vidit, orationem fundẽs ad Dominum, dixit ad dæmonem: Præcipio tibi immunde ſpiritus, vt exeas ab hoc homine: & vadas in illum locum vbi nec auis volat, nec vox hominũ reſonat: F & ſis ibi vſque ad diem iudicij. Mirabilis Deus in ſanctis ſuis, qui ſe inuocantes & de ſua miſericordia præſumentes velociter exaudire dignatur. Dæmon ad pontificis imperium exiit: cunctíque qui aderant cœperunt benedicere Deũ. Neque hoc tacendũ videtur, quod omnipotẽs Deus per eundem famulũ ſuum operari dignatus eſt. Nã cum pertranſiret Aquinũ, claudã quandam in itinere iacentẽ inuenit: cuius infirmitati compatiens pontifex, aquã vnde poſt miſſarum ſolennia manus ſuas abluerat ei ad bibendũ dedit. Quam illa vbi ſorbuit: ſanitati reddita Deo gratias maximas reddere cœpit. Fecit præterea idem ſanctiſſimus pontifex patri Deſiderio priuilegium, de monaſterio S. Mariæ in palladio cum pertinentiis ſuis: accipiens ab eo eccleſiam ſanctæ Hieruſalẽ, quam Leo reuerentiſſimus Papa (ſicut ſupra diximus) Richerio Abbati noſtro tradiderat. Cõceſſit etiam G prædictus Alexander Deſiderio noſtro perſonaliter vrbem Terracinenſem cum pertinentiis ſuis. Defuncto autem eodem pontifice clerus po-

1073. Greg. Pa. 7.

pulúſque Romanus in vnum coeunt: Hildebrandúmque ſedis Apoſtolicæ Archidiaconum eligentes, Gregorium appellari decernunt. Qui eodem ordinationis ſuæ anno ad hoc monaſterium veniens, adiuncto ſibi Deſiderio Beneuentum perrexit: indéque Romã regreſſus eſt. Quo tempore dum in ſolemnitate Dominicæ natiuitatis in eccleſia ſanctæ Mariæ maioris Miſſarum ſolemnia ageret, à quibuſdam Romanis infidelibus iuxta ſanctum altare captus, vi atque conſtantia Romanorum omnium, ipſa die receptus eſt. H

De reſtitutione monaſterij ſancti Angeli. CAP. LXXXVI.

PEr idem tempus, Richardus princeps per præceptum obtulit ſancto Benedicto eccleſiam ſancti Angeli ad formas: quam ſuperius à Martino Papa monaſterio conceſſam Baldoini tẽpore plenius ſcripſimus. Sed quia Capuanus Archiepiſcopus illam eo tẽpore retinebat: præfatus princeps cupiens ibidẽ facere monaſteriũ, ante annos ſeptem cum eo permutauit: data ſibi illius vice eccleſia S. Ioãnis de laude paldi, quæ tũc ad palatiũ pertinebat, cũ ornamẽtis & libris pluribus & omnibus pertinẽtiis eius.

Accepit

A Accepit autem ab ipſo Archiepiſcopo cum dicta ſancti Angeli eccleſia alias eccleſiàs tres iam vetuſtate collapſas: ideſt ſancti Saluatoris, ſancti Ioannis, & ſancti Hilarij, cum omnibus vbicumque ad eaſdem eccleſias pertinentibus, appoſita pœna librarum auri ſexaginta, ſiquando vel ipſe Archiepiſcopus vel aliquis ſuorum ſucceſſorum id remouere voluiſſet. Quo facto conceſſit in eodem loco eccleſiam ſancti Angeli intra Capuam cum omnibus pertinentiis ſuis: necnon & quicquid erat iuris ſui in toto Sarzano cum omnibus illic habitantibus ruſticis, & quæque ibi pertinuerunt Gregorio comiti palatij, & Petro filio Doferi in loco ſancti Heraſmi. Cum is igitur omnibus, & cum omnibus pertinentiis ſuis adiecta commutationis chartula, quam à memorato Archiepiſcopo acceperat, B huic Caſinenſi Cœnobio prædictam eccleſiam obtulit. Et quoniam locus ille valde amænus aptúſque ad monaſterium ædificandum erat: rogauit humiliter Deſiderium, vt in ſuum ſingulare beneficium id efficere monaſterium pergeret. Quòd & fecit, tulítque dimidium mobilium omnium ex albanetæ monaſterio, medietatémque monachorum eiuſdem loci: atque ad ipſum nouum direxit monaſterium. Cœpítque Deſydcrius illud ex integro ædificare: peregitque venuſtiſſimè, vt hodie cernitur. Vbi etiã intra breue tempus quadraginta ac plures monachos regulariter victuros aggregauit.

De ſeptem miraculis meritis ſancti Benedicti.

Cap. XXXVII.

C Eodem item tempore ruſticus quidam ex Apulia dum eſtruaret ſiti ad bibendum perrexit. In quem mox diabolus ingrediens, crudeliſſimè eum vexare cœpit. Ductus autem à propinquis ad monaſterium atque ante patris Benedicti corpus iactus, eius interuenientibus meritis, continuò curatus eſt. His etiam diebus, cũ in hoc Cœnobio vix tantum vini ad totius monaſterij ſtipendium eſſet in vaſe, vt vno & ſemis palmo tantũ aſcenderet à fundo: Frater qui cellæ vinariæ præerat ad Deſiderium pergit: eíque vini inopiam retulit. Ad quem ille, prius (inquit) quam ad Robertum ducem pergam, veni ad me: & vnde id emere debeas dabo. Monachus quid Deſiderius præcepit oblitus, ad eũ minime rediit. Deſyderius autem Robertum (vt inſtituerat) adiit ducem. Sed qui in deſerto D quadraginta annis manna populum pauit: ipſe per tres menſes & dimidium, vinum illud exiguum, ita vt omnes inde biberent, creſcere fecit. Quidam vero puer ex monaſterij famulis, myſteriorum cæleſtium ignarus, vehementer admirans vinũ in vaſe durare tandiu, cellã vinariã adiit, vinũ menſus eſt: ſtetítque eadem hora, & vltra creſcere deſiit. Tunc ad monachũ gratulabundus accedẽs ait. Ego nunc vinum menſus ſum: tantúmque eſt quantum fuit ante tres menſes. Quo audito monachus grauiſſimè illum verberauit. Puer autem fugiens clauſtrum ingreditur fratrum: & quid ſibi monachus fecerit per ordinem pandit. Quem venerandæ memoriæ Stephanus tunc decanus euocans, dixit: Cur hunc pue-

Dæmoniacus curat'.

Vinum in vaſe auctũ miraculoſè.

rum adeo crudeliter cæcidiſti? Tum frater, hoc (ait) quod nunc in vino per merita beatiſſimi patris Benedicti Deus operari dignatus eſt, multis iam vicibus egit. Hic verò ad vaſculum pergens vinum menſus eſt: & vlterius in vaſe non creuit. Illi autem hæc audientes benedixerunt Deum: qui ſuis temporibus hoc in loco antiquum eſt dignatus renouare miraculum. Nocte quadam cum frater Georgius Manſionarius in ſtratu ſuo vigilaret: audiuit duos in eccleſia pueros mira ſuauitate, dulcíque modulatione, referre laudes Deo. Sciens itaque pro certo neminem eſſe monachorum intra monaſterium qui puerilem haberet vocem, confeſtim ſurgens eccleſiam ingreditur: nullúmque reperiens, mane facto quid audiſſet fratribus per ordinem pandit. Illi Angelorum frequentiam ad beati Benedicti corpus laudes Deo ceciniſſe dixerunt. Alio tempore præfatus Georgius lampadem ante imaginem Saluatoris (quæ ſupra fores eccleſiæ picta eſt) pendentem refecturus aduenerat. Et ecce videt illam tenſis vnculis in aëre pendere: nulla prorſus eam præter ipſum aërem ſuſtentante materia. Conuocatis ille fratribus qui eminus aberant, quod miratur oſtendit. Ipſíque poſtmodum cum eo pariter huius teſtes fuere miraculi. Nocte quam præcedebat dies tranſitus ſancti patris noſtri Benedicti, dum ad vigilias vnus è cuſtodibus lampadem ante imaginem eiuſdem beati patris dependentem reficeret: lapſa ſubito lampas in pauimẽtum cecidit, illeſáque permanſit. Iterum eleuata iterum cecidit: erecta tertiò, tertio corruit: cum trino caſu nec fracta lampas, nec effuſum oleum, nec igniculus extinctus eſt. Cum die quadam vnus è cuſtodibus, ante altare accenſam lampadem vſque ad ipſa fermè eleuaſſet laquearia: repentè lapſa lampas in pauimentum cecidit. Mirabilis in ſanctis ſuis Deus: miraculo ſimili, nec fracta lampas, nec effuſum oleum, nec ignis extinctus eſt. Tunc temporis in monaſterio ſancti Benedicti, quod intra Salernum conſtructum, & huic eſt monaſterio ſubditum, inſigne ſatis miraculum contigit. Ex ipſius namque monaſterij familia, lupus paruulum puerum clandeſtinus petiit, rapuit, abiit. Poſt quem tranſfixa doloris iaculo mater inclamans ait: Adiuro te beſtia per beatum Benedictum, cuius ſeruus eſt, ne filium meum vlterius feras: ſed eum ſub omni celeritate dimittas. Quo lupus audito, hunc quidem quem ferebat aperto protinus ore dimiſit: in alium verò puerum repentinus inſiliit: eúmque ſubito deſecans, truncum cadaueris ſpreuit: præciſúmque caput mordicus apprehendens, in ſuas latebras aſportauit.

Angeli voce puerili ad corpus S. Benedicti modulantes.

Lãpas in aëre ante imaginem ſaluatoris abſq; fulcimento pẽdens.

Lãpas in pauimẽtũ vſque tertio lapſa, & minimè fracta.

Simile de alia Lampade.

Lupus adiurat⁹ per nomẽ ſancti Benedicti, puerum raptũ reportat.

De oblationibus quorundam. CAP. XXXVIII.

CIrca hos dies Michael Conſtantinopolitanus Imperator patri Deſiderio per nuncios dona plura tranſmiſit: poſcens vt pro ſe ac liberis & pro ſtatu imperij ſui, omnipotentis Dei clemẽtiam aſſiduis precibus exoraret. Inſuper ob ſancti patris Benedicti reuerentiã, pro ſalute animæ ſuę per præceptum aurea bulla roboratum conſtituit, vt annis ſingulis monaſterium illud ex regiis redditibus auri XXIIII. libras acciperet, & pallia quattuor

A quattuor ad noſtræ congregationis ſubſtentationem. Borellus autem comes Borelli maioris filius, cum ob nonnulla ſua in hoc loco ſeruitia, Deſiderij familiaritatem nó immeritò fuiſſet adeptus, monaſterium ſan-cti Petri de auellana (quod pater ipſius beato Dominico anno XLIIII. annos ad conſtruendum tradiderat, quódque idem Borellus ampla ſatis terrarum poſſeſſione ditauerat) cum eccleſiis, colonis, omnibúſque omnino pertinentiis, ac poſſeſſionibus ſuis, id eſt terra quinque miliũ fermè modiorum beato Benedicto deuotiſſimus obtulit. Cuius monaſterij cum longe poſt Gualterius illius nepos XII. villas nequiter retineret: ad monaſterium veniens ſua illas ſponte reſtituit. Theodinus quoque, Odoriſius, atque Bernardus Baluenſes comites, non multopoſt & ipſi mona-B ſterium ſancti Petri in valle lacus ſitum, & aliud eremitarum monaſterium in loco qui dicitur pratum cardoſum (quæ & ipſa nihilominus à beato Dominico ante non multos annos fundata fuerant) huic monaſterio ſimiliter obtulerunt, cum quinque adiacentibus lacubus, & cum omnibus omnino pertinẽtiis ac poſſeſſionibus eorum tam in baluenſi quam in marſicano & teatino comitatu. Eodem anno oblatum eſt beato Benedicto à quibuſdam nobilibus caſtrum marſicanum, quod meta dicitur, cum omnibus finibus ac pertinentiis ſuis. Necnon & eccleſia ſancti patris ad formas, & eccleſia ſancti Donati ſupra ipſas formas, cum omnibus quæ ad ipſas eccleſias pertinent, ſiue quæ ad ipſos nobiles iure hæreditario perueniebant, tam in formis ipſis quam in valle frigida. Eodem item anno Leo & Girardus fundani conſules obtulerunt ſancto Patri Benedi-C cto monaſterium ſancti Magni cũ omnibus ad ſe pertinentibus: & cum quarta parte piſcariæ fundani lacus: & cum eccleſia ſanctæ Mariæ iuxta amphiteatrum fundanæ ciuitatis, Sancti Mauri & ſancti Martini ad tirille, & ſancti Andreæ in terracina, ſanctíque Nicolai in vrbe Roma cum omnibus illarum pertinentiis, & rebus. Idem etiam conſules vnà cum Richardo de Aquila pari modo obtulerunt huic monaſterio eccleſiam ſancti Onufrii cum pertinentiis ſuis. Et quoniam locus ille ad conſtruendum monaſterium idoneus erat: Cupiens Deſiderius ibi monaſterium fieri per Girardum præpoſitum ſancti Nicolai (qui poſt eum quintus huius Cœnobii Abbas effectus eſt) in ſtatum quo nunc cernitur erexit. His quoque diebus Littefridus Fundanus conſul chartam fecit monaſterio D de omnibus quæ ad ſe pertinebant in ciuitate Fundana, & valle decurſa, & aqua viua, & aliis pleríſque locis, & de tertia parte piſcariæ ad ſanctam Anaſtaſiam, & de monaſterio ſancti Archangeli, & de omnibus quæ ad eum paternó vel materno iure pertinebant. Per idem quoque tempus Ioannes Hiſernienſis vir nobilis itidem obtulit huic Caſinenſi Cœnobio monaſterium ſancti Benedicti, cum duabus aliis ipſius cellis ſanctæ Mariæ, & S. Luciæ, omnibúſque illarum pertinentiis. Morinus item comes Venefranns quattuor ſimiliter eccleſias obtulit: id eſt ſancti Nazarij, ſancti Petri, ſancti Barbati, & ſancti Martini.

De tribus miraculis, meritis beati Patris Benedicti, patratis. E
CAP. XXXIX.

OPereprctium reor quid hoc anno dominus beati Benedicti meritis in Galliis operatus ſit, ad poſterorum memoriam, & ædificationem, tradere hiſtoriæ. Quidam vir præpotens, Gallorum gente progenitus tantis ſe à puero vitiis expoſuerat, tot flagitiis impiarat: vt nulla pars corporis proprio vacaret à vitio. Hic ad mortem veniens, conuocatis cuiuſdam Cœnobij fratribus monaſticum habitum ſibi tribui flagitabat. Mox autem vt ſacris indutus eſt veſtibus, ſpiritũ reddidit. Cuidam verò ſeruo Dei iuxta manenti dominus, quę circa defuncti animam agerentur eſt dignatus oſtendere. Mox enim vt de corpore exiit, terribilis dæmonum turba cathenis eam igneis vinciens, cum ad tartarea ferre conaretur incendia: beatiſſimus pater Benedictus paſtoralẽ manu præferens virgã, in medium adſtitit. At vero hoſtes ſe prædam perdere cognoſcentes dixerunt: Quot à nobis iamdiu animas tuleris Benedicte noſti: hunc verò qui boni numquam aliquid geſſit, iniuſtè agis, ſi à nobis auferre conaris. Et ſecundus, Ne vobis (inquit) iniuſtè fortaſſis agere videar, eius facta examinate: & ſi quid veſtri operis ex quo meum accepit habitum recognoſcitis, vobiſcum ducite. Tunc ille malignorum conuentus victum ſe rationabiliter ſentiens, in tenues dilabitur auras hoc Dei ſeruus vt vidit, cœpit laudare clementiam Chriſti: qui eandem animam adeo mirabiliter de manibus dæmonum liberare dignatus eſt. In eiſdẽ item partibus monaſterium eſt in honore ſancti eiuſdem patris dedicatum: in quo dum fratres diem feſtiuitatis eius ſolemniter celebraſſent, atque ad cœnam venientes, piſces non ſe habere perſpicerent: conqueri contra Abbatem cœperunt. Subſequenti vero nocte ſanctiſſimus pater Benedictus Abbati per viſum apparens, dixit: Cur fratres triſtantur? Et ille quia inquit piſces die præterito non habuerunt. Ad quem ſecundus. Equidem in monaſterio meo Caſinenſi cellerarium è ſæculo migrantem expectaui. Qui quoniam peccatorum erat ponderibus preſſus, eum omnibus orationibus iuui: quem omnipotens Deus in æternæ vitæ quiete conſtituit. Nunc vero piſcatores mitte ad proximum monaſterij lacum: ibique abundanter inuenies, vnde murmur ſedare valeas fratrum. Abbas autem euigilans piſcatores ad lacum celeriter miſit. Quod dum fratres cernerent mirari cœperunt: quia lacus ad quem piſcatores pergebant, ſerpentes ſolos ranáſque ferebat. Piſcatores autem lacum in quo nec ante nec poſt aliquis piſcatus eſt ingreſſi, tantam cœperunt multitudinem piſcium: vt per octo continuos dies fratribus ad comedendum ſufficerent. Quidam Ioannes, cognomine Venafranus, vice comes, Iordanis primi principis filius fuit, vir flagitioſiſſimus & omni nequitiæ labe inquinatus. Qui dum morti propinquaret, huc ſe perferri ſanctæque religionis ſibi habitum tradi orauit. Eius votis amici annuentes, huc illum duxere: atque ante corpus ſanctiſſimi patris Benedicti veſtem illi monaſticam tradi impetrarunt. Eam ille

A ille vbi ſuſcepit, ſtatim ex hac vita migrauit. Illo autem ſepulto, ruſticus quidam de monaſterio egrediens ad campeſtria loca pergebat. Cúmque ſub eccleſia ſancti Seueri, olim Caſinenſis epiſcopi in hoc monte ſita, veniſſet: diabolum in via ſtantem reperit, ſtatura procerum, digitos habentem vnguéſque valde prominentes, virgamque tenentem manu, & ruſticum toruo intuentem ore. Cúmque ad eum ruſticus perueniſſet, diabolus ait. Vnde venis? Ille hominem exiſtimans, ex Caſinenſi inquit Cœnobio. Et ille, quid (ait) actum eſt de Ioanne vicecomite? Ad quem ruſticus. Mox inquit vt monachus effectus eſt, è vita migrauit. His auditis diabolus conqueri cœpit, ac dicere. Hei mihi Benedicte: Hei Benedicte mihi. Cur meos quotidie ad te ſeruos conuertis? Cur me tam immaniter adeo crudeliter perſequi non deſiſtis? Hæc dicens, furibundo & flámanti ruſticum vultu reſpexit, & ait. Scito certiſſimè quia niſi hodie in Benedicti monaſterio cibum potúmque ſumpſiſſes, & inde allatum panem in ſinu tuo modò teneres: nulla mora interpoſita te continuò occiderem. Statímque per deuexi montis latus ſe præcipientem dedit, lapides & arbores in modum turbinis trahens. Ruſticus autem hoc viſo tremens de monte deſcendit: & cuncta quæ viderat & audierat per ordinem pandit. Cúmque ad aquam, quæ Caſinus dicitur, aduenisſet: iterum illi diabolus apparens, adhuc (inquit) per terram hanc ambulas? frendénſque ea quæ prius locutus fuerat protulit: & Caſini aquam virga quam tenebat validiſſime percuſſit atque diſparuit. Ad cuius ſonitum ruſtico viſum C eſt terram totam tremuiſſe, & aquam fluminis, tempeſtatis more, ſurſum in aera fuiſſe ſublatam. Qui domum rediens languore corripitur: atque poſt diem tertium vita priuatur.

De recuperatione caſtri Mortulæ, & aliis quibusdam,
CAP. XL.

EOdem tempore Landenulfus qui fuerat Caleni comes, cum alueum fluminis Gariliani nihil caſtro noſtro Mortulæ pertinere nobiſcum contendiſſet: ſub Sueſanis iudicibus conuictus rationibus ceſſit: ac ſcripto ſuo inde confecto ius noſtrum ipſe roborauit. Ioffridus etiam qui cognominatus eſt Monius, eodem tempore à Richardo principe monitus ad monaſterium venit: ac præſente Deſiderio piſcarias Gariliani fluminis D dudum huic monaſterio ex parte pertinentes (quas vſque ad illud tempus Sueſſani comites violenter detinuerant) monaſterio reddidit. Sequenti tempore Ioffridus alius Caietanorum dux, obtulit ſancto Benedicto monaſterium ſancti Heraſmi de ciuitate Furmiana, & monaſterium ſancti Petri de Foreſta, cum omnibus poſſeſſionibus ipſorum. Tunc & Lando Arpinenſis vrbis dominus ad mortem veniens, legauit huic monaſterio omnia quæ hæreditario iure ad ſe pertinebant: ideſt medietatem Arpini, & montis nigri, & ſancti Vrbani, & vici albi, & caſæ Siluerij: pœna propoſita centum librarum auri, ſi quis hoc iudicium violare vllo pacto vel remouere quæſiſſet.

De mota quæſtione coram Apoſtolico, ſuper eccleſia ſanctæ Sophiæ, & ſancti Angeli. CAP. XLI. E

PEr idem tempus ſupradicto Papa Gregorio Romæ ſynodum habente, Leo huius monaſterij bibliothecarius, qui poſtea Hoſtienſis epiſcopus fuit propoſuit litem de monaſterio ſanctæ Sophiæ de Beneuento: quod nuper Beneuentani à ditione noſtri Cœnobij violenter abſtraxerant. Cúmque res ad iudicium deducta eſſet, audientibns omnibus recitata ſunt omnia priuilegia noſtra: quibus principes, Romaniqueponticifes, Imperatores, reges, duces prædictam cellam huic monaſterio donaſſe probatum eſt: decretúmque à ſummo pontifice cellam ipſam nihil ad Beneuentanos pertinere, ſed iuris noſtri perpetuo eſſe debere. In eadem F item ſynodo inſtitutum eſt, vt qui à laico inueſtituram eccleſiæ acciperet: anatemate vterque plecteretur & qui ſcilicet daret & qui acciperet. Eodem item tempore cum prædictus pontifex Capuæ remoraretur: clerici ipſius ciuitatis inuidis vocibus quæſti ſunt eccleſiam ſancti Angeli, quæ dudum Capuanæ eccleſiæ fuerat, in ius noſtri monaſterij iniqua commutatione tranſiſſe. Eam quærimoniam orante Deſiderio idem Apoſtolicus indiſcuſſam manere non patiens, per idoneos veracéſque viros an digna fuiſſet ea commutatio diligenter fecit inquiri. Qui diſcuſa rei veritate, repeterunt falſam eſſe calumniam, multóſque amplius datum pro commutatione quam ipſa valeret eccleſia. Quod Herueus etiam Archiepiſcopus ipſius ciuitatis ita eſſe confeſſus eſt. Hoc accepto teſtimonio Romanus G pontifex perpetuò ſilentium indixit tam Archiepiſcopo quam Capuanis & clericis, ne quis inde litem vltra mouere præſumeret: idque ſuo quoque firmauit priuilegio, ſub cura Caſinēſis Cœnobij perpetuò illā eſſe decernens, cum omnibus quæ ibi collata fuiſſent, ſiue in poſterum concedenda: temeratoribus edicti huius excommunicationis ſententiam inferens, ſeruatoribus Apoſtolicam benedictionem, pacéque perpetuam imprecans.

De miraculis quorumdam monaſterij huius monachorum.
CAP. XLII.

HIs quoque diebus quidam huius Cœnobij frater Angelus nomine, vir omni virtute ornatus & reuerendis moribus præditus, ad extrema perueniens Deo ſpiritum reddidit. Dæmoniacus autem quidam adueniens garrire cœpit: Quid hac hora mihi Benedicte feciſti? Angeli monachi animam, ob exigui cuculli geſtaturam, meæ poteſtati ſubducens, tuo in cæleſtibus gregi ſociaſti. Cúmque hæc lugubri voce proſequeretur, repentè ſignum quo fratrum obitus ſignificari ſolet inſonuit: cunctéſque præfatum Angelum iam vita exceſſiſſe reperiunt. Alius in hoc Cœnobio monachus fuit Ioannes nomine, qui dum hic mortuus eſſet ac ſepultus: quidam frater Ramicis incommodo ita laborabat, vt membrana intercutanea diſrupta viſcera intra carnem laberentur & corium. Hic fratris H

Signū ſpeciale in mōaſterio ad ſignificandū obitū alicuius fratris.

A fratris illius tumulum adiit: ibique corpore toto proſtratus omnipotentis Dei cœpit rogare clementiam: vt interueniente Ioanne ſeruo ſuo, rupturam illam ſolidare dignaretur. Quantum verò ipſius Ioannis apud Deum poſſet oratio continuò claruit. Nam vix ille orauerat, cum fractura omnis illa curata eſt. Frater alius eodem tempore in hoc monaſterio fuit, Stephanus nomine, qui dum Deo redderet ſpiritum, anus quædam, Agundia nomine, ante eccleſiam ſanctæ Dei genitricis quæ ad radicem montis huius ſita eſt, in oratione pernoctans, dum ad montem direxiſſet obtutus, vidit ex infirmorum domo columnam igneam egredi cœlorúmque alta penetrare. Quo viſo nuncium protinus ad monaſterium dirigens, eadem hora Stephani animam exhalaſſe cognouit: B quia ipſa columnam igneam cælum penetrare perſpexit.

De quorumdam oblationibus. CAP. XLIII.

IOannes præterea Hugonis comitis filius, patris exemplum ſecutus, obtulit beato Benedicto integram partem ſuam caſtri Suij cum omnibus ad eam medietatem pertinentibus: partémque nihilominus ſuam monaſterio ſancti Heraſmi. Sanſum item Alberti filius Pennenſis comitatus, donauit per ſcriptum ſortem integram hæreditatis ſuæ; medietatem ſcilicet caſtri planelli, cum eccleſia ſancti Stephani, medietatémque Paſiniani cum terra modiorum mille. Robertus quoque dux capta Tarento nobiliſſima Apuliæ ciuitate, obtulit beato Benedicto monaſterium ipſius ciuitatis, quod ſancti Petri imperialis dicitur, cum omnibus pertinentiis ſuis, centũ que familias hominum ad ipſum locum pertinentes. Totam præterea decimam ſui frumenti, hordei, vini, & olei, & omnium piſcium piſcariarum ſuarum: appoſita pœna librarum auri quingentarum, ſi quis id remouere quæſiſſet. Eiſdem ferè temporibus Panormitana ciuitas ab eodem ſtrenuiſſimo duce capta eſt. Quonam autem modo dux ipſe Siciliam cœperit (licet ſupra ex parte tetigerim) opportunum videtur ad poſterorum memoriam hoc in loco perſcribere.

C (margin letter beside "capta Tarento")

Quomodo Robertus Guiſcardus Siciliam cæperit: & Salernum & alia. CAPVT. XLIIII.

D CVm itaque Vulthumnus admirarius Panormum potiretur, quidam è ſeruis eius Belchus nomine, aduerſus eum inſurgens, honore patriáque priuatur. Pulſus ille Sicilia, ad Roberti ducis confugit auxilium. Dux ergo nauali coacto exercitu Siciliam Chriſto duce oppugnaturus ingreditur. Saraceni aduerſus eum forti cum exercitu iuxta Meſſanam congreſſi vrbem, ſine mora, fauente Chriſto, fuſi atque proſtrati ſunt: reliqui verò fugæ præſidium occupant. Meſſana capta occiſoque admirario, Rimetum dux ipſe peruenit ad vrbem. Quam ſibi tributariam faciens, cũm equitibus mille totidemque peditibus ad caſtrum Ioannis peruenit. Aduerſus eum

Balchaoth Saracenorum admirarius cum quindecim milibus equitum, E
& centum milibus peditum properans iniit bellũ. Mirũ & omnibus retro temporibus inauditũ. Cùm ex Chriſtianis nullus omnino aut mortuus aut vulneratus ſit: paganorum numerus cæſorum vix colligi poteſt, ob illorum nimiam ſtragem. Dux inde victor abſcedens, valledemenem venit: vbi beati Marci extructa arce, Calabriam rediit: Barimque totius Apuliæ primariam vrbem obſidere per girum exercitu diſpoſito cœpit. Quam cum obſeſſam diu, in deditionem tandem accepiſſet: magna cum exercitus vi Siciliam remeat: captáque catania, Panormum obſidere pergit. Quam poſt quintum obſidionis menſem (vt optabat) obtinuit. His ſibi proſperè atque ad votum contingentibus, dux animoſius exercitu conflato ingenti: aduerſus Salernum caſtra locare diſponit. Id F
vbi comperit ſupradictus Papa Gregorius, Deſiderio patre obiecto, Giſulfo principi mandat, vt ducis expetat pacem. Ille ad hæc ne reſpondere quidem voluit. Dux autem collectis viribus contra Salernum tentoria figit. Alia ex parte Richardus oratu ducis occurrens, variis telis ac bellicis machinis eam oppugnare vehementiſſimè cœpit. Hoc audito Deſiderius Richardum principem adiit: eumque vnà ſecum ad Giſulfum venire orauit. Quo vbi ventum eſt, multis vltro citróque verbis fruſtrà conſumptis, Giſulfus eorum conſilia ſpernit: nec vnquam cum duce fœdus initurum ſe ſacramento conſtringit. Vrbem iam vis nimia famis inuaſerat: adeo vt deficientibus quæ ad victum ſunt neceſſaria, equorum, canum, aſinorum, murium denique neceſſitate G
conſtricti manderent carnes. Væniebat canis iecur tarenis decem, gallinæ nouem, ouum vnum, ſeptémque ficus denarios duos: tritici modius quadraginta quattuor byzantiis. Illorum dux egeſtate comperta, intempeſta nocte ſtipatus militum turmis, ad vrbis mœnia accedens, rupto muro ſibi aditum pandit. Sic Salerni tandem potitus eſt.

S. Mathæi Corpus Salerni adſeruatum.

Mox autem eccleſiam in honorem ſancti Matthæi Apoſtoli conſtrui iuſſit: vbi ſacrum ipſius corpus ſumma cum veneratione locauit: os integrum brachij ſibi ad ſuum filiorúmque præſidium ſeruans. Inde verò dux adiuncto ſibi principe, ad monaſterium veniens à Deſiderio ac fratribus cum honore ſuſcipitur: illorúmque ſeſe orationibus intentè commendans, Campaniam expugnaturus ingreditur. Iſta vbi Gregorio Papæ nunciata ſunt: ducem ac principem à liminibus eccleſiæ ſepa- H
rans, collecto exercitu aduerſus illos ire diſponit. Quod poſtquam duci nunciatum eſt, concitè vna cum principe Capuam remeat: & dux quidem Beneuentum, princeps verò Neapolim obſidere cœpit. Neapolitani autem principis terrore perculſi, omnipotenti ſe Deo intentius commendabant, vt eos à poteſtate principis, clementiſſima miſeratione, dignaretur eripere.

Cõtra ordinem eſt, epiſcopum armis vti temporalibus.

Cúmque ciuitas eadem acerrimè oppugnaretur, ſanctus Martyr Chriſti Ianuarius cum aliis abbatis, à principe ſæpe conſpiciebantur armati per caſtra diſcurrere. Putans autem epiſcopum eſſe, interrogat cur contra ordinem ſuum ad pugnam cum lancea

ſcutatus

A ſcutatus exiret. Cui Archiepiſcopus reſpondens, ego inquit vt tu vir illuſtriſſime conſpicis, multis iam diebus ęger in lectulo decubo. Ille armatus quiſnam ſit ipſe videris. Scias tamen ſanctum Ianuarium protegere hanc ciuitatem. Princeps verò dictis eius derogans fidem, vrbem oppugnare perſiſtebat. In ea vero obſidione cum prius ab excõmunicatione abſolutus eſſet, defunctus eſt. Succeſſitque illi Iordanis filius. Inde inter ducem, ac principem orta diſſentio eſt. Princeps enim Gregorio fauens, acceptis à Beneuentanis quattuor milibus quingentis bizãtiis, caſtra quæ dux ad vrbis expugnationem inſtruxerat deſtruens, cũ omnibus Apuliæ comitibus aduerſus eum conſpirat. Quod vbi duci, qui eo tempore in Calabria morabatur, nunciatum eſt: cum quadringentis quadraginta milibus Apuliã B repetit: & Aſculum montem vici, & Arianum expugnans cœpit: & contra principem ire diſponit. His compertis Deſiderius pater ducẽ adiens, eum quæ pacis ſunt rogare inſtitit. Cuius monitis Robertus obtemperans, pacem cum principe facit. Inde dux exercitum mouens caſtrum quod monticulus dicitur, cepit: & alia itidem caſtella quinque belli iure quæſiuit. Interea Deſiderius ægerrimè ferens ducem à matris eccleſiæ gremio diutius exulẽ agi: profectus Romã Gregoriũ orare cœpit, vt ducẽ ab anathematis vinculo ſolueret. Quod cum impetraſſet pacis amator Deſyderius, ad ducẽ cũ cardinalibus pergens, eum à ſententia excommunicationis abſoluit.

De pecunia violenter abſtracta. Cap. XLV.

C EOdem tempore Roſellanenſis eccleſiæ pontifex ad hoc Cœnobium veniens, non paruam pecuniæ ſummam hoc in loco depoſuit. Quod vbi Iordani principi relatum eſt, miſſis militibus eam de ſecretario eccleſiæ abſtrahi & ad ſe præcepit afferri. Ad hæc fratres pecuniam (inquiunt) quæ patri Benedicto credita eſt, nos nulli omnino viuentium damus. Verum in ſacrario conditam qui præſumpſerit tollat. Milites diabolico furore debriati, pecuniam de ſecretario abſtractam ad principem deferunt. Tantum verò & tam immane inauditúmque facinus Gregorij Papæ dum perueniſſet ad aures: huius temeritatis noxam inultam eſſe non ferens, & verens ne hoc rurſus exemplo eccleſia noſtra violaretur, diuinum officium in eccleſia patris Benedicti inter- D dixit, altariáque omnia nudari fecit: aſſerens in tanto ſcelere nimiæ negligentiæ damnandæque formidinis Deſiderium ac fratres argui meritò poſſe: ſéque aduerſus congregationem noſtram ſeueriuſcommouendum niſi ea qua ſemper locũ iſtũ dilexerat charitate teneretur. Siquidẽ tolerabilius eſſe, villas & caſtella iuris noſtri in prædã & direptionẽ dariquã ſanctũlocũ & vbique terrarũ famoſiſſimum tantæ ignominię, ſubiacere. Sed non diu diuina vltio dilata eſt. Nã princeps tãti auctor ſceleris poſtquam pecuniam tulit eccleſiæ, lumen amiſit. Idem vero Gregorius in concilio prǽſidens, conſtituit vt ſi quis Normannorum vel quorumlibet hominũ prædia, monaſteria, villas, poſſeſſionéſque noſtri monaſterij Caſinẽſis

Sacrilegus excæcatus à Deo.

inuaſerit, & ſecundò ac tertiò admonitus non emendauerit: excommunicationi ſubiaceat quouſque ſatisfaciat. E

De quibuſdam oblationibus & confirmationibus. CAP. XLVI.

EOdem anno Iordanis princeps, more priorum principum generale monaſterio præceptum fecit, de omnibus finibus ac pertinentiis eius. Quo etiam præcepto ſpecialius confirmauit quæque pater ipſius, & ipſe eatenus huic monaſterio concesserant ſeu commutauerant, vel reddiderant: id eſt Fractam caſtrum, & Teramen, & Pedemontis & mortulam & tucurugium, & Currem ad mare. Sed & omnia quæ antiquitus ad hoc pertinebant monaſterium in tota Liburia, cum eccleſiiis ac finibus & pertinentiis earum pœna quattuor milium librarum auri appoſita, F ſi quis hanc largitionem violare vnquam præſumpſiſſet. Biennio poſt, oblata eſt huic monaſterio ab eodem principe eccleſia ſancti Rufi intra Capuanam ciuitatem: quæ dudum ſibi conceſſa & ſacramento firmata ab his fuerat, quibus hæreditario iure (iuxta patriæ morem) debebatur, cum ſeruis & ancillis, colonis, libris, ornamentis & omnibus pertinentiis ſuis: adiecta mille librarum auri pœna, ſi quis contraire niteretur. His etiam diebus Adenulfus comes vnà cum fratribus obtulerunt monaſterio lacum maiorem, iuxta ciuitatem Aquinenſem, cum omnibus ipſius pertinentiis: vltra eam oblationem quam ante annum Iordanis princeps fecerat.

De miraculis quorumdam monachorum, & ſancto Liberatore. G
CAP. XLVII.

HIs etiam temporibus Guiniſo confeſſor beatiſſimus, & huius Cœnobij monachus exceſſit ex vita. De cuius virtutibus quia ad id loci venimus, æquum eſt aliqua hiſtoriæ tradere. Hic dum Baſilij nequam temporibus pro huius Cœnobij cauſis ad Theodinum ſeruum tunc Marcebantra reſidentem, directus eſſet: rogatus vt nocte ipſa in ea remoraretur arce, extra cellam nullatenus ſe manere poſſe reſpondit. Tunc Teodinus diabolico ſpiritu inſtinctus, dum ſeruum Dei orationis gratia eccleſiam intraſſe conſpiceret: diligentiſſimè claudi eccleſiam iuſſit. Virgam verò quam vir Dei ſecum adduxerat, vxori tradens in archam includere iuſſit. Sed humani generis conditor atque H redemptor, qui non deſerit in ſe ſperantes, miſit Angelum ſuum: qui ianuis clauſis illum ex eccleſia educens, ad radices montis depoſuit. Ruſtici verò ſole iã vergente ad occaſum relinquentes arua: percõtari ab incolis caſtri cœperunt, an quippiam noui ibidem geſtum fuiſſet. Illi verò nihil aliud ſe vidiſſe reſponderunt: niſi ſoliuagum hominem quendam diſcalciatis pedibus, virgam geſtantem manu. Theodinus verò nequiſſimus ſeruus hoc audiens, presbyterum euocat, & quid de Dei homine geſtum ſit ſolicitè inquirere cœpit. Quem cum requiſitum in eccleſia non inueniſſent: admiratione ac ſtupore vehemẽti repleti ſunt. Qualiter autem

Eandem reſponſionem Sanctus Benedictus ſorori ſuæ ſcholaſticæ dedit. Gr. l. 2. dialog. cap. 33.

A autem omnipotens Deus de eadem eccleſia ianuis clauſis ſeruum ſuum eduxerit, hodie cunctis mortalibus manet incognitum. Huius autem viri, diſcipulíque eius Ianuarij geſta magnifica qui plenius noſſe deſiderat: textum vitæ eius à nobis antè fermè ſeptem annos exaratum perlegat. Hoc item tempore ſanctæ memoriæ Gebyzo è Colonia oriundus ad hoc monaſterium venit: atque à Deſiderio monachus factus eſt, vir humilitatis ſũmæ & honeſtatis nitore conſpicuus Ad oſtendendũ autem cuius apud omnipotentem Dominum meriti fuerit, moleſtum videri non debet, ſi ex his quæ de illo ſcripta ſunt, hic aliqua ſubiiciamus. Habuerat ante conuerſionẽ familiariſſimum quendam prædiuitem Adonẽ nomine. Oranti in vigiliis natalis domini, diabolus innumera dæmonum caterua comitatus, illi aſtitit. Quem vir Dei ſcicitatus eſt dicens.
B Vnde iucundaris miſerrime? Et diabolus: Quoniam (inquit) ex anima Adonis modò triumphaui. Nunc enim inter noſtros eam ſuſcepi: & his dictis oſtendit prædictam animam iumentorum more ligatam ad ſupplicium trahi. Tunc vir Dei aſſumens pro ea pœnitentiæ onus, cœpit omnipotentem Dominum rogare vt eandem animam eripere de antiqui hoſtis poteſtate dignaretur. Nocte ſubſequente diabolus affuit, eúmque flagellis ita cecîdit: vt ſeminecem relinqueret dicens. Cur auſus es pro eo dominum rogare, qui ſceleribus ſuis innumeris in noſtra iura deuenit? Non tamen ideo vir Dei ab oratione ceſſauit, quouſque ei Angelus domini apparens dixit. Hactenus ego meíque ſodales pro Adone laborauimus: ſed age Deo gratias, quia modò liberatus
C noſtríſque conciuibus eſt aggregatus. Nocte quadam cum in ſtratu ſuo, quod eſt ante ſecretarij ianuam, in ipſo baſilicæ adytu reſideret, viſi ſunt in choro ſtare fratres: & quaſi viritim thus offerretur, ſingulis ſubſelliis fumus exire videbatur: cuius virgulæ ſupra beati Benedicti colligerentur altariũ. Cúmque hæc cerneret, Angelus domini apparens dixit. Quod vides orationes ſunt fratrum, quæ propterea in altari congeruntur: vt eas ſanctus Benedictus ante maieſtatis offerat ſolium. Extant præterea de hoc egregio viro plura miracula: quæ ſi quis noſſe deſiderat, eius vitæ hiſtoriam à Paulo grammatico, & huius Cœnobij monacho perſcriptam legat. Hoc etiam tempore, iubente Deſiderio, pulchro ſatis opere in comitatu Teatino innouata eſt ſancti Libe-
D ratoris eccleſia, ab Adenulfo eius loci præpoſito & noſtri monaſterij monacho.

De cauſa diſſenſionis inter Henricum Imperatorem, & Gregorium Papam.

Capvt. XLVIII.

ANno autem incarnationis dominicæ, M. LXXIX. Matilda Comitiſſa Henrici Imperatoris exercitum timens, Liguriam & Tuſciam prouincias Gregorio Papæ & ſanctæ Romanæ eccleſiæ deuotiſſime obtulit. Vnde in primis cauſa ſeminandi inter pontificem & 1079.

Imperatorem odii initium fuit. Quapropter pontifex opportunitatem E
nactus, eundem Imperatorem quod ſibi iura vſurparet eccleſiæ, communione priuauit. Cæſar autem cum optimatibus imperij conſilio habito, tranſmiſſis alpibus vt cum pontifice paſciſceretur intrauit Italiam. Triduò autem ante pontificis curiam (qui tunc in vnam Matilde munitiſſimam arcem ſe contulerat) idem Auguſtus diſcalciatus perſiſtens, pacem expoſcebat: & hoc per ſe, hoc per Imperij principes, hoc per Apoſtolici familiares poſtulabat. Pacis autem iſte tenor erat: vt ſi quid vtrinque fuiſſet admiſſum ſolueretur: demúmque Cæſar Romano pontifici fidelitatem iuraret. Cúmque negotium effectui mandatum eſſet: pontifex Matildæ conſiliis adiutus, quendam ex ſuis vltra montes dirigens, & Rodulfo duci coronam imperij mittens, aduerſus Auguſtum rebellare ſuaſit. Quod vbi Cæſari in Italia renunciatum eſt: è veF
1081. ſtigio Gallias tranſiens anno dominicæ incarnationis M. LXXXI. contra ducem ipſum iniit bellum. In quo primo conflictu ſuperatus, deinde victor euadens, ducem ipſum cum exercitu ipſius trucidauit. Cæſar igitur iniuriæ vlciſcendæ non immemor, cógregato exercitu Romam aduenit: ſed obſiſtentibus cum pontifice ipſo Romanis, ſine effectu reuerſus eſt. Hoc etiam anno Robertus dux cum quindecim milibus armatorum tranſito marithaciam debellaturus ingreditur. Aduerſus hunc Alexius Imperator cum centum ſeptuaginta milibus pugnatorum ad prœlium exiens, ſuperatus eſt.

G

De Archiepiſcopo Rauennate inuaſore ſedis Apoſtolicæ, & aliis.

Cap. XLIX.

HEnricus interea ſequenti anno exercitum congregans, Romam aduenit: & porticum ſancti Petri per vim cepit, magnáque ex parte deſtruxit: Archiepiſcopumque Rauẽnatem Apoſtolicæ ſedis inuaſorem, abſque conſilio & voluntate Romanæ eccleſiæ inſtituit. Hoc audito, omnes ferè iſtarum partium homines aduerſus Normannos vno animo vnáque voluntate cõſpirant: vt cum Imperator Romam tranſiret, omnes in illos vnanimiter inſurgerent. Hoc illi explorato perterriti conſilium inuicem ineunt: vt cum Imperatore fœdus quoquo pacto componant: ne ſi Roma ille potiretur, adiunctis illi Romanis & omnibus per H
circuitum gentibus, ipſi ſedibus ſuis pellerentur. Quod vbi inter eos firmatum eſt, legatis iam ad Imperatorem ab ſe profectis atque reuerſis. Deſyderium tandẽ aduocant patrem: eíque (quia multum illi confidebant) conſilia ſua patefacientes, orant vt ſecum ad Imperatorem pergat. Licet autem ob ſecuritatem ſuam vnà cum Imperatore componeret fœdus: eo tamen etiam animo pergebant, vt pacem inter Imperatorem pontificémque tractarent. Hoc vbi Gregorio Papæ nunciatum eſt, Imperatorem cum ſuis fautoribus omnibus ab eccleſiæ communione ſeparauit. Normanni hiſcognitis, cum antea pontificem ſyncerè fideliterque dilexiſſent:

&

A & corpore & animo tunc alienati ſunt. Interea Imperator per Marſorum Comites epiſtolam ad patrem Deſiderium ſcripſit, vt ad ſe pergeret mandans. Ad eam verò epiſtolam ille nihil omnino reſpondit. Scripſit illi & alteram plenam minarum: commotus cur nec ſe adierit, nec litteris ſuis reſponſa reddiderit: mandans ei vt Farſæ ſibi maturaret occurrere: Alioquin obfuturam ſibi grauiter tarditatem ſuam. Ad hæc reſcripſit Deſiderius, pro ſalutatione debitum fidelitatis obſequium in fronte epiſtolæ ſcribens: & cum in eis litteris multas allegaret rationes: quod Normanorum cauſa illum adire non poſſet: ſed ſi de pace cum Romano pontifice tractandum eſſet, locum inueniret illum adeundi: aſſerens vt illum ad pacem animaret, neque regnum neque ſacerdotium in tanto diſſidio in-
B colume poſſe conſiſtere. Imperator iratus, multáque aduerſus Deſiderium indignatione commotus, nunciis ſuis quos ad principẽ miſit omnino interdixit ne Deſiderio colloquerentur: mandauítque principi vt illum pro viribus læderet, niſi ſponte ſua adiſſet Imperatorem. Hoc vbi Deſiderius pater agnouit, Romano pontifici cuncta ſuis litteris ſignificauit: & quid ſibi eſſet agendum vt moneret orauit. Rurſus Imperator Deſiderio ſcripſit: vt ſe omnimodis in Paſcha adiret: & cum eo ipſam feſtiuitatem celebraret. Scripſit & monachis ſeorſum litteras, ea ipſa de re. Sed ille adhuc ire differebat. Poſtquam verò princeps ac Normanni omnes ad Imperatorẽ proficiſci inſtituerant, & princeps Deſiderium ſecum ire hortatus eſt: Abbas conuocatis fratribus dixit ad eos: Anguſtiæ mihi ſunt vndique. Niſi enim ad Imperatorẽ iero periculum imminet, & mo-
C naſterij euerſio. Si autem iero & eius voluntati paruero, incurram animæ periculum. Porrò ſi pergens illius voluntati non obtemperauero, imminet periculum corporis mei. Simúlq; timeo ne iratus Imperator, ita monaſterium iſtud quod ſub tutela ſua eſt, ſicut & totum principatum, Normannis permittat. Pergam tamen ad eum, tradens me morti & periculo. Neque enim faciam animam meam precioſiorem, quam ſanctiſſimũ patrem Benedictum. Nam pro veſtra communi ſalute animarum & corporum, locíque iſtius incolumitate (ſi aliter fieri non poteſt) opto à Chriſto anathema eſſe. Si enim millies occidar, nullus me ſeparabit à dilectione loci huius. Non modo enim Imperatori qui Chriſtianus eſt, verum ne tyranno quidem cuilibet gentili occurrere (ſi ita ſit opus) recuſabo: dum
D hoc monaſterium valeam ab eius barbarie vlla ratione liberare. Nam & Leo Papa, vt Romanam vrbem à vaſtitate & incendio eriperet, Genſerico Ariano regi occurrit: & Sauinus Canuſinus epiſcopus Totilã æque Arianum ad conuiuium inuitauit: & de manu eius accepto calice bibit. Et benedictus pater Zallam itidem hominem Arianæ perfidiæ etiam in oratione ſuſcepit: vt eum ab afflictione ruſtici coërceret. His dictis, patri Benedicto ſe commendans, iter arripuit. Ita tamen Deo protegente, cautè ſe egit: vt in toto illo itinere & in omni mora quam ibi habuit, cum multi epiſcopi & honorati viri amici etiam ſui quam plurimi & Imperatoris Cancellarius ſibi occurriſſent: neminem ſit oſculatus, cum nullo eorum

Greg. li. 2. dialog. ca. 31.

orauerit, comederit, biberit. Poſtquam verò Albanum peruenit: neque E
ipſe per ſe Imperatorem adiit, neque ad illũ aliquem miſit: ſed per totam illam hebdomodam minæ ſibi ab Imperatore intentabantur. Mandabat enim ei vt ſibi fidem iuraret, homóque ipſius fieret: ac monaſterium ex manu ſua ſuſciperet. Quæ videlicet omnia Deſiderius conſtanti animo & forti contemnebat: dicens ſe non modo monaſterij cauſa, ſed ne pro mundo quidem toto id facturum. Cumque ipſius rigidum animum Imperator & inflexibile propoſitum cerneret, iratus eſt valde: percepítque principi vt acceptis ſecum nunciis ſuis ad monaſterium pergeret: eíſque ipſum ille aſſignaret. Sed cum princeps multa illi bona ſæpe de Deſiderio locutus eſſet, eo tandem ad illum perducto, ita mutatus eſt: vt ipſe coram principe amicum illum appellauerit: orauerítque vt de acquirenda Imperij corona, ipſe ſibi fautor exiſteret. Ea (quia ſuperioribus collata Deſiderius leuia exiſtimabat) facturum ſe pro viribus principe adſtante promiſit: & cum exigerent vt virgam Abbatiæ de manu ſua ſuſciperet, renuit dicens. Quando illi coronam Imperij collatam cerneret, tunc ſi placeret Abbatiam ſe ab eo percepturum: vel etiam ſi illi ita viſum eſſet, dimiſſurum. Poſt hæc Imperator accepta à principe magna pecunia, per præceptum aurea bulla roboratum, confirmauit ei Capuani principatus omnes pertinentias: reſeruato ſibi & Imperio Caſinenſi monaſterio, cum rebus omnibus ac pertinentiis ſuis. Interim quamdiu illic permanſit Deſiderius, ſæpe diebus ſingulis cum epiſcopis qui cum Imperatore aderant de Apoſtolicæ ſedis dignitate contendit, præcipuéque cum Hoſtienſi epiſcopo, qui etiam Gregorio Papæ fauere videbatur: Cum ille priuilegium Nicolai Papæ, quod cum Hildebrando Archidiacono & epiſcopis centum vigintiquinque fecerat proferret: quo ſcilicet ſtatutum fuerat vt nunquã in Romana eccleſia ſine Imperatoris nutu pontifex fieret. Quod ſi contingeret fieri: ſciret ſe huiuſmodi non pro Papa habẽdum: ſed anathematizandum. Deſiderius huiuſmodi rationibus occurrit: dicens, neque Papam neque Archidiaconum neque epiſcopum aliquem ſeu Cardinalem vel quemlibet omnino hominem licitò facere id potuiſſe. Sedes enim (inquit) Apoſtolica, domina eſt noſtra, non ancilla: nec alicui ſubdita, ſed omnibus prælata: & ideo nulla omnino ratione ſub iugum à quoquam mitti poteſt. Quod ſi à Nicolao Papa factum eſt, iniuſtè profectò ac temerè præſumptum eſt. Non tamẽ cuiuſquam ſtultitia vel temeritate amittit eccleſia dignitatem ſuam. Neque vos id aſſentiri vlla ratione debetis, neque fauente Deo vltra cõtinget: vt ex Alamanni regis nutu, Papa Romanis ordinetur. Adhæc cum iratus epiſcopus indignationem illi regis, & omnium vltra montes habitantium ſi iſta perſentirent, minaretur: Deſiderius conſueta cõnſtantia, neque regem ipſum neque totum ſimul orbem ſi in vnum conueniret, ſe ab hac depellere poſſe ſententia aſſeuerauit. Poteſt quidem (inquit) Imperator ad tempus (ſi tamẽ id permittat Deus) vim libertati eccleſiaſticæ inferre: noſtrum tamen ad hoc nunquam poterit inclinare conſenſum. His & huiuſmodi pluribus quotidie

A tidie cum eis contendebat: iuſtíſque eos cõuincebat rationibus. Cũ Archiepiſcopo quoque Rauẽnate de eadẽ re ſæpe contendit: & prædictum priuilegium iuſtè confutauit: arguens cur ſe de Papatu præſumpſiſſet intromittere, ſdque ſeuerius. Verùm cum multis ille rationibus ſatisfacere vellet, nec valeret: inuitum ſe tandem id feciſſe reſpondit. Nam ſi facere id renuiſſet, ſuum ius Imperatori profectò adimendum aſſerebat. Deſiderius autem accepto ab Imperatore præcepto aurea munito bulla, de poſſeſſione totius monaſterij, petita remeandi licentia, ad filios ſuos tandem atque ad monaſterium rediit.

De obitu duorum monachorum huius monaſterij. Cap. L.

B His temporibus Hugo venerabilis Cluniacenſis Abbas, vir vitæ ac famæ celebris, ad patris Benedicti limina deuotus aduenit. Quem venerabilis Deſiderius (vt tantum decebat virum) magno cum honore ſuſcipiens, & ſocietatem Cluniacenſium fratrum noſtræ congregationi coniungens, inito fœdere & noſtræ apud illos, & illorum apud nos congregationis memoriam perpetuò habendam, ſingulares illi viri decreuerunt. Tunc vero cum in hoc Cœnobio frater quidam, Gregorius nomine, migraſſet ad Chriſtum, tanta odoris fragrantia de loco vbi iacebat emanauit: vt omne repente monaſteriũ mira ſuauitate repleuerit. Cumque omnes mirarentur, nuncius ab infirmorum domo venit, qui Gregorium monachum obiiſſe nunciauit. Quidam frater in hoc Cœnobio Randiſcius nomine fuit: qui quanti meriti fuerit, in ipſo mortis articulo C dominus monſtrare dignatus eſt. Nã cum expleto vitæ curſu morti propinquaret: cœperũt fratres (vt moris eſt) eius animam omnipotenti Deo commendare. Cumque iam extremũ halitum funderet, virtute qua potuit voces pſallentium compeſcuit dicens: Tacete, tacete. Nunquid non auditis quantæ reſonant laudes in cœlo? Nunquid non pueros qui laudes Deo decantant non videtis? quorum vultus atque veſtimenta candorem niuis exuperant? Vnde adiuro per dominum vt ſileatis: & me tam ſuauiſſimum cantum audire ſinatis. His dictis, migrauit ad Chriſtum.

Vnio congregationis Cluniacenſis cum Caſinenſi.

De Caſtro Saraciniſco, & ſuo. Cap. LI.

D Sequenti tempore Ianellus & Scifridus ſua & parentum vice reddiderunt monaſterio caſtrum Saraceniſcum cum pertinentiis ſuis: recipientes in præſentiarum à Deſiderio monetæ Papienſis ſolidos ducentos: appoſita pœna centum librarum auri qui ſecus faceret. His item diebus Deſiderius coram Iordane principe conceſſit Gotfrido cognomento Monio, diebus vitæ dumtaxat ſuæ, caſtrum Suienſe: ea conditione vt ipſum caſtrum neque à principe neque à quouis homine niſi tantum à præfato Abbate eiúſque ſucceſſoribus recognoſceret: atque ex eo ſeruiret huic monaſterio, & eius Abbatibus. Poſt mortem verò eius ipſum caſtrum in ius monaſterij rediret.

Quomodo Robertus Guiſcardus Apoſtolicum ab Imperatoris violentiâ ereptum duxerit ad monaſterium. Cap. LII. E

ANno ſequenti Henricus Imperator Romam cum exercitu venit: & ſupradictum Papam Gregorium, qui in arcem ſancti Angeli ſe cõtulerat variis bellicis machinis modis omnibus oppugnare cœpit. Hoc vbi Roberto Duci, qui ea tempeſtate Conſtantinopolitanum Imperatorem oppugnabat, nunciatum eſt: Boamundo filio in ipſa expeditione derelicto, Italiam ocius repetit: atque ingenti coacto exercitu, ad pontificis liberationem aduerſus Imperatorem ire diſponit. Quod poſtquam Deſiderius comperit, Romam nuncium dirigit: qui & Papæ proximam eruptionem, & Imperatori Ducis nunciaret aduentum. Tunc vrbe egreſ- F
ſus Imperator, quia ſine militum præſidio erat, caſtellanum oppidum ſubiit. Robertus autem Dux Romam cum exercitu noctu ingreſſus: dum ad eccleſiam ſanctorum quattuor coronatorum adueniſſet: ex conſilio Cincij Romanorum conſulis, ignem vrbi iniecit. Romani igitur rei nouitate percuſſi, dum extinguendo igni toti incumberent: Dux ad arcem ſancti Angeli continuò properans, atque inde pontificem abſtrahens, Romà ſine mora egreditur, & Gregorium Papam ad noſtrùm deducit monaſterium. Eum vero Abbas noſter quoad vixit, cum epiſcopis & Cardinalibus qui eum ſecuti fuerant honorificè habuit.

De viſione cuiuſdam Ioannis, & cum Miſſam Apoſtolicus celebrauit. Capvt LIII. G

FActum eſt autem dum idem Papa Gregorius Miſſarum ſolemnia celebraret, vir quidam Ioannes nomine, iuxta altaris crepidinem immobilis perſtitit. Cumque ad altare deflexiſſet obtutus: ſubitò in extaſim raptus, niueo candore columbam cuius erat aureum guttur ſupra eãdem aram aſtare conſpexit. Quæ inde leuiter aduolans ac ſupra dextrum pontificis humerum recubans, alis protinus expanſis vtrumque protexit: ac tamdiu ſic perſtitit quouſque commixtio dominici corporis & ſanguinis in calice fieret. Iterúmque ſe in dextrum humerum colligens, inde ad altare deſcendit: caput blande ſuper hoſtiam flectens, viro illo quid hæc ſibi vellent non intelligente: cum volatu præpeti pleno roſtro remeauit ad cœlum. Poſt hæc homo ille in ſe rediens, nulla penitus huius rei veſti- H
gia memoria tenuit. Nocte vero ſubſecuta cum ſe ſopori dediſſet, vir quidam illuſtrior ſole, minaci vultu, in medio ſuæ domus hoſpitio eidẽ apparuit. Quo ille viſo de ſtratu exiliens, terrore correptus, fugam tentat arripere. Vir autem ille porrecta manu continuit brachium eius, ſuauiter tenens. Cum verò eius manus nequiret effugere: ac ſi vinctus, ſtetit inuitus. Ad eius mox auxilium quidam niuea canicie aſperſus, indutúſque ſtola candida affuit: eiúſque mærorem conſolans, de manu ſe tenentis eripuit. Quem ille, quiſnam hic eſſet tantæ claritatis vir quæſiuit intrepidus. Hic (inquit) eſt iuſtitiæ ſol. Et ille, nomen quoque (ait) tuum inquirenti

ſimiliter

A ſimiliter pande. Nequaquam ait ille ſcire te oportet nomen meum: Sed mihi ad interrogata reſponde. Putas ne recolis, quid heri dum in eccleſia adſtares vidiſti? Ille cuius animum occuparat obliuio, cœpit intra ſe voluere, quidnam eſſet quod ab eo ſenior quæreret: Subitóque reminiſcens cuncta ſibi quæ viderat ex ordine retulit. Et ille, Vade (inquit) celeriter, & hoc ipſum auribus Papæ intimato: vt conſtanter vigore ſancti ſpiritus, quod cœpit exequatur. His dictis ab oculis eius elabitur.

De quadam parte ſalutiferæ crucis huc apportata, & aliis rebus.

CAPVT LIIII.

B HIs quoque temporibus Malfitanus quidam nobilis, mundo abrenuncians huc venit; & à Deſiderio grate ſuſceptus, partē haud exiguam ligni ſalutiferæ ac viuificæ crucis auro & lapidibus precioſis ornatam, & in aurea icona locatam (quam ipſe de palatio Conſtantinopolitani Imperatoris, in ea coniuratione quæ aduerſus illum facta eſt, tulerat) beato Benedicto deuotiſſimus obtulit. Deſiderius poſt hæc Capuam pergens, & officinas Capuani monaſterij ſemiruptas cernens renouare illud aggreditur. Euerſa namque priori eccleſia, conduci artifices iuſſit alios ad parietes eligendos, alios ad columnarum capitella miro opere cælanda. Euocatóque Benedicto ipſius monaſterij præpoſito, præcepit vt ipſi eccleſiæ innouandæ obmiſſis cæteris totus incumberet. Eius ille imperiis C parens, patris Benedicti baſilicam, ſicut nunc cernitur, pulcherrime ædificauit: Nonaginta & octo cubitis longam, latam quinquaginta duos, altam XL. columnis nouem vtrinque ſubnixam. Tunc temporis cum tellus omnis areſceret, fratres omnipotentem Deum, & patrem Benedictum aliquot diebus deprecantes, pluuias largiſſimas obtinuerunt: atque vt meritis beati patris Benedicti id eueniſſe crederetur, ſolum intra rura monaſterij ea pluuia diffuſa eſt: extra noſtros terminos, ne vna quidem pluuiæ gutta delapſa.

De quorundam oblationibus, & Aldemario huius monaſterij monacho, & eius miraculis. CAP. LV.

SEquenti tempore Theodinus Mainerij Triuentini filius obtulit noD ſtro Cœnobio monaſterium ſancti Saluatoris, prope Treſtā fluuium poſitum, vnà cum caſtro quod ad ipſum monaſterium pertinet: & cum duabus eccleſiis aliis ideſt ſanctæ Mariæ de colle rotundo: & ſancti Pauli de petra coruina cum omnibus ipſarum rerū pertinentiis, & rebus. Trāſmundus quoque Teatinus Comes itidem obtulit monaſterio tria iuris ſui caſtella in pēnenſe comitatu: arſetam ſcilicet bacutium, & biſentium: cum terra decem milium modiorum. His ferè temporibus vir Dei Aldemarius huius monaſterij monachus, miraculorum patrator egregius: apud bocclanicum vita deceſſit. De cuius miraculis, quia id exigit ratio, pauca perſtringam. Hic dum aliquando bouianum pertranſiret: vnus ex

A capituli. Cum vero expugnare Aquinam venit, miſit huc byzantios quingentos. Captáque bari XII. auri libras donauit Deſiderio. Secundò huc adueniens poſuit in capitulo auri libras XII. ſuper altare vero ſcyphatos C. & pallium magnum. Tertiò quando huc acceſſit cum Papa Gregorio, poſuit in capitulo mille ſolidos Amalfitanos: & ſuper altare byzantios C. profectus hinc CXC. farganas fratribus in dormitorium miſit. Alia vice pro piſcibus miſit tarenos mille. Item tarenos mille: & vnum nauigium valens ſolidos mille. Itẽ CCCC. ſolidos Amalfitanos. Item ex Thracia miſit huc mille michalatos. Vxor præterea ipſius Sicelgaita quando ægrotauit miſit beato Benedicto XL. & V. argẽti libras: & pallium vnum. Item quando venit huc poſt mortem Ducis, poſuit in capitulo CCC. ſcyphatos:
B & omnes refectorij menſas manteliis texit. Alia vice obtulit beato Benedicto altare aureum, Gemmis & Margaritis ac ſmaltis ornatum. Pallium altaris ſericum, cum vrna purpurea, ornatum Margaritis ac ſmaltis. Calicem aureum paruum. Planetam purpuream cum Phriſo, & cum aquila ex Margaritis contexta. Tunicam vnam ex perſico panno inaurato. Pluuialia IIII. albas ſericas. IIII. Albas bombicinas octo. Par vnum candelabrorum ex cryſtallo, onychino, & argento. Aliud candelabrorum par argenteum cum malis cryſtallinis. Duo argentea vaſa librarum VII. Laternam argenteam librarum octo. Scrinium argenteum ſuper altare cum nigello librarum octo. Scrinium eburneum magnum. Pateras argenteas deauratas cum nigello librarum XV. cum quibus fratres in præ-
C cipuis feſtiuitatibus biberent. Concam argenteam, cum aqui manili ſuo, librarum XXIIII. Vrceum ex cryſtallo magnum. Scutellam argenteam cum nigello librarum IX. Scutellam aliam librarum XVI. Alias duas librarum X. Pannum ſericum magnum & alios æquè magnos tres & IIII. minores. Circitorta ad altare ſancti Benedicti IIII. Duas cortinas Arabicas, quæ ſupra chorum pendent. Alias duas quæ diebus quadrageſimæ in circuitu chori appenduntur. Item poſt mortem Ducis poſuit in capitulo libras auri quinque: duáſque dedit infirmario, vnam pro expenſis, alteram pro conſtruendo balneo. Multa præterea quæ nec recoli nec numerari poſſunt obtulerunt. Item beato Benedicto monaſterium S. Petri Imperialis intra Tarentum, cum decima piſcariæ, & manualium ſuorum. Monaſterium S. Angeli intra Troiam: S. Nicãdri, ſanctæ Anaſtaſiæ in Ca-
D labria: ſancti Nicolai in ſellectano: & fundicum in Amalfi cum pertinentiis ſuis. Anno ſequenti eadem mulier de conſenſu filij ſui Rogerij Ducis, obtulit beato Benedicto per chartam aurea bulla ſignatam, locum in Calabria qui cetrarius dicitur: cum toto portu ſuo, & omnibus pertinentiis cunctíſque colonis ſuis: quem videlicet in dotem à prædicto viro ſuo Roberto Duce dudum acceperat: ea tamen conditione, vt quoad ipſa viueret ipſe locus ditionis eius eſſet: poſt eius verò obitum, abſque vlla hæredum contradictione ad monaſterij iſtius ius deuolueretur: appoſita pœna C. librarum auri, ſi quis contra agere tentaſſet. Super hæc omnia miſit beato Benedicto, per Deſiderium, altare aureum precioſiſſimum

A *De quorundam oblationibus.* CAP. LX.

IDem quoque Gregorius illuſtris, ob eximiam ad beatum patrem Benedictum & ad monaſterium iſtud deuotionem, cum filio ſuo Ptolomæo cõſtituit, vt omni tempore nauis noſtra cum nauclero & nautis ſuis libera ſit ab omni conditione, ac penſionis debito: & vt monachi noſtri nullum in omni iure ditionis ſuæ terra maríque tributum vectigálque perſoluerent. Obtulit etiam tunc ſancto Benedicto eccleſiam ſanctæ Hieruſalem ſitam in territorio Tuſculano, cum omnibus iuribus ſuis; eo tenore quo antea monaſterium ſanctæ Agathæ, & S. Angeli, ſanctæ Fœlicitatis, ſanctæ Luciæ, ſancti Petri, ſancti Saluatoris, & ſanctæ Mariæ in vi-
B neis huic monaſterio conceſſerat. Sequenti tempore Iordanis, princeps confirmauit Deſiderio ſcriptum, terras quas homines noſtri de caſtro teramenſi, & plumbariola, & pedemontis ab Aquinenſibus emerant. Caſtrum item Saraciniſcum, & Sugenſe, ac turrem ad mare cum pertinentiis ſuis, lacúmque Aquinenſem, & eccleſiam ſancti Rufi intra Capuam, & ſanctæ Agathæ in Auerſa. Hæc omnia ſingulatim cum ſuis finibus & iuribus, præceptis principalibus monaſterio noſtro confirmauit. Berardus quoque Comes, Berardi Marſorum Comitis filius, eodẽ tempore obtulit ſancto Benedicto monaſterium ſanctæ Mariæ in valle: & caſtellum Roſcoli cum pertinentiis ſuis. Hoc idem & Ioannes diaconus cum parentibus ſuis fecit de eccleſia ſancti Bartholomæi, cũ pertinentiis ſuis. Per eos
C etiam dies Romualdus presbyter chartam fecit huic monaſterio de ſancto Ioanne in Conca cum iuribus ſuis. Præterea & Nubilo Comes de Caſtro vipera, obtulit monaſterium S. Euſtaſij infra ipſum Caſtrum, & eccleſiam S. Barbati, ſanctíque Eleutherij, & S. Hilarij, monaſteriúmque item S. Euſtaſij in Caſtro ribza cum omnibus pertinentiis eorum. Andreas quoque ſacerdos & monachus cum parentibus ſuis donauit huic monaſterio eccleſiam ſancti Blaſij in limata. Hoc tempore Rolandus vir nobilis ex ciuitate Lucenſi obtulit beato Benedicto partem quam habebat in monaſterio ſancti Georgij, infra eandem ciuitatem: & in eccleſia ſanctæ Mariæ in Palatio, & Caſtro Alflexo: & in eccleſia ſancti Matthæi, & ſancti Nazarij, & S. Martini, & quicquid ad ſe pertinebat in comitatu Lucenſe, Lunenſe, Piſano, Piſtorienſe, Florentino, Volaterrẽſe, Populoniẽſe,
D ac Roſolẽſe. Mattilda præterea (cuius ſupra meminimus) Liguriæ & Tuſciæ duciſſa, ob huius loci reuerentiam conſtituit vt nullum omnino vectigal in ciuitate Piſana, & Lucenſe, & in omni ſolo ditionis ſuæ monachi noſtri aliquando perſoluerent. Racterius item Petri filius Marſus his diebus per ſcriptum contulit monaſterio totam partem ſuam de eccleſia S. Benedicti in ciuitella. Idem fecit & Rainaldus cum parentibus ſuis de S. Petro, & ſancta Lucia, cum omnibus illarum pertinẽtiis. Baldoinus quoque Comes Oderiſij Marſorum Comitis filius obtulit huic monaſterio eccleſiã S. Vrbani, & S. Victorini, vnà cum ſubiecto latu, & eccleſia S. Angeli cum omnibus iuribus ſuis. Robertus itidẽ fecit de eccleſia S. Ioãnis in

poto cum pertinentiis ſuis. Petrus item & Ioannes Atenulfi filij ſimiliter E
fecerunt de eccleſia ſancti Petri in fabratera cum omnibus pertinentiis ſuis. His item diebus Maio iudex cum parentibus ſuis per manus Deſiderij obtulerunt monaſterio eccleſiam ſancti Stephani intra Berulanam ciuitatem. Oderiſius præterea Landonis filius huc veniens, eccleſiam ſanctæ Mariæ: & aliam item ſanctæ Mariæ, & ſancti Pauli, & ſancti Archangeli, & ſancti Quintiani, huic monaſterio deuotiſſimus obtulit. Sed & Ioannes Aquinenſis obtulit monaſterio eccleſiam S. Martini intra eandem ciuitatem. Raul quoque nouellus eodem tempore per ſcriptum donauit huic monaſterio eccleſiam S. Ioannis, & S. Laurentij, ſanctæ Marinæ, & S. Blaſij cum omnibus rebus ac pertinentiis ipſarum. Henricus etiam Henrici Comitis filius de Caſtro Cremonenſi, obtulit & ipſe monaſterium S. Benedicti, & eccleſiam S. Ambroſij, cum omnibus iuribus F
ſuis. Idem & Punzo Benedicti filius de duabus eccleſiis fecit, id eſt S. Fœlicis, & ſanctæ Trinitatis in ciuitate ſancti Vrbani. Pandulfus quoque Aquinenſis Comes eo tempore obtulit huic loco monaſterium S. Martini cum pertinentiis ſuis. Tunc etiam Bernardus Aquinēſis nobilis donauit monaſterio per ſcriptum ſyluam matrellæ, loco qui dicitur adriuum tortum in Aquinenſi territorio.

De Gaiferio Salernitano, & aliis. CAP. LXI.

HIs quoque diebus Guaiferius vir ſapientiſſimus, ac facundiſſimus Salernitanus, huc aduenienss à Deſiderio ſuſceptus, ac monachus G
effectus eſt. In hoc itaque Cœnobio poſitus ſcripſit vitam ſancti Secundini, Verſus in laudem Pſaltinij, de miraculo eius qui ſeipſum occiderat & per beatum Iacobum vitæ redditus eſt. Homeliam de aduētu, in natiuitate Domini, de Epiphania, & alia plurima: quæ hic annotare prolixum, & minime neceſſarium duximus.

De libris quos Deſiderius fieri curauit. CAP. LXII.

NOn ſolum autē in conſtruendis ædificiis, verū in libris quoque deſcribendis operam Deſiderius dare permaximam ſtuduit. Namque ſubiunctos codices tranſcribi præcepit: videlicet, Auguſtini contra Fauſtum. De opere monachorum. De ſermone Domini in monte. Homelias quinquaginta. Super epiſtolam ad Romanos. Sermones ſuper epiſtolas H
Pauli. Super Geneſim ad litteram. Epiſtolas eius. Paſtorale eius. De baptiſmo paruulorum. Ambroſij de rebus geſtis in eccleſia Mediolanenſi. De Patriarchis. De fide ad Gratianum Imperatorem. Sermones eius. Regiſtrum Leonis Papæ. Regiſtrum Fœlicis Papæ. Regulam Baſilij. Hieronymi ſuper Ezechiel. Super epiſtolas Pauli. Super XII. prophetas. Euſebium. Sermones Seueriani. Hiſtoriam Anaſtaſij. Hiſtoriam Longobardorum, Gothorum, Vuandalorum. Hiſtoriam Iordanis Epiſcopi: de Romanis & Gothis. Hiſtoriam Gregorij Turonenſis. Ioſephum de bello Iudaico. Hiſtoriam Cornelij cum Homero. Hiſtoriam Erchempti.

Bedam ſuper Thobiam. De locis ſanctis. Euangelium maius auro & lapidibus precioſis ornatum: in quo has reliquias poſuit de ligno Domini, de veſtimentis ſancti Ioannis euangeliſtæ. Sermones Leonis Papæ. Sermones Gregorij Nazianzeni. Doctrinam patrum. Sacrorum cum martyrologio. Ordinem epiſcopalem. Gualfridum de officiis. Super regulã. Paſſionaria totius anni in quattuor voluminibus, Antiphonaria diurna duo in choro ſemper habenda. Antiphonarium nocturnum. Vitas patrum: inſtituta patrum. Actus Apoſtolorum cum epiſtolis canonicis, & Apocalypſi. Epiſtolas Pauli. Paralipomenon. Super Canticum Canticorum Origenis, Gregorij, & Berengarij. Ioannem Chryſoſtomum de reparatione lapſi. Dialogum quem ipſe cum Alberico diacono edidit, de miraculis monachorum loci huius. Dialogum alium. Dialogum de vita ſancti Benedicti. Hilarij myſteria & hymnos. Sedulium ſuper Euangelia. Iuuencum ſuper Euangelia. Medicinale. Pſalterium. Creſconium de bellis Libycis. Verſus Arichis, Pauli & Caroli. Verſus Paulini. Ciceronem de natura Deorum. Inſtituta Iuſtiniani Nouellam eius. Terentium. Horatium cum Geometria. Ouidium de faſtis. Senecam. Lucanum. Vergilium cum Egloga Theodori. Donatum.

De latronibus miraculum. CAP. LXIII.

Hoc præterea tempore latrones noctu monaſterij ingreſſi cellarium, carnes, caſeum, laridúmque ſubripientes, ſuos his mercibus ſacculos impleuerunt. Foras autem egreſſi ſaccos quos impleuerant leuare conati minimè potuerunt. Dein relicta ſarcina tentantes fugam per totius excurſum noctis, clauſtra monaſterij circumeuntes, egredi penitus non valuerunt. His quoque diebus in eccleſia quæ in honorem ſancti patris Benedicti in Liburiæ partibus conſtructa eſt, ſatis inſigne miraculum contigit. Nam cum frater quidam ad triticum à ruſticis accipiẽdum miſſus eſſet: ruſticus à quo triticum exigebatur, intempeſte noctis ſilentio ſaccum implens frumento, & imponens humeris fugere cœpit. Sed ô verax per cœleſtem regem lata ſententia. Qui ambulat in tenebris neſcit quò vadat: quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius. Nam qui iuſſa principis tenebrarum implere omni conatu niſus eſt, per viam rectam ſe incedere putans, nocte tota curtem illam circuiſſe deprehenſus eſt. Vbi autem terris eſt reddita dies, in ſe rediens ruſticus volebat cum tritico exire, nec poterat: tentabat triticum deponere nec valebat. Monachus verò completis matutinalibus hymnis, eccleſiam exiens, eumque vinctum diuinitus cernẽs, poſtquam ab eo totius rei ſeriem didicit, oratione ad Deum patrémque Benedictum fuſa, ruſticum à nexu quo detinebatur abſoluit. Hoc ferè tempore fames valida per totam ferè Italiam facta eſt: Deſiderius verò fratrum communi voto cibos affatim præbebat egentibus.

Ioan. 11.

De obitu Gregorij Papæ. CAP. LXIIII. E

1085. ANno Dominicæ incarnationis M. LXXXV. indictione octaua, cum venerabilis ſempérque recolendæ memoriæ Gregorius Papa VII. Salerni magna vi morbi premeretur, ante tertium ſui obitus diem rogatus ab epiſcopis & Cardinalibus qui fortę tunc aderant, vnà cum Deſiderio, quid de Romanæ ſedis poſt obitũ ſuum ordinatione iuberet: hortatus eſt, vt ſi quo pacto poſſent, ipſum Deſiderium pontificem facerent. Is enim præter id quod Romanæ tunc eccleſiæ presbyter Cardinalis eſſet, prudentia ſumma, & religione præcipua, & ſingulari principum beniuolentia amicitiáque pollebat. Quod ſi hunc flectere nullatenus poſſent, aut Lugdunẽſem Archiepiſcopum Hugonem, aut Otonem Hoſtienſem, aut Lucenſem epiſcopum eligere quanto citius ſe defuncto ſtuderent. F Hoc ſtatuto, defunctus eſt VIII. Calend. Iunij die Dominico, & digniſſimè intra eccleſiam ſancti Apoſtoli & Euãgeliſtæ Matthæi ſepulturæ traditus: cũ ſediſſet annis XII. menſe vno, diebus tribus. Et quoniã Romana eccleſia paſtore deſtituta remanſerat, & hæretici illam atq; ſchiſmatici, luporũ more, nitebantur inuadere: Deſiderius vnà cum epiſcopis & Cardinalibus laicíſque religioſis, qui eatenus in catholica vnitate perſtiterãt, & Gregorio Papæ fideliter obedierãt vno voto ad eã ordinandam incumbere ſatagũt. Mittũt ergo qui idoneas ad hoc perſonas vndique cõuocẽt: vt ex omnibus is eligeretur, qui ad tantum onus ſubeũdum cæteris aptior eſſet. Conuenientes ergo ad Abbatem noſtrũ epiſcopi & Cardinales, cœperunt eum de præfati pontificis appellare iudicio: vtque in tanta tẽporis G neceſſitate, periclitanti ſubueniret eccleſiæ, paſtorale ſubeũdo onus inſtãtiſſimè flagitare. Ad hæc ille Papatum quidem renuere obſtinatiſſima reſponſione perrexit: ſe tamẽ in quibus poſſet aliis ad Romanæ eccleſiæ ſeruitium paratũ eſſe reſpondit. Die verò Pentecoſtes, Sauinenſi epiſcopo, & Gratiano Roma veniẽtibus, occurrit: eíſque verba quę cũ Papa Gregorio de ordinatione eccleſiæ habuerat, retulit: paritérque cũ eis Iordanẽ principem, & Rainulfum Comitem adiit: eóſque ad ſeruitium & adiutorium eccleſiæ Romanæ adhortatus, ad omnia promptos ac paratos inuenit. Cœpit deinde Cardinalibus vehementer inſiſtere, vt de pontificis eligendi perſona quam primum deliberarent: & quotquot ad hoc officium idoneos noſſent litteris conuenire ſatagerent. Quod illi facere omnino H negligentes, clam cum principe agere cœperunt: vt Abbati paſtoralis iniungeretur cura: Romámque illum perducere quoquo pacto nitebantur: vt ſi aliter non poſſent, id ſibi onus violenter imponerent. Quo ille cognito renuere pœnitus, & contradicere cœpit. Sicque ad monaſterium rediens, Normannos iterum ac Longobardos & quoſcumque potuit hortari ad Romanæ eccleſiæ ſeruitium cœpit: plurimóſque ex eis paratos inuenit: alios item ipſe præparauit. Sed quia feruor æſtatis nimis erat, Romam tunc ire diſtulerunt, quoad æſtus ille trãſiret. Poſtquã verò princeps conducto exercitu, vt Romam pergeret, in Campaniam venit comi-

A comitante ſe Deſiderio & nonnullis illarum partium epiſcopis, ipſe ſuſpecta habens priora conſilia vlterius procedere noluit. Aſſerens niſi princeps, & comes, & epiſcopi fide ſua ſibi pollicerentur, nullam hac de re ſibi illaturos vim, neque alios inferre paſſuros, ſe vlterius non progeſſurum: Renuentibus facere: res tunc infecta remanſit.

De electione Deſiderij in Papam. CAP. LXV.

IAm ferè annus in hac fluctuatione tranſierat, quo ſedes Apoſtolica paſtore orbata erat, nulluſque dominici gregis curam gerebat: & Guibertus hæreſiarcha cum ſuis ſequacibus oues Chriſti ſanguine redemptas laniabat: cum circa paſchalem feſtiuitatem epiſcopi & cardinales Romanæ eccleſiæ ex diuerſis partibus Romam confluentes, mandauerunt Abbati vt vnà cum epiſcopis & cardinalibus romanis qui tunc ſecum morabantur: & cum Giſulfo Salernitano principe qui tunc à Ciſalpinis partibus venerat, ad eos quantocius pergeret: vt ſimul de Romanæ eccleſiæ ordinatione tractarent. Ille nihil ſuſpicans de ſe illos cogitare, cum iam nulla de eo mentio fieret, aſſumptis omnibus Romanam tendit ad vrbem. Quo autem applicuit die id eſt in vigiliis pentecoſtes: inſtante Deſiderio vt pontificatus apex alicui iniungeretur qui vel ſibi vel ipſis videretur idoneus, Romani prorſus omnes tam clerus quam populus aſſentiri renuerunt. Per totam ergo illam diem fautores omnes catholicæ partis & clerici & laici frequentes eum adeunt. Iam verò circa veſperam congregati pariter epiſcopi & cardinales, & Romani omnes qui in fide catholici gregis perdurabant, in diaconia ſanctæ Luciæ, omnes vnanimiter Deſiderium multis precibus orare cœperunt: vt Romanum pontificatum ſuſcipere non recuſaret: cúmque per diuina omnia & humana obteſtari, vt ſubueniret eccleſiæ periclitāti, & in naufragio penè conſtitutæ, ſæpius ad eius genua pleríſque lachrymantibus corruentes. Deſiderius qui iam dudum inſtituerat vitam quiete tranſigere, tempúſque ſuum optabat in diuina peregrinatione finire, omnimodis renuere cœpit: & hoc ſe nunquam facturum proteſtari. Inſtare illi vehementer, perſeueranter inſiſtere: Ipſe vehementius reniti, reſiſtere perſeuerantius: dicens ſi ſe inuitum, ac per vim ordinarent, ad monaſterium quam primum rediturum, nullámque pontificatus rationem habiturum: eóſque propterea & eccleſiam Romanam ludibrio fore exponendam. Et quia tardior iam hora proceſſerat, imminente iam nocte ad ſua quiq; reuerſi ſunt. Poſtridie vero id eſt dominica pentecoſtes omnes ad eum ſummo mane conueniunt, eadem repetunt: ſed ipſe nihilo ſegnius in ſententia perſtat. Cúmque ſe nil proficere cernerent: omnes vnanimiter Deſiderium flagitant, vt ipſe illis antiſtitem nominet, electuros ſe quem ille dixiſſet. Habito verò cum Cincio Romano conſule ſecreto conſilio, Hoſtienſem epiſcopum nominat. Rogant poſt hæc, vt quem ipſi eligerent: ille in Caſinenſi monaſterio ſuſciperet: ac ſicuti Gregorio fecerat donec pax daretur eccleſiæ, foueret. Id

ſe Deſiderius libentiſſimè facturum repromiſit: atque vt fide ſua agerent E
protenſa quam tenebat manu ferula monuit. Iam de Hoſtienſe eligendo
decernebant, cum repente ex cardinalibus quidam eam electionem eſſe
contra canones aſſerens, nunquam ſe conſenſurum affirmauit. Illis tempori
ac neceſſitati obſequendum aſſerentibus, ille nequaquam potuit à
Prou. 21. ſententia abduci. Verũ vt ſapientiſſimus teſtatur Solomon: non eſt prudentia,
non eſt conſilium contra dominum. Mox enim epiſcopi & cardinales
vnà cum clero & populo Deſyderij duritia ſuſtomachati, cum
precibus nihil profeciſſent, vi agere inſtituerunt. Vno igitur animo paríque
conſenſu captum inuitum licet ac renitentem, ad eccleſiam Chriſti
Victor Papa 3. martyris Luciæ perducunt:Ibique iuxta morem eccleſiæ, electo Victoris
nomen imponunt. Sed quoniam hæc omnia (vt diximus) contra eius animum
fiebant, capam quidem rubeam induit: alba vero induere eum F
nunquam potuerunt.

De reditu electi ad Caſinum. CAP. LXVI.

EO igitur tẽpore præfectus Imperatoris à duce & eius matre dimiſſus
ob id videlicet quod epiſcopi & cardinales, agente tamen Salernitano
principe, Salernitanum Archiepiſcopum ſacrare noluerant, die noctúque
militibus iniqua ſtipe conductis, aduerſus electum in capitolium
pergens, perſecutiones ei maximas intulit. Poſt dies IIII. idem electus
egreſſus Roma, Ardeam venit, ibíque triduo remoratus, Terracinam
perrexit: vbi crucem & chlamydem, & cætera pontificatus inſignia G
ita dimiſit: vt eis vti nulla iam ei ratione perſuaderi poſſet, malens omni
vitæ ſuæ tempore in humiliore habitu viuere, quam tanti ordinis oneri
colla ſubmittere. Inſtabant ei quotidianis precibus, lachrymíſque creberrimis:
obiiciebantur eccleſiæ magna diſcrimina, ingerebatur animarum
perditio: quibus ei manifeſtiſſimè diuina indignatio intentabatur:
cum inter hæc omnia rigidus ille perſiſtens, Caſinum reuertitur. Sícque
anno ferè integro flecti nullis precibus, nullis rationibus potuit. Non
tamen ideo cardinales & epiſcopi qui aderant ſegnius inſtabant Iordanem
principem vrgentes, vt Romam ad electum conſecrandum vnà pergeret.
Qui magno cum exercitu ad monaſterium veniens partim electi
monitis, partim feruore æſtatis nimio vlterius progredi noluit. H

De conſecratione electi Papæ Victoris, & de corpore ſancti Nicolai.

CAPVT. LXVII.

SEquenti anno medietate quadrageſimæ apud Capuã epiſcoporũ congregato
cõcilio, cũ ipſe electus vnà cũ epiſcopis cardinalibúſque cõſilio
præſideret: Cincius etiã Romanorũ cõſul cum nobilibus pleríſque
Romanis, Iordaníſq; princeps & Rogerius dux: cũ omnibis ferè ſuis optimatibus
adeſſet: finito conſilio rurſus ex inſperato illum clerici & laici
precibus multis lacrymiſque fatigant. Sicque biduo immobilis perſtitit.

A tit. Tandem duce ac principe, epiſcopíſque & fidelibus cæteris ad eius veſtigia flentibus, victus precibus ac rationibus ceſſit: electionémque præteritam crucem ac purpuram reſumendo firmauit XII. Calen. Aprilis: dominica in ramis palmarum. Inde Caſinum reuerſus ibidem paſcha celebrauit. Solemnitate peracta cum Capuano ac Salernitano principe Romam perrexit: ac iuxta Hoſtienſem vrbem Tyberim cum omnibus tranſiens, graui languore comprehenſus, extra porticum ſancti Petri tentoria fixit. Et quia Rauennas hæreſiarcha (qui viuente Gregorio Papatum inuaſerat) ſancti Petri eccleſiam armis tenebat: inſtantibus militibus principis eadem die recuperata eccleſia eſt. Dominica vero aſcenſionem ſubſequente, Romanis ferè omnibus tranſtyberim magna cum frequentia celebritati occurrentibus, electus ipſe ab epiſcopis Hoſtienſe, Tuſculano, Portuenſe, & Albanenſe, cardinalibúſque & epiſcopis, & Abbatibus aſſiſtentibus plurimis, eccleſiaſtico more ſacratus & in Apoſtolica ſede locatus eſt VII. idus Maij. Quo etiam die corpus ſancti confeſſoris Chriſti Nicolai ex ciuitate Myrenſi, vbi ſeptingentis fermè annis quieuerat, Venetias tranſlatum eſt. In cuius honorem ædificata eſt eccleſia muſiuo tabulatu, per quam decenter ornata, à patriciis Venetis & monachis ibidem morantibus maximo cum honore veneratur & colitur: Quamque nonnulli Barim tranſlatum eſſe contendant. Prædictus autem pontifex Romæ diebus octo remoratus, vnà cum memoratis principibus ad hoc monaſterium rediit.

C *De aduentu comitiſſæ Matildis ad vrbem Romam, & Victore Papa & de Antipapa, & de eccleſia ſancti Petri, & viſione eiuſdem Apoſtoli.*

CAPVT LXVIII.

PAruo poſt tempore comitiſſa Matildis vrbem adiens, eum legatis miſſis, multum deprecata eſt: vt eius frui aſpectibus atque alloquiis mereretur. Eam quippe cauſam ſolam ſibi fuiſſe Romam adeundi. Quid ageret ignorabat. Cogebat eum languoris moleſtia nuſquam progredi: ſed pro eccleſiæ commodis vilis erat illi ſalus corporis ſui. Iter itaque per mare feſtinus aggreditur. Cúmque ad vrbem perueniſſet, à comitiſſa & eius exercitu, ac cæteris beati Petri fidelibus deuotiſſimè officioſiſſiméque D ſuſcipitur: atque in eccleſia beati Petri octo diebus remoratus eſt. Poſtmodum in die ſancti Barnabæ ſuper altare ſancti Petri miſſam ſolemniter celebrãs, eadem die auxilio atque ope comitiſſæ traiecto Tyberi ingreditur Romam. Tranſtyberim vrbem totam Romanorumque maximam partem & omnem penè nobilium cætum, caſtrúmque ſancti Angeli, beati Petri baſilicam, vrbẽ Hoſtienſem ac Portuenſem habebat ſub ditione ſua. Morabatur autem apud inſulam Romæ quæ & ipſa ſui iuris erat. Die igitur qui Apoſtolorum præibat natalitia, nuncius quidam quaſi ab imperatore veniens, conſules ac ſenatores populúmque Romanum niſi auctore deficerent, à corona ſubmouit imperij: Cum ſubitò Romani ſuper-

uenientes præter eccleſiam beati Petri vniuerſa cœperunt. Ipſam verò eccleſiam quam pontificis homines deſuper tuebantur, ingredi nullo pacto potuerunt. Verum quia hæreſiarchæ Guiberti infinita erat multitudo, hi qui ex parte pontificis erant aduerſus tantā hoſtium manum obſiſtere non valentes, Tranſtyberim ſiue in caſtrum ſancti Angeli ſe receperunt. Iam verò die media in eccleſia ſanctæ Mariæ in turribus miſſam Rauennas hæreſiarcha cantauit. Sole autem ad occaſum vergente, qui in eccleſia ſteterant palam armati diſceſſere. Ita proh dolor beati Petri eccleſia eo potiſſimum die quo toto orbe eius feſtiuitas colitur, omni tam nocturno quam diurno officio caruit. Sic ſpes Guiberti cluſa, qui in Apoſtolorum ſolemnitate miſſas ibi celebrare cupiebat. Die altera ab hæreticis Apoſtolico altare locato miſſa ibi peracta eſt. Poſtera die cunctis ad ſua redeuntibus eadem eccleſia in ius Victoris Papæ remeauit. Eo item tempore peregrini quidam dum rationis gratia ad beati Benedicti monaſterium pergerent, obuium haberunt canonicum ſenem. Percontātibus quis eſſet, Petrum Apoſtolum ſe eſſe reſpondit. Sciſcitantibus quo pergeret, ad fratrem (inquit) Benedictum proficiſcor: vt cum illo paſſionis meę celebrem diem. Romæ quippe conſiſtere nequeo: quia eccleſia mea procellis diuerſis agitatur. Quod dum fratribus poſtmodū viri illi reſeraſſent, ad ſuccedentium memoriam conſtituerunt eiuſdem Apoſtoli ſolemnitatem non minori veneratione quam patris Benedicti celebrandam.

De Guiberto hæreſiarcha, & eccleſiæ maxima preſſura.

Capvt. LXIX.

GVibertus intereà qui poſt præſtita domino ſuo beatæ memoriæ Gregorio VII. fidelitatis ſacramenta, & obedientiam nouem annis exhibitam, inuaſerat Apoſtolicam ſedem, cernens Victorem Papam apud omnes in ſumma veneratione haberi, Henricum Imperatorem abſoluens ab obſeruatione iuramēti quod apud Canuſiam Lombardiæ oppidum olim Gregorio Papæ præſtiterat, Romam attraxit: & cum eo oppugnare eccleſiam catholicam cœpit. Hi verò qui ex parte Victoris vltra montes erant, cum Imperatorem Romæ remorari cognouiſſent: aduerſus eum rebellare diſponunt. Contra hos Imperator adueniens vario euentu belli plurimis prœliis ſæpe pugnauit. Magnæ vtrinque cædes, incēdia plurima, deprædationéſque cōtigêre. Relictis tandē in Germania copiis ad obſiſtendum, ſumpto tum ſuo tū conducto milite Romam & ſuburbana omnia rapinis, incendiis, cædibus, quadriennio quanta potuit acerbitate vexauit. Tandem Simone ſuo precio magis quam virtute in Apoſtolica ſede locato, imperij ab eo accepit coronam: & tam non fauentibus ſibi ſuiſque complicibus, quam non communicantibus atrociſſimam mouit perſecutionem huius rei gratia & eccleſiæ totius ferè imperij Romani deſolatæ: & religio Chriſtiana diſſipata, & pluſquam XX. hominum milia agente Guiberto pleriſque locis cæſa, qui etiam pulſis catholicis

Guibertū antipapā obſimoniā Simonem nuncupat, tanquam Simonis magi imitatorem.

A catholicis epiſcopis & Abbatibus, aliíſque eccleſiarum præpoſitis doctrina & religione præſtantibus, ſceleſtos & illitteratos ſingulis vrbibus, monaſteriis, eccleſiíſque præfecit: Sæpe ſingulos plerúmque binos annis ſingulis, magiſtri ſui Simonis mercimonio execrãdo, ſubſtituens deprædandis locis ſanctis, ſibíque non fauentibus chriſtianis, immo ipſis quoque fauentibus: dum non eſſet qui armato reſiſteret: longe latéque ſæuitia Neronis & Decij perdita voluntate craſſatus eſt. Idem verò (qui multo rectius Demens Papa, quam Clemens dictus eſſet) in oppidulo ſuo (quod argenteum dicitur) excelſa fabricata turri præſtolabatur ſymoniachos angelos, cum quibus volando in putidiſſimam paludem ſtygiam rueret, cruribus ſuis, Deo per omnia Victori Papæ fauente, confractis & redactis
B ad nihilum: Cum illi nemo Apoſtolicam reuerentiã exhiberet vel obedientiam præter Imperatorem eiúſque complices, vel qui ſe illi propter auaritiam, (quæ eſt idolorum ſeruitus) vel perpetuò vel ad tempus ſub iuriſiurando ſacramento vendiderant. Quorum plurimi quibus eius perfidia claruerat, dum execrabilis diuina immolaret ſacrificia, nec adeſſe tolerabant: ſcientes eum nulli Romano ſucceſſiſſe pontifici, ſed perfidum periurum inuaſorem ac ſymoniachum Gregorio Papæ ſuperadiectum fuiſſe. Catholici verò qui zelo Dei fidem ac religionem tuebantur, Victori Papæ ſanctitate ac religione præſtanti adhærebant.

Quomodo Papa exercitum in Africam miſit. CAP. LXX.

C AEſtuabat autem idem Apoſtolicus Victor Saracenorum in Africa morantium ſuperbiam frangere, perfidiámque conterere. Conſilio itaque cum epiſcopis & cardinalibus habito, ex omnibus ferè Italiæ populis exercitum congregans, illíſque vexillum beati Petri Apoſtoli tradens, ſub remiſſione peccatorum omnium contra infideles impióſque in Africam dirigit. Chriſto itaque duce ingreſſi Africam centum milia pugnatorum occiderunt, vrbe illorum præcipua capta, & exciſa. Porrò ne quis ambigat hoc Dei nutu contigiſſe, quo die chriſtiani victores euaſere, eo etiam Italiæ nunciata victoria eſt.

De concilio generali, & conſtitutionibus. CAP. LXXI.

D VIctor autem tertius egreſſus vrbe ad monaſterium venit: ſociatíſque ſibi epiſcopis & cardinalibus, eccleſiam ſancti Nicolai in pica ſolemniter dedicauit. Menſe verò Auguſto ſynodum celebrare cum Apuliæ & Calabriæ epiſcopis ſtatuens, Beneuentum perrexit. In quã idem Apoſtolicus præſidens ait. Nouit veſtra dilectio cariſſimi fratres coepiſcopi neque latet orbẽ vniuerſũ, ſãcta Romana & Apoſtolica ſedes, cui Deo auctore deſeruio, quot aduerſa pertulerit: quot denique per ſymoniacæ hæreſeos trapezitas malleis tunſionibúſque perfracta ſit adeo: vt columna Dei viui videretur iam penè concuſſa nutare: & ſagena ſummi piſcatoris in tumeſcentibus fluctibus diſrumpi, ac naufragij ſorte perire. Guibertus enim hæreſiarcha, qui viuente ſanctæ memoriæ prædeceſſore meo

Gregorio Papa, Romanam inuaſit eccleſiam, Antichriſti præcurſor,& E
ſatanæ ſignifer, oues Chriſti diſpergere mactare laniaréque non deſinit.
Incitator enim incentorque malorum factus, quantas Gregorio Papæ
iniurias,quas perſecutiones,quot clades intulerit,referre quis poſſit? Excitauit contra eum coniuratos ipſe conſpirationis auctor: fugauit vrbe, ſacerdotio quantū in ſe fuit ſymoniacus periuruſque priuauit. Cómouit aduerſus eū Romanum imperiū,concitauit gentes & regna & quod à ſæculo eſt inauditum,excommunicatus ipſe atque damnatus, ſecundum pontificem excommunicare præſumpſit. Romanam vrbem hactenus ſacrilegiis,cædibus,periuriis,conſpirationibus, flagitiis & vitiorum omnium ludibriis prophanare non deſinit: & Simonis Magi perfidia incenſus, nequitiæ ſuæ complices ad tam impium & execrabile facinus euocans,coacto Imperatoris exercitu, Apoſtolicæ ſedis inuaſor effectus eſt: F
contra præcepta euangelica,contra prophetarum Apoſtolorúmque decreta, contra canonum & Romanorum pontificum iura, nullo cardinalium epiſcoporum præcedente iudicio, nullo romani cleri approbante ſuffragio, nullo deuoti populi requiſito conſenſu, in ſancta Romana eccleſia totius nequitiæ ac perditionis caput effectus eſt. Sed omnipotentis Dei potentia cum iam dictum Gregorium pontificem poſt labores ac certamina plurima, ad æternam requiem euocaſſet: & vnanimi concordià epiſcopi, & cardinales,prouincialeſque antiſtites vnà cum Romano clero ac populo paruitatem noſtram modis omnibus contradicentem & renitentem, Apoſtolicæ ſedi præfeciſſent: non timens æterni Imperatoris iudicium, nunc vſque Chriſtum & oues eius pro quibus G
ille fudit ſanguinem ſuum, perſequi non omittit. Idcirco auctoritate Dei, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli,omniúmque ſanctorum, omni illum ſacerdotali officio & honore priuamus:& à liminibus eccleſiæ ſeparantes, anathematis vinculo innodamus. Noſtis præterea & bene noſtis, quos dolos machinati ſint, quantáſque mihi preſſuras intulerint Hugo Lugdunenſis archiepiſcopus,& Richardus Maſſilienſis Abbas: qui pro faſtu & ambitione ſedis Apoſtolicæ ad quam dudum clam inhiabant, vbi votis ſuis potiti non ſunt, ſciſmata in ſancta eccleſia fecerunt. Et Richardus quidem Romæ noſtram electionem cum cardinalibus & epiſcopis egerat: Hugo autem ad nos poſt paululum veniens, affuſus veſtigiis dum obſequium nobis ſummo pontifici debitum inuitis ac retractantibus exhiberet, legationem à nobis in partibus Galliarum poſtulauerat, & acceperat. Itaque donec paruitatem noſtram electioni factæ atque à ſe approbatæ repugnare conſpexerant: Ipſi modis omnibus inſiſtebant,ne onus pro vtilitate eccleſię nobis impoſitū abiiceremus. Vbi verò nos tandem cedere prouiderunt: conceptam diu flammam clibanus exuratus euomuit. Quapropter cernentes ſibi fratrum omnium vnanimitatem conſtanter obluctari:ab eorum & noſtra ſunt continuo communione feiuncti. Vnde vobis Apoſtolica auctoritate præcipimus, vt ab eis abſtinere curetis: neque illis omnino communicetis: quia

eccleſiæ

A eccleſiæ Romanæ communione ſua ſe ſponte priuarunt. Nam (vt beatus ſcribit Ambroſius) qui ſe à romana eccleſia ſegregat, verè eſt habendus hæreticus. Conſtituimus etiã vt ſi quis deinceps epiſcopatum vel Abbatiam de manu alicuius laïcæ perſonæ ſuſceperit, nullatenus epiſcopus vel Abbas habeatur: neque vlla ei vt epiſcopo vel Abbati adhibeatur reuerentia. Inſuper ei beati Petri gremium & introitum eccleſiæ interdicimus: quouſque locum, quem ſub tanto crimine ambitionis & inobedientiæ (quod eſt ſcelus idolatriæ) cepit, reſipiſcendo deſerat. Similiter etiam de inferioribus eccleſiaſticis gradibus dignitatibúſque conſtituimus. Si quis item Imperatorum, regum, ducum, principum, comitum vel cuiuſuis poteſtatis ſæcularis epiſcopatum vel quamuis aliam eccleſiaſticam B dignitatem dare præſumpſerit: eiuſdem ſententiæ vinculo ſe aſtrictum nouerit: Cũ trecenti & octo patres in Niceno concilio, omnes huiuſmodi vendentes & ementes excommunicauerint: cenſentes vt qui dat & qui recipit anathema ſit. Cũ huiuſmodi igitur epiſcopis, Abbatibus, aut clericis reliquis qui communicat vel orat, aut ipſorum audit miſſas, vna excommunicationis ſententia plectitur: qui ne ſacerdotes quidem ritè putari poſſunt. Pœnitentia verò & communio à nemine niſi à catholico ſuſcipiatur. Quod ſi nullus adſit Catholicus præſbiter, rectius eſt ſine viſibili communione perſiſtere, & inuiſibiliter domino communicare: quam eam ab hæretico ſumendo, à Deo ſeparari. Nulla enim (vt ait Apoſtolus) conuentio Chriſti ad Belial: neque pars aliqua fideli cum infideli. Om-C nis autem hæreticus infidelis eſt. Simoniacus verò quia hæreticus, idcirco infidelis. Nam ſacram Chriſti communionem quamuis viſibiliter & corporaliter catholici propter imminentes hæreticos habere non poſſint: dum tamen mente Chriſto coniuncti ſunt, eius communionem inuiſibiliter ſumunt. Hæc igitur omnia dum omnium epiſcoporum in cõcilio adſtantium fuiſſent ſuſcepta iudicio, & auctoritate probata, diſſeminata continuò vbique per orbem fuere.

De obitu Papæ Victoris. Cap. LXXII.

IN eodem verò concilio pontifex infirmatus grauiter, poſt triduum peractis omnibus feſtinus ad monaſterium rediit, comitantibus D epiſcopis & cardinalibus. Et in capitulum fratrum ſe ferri præcepit: Vbi ſub diſtricto anathemate prohibuit ne quis ex ſucceſſoribus ſuis auderet vendere fundos, eccleſias, villas vel quaſcunque poſſeſſiones ad monaſterium Caſinenſe pertinentes. Simili modo interdixit, ne quis monachorum abſque conſcientia Abbatis ſui libellum facere auderet, quod ſi fieret, irritũ eſſet. Conſtituit etiam vt omnia monaſteria quæ ſub ditione noſtri huius Caſinẽſis Cœnobij ſũt, ſingulis annis huic noſtræ cõgregationi prãdiũ faciãt. Hoc ſtatuto omniũ monachorũ vnanimi cõſenſu, præfatis etiã epiſcopis adſtãtibus atque approbãtibus dõnũ Oderiſiũ religioſũ valde virũ, Romanũque diaconũ, qui tũc erat noſtri monaſterij

præpoſitus Abbatem conſtituit. Poſt hæc conuocatis ad ſe epiſcopis & E
cardinalibus monuit ac iuſſit, vt iuxta Gregorij Papę ſtatutũ, Octonem Hoſtienſem epiſcopum quamprimum eligerent pontificémque conſtituerent. Quem (quia præſens aderat) manu apprehenſum cæteris epiſcopis tradidit dicens. Accipite eum, & in Romana ſede locate: meamque vicem in omnibus quouſque id facere poſſitis, habetóte. His ita diſpoſitis atque decretis, ſepulchrum ſibi in ipſa capituli abſida parari iuſſit: atque poſt diem tertium fœliciter migrauit ad dominum XVI Calen. Octobris,
1089. anno dominicæ incarnationis M.LXXXIX. cum præfuiſſet in huius monaſterij regimine annis XXIX. menſibus IIII. diebus XVI. In ſede verò Apoſtolica ab ipſo ſuæ electionis exordio anno vno: à conſecratione verò menſibus IIII. diebus ſeptem. F

Quæ ornamenta eccleſiæ reliquit monaſterio Papa Victor in obitu ſuo.

CAPVT. LXXIII.

HÆc ſunt autem ornamenta quæ idem Papa Victor moriens in monaſterio iſto dereliquit. Quæ omnia ferè poſt eccleſiæ dedicationem, partim ipſe cum fratribus Cœnobio quæſiuit: partim ab aliis ſub pignore poſita redemit. Planetæ diaſpræ deauratæ quinque, & tres ſine auro. Diarodinæ deauratæ tres: diapiſtæ duæ, & alia citrina. Purpureæ deauratæ ſeptem, & aliæ quinque purpureæ, & duæ examitæ, Planeta Ioannis medici. Planetæ quotidianæ ſex: quadrageſimales *IIII*. Paratæ dalmaticæ G
octo: & XI. aliæ Tunicę paratę, V. & aliæ, X. & IX. propter incenſum V. Pluuialia ornata auro *XXXVIII*. & alia LXXXV*II*. Albas lineas CXC*III*. Sericas X. Stolæ deauratæ cum manipulis ſuis *XIX*. Stolæ aliæ *XVIII*. Semicincia *VII*. Fanones aurei pro ſubdiaconibus tres, & alij *XIIII*. Camiſi magni deaurati cum amictis. *II*. & alij ſerici *VII*. Panni altaris ſancti Benedicti *XII*. Facies vna cum margaritis: alia deaurata. Coopertoria cum auro tria, & alia ſine auro duo. Circitoria magna & optima XI. Panni altaris ſancti Ioannis. V*III*. circitoria V. & coopertoria V. Panni altaris ſanctæ Mariæ facies vna purpurea cum auro. coopertorium cum ſmaltis. Circitoria *IIII* opertoria *IIII*. Panni altaris ſancti Gregorij. Circitorium aureum: & alia *IIII*. ſine auro. Cooperatoria *IIII*. Doſſales magni X*IX* Minores
XXX. Hoſtiaria ſeptem. Calices aurei X*II*. cum patenis ſuis: maiores V*II*. minores V. Fiſtula aurea cum angulo. Calices argentei ſaxonici duo: & alij argentei ſeptem: fiſtulæ argenteæ duæ. Turibula aurea duo, de argento deaurato duo. Alia argentea maxima *II*. & alia argẽtea octo. Candelabra Chriſtallina *II*. & alia argentea cum onychino duo, & duo alia argentea cum malis chryſtallinis & alia candelabra V. Duæ magnæ laternæ argenteæ, & vna quotidiana. Euangelium ipſius. Euangelium Imperatoris. Euangelium Stephani Papæ. Euangelium imperatricis. Duo Euangelia fratris firmi. Euangelium Abbatis Aligerni, duo ſacramentaria cum argẽto. Duo epiſtolaria: vnũ cũ aureis, alterũ cũ argẽteis tabulis. Regula S. Benedicti H

A Benedicti patris noſtri , cum argenteis tabulis. Capſa magna argentea cum gemmis & ſmaltis. Duo argentea ſcrinia. Duæ cruces aureæ magnæ cum gemmis : & duæ minores aureæ : & tres argenteæ ad proceſſionem. Candelabrum : vrceus cum aquimanili ſuo. Fumigatorium græcum : Aliud cum nigello. Vrceus cum ſmaltis : hæc omnia argentea. Pyxis aurea cum ſmaltis pro corpore domini:& alia maior argentea cum nigello. Vaſcula de pernis duo. Calices onychini duo. Bacilia argentea IIII. & auri non laborati libræ c. Stolæ aureæ duæ. Fano imperialis aureus totus. Scaramangæ Imperatorum XII. Corona argentea ſuper altare ſancti Ioannis cum crucibus v. & crux alia græca. Corona argentea deaurata , & lapidibus precioſis ornata, ſex ferens cruces. Corona
B alia ſuper altare beati Benedicti ferens tres cruces lapidibus precioſis ornatas. In ſancto Nicolao corona argentea cum cruce argentea fuſa. Coronæ argenteæ quas in veteri eccleſia inuenit XI. Hæc de reuerentiſſimi Deſyderij, qui & Victor Papa III. fuit: vita & moribus: monaſteriíque huius innouatione, ſeu compoſitione, paucis dixiſſe ſufficiat. Cœterum quamdiu mundi iſtius orbita voluetur, eius laudabile meritum , famáque virtutum ſemper accipiet incrementum, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum: Qui cum patre & ſpiritu ſancto : viuit & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

EXPLICIT LIBER TERTIVS
C CHRONICI CASINENSIS.

EPITAPHIVM DESIDERII MAVSOLEO ASCRIPTVM.

QVis fuerim, vel quid, qualis, quantúſque, doceri
Si quis fortè velit, aurea ſcripta docent.
Stirps mihi magnatum, Beneuentus patria, nomen
Eſt Deſyderius: túque Caſine decus.
Intactam ſponſam, matrem, patriámque, propinquos
Spernens, huc propero: monachus efficior.
D *Abbas de hinc factus, ſtudui pro tempore totum*
(Vt nunc aſpicitur) hunc renouare locum.
Interea fueram Romana clarus in vrbe
Presbiter eccleſiæ Petre beate tuæ.
Hoc ſenis luſtris minus anno, functus honorē,
Victor Apoſtolicum ſcando dehinc ſolium.
Quattuor & ſemis vix menſibus inde peractis,
Bis ſex luſtra gerens, mortuus hic tumulor.
Solis virgineo ſtabat lux vltima ſigno,
Cum me ſol verus hinc tulit ipſe Deus.

E

INCIPIT PROLOGVS PETRI DIACONI IN LIBRVM IIII. HISTORIÆ COENOBII CASINENSIS, ad Reuerentiſſimum Rainaldum, ſedis Apoſtolicæ Cardinalem & Cœnobij Caſinenſis Abbatem pium, atque venerabilem.

DOMINO dilectiſſimo, ac merito venerabili patri Rainaldo, ſanctæ romanæ eccleſiæ cardinali, & ſacri Caſinenſis Cœnobij Abbati, Petrus diaconus debitæ obedientiæ famulatum. Iniunxit mihi tua veneratio, Domine venerabilis, vt hiſtoriam monaſterij noſtri F
Caſinenſis, ſiue potius Chronicam dudum à Leone Hoſtienſe epiſcopo cœptam, & ad patris Deſiderij tempora vſque perductam, quanta poſſem cura & diligentia proſequi conarer: & quæ ille de geſtis Deſiderij morte præuentus omiſerat, tertio ipſius hiſtoriæ libro ſubnectens, reliqua adiecto IIII. Libro deſcriberem. Ego itaque & ſi me tanto operi minus idoneum noui: cum nullis liberalibus ſtudiis (quamtum ſatis eſſe potuiſſet ad hoc munus implendum) operam dederim: quippe qui infans annorum v. in monaſterio regulariter inſtituendus oblatus ſum: ſintque præterea in noſtro ſancto Cœnobio plerique eruditi viri, quibus id iniungi opus dignius omnino potuiſſet: fretus tamen iuſſione tua, & ſanctæ obedientiæ virtute confiſus, cum id mihi abs te ſæpius indici animaduerterem, ac ſanctæ G
obedientiæ iugo colla malè ſubducere metuerem, onus deuote ſubiui, quod virium mearum excedere modum non ignorabam: perſtitique vt obtemperarem iuſſis tuis, & queque à Deſiderij patris fœlici exitu in noſtro contigere Cœnobio, ſiue quæ vſquam digna memoratu geſta didiceram ſcriberem: Addens ea etiam quæ ipſe ante hoc ferè triennium ſub Imperatore Lotario vidi, quibúſque ipſe interfui: cum apud eum pro monaſterij cauſis remorarer. Quod ſiquis me fortaſſe temeritatis arguendum putauerit, quod imperitus auſus ſim tantum verſare opus, & res dignas ſtudioſis imperito explicare ſermone: is affectui ac timori meo dum me didicerit neceſſitate ineuitabili parendi, ſcilicet iuſſis tuæ ſanctitatis impulſũ id feciſſe, ſi fuerit pius ac benignus ignoſcet: volunt atémque ſuſcipiet, & animum officioſum amplexabitur: fundétque pro me ad dominum preces vt erratis meis veniam det. Quamquam quod metuam imperitiæ ſubire notam: cum H
1.Cor.4. *ſcriptum ſciam non in ſermone conſtare regnum Dei: meminerímque à domino piſcatores potius ſimplices & imperitos, quam philoſophos excultos eloquio & doctrinæ faſtu turgidos electos fuiſſe? Perdam inquit ſapientiam ſapientium, &*
1.Cor.1. 1Cor.3. *prudentiam prudentium reprobabo. Et ſapientia huius mundi, ſtultitia eſt apud Deum. Bono igitur animo in me deſiderari patiar eloquentiam nitorémque ſermonis: Nec requiret id de me fraternus affectus, cui (vt dictum eſt) nunquam operam dedi. Leget gratus hiſtoriam ſimplicem, puro ſermone digeſtam, vtilémque (vt ſpero) futuram rerum potius quam verborũ ſtudiis. Quanquam abs te, Railnalde pater, iure meo poſtulare poſſe videor: vt errata noſtra tu cor-rigas*

A *rigas, ruſticitatémque ſermonis expolias, onuſque quod iniungis mecum pariter ſubeas. Quod ſi grauioribus negociis occupatus dare huic rei operam fortaſſe nequiueris, veniam ſaltem imperitiæ tribuas: quam dum ſæpe obiicerem, tolerabilem tibi fore pollicitus es, modo geſtas res vtcunque explicarem. Sed de his hactenus. Iam verò ſermonis noſtri principium ac finis ſit Christus Dominus, qui eſt patris verbum, lux, decus, ſplendor, ſapientia, virtus.*

INCIPIT LIBER QVARTVS HISTORIÆ CASINENSIS MONASTERII FOELICITER.

B

De Oderiſio Abbate, & eius primordiis. CAPVT I.

ODERISIVS huius monaſterij Abbas trigeſimus octauus præfuit annis decem & octo, menſibus duobus, diebus decem & octo. Hic ex marſorum comitum origine ſanguinis lineam ducens, ab ipſo ſuæ pueritiæ tempore ad hoc monaſterium veniens à venerandæ memoriæ Abbate Richerio ſuſceptus & habitu ſanctæ conuerſationis indutus eſt. Quem memoratus Abbas cernens in Dei timore & ſan-
C ctæ religionis obſeruatione proficere, vacare diuinis lectionibus, contemplationi, & orationi ardenter operam dare: eximium regularis vitæ ſectatorem Abbatémque Caſinenſis Cœnobij fore prædixit. Hunc prædeceſſor ſuus venerabilis Deſiderius, qui & Victor Papa III. ſibi de fratrum voluntate ſubſtituit. Nam cum infirmatus grauiter in capitulum ſe (ſicuti ęger iacebat) in lectulo portari præcepiſſet, præſentibus qui cum eo venerant epiſcopis & cardinalibus admonuit fratres, vt ſibi iuxta regulam beati Benedicti Abbatem eligerent ex ipſa congregatione. Qui omnes vno ore paríque conſenſu Oderiſium ad hoc onus ſuſcipiendum elegerunt. Quod cum memorato pontifici retuliſſent: ille hanc ipſorum electionem valde approbans, Oderiſium protinus ad ſe acceſſiri iuſſit: inuitóque ac multum renitenti, regiminis onus impoſuit. *Cap 64.*
D

De electione Ottonis epiſcopi in Vrbanum Papam. CAP. II.

DEfuncto autem memorato pontifice, mœror ingens & deſperatio catholicos omnes inuaſit. Prædictis igitur epiſcopis huc illúcque diſperſis, frequẽtes vndique nuncii tam Romanorũ, quam aliarũ gentiũ & comitiſſæ Matildæ, monebant ipſos epiſcopos & hortabantur, vt conuenientes in vnum eligerẽt qui Romanã eccleſiam regeret, caput eccleſiæ conſtituere ſatagerent: membra Dei auxilio non defutura: Facile ſi paſtore careret eccleſia, confundi omnia & ruere. Cõgregati rurſus epiſcopi vnà cũ Abbate noſtro Oderiſio: romanos clericos & laicos fideles litteris

admonent: vt qui ex eis poſſent prima quadrageſimæ hebdomoda Terracinam pergerent, reliqui ſententiam ſuam per literas mitterent. Itidem & omnes per Campaniam principatum & Apuliam Epiſcopos & Abbates, vt ad eum locum ad eam diem conuenirent literis admonuerunt. Qui non poſſent, conſenſum ſuum per litteras aut certè per idoneas perſonas aperirent. Quarta igitur feria primæ hebdomadæ quadrageſimæ, id eſt octauo idus Martij, conuenerunt apud Terracinam Campaniæ oppidum cum epiſcopis & cardinalibus noſtróque Abbate Odoriſio: epiſcopis, & Abbatibus ex diuerſis regionibus numero XL. Ex vrbe verò romana, Ioannes Portuenſis epiſcopus omnium cardinalium & clericorum catholicæ partis: Benedictus vero præfectus omnium laicorum fidelium conſenſum vnanimem per literas attulerunt. Ex remotioribus quoque & vltra montanis partibus legati affuerunt vnà cum Matildæ comitiſſæ nunciis, orantes vt reformandæ eccleſiæ cum auxilio & gratia ſancti ſpiritus maturè operam darent: vt lætos nuncios ad ſuos referre poſſent. Poſtera igitur die conuenerunt in eccleſia beati Petri Apoſtoli, & ſancti Cæſarij diaconi, in epiſcopio ipſius ciuitatis. Et cum reſediſſent, Tuſculanus epiſcopus in medium ſurgens cũcta per ordinem retulit, quæ de ordinatione eccleſiæ, & Gregorius primò, & poſtmodum Victor Papa mandaſſet: cur etiam tunc ipſi eo conueniſſent. De hinc Portuenſis epiſcopus ſurgens vnà cum Benedicto præfecto, cleri populíque romani ſententiam aperuerunt: vt quem omnes vnanimiter eligerent, ipſi in Apoſtolica ſede ſuſciperent. Quòd cum Abbas noſter & Capuanus Archiepiſcopus, cunctíque qui aderant approbaſſent: omnipotentem Deum vt miſeriam & afflictionem eccleſiæ ſuæ iam tandem dignaretur aſpicere, multis precibus implorantes, ſtatuerunt, vt per illud triduum, ſpeciale ieiunium fieret in abſtinentia, orationibus & eleemoſynis vacarent, peterén tque vt perſona tanto apici idonea ſibi diuinitus oſtenderetur. Dominico igitur die ſummo mane in eádem eccleſiam cuncti conueniunt: & cum inter ſe hac de re multa conferrent, exurgentes tres epiſcopi cardinales qui conſilio præerant, Portuenſis, Tuſculanus, Albanenſis, ambonem conſcendunt: factóque ſilentio vno ſimul ore pronunciant Otonem epiſcopum, pontificem Romanum, iudicio ſuo eligendum. Tunc omnes repente mirabili ſummáque concordia magnis vocibus placere ſibi dignúmque eſſe pontificali ſolio conclamant. Prænunciante Albanenſe epiſcopo, placere ſibi Vrbanum illum appellari, ab omnibus rapitur, & lanea exutus veſte, purpuream induit capam: & cũ acclamatione & inuocatione ſancti ſpiritus ad altare beati Petri Apoſtoli pertrahitur, & in pontificali ſolio collocatur quarto idus Martij. Sícque miſſa ſolemniter ab eodem pontifice celebrata, gaudentes omnes & Deo gratias agentes in ſua redierunt. Sed hæc hactenus. Nunc ad Abbatis noſtri geſta euoluenda redeamus.

Ieiunium triduanũ ãte electionem Papæ.

Vrbanus Papa 2.

E F G H

Quomodo

A *Quomodo Oderiſius Abbas renouationem à Deſiderio cœptam complere ſtuduit.* Cap. III.

CErnens ergo Oderiſius monaſterij innouationẽ Deſiderio ad votum ceſſiſſe, ad officinas quæ ex veteribus ſupererant renouandas non ſegnis accingitur: domúmque infirmorum (quam dudum Deſiderius magno ſtudio ac ſumptu cum balneo ædificauerat) à fundamentis euertit; vt ampliandi monaſterij gratia domum ipſam ampliorem facerer atque meliorem. Illam igitur in deuexo montis latere conſtruens, longitudine & latitudine altitudinéque præſtantem effecit, & priore multo ſpecioſiorem atque omni ornatus genere illuſtriorem. Iuxta hanc eccleſiam S. Andreæ Apoſtoli aptè conſtruxit trabibus & tabulis mirificè laqueatam, opertámque coĉto latere ac pulcherrimè piĉtam: pauimento vario conſtrauit marmoreo. Chori ambitum duæ ingentes marmoris tabulæ ſepſerunt. Feneſtras in abſyda vtroque ex latere binas inſtituit. Hæc autem eccleſia ex vno latere abſydæ ſanĉtiſſimi patris Benediĉti, ex altero domui cohæret infirmorum. In capite verò eiuſdem domus, Abbatis pulchram conſtruxit manſionem. Porrò in fronte eccleſiæ ciſternam arcuato opere condidit. A Septentrionali verò ipſius eccleſiæ parte, cimiterium itidem permagnum conſtruens latere texit. Iuxta infirmorum verò domum ab anteriori parte coquinã, ac balneum, atque ciſternam pulchro opere extruxit. Clauſtrum quoque infirmorum ſupra columnellas marmoreas erigens, piĉturis decorauit, & tegulis texit. Nihil hoc expleto moratus vir ſtrenuus, circa atrium maioris eccleſiæ, palatium vbi nobiles quique ſuſciperẽtur, honeſta magnitudine cõdidit: trabibúſque contignans tegulis texit: iuxtáque ciſternam arcuato opere fecit.

De quodam fratre diaboli arte perempto. Cap. IIII.

QVo tempore quidam in hoc Cœnobio monachus, Maio nomine, qua arte ſit à dæmone occiſus, atque ex eius iure ſanĉtiſſimi patris Benediĉti meritis ereptus adiungimus. Hic dum in ipſa infirmorum domo ſenio feſſus moraretur, in natiuitate Domini pergebat ad naturæ neceſſaria. Cui diabolus humana effigie apparens, ſequi ſe inter denſas noĉtis tenebras iubet: ducem ſe adiutorem fore pollicens. Frater hominem purans, pergere poſt illum cœpit. Cumque ad feneſtram magnam perueniſſent, antiquus hoſtis ſenem feneſtræ impoſitum præcipitauit. Fratribus illum tota noĉte quærentibus, nec inuenire valentibus, monachus eandem feneſtram adiit: mortuúmque conſpiciens, fratribus vbi iaceret oſtendit. Poſtera die Abbas fratribus dominum orare præcepit: vt quo ordine frater ille ex vita migraſſet, pandere dignaretur. Tunc is qui defunĉtus fuerat cuidam fratri per viſum apparens, quid ſibi contigiſſet enarrauit, aſſerens cum ſe per viam quandam plenam carbonibus diabolus duceret, & illum ibi ſæpe volutaret: patrem illicò Benediĉtum adueniſſe, ac de poteſtate dæmonum ereptum ſuo cætui aggregaſſe. Abbas

verò cum fratribus ob ipſius animæ liberationem Deo gratias referens, E
conſtituit vt quot fratres obiiſſent, tot etiã pauperes vſque ad xxx. diem ad mandatum pauperum addicerētur: adiuncto vno paupere pro anima Deſiderij prædeceſſoris ſui: Omníque tempore cũ fratres à capitulo ſurgerent, pro defunctis pſalmos quattuor canerent: ac per ſingulos nouiter defunctos ſinguli etiam pſalmi de Canticis Graduum vſque ad trigeſimum diem adderentur. Sexta inſuper feria per totum annum expleta Miſſa, pro defunctis cõtinuò canentes pſalmos ad cimiterium pergerent: ibique facta oratione, poſtmodum capitulum ſoluerent.

Quomodo Vrbanus Papa dum de corpore beati patris Benedicti dubitaret, ſit ſanatus ab eo & certificatus. CAP. V.

F

HIs diebus Vrbanus Papa cum ad monaſterium veniſſet, conſuetudinario ſibi dolore lateris grauiſſime vexari cœpit. Itaque dum in vigiliis ſancti patris Benedicti eodem languore cruciaretur, & de præſentia corporis ipſius dubitaret: eidem ſanctus per viſum apparens: cur (inquit) de mei corporis præſentia dubitas? Ad quem ille, Tu quis es? Ego (inquit) ſum frater Benedictus. Ne autem vltra hinc dubites, & me hic requieſcere certiſſimè nouéris: cum primò fratres ad nocturnam ſynaſim ſurrexerint, ſtatim à lateris dolore liber eris. Et his dictis euanuit. Hora igitur conſtituta ſanus effectus, Oderiſium Abbatem vocat: exponit ſcrupulũ, pandítque miraculum: Surgamus (inquiens) & gratias Deo referamus: & his dictis quæ ſibi pater Benedictus reſerarat, aperuit. Incredibile G
continuò oritur omnium gaudium: ac de tanti pontificis ſanitate, tanto miraculo, talíque viſione conſumata, vberes Deo cum lachrymis gratias referunt.

De oblatione quorundam. CAP. VI.

SVb idem tempus Gentilis Baldium Comitis filius vnà cum Trãſmundo nepote ſuo, obtulerunt beato Benedicto monaſteriũ ſanctæ Mariæ in luco, cum omnibus omnino rebus ac poſſeſſionibus ſuis: Eccleſiámque S. Nicolai in valle Sorana. Sancti Stephani, ſanctæ Reſtitutæ, ſanctæ Mariæ & ſanctæ item Mariæ, cum omnibus ipſarum eccleſiarum rebus. Morinus præterea Venafranus Comes, obtulit ſancto Benedicto caſtrum aquæ fundatæ, quod antiquitus intra monaſterij fines ſitum eſſe H
cognoſcitur, cum omnibus finibus ac rebus ſuis; mille bizanteorum appoſita pœna qui contraire auſus eſſet. Accepitque pro illo ab Abbate noſtro, centum & quindecim monetæ libras.

Quomodo præfatus Papa quoſdam monachos ordinauit Epiſcopos.

CAPVT VII.

SEquenti tempore idem Vrbanus Papa ad has iterum deueniens partes Ioannem Caietanum huius loci à puero monachum, diaconum in La-

A teranenſi patriarchio ordinauit. Quo etiam tempore, cum apud Troiam Apuliæ ciuitatem ſynodum celebraret, Abbas noſter quæſtionem poſuit de cella ſanctæ Sophiæ intra Beneuentum: Sed ob fremitus bellorum nihil proficere potuit. His diebus defuncto Leone Caietanæ eccleſię epiſcopo, Rainaldus huius Cœnobij monachus ibi præſul ordinatur. In Sardiniæ inſula, Benedictus huius monaſterij monachus defuncto epiſcopo, ſubrogatur. Huius Benedicti miracula qui ſcire cupit: librum qui à nobis ante ſeptem annos de miraculis ſcriptus eſt, perlegat. Tunc temporis Richardus ad hoc monaſterium veniens, Abbati noſtro ſub iureiurando pollicitus eſt, quod caſtrum ſuum à nemine vnquam, niſi tantum à monaſterio Caſinẽſi recognoſceret: ſeruarétque omnia quæ Gaffridus Monius Deſiderio Abbati ſeruauerat: & ad mortem veniens libe-
B rum abſque vllius contradictione monaſterio reſtitueret.

Quomodo Eccleſia ſancti Martini cum ſuis altaribus fuerit dedicata.

Capvt VIII.

CVm vero à dedicatione maioris eccleſiæ xiiij. ab incarnatione vero Domini M. & xc. annus verteretur, elapſis iam tribus annis, ac menſibus duobus à tranſitu memorandæ perpetuóque recolendæ memoriæ Victoris Papæ iij. iuſſu prędicti patris Oderiſij dedicata eſt Eccleſia S. Confeſſoris Chriſti Martini: quam Deſiderius Abbas venerabilis (vt ſupra retulimus) vbi quondam à beatiſſimo patre Benedicto conſtructa 1090.
C fuerat, iuxta monaſterij portam mirificè ac pulcherrimè in xvj. marmoreis columnis erexerat: quamque muſiuo, variíſque picturis ornauerat xiiij. Calend. Decembris, die ſcilicet octauarum eiuſdem beati Confeſſoris Martini, feria ſecunda cum tribus altaribus ſuis, magno concurſu populorum, & cunctorum ſumma lętitia. Primum ex his atque pręcipuum in honore ipſius S. Martini dedicauit vir venerabilis Ioannes Tuſculanus Epiſcopus. Quod autem ad dexteram, in honore S. Heraſmi martyris conſecrauit domnus Rainaldus Caietanus Epiſcopus, huius monaſterij monachus. Tertium quod à ſiniſtris eſt, in honore glorioſi Confeſſoris Chriſti Ambroſij benedixit domnus Honeſtus reuerentiſſimus Barulanus Epiſcopus. In altari verò S. Martini hæ reliquiæ conditæ ſunt Matthęi
D Apoſtoli & Euangeliſtæ, Marci Euangeliſtæ, Martini Epiſcopi, Cornelij & Cypriani: Cyrini & Maximi. Stephani Papæ & martyris. Sebaſtiani: Focæ Epiſcopi & martyris xl. martyrum, Brachium ſanctorum Fauſtini & Iouitæ. In altare S. Heraſmi habentur reliquiæ eius. Caſti, Secundini, & Hyppoliti martyrum. In altare S. Ambroſij ſunt reliquiæ eius. Auguſtini Epiſcopi, Pancratij martyris, & S. Hieronymi preſbyteri. Fuerunt autem cum eis in hac dedicatione & alij epiſcopi tres: ideſt Lambertus Alatrinenſis, Roffridus Soranus, & Leo Venafranus. Quod autem tandiu poſt patris Deſiderij tranſitum conſecratio huius baſilicæ dilata eſt, hæc ratio fuit. Picturæ partem aliquam, & pauimenti imperfectam Abbas ipſe re-

liquerat: Bis enim eam eccleſiam conſtruxit. Primo enim poſtquam columnas & epiſtylia locauerat, cum adeſſet Capuæ, eccleſia ipſa funditùs corruit. Quod vbi ille cognouit, in hæc verba prorupit. Sacerdos Dei Martine paſtor egregie, ora pro nobis dominum. Móxque vir ſtrenuus remeans, eccleſiam (vt hodie cernitur) nouiter ab ipſis fundamentis erexit, idque quod prædiximus imperfectum reliquit. Quam ſucceſſor illius ſtudioſiſſimè implere, & quæque deeſſe videbantur curauit adiicere: ſicque ſummo cum honore dedicari. Quo tempore ſic Elgaita Roberti Ducis vxor (cuius ſupra meminimus) vita excedens, ob ſummam in patrem Benedictum ſpem ad hoc ſe monaſterium duci orauit: & in Eccleſiæ † paradiſo ante baſilicam beati Petri Apoſtoli tumulari. E

† *Paradiſus, pro atrio, vt ſuprà. lib. 2. cap. 9. & lib. 3. c. 26.*

De proditione Richardi contra monaſterium: & de conſecratione Eccleſiæ ſancti Andreæ Apoſtoli. CAP. IX. F

EOdem tempore miles quidam, Richardus nomine, in caſtro degens quod Spinum dicitur, cum victum ſeges ægra negaret, ad Abbatem noſtrum properauit: ac preces pro precio offerens aliquantulum tritici quo ſuam conſolaretur inopiam magnopere poſtulauit. Ille neceſſitati eius piè compatiens, bis quinos tritici modios ei ſe indubitáter daturum ſpopondit: diem illi ſtatuens quo id eſſet accepturus. Infidelis ille ingratúſque poſtulator, maiora quam ſibi Abbas polliceretur appetens, ſuggerente diabolo quidnam apud Abbatem inuenerit, Rainaldo domino ſuo referre properauit: non vt Abbatem illi conciliaret: ſed vt ſub occaſione ſumendi tritici, caſtrum Fractam vbi erat conditum traderet. G Tunc ille proditoris conſilio aurem accommodans, Richardo ſacraměto firmauit, mediam ſe illi ipſius caſtri partem eſſe daturum. Adueniĕte verò feſtiuitate ſanctæ Priſcæ, dux ſub amici ſpecie prædictum ingreditur caſtrum. Quem plerique iuuenes bini ſubſequentes ab incolis loci ſuſcipiuntur hoſpicio. Suſcepti verò non virtutis meritò, ſed fraudis magiſterio, de hoſpitalitate ad dominationem ſubito tranſeunt. Qund vbi Oderiſio Abbati nunciatum eſt, eundem Rainaldum per nuncium rogat, vt acceptis c. ſolidis caſtrum monaſterio reddat. Quod dum ille audire contemneret, hebdomadæ vnius ſpacio ab Abbate commonitus, cum aſſentiri omnino renuiſſet, ante ſancti patris Benedicti corpus excommunicatus eſt. Quarta verò die Adenulfus Aquinenſis Comes ab eodem Abbate H illuc cum exercitu mittitur. Qui cum fuiſſet ab oppidanis in caſtro receptus: arcem oppugnare modis omnibus cepit. Mira dicturus ſum, veriſſima tamen. Nam cum hi qui in arce erant ſuper obſidentes turrim lapides ac tela conijcerent, nullus omnino ex eis læſus eſt. Sicque auxilio Dei, ſancti patris Benedicti interuenientibus meritis, eandem arcem vi ceperunt: captis omnibus qui ibidem cum ipſius Rainaldi fidelibus inuenti ſunt. Vt enim hæc beati Benedicti auxilio geſta credantur, inter milites quidam monachus ambulare viſus eſt: cum nullus omnino monachus tunc affuerit pugnæ. Die vero ſeptimo, dum præfatus Abbas vnà cum

Vrbano

A Vrbano Papa Capuæ eſſet, adſtantibus pleriſque Capuanis clericis atque nobilibus, prædictus Rainaldus cum omnibus qui ſecum erant veniens diſcalciatis pedibus, publicè ſatisfecit. Sicque ab excommunicatione abſolutus eſt. Eo etiam die ſupradictum recepimus caſtrum. Anno Dominicæ incarnationis, M. xciij. indictione ſecunda, menſis Ianuarij die xxx. 1093. dedicata eſt eccleſia ſancti Andreæ Apoſtoli, quam Abbas ipſe conſtruxerat, à Domino Rainaldo Caietano epiſcopo & huius Cœnobij monacho. In qua iſtæ ſanctorum reliquiæ reconditæ ſunt. De cathena ſancti Petri Apoſtoli, Andreæ Apoſtoli, Iacobi Apoſtoli, Philippi Apoſtoli, Matthæi Apoſtoli, Matthiæ Apoſtoli. Sanctorum Innocentum, Stephani Protomartyris, Vrbani Papæ, Fœlicis Papæ, Gregorij Papæ, Marcelliani B & Marci, Cyriaci Diaconi, Coſmæ & Damiani, Viti martyris, Sauini Canuſini Epiſcopi, Antonij Conſtantinopolitani, & ſanctæ Lucinæ. Tunc temporis Oderiſius, Oderiſij Sangrorum comitis filius, ad mortem veniens obtulit beato Benedicto duo iuris ſui caſtra: fratturam ſcilicet & collem Angeli, & quicquid ſibi ex paterno vel materno iure, in toto Sangretano comitatu pertinere videbatur.

De morte Iordanis principis, & de quibuſdam donationibus.

Capvt. X.

PEr idem tempus Iordanis princeps (cuius ſupra meminimus) cũ omnem ferè Campaniam à ſedis Apoſtolicæ iure ſubductam in deditio- C nem accepiſſet, apud piperinum vita decedit: corpúſque eius ad monaſterium iſtud delatum, iuxta beati Petri Apoſtoli Baſilicam reconditum eſt. Capuani vbi principis mortem agnouerunt, aduerſus Richardum Iordanis filium coniurant: occupatíſque munitionibus Normannos omnes vrbe depellunt. Richardus autem Auerſam vnà cum matre contendens, Rogerium Ducem in auxilium euocat. Qui æſtiuo adueniẽs tempore, vicina vrbi loca omnia igni ferróque vaſtauit: eóſque tamdiu oppugnauit, quoad cõpulſi neceſſitate Capuani prædicto Richardo munitiones redderent: atque intrò ſuſceptum principem conſtituerent. Eodem tempore Rogerius Dux præceptũ fecit beato Benedicto de omnibus quę Robertus Dux ipſius pater cum vxore ſua monaſterio noſtro conceſſerant: & de D monaſterio S. Anaſtaſię cum pertinentiis ſuis. Decẽ præterea familias cũ ſuis omnibus intra follo caſtrum huic S. Cœnobio per præceptum, aurea munitum bulla, donauit. Monaſterium quoque S. Nicolai, & S. Angeli, & S. Nicandri, Caſtillionem fundicum in Amalfi, pœna appoſita librarum auri quingentarum, Boamundus quoque frater eius eodem anno per præceptum aurea Bulla roboratum, confirmauit omnia quæ pater eius monaſterio noſtro tradiderat, cum monaſterio S. Petri Imperialis intra Tarentum: & cum omnibus omnino pertinentiis eius. Decimam quoque frumẽti, vini, olei, ordei, animalium, piſcium, quæ etiam vel tunc ad ſe pertinebat vel pertinere in poſterum poterat.

De ſigno ſtellarum, & de exercitu, & victoria Chriſtianorum contra infideles. CAP. XI. E

1095. *De bello ſacro agit hoc capite.* ANno dominicæ incarnationis M. XCV. ſecundo nonas Aprilis, feria quarta poſt octauam Paſchæ, à quarta ferme vigilia noctis vſque in crepuſculum, innumerabiles ſtellæ verſus Occidentalem plagam vbique terrarũ cadere de cœlo viſæ ſunt. Eodem verò tempore infinitæ multitudinis Occidentalium commotio omnibus retrò ſæculis inaudita & admirabilis contigit. Nunquam enim profectò tot ſimul gentes tot principes tam ſubitò, tam vnanimiter, támque conſtanter, abſque imperio cuiuſquam conſpiraſſe memorantur. Vnde ſine cœleſti nutu ac diſpoſitione diuina fieri id nequaquam potuiſſe, nemo qui ambigat. Ex his eorum geſtis qui tũ conuenere pauca delibare inſtitui: quia omnia proſequi nec F ocij noſtri nec præſentis operis eſt. Fertur iſta commotio apud Gallias occaſione quorundam pœnitentium principia ſumpſiſſe. Qui cum de innumeris ſceleribus dignè apud ſuos pœnitere non poſſent, & inter notos ſine armis viuere vehementer erubeſcerent: auctoritate atque conſilio ſanctæ memoriæ Vrbani Papę, prudentis & verè Apoſtolici viri qui tunc pro Eccleſiæ negociis illas adierat partes trans mare, ad eruendum ex infidelium manibus ſanctum ſepulchri Chriſti locum: in pœnitentiam & remiſſionem peccatorum ſuorum fide promptiſſimè ſe ire ſpoponderant, certi omnino redditi quicquid periculorum incommodorúmque ſubiiſſent, à Domino pœnitentiæ loco ſuſcipiendũ: dum tamen ſe à priſtinis nequitiis iam continerent. Senſim igitur hac opinione ſerpente nó paucos G paulo poſt diffuſa per populos, incredibile eſt quanta multitudo huic cóſpirationi breui tempore adiecta ſit. Ad huius autem rei euidés indicium, communi conſilio ſignum ſanctæ Crucis ſuper ſcapulam dextrã impreſſere veſtibus: ſimúlque per totum iter altis vocibus Gallice, Deus louolt, Deus louolt, Deus louolt, crebrò repetebant. Et re vera diuinæ voluntatis erat diuiníque conſilij: vt & Chriſtiani illarũ partium tanto iam tempore miſerabili ſeruitute vexati, ab impiorum iugo ac ludibriis eriperentur: & loca ſancta natiuitati ſalutiferæ paſſioni reſurrectioníque dedicata (quæ iniquitatibus noſtris agentibus, tamdiu occulto ſuo iudicio ab infidelibus teneri profanaríque permiſerat) ipſámque ſanctã ciuitatem à noſtris recuperari ſua pietate concederet; atque ad ea viſitanda & adoranda omnes per orbem fideles iã ſine periculo aliquo properare permitteret. Tres H igitur turmas omni illa multitudine diuiſa vna cum Duce Godefrido, & fratre ipſius Balduino Comite, ſimul & cum Petro quodam eremita, quem ſequebatur ingens Alamanorum turba, Pannoniam ingreſſi, per viam quam olim rex Carolus ſtrauerat Cóſtantinopolim properant. Vbi illos magna iam Longobardorum multitudo præuenerat. Pars alia cum Raimundo ſancti Egidij Comite, & cum Podienſe Epiſcopo per Sclauoniam perrexit. Tertia Romam profecta eſt, cum Roberto Comite Flandriæ, & Roberto Normanniæ Comite, & Hugone qui vocatus eſt magnus:

L'eueſque du Puy en Auuergne.

A gnus: & Gulielmo Markiſij filio, cum aliis pluribus. Qui omnes per noſtrum Caſinenſe monaſterium tranſeuntes, & Benedicto patri ſe ac fratribus multum commendantes, Barim profecti ſunt. Interea Boamundus Roberti Ducis filius, qui primo cum patre, & per ſe poſtmodum multa cum Conſtantinopolitano Imperatore eiuſque exercitibus prœlia proſperè geſſerat, cum eſſet in expeditione vnà cum Duce Rogerio in cãpaniæ partibus & hæc omnia comperiſſet: mox ad hoc ipſum negocium cœlitùs inſtinctus, pannum ſericum ſibi protinus iuſſit afferri, totúmque in fruſta concidi, vt tam ſibi quam ſuis & aliis ad ſe confluentibus cruces inde confectas ſuperponerent humeris: omnéſque itidẽ Deus louolt clamare magnis vocibus iuſſit. Hac fama exciti Rogerij milites tam multi B repentè confluxere vt vix paucis cum comite relictis in Siciliam ſolus fermè redierit. Mox Boamundus ad ſua regreſſus, ſeſe ad id conficiendum iter præparauit. Perrexerunt cum illo Duces hi, Tanchredus Marchiſij filius: Robertus Girardi filius: Richardus & Rainulfus frater eius. Robertus. Hermanus Robertus item: Robertus alius. Vnfridus, Richardus, Goffridus Comes de Ruſcilione, & eiuſdem oppidi Epiſcopus: & Girardus frater eius Epiſcopus de Ariano: Boellus Carnotenſis: Alberedus de Caniano & Loffridus de monte: & alij plurimi. Transfretantes verò venerunt velonam: ibique ſociati ſunt Flandrenſi Normannóque comitibus, & aliis pluribus, qui iam tranſierant. Inde progreſſi venerunt in partes Bulgariæ: deinde in vallem Adrianopolis: inde caſtoriam, de- C hinc Paphlagoniam, demum ad flumen bardarum. Cumque audiſſet Imperator aduenire Boamundum, miſit Choropalaſium quendam, qui illum cum ſuis omnibus cum honore ſuſciperet, Conſtantinopolímque perduceret. Cùm veniſſent autem ad Ruſſam ciuitatem, Boamundus relicto illic exercitu, cum paucis Conſtantinopolim abiit cum Imperatore locuturus: ibique Gotfridum Ducem, cum fratre illius inuenit. Comes autem ſancti Egidij poſt multa pericula vix trãſmiſſa Sclauorum regione peruenit Dirrachium: indéque progreſſus paucis poſt diebus intrauit Conſtantinopolim. Nec alij quidem abſque periculis tantũ iter confecere: verum plurimis ſæpe barbarorum laceſſiti prœliis ſunt: nonullíque fame ac ferro periere. Cœpit interea prudẽs & callidus Imperator cũ Duce & Comite atque Boamundo, & cæteris illorum ſociis agere: vt iu- D ramenta fidei mutuæ ſibi inuicem darent: ſpondens ſe quoque vnà cum illis iter initum proſecuturum: & quæque illis neceſſaria procuraturum: Boamundo inſuper territorium dierum xv. in longitudine, & octo in latitudine daturum. Sed dum illi diutius hoc conſilio inter ſe habito detractarent: magna tandem & ineuitabili neceſsitate compulſi iurauere, ſi Imperator iuſiurandũ quod dare pollicebatur, obſeruaret: ipſi ſuũ quoque iuramentum conſtanter tuerentur. Hoc inter ſe firmato, mox omnis exercitus trãſmiſſo breui freto peruenit Nicomediã. Dux autem conſiderans tanto exercitu arctam & arduam nimis eſſe viam, qua Niceam adire parabant, pręmiſsis tribus militũ milibus, iuſsit vt cum ſecuribus ac ferra-

mentis reliquis adytum panderent: & ferreas ac ligneas cruces pro ſigno ſtipitibus imponerent. Ventum tandem ad Niceam eſt: quæ nobiliſſima & munitiſſima vrbium, ac totius Romaniæ caput eſſe dinoſcitur. Ibi vj. die caſtrametati ſunt, intrante Maio: obſederúntque illam continuis vij. hebdomadibus. Primo autem biduo tam acriter à noſtris oppugnata eſt: vt quandam muri perfoderent partem. Tertia vero die Solima Hunnorum rex: quos modò turchos vocamus: cum c c. equitum milibus dum à meridiana parte, quæ nōdum obſeruabatur à ſociis, ferre auxilium vellet: irruit ſuper eos repentè comes ſancti Egidij: tantáque virtute proſtrauit, vt ex innumera illa multitudine, truncatis cæteris, vix pauci diffugerent. Alios item qui adeo ſuperbè aduenerant, vt funes vinciendis noſtris afferrent, Dei auxilio ſimili virtute fuderint: occiſis plurimis, eorúmque capita ad perterrendos cæteros intra muros vrbis variis inſtrumentis iaculati ſunt. Vt autem omnem aditum ciuitatis adimerent, ſingulis ex ipſis duabus caſtellum ligneum per girum eius fabricantes, ciuitatis turres baliſtis & machinis variis deiicere aggreſſi ſunt. Poſt hæc conſilio inito tres ex ſuis eligunt prudentiſſimos viros, Babylonémque cum huiuſmodi mandatis ad amirarium dirigunt: Chriſtianorum principes Hieroſolymam vnanimiter pergere, itérque ad ſepulchrum Domini aperire diſponere, ac de profano paganorū dominatu chriſtianorū eripere terras: eóſque inde cum dedecore eiicere. Videret quidnam agēdum ſibi eſſet, atque vtrum vellet eligeret: aut ſcilicet ſuſcepta Chriſti fide ac religione eis amicis vti: aut in perfidia erroris perdurando eis obuiam in prœliū egredi. Erat iuxta ciuitatem lacus prægrandis, per quem ingredientes cum nauibus barbari obſeſſis ſolatia victus deferebant. Mittunt igitur ad Imperatorē, orantes vt aliquas eis naues mittat. Factúmque eſt. Et cū applicuiſſent naues noctu illas introduxerūt in lacum plenas armatis, quos etiam cum nauibus Imperator miſerat: & mane facto contra ciuitatis murum properabant. Ea facie rerum turbati barbari, ignorabāt naues ipſas an ex ſuis eſſent, an fuiſſent ab Imperatore tranſmiſſæ. Cumque naues Imperatoris agnouiſſent, ipſúmq; fauere noſtris didiciſſent: perterriti atque omnino deſperātes, mādata ad Imperatorem dirigunt: ſi ſaluis cum vxoribus, & liberis, & armis, egredi liceat, protinus ſe vrbē reddituros. Tunc mandauit Imperator vt reddita ciuitate ad ſe ſine trepidatione vlla properarent. Quoniā autem Imperator promiſerat omne ſe aurū & argentum & equos cunctámque ſuppellectilem noſtris traditurum: monaſteriúmque ibi Latinum, & Xenodochium fabricaturum: deditionem ipſi quoque approbarunt. Sed Imperator ciuitate recepta lætiſſimus redditus: nihil ex his quæ pollicitus fuerat, impleuit. Poſt hæc motis inde tentoriis cum tertia die ante lucē arripuiſſent iter: noctis cæcatis tenebris in duos ſeorſum cuneos biduo fermè diuiſi ſunt. Inter hæc Barbarorum infinita multitudo Perſarum, atque Arabum, Boamundo obuiam pergens, ſummo diluculo ingēti clamore ac ſtridore noſtros cum duce ſuo terrere voluerunt. Sed Boamundus hortari cœpit ſocios dicēs. O fortiſſimi Chriſti milites nolite terreri:

A ſciẽtes proculdubio quia dominus cuius bella gerimus nobiſcũ eſt. Equi-
tes igitur adoriãtur illos: pedites verò feſtinãtes tentoria extẽdant. Quod
de nobis vult Deus, hoc faciat. Erãt cum illo tunc Normandus comes &
Tancredus. Miſit interea nuncios ad cæteros principes: vt quamprimum
ſibi opem ferre maturarent: Se vndique à barbarorum infinita multitu-
dine cingi, nec poſſe ſolos tantum belli ferre onus. Illi his auditis, & ſi mi-
nimè credebant, & ioco iſta ſibi mandari putabant, profecti tamen ſunt:
conſpectáque tanta hominum multitudine obſtupuerunt. Accepta ta-
men in Deo fiducia, aciem inſtruunt. Siniſtrum cornu Boamundus &
Normandus comes & Tancredus & Richardus tuendũ acceperunt: Dex-
trum, comes ſancti Egidij, Gotfridus Dux, & Hugo magnus Flandriæ
B Comes ſortiti ſunt. Eos verò Podienſis epiſcopus per montana cingebat.
Statim verò vt à noſtris acclamatum eſt, Deus lo volt, tanto terrore bar-
bari correpti ſunt: vt ſe in fugam protinus præcipites darent. Quos noſtri
inſtanter perſequentes, ingentem ex eis multitudinem ſternũt: per occul-
tiora loca euadentibus cæteris. Fertur in ea pugna tres ſpecioſiſſimos mi-
lites ab albis equis vectos, vexilla candida crucis inſignita vexillo præfe-
rentes viſos ab hoſtibus fuiſſe, noſtrorum exercitum præire: qui magno
impetu hoſtes inſequi ac perimere videbantur. Hos Georgium, Deme-
trium, atque Theodorum eſſe putauerunt. Nec mirum planè iſtud, nec
incredibile videri debet. Quomodo enim perſequeretur vnus mille, &
duo fugarent decẽ milia: niſi quia dominus ſubdidit illos? Namque poſt
C triduum cadauera hoſtium occiſorum, & equos inueniebant noſtri: cum
tamen ex eis nemo ad ea prius perueniſſet loca. Feruntur in illa expeditio-
ne Turcorum atque Perſarũ conueniſſe ccccl x. milia: præter Arabas quo-
rum ignotus eſt numerus. Magna auri, argẽtíque, veſtium, & animalium
præda potiti noſtri ſunt. Durauit autem ea pugna ab hora fermè tertia
vſque ad veſperam Calend. Iulij. Cecideruntque in eo prœlio ex noſtris
duo nobiliſſimi milites, cum maximo certè dolore omnium, Ioffredus
ſcilicet & Guilielmus Tancredi frater: & quingenti ſexaginta ſex equites:
pedites vero ad xj. milia, Saracenorũ verò pluſquam c. milia. Accidit au-
tem vt Solima Niceæ Dux fugiens obuium haberet exercitum Arabum
ferè x. milium, properantem ad auxilium ſuis ferendum. Qui cur ita fu-
geret rogatus reſpondit. Si vobis cõſultum cupitis, vertite curſum. Alio-
D quin ſi vel parum nectatis moras, nemo ex vobis euadet illorum manus:
Deus enim profectò cum eis eſt. Nam cum nudiuſtertius cinctos iam in
manibus habere videremur: reſpicientes ſubitò tantam multitudinem
vidimus, quantam nullus vnquam hominum vidit. Siquidem campi, &
montes, armatis pleni erant. Mòxque vociferantibus cunctis, tanta nos
repentè formido, tantus terror inuaſit: vt nihil aliud quam fuga poſſe-
mus meditari. Mirúmque eſt quempiam ex illa multitudine noſtra eua-
ſiſſe. His Arabes compertis, protinus terga verterunt: fugientéſque no-
ſtros eccleſias, domos, villáſque vaſtabant: captiuóſque ducẽtes quoſque
ex chriſtianis obuios, omnia ad victũ neceſſaria ne noſtris vſui eſſe poſſent

incendebant. Noſtrorum itaque exercitus dum illos conſtanter per deſerta & inaquoſa perſequitur, magnam equorum amiſit multitudinem: ipſíque diebus plurimis ſolis agrorum ſpicis in cibum vſi ſunt. Tandem peruenere Heracleam: ibique magna cum Turcorum manu confligentes, fugere victos compulerunt. Hic Tancredus & Balduinus Gotfridi Ducis frater, ab exercitu reliquo diuiſi, valdebotrentoit ingreſſi ſunt. Inde Tancredus cum ſuis tantum progreſſus venit Tarſum: ibíque cum Turcis qui illi haud procul ab vrbe obuiam in prœlium exierant, dimicans, eos intra vrbis mœnia fugere compulit: móxque ante ipſius vrbis portas tentoria fixit. Balduinus quoque ſuperueniens itidem fecit. Quod hoſtes vbi aſpexerunt, exterriti noctu omnes diffugere. Mane autem facto progreſſi maiores ciuitatis, Tācredo vrbem & ſe ipſos dedunt: quem pridie cum Turcis tam ſtrenue dimicaſſe cognouerant. Et Tancredus Balduino relicta manteriora, contendens adenam & mamiſtam ſimiliter cœpit: & cunctam Antiochiam vſque caſtella. Cæteri vero Heraclea digreſſi, Armeniam ſubeunt: omniáque illius oppida partim vi, partim deditione cœperunt. Inde profecti, Antiochiam ire properabant: & cum haud longe iam abeſſent ij quos præmittebat exercitus noſter magnam offendunt barbarorum manum; qui Antiochiam vt opem ferrent, proficiſcebantur. Quos in Chriſti nomine ac virtute aggreſſi: plurimos ex eis trucidarunt: reliqui in fugam conuerſi ſunt: prædámque ingentem equorum, mulorum, camelorum, quos illi commeatu onuſtos ante ſe agebant: cœperunt. Ac iuxta ripam fluminis farfar, ea die caſtramenti ſunt.

De quorundam oblationibus. CAP. XII.

HIs diebus Ricardus de aquila obtulit ſancto Benedicto eccleſiam ſancti Eliæ in ambriſe: ſancti Mauritii in monte: ſanctæ Mariæ ad fontem, & ſancti Ioannis de Fabrateria cum terris, vineis, caſis, Molendinis & omnibus omnino rebus ſuis. Quo tempore idem Abbas dedit ei libras xxv. Pandulfus ſimiliter obtulit beato Benedicto partem ſuam de caſtro mirtula & bantra comitale, & ſancti Saluatoris in Cucurizo cum omnibus illorum pertinentiis mille librarũ auri appoſita pœna qui ſecus agere temptaſſet. Pro qua etiam re nonaginta & ſex libras ei Oderiſius tradidit. Rodulfus quoque de moliſio Bouianenſis comes donauit monaſterio per ſcriptum, monaſterium ſanctæ Crucis in Iſernia, caſtrúmque quod balneus dicitur cum villis, terris, vineis, aquis, molendinis, ſyluis, eccleſiis: & omnibus omnino rebus ſuis: appoſita pœna cl. librarum auri. Accepítque ab ipſo Abbate libras centum. Petrus quoque Athenulfi filius cum Ioanne fratre ſuo, idem fecit de ſancto Ioanne in campo Sannii cum pertinentiis ſuis. Hoc & Rainaldus Comes pontis curui fecit de monaſterio ſancti Pauli in Foreſta cum omnibus pertinentiis ſuis. Sed & Lando Dux olim Caietanorum obtulit beato Benedicto per ſcriptum quæque ſibi ex patrimonii ſui iure compe-

A competebant in toto Ducatu Caietano & principatu : vrbes, caſtra, villas, eccleſias, & omnia omnino : pœna centum librarum auri appoſita contrafacientibus.

De Ciero Vicecomite: & eius oblationibus. CAP. XIII.

HIs diebus Cierus Vicecomes huc veniens, ſanctæ conuerſationis habitum ſumpſit. Opportunum verò videtur quid hic monaſterio noſtro diuerſis temporibus obtulerit ſcribere. Primo igitur Deſiderio Abbati quando Eccleſiam S. Benedicti renouare cœpit, dedit ſolidos Amalfitanos octingentos. Item alia vice c c c c. Poſt hæc ſex denariorum libras. Item dedit eis ſolidos c c c. ex quibus emit circitorium optimum ad altare ſancti Benedicti. Item alias c. argenti libras dedit ei. Item pro B tabula ſancti Martini libras xxiiij. Pro renouandis libris ſolidos xlv. Porrò poſt patris Deſiderij tranſitum obtulit beato Benedicto crucem auream precioſam Gemmis ac Margaritis ornatam: & ſcrinium aureum mirificum: & Calamarium aureum Margaritis & precioſiſſimis Gemmis inſignitum. Veſtem quoque regiam, auro, Gemmis, Margaritíſque diſtinctam. Pallium purpureum, & auream liſtam pro pluuiali. Item pro corona argentea libras xl. Pro conſtructione cimiterii libras xx. Item argenti libras quinquaginta. Pro tabula S. Andreæ libras xx. & alia plurima in vſus fratrum variis temporibus contulit. Arnulfus quoque vir nobilis vnà cum parentibus ſuis obtulerunt huic monaſterio per ſcriptum arcem quæ vocatur ciuitella: monaſterium quoque ſancti Saluatoris ibi C conſtructum: & Eccleſiam ſancti Petri de monte ſcopulo: medietatémque Eccleſiæ ſanctæ Mariæ, & ſancti Angeli & curtes quattuor variis in locis cum omnibus illarum pertinentiis: quingentarum librarum argenti pœna propoſita.

De diſcordia inter Aquinenſes & Soranos. CAP. XIIII.

EOdem quoque tempore cum Aquinenſes Comites ferali odio aduerſus Soranos deſæuirent: aduerſus eos Ionathas Iordanis principis filius à Soranis in auxilium euocatur. Qui occaſionem acquirendæ Campaniæ ſe nactum gaudens, Normannis ad ſe conuocatis Soranam ingreditur vrbem. Vbi aliquot annis remoratus poſt varios euentus bel- D li, Adenulfum Comitem captum in vincla coniecit. Tum capti Comitis fratres Landulfus Pandulfus & Lando Oderiſium adeunt: vtque ſibi in tantis neceſſitatibus opem ferat, expoſcunt. Abbas verò adiunctis ſibi aliquot fratribus, Ionatham Soræ remorantem protinus adiit: ibi cum eo colloquens abſolutionem captiui Comitis obtinuit: ea tamen lege, vt ille Ionathæ mille perſolueret libras, filióſque ſuos illi obſides daret. Quod & factum eſt. Poſt hæc perrexit ad monaſterium Comes: eique Abbas c. libras dedit, ac totidem accommodauit. Cui Comes familias pleráſque intra ſanctum Vrbanum commutationis gratia dedit: ea conditione, vt ſi infra annum c. libras Abbati reſtitueret: familias quoque

illas ſui iuris acciperet, quibuſdam exceptionibus factis. Aduenięte verò E reſtituendi precij tempore conuentus ab Oderiſio Comes vt mutuũ redderet, vnde id poſſet reſtituere non ſe habere profeſſus eſt.

De quibuſdam Eccleſiis monaſterij. Cap. XV.

HIs quoque diebus Paldus Comes Ioannis filius reddidit beato Benedicto Eccleſiam ſancti Benedicti in Venafro: & aliam item ſancti Benedicti, pœna mille byzantiorum appoſita quas Deſiderius Ioanni patri eius permutationis nomine, dederat. Sed & Theudus vir nobilis obtulit monaſterio Eccleſiam ſancti Petri infra caſtrum Murolum, ſancti Angeli, & ſancti Martini ſupra ipſum caſtrum: octóque familias hominum, cum omni illorum ſubſtantia: pœna c. librarum auri appoſita qui ſecus facere tentaſſet. F

De quibuſdam aliis Eccleſiis oblatis monaſterio. Capvt XVI.

SVb huius Abbatis temporibus, Balduinus eius caſtri quod ſanctæ Anaſtaſię pons dicitur dominus in comitatu Teleſino obtulit ſancto Benedicto eccleſiam ſancti Dionyſij intra prædictum caſtrum: quam ipſe prius perpetuam renouauit & ampliauit, ac venuſtiorem fecit: eámque poſſeſſionibus dotans, & per gyrũ habitacula conſtruens, dedicari à Beneuentano Archiepiſcopo ſolenniter iuſſerat: cómonitus à ſupra iam dicto Vrbano pontifice, cum omnibus omnino poſſeſſionibus ſuis & v. eccleſiis antiquis intra illius pertinentias ſitis: id eſt ſanctæ Dei genitricis, S. Angeli, ſancti Barbati, ſancti Iuliani, ſanctíſque Heraſmi cum omnibus G illarum pertinentiis, & rebus, & molendinis ſex in fluuio alento, & piſcaria cæteríſque ſubſtantiis. Robertus etiam Rainulfi comiti filius reſtituit huic ſancto loco eccleſiam S. Mariæ de cinglis, cum pertinentiis ſuis. Nec multopoſt Nicolaus presbyter de Venafro obtulit huic monaſterio eccleſiam S. Nicolai intra Venafrum. Adelgrima quoque comitiſſa, Pãdulfi Capuani principis filia, tradidit per ſcriptum quattuor caſtella monaſterio, in territorio Carſeolano: duriculam ſcilicet foſſam cecam, cameratam, & piretum. Tria quoque monaſteria, id eſt S. Ioannis cum hoſpitali ſuo, & S. Petri de Pireto, ſancti item Ioannis cum omnibus omnino
1096. pertinentiis ipſorum, Anno Domini m. xcvj. Eodem anno ſtella cometes apparuit: & Antiochia à Chriſtianis capta eſt. Sequenti tempore Idibus H Iulij Hieroſolyma à noſtris recuperata: & ignea in cœlo via, nocte tota viſa eſt quinto Calend. Octobris.

De Alexio Imperatore Conſtantinopolitano: & reſcripta Abbatis ad ipſum Imperatorem: & ad regem Hieroſolymitanum. Cap. XVII.

ALexius verò Conſtantinopolitanus Imperator tranſmiſit beato Benedicto per Ioannem choropalaſium ſuum, veſtium oxy deauratam. Suſcepit eum legatum Abbas noſter honorificè; ipſúmque Imperatorem bonorum omnium quæ hic gererentur participem perpetuò eſſe

A eſſe conſtituit: legatúmque ad eum ſuum literis dirigens, Chriſtianos qui ad debellandam impiorum perfidiam Hieroſolimam perrexerant, illi commendare ſtuduit: & curam domus peregrinorum quæ in Caſino eſt, in remiſſionem omnium peccatorum illi gerendá iniunxit. Pari item modo Goffrido Hyeroſolimorum regi, ac Boamundo principi Antiocheno, ne Imperatori infeſti eſſent, literas ſcripſit. Secundò idem imperator *VIII.* michalathorum libras, & pallium triacontas pro altari noſtræ miſit eccleſiæ. Tunc Abbas noſter Oderiſius ab Vrbano Papa priuilegum generale accepit, de ſumma libertate noſtri monaſterij membrorúmque omnium, & dignitatum ſuarum.

B *De reſtitutione monaſterij ſancti Mauri in glannafolio.* †

CAPVT. XVIII.

IDem præterea pontifex pro negociis eccleſiaſticis Gallias (vt ſupra diximus) ingreſſus, in Turonenſi conſilio, vbi ipſe præſidebat, monaſterium ſancti Mauri in glannafolio, à foſſatentium monachorum abſtractum tyrannide, priſtinæ dignitati libertatíque reſtituit: ſub magiſterio tantum Caſinenſis Cœnobij perpetuo manſurum.

† Eſt in dioceſi Andeganéſi. Ibique mortuus eſt S. Maurus anno Christi 582. poſt 40. annos regiminis exactos.

Quomodo Abbas núcium ad imperatoré direxit: & de reſtitutione poſſeſſionum intra Liguriam: & de obitu Vrbani Papæ, & electione Paſchalis.

C

CAPVT XIX.

HIs diebus idem noſter Oderiſius Gregorium ſui monaſterij monachum, ad Henricum *IIII.* Imperatorem cum literis miſit. Quibus ſe Deſiderio in monaſterij cura ſucceſſiſſe: ipſius fide & obſequio perſeuerare ſignificauit. Quo etiam tempore idem Georgius coram Imperatoribus patre & filio, de quodam tyranno conqueſtus eſt, poſſeſſiones noſtri monaſterij apud Liguriam conſtitutas (quas ſancto patri Benedicto, Aiſtulfus & Deſyderius Longobardorum reges, Carolúſque & Pipinus ac Lotarius Imperatores, ac principes plerique, fideléſque viri deuoti obtulerant) iniuſtè detineri. Imperator autem explorata diligenter cauſæ veritate, ipſi tyranno præcepit, vt omnia ipſi fratri vice mona-D ſterij reconſignaret: appoſita c. librarum auri pœna. Per idem tempus monaſterium ſanctæ Mariæ de Anglis (quod abbatiſſa ſanctæ Mariæ in Capua violenter arripuerat & poſſidebat) iudicio ſummi pontificis nobis reſtitutum eſt anno dominicæ incarnationis. M. XCVIII. Luna XII. in ortu ſuo defectum paſſa, paulatim redintegrata eſt Cal. Iulij. Eodem anno bonæ memoriæ Vrbanus pontifex obiit. Cui Rainetius Abbas ſanctorum Laurentij & Stephani, in Apoſtolica ſede ſubrogatur, Paſchalis illi impoſito nomine. *Paſchalis Papa 2.*

De eccleſia ſancti Nicolai in turre Beneuentana. CAP. XX. E

PEr idem tempus Anſon Beneuentani principatus rector ad fidelitatem Romanæ eccleſiæ, & nobiles viri fratres ſui, domini Dacomarij Beneuentani præſidis filij, obtulerunt beato Benedicto eccleſiam ſancti Nicolai, conſtructam in turre noua Beneuentanæ ciuitatis: quam ipſe illorum genitor ampliauerat, cum terris, villis, molendinis, ad fluuium ſabbatum, & cum omnibus pertinentiis ſuis. Ipſi enim fratres antea priuilegium dictæ eccleſiæ fecerant de omnibus omnino rebus. Berardus etiam marſorum comes, his diebus obtulit huic monaſterio eccleſiam ſancti Martini iuxta lacum fucinum, cum omnibus omnino pertinentiis ſuis, ac rebus, & vno ſeruitio piſcatorum. F

De quorundam oblationibus: & de morte Guiberti antipapæ.

CAPVT. XXI.

INterea Rocca Drogonis comitis filia, obtulit beato Benedicto xlvi. homines in vico ſellectano, & in caſtellione vij. cum omni ipſorum ſubſtantia & filiis. Comes quoque Siciliæ & Calabriæ Rogerius, confirmauit omnia quæ memorata neptis ſua monaſterio noſtro contulerat. Berardus item comes, Oderiſii ſangretani comitis filius, obtulit beato Benedicto quicquid erat iuris ſui infra fines Aze montis pro paſcuis: exceptis ſyluis & cultis terris: & alia item plura obtulit. Maxirus quoque vir G nobilis obtulit huic monaſterio eccleſiam ſuam ſancti Martini in marſicano territorio, cum omnibus omnino iuribus, & rebus ſuis. His etiam diebus Abbas noſter Oderiſius commutauit cum Benedicto epiſcopo Terraſinenſi eccleſiam ſancti Andreæ in ipſa ciuitate prope epiſcopium poſitam, cum cimiterio, plateis ac domibus, accepta ipſius vice eccleſia ſancti Nicolai extra vrbem conſtituta, iuxta albinam portam, cum cimiterio & horto, & domo, appoſita c. ſolidorum pœna qui id remouere quæſiſſet. Sed cum ab electione Paſchalis ij. ſummi pontificis ſecundus iam

1099. annus eſſet elapſus ab incarnatione vero Domini M xcix. voluerετur, Guibertus hæreticus inuaſor Apoſtolicæ ſedis, vita priuatus eſt. Poſt non multum vero temporis, Landulfus comes obtulit beato Benedicto totam arcem caminenſem cum caſtro ſuo, ſuiſque pertinentiis. Anno ſequenti H

1100. Rocca (quam ſupra memorauimus) xj. homines quos habebat in vico ſallectano cum omni illorum ſubſtantia, huic monaſterio per ſcriptum dedit. Obtulit inſuper eccleſiam ſancti Petri ad feruletum, & medietatem eccleſiæ ſancti Demetrij cum omnibus ad eaſdem eccleſias pertinentibus: appoſita quinquaginta librarum auri pœna.

De priuilegio, & conceßione Paſchalis Papæ. CAP. XXII.

DEmum Abbas noſter à memorato Paſchali Papa priuilegium conceſſionis accepit de ſancto Nicolao intra Beneuentum, & libertate eius

A eius cũ omnibus quæ tunc poſſidebat molendinis, centimolo, hortis, cur-
tibus', terris, ſyluis ac domibus. Obtulit idem pontifex eccleſias etiam
iſtas. Sancti Nicolai in vrbiliano, ſancti Nicolai rodenandi, ſanctæ Mariæ
rotundæ: cum omnibus illarum rebus ac iuribus. Balneum quoque iux-
ta eccleſiam ſancti Pothiti.

De quorumdam oblationibus. CAP. XXIII.

SVb idem tempus Laidolfus nobilis Capuanus obtulit Beato Benedi-
cto integram turrem, quæ dicitur de mari, infra fines Sueſſanæ ciuita-
tis, iuxta fauces Gariliani fluminis, & aquam & alueum ipſius fluminis
cum pineta ſylua: & alijs. Per idem tempus Gualterius comes intra co-
B mitatum Terranenſem donauit ſancto Benedicto quamplurimas ædes,
vineas, villas, molendina: quartámque caſtelli partem ſanctorum Ioan-
nis & Pauli, cum pertinentiis ſuis. omnia item quæ fuerant aſcari & vnal-
di cum omnibus ipſorum rebus, excepta ſancti paterniani eccleſia.

De dedicatione eccleſiæ ſanctæ Anaſtaſiæ: & de corporibus ſanctorum Paulini & Auguſtini, & ſociorum, diſcipulorum beati patris Benedicti. CAP. XXIIII.

ANno vero huius Abbatis xvij. dedicata eſt eccleſia ſancti Stephani
à Benedicto epiſcopo Terraſinenſe nonis Nouembris, anno domi- 1103.
ni M ciij. vbi conditæ ſunt reliquiæ infraſcriptę ſanctorum. De panno quo
C natus inuolutus eſt Chriſtus, de lapide oſtij monumenti dominici, de
palma quam dominus tenuit manu, quando ſibi conſtrata eſt: ſancti
Matthæi Apoſtoli, Bartholomæi Apoſtoli, Stephani protomartyris, Lau-
rentij, Vincentij, Sebaſtiani, Ciriaci, xij. fratrum, Coſmæ & Damiani, Lucię
& Geminiani, Marij & Marthæ, Tiburtij & Valeriani, Georgij, Hippo-
lyti, Martini Turonẽſis, Stephani Papæ, Caliſti Papæ, Cornelii Papæ, Cy-
priani, Priſcæ & Alberti. In hac eccleſia cum inuenta fuiſſent corpora ſan-
ctorum monachorum Paulini & Auguſtini, beatiſſimi Benedicti diſci-
pulorum, cum duobus aliis ſepulta: demoniacus illuc adueniens clama-
re cœpit ac dicere: Paulinus & Auguſtinus Benedicti diſcipuli cum duo-
bus ſociis ſuis, hinc me eiiciunt. Hæc dum crebrò per os illius diabolus di-
D ceret: egreſſus cum ſanguine eſt. Oderiſius autem Abbas, ſanctorum in-
de eleuans corpora, in eccleſia ſancti Andreæ reuerenter locauit.

De quorundam oblationibus. CAP. XXV.

INterea Guilielmus comes fecit priuilegium ſancto Benedicto de xe-
nodochio, quod extra vrbem eſt montis ſancti Michaelis: indultis ei-
dem, terris, & eccleſiis. Henricus verò frater eius pro conſtruendo ipſo xe-
nodochio plura conceſſerat: appoſita c. librarum auri pœna. Ioannes
quoque comitellus obtulit medietatem eccleſiæ ſancti Benedicti xeno-
dochio memorato. Vrſus itẽ eiuſdem eccleſiæ partem obtulit ipſi Xeno-

dochio Sico etiam præſbyter, Manus, & Vrſus, & Leo nobiles ex eadem ciuitate viri, obtulerunt eccleſiam ſancti Altiſſimi, dicto xenodochio. Huius Abbatis anno vltimo Rogerius dux fecit priuilegium huic monaſterio de terris intra fines Troianæ ciuitatis conſtitutis. E

De quorundam oblationibus. Cap. XXVI.

RIchardus quoque ſecundus princeps interuentu Roberti comitis, dedit huic loco oppidum pontis curui cum pertinentiis ſuis: exceptis quibuſdã. Sed & Robertus calacianorũ comes Ranulfi comitis filius, partim gratis, partim accepto precio, conceſſit huic Cœnobio præfatum oppidũ cum ſuis, nullis exceptis pertinentiis. Nobilis itẽ quædam mulier obtulit huic Cœnobio eccleſiam ſancti Martini intra Spoletanam ciuitatem cum omnibus iuribus, ac rebus ſuis. Tobaldus item & Petrus nobiles viri, & alij quattuor obtulerunt huic loco gypſum in monte quodam, & argenteo caſtro. Robertus quoque Buthonenſis vir nobilis cum vxore ſua, obtulit beato Benedicto medietatem eccleſiæ ſancti Petri cum omnibus ad illam pertinentibus: & cum eccleſia ſancti Demetrij, terris, ſyluis, paſcuis, aquis, molen dinis atque paludibus. His diebus Matilda comitiſſa obtulit monaſterio tertiam partem curtis ſancti Benedicti. Hugo etiam comes obtulit beato Benedicto caſtrum vitecoſum cum pertinentiis ſuis. Præterea dictus noſter Abbas accepit à Paſchali Papa generale priuilegium, ſicut ab Vrbano ſupra memorato ſuſceperat. Ptolomæus item conſul & Tuſculanus comes conceſſit vt monachi noſtri monaſterij terra maríque tuti ſint cum naui, tam ipſi quam ipſorum homines per omne ſolum ditionis ſuæ: pœna graui appoſita qui hoc remouere tentaſſet. Obiit autem prædictus Abbas noſter Oderiſius iiij. nonas Decembris. F G

De electione Otonis Abbatis: & de morte Richardi principis.
Capvt XXVII.

OTo Abbas huius monaſterij xxxix. præfuit anno vno menſibus x. Hic eſt nobiliſſima fundanorum con ſulum proſapia ortus, ab ipſo infantiæ ſuæ tempore omnipotenti Deo oblatus, atque à venerandæ memoriæ Deſiderio patre ſuſceptus eſt. Qui cum annos aliquot in ſanctæ religionis ſtudio impleſſet: monaſterii ſancti Nicolai in pica præpoſitus conſtitutus eſt. Defuncto autem piæ memoriæ Abbate Oderiſio, cum fratres (ſicut in huiuſmodi fieri ſolet) ſinguli ad ſuſcipiendam monaſterii curam Abbatem ſuum eligere cuperent: ſeniores quorum erat ſanior pars, id ægrè ferentes, quid ipſi ſtatuerant fratribus ſignificantes, Otonem Abbatem elegerunt. Princeps autem Richardus grauiſſima valetudine laborabat: & cum nequiret Caſinum, vt Abbati obſequeretur, adire: ſtrenuos à latere ſuo deſtinat viros, qui ſua vice Abbati fideliter obſequerentur. His ita peractis, inualeſcente morbo deceſſit: eique Robertus frater eius in principatu ſucceſſit. H

De

A *De obitu Henrici quarti: & ſucceßione Henrici quinti ad imperium, & alia quædam.* CAP. XXVIII.

PEr idem tempus defunɛto Imperatore Henrico, qui cum Gregorio vij. de eccleſiaſtico iure multum diſceptauerat: Henricus v. ipſius filius Romani imperij gubernacula regenda ſuſcepit. Hic Abbas libellum fecit Girardo, Girardi filio, de terris pertinentibus ad eccleſiam ſancti Benedicti de paſtoriuo, vſque in tertiam generationem: recipiens in præſentiarum Lucenſis monetæ ſolidos cxxv. ſingulis autem annis pro cēſu ſolidos tres. Similiter fecit & Rainaldo de quibuſdā terris ibidē poſitis, tantundem precii ſumens. Huic Robertus princeps ſacramento firmauit, ex more, omnes monaſterii iſtius pertinentias.

B

De Alexio Imperatore Conſtantinopolitano. CAP. XXIX.

HOc item anno Alexius Conſtantinopolitanus Imperator, per Apocriſarios imperii ſui, miſit beato Benedicto purpureum pallium optimum: de quo idem Abbas pluuiale faciens aureis liſtis ornauit: & eius ſubtegminis tunicā fieri iuſſit. Direxit præterea cū eiſdē legatis nuncium ſuum cum literis: qui & Oderiſium Abbatem ex hac luce migraſſe, & ſe in monaſterij regimine, & in amore atque in obſequio ipſius imperatoris ſucceſſiſſe ſignificauit. Eodem anno quidā vir nobilis obtulit ſancto Benedicto eccleſias ſancti Gregorij, S. Nicolai, ſanctæ Agathæ, cum omnibus ipſarum iuribus ac rebus.

C

De eccleſia ſancti Angeli ad Formas: & quomodo violenter ab archiepiſcopo Capuano ſit violenta. CAP. XXX.

SEquenti tempore idem Abbas Capuam pergens, capellam ſancti Angeli ad formas, quæ in honore ſancti Nicolai nouiter conſtructa erat, fecit à Brunone Signienſe epiſcopo, & huius monaſterij monacho dedicari, conuocato etiam Senne Capuano archiepiſcopo. Facta itaque dedicatione, die alia idem archiepiſcopus congregata Capuanorum multitudine, armata manu miſit illos ad eandem eccleſiam violandam, altaréque diruendum, & reliquias inde auferendas, ſibíque aſportandas. Hoc facto
D conquerebatur contra noſtrum Abbatem & dictum Archiepiſcopum: quod contra canones egiſſent in eadem dedicatione, metropolitano non cedentes in his quæ deceret Archiepiſcopum agere. Noſtri vnà cum epiſcopo dicebant ſe concorditer egiſſe omnia quæ ibi geſta eſſent. Hac de re inſimulatus à noſtris in ſynodo Romana idem Archiepiſcopus, irruptionem eccleſiæ, deſtructionem altaris, reliquiarúmque violationem obiicientibus: vnà cum clero ciuitatis ac populo emendaturum ſe humiliter errata reſpondit. Quod etiam fecit. Hic rogatus à fratribus, conceſſit eis citrariæ caſtrum cum pertinentiis ſuis.

De querimonia fratrũ contra Abbatem: & quomodo Papa. Paſchalis II prohibuit celebrari feſtum tranſlationis ſancti Benedicti, & de quibuſdã alus. E

CAPVT XXXI.

EOdem tempore cum fratres multis neceſſitatibus arctarentur, Abbatem queruli orabant, vt iuxta præceptum regulæ eis neceſſaria tribueret: corporum meminiſſe illum debere, aſſerentes quod patri Oderiſio inde ipſe quoque ſæpe quæſtus eſſet. Abbas autem id ægrè, & indignè ferens, ſe deliquiſſe fatetur, quod Abbati Oderiſio ſæpius ipſe moleſtus fuiſſet, & quod contradixiſſet, fratres autem in Deum & in patris Benedicti regulam delinquere quod neceſſitates corporis præpone- F
Matt. 6. rent ſaluti animarum. Reminiſci illos debere primò quærendum eſſe regnum Dei & iuſtitiam eius: & hæc omnia adiicienda ſibi. Quid multa? Fratres vbi aduerterunt Abbatem ipſum contra patris Benedicti præce-
Cap. 64. ptum, ſtudere plus timeri quã amari: plerique ex ipſis, ignorantibus cæteris, iam dicto Paſchali Papæ clam litteras dirigunt: quod hic non fratrum vnanimi conſenſu electus, verum ſeditioſè & non canonicè promotus eſſet. Hæc ergo cauſa Romanum pontificem aduerſus eum cõmouit grauiter. Id vbi à fratribus geſtum Abbas comperit: accepta occaſione, illos monaſterio expulit. Fratres verò Caſino pulſi Romam adeunt: & omnia pontifici pandunt. Eos ille ad beati Pauli Apoſtoli monaſterium mittens, quoſdam ex eis ſecum manere conſtituit. Ac pro cauſis eccleſiæ Gal- G
lias ingreſſus, venit ad Floriacenſe monaſterium, Benedicti patris nomine conſecratum. Agebatur ab eis tunc falſæ tranſlationis beati Benedicti celebritas. At pontifex eam tranſlationem falſam eſſe affirmans, non feſti ſed diei officium celebrare cum cardinalibus cœpit. Monachis autẽ cum epiſcopis quibuſdam & cardinalibus Gallicis tranſlationem celebrare inchoantibus, Papa orationem fudit ad dominum: vt eius rei veritatem apertis indiciis manifeſtare dignaretur. Celebrantibus verò nocturnalem ſynaſim, tantus ſtupor & hebetudo mentis omnes inuaſit: vt quod dicerent omnino ignorarent. Attoniti tanto miraculo, regulare officium decantare inoffenſè cœperunt. Mox autem vt tranſlationis officium repetebant, horrore ſimul ac ſtupore cõplebantur. Quod reuerentiſſimus pontifex animaduertens, glorificare cœpit & benedicere Deum, famulúmque illius Benedictum. Mane Abbatem ad ſe & primores monaſterij H
conuocans, præcepit vt altare tolleretur: quatenus omnes patenter agnoſcerent, vera ne eſſet an falſa illa tranſlatio. Nolle vltra quempiam de corpore beati Benedicti illorum ambagibus falli: quod ipſe Alexandri Papæ temporibus, in Caſinenſe Cœnobio repertum apertiſſime nouerat. Illi eius proſtrati pedibus rogare ceperunt ne altare dirueret: fore enim eam monaſterij deſolationem. Sed nihil certi de corpore beati Benedicti: niſi famam tantum à maioribus ſuis accepiſſe. Si deſtructo altare, reliquiæ non inuenirentur: monaſteriũ profectò deſtruendum, eiúſque poſſeſſiones

A nes à quibuſlibet diripiendas. Tunc illorum precibus motus Papa conticuit: mandans,& Apoſtolica auctoritate præcipiens, ne vltra iam falſiſſimam tranſlationem celebrare præſumerent. Poſt hæc idem pontifex ordinatis negociis in Gallia pro quibus ierat, Romam regreditur;& quoniam (vt ſupra meminimus) relatione noſtrorum fuerat de Abbatis noſtri electione valdè commotus: fratres qui à noſtro Abbate ad ſe venerant:monuit, vt in Abbatis electione, patris Benedicti inſtituta ſeruarét. Cumque illi Abbatis electionem vnanimi fratrum conſenſu factam aſſeuerarent,neque ſeditioſe promotum, ſed canonicè dicerent: Ille reſpondit. Quomodo canonicę veſter electus eſt qui ſibi fidelibus parcit, repugnantes de monaſterio pellit. Sed nunc ad monaſterium pergite: Illic per B me ſiue per núcios meos examinata electione ipſa,quod erit canonicum ſtatuam. Egreſſus illis hi quibus Abbas erat infenſus,explorata pontificis commotione, quantas poterant moleſtias illi inferebant. Interea cum Aquinenſes comites nihil à monaſterij infeſtatione quieſcerent: Illorum frenare nequitiam hoc ordine pergit. Singula monaſterij caſtra, vallo, foſſáque circundans,ruſticos qui eatenus in agris morari conſueuerant, ibi manere conſtituit:ſicque contra ipſos comites parari modis omnibus cœpit. Dignum ſane videtur ad poſterorum memoriam ſcribere, quale quantúmque miraculum omnipotens Deus ad laudem & gloriam nominis ſui,hoc in loco eſt dignatus oſtendere.

De quodam miraculo in turri beati Benedicti apparente.

C

Cap. XXXII.

TEmpore ſiquidem ipſo,Ioannes quidá in máſiuncula quę turri beati patris Benedicti contigua eſt,cum nocturno tempore ſopori mébra dediſſet:euigilans audiuit dulciſonú melos ante nocturnam ſynaxim in beati patris ædicula ab angelis cani. Ad quod ille ſtupefactus, Sebaſtianú qui iuxta quieſcebat,interrogat,an fratres adhuc ad nocturnale officium reſurrexiſſent. Qui cum necdú primam noctis vigiliá præteriſſe dixiſſet: iam dictus Ioannes exurgens acceſſit ad turré:quá immenſi ſplendoris & inauditi odoris replebat flagrantia. Stupefactus auté,Ottonem Abbatem adiit: quæ viderat & audierat, nunciat. Qui Deo omnipotéti gratias agés (iuxta quod venerandæ memoriæ Victori iij. Papæ & Theodemario ſeruo D Dei reuelatum fuerat)iam dictam turré cú largo habitaculo,in oraculum domini Saluatoris,& eius genetricis virginis Mariæ dedicari cóſtituit:cóuocatíſque artificibus cellarium inter dormitoriú,& titulú S. protomartyris Stephani cóſtruere aggreſſus eſt:ſed morte præuentus, explere nequiuit. Iá dictæ verò cantilenæ ſuauitas,odoríſque flagrantia,ac lucis immenſitas,ab antiquis viris in iam dicta turri præcipuis feſtiuitatibus viſa & audita narrantur:Sed præcipue tamen annis ſingulis adueniente die depoſitionis beati patris Benedicti,audiri& videri ſolet. Obiit præfatus Abbas Calen. octobris ſepultúſque eſt iuxta eccleſiam ſáctí Andreæ Apoſtoli, in cimiterio fratrum,introeuntibus ipſum cimiterium ad læuam.

De beato Brunone epiſcopo: & quomodo relicto epiſcopatu ad monaſterium venerit: & electione eius in Abbatem. CAP. XXXIII. E

BRuno beatiſſimus Abbas huius monaſterii quadrageſimus, præfuit annis tribus mēſibus x. Hic ex Liguria ortus ex illuſtri Aſtenſium proſapia, ab ipſa infantia illuſtrior mōribus, liberalibúſq; ſtudiis à puero ſufficienter imbutus, Aſtenſis epiſcopi canonicus fuit. Qui deſiderio cœleſtis regni, patriam parentéſque relinquens & vt Deo liberius ſeruire poſſet huc properans, Romanam peruenit ad vrbem. Quo dum tenderet, contigit vt Signenſis epiſcopus vita decederet. Idem vero reuerentiſſimus pōtifex hunc ſpiritu feruere conſpiciens, ait ad eū. Sicut tranquillitas maris ſæpe fit nautis cauſa periculi: ita monachis à ſæculi turbine remotis, quies ipſa nonnūquam pernicioſiſſimum ſolet inferre naufragium. Vnde noſtris te conuenit parere iuſſis: & Signenſis eccleſiæ curam, quæ tibi à noſtris iniungitur, religioſè ſuſcipere, ac diligentius exequi: eoque magis quo ſcientia ac ſapientia polles. Eius ille ſermonibus cum minimè prębere tаſſenſum, præcepit ei vt ad ciuitatē ipſam pergeret: ibique vice Romani pontificis epiſcopum ordinans, iret quo vellet. Cum vero vir Dei illuc properans iniunctum munus implere ſatageret: idem pontifex literis clam Signenſes admonuit, vt ipſum epiſcopum ordinarent. Hæc vbi ad eius peruenere notitiam: noctu beatæ Marię eccleſiam egrediens, fugam arripuit. Cumque ad triuium quoddam perueniſſet: virgo quædam regio illuſtris habitu, cuius facies lucebat vt ſol ei cominus adſtitit. Eam ille dum quæ eſſet, vnde, quo tenderet, ſtudioſè perquireret: ſponſa inquit ſum tua, quam tu non rectè faciens fugis. Quapropter vt ad eccleſiam redeas ex Dei omnipotentis tibi parte præcipio: neque vltra diuinæ voluntati coneris obſiſtere. Et his dictis euanuit. Perculſus Bruno eloquio tam ſplendidæ virginis, Deíque voluntatem in ſua ordinatione conſiderans ceſſit: ac præſulis ſolium cunctis lætantibus ſcandit. Ordinatus tamen in ea qua fuerat intentione permanſit: opportunitatéque captata ſub Abbate Oderiſio huc properans flentibus qui cum eo aduenerant, & nihil tale ſuſpicantibus monachus factus eſt. Signenſes paſtore orbati, neque illius ferre valentes abſentiam, Romanum pontificē adeunt, flenteſque orant vt illum epiſcopatus ſui curam gerere impellat: nec ſui tātum ſollicitum in Cœnobio remotum à ſæculi turbine habitare permittat. Pontifex ad hæc verba commotus, ſtrenuos à latere ſuo direxit viros: per eos Brunoni Apoſtolicæ ſedis authoritate præcipiens, vt ad ouium ſuarum redeat curam, & Romano pontifici pro cauſis eccleſiæ ſemper adhæreat: arguens acriter cur abſque permiſſione ſua, auſus eſſet monaſterium petere, omiſſa gregis ſibi à Deo crediti cura. Ad hæc Bruno reſcripſit. Cuncti proculdubio ſciunt qui in Romana eccleſia ſunt, quia niſi contra eccleſiam ſchiſmaticorum ſæuiſſet inſania, quod modò egi, multis iam annis impleſſem. Nunc verò quia in Romana eccleſia Petro claues

Simile. F G H

A claues regente, tota per orbem Chriſti Dei noſtri gratulatur eccleſia, ventorum iam turbines ſilent, maria pacata quieſcunt: quod Deo ſemel voueram reddere cogor. Melius eſt enim non vouere, quam vouere & non reddere. Quòd ſi quis obiiciat, me ſemel acceptam epiſcopatus ſarcinam non debuiſſe deponere: reſpondebo liberius multos qui pontificatus iura non deſerunt, à ſiniſtris eſſe ſtatuendos, dicente Domino. Principes fuerunt, & non cognoui, duces extiterunt, & non per ſpiritum meum. Porrò qui recta intentione epiſcopatum dimiſerunt, certum eſt eos de æterna fœlicitate perenniter cum Chriſto gaudere. Mihi quidem exempla non deſunt, quorum auctoritate ſubnitar, eorum ſcilicet qui relictis turbinibus ſæculi, quietam vitam delegere. B Vnde quæſo ſummum pontificem orate, ne mihi vltra moleſtus ſit: tranquillúmque portum in quem Chriſto duce peruenit, ne me deſerere cogat. Cúmque nulla ratione Apoſtolicum, Signéſemque populum ſedare poſſet: ſupradictus Abbas Oderiſius rogauit pontificem, vt memoratum virum in hoc monaſterio Deo militare permitteret. Eius precibus Papa aurem accommodans, quieuit. Poſt hæc ab eodem pontifice, & Abbate noſtro, vnà cum Boamundo (vt ſupra retulimus) directus in Galliam vice Romani pont. ſynodum ſecundum traditionem eccleſiaſticam tenuit. Inde quoque Romam rediens quadrageſimo quarto die poſt Otonis Abbatis tranſitum, reuerſus ad monaſterium, à fratribus in monaſterij cura præficitur. Idem verò Apoſtolicus huc poſtmodum veniens in conuentu fratrum, noſtro monaſte- C rio dignum, Abbatem eſſe verum, dignum Apoſtolicæ ſedi præeſſe pontificem dixit. Neque verò ocioſè tantum virum hic vixiſſe quiſpiam putet. Nam plures diuinæ ſcripturæ expoſuit libros, quorum hic ſubteximus indicem. Super Geneſim, ſuper Exodum, ſuper Leuiticum, ſuper Numeros, ſuper Deuteronomium, ſuper Pſalterium, ſuper Eſaiam, ſuper Canticum canticorum, ſuper Iudicum, ſuper Apocalypſim. De totius anni feſtiuitatibus ac diebus dominicis ſermones ſexaginta nouem: homelias verò clv. compoſuit.

De peruerſitate Aquinenſium comitum contra monaſterium.

D

Cap. XXXIIII.

HOc prætera tempore Adenulfus, Lando, & Adenulfus Aquinenſes comites diabolico ſpiritu inſtincti caſtrũ Therame ruſticorũ proditione ingreſſi, & eiuſdem habitatores caſtri in ſuã fidẽ iurare faciẽtes, oppida monaſterij prædari ceperunt. Hoc vbi Abbati nunciatũ eſt, eoſdẽ comites vt caſtrũ redderẽt, & ab huiuſmodi iniquitatibꝰ ſe rapiniſq; cõtinerẽt monere per nunciũ ſtuduit. Illi ne audire quidẽ admonẽtẽ paſſi, deteriora indies ſe facturos minabantur. Tunc Abbas habito cum fratribus cõſilio, illos communione priuauit: Robertúmque principem e veſtigiò conuocans vt opem ferat orauit. Qui coacto exercitu caſtrum oppugna-

re acrius cœpit. Cumque diebus xv. hoſtiliter illud obſediſſet: iidem comites Abbatem orant, vt ſe cum armis liberos abire permittat, caſtrum E ſine mora reddituros. Quod dum Abbas annuiſſet, caſtrum denuò in ius monaſterij rediit menſe Auguſto, anno dominicæ incarnationis M. cviij. cuius re gratia, idem Abbas Capuano principi ducentas tradidit libras.

De aduentu ſummi Pontificis ad monaſterium. CAP. XXXV.

MEnſe autem octobrio aduenit huc idem Apoſtolicus, adiunctóque ſibi Abbate noſtro, Beneuentum celebrandi illic ſynodi cauſa perrexit. In qua prædeceſſorum veſtigia ſecutus, conſtituit, vt ſi quis eccleſiaſtica benefica de manu laicorum acciperet, vterque communione priuaretur, & qui ſcilicet daret & qui acciperet. Veſtimenta ſæcularia & pre- F cioſa reprehendit: & eis vti clericos vetuit. Cum autem Capuam deueniſſet, rogatus ab eodem Abbate, eccleſiam ſancti Benedicti, quam Deſiderius Abbas intra eandem ciuitatem renouauerat, ſolemniter dedicauit. In qua etiam de veſtimentis ſanctiſſimi patris Benedicti recondidit. Sicque ad hoc monaſterium veniens: reuerſus eſt Romam.

De quorundam oblationibus, & nequitia cuiuſdam epiſcopi.

CAPVT. XXXVI.

HIs item diebus Rogerius dux per præceptum beato Benedicto con- G ceſſit vt monaſterij pecora nullũ deinceps cenſũ, nullũ vectigal darent, nec ſibi, nec ſucceſſoribus ſuis, ſicut conſueuerant in omnibus finibus Gargani montis: permittens paſtores cum gregibus licenter hoſpitari ab eccleſia quæ Paſſati dicitur, vſque ad Salpitanum pontem, & vſque ad maritima loca, appoſita pœna decem librarum auri qui contrafaceret. Tunc temporis Pãdulfi comitis filius, corã Abbate noſtro, caſtro Mortulæ renunciauit, & Arcibantre pro parte ſua & aliis pleriſq; pœna c. librarũ auri propoſita, ſi quis id remouere tentaſſet. Ioannes quoque Triuentinę ſedis epiſcop⁹ vnà cũ Roberto Limeſſani caſtri domino, obtulit huic monaſterio eccleſiá ſanctæ Illuminatæ intra fines ipſius caſtri, cum omnibus iuribus, & rebus ſuis: appoſita c. librarum auri pæna id remouere quærentibus. Libet hic Alferij Triuenſinenſi epiſcopi referre nequitiam H Hic dum præpoſitus in eadem beatæ Illuminatæ eſſet eccleſia, ſciens ipſam ab initio conſtructionis ſuæ monaſterio ſancti Euſtaſij ſubditá, & à Beneuentanis principibus eidẽ loco conceſſá, acceſſit ad prępoſitũ qui tũc erat ipſius monaſterij: cœpitque ſupplex orare, vt ſibi monaſterij chartas oſtenderet. Eſſe enim ibi conditas hæreditatis ſuæ chartas, permitteret eas auferre: ne fortè tẽporis vetuſtate perirẽt. Ille ex ſuo ingenio eũ metiẽs, dat illi & inquirẽdi quæ vellet, & aſportandi facultatẽ. Inuenit tãdẽ præceptũ Beneuẽtanorũ principũ, per quod S. Illuminatæ eccleſiá monaſterio S. Euſtaſij conceſſerát ab ipſis fermè principiis. Inuidia igitur ductus, & diaboli venenis

nota quã periculoſũ ſit, in tablinũ monaſterij ignotos introducere, aut chartacius parum fidis hominibus oſtendere.

A venenis armatus id rapuit:& clāaſportans in fruſta concidit. Hæc ita geſta fuiſſe Albertus huius Cœnobij monachus vltimam agens ætatem, mihi nunciauit: ne quis arbitretur me figmenta colligere.

De apparitione cometis: & de Paſchali Papa: & Henrico Imperatore multa CAP. XXXVII.

ANno dominicæ incarnationis. M.CX. indictione iij. menſe Iunio, ſexta ipſius menſis die cometes apparuit. Eo etiam tempore, iam dictus Paſchalis egreſſus vrbem, ad has partes aduenit: & ducē ac principem, omnéſque Apuliæ comites euocās, cum eis paciſcitur, vt ſi opus eſſet ſe, contra Imperatorem Henricum dimicent. His ita peractis rediens Romam, omnes Romanorum proceres ſimili ſacramento conſtrinxit. Interea imperator immenſo coacto exercitu intrauit Italiā: prædeceſſorū ſuorum dignitates, & iura ſimul, & imperii coronā ab eodem pōtifice Romæ accipere cupiens. Erat autem hiems. Cumque in Tuſciam deueniſſet, miſſis Romam nunciis, inter illos & Petrum Leonis, & cæteros pontificis nuncios, in porticu ſancti Petri conuenit: vt imperator die coronationis ſuæ, omne male vſurpatum eccleſiaſticum ius, in manibus pontificis aſtante clero & populo per ſcriptum deponeret. Cum ipſum Papa de negociis regalibus faceret, idque ſacramento firmaret: dimitteret eccleſias liberas cum oblationibus & poſſeſſionibus ſuis, quæ ad regnum non pertinent abſolueret Papa ab iuramentis populos, quæ contra epiſcopos facere compulſi ſunt. Patrimonia, poſſeſſionéſque beati Petri reſtitueret: ſicuti à Carolo, Ludouico, Henrico, aliíſque Imperatoribus conceſſa ſunt libera: ſeruarétque ea beato Petro pro iuribus. Nihil faceret aut diceret vt Papa pontificatum amittat, nihílque ipſe patiatur in vita vel in membris, vel capiatur mala captione, aut per ſe aut per ſuſpectam perſonam: nec ipſe, nec fideles eius, qui pro ipſo fidem ei dederint: id eſt Petrum Leonis cum filiis ſuis: Quorum bona nullum patiantur detrimentum: & ſi quis malū fecerit, rex fideliter ipſos adiuuaret. Pro huiuſmodi obſeruandis pontifici prædes dabit, Fridericum ſororis ſuæ filium, Eugilibertum & Theobaldum marchiones, Hermannū & Gotfridum comites, Fridericum palatinum comitem Saxonum, Berēgarium de Baioaria, Fridericum Saxonem, Albertum cancellarium, Canonem Berengarii fratrem, Siceboth Baioariū, Henricum Carinthiæ ducē, Bertulfum Bertulfi ducis filium: qui iurabit, Papæ ſecuritatem de vita, de membris, de papatu, de captione. Quæ niſi imperator ſeruaret, ad romanam eccleſiam cum ſuis honoribus teneretur, obſides pro ſecuritate pontificis rex dare pollicitus eſt proxima v. feria, eóſque ſecurè ad inſulam mittere in poteſtatem Papæ: Fridericum ducem nepotem ſuum, Brunonem epiſcopum Spirenſem, Conradum nepotem comitis Hérimamij, & filium eius, & Henricum Friderici comitis fratrē. Obſides ſi recepiſſet eos redderet in die coronationis ſuæ, ponte tranſmiſſo: & ſi forte coronatus non fuiſſet, aut non tranſiſſet, ſimiliter redderet apud 1110.

caſtellum ſancti Angeli legatos quos ad eum Papa dirigeret, dum irent & redirent ſecuros à ſe ſuíſque redderet: & ſi eis ſcienter aliquid iniuriæ illatum eſſet, emandaturum fideliter. Quæ poſtquam omnia impleuerit Rex, Papa iuberet epiſcopis adſtantibus in die coronationis eius, vt regalia Imperatori dimitterent: quæ à temporibus Caroli, Ludouici, Henrici, aliorúmque prædeceſſorum ad regnum pertinebant: ſcripto firmaret ſub anathematis pœna, auctoritate ſua, ne quis eorum vel pręſentium, vel abſentium, vel ſucceſſores eorum, regni ſe intromitterent iuribus: neque inuaderent ciuitates, ducatus, comitatus, monetas, veſtigalia, mercata, aduocationes imperij centurionum iura, curtéſque eſſent imperij cum pertinentiis ſuis, & militaria imperij caſtra. Nec ipſe Imperatorem nec romanum imperium ſuper his vlterius inquietaret: & priuilegio ſub anathemate iſta confirmaret: ne poſteri ſui vltra inquietare præſumerent. Imperatorem benignè, & cum honore ſuſciperet, & more prædeceſſorum ipſius catholicorum Imperatorum, ſcienter & non ſubtracto coronaret: & ad tenendum Imperium officij ſui iuuaret auxilio. Hoc ſi Papa non impleret, Petrus Leonis cum ſuis omnibus ſe ad Imperatorem teneret. Obſides niſi effugerent altero poſt coronationem die reſtitueret: ſi ex ipſius Papæ parte remanſerit vt non coronetur ſimiliter redderet. Hæc ita conſtituta iureiurando firmauit imperator, Albertus cancellarius, Hermannus Fridericus, & Gothfridus, comites Fridericus Saxo, Conoberengarij frater, Siceboth de Bauaria, Henricus Carthiæ dux, Bertulfus Bertulfi ducis filius. Hi omnes poſt Imperatorem eo ordine iurarunt: vt ſi imperator hæc implere nollet, ipſi cum omnibus ſuis cum Romana eccleſia tenerent.

De litteris miſſis à ſummo pontifice ad Imperatorē: & de eius callido iuramento.

CAPVT. XXXVIII.

HIs ita formatis, idem Apoſtolicus ad eum literas dirigit, mandans illi vt illuminatori omnium gratias referat: qui cordis eius oculos aperire dignatus eſt, vt patris eius nequitiam toto iam orbe vulgatam, & interim agnoſceret, & grauius abhorreret. Apoſtolica namque ſedes eum ad æterni patris viſcera confugientem, paterna benignitate ſuſciperet, & inter matris eccleſiæ filios familiarius cōfoueret. Si enim (ſicuti ſuarum litterarum ſerie pollicebatur) plena mentis deuotione, ſibi ſuíſque legitimis ſucceſſoribus obedientiam exhibere curaret, quam reges Imperatorémque catholici ſuis prædeceſſoribus exhibuerunt: ipſe profectò eum vt catholicum Imperatorem eſſet habiturus: honorémque eius per Dei gratiam ſeruandum, augendúmque curaturus. Nam ſi in cœpta obedientiæ probitate perſiſteret, magnam Romano imperio ſalutem obuenturam. Quam ob cauſam non ſolum in partes illas venire, verum extremis quoque perſonam ſuam exponere paratus eſſet. Cæterum quoniam in præſentiarum ſe ad eum neque vrbis qualitas neque cōditio temporum ire pateretur: inuicē ſibi per internuncios voluntates ſuas aperirēt.

Póſtulat

A Poſtulat perinde Imperator, vt patris ſui corpus in eccleſiam ſepeliri permitteret. Ad hoc ille reſpondit, ſanctarum id ſcripturarum obſiſtit auctoritas, diuinorúmque miraculorum reuerentia perhibet, ipſos eius Dei martyres iam in cœleſtibus poſitos id terribiliter iuſſiſſe: ſcilicet vt ſceleratorum cadauera de ſuis baſilicis eiicerentur: neque quibus viuentibus non communicauimus, mortuis iam communicemus. Menſe autem Februario Cæſar caſtra concitè mouens, ad vrbem tendebat. Pontifex autem exhortatorias litteras vbique diſſeminans, Normannos ac Longobardos monebat in Romanæ eccleſiæ fide ac deuotione perſiſtere: & fruſtra id quidé. Poſt hæc imperator peruenit ad vrbem iij. Idus Februarij, Sabbato ante quinquageſimam. Romanis autem inſiſtentibus, vt honorem ac libertatem vrbis ſacramento firmaret: callide illos Cæſar B fallere cupiens, teutonica lingua quod volebat ipſe iurauit. Hoc pleríque ex Romanis agnito, fraudem in negocio eſſe proclamantes ſeſe in vrbem receperunt.

De quibuſdam tractatis inter Papam & Imperatorem.

Capvt XXXIX.

IGitur pontifex Imperatorem vbi adueniſſe cognouit: miſſis nunciis ſecuritatem ab eo obſides quaſi expetebat. Cæſar obſidibus datis viciſſimque receptis, iureiurãdo firmauit de Apoſtolici ipſius vita, de honore, de membris, de mala captione, de regalibus etiam patrimoniis beati Pe- C tri, & nominatim de Apulia, Calabria, Sicilia, Capuanóque principatu, factis ſacramentis: & quod omne ius eccleſiarum, omnéſque illarum res quietas omninò dimitteret. Poſtera die pontifex miſit in occurſum eius in montem gaudij, qui & Martij dicitur baiulos cereoſtatarios, ſtaurophoros, æquiliferos, leoniferos, lupiferos, dracobarios, candiatos, defenſores, ſtratores, populíque infinitam multitudinem cum floribus, atque arborum Ramis, & Palmis. Duo ex more iuramenta, vnũ iuxta ponticulum, alterum ante porticus portam populo fecit. Ante portam à Iudæis, in porta à Græcis canentibus exceptus eſt. Illic omnis Romanæ vrbis clerus ex pontificis præcepto cõuenerat: qui eum equo delapſum, ad ſancti Petri gradus cum laudibus deduxerunt. Cum verò ſuperiores gra- D dus euaſiſſet: illic Dominus Papa cum Epiſcopis pluribus, Cardinalibus, preſbyteris, diaconibus, ſubdiaconibus, & omni cantorum ſchola, & miniſtris interfuit. Quem Imperator vt vidit, ad eius veſtigia corruit: exurgénſque in nomine Trinitatis, in ore, fronte, oculis ei pacis oſculum dedit: ſtratoríſque impleuit officium. Móxque dexteram pontificis tenens, magno cum populi gaudio, magníſque clamoribus ad portam argenteam venit. Ibi ex libro profeſsionem Imperatoriam fecit: & à pontifice Imperator deſignatus eſt, ſurſúmque oſculato pontifice, orationem primam continuò ſuper eum Lauicanus Epiſcopus dedit ex more. Poſt baſilicæ ingreſſum, cum in arcem Porphireticã perueniſſent, poſitis ſedibus

vterque conſedit. Pontifex inſtaurari eccleſiaſticum ius, & cætera quæ in conuentionis charta ſcripta fuerant petiit: paratus & ipſe quæ pollicitus fuerat, exequi. Ille cum Epiſcopis ſuis atque principibus ſeceſsit in partem iuxta ſecretarium, tractaturus aliquid. Affuerunt huic tractatui ex Longobardis Epiſcopi tres: Bernardus Parmenſis, Bonus ſenior Reginius, Aldóque Placentinus. Cumque in eo tractatu tardior iam hora protraheretur: miſsis nunciis pontifex prædictæ conuentionis tenorem iteratò petit impleri. Tunc Tranſalpini epiſcopi ad pontificis veſtigia corruentes, ad oſcula ſurrexerunt. Sed poſt paulùlum familiares regis dolos ſenſim aperire cœperunt: dicentes conuentionem illius ſcripti firmari iuſtè legitiméque non poſſe. Quibus dum Euangelica & Apoſtolica obiiceretur auctoritas, Cæſari, quæ Cæſaris ſunt eſſe reddenda: & nemo militãs domino, implicat ſe negociis ſæcularibus: Et iuxta beatum Ambroſium, A ſacerdotali officio qui talia gerat, alienum eſſe: cum hæc, & alia Apoſtolica canonicáque capitula obiicerentur: Illi tamen in dolis ſuis pertinaciáque permanſere. E F

Quomodo Imperator dolo cepit ſummum pontificem. CAP. XL.

INterea Imperator cupiens pontificem ſuis aſſertionibus fallere: Volo, inquit, vt diſcordia quæ inter te & Stephanum cognomento Normãnum hactenus fuit, iam finem accipiat. (Multa enim Imperatoris gratia, pericula Stephanus ipſe ſubierat.) Ad hæc pontifex, Dies inquit magna ex parte præteriit: officiúmque prolixum erit hodie: ideòque (ſi placet) quod veſtrum eſt prius impleatur. Vnus autem ex his qui cum Imperatore venerant, continuò in medium ſurgens. Quid (inquit) tam multis agimus verbis? Scias dominum noſtrum Imperatorem imperij coronam ita velle ſuſcipere: ſicut illam Carolus, Ludouicus, Pipinúſque ſumpſere. Quod cum Papa minimè implere poſſe dixiſſet: Cæſar iratus Maguntini Archiepiſcopi, Saxoníſque epiſcopi conſilio ſeductus, nõ veritus eſt pontificem armatis circumſtare turmis. Sed cum dies iam declinaret in veſperam, conſultum eſt à fratribus vt imperator eodem die coronaretur: reliquorum tractatus in hebdomadam ſequẽtem differretur. Illi id quoque auerſati ſunt. Inter hæc pontifex, & qui cum eo erant omnes à militibus cuſtodiebantur armatis. Vix tandem ad altare beati Petri pro audiendis agendíſque Miſſæ ſolemniis aſcendere licuit: vix ad conficienda ſacramenta diuina, panis, aqua & vinum afferri potuerunt. Expleta Miſſa, de ſede compulſus deſcendere pontifex, deorſum ante beati Petri confeſſionem cum fratribus ſedit: ibique ad noctem vſque cuſtoditus à militibus, ad hoſpitium tandem extra eccleſiæ atrium ductus eſt cum fratribus. Capta eſt cum illo clericorum laicorúmque copioſa multitudo. Pueros item ac diuerſæ ætatis homines, qui obuiam ei cum floribus & palmis exierant alios obtruncari, alios expoliari, partim cædi, partim vinciri iuſſit. Ioannes interea Tuſculanus & Leo Hoſtienſis epiſcopi, vbi Papam captum perſpexerunt: ſub plebeio habitu ſeſe in vrbem receperunt. G H

De

A *De crudeli pugna inter Romanos & Imperatorem Henricum V. & quomodo Imperator metu Romanorum clam ab vrbe fugit, captiuum abducens pontificem.*

CAPVT XLI.

ROmani igitur cum audiſſent Papam eſſe captiuum, tantus eorum animos tumultus & dolor indignatióque peruaſit: vt protinus Alamannos omnes qui vel orationis cauſa vel alterius cuiuſcunque negocij vrbem ingreſſi fuerant, necarent. Poſtera die egreſſi vrbe, conſerta pugna plurimos de Imperatoris exercitu obtruncant: & eorum captis ſpoliis aduerſus Teutones acrioré ineunt pugnam: adeo vt eos porticu penè
B propellerent, ipſúmque Imperatorem equo deiicerent, atque in faciem vulnerarent. Hoc vbi Otho Mediolanenſis Comes aſpexit, pro Imperatore ſe obiiciens morti, equum illi ſuum, vt euaderet tradidit. Nec mora à Romanis capitur, atque in vrbem inductus, minutatim conciſus eſt: & carnes eius in platea canibus deuorandæ relictæ ſunt. Imperator vbi Romanos ſuperiores euadere, ſuos concidi animaduertit: clamauit & dixit. Videtis me milites mei à Romanis circumfundi, nec me defenditis? Ad hanc vocé, cerneres Alamannorũ Romanorúmque micare gladios, ac nimio ardere feruore pugnam, nullámque eſſe occumbentium requiem. Perniciosiſſima profectò & atra Romanis, & hoſtibus fuit ea dies. Cum
C hinc, & inde, tot hominum milia ruerent: ipſéque Tyberis cæſorũ cruore tingeretur, iam dies declinabat in veſperam: cum Teutones reſoluti bello, à pugna ſe ſubducere cœperunt. Virtus enim eorum (vt ait Eutropius) ſicuti primo impetu maior quam virorum eſt; ita ſenſim langueſcens fit imbecillior quam fœminarum. Habent namque aliquid ſimile cum niuibus ſuis: Mox enim cum calore tentari cœperint, in ſudorem conuerſi deficiunt, & quaſi à ſole ſoluũtur. Romani verò vt Teutones bello ceſſiſſe viderunt: ad ſpolia prædáſque conuerſi, onuſti in vrbem remeare cœperunt. Hoc vbi Cæſar aduertit, imperat ſuis vt Romanos onuſtos ſpoliis iamque vrbem ſubeuntes vno impetu adorirentur. Quod cum factnm eſſet: plures ab inuicem quam ab hoſtibus perempti ſunt. In tanta igitur perturbatione rerũ, varia fortuna vtrique fuit. Teutonici cũ ad Creſcen-
D tianũ caſtrum perueniſſent: Romani nouiter emiſſi atque integri feſſos adorſi in fugam conuertunt. Alamanni rebus certis admoniti, cum ſe premi à Romanis cernerent, ſeſe in caſtra receperunt: tantúſque illos inuaſit terror, vt biduum integrum in armis eſſent. Adueniente nocte Tuſculanus Epiſcopus omnem Romanum populum aduocans, ita alloqui cœpit. Licet chariſsimi filij, alacritati virtutíque veſtræ ſtimuli adhortationum admouendi non ſint: cum verbis neque ex imbecillo ſtrenuus, neque robuſtus quiſpiam reddatur ex timido: omnis enim vobis pro vita, pro libertate, pro gloria, pro defenſione Apoſtolicæ ſedis pugna, omnéque certamen eſt: Hæc omnia in manibus veſtris ſunt conſtituta.

Teutones niui comparati.

Oratio Tuſculani Epiſcopi ad populũ Romanũ.

Nam qui pacem deſiderat, præparet bellum. Filij veſtri contra ius omne E
contra fas tenẽtur in vinculis. Petri Apoſtoli baſilica toto terrarum orbe venerabilis, armis cadaueribus ſanie & cruore plena eſt. Quid autem ex hoc ſummã omnium malorum coniicere poſſumus? Quæ vnquã audita eſt immanior peſtis? Pontifex Apoſtolicæ ſedis à barbaris hominibus tenetur in vinculis: omnis ſacerdotalis ordo, tota eccleſiaſtica dignitas carceri ac tenebris addicta eſt. Lugent miniſtri domini, altaria ſancta lachrymis madent: ipſa prorſus mater eccleſia attrita gemit, implorátque opem filiorum, vt ſe de tantis cladibus eruant: mœrens orat & obſecrat. Quocirca rogamus affectu quo poſſumus, vt periclitanti ſuccurratis, & ad vlciſcendam matris iniuriam toto animo totíſque viribus incumbatis. Nam ſi adſint qui obſiſtant, fugere hoſtes quam conſiſtere paratiores F
erunt. Idque vt alacriores inſurgatis ad tantum vlciſcendũ ſcelus, de domini noſtri & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli miſericordia confidentes, ab omnibus vos peccatis abſoluimus. Hac oratione Romani vehementer animati omnes aduerſus Imperatorem ſe ſacramẽto conſtringunt: & qui ſe adiuuarent, pro fratribus habendos decernunt. Hæc vbi Imperatori nunciata ſunt, eadem nocte eũdem Apoſtolicum ſecum abducens, tãto metu cum omni exercitu profugit ex porticu: vt non modo ſarcinas, verum & ſocios plurimos in hoſpitiis relinqueret. Poſt duos autem dies aduocans milites, pontificem ſacris veſtibus exui iuſſit. Quod cum factum eſſet: vinctum ſecũ pertraxere. Dehinc Soractem vſque pergentes, iuxta beati Andreæ monaſterium alueum amnis tranſierunt: & G
Sabinos ad Lucanum pontem iter agentes, vlteriores Romanæ vrbis partes aggreſſi ſunt. Trahebantur interea clericorum laicorumque plurimi vincti funibus. Pontifex autem cum duobus epiſcopis Sabinenſe ac Portuenſe & Cardinalibus quattuor apud caſtrum Trebicũ, cæteri verò Cardinales apud Corcodiſum in cuſtodia tenebantur. Latinorum nullus audebat cum eodem pontifice colloqui. Cuſtodiebatur autem à magnatibus imperatoris: à quibus etiam illi miniſtrabatur. Poſtremò tam ſuſpicionis quam & concordiæ gratia in caſtra reductus eſt. Fuit autem idem Apoſtolicus in eodem ergaſtulo ſexaginta & vnum dies. Enimuero Ioannes Tuſculanus Epiſcopus fidelium animos ad opem Eccleſiæ ferendam nunquam excitare litteris deſtitit. Tunc princeps patenariam cum ſuis, perfectos electos milites ferè trecentos Romanis auxilio miſit. Qui cum H
Ferẽtinum Ptolomæum, & omnes ferè illarum partium proceres fauere Imperatori comperiſſent: imperatorémque cum exercitu iam tranſiſſe Tyberim, neque iam vrbem ingredi poſſent, Capuam reuerſi ſunt.

De liberatione præfati pontificis, & coronatione Imperatoris, & aliis multis. CAP. XLII.

EA perturbatione durante, Rogerius Dux cum Boamundo fratre defungitur. Horum itaque mors vt Normannis magnũ incuſſit metum: ita Imperatori eiúſque exercitui & Longobardis omnibus extulit animos.

A animos. Verebantur enim ne Imperatoris aduentu ſedibus ſuis & principatu pellerentur. Quocirca Apuliæ & Calabriæ munitiſſima quæque loca eligentes, ſeſe contra Imperatoris aduentum præparabant. Princeps autem ex conſilio ſuorum legatos ad Imperatorem dirigens, pacem ab eo ſecuritatémque poſcebat. Itaque cum & Romanorum agros Imperator popularetur in dies, ipſorúmque animos pecunia, dolíſque tentaret: tantam Deus populo conſtantiam tribuit, vt nihil cum eis paciſci, ne Papæ quidem Cardinaliúmque promiſſa liberatione, potuerit. Variis mẽs eius diſtracta cõſiliis, nihil vbi acquieſceret inuenire poterat. Nam perpetrati ſceleris conſcius, nihil ſibi iam tutum fore apud populum arbitrabatur. Cernens itaque ſibi ſecus quam putabat contigiſſe: cœpit iureiurãdo firmare, niſi pontifex illi morem gereret, & ipſum & omnes, quos habebat
B in vinculis partim occiſurum, partim amputatis membris quibúſque debilitaturum. Sed cùm ad id nequiret conſtantiam pontificis flectere, in hoc tandem plena deliberatione conuenit: vt omnes quos ceperat liberos faceret, dum tamen ſibi in poſterum apud pontificem proſpicere poſſet: hoc per principes ſuos, hoc per clericos, hoc per laicos, ciuéſque Romanos ſollicite ſatagebat. Cæterum pontifex vitam ponere, quam iura eccleſiæ violari malebat: quamuis ille non Eccleſiæ iura, non officia quælibet, ſed regalia ſola ſe dare aſſereret. Proponebatur ſchiſmatis graue periculum: quod omni pœnè Latinorum immineret Eccleſiæ. Victus tandem lachrymis ſuſpiriíſque filiorum, totus in lachrymas ſoluitur. Et cogor (inquit) pro Eccleſiæ pace & liberatione id perpeti: quod ne paterer,
C vitam quoque cum ſanguine perfundere paratus eram. Huic confirmando negocio, epiſcoporum Cardinaliúmque conſenſus expetitur: neque aliter vel captiuos relaxari, vel pacem rebus Eccleſiæ dari poſſe aſſeueratur. Cum igitur Albertus comes, & cæteri principes iuramentis conditiones præſcribi non ſinerent: pontifex quandoquidem, inquit, conditiones præſcribi non vultis, verbis opponam. Tunc totus ad Imperatorem conuerſus: iuramenta hæc (ait) idcirco facimus tibi: vt vos illa quæ polliciti eſtis obſeruetis. Quod Imperator cum ſuis omnibus lætiſſimè ac perlibenter annuit. Igitur ex verbo pontificis ab eis iuratum eſt in agro iuxta pontem Mammeum, qui Romanos Teutonéſque dirimebat: hoc videlicet modò, quod vlterius nõ inquietaret Imperatorem eiúſque
D imperium de præſumpto de temerato Eccleſiarum iure, & de iniuria ſibi ſuíſque irrogata in perſona Imperatoris, ac bonis malum aliquid ſibi vel alicui perſonæ non redderet: neque pro hac cauſa Imperatorem vnquam anathemati ſubderet: eidémque Imperatori priuilegio ſub anathemate confirmaret, vt Epiſcopos, & Abbates, liberè electos abſque ſymonia: idem Imperator anulo & virga inueſtiat: Epiſcopúſque ſic inueſtitus liberè conſecrationem ab Archiepiſcopo ad quem pertinuerit ſumat. Si quis vero à populo & clero eligatur, & non ab Imperatore inueſtiatur, à nemine conſecretur: & Archiepiſcopi & Epiſcopi libertatem habentem ſicurandi ita amiſſos ab Imperatore, regnúmque & imperium ac princi-

patum officij ſui auxilio illi conſeruabit. Et cum hæc ſacramento firmaſſet: Imperator demum quod eundem pontificem cum Epiſcopis, & Cardinalibus, & omnes qui cum eo vel pro eo capti eſſent: obſideſque & ſecuros perduceret intra portas tranſtyberinæ ciuitatis neque vlterius aut caperet aut capi permitteret, iurauit his qui in fide ſedis Apoſtolicæ manerent: & populo Romano tam per ſe, quam per ſuos, pacẽ ſeruaret: eundem Papam fideliter iuuaret: vt Papatum ſecurè & quietè teneret: patrimonia & poſſeſſiones Eccleſiæ Romanæ reſtitueret. Cætera quæ de iure habere debet more anteceſſorum recuperare ac tenere adiuuaret bona fide: & eidem pontifici fideliter obediret, ſaluo honore imperij & regni: ſicuti Catholici Imperatores Catholicis Romanis pontificibus ſolent. Poſt hæc Fridericus Colonienſis Archiepiſcopus, Gebeardus Tridentienſis, Brucardus Monaſterienſis, Bruno Spirenſis, Albertus Cancellarius, Fridericus Therimanus, Albertus, Fridericus, Berengarius, Fridericus, Gothfridus, & Guarnetius Comites, ac Bonifacius Marchio in hunc modum iurauerunt. Reſtabat illa exactionis & extorſionis portio: vt de inueſtituræ permiſſione priuilegium Imperatori ſcriberetur, ipſo præſente. Nec ipſe igitur, neque ipſius principes differri paſſi ſunt ipſam ſcripturam, donec intra ciuitatem veniretur: vbi pontificis ſigillum remanſerat. Die igitur altero in eodem campo qui ſeptem fratrum dicitur, dum caſtra mouerent, dictari illud oportuit: & tranſmiſſo iuxta pontem ſalarium tyberis fluuio iam locatis caſtris, accitus ex vrbe ſcriniarius: ſcriptum illud inter tenebras nocturnas exarauit: cui inuitus licet pontifex ſubſcripſit. Porrò cum ibidem chartam ipſam Imperator accepiſſet, poſtquam tamen in Eccleſia beati Petri coronatus fuerat, eam de manu pontificis, contra eius voluntatem omnémque cõſuetudinem ſuſcipere voluit. Coronatus eſt autem idem Imperator, portis omnibus Romanæ vrbis, ne quis ciuium eò adueniret obſeratis. Cúmque ad hoſtiæ confractionem veniſſet: partem ipſe ſumens reliquam Imperatori tradidit dicens. Sicut pars iſta viuifici corporis diuiſa eſt: ita diuiſus ſit à regno Chriſti & Domini qui pactũ iſtud rumpere ac violare tentauerit. Poſt coronationem finitis Miſſarum ſolemniis, Imperator in caſtra regreditur. Pontifex autem vrbem regreſſus eſt: hinc iam in Romana Eccleſia ſcandala diſſenſionum, & ſciſmatum oriri cœperunt.

Extortum priuilegiũ de inueſtitura beneficiorum.

De dedicatione cuiuſdam Eccleſiæ, de curatione Dæmoniacæ & de exceſſu mentis cuiuſdam pueri. Cap. XLIII.

His quoque diebus, dum Abbas noſter Bruno Eccleſiã ſancti Thomæ Apoſtoli extra caſtrum vallis frigidæ ſolemniter dedicaſſet: mulier quædam à ſpiritu immundo vexata, ad eum deducta eſt. Cuius calamitati compatiens, oratione præmiſſa, aquam vnde manus lauerat patienti fœminæ in potum dedit: móxque ab ea malignum ſpiritum excuſſit. Eo etiam tempore presbyter quidam in Alamanniæ partibus, dum

A dum puerulum quendá centeſimum tertium decimum pſalmũ edoceret, eóque dimiſſo aliorſum perrexiſſet: ſomno puer oppreſſus eſt. Mox preſbyter excitans illum eúmque legere pſalmum imperans, perterritus puer cœpit alios memoriter dicere verſus. Increpatus à magiſtro vt pſalmum, potius quam verſus diceret. Ille magis magiſque illos replicare cœpit. Intelligens preſbyter puerum per ſpiritum loqui: cœpit eos ex illius ore deſcribere. Sunt autem hi. Rex morietur,& vrſus interficietur:& erit terror in diuerſorio. Sol & luna emittent venenum ſuum:& ſtellæ pluent ſanguinem: Regina deſtruetur,& non ſtabit regnum eius:& erit ſuperſtes: Rex Chriſtianorum proceſſit ex alueo matris: quem genuit interfecit: Oculi eius vt faces ardentes: & vngues eius ſicut gris. Alia autem die puer interrogatus, nihil ſe ex hoc ſcire profeſſus eſt. *Pſ. 113. In exitu Iſrael. &c.*

B

De diſſenſione inter pontificem & Abbatem Brunonem: & quomodo amotus à regimine monaſterij, redierit ad ſedem ſuam.

Capvt XLIIII.

PRæfatus autẽ Abbas adiunctis ſibi Guala Regino epiſcopo,& Roberto Paſienſi, aliiſque Cardinalibus, memorato pontifici omnino imminebat, vt priuilegiũ quod Imperatori fecerat rumperet: eũmque anathematis vinculo innodaret. Hi autẽ qui cum illo in vinculis fuerant dicebãt. Quod antediximus, dicimus: quod prædicauimus, cõſona voce prædicamus: damnamúſque quod ante damnauimus. Alij nõ modò non dã-
C nabant quæ contra Catholicã eccleſiã fuerant geſta: veſtrum impudenter ſatis tueri nitebãtur. Igitur dũ huiuſmodi diſſenſionibus Apoſtolica quateretur eccleſia, relatum eſt pontifici memoratum virum illius diſſidij & ſcandali ducem ſigniferum fuiſſe. Quod vbi Abbas audiuit, temporis opportunitate captata dixit ei: Inimici mei dicunt tibi, quia non te diligo: & male de te obloquor: ſed mentiuntur. Ego enim ſic te diligo, vt patrem ac dominũ meũ: neminémque aliũ, te viuente, volo habere pontificẽ: ſicuti cum multis aliis tibi promiſi. Audio tamen ſaluatorem meũ dicentẽ mihi. Qui amat patrẽ, aut matrem, pluſquam me, nõ eſt me dignus. Vnde & Apoſtolus. Si quis (inquit) nõ diligit dominũ Ieſum, anathema ſit. Debeo igitur diligere te: ſed plus illũ diligere debeo qui te fecit & me: Huic enim
D tanto amori nihil vnquam pręferendum eſt. Fœdus autem illud adeo fœdum, tam violẽtum, tam cum proditione factum, tam omni pietati religioníque contrarium ego non laudo. Quis enim illud laudet, in quo violatur fides, eccleſiæ libertas amittitur, ſacerdotium tollitur, vnicum & ſingulare oſtium Eccleſiæ clauditur, multa oſtia aperiuntur, per quæ qui intrat fur & latro? Habemus canones, habemus ſanctorũ patrũ conſtitutiones ab Apoſtolorũ temporibus ad te vſq; perductas. Via regia incedendũ eſt: neque ab ea in aliquã partem declinandũ. Apoſtoli illos oẽs dãnant,& à fideliũ cõmunione ſeiungunt, qui per ſecularẽ poteſtatẽ eccleſiã obtinerẽt. Laici enim quálibet religioſi ſint nullũ tamẽ diſponẽdæ eccleſię facul-

Mmm

tatem ſunt conſecuti.Hæc enim Apoſtolorũ cóſtitutio ſancta eſt: cui qui E contradicit,catholicus non eſt.Omnis autem qui hæreſim tuetur,hæreticus eſt.Nemo hanc non eſſe hæreſim dicere poteſt: quã ſancta & Apoſtolica eccleſia in multis conciliis hæreſim nominat: & cum ſuis auctoribus damnat. Talis allocutio inter pontificem & Abbatem inuidiæ & odij fomitem miniſtrauit. Inter cætera vero quæ tunc pótifex,in Abbatem locutus eſt,ait.Niſi illum à monaſterij adminiſtratione remouero:ipſe ſuis argumentis Eccleſiæ mihi regimen tollet. Quapropter eidẽ Abbati direxit Epiſtolam, qua vetuit ne vltra epiſcopus ſimul eſſet atque Abbas: neque enim vltra ferre Apoſtolicam ſedem Epiſcopum aliquẽ monaſterio præeſſe tã celebri. Fratribus etiam per Leonẽ Hoſtienſem Epiſcopum & huius Cœnobij monachum litteras miſit:mandans ne ipſi viro vlterius obedirent:ſed ſecũdum Deum regulariter ſibi Abbatem eligerent.Sin autem F ſecus agerent: in omnibus monaſterij cellis Abbates ipſe ſtatueret. Hoc vbi Abbas audiuit, conuocatis fratribus oſtendere cœpit quænam inter ipſum & ſummũ pótificem, pro cauſis eccleſiaſticis eſſet orta diſſenſio: ſimúlque admonuit,vt ſi Abbatem quem ipſe eligeret,vellẽt:& illos & hũc locum pro viribus protegeret,atque defenderet.Erat tunc in monaſterio frater quidã, Peregrinus nomine,natione Ligur,ſeculari aſtu callidus,cui regiminis onus imponere decernebat. Quod cũ fratres didiciſſent: dixerunt Abbati quamdiu ipſe vellet eis Abbatis iure præeſſet, omnes illi vt domino ac patri obedirent.Sin autem ea cura deſiſteret, electionem, quæ illis ex regulæ pręcepto debebatur,nulli omnino permitterẽt: ſed ipſi antiquo more Abbatem ſibi conſtituerent. Hoc ille audiens, & id violenter G implere poſſe ſe putans, armatos milites ad cuſtodiendum monaſteriũ in ſuum auxilium euocat. Poſtera vero die fratribus Eccleſiã ad Miſſam celebrandam cum pace introeuntibus, ſubitò variis armata telis occurrit multitudo furentium, & qui eſſent qui voluntatem Abbatis nollent implere quærentium. Fratres autem hæc nimis ęgrè & indignè ferentes,vnanimiter in illos irruunt,monaſterióque deturbat.Quod vbi Abbati nunciatum eſt, ad monaſterium continuò aſcẽdit: vocatíſque ad ſe fratribus, nolo inquit vt propter me, inter vos & Rom.Pont.ſcandalũ oriatur. Virgámque paſtoralem ſuper altare ponens, Accipite(inquit) quam mihi tradidiſtis:abſolutionéque fratribus facta,ad epiſcopatum ſuum rediit.Vbi in ſancta conuerſatione vſque ad Oderiſij ſecundi Abbatis tempora vi- H uens,fœliciter migrauit ad dominũ,pridie Calend. Septẽbris.Sepultus eſt in ciuitate Signana,in eccleſia ſanctæ Dei genitricis & virginis Mariæ. Ad cuius memoriam, etiã hodie Dominus miracula patrare dignatur ipſius interuenientibus meritis. His diebus defuncto in Ferracinenſe Eccleſia Benedicto epiſcopo, Gregorius huius monaſterij à puero monachus, in ſanctis litteris eruditiſſimus, à Romano pontifice in eadem Eccleſia præſul conſtituitur. Similiter in Cœnobio ſancti martyris Chriſti Vincentij, Amicus huius Cœnobij decanus, Abbas pręficitur:& in Romana Eccleſia Oderiſius,& Roſcemanus diaconi Cardinales ordinantur.

Is eſt auctor huius libri.

De

A

De electione Girardi Abbatis. Cap. XLV.

Girardus Abbas xlj. iſtius monaſterij, præfuit annis xj. menſibus tribus. Hic nobiliſſima Marſorum Comitum ſtirpe progenitus à primis pueritiæ annis omnipotenti Domino huic monaſterio oblatus, à Deſiderio Abbate ſuſcipitur: ac poſt annos plurimos præpoſitus in monaſterio ſancti Nicolai Picenſis conſtituitur. Demum verò ab Oderiſio Abbate, monaſterij huius decanus ordinatur. Sed cum poſt Otonis tranſitum, Bruno, quo ſupra retulimus ordine, Abbas effectus fuiſſet: ac Rom. Pont. iuſſione, monaſterij relicta cura ad epiſcopatum ſuum remeaſſet: à fratribus vno conſenſu Abbas eligitur.

B

De miraculo facto ad corpus beati Patris Benedicti. Cap. XLVI.

Tvnc temporis Hugo quidam Tranſalpinus miles, apud pleróſque Comites iſtarum partium ingentia ex armis ſtipendia referens: iuuentutis ſe voluptatibus dederat. Erat autem cum manu promptus, tum ſermone facundus. Is cum Raone Rachelis Thenenſis Comitis filio, in ipſa Cœnæ Dominicæ ſolemnitate ſanctum Paſcha celebraturus ad monaſterium deuotus adueniens, per decliui montis confragoſam ſemitam equo lapſus, horribili cruruum fractura ſemianimis factus, huc non niſi in lectulo portari præualuit. Mox igitur ante beati Benedicti corpus ſe proiici inſtantiſſima prece depoſcit: ibique magnis clamoribus præ dolore vociferans, diem flendo conſumpſit. Cumque iam noctis incumbentibus tenebris, manſionarius Eccleſiæ famulis vt illum foras deferrét præcepiſſet: ille magnis ſacramentis conteſtari cœpit, ſe niſi conualeſceret inde nullo pacto exiturum: & aiebat: Hic hic ante illius corpus, cuius cum ardenter viſitatem domum, tantum mei corporis incommodū pertuli. Hic inquam ad eius iniuriam continuò iacens naturæ ſatisfaciam, niſi conſuetam mihi opem ferat. His dictis cum diſcedentibus cunctis, ipſe quoque ſomno peracquieſceret: videt ſubitò ſacroſanctum altare, in quo beati patris corpus eſt conditum, diuinitus aperiri: indéque ſene veneranda canitie progredi in illo habitu, quo ſolent Abbates in feſtiuis proceſſionibus vti. Qui accedens propius, & fracta loca blandè & leniter contrectans manu, ait: Ecce iam ſanus factus es: de cætero remitte minas. Æger autem continuò ſanus exurgens noctem illam in omnipotentis Dei laudibus duxit. Mane autem facto rem geſtam fratribus retulit, & Domino ac patri Benedicto gratias reddidit. Feſtiuitate igitur magna animi lætitia deuotionéque peracta Teanum rediit: cæleſtiſque ignis ardore ſuccenſus, mundo vale faciens, ac ſeipſum iuxta diuinum præceptum abnegans ſibi, nudus & expeditus ſecutus eſt Chriſtum: móxque ad fontem de Corrigia Xenodochium conſtruens, tam religioſo vitæ tramite currere ad ſupernam patriā cœpit: vt calciamentis quidem nullis, veſtibus vero laneis ſit tantum vſus. Idem etiam poſt annos xv. huc rurſus adueniens: quaſi præſtitæ ſalutis gratia beato Benedicto

Manſionarius Eccleſiæ, proſacriſta.

C

D

perpetuò ſe tradidit ſeruum: & ea quæ modò memorauimus, ſæpius ipſe grateque fatebatur. Eo etiam die memoratus Rao ſuper altare beati Benedicti cunctam pertinentiam cellæ noſtræ de Tiano remiſit liberam: paucis conditionibus adiectis vſque in quartum annum. E

De conſecratione præfati Abbatis, & annullatione priuilegij olim Henrico Imperatori conceſſo. CAPVT XLVII.

MAndat interea Abbati noſtro pontifex, paratis vt omnibus ad vrbem pergat: conſecrationis donum ab eo percepturus. Itaque præparatis quæque erant neceſſaria iter aggreſſus, Romam aduenit. Ibique conſecratus, priuilegium ab eo de omnimoda monaſterij libertate promeruit. Menſe autem Martio adueniente, facta eſt ibi Synodus. In qua cum omnibus Epiſcopis de negocio ſedis Apoſtolicæ imperiíque Romani ageretur: Papa profeſſus eſt ſe non tam ſua quam eorum qui ſecum vincti erant liberatione cum Imperatore feciſſe quod fecerat. Se omnino Catholicum firma veráque ratione cóprobauit: priuilegium quod egerat, neceſſitate conſtrictus, contra ius omne fuiſſe confeſſus eſt. Quicquid verò ſui prædeceſſores ſtatuiſſent ſiue damnaſſent, id ſe ſimiliter ſtatuere, atque damnare. Hoc Epiſcopi audito, priuilegium illud omnino in perpetuum condemnauerunt. F

De Alexio Conſtantinopolitano Imperatore. G

CAPVT XLVIII.

EOdem anno Alexius Imperator (cuius ſupra meminimus) ſtrenuiſſimos ex ſuo imperio viros Romam cum ſuis litteris miſit: quibus ſe iniuriam ab Imperatore illatam, pontifici atque Romanis dolenter audiſſe ſignificans, agebat poſtmodum gratias eóſque laudabat, quòd viriliter illi obſtitiſſent. Atque ob id, ſi illorum animos paratos promptóſque ſenſiſſet (vt ſibi iam dudum nunciatum fuerat) velle vel ſe vel Ioannem ſuum, iuxta morem priſcorum fidelium Imperatorũ à ſummo pontifice Romæ coronam imperij ſumere. Romani ſe omnino fore paratiſſimos ad ipſius nutum, per eoſdem nuncios mandant. Menſe autem Maio elegerunt ex ſuis ferè ſexcentos ad Imperatorem conducendum. Qui Caſinum venientes, ab Abbate honorificè accepti ſunt. Cum quibus legatos ad Imperatorem ipſe quoque direxit: ſeruitium ei & orationis ſuffragia ſpondens. Igitur Conſtantinopolim profecti, cum Imperatori vnà cum Romanis quid ſibi Abbas noſter mandauerit, expoſuiſſent: cenſuit illum Imperator inter amicos imperij habendum: ac per huius Cœnobij fratres octo libras ſolidorum, palliúmque triaconthaſion beato Benedicto direxit. Mandauit inſuper Abbati ipſi, vt cum ipſe Romam coronandus accederet: obuiam illi dirrachium pergeret, atque cum eo vnà ad vrbem vſque properans, in eius permaneret obſequio. H

A *De quibuſdam Eccleſiis.* CAP. XLIX.

HIs diebus Hugo Hugonis infantis filius vnà cum Landulfo Beneuentano Archiepiſcopo, reddidit beato Benedicto eccleſiam ſancti Petri, & ſancti Ioannis, & ſancti Georgij, & ſancti Martini, & ſancti Ianuarij: cum omnibus ipſarum rebus & iuribus. Quás pater eius in die obitus ſancto Benedicto tradiderat.

De Eccleſia ſanctæ Mariæ terræ maioris: & de quibuſdam aliis. CAPVT L.

SEquenti anno iam dictus Papa Paſchalis ad has rurſum partes aduc-
B niens, Beneuentum Synodum celebraturus cum noſtro Abbate perrexit: in qua per Sennem Capuanum Archiepiſcopum quæſtus eſt, quod Eccleſia ſanctæ Sophiæ intra Beneuentum, violenter fuerit ab huius loci ditione ſubducta: ſed profecit nihil. Accuſauit item Benedictum terræ maioris Abbatem, quod inuaſiſſet Eccleſiam ſanctæ Mariæ, quæ iuris noſtri antea fuerat. Pontifex (& ſi Oderiſius olim eum inde pulſauerat) miſſis litteris, appoſita etiam interdicti pœna, vel loci vel ordinis: Abbatem ipſum ad ſe venire coëgit. Data igitur iuriſperitis per biduum licentia diſputandi, nouiſſime Terræmaioris aduocati probationem quadragenariæ poſſeſſionis obtenderunt. Sed eorum teſtes cum non ex viſu vel auditu, ſed ex fama ſola teſtimonium ferrent: nec legibus neque canonibus ad-
C mitti potuerunt. At contra, noſtri quadragenariæ vel tricenariæ poſſeſſionis interruptionem aſtruebant: & duos religionis monachos, vnum Epiſcopum, alterum diaconum protulerunt: qui ſe præſentibus prædictam Eccleſiam per Deſiderium fœlicis memoriæ Abbatem, Rodulfo preſbytero locatam aſſerebant: ſicut ex locationis ſcripto conſtabat ſub cenſu bizantiorum vj. Tres etiam laici teſtes ab eis prolati ſunt, qui ſe vidiſſe faterẽtur per annos quadraginta, priuſquam Eccleſiam illam monaſterium terræmaioris inuaſiſſet, huius Cœnobij monachos ibidem fuiſſe repoſitos. Itaque pontifex legum auctoritate perſpecta, monaſterio terræ maioris ſuper hoc negocio ſilentium perpetuò indixit: Eccleſiámque ipſam cum poſſeſsionibus ſuis apud noſtrum monaſterium per priuilegium quietam in perpetuum manere conſtituit. Tunc temporis
D Robertus comes, quadrageſimæ tempore, orationis cauſa ad hoc monaſterium veniens, vnà cum Oldiberto milite ſuo, obtulit beato Benedicto quicquid ſibi competebat in territorio ſancti Martini, in piſide. Sequenti autem anno Guilielmus Dux Rogerij filius, huc veniens, confirmauit huic loco per ſcriptum, quicquid Robertus & Rogerius Duces beato Benedicto tradiderũt: inſuper & terram quam olim apud ſanctam Iuſtam huic loco conceſſerat: Adiiciens prætcrea vt animalia noſtra, quæ annis ſingulis in ſolum ſuæ ditionis aduenerint, paſcua haberent in locis ſolitis, & abſque ſua hominúmque ſuorum vel alicuius contradictione perſonæ pergant, maneant, redeant: mille librarum auri pœna

propoſita. Fecit & aliud præceptum de caſtellione cum pertinentiis ſuis: vt homines qui in eo remorantur, quieti & liberi ſint à ſe, ſuíſque, nullo cenſu vectigalíque ſoluto. Conſtantia quoque Francorũ Regis filia, cum Boamundo filio ſuo obtulit eodem anno in Eccleſia S. Petri Imperialis, intra Tarẽtum, octoginta ſex familias hominum, cum rebus ſuis, & quicquid eidem loco præceptis oblationibúſve conceſſum eſt. E

De Archiepiſcopo Corſentino: & Archiepiſcopo Beneuentano. Cap. LI.

EOdem anno cũ Paſchalis Papa apud Cyperanum, Synodũ celebraret: Archiepiſcopus Corſentinus accuſauit Rogerium Siciliæ comitem: qui ſe de Archiepiſcopatu deiiciens, inuitum & renitentem monachum fieri iuſſerat. Ad hæc Papa, Non (inquit) hoc attinet ad me: huiuſmodi quippe cognoſcere, & vindicari, Abbati Caſinenſi prædeceſſores mei ſua auctoritate contulerunt. Dona enim & vocatio Domini (vt Apoſtolus ait) ſine pœnitentia ſunt. Illud ergo donum quod omnipotẽs Deus beato Benedicto conceſſit, ac per eum Abbati Caſinenſi, nulla poteſt ratione conuelli. Ideóque Caſinenſis Abbas ſuper hac re reſpondeat. Tunc Abbas non vult (inquit) Deus coacta ſeruitia. Vnde ſi contra volũtatem, monaſticum arripuiſtis inſtitutum: veſtrum erit vel relinquere illud, vel tenere. Quapropter ſanctæ religionis habitum, quod præter voluntatem accepiſtis, vt ad pedes Domini noſtri Apoſtolici deponatis præcipimus. Demum (vt ante iam dixi) veſtrum erit vel reſumere illum: vel dimittere. Ille autem continuò ad pedes ſummi pontificis monaſticas depoſuit veſtes: neque illi perſuaderi potuit, vt illas vltra reſumeret. In eodem concilio idem Apoſtolicus Guilielmum Ducem Apuliæ, Calabriæque cõſtituit. Ibi etiã cum Landulfus Beneuentanus Archiepiſcopus accuſatus fuiſſet, nec ſe purgare valeret, aut obiecta refellere; ad hoc monaſterium fugit, detractans Papæ audire ſententiam. Sed quo pacto noſtræ congregationis interuentum, & Epiſcopatus ordinem, & Papæ gratiam recuperauerit, ſuo loco dicemus. F G

Quomodo quidam monachi Caſinen. à Saracenis capti fuerint. Cap. LII.

HOc etiã anno cùm fratres noſtri Cœnobij, Sardinia remearent, à Piratis capti atque in Africam deducti ſunt. Quod vbi Abbas noſter agnouit, precium pro redemptione eorum illuc mittere ſtuduit. Sed hi qui deferebant, ventorum vi in Siciliam deuecti ſunt. Quæ cum ad Rogerij magnifici comitis notitiam perueniſſent: amore ſanctiſſimi patris Benedicti, nuncios ad regem Calamenſis ciuitatis, quæ à Saracenis Alchila dicitur miſit: monens vt ſi ſuam gratiã cuperet, ſi paci conſultum vellet, illos fratres protinus ad monaſteriũ redire permitteret. Annuit continuò rex, eoſdémque fratres legatis ipſius comitis tradidit. Iam enim Azo huius monaſterij decanus in eadem captiuitate vita exceſſerat. Qui per Africam, Siciliam vſque venientes, ab eodem comite cum honore ſuſcepti, inde huc ab ipſo tranſmiſſi ſunt. H

De

A *De miraculo facto ad corpus Azonis decani: qui in præfata captiuitate deceſſerat.*

CAPVT LIII.

OPereprecium reor ea quæ omnipotens Deus ad iam dicti decani declaranda merita oſtendit adiungere. Hic enim dum in eadem prouincia defunctus eſſet: corpus eius in eccleſia beatæ Mariæ ante altare conditum eſt. Factum eſt autem intempeſtæ noctis ſilentio cum inde Saraceni ſplendente luna tranſirent: viderunt eum foris iuxta oſtium baſilicæ ſedentem, librúmque manibus tenentem. Tunc tanto perculſi miraculo, aduocant ſocios magnis clamentes vocibus, currite celeriter, accurrite, properate huc. Nam Chriſtianorum præſbyter qui hoc menſe defun-
B ctus eſt, viuit. En ipſum ante fores eccleſiæ ſedentem videmus. Hoc audito, reliqui portas vrbis egreſſi, properabant tale videre miraculum. Cúmque illi appropinquaſſent, vir Dei Baſilicæ ingreſſus ianuam nuſquam comparuit. Quadam verò die manſionarius ingreſſus eccleſiam, lampadem quæ ſupra ſepulchrum eius pendebat, ardentem inuenit. Iratus, puerum qui ei iugiter in eccleſia ſeruiebat, cur lampadem accendiſſet ſciſcitatus: Ille cum eccleſiam clauderet lumina ſe omnia extinxiſſe profeſſus eſt. Vir autem ille diligenter examinans, extincta lampade eccleſiam clauſit. Sed alio die ingreſſus eccleſiam, claro lumine rutilantem lampadem vidit. Quod cum ſæpius fieret, nunciatum eſt Saracenorum regi qui rem inuſitatam admiratus, putanſque à Chriſtianis iſta confingi, Saracenos iu-
C bet ſublato oleo extingui lampadem. Quod vbi fecerunt, die altera ingreſſi eccleſiam, ardentem lampadem atque pro oleo aquam ſubiectam offendunt. Qui præpeti curſu egreſſi regem adeunt, & quæ viderant per ordinem pandunt. Iterum rex lampadem extingui Saracenóſque die ac nocte cuſtodire eccleſiam iubet: ne illuc Chriſtianorum vllus intraret. Eius illi præceptis obtemperant, eccleſiáque diligenter obſeruant. Superueniente autem nocte, Saraceni qui eccleſiam cuſtodiebant, ſublatis in cœlum oculis, ſtellam de cœlo ſuper eccleſiæ lampadem radiare conſpiciunt. Obſtupefacti fores eccleſiæ reſerant, lucentem lampadem cernunt: curſuque concito regem adeuntes, omnia quæ viderant pandunt. Rex ne ſuis quidem iſta narrantibus accommodans fidem, extingui lampadem, eccleſiæque obſeruari aditum vt antea præcipit: ſurgénſque adiit pontifi-
D cis domum quæ adiacebat eccleſiæ. Cumque iam nocturnum tempus adeſſet, eleuans in cœlum oculos, ſtellam ſupra eccleſiæ fulgere lampadem: eámque radio ſuo accendere vidit. Móxque Saracenis miſſis ardere lampadem didicit. Tunc rex edicto propoſito chriſtianis eccleſiam introeundi liberam facultatem permiſit.

Manſionarius, id eſt ſacriſta.

De eccleſia ſanctæ Agnetis in Auerſa, & quibuſdam aliis.

CAPVT LIIII.

EOdem tēpore Robertus Auerſanus epiſcopus, præſente ſūmo pontifice, litem aduerſus monaſterium mouit, de eccleſia ſanctę Agathæ

in Auerſa. Cúmque diu ea res in Romana curia diſcuſſa eſſet, ex præcepto ſummi pontificis, & eorum quibus graue videbatur eandem toties audire cauſam, epiſcopus vnà cum clericis Auerſanæ eccleſiæ eandem eccleſiam monaſterio noſtro poſſidendam perpetuò conceſſit: appoſita quinquaginta librarum auri pœna. Abbas hic libellum fecit hominibus caſtri ſancti Angeli, de terris ac ſyluis pertinentibus ad monaſterium, iuxta tenorem anteceſſorum ſuorum, pro libris denariorum decem. Huic Robertus princeps iureiurando tota illi monaſterij iura firmauit: fundos, ædes, monaſteria, eccleſias, caſtra, ſicut illa tenuit Otho Abbas diebus ante mortem ſuam viij. quæque intra Capuanum principatum noſtrum poſſidebat monaſterium. Idem & Andreas conſul fecit de omni poſſeſſione ſancti Benedicti ſub ſolo ditionis ſuæ, ac nominatim de caſtro pontis curui cum finibus & pertinentiis ſuis. E F

De conditione Fundani epiſcopi contra monaſterium. CAP. LV.

SVb idem tempus Benedictus Fundanæ ciuitatis epiſcopus, & huius Cœnobij monachus, contendere aduerſus monaſteriũ cœpit, pro pecunia quá prædeceſſor in monaſterio depoſuerat. Abbas autẽ noſter cauſam ſe ignorare dicebat. Et cum hoc negocium diu agitatum eſſet: quoniam & pecuniæ quantitas incerta erat, & an minus eſſet redditum quam fuiſſet acceptum ambigebatur: In hoc tandem conuenerunt, vt huius rei gratia noſter Abbas eidem epiſcopo dum viueret monaſterium ſancti Nicolai in pica permitteret: vt omnem inde redditum ſumeret, quem accipere ſolebat monaſterium noſtrum præter conſuetas ſalutes temporibus ſuis. Hic dum in eccleſia eadem ſancti Nicolai præpoſituræ adhuc fungeretur officio: acquiſiuit à Girardo, Richardo & Leone Fundanis conſulibus eccleſiam ſancti Honufrij cum iuribus & rebus ſuis. Et quoniá locus ipſe in deuexo latere ſitus latronum ſemper patebat incurſibus: ea Girardus eccleſia diruta, in proximo editiore colliculo in honore ſancti confeſſoris Honufrij conſtruxit monaſterium: atque omnium monaſterij ſancti Nicolai mobilium dimidia parte ſublata, parte etiam monachorum illuc tranſmiſſa xvj. illic fratres ad Chriſti ſeruitium aggregauit. In Aliſano item ſolo eccleſiam ſanctæ Mariæ in cingla itidem funditus diruens, magnificam ac ſpecioſiſſimam ad ſimilitudinem eccleſiæ noſtræ ſancti Martini, in priore loco renouauit. Permutauit item cum Grimaldo Aquinenſe terras quaſdam, adiecta pœna byzantiorum quinquaginta. G H

De quodam caſtro monaſterij quod Suum dicitur. CAP. LVI.

1116. PEr idẽ tempus cũ iá incarnatione domini M. centeſimus & decimus & decimus ſextus verteretur annus, vj. Calen. Martij caſtrũ noſtri monaſterij (quod Suum dicitur) à patris Deſiderij tempore monaſterio ſubductum, poſt deceſſum Richardi Aquilani qui ipſum tenuerat: captoque Alexandro qui coniugem ipſius acceperat, caſtri ipſius incolæ non ferentes

A tes exactorum inſolentiam, Abbati noſtro reddiderunt. Quo agnito Richardi vxor, turrem quæ ad mare dicitur, proditione cuſtodũ in ſuam accipiens poteſtatem, Lauranam & cætera quæ ad Caſinenſe monaſterium in ſua ditione pertinebant, à noſtra poteſtate ſubtraxit: atque extunc ſi quid incommodi, ſi quid moleſtiæ monaſterio inferre poterat, nihil obmittebat. Abbas autem non ſegnis ad hæc, collectis vndecunque militibus, Suſſannam terram igne ferróque vaſtare modis omnibus cœpit. Richardus etiam tunc ob pugnam quam cum eadem fœmina pro Caietano ducatu conferebat, confirmauit eidem Abbati omnia iura monaſterij, quæque recuperare poſſet, in poſterum in ſolo Fundano Guidonis de caſtro comitum de cucano, & intra Capuanum principatum: in comitatu Aquinenſi, venafrano, aliſano, teanenſi, caſtrúmque Suum, viámque per flumen Garilianum eundi & redeundi cum nauigiis, ac præcipue terras à dicta muliere ſublatas. Robertus quoque princeps ſub iureiurando confirmauit ſancto Benedicto prædictum caſtrum Suum, cum pertinentiis ſuis.

B

De conſecratione eccleſiæ ſancti Vincentij: & de ſancto fine cuiuſdam fratris.

Capvt. LVII.

Sequenti anno menſe Maio iam dictus Papa Paſchalis ad monaſterium venit: Abbatémque ſecum adducens, Troiam concilium ibi celebraturus acceſſit: indéque regrediens eccleſiam à Gyrardo noſtro monacho in honore ſancti Vincentij martyris, iuxta ortum vulturni fluminis à fundamentis extructam, ſolemniter dedicauit: in qua etiam Abbas noſter duo pallia obtulit. Huius temporibus Alamannus quidam in hoc Cœnobio monachus fuit: cuius vita quantum fuerit accepta Deo, in exitu illius patefactum eſt. Hic itaque è Molſa ciuitate oriundus, cum ad locum iſtum perueniſſet, diſtrictione præcipua & continentia vixit. Nam ſingulis noctibus in cimiterio, iuxta ſancti Apoſtoli Andreæ baſilicam nudus permanens, & pſalmos canens, duris ſcoparum ictibus carnem ſuam affligere non deſinebat. Cum verò noctu migraſſet ad Chriſtum, Nicolaus celerarius extra monaſterium poſitus, eleuatis oculis tectum deſuper aperiri conſpexit: & ex eo globum igneum maximum egredi, atque cœli alta conſcendere. Statímque ad monaſterium mittens, inuenit ea hora fuiſſe Alamanni obitum, qua globum viderat igneum cœli alta conſcendere. Hanc autem viſionem, ſicut celerarius de foris vidit: ita & Carbo vnus ex primoribus loci, qui adhuc ſupereſt intra monaſterium conſtitutus aſpexit. Hic verò quoad vixit tribus in hebdomada diebus panem & aquam in cibum ſumpſit, & nunquam niſi certa ſoluit feſtiuitate ieiunium.

1117. C D

De inquietudine hominum ſancti Germani. CAP. LVIII. E

INterea cum homines ſancti Germani noſtro Abbati ſæpe inquieti ac rebelles eſſent: ad eorum comprimendam audaciam animoſus erigitur. Itaque cum Oderiſiò præpoſito & Senioreto decano (qui poſtmodum huius Cœnobij Abbates fuerunt) aliiſque prudentibus viris conſilio habito: quoſque huius monaſterij fideles in auxilium euocans xviij. Calen. Feb. noctu monticulum qui eidem ciuitati imminet, occupat: atque à ciuibus fidem ſumens, arcem quæ ab Aligerni Abbatis temporibus deſtituta fuerat, conſtruere denuò vir ſtrenuus cœpit. Primum itaque in mõtis vertice ſpecioſiſſimam & maximam extruxit turrem: iuxtáque duas veteres turres itidem reparauit: ibique Abbatis habitaculum cum capella F & officinis reliquis honeſtiſſimè conſtruens, ipſius arcis ambitũ muro firmiſſimo cinxit: ac ſic deraum rebelles atque infidos quieſcere compulit. Pari itidem modo caſtrum pontis curui, Carderum, Vitecuſum, ac Suium muris turribuſque muniuit.

Quomodo Richardus monachus ſit epiſcopus ordinatus: & de expeditione contra infideles: & de nequitia quorundam potentium contra monaſterium.

CAP. LIX.

HIs diebus defuncto Caietanæ eccleſiæ ſacerdote, Richardus huius monaſterij à puero monachus, eidem eccleſiæ potifex datur. Interea Romanus pontifex cum ad paganorum edomandam feritatem totus incumberet, Romanos, Piſanos alióſque ex diuerſis partibus euocans, illos in remiſſionem peccatorum omnium ad baleares inſulas miſit. Quo dum veniſſent, poſtquam diu multumque pugnatum eſt, eas tandem in deditionem acceperunt: pluſquam centum milibus Saracenorum cæſis. Hoc præterea tempore Hector, Pandulfus, & Giſulfus, antiqui hoſtis infecti veneno, caſtrum huius monaſterij (quod Cominum dicitur) furtiuè ſurripiunt: terráſque contiguas vexare cœperunt. Abbas autem ſatis ſupérque magnanimus, coacto milite, illorum omnia ferro ignéque conſumpſit. Eodem anno Papa memoratus ad monaſterium venit: Vbi honore ſummo acceptus, cùm didiciſſet quidnam prædicti ſacrilegi contra monaſterium egiſſent, inter ipſa miſſarum ſolemnia, eos niſi reſipiſcerent, communione priuauit. Cúmque morerentur, animaduerterũt Deum ſibi per omnia obſiſtere, & caſtrũ ipſum Abbati reſtituerunt: Atque ad monaſterium aduenientes omni adſtante congregatione, iam dictum caſtrum ſuper altare ſancti Benedicti reddiderunt. Interea Lando Landonis comitis filius, parentes imitatus: à monaſterij nequaquã infeſtatione quieſcens, in ſylua vicina monaſterio caſtrum conſtruere exorſus eſt. Erat tunc in monaſterio Ioannes Romanæ eccleſiæ cancellarius, & huius monaſterij monachus (cuius ſupra meminimus) hic tantam inſolentiam nequaquam tolerandam cenſens, ſumpto ſecum Senioreto decano,

A cano, aliiſque nonnullis eundem comitem adiit: illíque ex parte ſummi pontificis imperat, ne in poſſeſſione ſancti Benedicti caſtrum ædificare præſumat: alioquin anathemati ſubiiciendum ſe non ignoraret. Tum ille pontificis iram, & beati Benedicti vltionem expaueſcens, continuò inde receſſit.

De tribus miraculis in Caſinenſi monaſterio factis. CAP. LX.

PEr idem tempus quidam in Apulia miles captus cateníſque deuinctus, in foueam demerſus eſt. Cumque per dies plurimos ita teneretur aſtrictus, & die noctúque beatiſſimi patris Benedicti imploraret auxilium: nocte quadam illi apparuit dicens: Dormis an vigilas? Et ille,
B plus Domine in mẽtis arcano de morte, quam de ſomni quiete pertracto. Sed tu quis es, qui ad me venire dignatus es? Ego (inquit) ſum frater Benedictus, quem ad auxilium tuum venire poſtulaſti. Nunc ergo ſurge celeriter, catenáſque quibus ligatus es (quia propter itineris longitudinem ad corpus meum ferre non præuales) ad ſepulchrum fratris Othonis incluſi (qui optime regulam meam obſeruauit) ſuſpende: atque ad reddendas Domino laudes, pro ereptione tua, Caſinum adire non differas. His dictis continuò miles exurgens, inuocato redemptoris noſtri ac beati Benedicti nomine, continuò vincla ſoluta ſunt: ac protinus ſurgens quæ ſibi fuerant iniũcta inſtanter implere curauit. Demum verò caſinum veniens, Domino patríque Benedicto laudes maximas retulit.
C Arderadus autem huius loci oſtiarius, dum noctis medio per planitiem Caſino ſubiectam iter ageret: oculos ad beati Benedicti Cœnobium eleuans, vidit ſuper ipſum ad inſtar ſolis deſcendiſſe eximiam lucem: quæ eccleſiam primò, poſtmodum verò totum monaſterium protegens, ad dimidium fermè horæ ſpacium manſit: ſicque lux illa ſenſim ſubtracta illius oculis eſt. Eo etiam tempore Sergius huius Cœnobij monachus dum vita decederet, Gregorium huius loci preſbyterum rogauitne ſe deſereret. Cuius ille votis obtemperans, perſtitit. Cum vero finis illius propinquaſſet, reſpiciens vidit beatiſſimam Dei genitricem Mariam ad ſe venientem: & illicò manus in ſublime eleuans clamare cœpit: Domina mea, domina mea. Interrogatus à fratribus quidnam videret: Non cernitis (inquit) beatiſſimam Dei genitricem Mariam? Hîc profectò nunc eſt: & his
D dictis exhalauit animam.

De quibuſdam conceſſionibus. CAPVT. LXI.

HIs diebus Petrus Aquinenſis obtulit beato Benedicto totum ius ſuum intra fines memoratæ ciuitatis, in omnibus omnino locis, quicquid ad ſe pertinere videbatur: centum byzantiorum pœna propoſita. Adenulfus item Aquinenſis ad hoc monaſterium veniens, obtulit beato Benedicto quicquid ex paterno ſiue materno iure in Sancto Vrbano pertinebat ad ſe. Hoc etiam tempore Girardus Abbas tradidit huius Cœnobij veſtiario ad vſus fratrũ, quicquid ſancto Benedicto quæſitum

erat in comitatu Termulenſi, terráſque Oldiberti militis, anathematis mulcta propoſita ſi quis ſucceſſorum ſuorum hoc à fratrum veſtiario ſubtrahere vellet. Conceſſit etiã monaſterio ſancti Ioannis intra Capuam petram mellariam cum pertinentiis ſuis. Sciendum Abbatiſſam monaſterij ſancti Ioannis eligi à ſanctimonialibus debere, approbari tamen & confirmari iudicio Abbatis Caſinenſis: vt ex priuilegio patet Abbatis Aligerni. E

De iactantia Abbatis Cluniacenſis: & de diſſenſione inter Romanos & ſummum pontificem. Cap. LXII.

SVpradictus autem pontifex adiuncto ſibi Abbate noſtro rediens Romam, mediante quadrageſima ſynodum celebrare diſponit. In qua noſter Abbas dũ de Sella ſanctæ Sophiæ intra Beneuentũ litem agitaret nihil conſequi potuit. Quo etiam tempore dum Pontius Cluniacenſis Abbas ad Synodum veniens, Abbatem Abbatum ſe iactaret: rogatus à Ioanne cancellario, Cluniacenſes à Caſinenſibus, aut Caſinenſes a Cluniacenſibus regulam ſumpſiſſent. Reſpondit non modò Cluniacenſes, verum omnes in Romano orbe monachos regulam patris Benedicti à Caſinenſe accepiſſe Cœnobio. Ergo (inquit) cancellarius, ſi à Caſinenſe monaſterio tanquam à viuo fonte monaſticæ religionis norma manauit: iure à Romanis pontificibus Caſinenſi Abbati hæc prærogatiua conceſſa eſt: vt ipſe ſolus (qui tanti legiferi vicarius eſt) Abbas Abbatum appelletur. Per idem tempus Romani ob iam dictum pontificem, ferali inter ſe diſcordia diſſidebant. Nam illorum pars maxima, qui præfecti nuper defuncti filium contra Papæ voluntatem elegerant: omni annixu contra Petrum Leonis, qui eiuſdem ſententiæ cum pontifice fuerat, deſtructis quibuſdam ipſius turribus, agebant. His compertis imperator qui defuncta Matilda diſponendarum rerum gratia, tunc apud Liguriam degebat, quia male ſibi cum Papa conuenerat, lætus efficitur: & xenia imperialia præfecto vrbis romaníſque direxit: breui ſe affuturum ſignificans. Pontifex interim ceſſerat: & Petro Leonis intra munitiones ſe tuenti ſubſidia (quibus modis poterat) miniſtrabat. F G

Quomodo Henricus imperator aduerſus pontificem Romam rediit. Cap. LXIII. H

ANno autem dominicæ incarnationis M. cxvij. Imperator congregato exercitu Romam aduenit. Quod vbi Papa Paſchalis didicit, egreſſus vrbem ſeſe ad hoc monaſterium contulit: atque ab omni congregatione rogatus, Landulfum Beneuentanum Archiepiſcopum (quem fuiſſe depoſitum ſupra retulimus) in gradum ſuum reſtituit: ſicque Beneuentum perrexit. Interea imperator ingreſſus vrbem, cum pontificem diſceſſiſſe cognoſceret: conſules, ſenatores, ac proceres, partim donis, partim promiſſis ad ſe attrahens Ptolomæo illuſtriſſimo Octauia gente progenito, Ptolomæi magnifici Romanorum conſulis filio filiam ſuam in matri-

A matrimonium iunxit: eíque oblatis plurimis donis quicquid auus eius Gregorius, aliíque parentes habuerant ſiue detinuerant, Ptolomæo ipſi eiuſque hæredibus auctoritate ſua in perpetuum tradidit. Agit interim Papa cum principe aliíſque Romanis, aduerſus Imperatorem conglobari, illi obſiſtere pergant: ſiue contra prædictum Ptolomæum Romanorum conſulem, ipſius generum, prædicto pontifici auxilium ferant. Henricus præterea in vrbe Romana perſiſtens, paſchalis diei ſolemnitatem ingenti gaudio ſenatus populíque Romani, celebrauit. Et quia pontificem ibi minime inuenit, nec poterat aptè per internuncios res inter vtrumque agitari: coactus feruore æſtatis ſeceſſit cum ſuis in frigidiora loca, pollicitus prima temperie ſe rediturum. Normanni verò imperatoris B explorato diſceſſu, electos ex ſuis ad trecentos milites, diebus pentecoſtes aduerſus Ptolomæum (quem ſupradiximus) dirigunt. Qui Campaniam ingreſſi, iuxta Pylum oppidum caſtrametati, prædam inde hominum iumentorumque egere. Hoc vbi Ptolomæo conſuli renunciatũ eſt, milites ad ſui præſidium ab imperatore dimiſſos eueſtigio euocans, noctu aduerſus illorum caſtra mittere ſtuduit. Normanni illorum aduentu territi, ad caſtrum Acutum ſeſe per fugam contulerunt. Quos inſecuti Teutones, extrema quæque cæciderunt: magnámque ſtragem dediſſent, niſi illi ſe in caſtrum recepiſſent. Victoria elati Alamani, Normannos equis ſublatis ac præda perſequentes, fugere ad vnum compulerunt.

De maximo terræmotu per Italiam facto. Cap. LXIIII.

C

HOc tempore tota ferè Italia tanta vis terræmotus fuit, vt muri vrbium ruerent, eccleſiæ à fundamentis euerterentur, caderent turres, multíque mortalium ruina premerentur: fontes itidem conturbarentur, & eccleſiarum lampades, nullo impellente ventorum flatu, per aërem mouerentur. Tunc in oppido Veronenſi ædificiorum pars maxima corruit: hiatus item illis in partibus ingentes patuerunt, & arbores radicitus euulſæ ſunt, fumóque obtecta arborum loca: infans etiam locutus, portentuoſa quædam fore prędixit: quæ poſtea rei probauit euentus. In hac agitatione Symon Hugonis filius, apud Iſerniam mortuus, eiúſque corpus huc delatum, in atrio eccleſiæ ſancti Benedicti reconditum eſt.

D

Quomodo Rex Anglorum legatos ad monaſteriũ miſit: & de Rogerio. Capvt. LXV.

PEr idem tempus Robertus Anglorum Rex legatos ad monaſterium miſit: rogans vt pro ſe & ſtatu regni ſui domini clementiam exorarent: calicemque aureum permagnum beato Benedicto illorum manibus obtulit. Eo etiam tempore Rogerius Landonis Caluenſis comitis filius ad monaſterium veniens, obtulit beato Benedicto in Sicilia villam ſancti Andreæ iuxta flumen Platonion, intra fines ſuos: & alia nonnulla: quingentorum byzantiorum pœna propoſita.

De morte Alexij Conſtan. imperatoris, & Paſchalis Papæ: & electione Gelaſij: & quomodo idem Gelaſius deceſſit, & de electione Caliſti. E

CAPVT LXVI.

HIs etiam diebus Alexius Conſtantinopolitanus imperator, qui multa monaſterio noſtro contulerat: & ſuper omnia Latini nominis monaſteria dilexerat xliiii. imperii ſui anno vitæ metas impleuit: & Ioanni porphyrogenito filio ſuo rerum ſummam imperiúmque reliquit. Paſ-
1119. chalis itidem pontifex regreſſus Romam xii. Calen. Februarii vita decedit & Ioannes ipſius cancellarius Caſinenſis Cœnobii à puero monachus, à
Gelaſius clero ſenatu populóque Romano electus, Gelaſius appellatur. His com-
Papa 2. pertis Henricus imperator Romam feſtinus aduenit: atque ad electum F
nuncios dirigens, petebat vt quæ Paſchalis Papa fœdera inter eccleſiam Romanumque imperium fecerat, ſua auctoritate firmaret: Alioquin alium ipſe in ſede beati Petri conſtitueret. Videns electus ſibi & imperatori ſalua fide conuenire non poſſe: mare per Tyberim ingreſſus cum epiſcopis & cardinalibus aliiſque Romanæ eccleſiæ clericis ac præfecto Romanæ vrbis, Caietam venit. Hoc vbi imperatori nunciatum eſt, Mauritiũ Bracharẽſem Archiepiſcopũ à Paſchali Papa depoſitũ eueſtigiò inuaſorẽ eccleſiæ Romanæ conſtituit. Supradictus autẽ electus Caietæ remoratus, in quadrageſima preſbyter ordinatus: & ab Epiſcòpis & cardinalibus in Romanum pontificẽ eſt conſecratus. Eo tẽpore Robertus Capuanus princeps, & Guilielmus dux ad ipſum pontificẽ profecti, fidem illi iurauerunt. Inde Capuam veniens vnà cum epiſcopis & cardinalibus ipſũ imperatorem, vnà cum inuaſore prædicto, ſuiſque complicibus communione priuauit. Sequenti verò celebritate paſchali, impoſito ſibi Romanæ eccleſiæ diademate, cum magna laude, & gloria, ad patris Benedicti Capuanum monaſterium venit: miſſáque ſolemniter celebrata, ad ciuitatis epiſcopum rediit, ornatis Romano more plateis & arcubus. Poſt hæc idem pontifex ad hoc monaſterium veniens cum immenſo gaudio & honore ab omni congregatione ſuſcipitur: diebúſque plurimis in hac terra remoratus eſt. Interea Robertus princeps exercitum congregans ad monaſterium venit, Romam (vt pontifici promiſerat) cum eo profecturus. Comperto autem quia imperator Taricellam oppidum obſideret, Caſino ſubſtitit: vbi etiam nunciis imperatoris acceptis Capuam rediit. Imperator inito cum oppidanis fœdere rediit Romam: ibique die pentecoſtes ab eodem hæreſiarcha coronatus, in Liguriam rediit. Hoc vbi pontifex iam dictus agnouit, Romam reuerſus eſt. Atque inde Piſas contendens, eccleſiam ibi ſanctæ Mariæ (quæ ad domum dicitur) dedicans, Archiepiſcopatum primus in eadem vrbe conſtituit. Ibi eo remorante auctoritate eius Archiepiſcopi illius ciuitatis oblata eſt beato Benedicto eccleſia S. Syluestri in eadẽ ciuitate, ab Odemundo & filiis eius, cum omnibus iuribus ac rebus. Huic conceſſioni Lambertus Hoſtienſis epiſcopus cum aliis cardinalibus interfuit.

A interfuit. Inde verò profectus pontifex cum epiſcopis & cardinalibus, Cluniaſenſe Cœnobium petiit. Vbi ab ipſius monaſterij Abbate ſummo cum honore ſuſceptus,& ibi aliquandiu remoratus, vita deceſſit: ac in eodem monaſterio, debito cum honore, ſepultus eſt. Cardinales igitur videntes tam ſubito tanto ſe deſtitutos eſſe paſtore ne diutius Romana eccleſia ſciſmaticorum pateret morſibus, conſilio habito, Guidonem Viennenſem Archiepiſcopum, regia ſtirpe progenitum, in rebus ſæculi ſtrenuum & in eccleſiaſticis apprimè eruditum ibi pontificem eligunt: vocántque Caliſtum. Idem verò pontifex aliquantulum permanés, per Roſemanum cardinalem,& huius Cœnobij monachum, ex parte Italorum catholicæ parti fauentium de ſua ordinatione conſenſum vnanimè per literas accipiés, vna cum epiſcopis & cardinalibus ad B. Mauri monaſteriũ in Glãnafolio ſitum & huic Cœnobio † ſubditũ peruenit: rogatúſq; à cardinalibus qui ſecũ aduenerant,& monachis & ab ipſo Abbate Girardo, eiuſdem cõfeſſoris Chriſti Mauri eccleſiã ſolénniter dedicauit. In qua etiã corpora ſanctorũ Antonij & Cõſtantiniani, qui de Caſinẽſi cœnobio ad Gallias cũ B. Mauro perrexerant: cũ maxima reuerentia poſuit: ſicque Romã veniens à clero, ſenatu, populóque Romano honorifice ſatis accipitur. 1119. 4. Kal. Feb. † vt habetur ſupra. Cap. 18.

B

De magno terræmotu: & de reuelatione cuidam facta.

CAPVT. LXVII.

EO igitur tẽpore cũ iã ab incarnatione domini M. C. atque XX. voluere- 1120.
C tur annus tanta terræmotus vis in hac regione fuit: vt pleraque monaſterij oppida, eccleſiæque vexarentur, plurimique ſub ruina perirent. Nam plerumque X. ſæpe XVII. aliquando XX. per dies ſingulos ſenſimus. Quo tempore Benedictus pater cuidam Hiſpano apud Termulas tribus vicibus in quodam triuio viſibiliter apparens dixit. Vade, dic Abbati vt omnes qui ſuæ ditionis incolunt terram, diſcalciatis pedibus ad Caſinenſe monaſterium meum omnipotentem Deũ rogaturos conuenire iubeat, & ipſe vnà cum fratribus per omnes monaſterij eccleſias nudis pedibus inceedat: increuerunt enim peccata hominum,& delicta eorũ multiplicata ſunt valde. Forſitan ignoſcet Deus ipſorum culpis. Interrogatus quiſnam eſſet, fratrem Benedictum ſe eſſe reſpondit. Ille cõcitus ſurgens Abbatẽ petiit, quæ viderat & audiuerat pandit. Cum igitur ad ſuperius monaſte-
D riũ omnes pariter dominũ rogaturi conuenirent: diabolus claudi aſſũpta ſpecie, ſeſe illis obuiũ tulit, in deuexo mõtis latere: dicens glorioſę virginis Mariæ eccleſiam, maximamque ciuitatis partem terræmotu concidiſſe. Illi vera hæc exiſtimantes, ocius reuerſi ſunt, diabolicámque illuſionem agnoſcentes alio die litaniã, quam ſtulte dimiſerãt, nudis pedibus implere ſtuduerũt. Igitur prima noctis vigilia magno vltra modũ facto terræmotu, fratres è ſtratis ſuis exurgẽtes, diſcalciatis pedibus flentes & eiulantes ad patrẽ Benedictũ cõfugiũt: profuſiſque precibus ante ſacratiſſimũ illius corp᷒, per omnia monaſterij altaria litanias decãtare cœperũt. Fidelis Dominus in verbis ſuis, qui inuocãtes ſe & de ſua miſericordia præſumẽtes

exaudire dignatur. Supplicatione litaniæ cõſummata, ne vnusquidem lapis vltra ex hoc loco motus eſt. Iſta dum vicinis regionibus innotuiſſent, E omnes ferè qui in principatu morabantur, nudis ad beatum Benedictum venere veſtigiis: omnipotentis domini clementiam exorantes: vt tanti patris interuentu illis miſereri dignaretur. Nec ſpe ſua fruſtrati ſunt. Nam continuò omnis terræ quieuit agitatio. Eodem anno Robertus Capuanorum princeps vita defungitur: Richarduſque illi à Capuanis ſubrogatus. Quo item paulopoſt mortuo, Robertus patruus eius princeps efficitur.

De viſione Alberici pueri: & de Petro diacono Caſinenſis monacho, qui paßionem ſancti Placidi, & aliorum multorum ſcripſit.

CAPVT LXVIII. F

HVius tempore, in Campaniæ prouincia inſigne miraculum & antiquis per omnia ſimile contigit. Namque in caſtro ſanctorum vij. fratrum, Albericus quidam nobilis puer cum decimum ageret ætatis annum morbo correptus, ad extrema perductus eſt. Quo tempore diebus nouem & totidem noctibus immobilis ac ſine ſenſu quaſi mortuus iacuit. Hoc autem interuallo à beato Petro Apoſtolo, duobúſque Angelis per loca pœnarum deductus, ad infernalem baratrum deuenit. Demũ ad paradiſi amœna delatus, vidit ſanctorum manſiones: atque in cœlum ſubleuatus aëreũ, & à B. Petro Apoſtolo ſufficienter edoctus de veteri teſtamẽto, de peccatorũ pœnis, gloriáque ſanctorum, vidit arcana quædã quæ G loqui prohibitus eſt. Sicq; per lxxij. prouincias ab eodẽ Apoſtolo deduct⁹ vitæ redditus eſt. Huius viſionẽ qui cupit agnoſcere, à Guidone hui⁹ monaſterij monacho deſcriptam, legat. Nos eã (quia per ora omnium vertitur) hic ſcribere omiſimus. Ex hinc Albericus ipſe relictis ſæculi pompis Caſinenſe cœnobium petiit. Atque à patre Girardo gratiſſimo affectu ſuſceptus, accepto ſanctæ conuerſationis habitu Chriſto regi militiam profeſſus eſt. Tanta vero hodie abſtinentia, tanta pollet grauitate morum: vt & peccatorũ inſpexiſſe pœnas, & ſanctorũ gloriã vidiſſe nemo eſt qui dubitet. Nã ex illo tẽpore neque carnes aliquãdo guſtauit, neq; vinũ bibit: nudíſq; ſẽper inceſſit pedibus. Atq; in hac afflictione corporis cordíſq;, cõtritione & humilitate, nũc vſq; in Caſinẽſi hoc monaſterio permanet: vt multa illa quæ alios lateant vel metuenda vel deſiderãda vidiſſe, H

1121. etiã ſi lingua taceat vita loquatur. His itẽ tẽporibus Petrus diaconus ãno dominicæ incarnationis. M.CXXI. ætatis ſuæ ãno v. beato Benedicto à parẽtibus oblatus: habitũ ſanctæ religionis à Girardo Abbate ſuſcepit: à quo per octo annos eruditus XXI. ætatis anno ſcripſit ad Odoreſiũ Girardi ſupradicti ſucceſſorem, paſſionem beatiſſimi martyris Marci & ſociorum eius, vitam egregij confeſſoris Falconis, paſſionem ſanctiſſimi martyris Placidi, diſcipuli beati patris Benedicti, vitam ſancti Appolinaris Abbatis, ad reuerentiſſimum Abbatem Rainaldum. Vitam ſanctorum Guinizonis & Ianuarij ad Richardum Caſinenſem monachũ. Vitã ſancti

Puer quinque annorũ monachus fact⁹.

Conſtantij

A Conſtantij epiſcopi &confeſſoris,adGuarinum Aquinenſem epiſcopum. Vitam ſancti Seueri epiſcopi caſinenſis ad Senioretũ Abbatẽ. Richmũ de tẽpore nouiſſimo. Euerſionem & inſtaurationẽ ciuitatis Atinæ,inuentionẽque beati Marci martyris. Vitã S.Dariæ ,vxoris S.Nicãdri. Scripſit& ſermones hos, de S. Marco viij. de eius vigiliis ij. In paraſceue, in ſabbato S. Homeliam in feſto ſancti P.N.Benedicti.Sermones in Paſcha.In octaua S. Benedicti:in aſcẽſione domini:in pẽtecoſte: de ſancto Ioanne baptiſta.De ſanctis Petro & Paulo:de ſancto Laurentio : de vigilia ſanctæ Mariæ: librum de viris illuſtribus Caſinenſis cœnobij, ad Pandulfum Reanenſem epiſcopum.Miracula Caſinenſium monachorum:quæ ſcripta non erant. Hiſtoriam de euerſione,ſeu reſtauratione cœnobij beati Mauri. Viſionem B Senioretti Abbatis emendauit,vbi & prologum ſcripſit: fecit & prologũ in libro priuilegiorũ. Sermones de trãſlatione corporis S. protomartyris Stephani, ex Conſtantinopoli , ad vrbem Romam. Ortus & vita iuſtorum cœnobij Caſinen.Sermonẽ de feſto omnium ſanctorũ:de natiuitate domini. ij. de S. Stephano : Chronicam Caſinen. cœnobij , à renouatione eccleſiæ S. Martini,vſque ad hanc diem. Aſtronomiam ex veteribus libris compilauit.Demum pro reſponſis Caſinenſis cœnobij apocriſarius ad Lotharium imperatorem iij. directus, poſtquam ſeſſionem illi ad pedes ſuos cõceſſit,capellanúmque Romani imperij fecit,ac Bertucci cancellarii diſcipulum cõſtituit, poſtquam à ſecretis efficitur, logotetam illum, & exceptorẽ auditorémque Romani imperii ſtatuit : &cũ imperatoris in aure C verſaretur,ſcripſit altercationem inter ſe &aduerſariũ Caſinẽſis cœnobij Abbatẽ.Solinũ de mundi mirabilibus breuiauit. De generibus lapidum precioſorum librum ad Cõradum imperatorem ſcripſit. Expoſitionem ſuper regulam S. Benedicti,in libros quattuor edidit. Scholia in veteri teſtamento compoſuit. Ad Lotharium imperatorem epiſtolas duas. Ad richizam imperatricem de obitu Lotharii imperatoris. Ad eandẽ de obitu Hẽrici ducis.De electione Corradi ſecũdi romanorũ imperatoris,epiſtolã perpulchram. Notarum librum ex paruo ampliauit :& Corrado imperatori dedicauit. Vitruuium de architectura breuiauit. Librum Heuæ regis Arabũ ,ad Neronem imperatorẽ de precioſis lapidibus, quẽ Cõſtantinus imperator ex vrbe Roma Cõſtantinopolim aſportauerat,ex Græco in Latinum conuertit. Hymnos duos in laudem ſanctæ Iuſtæ virginis, & mar- D tyris fecit. Viſionem Alberici Caſinenſis monachi corruptam emendauit. Chronicam regum Troianæ gentis, conſulum dictatorúmque compoſuit. Miracula ſanctorum martyrum Marci, Nicandri, & Martiniani exarauit : hymnos ſex in eorum laudem compoſuit. Cantum beati Marci martyris inuenit. Scholia in diuerſis ſententiis, exhortatio ad monachos, quid ſeruare quid cauere debeant. De vii. vitiis & virtutibus. De vii. petitionibus. De Rebecha, & Iſaac. De rege Ozia, & ſacerdotibus. De Moyſe & via trium dierum, ac tribus temporibus : De viſione Eſaiæ: librum ſalutationũ, exornationum & opprobriorum, de terra promiſſionis. Itinerarium ex omnibus veteribus collegit libris:& Guibaldo Ca-

ſinenſe Abbati dicauit. Vitam ſancti Papæ Leonis. Hiſtoriam Troianæ gentis à principio vſque ad ſua tempora: librumque prodigiorum, & portentorum Ptolomæo ſecundo illuſtri Romanorum conſuli dedicauit. De tentatione Chriſti in deſerto perpulchram ſcripſit homeliam. Altercationem quam habuit cum Conſtantinopolitano quodam pro eccleſia Romana: & alia plura quæ hic inſerenda non duximus. E

De quorumdam oblationibus. CAP. LXIX.

SVb hoc Abbate Gaimarius Sardorum nobiliſſimus, parentũ ſuorum regũ veſtigia ſequens, cũ licentia archiepiſcopi ſui obtulit ſancto Benedicto eccleſias ſancti Petri, S. Nicolai, S. Ioãnis S. Petri, S. Eliæ & S. Ioannis, cum omnibus ipſarum pertinentiis ad vſum veſtimentorum noſtrorum. Idipſum & Furatus de gitil de voluntate eiuſdem Archiepiſcopi & epiſcopi ſui Boni, de eccleſia S. Nicolai, & S. Mariæ cum omnibus pertinentiis ſuis. Sed & comes Sardorum nobiliſſimus ad hoc monaſterium veniens donauit per ſcriptum S. Benedicto eccleſiam S. Michaelis, cum iuribus, & rebus ſuis. Marianus item obtulit monaſterio eccleſiam S. Georgij, cum omnibus poſſeſſionibus ſuis. Muſcunionia quoque chartam fecit monaſterio de domo ſua, cum ſeruis, & ancillis, & de omnibus rebus ſuis. Suſanna etiam hanc æmulata ad bonum, obtulit S. Benedicto domos ſuas variis in locis, cum ſeruis & ancillis & omnibus rebus ſuis. Vera quoque conceſſit huic loco domum ſuam, cum ſeruis & omnibus quæ poſſidebat. Conſtantinus quoque de Caruia obtulit per ſcriptum eccleſiam Petri in Symbrano, cum omnibus iuribus, & rebus ſuis. F G

Quomodo Papa ad monaſterium venerit, & quid geſſerit. CAP. LXX.

SVb idem tempus præfatus Papa ex vrbe ad hoc monaſterium veniens, ab Abbate noſtro cum ingenti honore ſuſceptus, die illo miſſam ſolemniter celebrauit: & in hac terra duos ferè menſes remoratus eſt. Quem Abbas noſter honorifice valde habuit, & in omnibus illi neceſſariis ſtrenuè ſemper miniſtrare curauit. Idem verò Beneuentum veniens in Apuliam vſque deſcendit: ac more priorum pontificum, à duce fidei ſibi præſtito iuramento Romam remeauit. Hinc vero exercitum congregans, Mauritium hæreſiarcham in ciuitate Sutrina obſidens, cepit: & in arce huius monaſterij, quam Abbas noſter deſtruxerat, exilio relegauit. H Hic autem reuerentiſſimus pontifex dum Beneuenti reſideret, rogatus ab eodem Abbate noſtro & fratribus eccleſias S. Petri, S. Nicolai & Eliæ (quas paulò ſuperius memorauimus à Gaimario beato Benedicto fuiſſe conceſſas) per Apoſtolicæ ſedis priuilegium congregationi noſtræ in perpetuum confirmauit: vt de ipſarum redditibus indumenta ſemper conuentui noſtro præparentur: Seruato ſemper cenſu quattuor Papienſis monetæ ſolidorum Lateranenſi ſacro palatio quotannis perſoluendo. Adiiciens inſuper vt dona omnia quæ Gaimarius prædictus beato Benedicto vel contuliſſet vel collaturus eſſet, in vſum itidem veſtimentorum perpetuò

A perpetuo ſeruentur: Acſi quid inde auferre vel minuere aut à conſtituta veſtimentorum præparatione mutare præſumpſiſſet, anathemate plecteretur. Eidem præterea illuſtri viro Gaimario eiúſque vxori Helenæ litteras ſcripſit: gratias agens ſimul ac monens, & illis in remiſſionem peccatorum iniungens: vt in eo quo cœperant perſeueranter inſtarent. Romana enim ſedes, & eccleſias & donum quod noſtro monaſterio fecerant ſua auctoritate firmauerat: prohibens ne quis illa ſubtrahere, minuere, aut in futurum ſine Caſinenſium fratrum conſenſu audeat immutare: ſed ob fratrum indumenta, quieta ſemper & illibata permaneant. Vlterano item epiſcopo ſcripſit, admonens Caſinenſe cœnobium ad Romanæ eccleſiæ protectionem ſingulariter pertinere: donúmque Gaimarij quod
B beato Benedicto obtulerat, Apoſtolica auctoritate, ratum, liberum ab omni infeſtatione ſeruaret, ſinerétque ad vſum Caſinenſium fratrum cuncta deſeruire.

De quæſtione contra monaſterium per Archiepiſcopum Capuanum mota. Cap. LXXI.

Factum eſt autem dum idem venerabilis pontifex Beneuenti moraretur, Otho Capuanus Archiepiſcopus quæſtus eſt eccleſiam ſuam tribus eccleſiis ſpoliatam, quas eccleſia Caſinenſis poſſideret, id eſt S. Benedicti, S. Angeli, S. Rufi, quæ eſſent iuris S. Stephani: earúmque poſſeſſionem per Romanam eccleſiam reſtitui ſibi poſtulabat. Ad hæc Abbas noſter ait: Caſinenſe cœnobium eiúſque miniſtros Capuanam eccleſiam
C minimè expoliaſſe: Sed de his rebus multiplici munitum eſſe ratione, tam inſtrumentorum quam temporis legitimo iure: arguens appellationem illam ex parte Archiepiſcopi factam neque canonicam eſſe neque legitimam: idque plurimis apertiſque rationibus aſſerens. Cumque vtrinque diu decertatum eſſet, præcepit Apoſtolicus, vt Abbas rationes quas habebat, oſtenderet. Tridui igitur dilatione conceſſa, rurſus eadem quæſtio ventilatur. Verùm vbi ex parte epiſcopi probari nihil potuit ex his quæ aſſerebantur: iuſſit ſibi pontifex monaſterij noſtri iura monſtrari. Quibus exhibitis diligentérque perlectis atque perſpectis, pontifex accepto conſilio tum pro multiplici ratione ſcriptorum ſcilicet ac temporis, tum pro priuilegiis Romanorum pontificum huic noſtro monaſterio inductis,
D præcepit ipſarum eccleſiarum poſſeſſionem (prout eatenus fuerat) monaſterio permanere.

De lite facta coram Apoſtolico pro Eccleſia ſanctæ Mariæ in Cingla. Cap. LXXII.

Hoc præterea tempore, præſente eodem Apoſtolico, Abbas noſter quæſtionem mouit de Eccleſia ſanctæ Mariæ in Cingla; quam ab huius monaſterij iure Rainulfus Comes violenter abſtulerat & Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Capua ſubiugauerat. Tunc pontifex Abbatiſſæ S. Mariæ de Capua direxit litteras: mandans vt feria v. poſt octa. Pentec. ſedi Apo-

ſtolicæ ſe præſentaret: & ius Eccleſiæ ſuæ præſentibus Epiſcopis,& Cardinalibus, Romano pontifici oſtenderet. Illa muliebriter furens, neque ad pontificis curiam ituram, neque præceptis eius parituram vlla ratione reſpondit. Quod dictum dum Papæ renunciatum eſſet: litteras ſecundo ſcripſit dicens, eam in noſtri Abbatis querimonia ſuper Cinglenſi eccleſia ſubterfugium quærere, niſi ſecundis tranſactis terminis ad iudiciũ veniſſet, aut perſonas rationabiles pro ſe direxiſſet. In his tamen omnibus Romanam Eccleſiam ſibi peperciſſe: Sed diutius diſcuſſionem cauſæ huius differri non valere. Omni igitur occaſione remota, pontificis aſpectui ſe præſentaret: vel perſonas idoneas pro ſe dirigeret: quæ vice ſua negocium illud pertractare poſſent. Alioquin Romana ſedes Cinglenſem Eccleſiam Cœnobij Caſinenſis reſtitueret. Hac igitur conuentione Abbatiſſa perterrita, Rainulſum Comitem adiit, rogat, obſecrat, vt pro ſe Romano pontifici litteras dirigat. Annuit eius voluntati, grandem pecuniam Comes Papæ mittit: & vt rogatus fuerat ſcripſit. Relectis Comitis litteris pontifex eius petitioni præbet aſſenſum: terminũ prorogat, mandans eidem comiti, vt nil vltra impediret, quin negociũ illud ſuo tempore decideretur. Niſi enim illa conſtituto termino veniret aut mitteret, Cinglenſem Eccleſiam Caſinenſi cœnobio prorſus reſtitueret: quia Abbatis quærimoniam diutius ferre non poſſet. Adueniente termino, Abbas noſter Romam perrexit, ſcripta ſecum, & priuilegia perferens: Abbatiſſa verò nec ire ipſa nec aliquem mittere voluit. Tum Papa conſilio cum Epiſcopis, & Cardinalibus habito, litteras ad eam tertiò miſit: admirans cur poſt tertium terminum nec ipſa ire, nec pro ſe idoneum mittere curaſſet. Eam iuſtitiæ ſuæ diffidere, & diſſimulationibus tẽpus terere velle: Sibi & Cardinalibus viſum eſſe rationabile, vt ne per illius abſentiã, Caſinenſe Cœnobium Cinglenſi Eccleſia diu ſpoliatum ſit. Præciperet ergo, ſuo, Cardinaliúmque iudicio, vt infra xx. dies poſtquam litteras Apoſtolicas accepiſſet, Cinglenſem Eccleſiam Caſinẽſi, ſaluo iure monaſterij ſui, ex integro reſtitueret. Res verò Eccleſię quas expoliationis tẽpore habuit, à ſe vel à ſuis hominibus minime tollerentur. Ad hæc Abbatiſſa ignorans quæ ventura erant ſuper eam, miſſis hominibus, cõtra Papæ præceptum, libros & quicquid in Cinglenſi cella repperit, aſportauit. Hoc vbi Papa didicit, acriter eam litteris conuenit: arguens cur contra præceptũ Apoſtolicũ, Cinglenſem expoliaſſet eccleſiam: addénſque vt niſi vellet Apoſtolicam experiri cenſuram, nihil ex eius eccleſiæ rebus auferret: Sed & (omni occaſione vel diſſimulatione poſtpoſita) quæ de eadẽ eccleſia tulerat redderet: eccleſiámque ipſam Caſinenſi cœnobio reſtitueret. Si autem vltra contemneret, Apoſtolica ſedes extunc in Cinglenſe eccleſia officia diuina interdiceret: ipſam vero Abbatiſſam ab omni prælatione, vigore Apoſtolicæ auctoritatis, prohiberet: donec & illa reſtitueret, & Eccleſiæ Romanæ de contemptu ſatisfaceret. Renuente illa, pecuniáſque fautoribus diſtribuentę, Papa quartò illam conuenit ſeuerius: atque in ſuo monaſterio officia interdixit: eam à regimine monaſterij ſeparauit: &

A & ipſam, fautoréſque eius excommunicationis vinculo innodauit. Cum ne ſic quidem illius proteruia humiliari poſſet: mandat Rainulfo Comiti, vt eccleſiam Cinglenſem infra decem dies à perceptione litterarum, Cœnobio Caſinẽſi reſtituat cum omnibus omnino rebus ſuis. Alioquin in ipſum & in omne ipſius ditionis ſolum, ſententiam excommunicationis proferret. Ne ſic quidem præualuit: magnis quippe pecuniis ab illa donatus, mandatum pontificis negligit: eámque iugiter defenſurũ pollicetur. Denuò Apoſtolicis admonetur litteris, & niſi Caſinenſi monaſterio eccleſiam illam cum ſuis omnibus redderet, intra præſcriptũ dierum numerum officia ſibi omnia, eccleſiæque ingreſſum omnino interdiceret: laturus in eam excommunicationis quoque ſententiam, niſi vel
B ſic reſipiſceret. Capuano inſuper Archiepiſcopo præcepit, vt nullum in eius monaſterio celebrari officium ſineret: pronunciarétque publice populo illam communione priuatam. Interea Rainulfus Comes ægre ferẽs, mulieris gratia, eccleſiam omniáque officia ſibi interdici: pontificis iuſſa impleturum ſpondet: ſi Caſinenſis eccleſiæ iura perſpiceret. Relictis igitur coram ſummo pontifice, & epiſcopis Cœnobij noſtri monumentis, perſpectáque eccleſiæ ipſius origine, donationibus, reſtitutionibus, & iuribus omnibus, Paſchaliſque Papæ iudicio poſtremò recitato: continuò memoratus Comes coram Ioãne Cardinale tituli S. Euſebij, & Hermano Romanæ eccleſiæ ſubdiacono, reddidit beato Benedicto totum ex integro prædictum ſanctę Mariæ monaſteriũ cum omnibus pertinen-
C tiis ſuis: chartulámque reſtitutionis conſcribi faciens, illámque propria manu roborans, ſuper altare beati Benedicti impoſuit: violatoribus eius mille librarum auri pœnam indicens.

De quorundam oblationibus. CAPVT LXXIII.

HOc item anno Sparanus Abbas monaſterij S. Martini huc veniens, obtulit beato Benedicto eandem eccleſiam cum pertinentiis ſuis. Hoc ipſum fecit Rao cum coniuge ſua Auriſtella de eccleſia S. Petri & eccleſia S. Martini, cum omnibus illarum pertinentiis: centum librarum auri appoſita pœna. Similiter & Milio & Litulfus Aquinenſes, & Milo Milonis filius, ad hoc profecti monaſterium, obtulerunt ſancto Benedicto nouem familias hominum ad ſe pertinentium in pede montis caſtro,
D & villam ſanctæ Luciæ.

De violentia clericorum Capuanorum contra monaſterium & de conflagratione dictæ vrbis. CAP. LXXIIII.

TVnc temporis cum fratres Capuani monaſterij, ægrotum quẽdam iam ferè morti proximum habitu monaſtico induiſſent: Capuanæ eccleſiæ clerici armata illuc manu concurrentes, defunctum iam exuentes religioſo habitu furore ebrij, eaſdem veſtes quibúſque calcandas in plateam proiecerunt. Quod vbi Caliſto Papæ nunciatum eſt, Capuano Archiepiſcopo iuſſit, vt inauditã temeritatem ita corrigeret: ne talia ten-

tare vltra præſumerent, & ipſe Archiepiſcopus Deum Romanámque ſedem non offenderet. Neque enim paſſurum vt iuris ſui monaſterium Caſinenſe, huiuſmodi laceſſetur iniuriis. Ab iſto quoque venerando pontifice Abbas noſter priuilegium omnino de monaſterij libertate accepit: addens vt Abbas noſter quoſque raptores bonorum monaſterij, ſecúdò tertióue commonitos auctoritate ſedis Apoſtolicæ canonica excommunicatione compeſcat. Hoc item anno peccatis exigentibus Capuana vrbs conflagrauit incendio. Cum verò iam ferè conſumpta vrbe, monaſterio ignis iamiam imminere videretur: fratres ſolo Dei auxilio ſubnixi, ſumpto corporali calicis igni proximo iam obiecerunt. Mirum in modum coërcitus ignis vltra progredi auſus non eſt. Ciuibus quoque viſum eſt, ignem manu quadam à monaſterio propelli. Corporale illud ab ignis iniuria prorſus manſit illæſum.

Corporali calicis incẽdium ſedatum.

E F

Quomodo brachium ſancti Matthæi Apoſtoli ſit delatum ad monaſterium Caſinenſe. Cap. LXXV.

CVm eſſet Beneuenti Abbas noſter vnà cum pontifice, cõperto brachium ſancti Apoſtoli Matthæi illic eſſe reconditum, cuſtodibus accitis cum ſtudioſè percontando quo ordine illud accepiſſent didiciſſet: hortari illos ac monere cœpit, vt illud Caſinenſi monaſterio traderent. Illi ſe id facturos perlibenter pollicentur: ſi ſe ad conuerſionem quacumque hora veniẽtes, Abbas abſque precio ſuſciperet. Quod dum ille libentiſſimè impleturum ſpopondiſſet: illi confeſtim Abbati reliquias tradũt G
huc perferendas. Suſceptas reliquias diu exoſculatus Abbas, fratribus huc deferendas dedit. Eis omnes regionis incolæ obuiam ſummo cum honore prodierunt. Cognito ſanctorum pignorum aduentu, fratres inæſtimabili gaudio ſolemniter ſacris induti veſtibus cum lampadibus & thimiamatibus in occurſum vſque ad veterem portam exierunt: proſtratíque humi ſuppliciter adorauerunt: ſurgentéſque maxima cum reuerentia deoſculati ſunt, & cum hymnis & laudibus in monaſterium introducentes, atque in argentea capſa (turrium inſtar fabrefacta) condentes,
1122. in argentea trabe coram beati Benedicti altare ſuſpenderunt anno Dominicæ incarnationis M. cxxij.

De claudo ſanato ad corpus beati Patris Benedicti. Capvt LXXVI. H

EOdem anno claudus quidam ex Turonenſi territorio Garganum montem orationis gratia adire ſtatuerat: & dum Aquinum perueniſſet, per noctem quieſcenti apparuit beatiſſimus pater Benedictus dicens. Surge velociter, caſtrúmque Caſinum pete. Ibi enim ante corpus meum veſte donaberis, ſanitatémque percipies. Et claudus. Quis enim es tu, qui talia tantáque promittis? Ad hæc ſanctus. Scito me fratrem eſſe Benedictum Caſinenſis monaſterij patrem: & his dictis euanuit. Claudus verò protinus ſurgens, rem ſociis pandit. Illi viſioni fidem derogare:

A neque credendum ſomniis aſſerere. Multos enim errare fecerunt ſomnia. Alij ſaniore conſilio, promiſſum à beato patre Benedicto expetendum beneficiũ cenſere. Tunc claudus (exurgens quanta licuit celeritate) aſcendit ad montem. Cumque in eccleſia ſancti patris eſſet ingreſſus, & ante argenteam columnam perueniſſet: Benedicti patris meritis, priſtinæ integritatis conſecutus eſt munus. Tum Andreas manſionarius claudi clamoribus percitus: ad eum protinus accurrit: vidénſque diſruptos callos, & ſanguinem ex coniunctione profluere: ad fratres, vt rei ordinem panderet, feſtinus perrexit. Claudus vero eccleſiam egreſſus, ad ſocios lætiſſimus ſanúſque reuertitur. Illi tanto perſpecto miraculo, Abbatẽ adeunt, & rei ordinem pandunt. Venerabilis autẽ Abbas omnipotenti Deo gra-
B tias retulit: eúmque continuò ad Benedicti patris corpus, Caſinum remiſit. Mirari fratres, & flere præ gaudio, Deoque reddere gratias cœperunt. Poſt hæc dum ex ſenatoribus quidam ad Caſinum mõtem, Roma veniſſent: videréntque claudum ante Lateranẽſe Palatium iacere ſaluum, ſanum: agnito rei geſtæ ordine, omnipotenti Deo patríque Benedicto ingentes gratias retulerunt. Ob eius facti memoriam, cambuttæ claudi ante fores eccleſiæ S. Benedicti ſuſpenſæ ſunt. Neque illud tacendum eſt famoſiſſimum, celeberrimúmque miraculum: quod tunc ad artus tanti patris vis diuina monſtrauit. Ipſa namque Dominicæ Reſurrectionis die, dum quidam ex Etruria mutus, cæcus, & ſurdus, ad beati Benedicti cum ſociis perueniſſet exuuia: continuò locutus, audiuit, & vidit.

C

De nequitia Pandulfi, & de aduentu Abbatis Cluniacenſis.

CAPVT LXXVII.

His diebus Pandulfus antiqui ſerpentis venenis debriatus, adiuncto ſibi Odoaldo ſui ſceleris complice, vicinas ſibi monaſterij terras vexare iam cœperat: Abbas autem educto aduerſus eos exercitu: omne illorum ſolum igni ferròque conſumpſit: Ille ſera pœnitudine ductus, ad monaſterium venit: Abbatíque vitæ caſum oppidum (inde illa fuerat pugna) reſtituit. Idipſum & Odaldus fecit de villa iuxta caſtrum aquæ fundatæ: ſcripto ſe hæredéſque ſuos obligãtes monaſterio: vt ſi quis iniuriam inferre beato Benedicto tentaſſet per ſe, vel ſubmiſſam perſonam: cen-
D tum auri libras perſolueret. His item diebus Raho adiũcta ſibi latronum manu, ſuum & mortulam beati Benedicti caſtra prædatus eſt. Hoc audito, Caliſtus pontifex Teanenſi Epiſcopo Pandulfo huius monaſterij monacho mandat: vt ratione conueniat, quæ cœperat reſtituere moneat: Niſi obtemperet, eccleſiaſtica illum animaduerſione, ex auctoritate ſedis Apoſtolicæ feriat. Tunc etiam Pontius Cluniacenſis Abbas, ob amòrem ac reuerentiam ſancti Benedicti, vnà cum xij. fratribus Caſinenſe monaſterium petiit: Abbatíſq; noſtri Gerardi prouolutus veſtigiis, dum perluſtraſſet officinas monaſterij dixit. Mallem decanus eſſe Caſinenſis, "
quã Cluniacenſis Abbas. Demum fratrum omniũ genibus prouolutus, "

illorúmque orationibus ſe intuente commendans Hieroſolymam profectus eſt: beato Benedicto ſpondens poſt reditum ſuum, relicta paſtorali cura ſe Deo in hoc ſancto Cœnobio deinceps ſeruiturum. E

De monaſterio beati Mauri in Glannafolio. CAP. LXXVIII.

PEr idem tempus dum poſſeſſiones monaſterij beati Mauri in Glannafolio à quibuſdā diriperentur: Abbas ipſius monaſterij, Abbatis noſtri implorat opem. Pontifex autem Caliſtus Abbatis noſtri precibus, Germaniæ Epiſcopis ſcripſit: vt poſſeſſiones monaſterij ſancti Mauri (quod iuris erat Caſinenſis cœnobij) à comite, & aliis quibúſque direptas, reſtituendas curarent. Eo etiam Girardus noſter Abbas conceſſit fratrum veſtiario Eccleſias ſanctæ Mariæ de Caſali plano, ſancti Benedicti in Petinari, ſancti Nicolai in caſtro, & ſancti Martini: cum omnibus pertinentiis ipſarum Eccleſiarum. F

De morte Abbatis Girardi. CAP. LXXIX.

IDem vero Abbas cum ad grandæuam iam perueniſſet ætatem: anniuerſario Oderiſij Abbatis die, dum pro eo in Capella ſancti Sebaſtiani defunctorum officium caneret, poſt primam vigiliam impoſita antiphona, anima mea viuet, ſupradictus Abbas Oderiſius eidem poſt altare eccleſiæ viſibiliter apparens, ei vt ad ſe iret, manu innuit. Hoc ille vt vidit, in faciem ruens flere inconſolabiliter cœpit: completóque officio, ad cellulam ſuam flens & eiulans rediit. Rogatus à fratribus cur fleret, cauſam aperuit: ſéque proximè moriturum prædixit. Nec multo poſt idem Abbas languore correptus xvj. Calend. Febru. ex hac luce migrauit: ſepultúſque eſt in capitulo fratrum ad caput Abbatis Deſiderij. G

De electione & confirmatione Oderiſii: & de querimonia Epiſcoporum in concilio contra monachos. CAP. LXXX.

ODeriſius Abbas à beato Benedicto xlij. præfuit annis tribus, menſibus quattuor, diebus xv. Hic ex Sangrorum comitum ſtirpe oriūdus, à ſanctæ memoriæ Oderiſio ſuſceptus liberalibúſque diſciplinis apprimè inſtitutus eſt. Qui à Girardo Abbate præpoſitus ordinatus cum eſſet ſingulari prudentia, diaconus à venerabili Papa Paſchali in Lateranenſi Eccleſia eſt cōſtitutus. Girardo autē viam vniuerſæ carnis ingreſſo, fratres primum diſſentientes, vna tandē ſententia Oderiſium eligunt: litteráſque ocius ad pontificem dirigūt, Girardi obitum, Oderiſiíque electionem indicantes. Pontifex electione comprobata, fratribus Apoſtolicas dirigēs litteras, eius confirmat electionem: mādans vt illi in omnibus pareant. Menſe itaque Martio præparatis quæ erant neceſſaria itineri, Romam vt ſibi à pontifice iniūctum fuerat conſecrādus aduenit. Ibi ab eodē Papa qui tūc fortè conciliū celebrabat honorificè cōſecratus, à Cardinalibus Romaníſque nobilibus in magna eſt gloria habitus. In hac Synodo Epiſcopi aduerſus monachos inuidia inflāmati, cœperūt dicere, nil ſuper- H

eſſe

A eſſe aliud niſi vt ſublatis virgis & anulis monachis deſeruirent. Illos enim eccleſias, villas, caſtra, decimationes, viuorũ, & mortuorũ oblationes detinere. Cõuerſique ad põtificem, Decidit aiebant pudor, canonicorum honeſtas obliterata eſt, clericorum religio corruit: dum monachi cõtẽpto cæleſti deſiderio, iura epiſcoporum inſatiabiliter ambiunt: & omnes quæ ſua ſunt quærunt: & qui mundũ cum ſuis concupiſcentiis reliquerãt, his quæ mundi ſunt inhiare non deſinunt. Et quibus per beatum Benedictum vltrò quieſcendi locus offertur, ad epiſcoporũ iura rapienda, die noctúque occupantur. Et cũ variæ ingeniis hinc inde eſſent prolatæ ſẽtẽtiæ: tandem ex iuſſione Abbatis vnus ex noſtris ſurgẽs in medium, dixit: Congregati ſunt inimici noſtri & gloriantur in virtute ſua. Sed tu Deus noſter
B contere virtutem illorũ: vt cognoſcant quia non eſt alius qui pugnet pro nobis, niſi tu Deus noſter. Nam quid acturi ſint fratres Caſini degentes, qui die noctúque omnipotentis Dei clementiam pro totius mundi ſalute implorare & exorare non deſinunt: ſi conceſſiones Romanorum Pontificum violantur? Neque enim ita Caſinẽſes Abbates de Apoſtolica ſede meruerũt, vt quæ S. Benedicto Imperatores, Reges, Principes, Duces, Romaníque Põtifices obtulerũt, nos Apoſtolatus veſtri tẽpore mereamur amittere. Cũ hec & alia multa proferret: quidam Liguriæ epiſcopus dixit. Licet epiſcoporũ religioſitas conqueſta contra monachos fuerit: nõ tamẽ ſine cauſa prędeceſſores noſtri monaſteria ditauerunt. A principio nanque ſurgentis eccleſiæ, duos ordines cœpiſſe notiſſimũ eſt: vnũ qui laboret in ver-
C bo, & doctrina: alterum qui vacaret orationi: vnum qui actiuæ, alterũ qui contẽplatiuæ vitæ deſeruiret. Vnde nõ immeritò nos potius diligere monachos, quã inſequi conuenit. Ad hæc põtifex imperato ſilentio dixit. Caſinẽſis eccleſia non ab hominibus neq; per hominẽ, ſed per Ieſum Chriſtũ fundata eſt: cuius imperio Benedictus pater locũ prius idolis deditũ purgans, ſanctæ deſcriptione regulæ, miraculorũmq; prodigiis: & ſua corporali requie orbi ſpectabilẽ reddidit: totiúſq; monaſtici ordinis caput eſſe conſtituit. Accedit quod idẽ venerabilis locus à Romanis põtificibus inſtauratus, Romanæ eccleſiæ filiorũ & in aduerſis ſolatium, & in proſperis tuta requies perſtat. Et nos igitur ſanctorũ prędeceſſorũ noſtrorũ veſtigia ſecuti, Caſinẽſe cœnobiũ ab omni mortaliũ iugo, quietũ ſemper ac liberũ manere, & ſub ſolius S. Rom. Eccleſiæ defenſione perpetuo manere decer-
D nimus. Cætera verò monaſteria, in quo ordine antiquitus cõſtructa ſunt, manere iubemus. In eo etiam concilio memoratus pontifex, Girardi Abbatis animã, & omnia noſtri cœnobij iura epiſcopis & Archiepiſcopis cõmendari curauit: Abbas vero peractis Romę negociis ſuis, ad monaſteriũ rediit: & ab oĩbus fratribus ſolẽni eſt & honorifica proceſſione ſuſceptus.

De rebellione incolarum ſancti Angeli: & de miraculo ſtellarum. CAP. LXXXI.

INterea ſancti Angeli homines (qui omniũ ſemper monaſterij malorũ cauſa auctoréſque fuere) ſociatis ſibi ſancti Victoris incolis aduerſus

Abbatem rebellant, mutua inter ſe coniuratione fœderati. Quod vbi Abbati nunciatum eſt: coacto exercitu, quæque illorum erant vaſtare omnimodis pergit. Illi contra (vt ſperabant) ſibi eueniſſe cernentes, pœnitentia ducti, Abbatiſque veſtigiis proſtrati, impiè ſe egiſſe profeſſi, veniam tanti ſceleris poſtulant. Annuit ſupplicibus Abbas, immodicáque ab illis exacta pecunia, fidéque ſacramento percepta, eatenus inquietos quieſcere cōpulit. Hoc anno Dominicæ S. incarnationis M. cxxij. Non. Aprilis quarta noctis vigilia, cum fratres nocturnam ſynaxim canerent, ſtellæ de cœlo innumerabiles cadere, & quaſi pluere viſæ ſunt toto orbe terrarum. Tunc temporis Pandulfus Comes, qui (vt ſupra meminimus) cum Girardo Abbate contenderat, ad monaſterium veniens iureiurando omnia monaſterij iura, nominatímque vitæcuſum caſtrum Abbati firmauit, cum finibus ac pertinentiis ſuis.

E

1122.

F

Quomodo fratres Raguſium miſſi ſunt ad monaſterium conſtruendum, & alia quædam. CAP. LXXXII.

HIs quoque diebus Sauinus Dalmata nobiliſſimus, duos argenteos ſcyphos ad monaſt. miſit librarum circiter ix. orans & multum ſupplicans, vt de noſtris fratribus ad monaſtici ordinis inſtituta demōſtranda, Abbas noſter aliquos in Dalmatiam mitteret, multum inde honoris & commodi monaſterio obuenturum ſpōdens. Abbas nihil moratus, res huius mon. fratres eò direxit, diuinarum litterarū codices, eccleſiaſticúmque apparatū illis largiſſimè tribuēs. Suſceptis Sauinus eiſdem fratribus, permittēte pontifice Raguſeorum, obtulit beato Benedicto eccleſiā ſanctæ Mariæ propè Raguſium ciuitatem, cū portu & piſcatione ſua, & cum omnibus omnino finibus ſuis. Sequēti tempore Caliſtus Papa ad monaſterium veniens, Gotfridum comitem (qui monaſterium ſancti Petri ab huius loci ditione ſubduxerat) vſque ad ſatisfactionem congruam à liminibus Eccleſiæ ſeparauit: ſicque patri Benedicto fratribúſque ſe commendans Beneuentum perrexit. His Diebus in Sardinia, Homo Dei, & Albertus Epiſcopi, in dalmatia vero Petronius & Adenulfus Abbates ab hoc monaſterio dati ſunt. Eo etiam tempore iam dictus Abbas Oderiſius portas æreas pulcherrimas in ingreſſu huius noſtræ Eccleſiæ fieri iuſſit.

G

H

De Lamberto Hoſtienſi Epiſcopo. CAP. LXXXIII.

PRæterea Lambertus Hoſtienſis Epiſcopus, tunc tēporis ad hoc mōnaſterium veniens, Abbatem noſtrum rogare cœpit, vt ſibi ſuíſque in monaſterio ſanctæ Mariæ in Pallaria hoſpicium daret: ſicut & Leo prædeceſſor ſuus habuerat ex noſtro monaſterio. Abbas autem animaduertens illum hoc veluti ex iure exigere: veritus ne nobis locus ille hac occaſione tolleretur: id ſe implere non poſſe reſpondit. Epiſcopus autem ira & indignatione plenus abſceſſit, lædendi Abbatem tempus cōgruum ſuſtinens.

A *De proditione Richardi, & bello ei iuſſu Papæ per Abbatem illato.*

CAPVT LXXXIIII.

PEr idem tempus Richardus Piceni caſtri dominus, Richardi Calenē-ſis pollicitudine pellectus, Leone Fundano conſule filióque eius ad ſe euocatis, poſt exhibitum in domo ſua prandium, cum ſub illius veniſſet fide, eſſétque illi antea familiariſſimus; proditor factus, eũ cum ſuis omnibus captum Richardo Calenenſi (vt inter eos conuenerat) tradidit. Hoc agnito Romanus pontifex, tanto ſcelere támque nefaria proditione commotus, mandat Abbati, vt Richardũ ipſum, viribus omnibus op-
B pugnare contendat. Fortè accidit vt ex noſtris quidam (quia res ita exigebat) Fundanam vrbẽ petens, in ipſo itinere ab ipſius Richardi ſatellitibus captus, equóque deiectus, plurimíſque affectus iniuriis infecto negocio ad Abbatem remearet. Huiuſmodi occaſione Abbas accepta, Octauiano Leonis prædicti fratri conuictus, ſtipatúſque militibus, Piceni caſtri vicina quæque populari atque vaſtare acriter cœpit. Sed cũ anno ferè integro illud vexaſſet: Richardus exploratũ habens Romanum pontificem, cum exercitu aduerſum ſe eſſe venturum: ignaris omnibus, cum fratribus ſuis è caſtro clã fugit. Id vbi Abbas comperit, magno conducto exercitu caſtrum adiit, & ſeſe ei dedentibus incolis, arcem diu multúmque expugnans, tandẽ in deditionẽ accepit, anno dominicę incarnationis M.cxxiij. 1123.
C Oderiſius (vt optauerat) potitus oppido, Caliſto Papæ id per litteras ſignificauit. Qui Deo gratias referens, per anulum quem geſtabat manu, beatum Benedictum abſque vllius conſortio eiuſdem caſtri cõſtituit dominum. Richardus Caleni dominus hoc agnito, dolore commotus, Capuam properat: prouolutúſque veſtigiis principis illius implorat opem: precatúſque vt ſibi dum recipiat caſtrũ, auxiliũ ferat. Annuit propinqui ſui poſtulationibus princeps, exercitúque conflato, monaſterij caſtra vaſtare conatur. Abbas autem ipſe ſeptus militum turmis, eos ingredi beati Benedicti fines non permittit. Conuentus vero Papæ litteris princeps, ne quis beati Benedicti terrã lædere ſub excõmunicationis pœna præſumeret, Abbate ad ſe euocato trecentas ab eo libras accepit: principaléq́; præceptum monaſterio de illo oppido faciens, ad vrbem Capuam rediit. Per
D idem tempus commiſſa Adelaſia vnà cum Ildebrando comite, iuſſu pontificis reddidit ſancto Benedicto eccleſiam S. Martini, & S. Columbani, cum iuribus ſuis: appoſita centum librarum auri pœna.

De obitu Caliſti Papæ: & de electione Honorij. *Caliſtus 2.*

CAPVT LXXXV.

HIs diebus defuncto Romæ Papæ Caliſto: diuiſi Cardinales ſunt. Atque alij quidem Hoſtienſem (ſuperius dictum) epiſcopũ, in Papam Honorium, alij Theobaldum tituli ſanctæ Anaſtaſiæ Cardinalem in Celeſtinum ſibi præficiunt. Verùm quia cum Honorio pars potior erat, *Honorius Papa 2.*

fautores Theobaldi rerum euentum cernentes, ad Honorium ſeſe contulerunt. Mandat dehinc idem Honorius Abbati noſtro, periclitanti in fluctibus nauiculæ Petri ſubueniat, pecuniæ ſubſidium mittat. Qui ſe tunc iuuiſſent eos habiturum vt filios: qui deſeruiſſent, vt priuignos. Commotus his Abbas, admonet ſe qui ad opem ferendam inuitatur: electioni intereſſe debuiſſe: & qui tribulationum particeps conſciſcitur, inter filios eum debuiſſe numerari. Interrogatus à fratribus prædictus pontifex, cuius filius eſſet, quis, qualis, cuius meriti: Abbas cuius eſſet filius ſe ignorare reſpondit. Id tamen ſe pro certo ſcire plenum eſſe litteris à capite vſque ad pedes. Hæc ergo cauſa inter pontificem, & Abbatem, perpetuum diſcordiæ malum ac penè odium ſuſcitauit. E

De Leone Fundano conſule. CAP. LXXXVI. F

EOdem tempore Leo Fundanus conſul vna cum filio ſolutus à captiuitate Richardi Calenenſis, venit ad monaſterium. Suſceptus itaque ab Abbate honorificè poſt celebratum Dominicæ Reſurrectionis feſtum, quinquaginta ab eo libras dono accepit & quinquaginta alias mutuò: ea ratione vt intra annum illas monaſterio redderet, ſiue in auro, ſiue in argento, vel ſericis pannis, quæ monachis aptiora eſſent. Eius donationis & mutui gratia, Leo cum filio omnes cellas cœnobij iſtius, & omnia quæ intra ditionis ſuæ terminos poſſidet, beato Benedicto dimiſit liberas: vt ibidem ordinandi præpoſitos, omniáque faciendi liberam habeat Caſinenſis Abbas facultatem. Inſuper & annis ſingulis prandium fratribus exhibiturum ſponte promiſit. G

De querela & accuſatione contra Abbatem: & de inſultu Richardi contra monaſterium. CAP. LXXXVII.

INterea cum Aquinenſes comites ferali aduerſus Landulfum odio ſæuirent, contra Abbatem quæri cœperunt, cur eis illum prætuliſſet. Illi pecuniam, terras, domóſque tribueret: ſe contra negligeret: ac pro nihilo haberet. Sed cum his Abbas aurem minimè accommodaret: iuncti quibuſdam ex noſtris, tum Papæ Honorio accuſare cœperūt illum Apoſtolicæ ſedis inimicum: prodigúmque monaſterij rerum aſſerentes. Richardus interea Calenenſis monaſterio infeſtus coacto exercitu ex inſperato terram iſtam ingreſſus, caſtra monaſterij, id eſt, ſanctum Apollinarium, H ſanctum Ambroſium, & ſanctū Stephanum, partémque S. Georgij igne ferróque conſumpſit: indéque regrediens monaſteriū S. Nicolai in Pica omnino deprædatus, ita ad ſua remeauit,

Quomodo Honorius ad monaſterium venit, & quid egerit, vel dixerit. CAP. LXXXVIII.

EOdem anno Honorius Papa ij. ex vrbe ad monaſteriū venit: & à ſupra iam dicto Abbate ac fratribus honorifica proceſſione ſuſceptus, ſuper altare beati Benedicti Miſſam ſolemniter celebrans, ſerò

iam

A iam ad ciuitatem rediit. Demum verò Mauriciũ hæreticum è ianula (vbi fuerat à Caliſto Papa relegatus) abſtrahens: apud Fumonem in exilium egit. Ibi in pleno laicorum conuentu Abbatem Honorius euocãs, & magno in illum odio ſæuiens, vehementi increpatione redarguit: militẽ non Abbatem, prodigúmque ſubſtantiæ monaſterij frequenter inclamitans: ſtatímque egreſſus ciuitatem, Beneuentum perrexit.

De morte Henrici Imperatoris: & de electione Lotharij.

CAPVT LXXXIX.

HOc præterea tempore, defuncto Henrico Imperatore v. conſules, B præfecti, duces, ac principes communiter de Imperatoris electione tractare cœperunt. Placuit omnibus electionem ipſam ex Archiepiſcopi Maguntini, & Lotharij Saxonum ducis pendere iudicio. Archiepiſcopus autem ferali odio aduerſus cognationem Henrici Imperatoris accenſus, Fridericúmque & Conradũ nepotes eius, de imperij culmine deiicere cupiens, Lotharium bellicæ rei ſcientiſſimum, religione, prudentiáque præcipuum (qui annos plurimos Leuticos debellãs, Romano ſubegit imperio) ad tãti honoris apicem maxime idoneum prætulit. Sícque huius aſtu, Romanum imperium à Teutonicis ad Saxones tranſlatum eſt. His quoque diebus Rodulfus Coſentinorum Archiepiſcopus obtulit beato Benedicto eccleſiã S. Petri in Buda, cum omnibus pertinentiis ſuis. Auguſti-C nus itidem Narnienſis Epiſcopus, vnà cum Oderiſio comite, obtulit eccleſiam S. Nicolai, & ſanctæ Luciæ, cum portu ſuo & cum omnibus omnino rebus ſuis.

De depoſitione Oderiſii II. Abbatis, & de ſcandalis inde ſubſecutis.

CAPVT XC.

INterea Honorio Romã regreſſo, Adenulfus comes Abbatem noſtrũ lethali odio proſequens, pontifici litteras miſit, æmulum ipſius Abbatem Caſinenſem inclamitans. At Papa illi fidem accommodans, à monaſterij illum cura remouere decernit: & eueſtigiò Gregorium Terracinenſem Epiſcopum, & huius Cœnobij monachum dirigit: Abbati mandans vt Romam veniat: & obiecta ſibi, refellere iuxta canones ſtudeat. D Renuente illo, niſi Papa ſuam illi reſtitueret gratiam, ad vrbem accedere, Papa occaſione capta ter illum euocat. Sed cum ille quod eum aduerſum ſe commotum ſciret, ire diſtuliſſet, v. quadrageſimæ hebdomada idem pontifex depoſitionis in eum ſententiam tulit: vno tantùm repertus in crimine, quod vocatus ad curiam, ire diſtulerat: dicente pontifice. Et ſi in nullo alio culpandus eſt, eius tamẽ ſuperbia damnari meretur: quia omnia peccata remittuntur humilibus, ſuperbis autẽ Deus reſiſtit. Sacro autẽ palmarũ die, idẽ Oderiſius cõſultorum ſuorũ verbis ſeductus, in Abbatis reſedit cathedra: & paſtoralem virgã geſtauit manu: & omnia Abbatis officia (ſicuti & antequam deponeretur) exercuit. Hæc ergo cauſa

pontificem commotiorem fecit: atque in Dominicæ Reſurrectionis die ipſum Oderiſiũ, eiúſque fautores à liminibus eccleſiæ ſeparauit, & qui ei obediſſent à cõmunione eccleſiaſtica fecit extorres. Hinc iam inter monachos, & populũ ciuitatis grauis orta diſſenſio. Contigit autẽ vt aliquot pedites Oderiſius cum armis ſuis ad caſtrum Ianulæ cuſtodiẽdum mitteret. Ciues verò eoſdem pedites capiunt: armíſque ſublatis ciuitate deturbant. Oderiſius autem vbi rei cognouit euentum: egreſſus ciuitatem ad põtem curuum, & exercitum cogere pergit, magnas ciuitati intentans minas. Ciues autem inito conſilio aſcendunt montem, decanos, fratréſque conueniunt: orãt vt Oderiſio litteras dirigãt, moneant vt redeat: & ſi quã aduerſus eos querelã habet: quam vellet, ſecundũ leges, vltionem ſumeret. Hoc illi eum conſilio redire volebant, vt in ipſo itineris biuio necarent. Decanus conſilio habito, mandat ad ciuitatem redeant, duodecímque de ſuis ſapientiores ac meliores eligant: cum quibus ad monaſterium poſtridie pergentes, vnà cum fratribus quid facto opus ſit ſalubriter ſtatuant. Illis abſcedentibus decanus noctu per nuncium Oderiſium rogat, vt redeat, quæ facta fuerant pandens. Ille ciuium habens ſuſpectam verſutiam, tunc redire ſe poſſe negauit. Facto mane ciues montẽ ſubeunt, monaſteriũ intrant: atque ad capitulum conuenientes, eadem fratribus replicare cœperunt. Cumque ſermo in longum protraheretur, vnus è ciuibus in mediũ ſurgens, cur (inquit) fruſtra ſermonem protrahitis? Monaſteriũ iſtud non egrediemur, niſi Oderiſio depoſito aliũ ex noſtra ſentẽtia ſubſtituatis Abbatem. Quod cum fratres audire omnino renuerent: illi continuò monaſterij munitiones vi & fraude occuparunt. Sícque ſummi archimandritæ in vnũ conuenientes, per Archipreſbyterum ſuum in ipſum Oderiſiũ ſententiam depoſitionis, & excommunicationis promulgãt: Atq; eueſtigio ianulæ arcẽ adeuntes, cuſtodes pecuniis corruptos in ſuã ſententiã flectũt, captámque diruũt. Monachos contradicẽtes ante fores eccleſiæ B. Bened. gladiis feriũt: & per diuina, humanáque omnia iurare cœperunt: niſi Abbatẽ ex ſua ſententia eligerẽt, illos oẽs ſe partim necaturos, alios pulſuros, alios vinctos ad Papã trãſmiſſuros. Quid plura? Fratres in tãto diſcrimine ſe cõſtitutos cernentes, nuncios ad Oderiſiũ dirigunt; orãt ad monaſteriũ redeat, ſatisfaciat laicis, vel ad nutum illorum officio cedat. Quod cum ille minimè facturũ aſſereret: fratres neceſſitate cõpulſi, laicorũ ſe ſatisfacturos votis pollicentur. Ita Oderiſius ab æmulis proiectus, atque de ſua ſede pulſus eſt, vir certe magnanimus, ſcientia clarus, eloquẽtia inſignis. Namque inter tãtas perſecutiones cõſtitutus, ſermones in præcipuis feſtiuitatibus nitidos claróſq; cõpoſuit. Ab eo tẽpore nunquã defuerũt monaſterio variæ magnæque calamitates. Iam verò ad Nicolai electionem veniamus.

De electione Nicolai multa. CAP. XCI.

NIcolaus natione Tuſculanus, præfuit anno vno, mẽſe vno, & diebus xvj. Hic à ſanctæ memoriæ Oderiſio primo ſuſceptus in monaſterio eſt, poſtmodum vero à Girardo Abbate rector apud ſuum ordinatus:

poſt

A poſt ab Oderiſio ij. decanus huius loci conſtitutus eſt. In qua adminiſtratione cum ferè menſe vno præfuiſſet, à fratribus Abbas eligitur. Verùm hanc eius electionem quidam ex ſenioribus ægrè ferentes, datis ad ſummum Pont. literis, ſeditioſè non canonicè electum quæſti ſunt. Pontifex autem cum Nicolaum electum ignoraret, Gregorium Cardinalem tituli Apoſtolorum, ad monaſterium dirigens, mandat vt eiuſdem conſilio Senioretum Capuani monaſterij præpoſitum Abbatem fratres eligerent. Ex cuius promotione & Deus honoraretur, religionis ſtatus in famoſo Caſinenſi monaſterio roboraretur, bonáque eccleſiæ tam ſpiritualia quam temporalia indies augerentur: Ipſe pro viribus monaſterio fauere ſemper paratus eſſet. Veniens autem Cardinalis ad monaſterium, fratri-
B bus quid Papa præceperit nunciat. Quod dum fratres audiſſent, murmur inter eos protinus oritur, dicentes non debere Caſinenſis Abbatis electionem in alterius poteſtatem tranſire: iniquum & indignum eſſe vt Caſinenſis eccleſia (quæ libera ſemper extiterat) maximo pudore Cardinalibus ſubiiceretur. Tunc ille imperato ſilentio fratribus dixit. Ego huc neque pro Papæ Honorii lucro, neque pro Romanæ eccleſiæ honore: ſed pro ſalute animarum veſtrarum (ſi permittatis) adueni. Romana enim eccleſia veſtro auxilio & laude non indiget: quæ præconium laudis in Petro ex ore ipſius redemptoris emeruit. Quænam autem eccleſia vel monaſterium à Romanæ eccleſiæ non diſponatur arbitrio: cuius imperio cœlum ipſum aperitur & clauditur? Omnes quippe eccleſiæ à pontificibus
C imperatoribus regibus, vel quibúſque fidelibus conditæ ſunt: Romanam vero ſedem ſolus fundauit Dei filius: & ſuper Petri Apoſtoli erexit fidem. Cui etiam terreni ſimiliter & cæleſtis imperij iura commiſit: & illud verbum quod condidit cœlum & terram Romanam fundauit eccleſiam. Atque vt omiſſis cæteris, ad ea de quibus nunc agitur veniamus: ſicut Apoſtolorum principes Petrus & Paulus Romanam eccleſiam ſuo ſanguine conſecrarunt: ita Caſinenſe cœnobium per beatum Benedictum qui Romæ doctus fuerat, & per ciues Romanos Maurum ac Placidum habuit fundamentum. Neque illud ignoratis quod deſtructo à Longobardis monaſterio, fratres iuxta Lateranenſe palatium c. fermè & xxx. annis habitarunt. Ac demum Caſinenſem eccleſiam non alij quam Romani pontifices extruxerunt: Gregorius ſcilicet & Zacharias. Quæ rurſus à Sara-
D cenis incenſa: iterum à ſancto Agapito eſt reſtaurata. Cum igitur huius cœnobij fundatores ex Romanæ eccleſiæ diſciplina prodierint, eiúſque inſtauratores Romani pontifices fuerint: conſequens eſt iuxta ſanctorum patrum inſtituta, vt eccleſia Romana mater & domina, Caſinenſis autem eius ſpiritualis appelletur filia. Reuoluite Caſini cuncta monumenta, ſcrutamini annales, & an ita ſe habeat res ipſi iudicate: Sin autem ſe aliter habet, mendacij arguite. Sin verò ita habet (vt dixi) nolite veritati reſiſtere, nolite Rom. eccleſiæ repugnare, nolite eius iuſſionibus contraire: Sed ex cuius vberibus fidei iuramenta cœpiſtis: eius iuſſis per omnia obtemperare curate. Tunc fratres temporis obiecta neceſſitate: Apoſtolici

Oratio Gregorij Card. ad Caſineñſes.

voluntatem ſe impleturos pollicentur, dum tempus opportunius viderint: ſicque diſceſſum à capitulo eſt. Oderiſius verò cognita Nicolai electione, agiliter ad arcem quæ Bãtrã dicitur penetrat:& pecunias largè diſtribuens, vndecunque milites collegit: igni & ferro cunctaNicolao fauentia caſtra demoliri ſolo tenus cœpit. E

Quæ vaſa ſacra: & ornamenta aurea, & argentea N. Abbas diſtraxit.
CAP. XCII.

HOc anno Goffridus Richardi filius, vnà cum Richardo Calenenſi, Rahone Rahelis filio, ſuum caſtrum diu multúmque vexatum incolarum fraude, familiari ſibi proditione obtinuit. Nicolaus hoc agnito, Robertum Iordanis principis filium in ſuum auxilium euocat: atque ad monaſterium dirigens, ad ſe deferri iuſſit aquimanilia argentea librarum ix. quæ Sauinus (vt ſupradiximus) beatoBenedicto donauerat: aquimanilia argentea Stephani Papæ, altare aureum cum gemmis precioſis, calicem aureum librarum iiij. calicem magnum Saxonicum, quem Theodericus Saxonum rex beato Benedicto tranſmiſerat: epiſtolarium aureum Deſiderij Abbatis: textum Euangelij Henrici imperatoris, cum gemmis precioſis: Euangelium aliud: thuribula argentea ix. coronas argenteas totidem ponderis: alias ix. alias xij librarũ: quas Oto imperator, Hugo marchio, aliíque fideles ſancto Benedicto obtulerant: calicem librarum ix. alios calices v. concam librarum vij. candelabrorum paria tria: coronas iiij. ſingulas xviii. librarum: concas duas librarum viii. cucumellum librarum vi. textum euangelii: ſcutellam magnam: vrceũ ducis cum aquimonili ſuo. Hæc omnia argentea crucemque auream ab eccleſia abſtrahens, caſtrum non recuperauit: & graue contra ſe odium monachorum excitauit. F G

De aduerſis quæ Monaſterio aduenerunt. CAP. XCIII.

STatuẽtibus interea ciuibus monaſteriũ denuò capere, quidã ex ipſis monachum ex ſenioribus adeunt: decaniam pollicentur, magnámque pecuniam, ſi ſibi in tam nefario ſcelere faueat. Quod ille fratribus referẽs cautiores in poſterum reddit: vocatiſque fidelibus viris eos in monaſterii munitionibus locant. Cuius quidem rem geſtam ignorantes noctu inſidias iuxta monaſterium ſtatuunt. Sed cùm agnouiſſent ſua patefacta conſilia confuſi mœſtique redierunt. Tunc temporis Adenulfus quidam cum Richardo Calenſi, & Goffrido Sueſſanno coniurat infeſtandum monaſterium pro viribus. Euocat Adenulſus eos qui ad arcem caſtri noui cuſtodiebãt: pecuniam ſpondet, fœlices fore promittit ſi ſibi arcem tradant. Illi eorum promiſſionibus illecti, noctu negocium conficiunt: arcẽque ignaris omnibus tradunt. Quod cũ fuiſſet Nicolao nunciatũ, quid ageret, quid diceret ignorabat. Tandẽ picanũ caſtrũ oppidum quod Oderiſius præceſſor eius acquiſierat & Papa firmauerat princépſque conceſſerat vt caſtrum nouum recuperaret: Normannorum ditione H

A tione reſtituit. Reddidit inſuper Goffridus ſupra nominatus turrem quæ dicitur ad mare, monaſterium ſancti Benedicti in Sueſſa, & cætera quæ abſtulerat Caſinenſi monaſterio.

De conuerſione duorum fratrum: & de penitentia Oderiſii depoſiti.

CAP. XCIIII.

HIs quoque diebus duo fratres Hiſpani Philippus & Philobertus cælesti deſiderio accenſi, ad patris Benedicti limina venerunt: & eccleſiá quam ipſi in Hiſpania dudum in ſolo proprio ædificauerant, ſancto Benedicto obtulerũt. Oderiſius interea cernẽs Romanũ Pont. in omnibus B ſibi aduerſari, ſera ductus pœnitentia Romá perrexit: proſtratúſque illius pedibus, Abbatiam in manibus ipſius renunciauit: arcémque Bantram in huius cœnobij iure reſtituit. Tunc etiam Robo Rahelis filius, ad monaſterium veniens remiſit lites omnes & quærimonias, atque calumnias, quas aduerſus monaſterium ſumpſerat, cunctáque reſtituit. Eodem item tempore Iordanus princeps ad monaſterium veniens: Abbati iureiurando omnia monaſterii iura firmauit.

De depoſitione Nicolai propter eius inſufficientiam. CAP. XCV.

PEr idem tempus Pandulfus Aquinenſis in ſylua monaſterii, Tyrilla nomine, caſtrum ædificare cœpit. Quod vbi Honorio Papæ nunciatum eſt: literis Apoſtolicis ne id facere auderet interdixit. Sed ille Deum in C pontifice contemnens, intentione ſacrilega quod cœperat peregit. Nicolaus vt eius cœptis obſiſteret, in monte qui Tymarii dicitur, aduerſus eum caſtrum erexit. Comperiens Honorius monaſterij negocia quotidie in deteriora deficere, eundem Nicolaum vt inutilem ab officio remouit Abbatis: fratribúſque mandauit, ſi ſibi parere, ſuæque ordinationi ſtare vellent, nobili & antiquo beati Benedicti monaſterio tam in ſpiritualibus quam in temporalibus inſtaurando tota intentione ſtuderet. Fratres qui Nicolaum ob theſaurum diſſipatum & amiſſam terram iamdudum exoſum habebant, venienti ad monaſterium ianuam in faciem claudunt: Honorióque nunciant, vt veniat, ſe ſuáque in eius poteſtate promittentes. Ille lætior factus Matthæum epiſcopum Albanenſem ad monaſte- D rium dirigit: mandátque fratribus vt quem ipſe idoneum ex Romanæ ſedis auctoritate cenſeret, hunc ipſi omni mora ſepoſita eligerent. Hoc vbi Pandulfus agnouit, deſperatus, caſtrum quod Nicolaus conſtruxerat diruit. Nicolai quidem hic exitus fuit.

De electione Senioreti Abbatis. CAP. XCVI.

SEnioretus huius Cœnobij Abbas à beato Benedicto xlv. præfuit annis ix. menſibus v. diebus x. & ix. Hic ab infantia beato Benedicto oblatus, atque à ſanctæ memoriæ Oderiſio monachus factus, & in diſciplina regulari ſtudioſiſſimè ab eo educatus, primo ad monaſterium

ſanctæ Mariæ in luco, poſtea ad monaſterium ſancti Nicolai in pica regendum miſſus præpoſitus eſt. Qui ad huius monaſterij curam hoc ordine prouectus eſt. Tribus annis decanus noſtri cœnobij fuerat, prudens ſanè atque ſtrenuus. Inde cum Capuanum monaſterium prouide ſatis præpoſitus gubernaret, iuſſu Honorij ad monaſterij eligitur curam. Mandatur autem illi vt quamtocius ad monaſterium veniat, vnà cum cæteris, de noui Abbatis electione tractaturus. Cumque imperata implere ſatageret: à Goffrido Aquilano, qui Nicolao fauebat, capitur: & apud ſuum cuſtodiæ mancipatur. Quod cum fratribus relatum eſſet: miſtare cœperunt quid agerent, variæque erant ſecundum vota ſententiæ. Tunc præfatus Albanenſis epiſcopis in capitulum veniens, cœpit de ipſa Abbatis electione tractare: & an iuſſis Apoſtolici obtemperare decernerent percunctari. Et cum illi annuiſſent, proprio illum nomine vocat: interrogátque an hæc electio placeat. Cumque omnes & voce & nutibus hunc ſibi placere dixiſſent: ex præcepto Apoſtolici (vt diximus) abſens eligitur iiij. Id. Iulias. Fouere nonnulli qui ægrè id ferrent, ob immodicam auſteritatem quam decanus oſtenderat: ob quam etiam à pontifice Romano prælatus eſt. Ab ipſo enim tempore decaniæ ſuæ, & præcipue à morte venerabilis Girardi Abbatis, cum & omnes ferè qui à Deſiderio facti fuerant monachi ex hac luce migraſſent: partim vitio Abbatis, partim ſeditionibus fratrum ad id neceſſitatis deueniſſent, vt rerum omnium paterentur inopiam: religio labefactari iam cœperat, cum plurimi arduæ vitæ tramitem præ inopia ſeruare non poſſent. Cum hæc atque huiuſmodi per ora multorum volitarent: dolens pontifex Caſinenſe monaſteriū tantis opprobriis dehoneſtari: præfatum virum ad reformandam regularem obſeruationem aptiſſimum credidit. Dimiſſus autem à Goffrido Senioretus, ad monaſterium venit: eiúſque electione confirmata à fratribus, in patris Benedicti cathedra honorificè locatus eſt. Suſcepta igitur cura regiminis, cœpit omni annixu id implere ſatagere ob quod à tanto pontifice Abbas fuerat datus. Angebatur nimium tum pro emendatione morum, tum pro ſubſtentatione fratrum, atque amiſſæ terræ recuperatione. Inter hæc oppidani occaſione accepta, relaxationes ac placita pro arbitrio ſuo requirebant. Nicolaus igitur iuuante ſe Goffrido quandam huius terræ partem poſſidens, reliquam ei contiguam infeſtus vexabat. Quamobrem princeps ab eodem Abbate euocatus, extemplò caſtrum nouum (cui Nicolai nepos præſidebat) adorſus, vicina quæque igni ferróque vaſtanda præcepit. Ille vbi aduertit oppidanos à ſe deficere: & ad Abbatem clam nuncios deſtinaſſe: mox ad eundem dirigens, orat vt ſibi cum ſuis tuto abire liceat: caſtrum ſe ſine dilatione redditurum. Síque factum eſt.

A

De aduentu Papæ ad monaſterium & de conſecratione Abbatis.

CAPVT. XCVII.

INterea Apoſtolicus ex vrbe ad monaſterium venit. A quo idem Abbas primus in hac eccleſia conſecrationem accepit. Cœpit poſtea ſacramentum fidei vehementer exquirere, atque ad id animo inſiſtere. Fratres omnimodis reniti, & contradicere nunquam id Caſinenſes Abbates feciſſe dicentes. Cumque obiiceret, quod epiſcopi & Archiepiſcopi omnes facerent, id Abbatem quoque Caſinenſem facere debere: noſtri è contra illos hæreſum cauſa meritò iurare compelli, fidémque exigi: quia ſæpius in
B hæreſim lapſi contra Romanam eccleſiam feciſſent. At vero Caſinenſis eccleſia nunquam in hæreſim lapſa eſt: aut contra Apoſtolicum ſenſit. Hac ratione ſuſcepta Papa conticuit: Hin cque diſcedens Beneuentum profectus eſt. Sed hæc hactenus.

De Rogerio Duce & Roberto Principe. CAP. XCVIII.

DVx verò Guilielmus cum iam xii. fermè annis ducatum tenuiſſet, obiit: atque in ipſo omnis Roberti Guiſcardi familia finita eſt. Defuncto igitur duce, Rogerius hæres, Silius Rogerii Siciliæ comitis ducatum occupat. Apoſtolicus autem educto contra illum exercitu eidem intercedente concordia confirmauit ducatum. His diebus defuncto Iordane principe, Robertus filius ſuccedit. Qui monaſterio priuilegium de
C pleríſque ipſius bonis innouauit c. librarum auri propoſita pœna. Robertus etiam comes priuilegium fecit monaſterio de medietate caſtri Serræ in Larinenſi epiſcopatu: appoſita c. librarum auri pœna. Rogerius præterea priuilegium fecit ſancto Benedicto de his quæ obtulerunt, Robertus & vxor ac filij eius in Apuliæ Calabriæque principatu, Salerno & Amalfitano de conceſſionibus barorum & aliorum fidelium: pœna librarum auri trecentarum appoſita, Anno domini M. cxxx. per manum Guarnerij Mazarienſis decani. 1130.

De morte Honorij Papæ, & electione Innocentij II. & de Anacleto Antipapa: & quomodo Rogerium ducem regem fecit.

D

CAPVT XCIX.

DEfuncto autem Honorio, electi ſunt Grego. diaconus Cardinalis ſancti Angeli, in Papam Innocentium ij. & Petrus præſbyter Cardinalis ſancti Caliſti in Anacletum. Innocentius autem aliquantulum temporis in vrbe permanens cum epiſcopis & Cardinalibus, qui ſuæ parti fauebant ad ciuitatem Piſanam perrexit, Conradum Sauinenſem epiſcopum vicarium in vrbe relinquens. Petrus autem Cardinalis Rogerio duci Apuliæ coronam tribuens, & per priuilegium Capuanum principatum, & ducatum Neapolitanum, cum Apulia & Calabria, & Sicilia illi

Innocentius Papa. II.

confirmans,regémque conſtituens ad ſe attraxit: præcipiens vt epiſcopi, & Abbates,qui in ſuæ ditionis ſolo manebant ei obtemperarent. Robertus verò princeps (cuius ſupra meminimus)monaſterio innouauit priuilegium de relaxatione quinquaginta tarenorum,& de portu molendini, quòd eſt in fluuio vulturni,cum portu ex vtraque parte fluminis.Poſt hæc princeps abiit Piſis, Rogeriuſque rex aduerſus principatum contendit. Quamobrem princeps è Piſis nauali ſtipatus exercitu, Neapolim venit. Eo etiam in fugam conuerſo,Rogerius Auerſam redegit in cinerem: Alfuſoque filio Capuanum principatum tradidit. Tunc temporis Humbertus Archiepiſcopus Piſanus Apoſtolicæ ſedis legatus ſanctum Georgium de Barai,& ſanctam Mariam de Gennore huic monaſterio per priuilegium dedit. Innocentius igitur Germaniam ingreſſus,à Lothario rege iuxta Leodium excipitur, virgam ei & anulum antiquo ex more confirmans, & terram comitiſſæ Matildæ condonans. Inde Lotharius Romam profectus, accepta ab Innocentio corona, remeauit. Poſt hæc ab Innocentio remorante Piſis,crebris literis monitus, vt Romanum imperium ab hoſtium iugo defenderet,eccleſiamque concuſſam & laceratam & ad vnitatẽ concordiámque reuocaret,Cæſar clœmentiſſimus anno dominicæ incarnationis M. CXXXV. coacto ex omni orbe Romano immenſo exercitu, cum vxore Auguſta intra uit Italiam. Ingens tunc pauor inuaſit hoſtes eccleſiæ: & quid facto opus eſſet inter ſe tractabant. E F

Quomodo Cancellarius præfati Regis nixus ſit monaſterium in ius Regis redigere. G

CAPVT C.

INter hæc regis Cancellarius Guarinus nomine,qui ei tum Capuæ præerat, mandat Abbatem vti ad ſe aduocet capiátque venientem. Abbas ire illuc iam exploratis inſidiis noluit. Cancellarius commotus mandat denuò Abbati, vt ſibi Capuam pergenti feſtinus occurrat:vt vnà ad regni negociis tractetur. Abbas tunc graui morbo laborans diſtulit: Duos tamen fratres ante Nat. domini Cancellario Beueuenti conſtituto,direxit & morbi aperuit cauſam. Tunc ille imperat vt poſt peractam feſtiuitatem ad ſe Capuá pergat:alioquin ipſe ad illũ iret. In feſto autẽ S. Ioannis Euangeliſtæ reuerſi fratres, quod itinere toto didicerant pandunt, nimirũ Abbatem ſi eò pergat capiendum. Abbas morbum itidem ſimulat. Cancellarius aſſumpto ſecum nouo electo Capuano Caſinum (vt diſpoſuerat) venit, Aquinenſis interea electus diaboli ſtimulis incitatus,Cancellario mandat, Caſinenſem Abbatem ad Imperatorem Innocentiúmque ſuſcipiendos ſe præparare: eius rei vt periculum facerent Caſinenſe ab eo monaſterium petat. Videat quæ mandat,vera eſſe non dubitet. Tabellarius Abbati omnia pandit, & epiſtolam tradit Abbas, ea reſignata vera eſſe quæ ille dixerat reperit. Cancellario itaque apud ſanctum Germanum electus occurrit. Abbati mandant, omni mora poſtpoſita, vti ad illos ob regni negocia ſimul tractãda deſcendat. Ille morbi cauſas iterum H

allegat:

A allegat. Miſſis tamen ſenioribus monaſterij Aquinenſis, electi falſiſſimam calumniam iuſtè redarguit & confutauit. Cum id electus negaret oſtendunt epiſtolam, patefaciunt indices. Confuſus ille quid ad hæc reſponderet ignorabat. Cœperunt his omiſſis remiſſa ſimulare ira, Caſinenſes blande alloqui, nihil ex his quæ ſibi dicta fuerant credere: idque ſacramento firmare Caſinenſium fidem, regi, ſibique iam pridem exploratam eſſe. Sed paulo poſt quid animi habuerint, pandunt: dum apprehenſum tabellarium ſuppliciiſque grauibus excruciatum priuant luminibus. Electus metu perterritus, & ciuium minas expaueſcens, deducente ſe Canzolino, Aquinum redit. Die altera in ipſis epiphaniæ vigiliis aſcendentes ad monaſterium, poſt ſalutationem verbis plurimis vltro citróque
B habitis, remotis arbitris cœperunt cum ſolo Abbate de monaſterii deditione agere: ſibíque in præſentiarum tradi inaudita temeritate depoſcere: ipſum cum quibus vellet ex fratribus ſublato monaſterii theſauro, cunctáque ſupellectili, ad arcem Bantram migrare iubebant: reliquos fratres per cellas monaſterii huc illúcque pergere iiii. ſacerdotibus cum quattuor monachis qui ad patris Benedicti corpus officia ſacra peragerent illic remanentibus, aſſerentes ſe monaſterio regnóque conſulere: quippe fore vt Imperator & pontifex comperto ex fama theſauro monaſterii, & ipſum ſpolient, & regnum ea commoditate depellant. Sed ficta iſta erant falſa, atque fucata. Namque illum inter eundum comprehendere cunctáque diripere machinabantur. Accepta tam iniuſta ne-
C fariáque iuſſione, Abbas id ſe abſque fratrum conſenſu facere poſſe abnegat. Tum egreſſus Abbas ſeniores monaſterii conuocat, verba cancellarii aperit: quid cuique videatur interrogat. Omnium vna ſententia fuit Caſinenſe cœnobium nulla omnino ratione, nullo pacto tradendum. Mori ſe malle, quam Caſinenſe monaſterium in ius poteſtatémque laicorum venire permitterent. Extrema paratos eſſe experiri: potiuſquam caput monaſticæ religionis adeo miſerabili conditioni vltra ſubditum cernere. Id enim ſi duraret incolume, facile ſalutem membra ſperarent: Sin verò id periret: omnia ſimul membra peritura. Hac deliberatione facta inducto rurſus cancellario cum Canzolino Abbas nihil ea de re diffiniri poſſe aſſeruit pro rei nouitate & magnitudine: inducias petiit dum omnes ipſius congregationis fratres conuenirent, ſic-
D que ſimul quid facto opus eſſet, deliberarent. Cancellarius amaritudinis felle commotus, nullam ſe deliberationi moram nullas inducias dare: ſed ex regis parte, vt quod ſtatuiſſent reſponderent: Imperatorique dicere. Tum Abbas percontari pergit eiuſce iuſſionis regiæ cauſam. Ille protinus ſimulatam edicit cauſam, ſe os eſſe & linguam regis: illum per ſe loqui, & ſua iura diſponere: ſcire ſe Lotharium cum Papa venturum: explorari in hoc velle fidem ad regẽ, conſtantiamque monachorũ. Ad hæc Abbas paratos ſe eſſe ſubire omnia pro rege pericula, monaſteriũ aduerſus regis aduerſarios tueri. Cum Cancellarius inquireret cõmoto felle quo illud pacto contra Imperatorem defenſuri eſſent: Audiuit fortiores ex monaſte-

rij fidelibus vocandos, & niſi ſufficerent regios milites. ſicque regem nulla Caſinenſis monaſterij cauſa incommoda eſſe paſſurum. Exclamat indignans Cancellarius. En quibus defenſoribus putat ſe Caſinenſis Abbas Imperatori obſiſtere? infidis, periuris, & qui nunquam beato Benedicto ſeruauere fidem, qui Brunonem, Oderiſium & Nicolaum Abbates expulerunt, qui Caſinenſe cœnobium contra ius omne ceperunt, qui caſtrum Ianulæ deſtruxerunt, contradicentéſque monachos ante beati Benedicti altare percuſſerunt. His dictis, cœpit & Abbatem conuitiis agere, monachos & laicos iniuriis ac probris afficere, fallaces perfidóſque appellare. Tacentibus omnibus diſceſſit tandem iratus ac tumidus: mandans vt ipſa deliberarent, ſibíque reſponderent. Eo recedente, omnes in vnum maiores cum Abbate conueniunt: cauſam inter ſe conferunt, trahúntque longa ſuſpiria. Ignorabant penè quid mallent, viuere an mori: atque inter anguſtias dicebant. Si monaſterium laicis damus, incurrimus animæ corporíſque diſcrimen: ſi non damus, non effugimus manus illorum. Sed melius eſt nobis incidere in manus hominum, quá derelinquere legem domini noſtri, & videre mala gentis noſtræ & ſanctorum. Quæ dum ad cæterorum quoque perueniſſent notitiam: contritum eſt cor illorum: & extemplò contenebrati ſunt omnium oculi: & vere tunc dies feſti in luctum conuerſi ſunt, & cantica in lamentationem. Hæc tandem omnium ſententia fuit, iſte conſenſus vitam potius fundendam eſſe, quam monaſterium laicis dandum. Placuit autem omnibus, fratres ad Cancellarium mitti, induciáſque poſtulare precibus: donec de tanto negocio conſultaturi conueniant. Animaduerſum eſt à fratribus Cancellarium acceſſiſſe ad dormitorium, altitudinémque parietis menſum eſſe: vt ſcalas parare idoneas poſſet. Eo etiã tẽpore dum frater quidã, Ioannes nomine, naturę debitum ſolueret ac ſine motu & voce iamdiu iacuiſſet: ſubito in ſe reuerſus vidiſſe ſe retulit Benedictum patrem cũ monachorum multitudine in eccleſia ſtantem, Rogerium regem eccleſiam ingredientem, omnémque Caſinenſis eccleſiæ theſaurum aſportantem: & cum ad gradus maioris eccleſiæ perueniſſet, monachos impetu facto illum enecaſſe. Iſta cum dixiſſet, adiecit vera eſſe: ſcietíſque dum mox ex hac luce migrauero eſſe euẽtura. Hæc ille tunc. Nos omnia iam eueniſſe perſpicimus. Omnis enim fermè theſaurus eccleſiæ, Rogerij factione, ſublatus eſt. Facta ſunt iſta in vigilia epiphaniæ.

E F G H

Quomodo Abbas & fratres contra dictum Cancellarium tuebantur monaſterium precibus & induſtria. CAP. CI.

POſt hæc ſtatuit Abbas xii. ex ſenioribus monachis, qui nudis pedibus ad Cancellarium pergerent, qui apud ſanctum Germanum cũ electo Capuano morabatur: inducias ad conſultandũ de tanto negocio poſcerent, vt reſpõdere illi maturius poſſent. Illo autẽ abeunte, omnis cõgregatio vſque ad monaſterii ianuã cum gemitu ac luctu ſubſecuta eſt

fratribus

A fratribus autem in eccleſiá redeuntibus quantæ illic lachrymæ fuſæ ſint
referre quis poſſit? Omnes quippe proſtrati humi, tundẽtes in pauimẽto
capita, miſericordiam domini cũ luctu cordiſque gemitibus implorabãt:
vt locum iſtum reſpicere ac tueri dignaretur. Inde ad patrẽ Benedictum
conuerſi, quaſi præſentem cernerent, dicebant. Eia pater honeſtiſſime at-
que ſanctiſſime, tu præſentiorem te diſcipulis fore poſt carnis exceſſum
quã ſi viueres pollicitus es. Adeſto igitur nobis, per patrem, & filium, &
ſpiritum ſanctum te adiuramus: protege alumnos tuos, & locum iſtũ ab
omni aduerſitate defende. Poſt hæc ſũpto crucis viuificæ ligno, & brachio
ſancti Euangeliſtæ Matthęi, ſanctiſque confeſſoris Chriſti Mauri fratres le-
tanias agere per monaſterij eccleſias cœperunt. Cũque in eccleſia B. Mar-
B tini, vota domino perſoluiſſent ſupplicationis & laudis, finitis ſuffragiis
egreſſi, ad eccleſiam ſancti prothomartyris Stephani diuerterunt. Et dum
ad aperiẽdas baſilicæ ianuas vnus ex fratribus præceſſiſſet, inuenit eas cla-
uibus obſeratas. Frater enim qui eandẽ tenebat eccleſiam vnus erat ex xij.
qui ad cancellarium ierant: clauémque oſtij ſecum detulerat. Reuerſus
qui præceſſerat frater, denunciat ianuas eccleſiæ clauſas: primóſq; redire
admonebat. Alij rurſus atque alij currentes ianuas clauſas repererunt, fra-
tribúſque renunciare ſtuduerunt. Frater autem qui crucem baiulabat,
hortatus fratres ad ianuas contendit eccleſiæ: moxque tactis leniter ſeris,
diuinitus apertæ ſunt. Recreati aliquantulum fratres Deo gratias egerunt:
ibique cum omni deuotione & contritione cordis peractis litaniæ ſuffra-
C giis, ad patris Benedicti eccleſiam reuerſi ſunt: ſicque ipſius diei miſſã cũ
gemitu & luctu pergerunt. At fratres qui miſſi fuerant ad Cancellarium,
cũ ad eum locũ perueniſſent vbi pater Benedictus ſemel per annum cũ ſo-
rore ſua loqui conſueuerat, decanus & qui & cũ eo eadẽ ex cauſa ante deſ-
cenderant, illorum cognito aduentu, ad monaſteriũ remiſerunt: dicentes
Cancellarium inde potius concitandũ ad iracundiam: quam flectendũ ad
miſericordiã. Cancellarius comperto quod fratres cũ brachio B. Mauri
per ſanctorũ eccleſias pergentes, omnipotẽtis Dei clementiã exorarẽt: ela-
tus ſuperbia multum contra monachos fremẽs, minari cœpit inciſurum
ſe illis & nares, & labrum veſtéſque medias vſque ad nates. Sícque alter Ni-
canor blaſphemiæ verba in Deum & ſanctos eius vomens, caſſã fore ſpem
quã in beatis Benedicto & Mauro habebant aſſerebat: perniciémque illis
D potius quam ſalutẽ allaturã. Poſt hæc vehementi indignatione concita-
tus, litteras omnibus per Campaniam, Sannium, Apuliam, Lucaniam at-
que Calabriam ſcripſit: mandãs vt ad capiendum Caſinenſe monaſteriũ
quam primum variis inſtructi telis & machinis pergerent. Abbas verò ex-
plorato Cancellarii conſilio, de ſe perdendo, & capiendo monaſterio, le-
gatis ad Landulfum imperatoris miſſis, rogat vt monaſterium tueatur.
Noctu hæc omnia peracta ſunt: factíſque vtraque ex parte iuramen-
tis, die tertia poſt epiphanię ſolemnitatem inducti in monaſteriũ Pãdulfi
milites, munitionéſque illis traditæ ſunt. Poſtmodum Landulfus adue-
niens, Abbati ac fratribus conſtãtiam agens, inimicis maximũ iniecit me-

Obſerata ianua eccleſiæ S. Stephani, diuinitus aperta.

tum. Cancellarius enim cognito Landulfi aduentu: qui Aquinum deſerens, Lirímque fluuium tranſiens, Minianum perrexit. Ibi morbo acerrimo vexatus, nótario iuſſit, vt per omne Rogerij ſcriberet regnum, vt ad capiendum monaſterium cuncti conueniant. Quod ille dum implere ſatageret, ſubita morte defungitur. Poſt hæc ſtatuit Abbas, vt triduò domini omnipotentis implorarent clementiam: pacemque Caſinenſi cœnobio perpetuis precibus peterent. Et quia ſilentium illis diebus, tumultus cauſa ſeruare non poterant: decreuerunt vt tribus diebus tria pſalteria poſt completorium in eccleſia pſallerent. Prius verò quam eam tridui obſecrationem inchoarent, Abbas ex monaſterij conſuetudine in capitulo ſurgens, veniam petiit: confeſſionem de ſuis exceſſibus fecit. Similiter & fratres poſt illum omnes, in Benedicti patris regulam ſe deliquiſſe confeſſi ſunt. Sícque eos Abbas ab omni ſententia excommunicationis, ſi quam incurriſſent, abſoluit, indulgentiámque conceſſit. E F

Quomodo ſanctus Benedictus per viſionem hortatus eſt, vt precibus inſtarent.

CAP. CII.

HIs autem diebus frater quidam, Bonus nomine, dum in eccleſia S. prothomartyris Stephani, poſt nocturnam ſynaſim fatigatus obdormiſſet: beatus Benedictus ei per viſum apparens, dixit. Multa ob hoc incommoda, & magna tolerabitis rerum detrimenta: ſed cófidite in domino, & in potentia virtutis eius: quia adhuc domus mea reintegrabitur, & in ſuum reuocabitur ſtatum: beatiſſimum verò Maurum vt precibus interpellatis admoneo. Nam ipſius maxime precibus, ab imminenti periculo & perturbatione liberabimini: & his dictis euanuit. Euigilans itaque frater, Abbati & fratribus quæ viderat per ordinem pandit. Vnde in communi fratrum capitulo ſtatutum eſt, vt, dominicis diebus ad introitum eccleſiæ antiph. B. Benedicti dicatur, & ant. B. Mauri. Similiter & in omnibus feſtis in quibus collecta facienda eſt: ſicut in quotidianis diebus canatur ant. ipſius & oratio. Interea terra tota, præter Caſinum caſtrum à fratribus & Abbate defecit. Cuius rei cauſa homines S. Angeli fuere, qui hoſtes monaſterii primitus intrò ſuſcipientes, Caſinenſe Mon. oppugnare cœperũt. Poſt hæc Bertulfus mãſionarius natione Cymber, & Adenulfus marſicanus, huius rei gratia ad Lotharium imperatorẽ dirigũtur. Omnes dehinc cellæ monaſterii per Apuliam, Campaniam, Picenũ, Sannium, Lucaniam atque Calabriã capta, atque à noſtro iure ſubductę ſunt. Cãcellarius verò qui tanti mali caput atque auctor fuit xvij. die poſtquã huc venerat, apud Salernum moriens clamabat, Benedicte & Maure cur me occiditis? Iſtáque crebrò repetens vita exceſſit. G H

Cancellarij regis mors infelix.

De viſione fratris Creſcentij, & anima cancellarij. CAP. CIII.

EO etiam tempore frater quidã, Creſcẽtius nomine, natione Romanus, vidit per viſum lacum nimiæ magnitudinis, igneiq; coloris. cuius vndæ ad eccleſiã ferri videbãtur, inter eas vndas vidit ipſius cancellarii

animam

A animã in aëris alta leuari, ac poſtmodum ad ima demergi. Duo iuxta lacũ aſſiſtebant monachi: qui cuius eſſet illa anima interrogare cœperunt: ſed frater ſe neſcire profeſſus eſt. Ad quem is qui erat ſenior, hæc (inquit) anima eſt Guarini cancellarij: qui quoniam Caſinenſi monaſterio infeſtus fuit, hæc talia patitur. Interrogatus à fratre quiſnam eſſet: Ego (inquit) ſum frater Benedictus. Euigilans autem frater quid viderit recitauit. Interea quidam ex noſtris, contra Abbatis voluntatem, de pace cum fautoribus regiis tractare cæperunt: agente Richardo epiſcopo Caietano. Tandem in id cõſentiunt, vt datis vtrinque ſacramentis pax fieret. Sicque commotio illa pro tempore ſedata eſt.

De morte Abbatis. Cap. CIIII.

B Tertio poſtea die Abbas moritur, Idib. Feb. Ea verò nocte qua vita deceſſit, decanus tractare cum fratribus cœpit: quo pacto antequam mors illius innoteſceret, Landulfi milites qui monaſterij munitiones tuebantur, abiicerentur. Muneribus igitur datis, acceptáque à regis hominibus fide, vt inde ſecuri quo vellent cum ſuis omnibus pergerent, omnes ad ſua rediere, factúmque eſt, vt vſque ad illam horam ignoraretur Abbatis mors. Iam verò propinquante nona hora, celebratis exequiis ſepulturæ traditus eſt, ad dextrã introeuntibus in cimiteriũ: iuxta gradus vbi iiij. diſcipuli beati Benedicti requieſcunt.

De diſſentione facta inter fratres, propter electionem Abbatis. Caput CV.

C Cum verò feretrum adhuc eſſet in eccleſia: miſſi à Canzolino Capuano vicario milites mãdant, vt eo abſente, nullus de electione Abbatis tractare præſumat. Dilatum itaque eſt ad ipſius aduentum, triſtibus ac mœrentibus monachis. Cumque aduenienti oſtenderetur de electione Abbatis Benedicti patris præceptum: reſpondit iſta in præſentiarum non valere: ſed electionem ad regis notionem differendam: aut certè bantræ arce tradita, poſtea quem vellent eligerent: ita tamen vt regi prius fidem iurarent. Quod cum fratres renuerent, ipſe collecto exercitu, contra Caſinenſe cœnobium caſtra ab eius ditione ſubduxit. Iam ferè ſex dies in tali fluctuatione tranſierant: cũ ad feſtũ virginis Chriſti Scholaſticæ, fratres vndique confluentes ad monaſterium, pro electione Abbatis in duas diuiduntur partes. Pars enim Rainaldum Calamentanum, qui poſt Abbas fuit, pars verò Rainaldum Etrurienſem præferebant. Sed cum plurima inter ſe conferrent: viſum ſenioribus eſt electionem differri vſque, quoad Rogerium regem, romanúmque Pont. tũc Piſis remorantem, Caſinenſis cœnobij fortunas ſignificarẽt, peterẽntque cõſilium ac prẽſtolarentur auxiliũ. Sed cũ ad id alij flecti non poſſent, Rainaldum Calamẽtanum fautores ſui raptũ in patris Benedicti ſede cõſtituunt. Reliqui grauiter hæc & indignè ferentes, Bertulfum manſionarium & Adenulfum (quos ſupra retulimus ad Imperatorem legatos

D

fuiſſe directos) datis clam literis admonent Abbatem ex hac luce migraſſe, E
Rainaldúmque illi ſeditioſè non canonicè fuiſſe ſubſtitutum: Rogarent Imperatorem atque Pontificem, vt ex ſuis aliquem Caſinenſi monaſterio Abbatem cōſtituerent: Rainaldíque electioni aſſenſum minimè accommódarent: prius ſe egreſſuros è monaſterio quam hunc ſibi præeſſe paſſuros. Id cum Rainaldus exploraſſet, clam cum Canzolino paciſcitur: ac fide præſtita ab eis in monaſterij poſſeſſione firmatur: ſicque accepto à monaſterij colonis ſacramento, à filio Petri Leonis (cuius erat ſubdiaconus) in Caſinenſi Abbatia confirmatur. Cumque nuncius Rauennam, vbi tunc Imperator morabatur, cum literis veniſſet: Lothario Imperatori à fratribus ipſis præſentatur. Pandunt ſimul omnia. Ante Caſinenſis eccleſia Romani imperij cameræ contigerat. Exponunt calamitates quibus cœnobium ex electione ſeditioſa Rainaldi premeretur. Deflent periclitati monaſterij ſtatum, miſceri omnia, atque cōfundi, implorant Imperatoris opem: in quo vno, poſt dominum & patrem Benedictum iactauerant ſpem ſuam. Ad hæc Imperator miſericordia motus, tum ex præteritorum memoria Imperatorum, qui locum illud ſingulari affectu ſemper amauerant, tum odio Rogerij quem Romano imperio inimiciſſimum eſſe iudicabat, iuxta edictum Pipini, Caroli magni, illos primos inter capellanos Romani imperij conſtituit. Cumque duces, principes & marchiones congregaſſent beneficia ſuorum anteceſſorum, affectum ad Caſinenſe cœnobium recenſere cœpit, accuſánſque Rainaldum Romani imperij hoſtem pronunciat: quippe qui Imperatore contempto, à quo Caſinenſis eccleſia, oppida, caſtra, poſſeſſionéſque ſuſcepiſſet, omnem confirmationem Abbatiæ expetit. F G

De aduentu Innocentij Papæ, & Henrici ducis & quomodo nuncios miſerunt ad monaſterium CAP. CVI.

EOdem tempore Henricus dux, gener Imperatoris, intrauit Campaniam vna cum Papa Innocentio, ab Imperatore tranſmiſſus. Igitur cum in planitiæ Caſini contigua caſtra poſuiſſent, Richardum pontificis memorati Capellanum, & Caſinenſis cœnobii monachum ad monaſterium mittunt: mandántque ſi ſe ſuſcipere velint, & Innocentio Papæ obedire: ſe illos vt filios, vt fratres, vt ſocios dilecturos: monaſteriúmque ſub cuſtodia & protectione Imperatoris habituros. Non conſentiente Rainaldo fratribuſque: illum monaſterio deturbauere. Idcirco conuocat ad capitulum fratres, hortatur vt in Rogerii fide permaneant, ac Petri Leonis filio pareant. Auxilium illis non defuturum. Poſtremò fatetur Abbatiam ſe ab eis accepiſſe; eámque pro illorum arbitrio ſiue tenere ſiue dimittere paratum. Hæc ille. Iam verò Gregorium Adenulfi filium cum exercitu clam aduocauerat: cuius opere monaſterium contra Papam, ducem, atque monachos detinere poſſet. Ei aduenienti fœderatus Abbas monaſterii munitiones tradit: impetúque facto pontificis nuncios fugat. H

Apocri-

A Apocryſarij Pontificis dum ad ciuitatem quæ monti adiacet, perueniſſent, ciues iurare Imperatori fidem ſuadent: ſicque ad caſtra redeunt. Rainaldus autem intra monaſterium cum Gregorio incluſus ſata monaſterij vicina incidebat, vaſtabátque omnia: ne quid ad victum hominum vel iumentorum reliquum eſſet. Iam ferè xj. tranſierāt dies, cum dux monaſterij bona conſumi perſpiciens, ſimúlque pugnæ præterire tempus, Rainaldum euocat: acceptóque aureo calice, & quadringentis libris, obſidibúſque datis Abbatiam illi (ſi in eius fide permaneat) ex Imperatoris parte confirmat: & eum à ſe ſuíſque ſecurum reddens, Imperatoris vexillum intra beati Benedicti eccleſiam induci, ac demum in arce quæ eccleſiæ imminet, ingenti cum laude præcepit imponi. Die altera mouens caſtra, exercitum contra Capuam dirigit: ibi Raho Rahelis filius, & Goffridus Aquilanus venientes, ſe ſuóſque pontificis ac Roberti principis & Henrici Ducis imperio ſubdunt. Hoc facto Capuanus omnes principatus Rogerij iuſſa linquētes, Papæ veſtigiis aduoluuntur, omnia imperata facturos pollicētes. Plerique ob antiquam Roberti principis amicitiam, alij ſpe præmij illecti, alij vt officio ſuo ſatisfacerent, dominóſque ſuos recognoſcerent, ad eos confluebant. Interea Henricus vnà cum Innocentio reſtituto Roberto principatu, ad pontem S. Valentini iuxta Beneuentum caſtra ponunt. Mandat poſt hæc ciuibus vt niſi anathema Apoſtolicum, & Imperatoris iram experiri velint Beneuētum dedant: & nundinas extra vrbem parent. Contra dicentibus qui filio Petri Leonis fauebant, nuncij Papæ negocio infecto vrbe pulſi ſunt. Rogeriani quippe milites collecti ad xxx. milia peditum, vrbem pugnaturi exeunt. Quam ob rem commotus pontifex, Beneuentanos à liminibus eccleſiæ ſeparat: ducémque contra illos exercitum ducere præcepit. Sed cum ducis milites in prima acie vertiſſent terga, dux euentum belli perpendens, militibus iubet vt amne tranſmiſſo montis verticem, in quo ſita erat ciuitas, occupent: vrbémque à porta quæ aurea dicitur, adoriantur. Seditio tamen in vrbe orta erat: aliis beato Petro eiúſque vicario patrio more obtemperandum eſſe cenſentibus, aliis è contra pugnandum ſuadētibus. Milites dum fluuio tranſmiſſo ad vrbem tendere Beneuentani perſpicerent: è pugna ſe ſubducentes, fugæ præſidiū ſumunt. Quos inſecuti ducis milites, vrbem ſimul irrumpunt: ſicque illam in deditionē acceperunt. Ea potiti, Troiam Apuliæ oppidum adeunt. Quam abſque pugna à ciuibus accipientes, adiacentia quæque cum Gargano ac Syponto, ſuæ ditioni ſubiiciunt.

De aduentu Lotharij Imperatoris ad vrbem Melſim. CAP. CVII.

TVnc temporis Lotharius Imperator vrbe Rauenna egrediens, Vmbriam, Emiliam, Flaminiam, Picentumque prouincias in ſuum ius redigens: ciuitatibus obſequentibus parcit: reſiſtentes ad ſolum vſque ſubuertit. Cumque ad monaſterium S. Martini perueniſſet: Tranſmundus S. Liberatoris præpoſitus illum adiens, & ex parte congregationis Caſinenſis efflagitans, quicquid in illis locis patri Benedicto fuerat abla-

tum, reſtitui iuſſit. Inde caſtra mouens, propè Barum præcipuam Apuliæ vrbem caſtris locatis, ab oppidanis ſuſcipitur: Arcémque quam Rogerius magnificè conſtruxerat oppugnare aggreditur. Eam diutius omni telorum genere vexatam, plurimis vtraque ex parte interemptis, tandem accepit, atque ad ſolum vſque protinus diruit. Síque omnes Apuliæ vrbes Romano imperio ſubigens, omnibus iam ritè peractis, Melfim Apuliæ vrbem, ducem ordinaturus contendit. Quo dum veniſſet, Salernum obſideri iuſſit. His diebus conquerentibus Bertulfo & Ioanne Caſinenſibus fratribus aduerſus Pótinos, quod hi monaſterij ſyluam ſui iuris effeciſſent, Imperator tradito ſigillo ſuo, iuſſit (ſi gratiam Imperatoris cuperent) ſyluam illam monaſterio liberam permitterent: ſícque in ius monaſterij iterum rediit. E F

Quomodo præfatus Imperator hortatorias, & confortatorias litteras Abbati & fratribus direxit. CAP. CVIII.

SEd vt ad ſuperiora redeamus, quo tempore Imperator Italiã ingreſſus eſt, Epiſtolam Caſinenſi Abbati ſcripſit: admonés religioſos Caſinenſis Eccleſiæ (vnde religionis exemplum ac forma occiduum per orbem emanuerit) vt cuius maximè orationibus negocia regni ſtent confiderent. Quod ſi ob varios euentus rerum à Romana Eccleſia deſciuiſſent, cuiuſlibet perterriti metu; ad eum, quem patrem tota recognouiſſet Eccleſia, redirent. Se monaſterij curam ſuſcipere paratum, quod ab anteceſſoribus ſuis imperatoribus ſciret fuiſſe ſemper obſeruatũ. Mandat item G vt cum eo propinquaret, Abbas illi cum ſapientioribus congregationis occurreret: vt quæ eſſent monaſterio vtilia vnà tractarent. Scripſit & fratribus ſe, quantum in ipſo eſſet, monaſterium honoribus & opibus ampliare intendere: ac pro tanti loci reuerentia (qui ſemper ſingulari floruit præ cæteris religione) eccleſiam illam vt domum propriam, atque imperij ſedem ſeruare diſponere. Multum enim cupere (ſi permittat Deus) memoriale ſuum apud patrem Benedictum, honoríſque inſigne relinquere. Richiza item auguſta eodem tempore litteras fratribus ſcripſit: ſignificãs magna ſe de patris Benedicti domo percepiſſe: Atque ideo memoriam ſui in Caſinenſi Eccleſia fieri obſecrãs: vt Deus ipſorum precibus pacem Eccleſiæ ſuis temporibus reddat, ſe de amplianda ſemper monaſterij dignitate cogitare: modo Abbas ſibi, & auguſto, cum ſapientioribus monachis tempeſtiuè occurreret: vt de his vnà tractare potuiſſent. H

Quomodo ipſe Imperator Abbatem cum quibuſdam fratribus accerſiuit: eoſque Papa obſiſtente honorificè ſuſcepit: & tueri contra Papam eos impugnantem cæpit. CAP. CIX.

SEnioreto verò mortuo, Rainaldo ſucceſſori eius Imperator per litteras mandat: nunquam Romanum imperium, eos qui ſibi cõfiderent deſerere ſolitum: ſe Caſinẽſis monaſterij iura quoad vixerit integra conſeruaturum: neque ab vllo violari permiſſurum. Quoniam verò in feſto

Apo-

A Apoſtolorum Petri & Pauli, pro ſtatuendo Duce Barones omnes apud Melfim conuenire condixiſſet: iubet vt ſumptis ſecum ſapiẽtioribus fratribus, omnibus omiſſis, illuc eum adeat: omniáque priuilegia deferat, monaſterij ſui iura oſtenſurus: Cupere enim ſe id aſſequi, vt memoriale ſuum in illa eccleſia perpetuum remaneret: Atque ideo quamprimum ſe adire maturaret: Aliam quoque ſacram Othoni decano, & fratribus ſcribens, indicat ſe, permittente Deo, antiquorũ imperatorum ſequendo veſtigia, Caſinenſem Eccleſiam tueri velle, eiúſque iura ampliare: cum ſemper in ſanctæ religionis vigore permanſerit, omnibúſque fuerit ſanctæ conuerſationis forma. Abbatem idcirco ad ſe euocat: vt ita Caſinenſis eccleſia de conſilio principum diffiniatur: vt ſub imperio ſuo nihil antiquæ libertatis amittat. Sed cum Abbas adhuc ire differret, aliã Abbati
B direxit Epiſtolam: mandans vt ad ſe ire maturaret, audiſſe ſe monaſterij homines in illius Siculi fide iuraſſe, monaſteriíque caſtra ab illo obtineri. Eos inde prius cautè remoueret: ne vllum Caſinẽſi Eccleſiæ impedimentum inde poſſit oriri. Abbas imperiali ſacra compulſus, parat quæ erant neceſſaria itineri: ſumptiſque ſecum aliquibus de congregatione fratribus, Petro quoque diacono Caſinenſi, chartulario, bibliothecario, ac ſcriniario (quem idem Lotharius vocarat ex nomine) non tamen abſque titubatione profectus eſt: quippe ex facti ſui conſcia, qua inimicis imperatoris fauerat, vndique ſibi pericula imminere ſperabat. Quod rei probauit euentus. Sed cum ſuſpectos haberet ex fratribus quoſdam: monaſterium & eius caſtra amicis propinquis ſuis commendauit. Fuerunt
C autem qui cum Abbate perrexerunt ex congregatione, Pandulfus Theanenſis Epiſcopus, & Caſinenſis cœnobij monachus. Maurus Conſtantinopolitani Imperatoris Curopalates. Ioannes Camerarius. Petus bibliothecarius. Amphredus Veſterarius. Petrus Machabæus. Petrus & Hector Caſinenſis cœnobij monachi. Ioannes quoque S. Germani Archipreſbyter: aliique nonnulli nobiles ſapientéſque laici de terra S. Benedicti. Eo itaque die quo ciuitatem S. Germani aggreſſus eſt, Theanum deuenerũt: ibique diebus quattuor aliquid noui ex Imperatore præſtolãtes permanſere. Inde progreſſi, Capuã petebãt: benignum ſe illic hoſpicium (quippe in domo propria & in monaſterio S. Benedicti) habitaturos arbitrantes. Verùm ſpe ſua fruſtrati ſunt. Nam Papa Innocentius omnibus Caſinenſi
D monaſterio ſubiectis, litteris Apoſtolicis mandarat: ne Abbati vel fratribus parerent. Peruenientibus itaque ad monaſterij ianuam atque pulſantibus egreſſi fratres neceſſitatem excuſant: non licere ſibi eos hoſpicio ſuſcipere: quicquid tamen ex monaſterio auferre velint, vt tollant permittunt. Electus his auditis, ad S. Vincentij Eccleſiam in eadem vrbe conſtructã, ſocios adire iubet. Quo dum perueniſſent: diſcunt illis quoque ne eos reciperent interdictum eſſe: præ verecundia tamen quia illos iam ingreſſos eiicere minimè poterant, eis neceſſaria largè miniſtrarunt. Abbatiſſa quoque monaſterij S. Ioannis, eis eadem largitate quælibet ad vſum neceſſaria miſit. Die altera cœptum iter carpentes, per furcas

caudinas Beneuentum venerunt. Inde mouentes ad caſtrum illud applicauerunt, vbi quondam Leo Papa ſanctiſſimus cum Normannis dimicaturus, ſanguinem ſibi minuerat, paucíſque diebus requieuerat. Cum igitur informe caſtrum nollent ingredi: ad monaſterium S. Papæ Leonis diuerterunt. Eius loci homines ad malum procliuiores, præfectis exercitus regij illos tradere conati ſunt. Sed diſpoſitione domini præualere non potuit Petri ferale conſilium. Quædam ſanctimonialis in ipſa Eccleſia commanens, ipſius conſilij conſcia, Petrum diaconum euocat: eiſque digeſtum & omnia pandit. Ea ille cum electo cæteríſque dixiſſet, caſtellum proximum petere monuit. Vbi & illum fratres quidam aſpernati ſunt: Eo die monaſterio ſe non egreſſuros aſſerentes. Petrus periculum metuens, Anfredum veſterarium alloquitur: atque vnà caſtrũ feſtinus petere cœpit. Nonnulli ex monachis id aduertentes, & ipſi relicto electo receſſere. Electus, vbi ſe ab omnibus ferè deſtitutũ vidit: ipſe quoque aſcenſis equis ad caſtrum cum reliquis contendit. Illuceſcente verò die caſtrum egreſſi, cœptum ſummo ſtudio pergebant iter. Vix trium horarum iter egerant, cum repentè militum multitudinem contra ſe cernunt per latus montis deſcendere: metúque perterriti, fugere conciti cœperunt. At poſtquam milites omni inſequendi ſpe fruſtrati ſunt, ad ſua reuerterunt. Monachi accelerarę fugam cõtendentes, Melfim primò, inde lacum penſilem (vbi omnis Imperatoris exercitus cum Innocentio Papa conſederat) aduenerunt. Eis extra caſtra occurrerunt pontificis nuncij, monentes ex iuſſione eius, vt prius quam intrarent caſtra, nudis pedibus Papæ ſatisfacerent: ac pro obedientia filio Petri Leonis impenſa pœnitentiam acciperent: ac iureiurando firmarent quicquid iuſſiſſet pontifex ſe impleturos: filióque Petri Leonis cum anathemate renunciaturos. Rainaldus metu actus, Cæſarem appellat: & cum imperatore conſulturum hac de cauſa reſpondit: ſicque caſtra ingreſſus eſt. Agere deinceps cœpit liberaliter, & quos poſſet ſibi obligare muneribus. Miſſis itaque nunciis aduentum ſuum Imperatori nunciari iuſsit. Imperator ob patris Benedicti reuerẽtiam, eos magnificè accepit: Abbatis tentorium ſuo proximum Papilioni, Henrico Duci genero ſuo, & Rodulfo, & Othoni palatinis comitibus vt pararent iuſsit: aſſerens Abbatem Caſinenſis cœnobij, (qui à Carolo magno eſſet in imperij ſede habitus & Capellanus eius ordinatus) non debere ab Imperatore ſeparari. Pontifex autem vbi Caſinenſem electum ſuſceptum ab Imperatore cognouit: directis continuò Cardinalibus, inſtare imperij vehementius cœpit: vt filium Petri Leonis eos anathematizare compelleret, ac per ſacramentum Innocentio Papæ eiúſque ſucceſſoribus obedientiam ac fidem polliceri: conquerens quare excommunicati & à liminibus Eccleſiæ ſeparati, ab Imperatoria fuiſſent maieſtate ſuſcepti. Renuentibus monachis atque dicentibus, ſibi neque per Euangelium, neque per beati Benedicti regulam fas eſſe iurare: idque item à ſua maiorúmque abhorrere conſuetudine: ac per idem ne fidé quidem ſuam cuiquam ſacramento promiſſuros: quippe cum ſibi ipſis fideles eſſe nõ poſſent,

A ſent, ſi quæ Deus vetuit facerent: & ea committerent quæ diuus Benedictus obſeruari præcepit: ſic eo die diſceſſũ eſt. Poſtera die Põtifex miſſis Aimerico Cancellario, & Girardo, ac Guidone Cardinalibus Imperatori: mandat vt Caſinenſes monachos aut filium Petri Leonis anathematizare compellat: aut ab eis velut excommunicatis abſtineat. Clementiſſimus Imperator neque Antiſtitem itaſci, neque Caſinenſem Eccleſiã deiici volens, blandis illos allocutus, ad Apoſtolicum remiſit, dicens: ab Apoſtolico mitti diſceptatores debere, quorum Imperatoria maieſtate diffiniatur an ſint illi excommunicati: neque ſtatuendum diem quó vtraque pars in conſiſtorio conueniret, ſed duodecim dies conſtituuntur: ſicque infecta re ad pontificem redeunt. Illis egreſſis, Imperator omnes qui cum electo venerant ad ſe introduci iuſſit. Cumque introducti eſſent,
B requiri iubet ſingulorum genus, patriam, officium, nomen. Confeſtim omnia requiruntur. Item an Imperatorũ pontificúmque priuilegia iuxta quód eis condictum fuerat, ſecum detulerint. Et cum ſe omnia detuliſſe faterentur, intulit Cæſar: Quam fuerit cara & ſemper amabilis prioribus Imperatoribus Caſinẽſis Eccleſia, indicio ſunt ampla donaria, latiſſimáque priuilegia. Indicant & Carlomani ſanctiſsimi imperatoris, Romaníque patricij (cuius ipſi, licet immeriti gerimus vicem) illic ſepultæ reliquiæ: ob cuius venerationem, non modò nos qui illius fungimur vice, verum & orbis totus locum ipſum colere, & exaltare, cæteriſque religioſis locis anteferre debemus. Hoc nos pro viribus exequi volentes, ampliſſimis donis ipſum illuſtrare inſtitueramus: Quia tamen beatiſsimus Papa
C Innocentius hoc fieri prohibet, dicens vos ab Eccleſia eſſe ſeparatos: eligite ex vobis qui cauſidicis Apoſtolicis ad obiecta reſpondeant. Nullo enim modo pati poſſumus, vt tantæ ſanctitatis tantæque religionis locus noſtris temporibus peſſundetur aut pereat. Electum autem veſtrum nolumus huic intereſſe conuentui: quia non minus de illo quam de monaſterio agendum erit. His dictis ad hoſpicia, ipſo iubente, diſceſſum eſt. Vbi verò monachi quid Imperator iuſſerit, electo ſuo retulerunt: communi conſilio Petrum diaconum diſceptatorem defenſorémque ſuæ partis elegerunt. Poſtquam verò dies eſt reddita terris: conuenitur electus, vt ſuos ad Imperatorem monachos dirigat. Quo dum fuiſſent ingreſsi, explorato nomine, genere, & patria diſceptare dictorum Petri ſcilicet
D Romani, & Anfredi Angli, illorumque officio cognito: vtrum ex his pro Caſinenſi Eccleſia reſpondere vellent, inquiruntur. Illi Petrum diaconum offerunt. Et Cæſar, fratre inquit, veſtro dimiſſo, ad hoſpicia veſtra redite: parati cum euocati fueritis adeſſe diſceptationi. Petrum itaque, abeuntibus fratribus, Cancellario Bertulfo tradidit: vt ei noctu cum pro tribunali ſediſſet poſſet offerri. Mane facto, Caſinenſes monachos vocari iuſsit. Adſunt & cauſidici cum Cardinalibus ab Innocentio Papa directi.

Quomodo Girardus Cardinalis pro parte ſedis Apoſtolicæ diſceptare cœpit contra Abbatem, & monachos coram Imperatore: ipſo tamen monachorum partem defendente. CAP. CX. E

IN nomine Domini,& Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, anno ab incarna-
1138. tione eius M. cxxxviij. indictione prima vij. Idus Iulij, anno imperij Domini Lotharij Cæſaris vij. reſidente eodem inuictiſſimo principe ad aquas penſiles, cōſedentę etiam peregrino patriarcha Aquilegienſe cum Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus quā pluribus, cauſidicus pro Romana Eccleſia directus eſt, Girardus Cardinalis tituli ſanctæ Crucis, & Guido Cardinalis, qui ambo poſtea Romani fuere pontifices: Aimericus Cancellarius & diaconus Cardinalis presbyter, Balduinus Cardinalis, qui poſt Piſanus Archiepiſcopus fuit: & Robertus Claræuallenſis Abbas, & F alij plurimi Romanæ vrbis nobiles. Ex parte Caſinēſis Eccleſiæ auditores fuere, Henricus Dux Imperatoris gener, Conradus Dux, qui poſt imperij ſceptra tenuit, Otho Imperatoris conſobrinus, Fridericus Marchio Anconitanus, Malaſpina Marchio Liguriæ, Henricus Epiſcopus Ratiſponenſis, Hanno Epiſcopus Baſilienſis, Hanno Abbas Luneburgēſis, Gulfridus Paladinus Romani imperij iudex. Facto itaque ſilentio, Imperator dixit. Non modò præſentium & temporalium, verùm futurarum æternarúmque rerum in hoc conuentu diſcuſſio erit. Conſtat enim ſanctos patres dum vnius rei gratia concilia ſæpe celebrarent, plurima vnius occaſione diffiniſſe. Ita & hic Romanæ quidem & Caſinenſis Eccleſiæ cauſa, G cum ſpecialiter agi videatur, variæ tamen, agente Deo, ſoluentur quæſtiones: fiétque vnius Eccleſiæ cauſa, ſalus omnium per orbem conſtitutarum. Nos quoque veſtigia prędeceſſorum noſtrorū ſequentes, dignum duximus huic intereſſe concilio: & eorum quæ dicentur librare monumenta. Defenſores vtriuſque diſceptantium partis magnificos à noſtro latere dedimus viros: qui violentiam omnem prohibeant. Igitur in Domini nomine ſedeant, quibus Romanæ non diſplicent leges, tacitéque rerum exitum expectent: ne dum omnes confuſè vel dicunt vel obſtrepunt veritas obnubiletur. Hæc & alia plura dum præfatus eſſet Auguſtus. Conradus Dux ab Imperatore defenſor datus, inquit. Copia Imperialium verborum me fecit fandi inopem: cum tam profundè tam plenè tantáque ratione imperialis ſit præfata maieſtas: vt non humano ore ſed H diuino prodiſſe videantur. Ducibus tamen atque comitibus mecum defenſoribus datis, viſum eſt primo apparatu hodiernæ ſeſſionis proferri quæ ſint pro vtraque parte diſceptaturæ perſonę vt nō permittatur diſce-
» ptandi licentia, niſi his tantum quibus fuerit conceſſa. Omnis enim ma-
» ximéque diuina conuentus cauſa ordinatè fieri ac rationabiliter debet:
» Quippe cum nil perfectè diffiniri poſſit, vbi confunditur ordo loquendi. Placuit omnibus ſententia ducis: & quis pro vtraque parte reſponderet inquiritur: quinam item interpretes, & quis eſſet diſputantibus locus. Eligitur Girardus Cardinalis ſanctæ Crucis: qui pro Romana, & Petrus

diaconus

Oratio Imperatoris.

A diaconus qui pro Caſinenſi reſpóderet Eccleſia. Interpretes dati ſunt Bertulfus Imperatoris Cancellarius, Anfredus veſterarius; & Bertulfus manſionarius. Traditur autem Girardo locus ante Imperatoris faciem: Ad pedes verò eius conſtituitur diaconus Petrus. Renuit Girardus monachum ad ſuos ſedere pedes: dicens nequaquam oportere ſiue licere excommunicatum cum filio ſedere Eccleſiæ. At Imperator finem litigio imponens, Petrum diaconum ex tunc & deinceps ſedere ad pedes ſuos iuſſit. Tum taliter Girardus Cardinalis loqui orſus eſt. Sancta & vniuerſalis Eccleſia (inuictiſſime Imperator) quæ & vos & prædeceſſores veſtros orbis totius dominatores effecit, mirari non deſinit, cur excommunicatos & à liminibus Eccleſiæ ſeparatos receperitis. Ad hæc Imperator.
B Imperij quidem noſtri nos ab Apoſtolica ſede gaudemus accepiſſe coronam: excommunicatos nullo pacto ſuſcepiſſe putamus: hoc tamen ex conflictu veſtro conſtabit. Pandulfus Theanenſis Epiſcopus & Caſinenſis monachus, dixit. Quomodo Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Caſinenſes monachos excommunicatos aſſerat, videre non poſſumus. Girardus Cardinalis dixit. Quid mihi & tibi bone vir? Alienus nobis es. O mirum, ô nouum inauditúmque prodigium: vt truncus ramis præciſis & à radicibus euulſus, nouas contra Eccleſiam erigat machinas! Ad hæc Imperator: Ceſſet inquit omnis violentia: hic enim non inferendæ, vel referendæ iniuriæ, ſed ferendæ potius æquanimiter ſunt. Quocirca ſtatuimus, vt neutra pars vtatur in alteram contumeliis: ne quod, ad laudem Domini & poſterorum vtilitatem ſtatuit, in litigium rixámque ver-
C tatur. Tunc Girardus reſumpto ſermone, ſic ait. Decreuit ſancta & vniuerſalis Eccleſia vt Caſinenſis cœnobij monachi, voluntatem Domini noſtri Innocentij Pij & vniuerſalis Papæ ſe in omnibus impleturos ſacramento confirment. Iam enim Innocentius ipſe hos Caſinenſes monachos diſpergere per diuerſa loca ſtatuerat: niſi Lotharius clementiſſimus Imperator nolens Caſinenſem Eccleſiam deſtrui, pro ipſa Eccleſia contra Papæ voluntatem ſe obieciſſet. Cum itaque Girardus Cardinalis de ſacramento monachorum ſermonem feciſſet: Petrus diaconus reſpondit. Non parum miramur, cur Dominus Cardinalis monachos ſacramento velit aſtringi: cum Dominus in Euangelio iuſiurandum omnino interdixerit. Girardus Cardinalis dixit. Quod monachus ait proba-
D mus: ſed Romana Eccleſia Caſinenſes monachos ſine ſacramento recipiendos non eſſe decernit. Petrus diaconus ait. In regula ſanctiſſimi patris N. Benedicti iurare omnino interdicitur monachis. Quod non modo diuinæ, verum humanæ quoque prohibent leges: Quippe inter Imperatorum præcepta, Caroli, Ludouici, Hugonis, Lotharij, Berengarij, Alberti, trium Othonum, quinque Henricorum, & Conradi, ſic inuenitur. Statuimus vt monachi ad ſacramentum non compellantur. Et hæc dicens, præcepta ipſorum Imperatorum Caſinenſi collata monaſterio, auro, plumbo, cæteráque ſignata: Imperatori cæte-

riſque monſtrauit. Ea Imperator præcepta excipiens, deoſculatus eſt: moxque in hæc verba prorupit: Magnorum ſanctorúmque principum hæc eſſe præcepta ex ſigillis agnouimus. Conuenit maieſtati noſtræ cuncta prædeceſſorum noſtrorum ſeruare præcepta. Quare dominum Apoſtolicum, vos qui hic illius adeſtis vice: ex nobis orate, vt ſanctiſſimorum imperatorum præcepta nobiſcum protegere, ſuáque authoritate firmare dignetur. Quis enim iam Imperatorem obſeruaret, ſi ab Apoſtolico contemnatur? Omnia membra ſequuntur caput: neque ab eo niſi magno ſuo detrimento ſeparari queunt. Certet itaque pro membris caput, pro natis pater, pro ouibus paſtor: quia nullo modo lupi rabies præualet, vbi cura ſollicita paſtoris inuigilat. Sit igitur hodierno conſeſſui finis: & hoſpitia ſua ſinguli repetant. Cardinales vota noſtra pontifici referant: Caſinenſéque cœnobium vt mecum foueat, noſtra vice precentur. Monachi electo ſuo, quæ dicta ſunt, referant: & craſtina die quid reſpondere obiectis debeant, parent. Tertia diei hora hic adeſſe ſinguli curent: hodiernúſque tractatus adhibitis notariis litteris mandetur: ne obliuioni tradantur, quæ poſteris quoque profutura præuidimus. His dictis in ſua quique diſceſſere. Imperator ad ea quæ ſibi imminebant negocia tractanda reſedit.

Item de eadem materia. CAP. CXI.

POſtera die vtræque conueniunt diſceptantium partes. At vbi ingreſſis data eſt copia fandi, Girardus Cardinalis dixit. Mandata pietatis veſtræ ſanctiſſime Imperator retulimus ſummæ ſedis antiſtiti. Sed hæc nullo modò implere ſe poſſe reſpondit: aſſerens facilius ſe pontificalia veſtimenta deponere, ac pedibus ſubiecta calcare: quam quæ abs te rogantur efficere. Ad hæc Imperator pauliſper obticuit. Dehinc reliquas diſputationes heſternas concludere iuſſit. Girardus dixit. Memini heſterno die de ſacramento Caſinenſium monachorum tractauiſſe: nihílque inde fuiſſe diffinitum. De eadem igitur re tractaturi denuò proponere debemus ex parte Domini noſtri quæ heri quoque propoſuimus, fidem ſcilicet Apoſtolico à Caſinenſibus ſacramento promittẽdam perpetuámque obedientiam: Alioquin illos nunquam patietur Domini corporis & ſanguinis participes fieri. Ad hæc Petrus. Conſtat (inquit) Dominum Cardinalem heſterni tractatus renouaſſe conflictum, noſtróſque terminos ad rediuiua reparaſſe certamina. Nobis contra, ſatis ſupérque videtur huic ſentẽtiæ Dominicis obiuiſſe præceptis, quibus omnino iurare prohibemur: fidẽ autẽ à nobis ſacramento exigi profectò ocioſum eſt: cum hanc ſponte ſimus exhibere conſueti. Girardus inquit, Nõ eſt veritus monachus coram inuictiſsimo principe mendoſa proferre: dicens Caſinẽſes monachos Romanæ Eccleſiæ ſemper ſeruaſſe fidem: cum conſtet omnibus eos hactenus ſciſmaticos eſſet, Abbatémq; à ſciſmatico ordinatum

A dinatum præfeciſſe, Petrus prudentis inquit viri eſt, non ante quempiam falſitatis arguere, quã ipſum omnibus mendacium in conſpectum dederit: vt cum nil contra poſſit apponi, à conſcientia ſua qui mentitus eſt ipſe accuſetur. Iniquè igitur & obliquè me impetit dominus Cardinalis: qui tacito mendacio me falſitatis inſimulat: Proponatur cauſa, aperiantur mendacia: tunc me fallacem aſſerat: tunc mendacij arguat. Girardus, facile id quidem probare eſt. Nam cum relicto Innocentio, ſciſmatico adeſtis, quid niſi infideles fuiſtis? Petrus, Deum oro (inquit) illum, nos an potius vos ille dimiſit. Girardus, Eccleſia inquit à ſciſmaticis capta piiſſimus de ſua ſede eſt pulſus Epiſcopus: ſicque Italia relicta properauit ad Gallias. Petrus, Bone paſtor bonus Chriſtus Ieſus, cum diuerſitatem
B immò vnitatem in ſe vnitam oſtenderet, Bonus paſtor inquit animam ſuam dat pro ouibus ſuis. Girardus, Hæc inquit non ſolum verbis, verùm & factis oſtendit. Petrus, Rurſus ipſe Dominus cum deſcripſiſſet optimi facta paſtoris: mercenarij quoque mores adiunxit dicẽs. Mercenarius, & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, videt Lupum venientem, & dimittit oues, & fugit. Agnoſcis profectò Euangelij verba. Girardus. Ita ſane. Petrus. Hoc-ne Romanum agere pontificem decet? Girardus. Tanto inquit magis ab Apoſtolicæ ſedis ſunt obſeruanda pontifice: quanta peculiarius ſuſcepit aliis prædicanda. Petrus. Quid igitur, ouibus ne imputabitur, ſi quid paſtor amiſit? Girardus. Minimè inquit. Petrus. Ergo monachis imputandum non eſt, ſi paſtore
C deſtituti, morſibus lupi patuerunt. Debuit enim Apoſtolicus (vt ait Dominus) oues ſuas non modò non dimittere, verùm pro eis mortem quoque libenter amplecti. Ad hæc Imperator. Patet inquit ex aſſertione, monachi, ſi quid peccauerunt, paſtoris culpa contigiſſe, non ouium. Vnde roganda adhuc eſt Domini Apoſtolici pietas, vt nobiſcum quæ contra nos geſſere dimittat. Quare hodiernæ quæſtioni finem placet imponi. Occupati enim Reipub. curis diutius his intereſſe non poſſumus. Quiſque igitur reuertatur ad propria. Cras idem certamen rurſus ineundũ eſt. Hoc dicto, cum omnium fauore diſceſſum eſt.

Item de eodem, & de oratione Petri Caſinenſis monachi coram Imperatore. CAP. CXII.

D

ALtera die cum piiſſimus Imperator memoratiq; proceres audituri quæ reſidua erant conſediſſent: hac voce Imperator vſus eſt. Omnibus qui intra Romanum orbem ſunt notiſſimum credimus, quanta in reuerentia & obſeruatione Caſinenſem Eccleſiam, vt ſuã ſcilicet peculiarem camerã, maiores noſtri habuerunt: & ſuper omnia monaſteria imperij Romani dilexerunt: honoribúſque & priuilegiis eximiis exaltauerunt: Deceret quoque Domnum Apoſtolicum mecum eandem fouere Eccleſiam: quod auxiliãte domino impoſterum fiet. Non eſt autẽ iſta quæ agitatur cõtrouerſia dicenda lis: cum cõſtet mẽbra ſecum litigare non poſſe,

neque caput dicere manui, neceſſariam te non habeo, nec oculus pedi: E
viliora ſæpe noſtra vtiliora ſunt. Nullus igitur nos indecens aliquid exiſtimet facere: quod Caſinenſe monaſterium, quaſi tueri videamur. Nam

Egregia comparatio. neque cum vel mater filiam vel coniugem vir, aut filium pater ira ſtimulante cæciderit: ſi quis ſe inter ſæuientem patrem & pauentem filium obiiciat medium, natúmque ab immoderata cæde patris eripiat: cum manſueſcerit pater homini illi indignabitur: ſed contrà maximas habebit gratias: quod filium è ſuis abſtraxerit manibus. Ita & vniuerſalis mater Eccleſia cum poſita ira requieuerit, gratias aget imperio noſtro: quod filiam ipſius iræ ſubduximus. Agantur ergo quæ agenda reſtant: quia nunquam deſiſtam niſi compleam deſiderium meum. His dictis, Girardus Cardinalis dixit. Veſtræ magnitudinis verba, ſacratiſſime Imperator, & ſemper Auguſte, precéſque Domino Innocentio Papæ retulimus: ſed nullo pacto ſine ſacramento, Caſinenſes vt recipiat, induci poteſt. Petrus diaconus dixit. Satis nos feciſſe his, & ex præcepto Domini & ex imperialibus edictis exiſtimamus. Alia ſi quæ habes edicito. Girardus. Ignoras inuictiſſime imperator hos quos veſtra magnitudo defendit, cum Rogerio Siculorum comite, contra Romanam Eccleſiam veſtrúmque coniuraſſe imperium: neque ſolum coniuraſſe, verum anathematizaſſe ac damnaſſe? O rem inauditam, vt ligati & ligent ſolutos, & ſoluant ligatos! Ad hæc Cæſar indicto ſilentio dixit. Quod in me Caſinenſes admiſere libens tolero, gratéque remitto. Exemplo itaque noſtro, quod in Romanum Pontificem commiſerunt, & ipſe dimittat. Girardus. Et ſi Domini noſtri Innocentij Pij vniuerſalis Papæ agimus vices: huiuſmodi tamen ſine illo diffinire non poſſumus. His dictis fauente Imperatore diſceſſum eſt. Nocte inſecuta cum Imperator duraret peruigil, F G

Oratio Petri Caſinenſis. Petrus diaconus genu flexo ante illum, ita pro Caſinenſi orabat Eccleſia. Cum omnes mortales vobis militent, vt Domino rerum atque principi, vos tamẽ ipſi Imperatori cæleſti, pacis pietatis atque iuſtitiæ authori humiliamini. Aliter enim vtriuſque vitæ ſalus tuta eſſe nõ poterit: niſi talibus miniſtratoribus gubernetur. Itaque Imperator inuicte cũ maieſtatem veſtram cunctas per orbem tueri eccleſias deceat: Caſinenſi tamen Eccleſiæ ideo magis te exhibere euenit, quia magis opus habet: cum nobis & loqui licitum non ſit, & indulta ab Imperatoribus priuilegia pro nihilo habeantur. Nam Romano Pontifici obtemperandum & ipſe cenſeo: ſed H
Deum illi quoque præferendũ libera voce profiteor. Neque enim illi irrogatur iniuria, ſi ſibi Deus præferatur. Totus in Caſinenſis Eccleſiæ deiectione monaſticus ordo vacillat. Te ergo Imperatore, monachis ſua iura tollentur? Te Imperatore à monachis ſacramentum extorquebitur? Te tuámque clementiam deprecamur Imperator inuicte, ne hoc decernas, ne ſtatuas: ne huiuſce decreto ſubſcribas. Indignum profectò eſt, vt te agente abrogetur Caſinenſis Eccleſiæ dignitas: vt Cardinalibus proueniat malæ voluntatis effectus. Nihil maius eſt religione, nihil ſanctius ordine monaſtico, nihílque ſublimius patre Benedicto. Quid reſpon-

A reſpondebit Carolomannus pius Imperator Auguſtus? Nonne tibi dicet? imperium me dimiſiſſe non credidi, quia Lotharium iuſtum & ſanctum Imperatorem habebam. Imperium me depoſuiſſe non dolui: quia imperia mea præſertim de religione monaſtica inconuulſa perpetuò manere credebam. Titulos ego pietati, iuſtitiæ atque manſuetudinis in Caſino erexeram: has de mundi preſſuris manubias referebam. Quid mihi plus potuit meus hoſtis auferre? Modò inquam, modò abrogantur decreta mea. Nunc grauius telum excipio corpore, cum à Romano pontifice mea decreta damnantur. Nunc mihi abrogatur imperiū & (quod eſt grauius) à pontificibus Romanis: & hoc præſente fratre meo imperatore Lothario: cui enim magis quam ſibi præſtat impe-
B rator: ſi inſtituta maiorum, ſi Caſinenſis cœnobij iura conſeruat? Nulli ergo graue videatur ſi defendimus religionis monaſticæ ſtatum. Certè à beato Benedicto ad Innocentium Papam cxiij. Romani pontifices numerantur: omnes Caſinenſe cœnobium dilexerunt, coluerunt, auxerunt: Nullus religionem violauit. Iam verò ſi quid meretur veneranda canities, beatum Benedictum introducamus loquentem. Optime imperator, pater patriæ, Cæſar auguſtæ, reuerere canos meos, in quos ætas me longa prouexit: Vtantur licitè filij mei legibus ſuis, à me ſibi ſalubriter traditis. Decet enim vt viuant meo more. Per hos occiduum orbem in mea redegi iura: per hos Anglia, multæque nationes ad Chriſtum conuerſæ ſunt. Mea eſt horum ſalus, tutela, iuuamen. Cum hæc & his ſi-
C milia Petrus oraſſet: ad Bertulfi Cancellarij tentorium, imperatore iubente, regreſſus eſt.

Proſopopeia, qua S. Benedictum inducit Imperatorē alloquētem.

Item de eodem, quomodo Imperator fuerit ira permotus contra duritiam Papæ. Cap. CXIII.

Cvm igitur euocati Cardinales ad Imperatorem egreſſi eſſent, Girardus ait. Quæ heri veſtra ſublimitas iuſſit, Domino noſtro retulimus: benignè veſtra poſtulata ſuſcepit. Cauſam tamen permoleſtam ſibi à vobis iniungi conqueſtus eſt. Ius enim Epiſcopale quod ſui habuere maiores nullo ſe pacto, nulla ratione ſe poſſe dimittere teſtatus eſt. Lotharius ad hæc. Nos inquit Caſinenſem Eccleſiam eò magis hono-
D rare decet: quo maioribus noſtris in honore ac reuerentia habitā ſcimus, atque ditatam. Nam ſciat domnus Apoſtolicus caſtra, prædia, villas, omnémque monaſterij poſſeſsionem iuris noſtri eſſe: Epiſcopale autem ius ſuum in nullo violamus. Bertulfus Cancellarius dixit. Nil iuris ſui Apoſtolicus in Caſinenſe debet habere cœnobio: quod Romani imperij ſpiritualis camera eſſe decernitur: niſi Abbatis conſecrationem quam, Henrico Imperatore concedente, habuiſſe dinoſcitur. Giradus. Placeat ergo conſilium meum veſtro imperio Cæſar inuicte, vt vobis quidem ſecularium, Apoſtolico verò ſpiritualium rerum fidem ſacramento confirment. Lotharius. Noſtro valde inhoneſtū videtur imperio, maiorum

non ſeruare mandata: corúmque ſanctiſsimis non obedire præceptis. E
Nam ſi nos illa negligimus atque nolumus, quis ea ſeruabit? Quo pacto alios hæc ſeruare compellimus, ſi nos ea conuellimus? Lex itaque imperatorum, non plus aliis quam imperatoribus ipſis conſtituitur. Immò illos hanc magis ſeruare conuenit: ne à ſe ipſis deſciuiſſe videantur. Girardus Cardinalis dixit. Non parum quoque dominus Papa miratur, cum te Eccleſia in Cæſarem, totiúſque orbis dominatorem conſecrauerit: cur contra eam niti pro Caſinenſi Eccleſia videaris: quam non ad te (vt aſſeris) ſed ad ſe vt cæteras Eccleſias pertinere teſtaris. Tum Imperator iratus, Immò (inquit) nos valde miramur, cur noſtris precibus annuere nolit: cum nos ipſius gratia, annum iam ác dimidium in papilionibus commorati cum Romano exercitu, pecunias in vſus publicos deputatas in ipſius obſequiū conuerterimus: omnéſque vltra montanos populos illi obtemperare fecerimus. F Quid ergo mirum, ſi Caſinenſem tuemur Eccleſiam: cum conſtet id à maioribus noſtris glorioſe actum: & illi quidem eam tanti fecerūt: vt ibi magis quam domi ſepeliri delegerint. Quid de ſanctiſsimo & omni honore nominando Auguſto † Carolo dicam: qui relictis imperij ſceptris monaſticam ibi tranſegit vitam? Quid de ipſius Caroli fratre Pipino loquar: qui defunctum apud ſe monachum fratrem, Caſinum ibi tumulandum cum honore remiſit? Rachis quoque Lógobardorum rex, relicto regno, ad ipſum venerabile monaſterium venit monaſticámque ibi exercuit vitam. Quid de Imperatoribus Iuſtiniano, Iuſtino, Theoderico, Pipino, Carolo, Pipino Carolo magno, binis Ludouicis, Hugone. G duobus Lothariis, Alberto, tribus Othonibus, quinque Henricis? Quid de Conſtantinopolitano Michaële & Alexio referam? qui omnes Caſinenſem Eccleſiam ſummo affectu dilexerunt, & magnis illuſtrauere muneribus? Adeo Caſinenſis Eccleſia Imperatoribus extitit grata: vt ad eius liberationem Romani Imperatores cum omni exercitu venerint. Henricus enim pius, inuictiſsimus, Chriſtianiſsimúſq; Imperator, ad eam tuēdam cum centum octoginta milibus militum Italiam ingreſſus eſt: eámque à Capuani principis ditione ſublatam, priſtinæ reſtituit dignitati. Conradus item Imperator Auguſtus, & Henricus ipſius filius, cum centum ſexaginta milibus pugnatorum eandem defenſurus Eccleſiam venit: cum Pandulfi nequiſsimi, non dicam principis, ſed tyrāni iugo premeretur. H Omittimus noua & noſtra geſta memoria: Antiquiora repetamus, locíque ſitum cuius propriè fuerit videamus. Varro nempè (vt legimus) Romanorum nobiliſsimus ac doctiſsimus, hanc ſibi ſedem elegiſſe, extruxiſſe, multíſque illuſtrem monumentis reddidiſſe cognoſcitur. Ipſum Caſinatem fundum (vt M. Tullius in philippicis refert) Cæſar Antonio tradidit. At fortaſsis obiicitur Benedictum patrem Romanæ Eccleſiæ alumnum, illud inſtruxiſſe cœnobium. Quis id neſciat? Sed Romanorum nobilium ſuffultus auxilio, id eum feciſſe cognoſcimus. Beatiſſimo namque Papa Gregorio referente, didicimus beatum Benedictum vnà cū Mauro ſenatoris equitij, placidóque Tertulli patritij filio ad mona-

† Is eſt, Carolomannus.

Caſinenſis loci antiquitas & commēdatio.

A monaſterium Caſinenſe conſtruendum diuinitus fuiſſe directum. Alibi quoque expreſſimus Caſinum cum finibus ſuis à Tertullo patritio iure ſuo hæreditario præciſum: patríque Benedicto traditum legimus. Quid plura? aut Romana eccleſia, Romani Imperii cameram Caſinenſe cœnobium decenter accipiat: aut ab ea Romanum imperium irreuocabiliter ſeparabitur. Girardus Cardinalis ait. Nequaquam inuictiſſime Cæſar veſtra indignetur manſuetudo, nec ſuper Domini & Apoſtolici indignetur mandatis: neque Domini Innocentij pij & vniuerſalis Papæ mandata videantur iniuſta. Verum ſiquid in his, diſplicet, ad eum referatur. His dictis, quarti diei eſt ſolutus conuentus.

Item de eodem, quomodo quidam Ciſtellen. monachus contra Caſinenſes
B *altercari cœperit.* Cap. CXIIII.

Mane facto, cum vtræque partes ante Imperatoris præſentiam conſtitiſſent: Girardus qui vicem Romanæ gerebat eccleſiæ dixit. Nouerit veſtra celſitudo Cæſar inuicte, hæc Domnum Apoſtolicum veſtris ita annuiſſe mandatis, vt veſtri cauſa, fidelitate omiſſa, ſacramentum ſolummodo obedientiámque requirat. Interim de electione quoque Abbatis nobis iniunxit diſputandum: qua ratione excommunicatum, & (quod eſt grauius) ſciſmaticum eccleſiæ Chriſti prætulerint. Tunc Petrus diaconus initium diſceptandi faciens, dixit. Quid de noſtri Abbatis electione dominus Cardinalis dicere velit audiamus. Gir. Sancta & vniuerſalis eccleſia valde miratur, cur excommunicati & ab eccleſia ſepa-
C rati, ſciſmaticum hominem vobis & præferre, & Abbatem appellare præſumpſiſtis. Pe. Cum varias (vt doctus) quæſtiones nobis effuderis: ex earum copia, reſpondendi nobis inopiam gignis. Vnde ſi ſancto imperio cæteriſque proceribus placet, proponatur ex his aliqua quæſtio. Quæ ventilata tunc ſubtexentur & reliquæ. Gir. Quod monachus propoſuit fecimus: Nam de Abbatis electione propoſuimus. Pe. Si de Abbatis electione proponitis: quid ad hæc dicere velitis, audiamus. Gir. Prima obiectio eſt quod Abbatem abſque Romani pontificis conſenſu elegeritis. Pe. Meminimus probanda quæ volumus vel teſtimoniis veterum vel exemplis. Quare ſi quod exemplum proferre vultis, proferatis in aſſertionem propoſitionis veſtræ. Gir. Abundamus quidem exemplis: verum ſufficient
D pauca de pluribus. Occurrit primo loco Fridericus Caſinenſis primum Abbas: ab hinc Stephanus electus Papa. Ergo priuſquam res geſta referatur: dicat monachus, quis Fridericum electo Petro ſubſtituerit: quis item Petrum ipſum depoſuerit. Quis Deſiderium, Oderiſium, Girardum: quis poſtremo elegerit Senioretum. Et cum negare nequiuerit ab Apoſtolicis & illum deiectum, & iſtos fuiſſe electos: Apoſtolici profectò iuris eſſe Abbatis electionem nemo dubitabit. Pe. Ad id quod primo propoſuiſtis, hoc breuiter dixerim: quod licet Petri depoſitioni, & ordinationi Friderici, Romani interfuerint Cardinales: non ab ipſis tamen, ſed à monachis, & ille depoſitus & iſte fuerit electus. Oderiſius item primus, qui

ab Apoſtolico (vt aſſeritis) eſt ordinatus: nequaquam obiiciendus nobis eſt: cum profectò licuerit renouatori monaſterij non iure Apoſtolici, ſed innouationis gratia (quia monaſterium à fundamentis erexerat) iure ſuo ordinare monaſterium. Neque tamen à Victore Papa, ſed à monachis electus eſt Oderiſius: neque illis à pontifice poteſtas ablata eſt, ſed attributum adiutorium. Quid autem mirum ſi renouator monaſterij, Abbatem de conſenſu fratrum ſibi ſubſtituit? Gerardus quoque Abbas, quamuis annuente Paſchali, à monachis tamen electus eſt. Senioretum, quem extremum poſuiſtis, quo ordine ab Honorio electum fuiſſe dicatis, ignoro: Cum præſens fuerim, neque ibi pontificem, neque illius nuncium viderim. Sed vt de veteribus Caſinenſis Cœnobij Abbatibus loquar: dic oro, quis beatiſſimũ patrẽ Benedictũ in Caſinenſi cœnobio elegerit? Ad hæc Cardinalis obticuit. Iterũ Petrus, Conſtat (inquit) ſanctiſſimũ patrem ab eo eſſe in Caſino electum, qui regem dominúmque Pharaonis conſtituit Moyſem. Vnde dicendum nobis eſt, Caſinenſe Cœnobium neque ab homine neque per hominem cœpiſſe: ſed initium ſui ab omnipotente Deo habuiſſe, qui principium finiſque eſt. Nouum loquendi genus inuenit monachus: vt dicat Caſiẽſem eccleſiã per non hominem cœpiſſe. Lotharius ad hæc. Si quid, inquit, boni vel mali, me iubenre, meus fecerit famulus: mihi profectò imputabitur. Quod ſi ita eſt: liquet vtique quod beatus Benedictus à Deo iuſſus egit, non ſibi eſſe, ſed Deo imputandum. Conſtat ergo monachum vera proſecutum: & nequicquam fuiſſe reprehenſum: ſed qualiter, quóue ordine beatus Benedictus Caſinum aduenerit, adoleſcens ante noſtrum conſiſtorium poſitus pandat. Tunc Petrus imperatore cæteríſque audientibus, relegit ita. Diuina admonitus reuelatione Beatus Benedictus, & loco ceſſit, & Caſinũ adiit caſtrum. Quo dum pergeret: duobus Angelis ſe & † tribus coruis comitantibus, per quinquaginta paſſuum milia Caſinum aduenit: & in templo quondam Apollinis, oraculum beati Martini, vbi verò ara Apollinis fuit, eccleſiam ſancti conſtruxit Ioannis: & circunquaque manentes populos ad fidem Chriſti conuertit. Lotharius. De his iam nobis ſatisfactum eſt. Nunc ad Abbatis electionem veſtram recurrat oratio: vt manifeſta per vos nobis eluceat veritas. Petrus. Noſtri temporis Abbatum electionem ab Apoſtolico factam non eſſe docuimus: reſtat veterum Abbatum modo explorare rationem. Legimus in vita beati Mauri ſancti patris Benedicti diſcipuli, quod Caſinenſis congregatio adhuc viuente patre Benedicto, ſanctum Maurum Abbatem ſibi conſtituere poſt illius obitum optauerat: feciſſétque ſatis, niſi illum Deus in Gallias ire voluiſſet. Dic oro quis defuncto patre Benedicto, elegit Conſtantinum, Simplicium, Bonitũ, & reliquos vſque ad Nicolaũ? Hos profectò dicere nõ poteris ab alio quã à monachis fuiſſe ordinatos. Gir. Nõ parũ miramur, quod monachus attrita fronte auſus ſit de Caſinenſiũ electione talia proſequi: cũ ſanctiſſimus & luculentiſſimus monaſticæ cõſcriptor regulæ pater Benedictus id iubeat, vt ſi in Abbate eligendo congregatio errauerit, epiſcopus

† *Hos tres coruos nutrire ſolit erat: vt habetur ſupra li. 1. Cap. 1.*

A copus ad cuius diœceſim pertinet locus, id fieri minime permittat: nec modo epiſcopo, verum & fidelibus vicinis hanc facultatẽ tribuat. Quid plura de Abbatis ordinatione? cum ſanctus Benedictus presbyterum quoque qui eſt in monaſterio nullo modo proiici ſine epiſcopi conſenſu & voluntate velit. Pe. Aſſentior ſanctiſſimum patrem Benedictum, epiſcopo contra malam electionem compeſcendam facultatẽ præſtitiſſe. Verùm qui vnanimiter eligit, quid ad eos mandatum huiuſmodi pertinet? Gir. Conſecratio Abbatis Caſinenſis cui competit? Pe. Romano pōti. Gir. Si illi conſecratio competit: electio quoque ſimiliter ratione cōueniet. Iniuram ergo Romanæ ſedi feciſtis, quando abſque eius conſcientia Abbatem elegiſtis. Pe. Electionem factam non negamus, quia nec debemus: Romanæ verò ſedis iniuriam omnino denegamus. Gir. Hoc
B interim negare non vales Senioretum Abbatem iuſſu Honorij electum fuiſſe. Pe. Ego electioni aſſui: ſed nullum penitus, neque epiſcopũ, neque Cardinalem vidi. Gir. Perge quo vis. Argumentare vt libet: quia ſubdiaconum nullo pacto Abbatem eligere potuiſtis: & hoc abſque Papæ conſenſu. Nam Eugenius Papa ita in decretis ſuis ſcripſit. Abbates per mona- »
ſteria tales eligantur, qui leuitico vel ſacerdotali honore ſint prædìti. Pe. »
Miraris ſi ſæpe Romanorum pontificum iura mutantur: Cum Deus ipſe ſæpenumero quæ permittit mutet? Centum & xx. annos ad agendam pœnitentiam his qui ante diluuium fuerant ſpondet. Quia tamen illorum malitia augebatur in dies: xx. ſubductis annis diluuium induxit mundo.
C Iudæ quoque patriarchæ, & Salomoni regi, nonne regnum promiſit æternum? Niniuitas quoque perdendos per Ionam prædixit: eamque mox remouit ſententiam, quia pœnitentiam egerunt. Gir. Quod pro parte veſtra intuliſti, Domino Papæ nil obeſt. Patet enim patrem Benedictum vitia congregationis ab epiſcopo emendanda dixiſſe. Pe. Canonica decernit auctoritas vt vel humilis cuiuſcunque eccleſiæ clero liceat liberum de eo qui ſibi præferendus eſt habere iudicium: & Caſinenſi cœnobio Romani pontifices, Gregorius doctor, & alij cxij. idem permiſere iudiciũ ac tulere decretum: vt defuncto Abbate, ex ſua congregatione Abbatem ſibi eligant ſecundum timorem domini, & regulam beati Benedicti. Gir. Qualem ergo eligere debent Abbatem: catholicum, an eccleſiæ membris abſciſſum? Pe. Catholicum. Gir. Subdiaconum, an diaconum, vel
D presbyterum? Pe. Diaconum, vel presbyterum eligendum canonum ſanxit auctoritas. Gir. Et ſi leuitico vel ſacerdotali non fungantur honore qui eligendi ſunt: quomodo iuxta præceptum regulæ, lecturi ſunt lectionem euangelij, aut miſſam canere quomodo poſſunt? Quomodo poſſunt aliquem vel ligare vel ſoluere. Qualiter ad ſubdiaconi pedes diaconi vel presbyteri procident? Qualiter incenſum ponent, & presbyteris vel diaconibus benedicent? Subdiaconi quippe leuitarum & ſacerdotum officiis ſubiacent. Si ſubiacent, quomodo præficiuntur? Neque enim iuxta beati Syluestri ſententiam, ſubdiaconus ſuper diaconum vel presbyterũ præferri debet. Hinc pater benedictus Abbatẽ in Gallias dirigere

Nota, ſăctū Maurum ante quā in galliā veniret Leuitam fuiſſe Qua dignitate nunquam maiorem ſuſcepit, licet 40. annis in glănafolio Abbas fuerit, vnde & ſacri officij eius oratio ſecundum vſum Pariſienſem habet. Deus qui Beatum Maurum leuitā. &c.

cupiens, non ſubdiaconum quemuis ſed Maurum eò direxit leuitam ſãctiſſimum. Quomodo ergo electio de ſubdiacono excommunicato vel ſciſmatico rata dici poterit? Ad hæc imperator reſpondit. Ea quæ iniuſtè hactenus egere Caſinenſes monachi eis per omnia remittenda cenſuimus. Hæc petitionis meæ ſumma, quam à Domino Apoſtolico rogo: vt eis quæcunque vſque in præſens incautius admiſerunt remittantur. Sit ergo finis hodierni conflictus. Noſtra iterum rogata ad Papã referantur: & poſt diem quartum quid iubeat audiemus Has autem inducias idcirco damus: vt definire melius ac ſtatuere poſſit. His dictis quique ad ſua rediere. Petrus verò diaconus in curia remãſit imperatoris. Cardinales itaq; ad Apoſtolicum redeuntes quæ dicta fuerant ei retulere: dicentes quendam diaconum eſſe Caſinenſis eccleſiæ, qui ſolus pro ſuo monaſterio contra Romanam diſceptare eccleſiam auſus fuerit. Aderat ex Caſinenſibus monachis quidam, qui Apoſtolico contra ſuam eccleſiæque ſuæ fauebat ſalutem. Hic ſurgens in medium dixit. Diaconus iſte de quo veſtræ ſãctitati relatum eſt, ab ipſa ferè infantia monachus fuit: tantóque in monaſterio excreuit ingenio vt pleróſque diuinæ ſcripturæ libros per ſe plene intellexerit. Hunc ſi quo conſtrinxeris vinculo, alios omnes pro nihilo computabis. His Innocentius auditis interrogat quod illi genus, patriáque ſit. Et ille, pater (inquit) eius Gregorij filius fuit Romanorum ducis & conſulis. Tunc Papa auxiliante Deo, & illum & alios tali præpediuit compede, vt contra monaſterium ſucceſſores mutire non auderent: Vehementíque ira concitatus, talia poſt quartam diem referri imperatori verba præcepit: dominium Caſinenſis eccleſię non ad illum, ſed ad ſe pertinere, ſicuti & eccleſiarum reliquarum. Decreueramus, inquit, veſtra interuentione fidelitatem remittere monachis: verùm quia nituntur contra nos, & hæc & alia ab eis requirenda conſuluimus. Mandat deinde pótifex per Benedictum capellanum ſuum Petro diacono, dicens: vt ab Imperatoris famulatu recedens, à Caſinenſium quoque fratrum ſocietate ſe ſepararet. Indignum eſſe vt ipſe Romano genere exortus, exteros præferat contribulibus, Romanam eccleſiam liquens. Proinde ſi Caſinenſibus dimiſſis, illos impugnare modis omnibus malet: ſe illũ inter capellanos ſuos habiturum: & quæquæ illi neceſſaria præbiturum. Ad quem ille tale remiſit reſponſum: gratias agens quod ſe tanti æſtimaſſet, vt obſequio ſuo dignum iudicaret. Cæterum non poſſe ſe ſocios in tali articulo conſtitutos deſerere. Poſt peractum negocium, ſe in ſeruitio ſedis Apoſtolicæ & in fide Romani pontificis quoad vixerit, ſi ille vellet, permanſurum. Poſt hoc decreuit Papa per omnia loca Caſinenſi monaſterio ſubdita litteras mittere, vt Caſinenſi Abbati & monachis non obedirent: omniáque cœnobia quæ ſub præpoſitis erant, ſibi Abbates eligerent. Sed omnipotens Deus conſilium pontificis voluntatémque impediuit. Itaque (vt ad ſuperiora redeam) dum Cardinales à facie imperatoris exiſſent, quidam Ciſtellenſis monachus eminus adſtans, ſubſannare cœpit Caſinenſes monachos: quod filio Petri Leonis adhæſiſſent: & Abbatem

ſibi

A ſibi abſque conſilio Papæ elegiſſent: aſſerens electionem irritam fuiſſe. Ad quem Petrus, electio (inquit) eius iuxta antiquam monaſterij conſuetudinem facta liquidò conſtat. Ciſtellenſis ait. Rainaldus veſter Abbas non fuit: ideóque facta eius pro nihilo ducenda ſunt. Petrus. Non ſolum qui Caſinum habitabant, verum & omnes circummanentes eum vt Abbatem habuerunt. Ciſtellenſis ait. Electio tamen illius ficta & reprobata fuit. Ad hæc Lotharius. De omnibus (inquit) quæ contra noſtram cameram, Caſinenſem eccleſiam, Ciſtellenſis obiecerat, Petrus diaconus lucidè ſatis apertéque reſpondit. Sed huius altercationis iſte ſit finis. Singuli ad hoſpicia redeant: mane rurſus ad conflictum redituri.

Item de eodem Ciſtellenſi monacho. Cap. CXV.

B Die altera vbi lux eſt reddita terris, Imperator accerſitis magnatibus ſuis in conſiſtorio reſedit: & vtraſque diſceptantium partes coram ſe ingredi iuſſit. Et dum veniſſet Ciſtellenſis, huiuſmodi diſputationis initium dedit. Princeps monaſtici ordinis Benedictus regulam ſcribens vitæ deſcripſit modũ. Vos illius præceptorũ immemores, multa adieciſtis, nonnulla ſubduxiſtis: nec veremini. Aliter autem ille iuſſit agere. Petrus. Quid cõtra regulã agamus in cõſpectu Domini noſtri inuictiſſimi Imperatoris edicito. Ciſtellenſis ait. Contra regulã agitis de cibo, de potu, de indumentis, aliiſque quam pluribus. Petrus. Falſus teſtis non erit impunitus. Nam Caſinenſes monachi cum regula, non contra regulam agunt. C Veſtimenta habemus quæ corpus contegant, nuditatis verecundiam arceant, & frigoris iniuriam repellant. Ciſtellenſis. Cur nigris ſemper veſtimentis vtimini? Petrus. Quia talibus Benedictus pater vſus eſt: vt habitu quoque mundo renunciaſſe videretur. Hæc & his ſimilia multa cum dicerent: Lotharius Imperator dixit. Et ſi varia contra eccleſiam Caſinenſem protuliſtis: quia tamen ad veſtra fulmina, apertè ſatis Petrus diaconus & Romani imperij fidelis reſpondit: omnémque mentium noſtrarum fugauit ambagem: quiſque ad ſuum hoſpitium redeat: mane rurſus ad conflictum remeabitis. Petrus autem imperiali cauſa cum Bertulfo cancellario noſtro remanet, imperij ſeruitia pacturus. Hæc vbi Cæſar edixit: ad tentoria ſua quique receſſere. Nocte verò adueniente imperator pro tribunali ſedens, annales principum atque imperatorum coram ſe D afferri ac recitari iuſſit. Vbi autem ſolis iubar matutinum illuxit Cæſar accitis aulicis vtraſque partes ingredi iuſſit: & cum adeſſent ſic exorſus eſt. Ea quæ conferenda ſunt, præcipimus vt ſcripturarum teſtimoniis roboretis: vt amotis omnibus dubietatis ambagibus iuſtitiæ ac veritati tenaciter inhærere valeamus. Ciſtellenſis reſpondit. Iure cum adoleſcente iſto pro Caſinenſi eccleſia congrediendum eſſet: niſi de ſciſmate & hæreſi, ipſe & Caſinenſis eccleſia notata eſſet. Petrus. Erubeſcens conticeſcat lingua frenetica: quæ prius in latratum quam in æqua verba prorupit. Ad hæc imperator anticipans: Quoniam inquit pro Caſinenſi eccleſia ſolus congredi aduerſus omnes cœpiſti: grauiter, non furioſe reſpondere te conue-

S. Benedictus nigris veſtibus vſus.

nit. Indecens enim eſt, vt in imperiali aula morantes, & prothodomeſtici imperatoris effecti, in honeſtum quid aut inſulſum in ſermone, in inceſſu habitúve proferatis. Petrus. Si quid imperator inuicte, ſeruus veſter in locutione peccauit, iſte me compulit: qui ab ipſo diſputationis exordio ab iniuriis cœpit, & in iniuriis perſeuerat. Ciſtellenſis. Dic vbi iniurias irrogaui? Petrus. Cum nobis excommunicationis & ſciſmatis titulum affixiſti. Ciſtellienſis. Si placet edicito, quid ſit iniuria. Pe. Iniuria eſt quæ verbis fallentibus irrogatur. Vos autem falſiſſimè loqui ante Dominum Imperatorem veriti non eſtis, cum hæreſim nobis immiſiſtis. Cum plura diſputaſſent, peregrinus patriarcha reſpondit. Iuſta & competenti ratione conſtat Ciſtellenſem à Petro diacono fuiſſe ſuperatum: ideóque huius controuerſiæ iſte ſit finis. E F

Quomodo idem Imperator æterna dignus memoria, pro tuitione monachorum pontificem adierit: & quomodo eius interuentu à Pont. ſint recepti: & de legatis imperatoris, Conſtantij & de philoſopho Romanā eccleſiam improbāte.

CAPVT CXVI.

DIe altera Girardus cardinalis ex parte ſedis Apoſtolicæ veniens, Imperatore pro tribunali reſidente, ait: Romana eccleſia ſacratiſſime Imperator, & ſemper auguſte, non ab hominibus neque per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum fundata eſt: qui Petrum Apoſtolorum principem illuc direxit, cui etiam claues regni cœlorum tradidit: & idcirco nullum illius gratia violari debere Apoſtolicus cenſet. Petro autem reſpondente nunquam Romanum pontificem à Caſinenſibus monachis ſacramentum exegiſſe, Girardus ait idcirco vos non hæc quæſiſſe: quia vſque ad illa tempora in eccleſiæ vnitate mãſiſſent: ſed poſtquam ſciſma incurriſſent, abſque ſacramento recipiendos non eſſe: protulítque iuſſu Papæ Innocentij capitulum Niceni concilii: vt reuertentes à ſciſmate, abſque ſacramento non reciperentur. Lotharius imperator dixit. Non vos idcirco congregaui, vt canonum iura ſeruetis: ſed vt benignè, & leniter, cum eccleſia Caſinenſe ageretis. Meminiſſe debetis, quę in Romana eccleſia beneficia ipſe contulerim, quot & quanta pericula pro vobis cum exercitu perpeſſus ſim, qualiter annum integrum ac menſes duos in tentoriis egerim, quot propinquos & amiciſſimos inter bellorum amiſerim fremitus. Non enim Caſinenſes fratres ad inimicum pontificis, ſed ad Romanum Imperatorem, eccleſiæ propugnatorem confugere. Poſtremò ſi me à ſpe fruſtratum eſſe vultis, conteſtor hodie ſciſma inter me & pontificem futurum: & pro amico obſequentiſſimo, infeſtiſſimum fore inimicum. Cumque ad hanc Imperatoris vocem exercitus omnis acclamaſſet, rectáque proſecutum fremens diceret: primò per omnes epiſcopos, ſecundo per Archiepiſcopos, tertiò per Aquilegienſem patriarcham, quarto per Abbates, quinto per comites, ſexto per Marchiones ac principes, ſeptimo per Richizam auguſtam, octauo per ſeipſum imperator pontificem hac de cauſa rogauit. Mandat dehinc pontifex Imperatori de G H

Caſinen-

A Caſinenſi eccleſia conſilium eius voluntatémque facturum. Cæſar hoc nuncio lætior factus, rurſus per ſeipſum pontificem adiit. Supplicanti itidem pro Caſinenſe monaſterio, Miror (ait) pontifex cur tanta pro illis oras inſtantia, qui te ac me anathematizarunt, qui Petri Leonis filiũ pro Papa receperũt, qui coronæ alteri obtemperarunt, hactenúſque in priori nequitia durarunt. Tunc Imperator clementiſſimus totus ſolutus in lachrymas dixit. Scio equidem illos hęc omnia ideo egiſſe, vt integer ad nos eccleſiæ ipſius ſtatus perueniret: Nam ſi ſecus egiſſent, eccleſia illa ab hoſtibus noſtris euerſa iaceret. Vnde oro vt cenſuram, qua plectendi illi erant, in me retorqueatis. Si cædendi ſunt, ego pro eis dorſum ſubmitto: ſi deponendi, deponi pro eis volo. Tunc Papa canonicæ ſeueritatis rigo-
B rẽ, veſtri cauſa, temperamus: Iure enim deponendi erant, qui participarũt excõmunicatis, qui pontificem ſuum anathematizarunt. Sed nos lenitate vſi atque clementia, veſtri amoris gratia, cuncta dimittimus: Ita tamẽ, vt filiũ Petri Leonis eiúſque cõplices anathematizent: mihíque ac ſucceſſoribus meis obedientiã promittant. Iſta dũ Imperatori placuiſſent, B. Martyris Simphoroſię die miſit Imperator cum electo & fratribus Henricum ducem generũ ſuum, Conradum ducem nepotem Hẽrici quinti Imperatoris, Othonem cõſobrinũ ſuum, omnéſque Archiepiſcopos, epiſcopos, comites, duces, ac Romani imperij proceres. Cũque ad Papæ tentoriũ appropinquaſſent: Cardinales occurrẽtes interrogabãt, ſi Rainaldus Abbas Caſinenſis filium Petri Leonis renuere paratus eſſet. Quod cum ille an-
C nuiſſet protinus eum in hæc verba iurare fecerunt. Ego Reinaldus refutò & anathematizo omne ſciſma, & omnem hæreſim extollentem ſe aduerſus ſanctam & Apoſtolicam eccleſiam. Anathematizo etiã filium Petri Leonis & Rogerium Sicilię comitẽ, omnéſque illorum complices: & obediens ero Domino Papæ Innocentio, & ſucceſſoribus canonicæ intrantibus. Cũque Rainaldus in hęc verba iuraſſet, reliquos ſimiliter iurare cogebãt. Illi autẽ patri Benedicto eiúſque ſucceſſoribus ſe iuraſſe: atque ideo ſacramentum ſe exhibere non poſſe dicebant. Tunc Rainaldus ex patre patris Benedicti ac ſua præcepit, vt obedientiam quã beato Benedicto & eius ſucceſſoribus ſibíque exhibuerant: in manu Papæ promitterent. Síc-que conſtricti, fratres quod electus ad Euangelia, hoc illi iuxta tenorem
D chartulæ in manu Epiſcopi Hoſtienſis iurauerunt: adiecto hoc inſuper quod ſi Caſinenſis à Romana eccleſia diuiſa fuerit, ego in monaſterio nõ remanebo: neque Abbati obediẽtiã, niſi (ſalua Romani imperij fidelitate) ſeruabo. Hæc vbi ad Papæ libitũ impleta ſunt, ab excõmunicationis nexu abſoluti, nudis pedibus ad Papæ veſtigia, dein ad oſculũ recepti ſũt. Petrũ verò diaconum Innocentius ad ſe euocans, dixit. Præcipio tibi in virtute ſpiritus ſancti, & per ſacramẽtum quod hodie mihi ac ſucceſſoribus meis præſtitiſti, te adiuro: vt quacunque hora litteras vel nuncium meum acceperis, non habeas licentiam vltra remorandi: ſed quamprimum poteris veſtigiis ſedis Apoſtolicæ & pontificis, qui pro tempore fuerit, te repræſentare ſtudeas. Nolo enim vt per te Romana eccleſia inquie-

tetur. Poſt hæc Rainaldus ad Imperatorem deductus,& ab eo magno cum honore ſuſceptus, cum fratribus inter imperij Capellanos conſtitutus eſt. Nam vſque ad eam diem Imperatoris obtutibus præſentatus non fuerat. His porrò diebus legati Ioannis Conſtantinopolitani Imperatoris ad Auguſtum Lotharium venerunt:congaudentes & munera illi magna offerentes, ob victoriam contra Rogerium à Deo ſibi datam. Inter quos quidam philoſophus veniens, & ante Imperatorem ſtans, canino latratu ſanctam Romanam & Apoſtolicam ſedem, totámque occidentis eccleſiam corrodere cœpit:ac dicere,Romanum Pontificem Epiſcopum non eſſe,clericóſque Romanos excommunicatos & anathematizatos dicere. Ad quem conuerſus Petrus, cœpit ingentem verborum habere conflictum. Sed cum cœptæ diſputationi nox finem imponeret,Lotharius iuſſit vt ſummo mane ad imperiale conſiſtorium conuenirent:ac ſi quid Græcus contra Romanam eccleſiam vellet obiicere licenter poſſet. E F

De diſputatione eiuſdem Philoſophi, & reſponſione Petri.

Cap. CXVII.

QVod cum factum eſſet,Græcus in hanc vocem prorupit: Viri cordati, & bono ſenſu præditi attendite, & in veſtræ mentis ſolio æqua libra perpendite; an debeat Catholicus cum excommunicato conferre ſermonem. Petrus diaconus exiſtimans Græcũ contra ſe iaculum excommunicationis intorſiſſe, dixit: Contra quem telum excommunicationis acueris (ſi placet) edicito, contra me an contra omnem eccleſiam? Græcus,& contra te,& contra omnem occidentis eccleſiam. Pe. Cur quæſo? Græ. Quia decreta Niceni concilij tranſgreſſi eſtis. Pe. In quo trãſgreſſi ſumus ſtatuta Niceni concilij? Græ. In eo quod adiunxiſtis ſpiritum ſanctum à filio quoque procedere. In eo quippe concilio ſcriptum eſt, ſpiritum ſanctum à patre procedere. Pe. Si nos ideo excommunicati ſumus quia adiecimus ex filio procedere ſpiritũ ſanctum: & vos ergo excommunicati eſtis qui addidiſtis ex ſolo patre procedere. Ad hæc Græcus obticuit: atque poſt paululum ita exorſus eſt loqui: In occidentali climate propheticum illud videmus impletum, Erit vt populus ſic ſacerdos: cum pontifices ad bella prodeunt, vt Papa veſter Innocentius facit. Pecunias diſtribuunt, milites congregant, purpuram induunt. His & aliis multis inter vtrúmque agitatis quæſtionibus, diei imponunt finem. Idem ſua Petríque reſponſa in Græcum tranſtulit, Imperatori & patriarchæ deferenda. Auctoritates quoque per quas Græci vxores in ſacerdotibus defendebant, Petro tunc in ſcriptis dedit. Imperator ea controuerſia mirum in modum delectatus, ipſum diaconum Auguſtæ interuentu, & Henrici atque Conradi ducum precibus, logothetam à ſe exceptorem, auditorem, chartularium & Capellanum Romani Imperij conſtituit. G H

A *Quomodo Imperator claſſem contra Salernum direxerit: & quædam alia.* Cap. CXVIII.

IDem verò Imperator naualem exercitum congregans, eíque Guibaldum præficiens, Abbatem Stabulenſem aduerſus Salernum direxit. Pugna ergo commiſſa, plurimíſque vtrinque cadentibus, conſilio inter ſe inito Salernitani ſeipſos atque vrbem imperiali clementiæ ſubdunt. Ea res inter Cæſarem atque pontificem diſſidij materiam præbuit: dicente Papa vrbem illam ad ſe pertinere, Imperatore contra, iuris ſui eſſe aſſerente. His diebus Petrus Caſinenſis, Cæſare aſſiſtente atque magnatibus, queſtus eſt monaſterium ſancti Benedicti intra Barim à monaſterij
B noſtri ditione ſubductum à Barenſibus ciuibus ex eo tempore quo Abbas Deſiderius (qui & Victor Papa tertius) defunctus erat. Imperator cum petiſſet à ciuibus vt illic deberent ius demonſtrare, nihil ſe habere dixerunt. Petrus, iubente Cæſare audientibus omnibus legit, quomodo illud Pipinus Imperator & Carolus Magnus ipſius filius omnéſque poſtea Imperatores Caſinenſi Cœnobio conceſſerant. Hac ergo monaſterij ratione cognita, Cæſar Barenſibus iuſſit vt beato Benedicto illam eccleſiam redderent c. librarum auri pœna propoſita, ſi id renuere tentaſſent. Conqueſtus eſt etiam idem Petrus contra Robertum comitem, quod eccleſiam ſanctæ Scholaſticæ intra Pinenſe territorium cũ aliis poſſeſſionibus, & eccleſiis plurimis, cuidam militi ſuo in feudum tradidiſſet: &
C decernente ipſo imperatore, renunciantéque comite, ipſas protinus recuperauit. Idem verò Imperator ob eximiam deuotionem, ſpeíque ſuæ ſingularem confidentiam, quam in patre Benedicto, poſt Deum, collocauerat: ſub Vadimonio conſtrinxit omnes proceres Samnij, Liguriæ, Piceni, Peligni, Apuliæ, Liburiæ, atque principatus, vt ſub intentatione iræ ſuæ mox vt ad ſua remeaſſent, cunctas beati Benedicti poſſeſſiones Caſinenſi Cœnobio redderent: quas vſque ad diem Iuſtiniani magni temporibus iniquè retinuerant: appoſita mille librarum auri pœna ſi iſta contemnerent.

Quomodo Rainaldus Abbas ad monaſterium reuerſus, fidem quam promiſerat tranſgreſſus eſt. Cap. CXIX.

D RAinaldus verò accepta ab Imperatore atque pontifice remeandi licentia, Caſinum reuerſus eſt. Petrum verò diaconum & Bertulfum manſionarium Imperator ſecum detinuit. Petrus tamen quia corporis moleſtia laborabat, accepta ab Imperatore licentia, Caſinum xv. dies remoraturus aſcendit. Miſit autem pontifex cum dicto Rainaldo Baldouinum preſbyterum Cardinalé: præcipiens vt filiũ Petri Leonis à Caſinenſibus monachis anathematizari faceret, ac Papæ eiuſq; ſucceſſoribus obedientiam ab ipſis exigeret. Quod ita factum eſt. Per idem tempus memoratus Rainaldus à quibuſdam æmulis Imperatori accuſatus eſt, quod Rogerio faueret illius nuncios ſuſcipiens: & forte tunc Rainaldus

in morbum maximum inciderat. Imperator his commotus, hoſtémque eum imperij iudicans, ſacram illi imperialem direxit: mandans vt abſque mora ire ad illum maturaret: Petrúmque diaconum vnà cum decano Caſinenſi, ad ſe ſub omni celeritate tranſmitteret. Ille verò cum graui languore teneretur, Petrum diaconum (vt ab Imperatore iuſſus fuerat) miſit, monaſteriumque tueri: ipſe verò caſino remanſit. His quoque diebus ſupradictus electus nuncios ad Gregorium (cuius ſupra meminimus) miſit: mandans vt veniret Caſinenſeque cœnobium (ſicut & prius) contra Imperatorem muniret. Quod cum fratres exploraſſent, Imperatori ſignificari ſtuduerunt. Qui continuò cohortem militum miſit, monaſteriúmque tueri iuſſit. Rainaldus non ignarus quid ſibi pararetur, ſeceſſit ad cellam infirmorum. Adueniens autem Bruno Imperatoris campiductor cum exercitu, monaſterium occupat: electúmque ſeruari à militibus iubet. Eo etiam tempore cum Imperator Capuæ remoraretur, fratres monaſterij ſancti martyris Chriſti Vincentii illum adeuntes, aduerſus Caſinenſe cœnobium conqueſti ſunt: quod illis abſtuliſſet caſtrũ Cardetum, Vitæcuſum, Vallem rotundã, Saraceniſcum, & poſſeſſiones alias quas iuris ſancti Vincentij fuiſſe conſtaret. Aderat quærelæ Petrus diaconus qui rei indignitate permotus, illos præſente cæſare rogare cœpit ſub quo Imperatore caſtra ipſa monaſterio ſancti Vincentij collata eſſent. Qui cum Ludouicum ſecundum protuliſſent: Petrus eos iniuſtè contra Caſinenſe cœnobium Calabriæ arguit: prolato præcepto Iuſtini ſenioris & Iuſtiniani, de poſſeſſionibus monaſterij quod ante Ludouici tempora trecentos fermè annos conſcriptum fuiſſe conſtabat. Imperator autem æquitatis ratione perſpecta, ſententiam protulit dicens: iniquum eſſe, & indignum, vt Caſinenſis eccleſia, ſingulare imperij Romani ornamentum, aliquid ſuo tempore amitteret ex his quæ ante ſexcentos fermè annos habuiſſe conſtaret: eáque omnia Caſinenſi cœnobio perenniter poſſidenda firmauit: decreti ſui contemptoribus mille librarum auri pœna propoſita. Sícque omnibus negociis ritè ordinatis, ad ſancti Germani oppidum cum exercitu, Papa quoque comitante, peruenit: ibique Rainaldo tunc ſub cuſtodia degente, honorifica proceſſione ſuſceptus eſt. Et eo quidem die electus ipſe in ſecretario baſilicæ ſancti Saluatoris cuſtoditus eſt. Poſtmodum verò ad monaſterium vbi examinandus erat ſub cuſtodia diligenti remittitur.

De aduentu Imperatoris ad monaſterium, & de examine Abbatis.
Cap. CXX.

Alia die Imperator direxit Hannonem Abbatem Cœnobij Lunæburgenſis, & Petrum diaconum ad monaſterium: per eos fratribus mãdans, ne quid incompoſitum aut indiſciplinatum in habitu in inceſſu ſeu locutione præferrent: Venturũ ſe ad monaſteriũ cũ Cardinalibus, archiepiſcopis, epiſcopis, principibus, ducibus, religioſiſque ex omni imperio viris. Ac ſiquidem inuenirent Rainaldũ tãto ordine indignũ, cõfeſtim eum remoueret:

A remoueret: atque in beati Benedicti ſede idoneum præponere omni ſtudio quæreret. Ipſe verò coronam patriciatus accepturus, in ciuitate remanſit: quippe tunc exaltationis ſanctæ crucis agebatur celebritas. Cũ verò illuxiſſet, Richiza Auguſta montem totum pedibus aſcendit, Papa in ciuitate remanente. Lotharius quoque Imperator innumero vallatus exercitu Caſinũ peruenit, atque a fratribus maximo cũ honore ſuſceptus eſt. Obtulit autẽ ipſo die S. Benedicto pluuiale optimũ aureis liſtis ornatũ: & planetã eiuſdem operis. Candelabra quoque argentea duo librarum fermè xiij. auri marchã vnã: & xix. marchas argẽti. Richiza autẽ Auguſta poſuit ſuper altare ſtolam phrigiam cum manipulo ſuo, & mitram auro decenter ornatam. Eo etiam die dum idem Imperator in eccleſia conſiſteret, B Rainaldus fratres ad capitulũ conuocans, oſtendere cœpit ſe ab eis electũ ad illorum nutum Abbatiam dimiſſurum: Nihilque opus eſſe pro hac re fatigari. Et cũ hæc, & alia multa repeteret, quidã ex laicis capitulũ ingreſſi arguere fratres cœperunt: quod Abbatem vellent in tanto diſcrimine conſtitutum relinquere. Fratres autem indignatione commoti illos verberibus affectos capitulo deturbant: clamantes illũ ſe Abbatẽ vlterius nolle: qui monaſterium non monachorũ, ſed laicorum præſidio tenere mallet. Dehinc circa ſolis occaſum Papa Innocentius nuncio ad monaſterium miſſo, mandat fratribus per fidem & obedientiam, quam ſibi & beato Petro promiſſerant, eidem electo vlterius non obedire, illumque ex ipſo cœnobio quamprimum deturbare: obſeruantibus præcepta ſua C gratiãſuã, contemnentibus perpetuum exilium indicens. Mane facto Aimericus diaconus Cardinalis, Romanæ eccleſiæ cancellarius, & Gerardus Cardinalis ſanctæ crucis, & Abbas Clareuallenſis, ab eodem Papa tranſmiſſi ſunt: qui Rainaldum ipſum examinarent: & à monſterij cura amouerent. Reſidente itaque Imperatore in capitulo, cum imperij proceribus conſedente quoque Peregrino Aquilegienſi patriarcha cum Archiepiſcopis, Epiſcopis, Cardinalibus, Abbatibus, iuſſerunt electum introduci: multa contra eum proferẽtes, rebellem hoſtẽque imperij clamantes. Tũc quidam exurgens in medium dicere cœpit, eum poſteaquam cũ Henrico duce conuenerat, hoſtem pontificis atque imperatoris claruiſſe. Cõtradicente illo, iubet Imperator vtramque partem capitulũ egredi: vt cũ patriarcha & Cardinalibus inde conſultaret. Tunc peregrinus patriarcha, D Aimericuſque diaconus Cancellarius, dixerunt illum tanto cœnobio præeſſe non poſſe multis ex cauſis: quod ſcilicet à filio Petri Leonis ſubdiaconus ordinatus eſſet, Sacramentúmque Rogerio regi præbuiſſet: tum quia contra præcepta canonum, excommunicati eligere non potuiſſent. Poſtremò quod contra eccleſiaſtica inſtituta ſubdiaconum elegiſſent: proferentes Eugenij Papæ capitulum ita ſcribentis: Abbates per monaſteria tales eligantur & ordinentur: qui ſacerdotali vel leuitico honore ſint præ- „ diti &c. Sed cum iam ſol ad occaſum vergens noctem indiceret terris, im- „ peratore iubente ſolutus conuentus eſt.

Quomodo monachi fuerunt examinati ſuper electione præfati Abbatis. E

Cap. CXXI.

DIe altero imperatore reſidente in capitulo cũ prælatis atque magnatibus, electus in mediũ ſurgens cũ vellet obiecta diluere, priuſquam verba finirent ſurgẽtes fratres accuſare illum cœperunt ſicut & prius, dicentes electionem eius ſeditioſè non canonicè fuiſſe celebratam. Hi autem qui ex parte eius erant eos mendacij inſimulabant: ſicque coram omnibus variis ſe verborũ contumeliis afficiebant. Imperator his motus ſurrexit: & manu ſilentium indicens, multum ſe mirari dixit tantam congregationem adeò inordinate loqui, negociáque ſua tam indiſciplinatè agere. Præcepit itaque vt rationabiliter negocia ſua exequerentur. His dictis reſedit: & reliquis conſedere iuſſis congregationem ita affari cœpit: electionem Abbatis in tanta diſcordia ſe plenè examinare non poſſe: niſi ambæ ſeorſum partes audirentur: iuſſitque vt omnes Archiepiſcopi Epiſcopi, & Abbates, parſque quæ electo fauebat ianuis obſeratis conuenirent. Quod dum factum eſſet, Hanno epiſcopus Baſilienſis dixit. Si quid contra electum habetis, rationabiliter & non tumultuoſè proferte. Tunc quidam ex eis illum accuſare cœperunt: quod electionem ſuam muuere linguæ & manus promiſſione redemiſſet. His ita proſequentibus Pandulfus veſterarius exurgens dixit. Sunt quidem multa quæ aduerſus electum proferri poſſunt: ſed illud intolerabile, quod à filio Petri Leonis ordinatu ſeſt: indignumque valde ducimus, vt in tanta eccleſia (quæ monaſteriorũ omniũ caput ac mater eſt) Abbas ſubdiaconus ſit: qui nec miſſarum ſolemnia celebrare, nec poſſit à delictis abſoluere. Tunc Anſelmus epiſcopus: Multa (inquit) aduerſus electum proferuntur: Sed hoc potiſſimum ad deponendum illum obiicitur, quia teſte Domino fundamentum quod ſuper arenam collocatur durare nõ poteſt. Vnde ſi placet ſepoſitis cæteris, hoc vnum teneamus. Quod cum placuiſſet, cæteris fratribus egredi iuſſis, Rainaldum cum ſuis ad ſe purgandum introduci præcipiunt. Et cum diu moras traherent mandat Imperator his qui ad diſcutiendum conuenerant: vt electo ſuaderent ſe ipſum in poteſtatem Imperatoris ac pontificis ponere: vt quicquid illi ſtatuerent, hoc ipſe abſque dilatione ſequeretur. Ad hæc ille diu cunctatus tandem conſenſit: ſéque illis liberè ex toto promiſſit. Poſt hæc omnibus ad Imperatorem reuerſis Baſilienſis epiſcopus geſta omnia cunctis per ordinem pandit. Demum Imperatore ſciſcitante an qui electo fauerant idem facere vellent, ad omnia eos paratos inuenit: ſicque ſecundi diei conuentus ſolutus eſt. Acta ſunt hæc quarta: & quinta feria tertiæ hebdomadis, menſe Septembrio, ſecundo poſt feſtum ſanctæ crucis die.

F

G

H

Quo-

A *Quomodo Pontifex iratus fuerit contra Imperatorem, eo quod ſe immiſcuiſſet dictæ examinationi: & quomodo Pontificem placauerit.*

CAPVT CXXII.

POſthæc mittuntur ab Imperatore qui Papæ Innocentio rei ſeriem indicent. Qui dum veniſſent, iratum eum valde inuenerunt, prohibitíque ſunt ad eum ingredi: quia præſente Romano Pontif. Imperator cum optimatibus ſuis Caſinenſis Abbatis examinationem facere præſumpſiſſet. Quamobrem Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Abbates qui adſtiterant officio priuare minatus eſt. Reuerſi autem qui miſſi fuerãt, quæ B apud Papam inueniſſent Imperatori nunciare ſtuduerũt. Imperator Pontifici mandare curauit, quæ geſta erant, ſimpliciter & non ad eius iniuriam: ſed ad honorem magis facta eſſe. Omnia quippe ex eius poteſtate pendere, quicquid ipſe decerneret, id omnes pro rato haberent. Atque ideo aliquos à latere ſuo dirigeret, qui retractantes omnia, quid iuſtum eſſet inde decernerent. His placatus antiſtes vj. feria quattuor temporum Aimericum Cancellarium, & Girardum, alióſque Cardinales eandem electionem examinare direxit. Qui dum aduenientes, eam rem diutius diſcuterent: conuenientes in refectorium omnes monaſterij priores dixerunt Rainaldum omnino amouendum eſſe: quia fuiſſet ab excommunicatis ordinatus. Poſt hæc ſigillatim de perſona eligendi Abbatis tra- C ctare cœperunt. Vbi cum varias ſententias animaduerterent: egreſſi in clauſtrum monaſterij, conuocato electo ex parte Apoſtolicæ ſedis, præceperunt vt iam à monaſterij cura quieſceret: quia vltra iam Abbas eſſe non poſſet. Sícque ad Papam redeuntes, geſta omnia referre ſtuduerunt.

De depoſitione præfati Abbatis Rainaldi. CAP. CXXIII.

SEquenti die rurſus aſcendentes ad monaſterium, in capitulo reſedere: vbi poſt factum à venerabili Clarauallenſe Abbate ſermonem, Cardinales auctoritate Apoſtolica Rainaldo Abbatiæ officium interdixerũt: ſicque vnà cum Imperatore prælatis imperiíque proceribus ſurgentes, beati Benedicti Eccleſiam intrant: eundémque Rainaldum Aimericus Cancellarius, Peregrinus Aquilegiẽſis Patriarcha, & Girardus Cardina- D les euocantes, depoſitionis in eum tulere ſententiam. Sícque illorũ iuſſu aſtantibus omnibus virgam & anulum & regulam ſupra corpus ſanctiſſimi Benedicti depoſuit. Et Rainaldi quidem hic exitus fuit. *Forma depoſitionis Abbatis.*

Quomodo tractare cœperunt de electione noui Abbatis, & de difficultate facta. CAP. CXXIIII.

POſthæc in capitulum conuenientibus, Girardus Cardinalis ita loqui orſus eſt. Noſtis amantiſſimi fratres, quia iuxta regulæ præceptum Abbas iubetur à fratribus eligi. Sed vos licet veſtra obligatio hac poteſtate priuauerit, iamque ad Romanam Eccleſiam huiuſmodi electio per-

tineat: tamen ob vnitatis bonum hac vos vti poteſtate per omnia volumus. Verùm ex præcepto ſedis Apoſtolicæ iniungimus vt xij. ex omnì cógregatione fratres eligatis, qui vnà nobiſcum dignum tanto officio eligant. Fratribus omnino renuentibus electionémque liberam poſcentibus, cum ad eam rem Cardinales flecti non poſſent: magna vtrinque eſt orta diſſenſio. Pars enim quæ Rainaldo fauerat, nunquam ex eo cœnobio ſe Abbatem electuros: Cardinales contra nunquam vt tanto monaſterio aliunde Abbas quæreretur paſſuros profiteri. Sed cum pars neutra cederet: plurimis fruſtra conſumptis verbis, Cancellarius iratus ex parte Romanæ Eccleſiæ interdixit, ne vllam omnino electionem facere auderent. Síque ad Papam ingreſſi, rei ordinem pandunt. Poſt hæc Imperator è ſuo latere ſtrenuos viros ad Innocentium dirigens, rogat vt monachis eligendi auctoritas reſtitueretur. Annuit votis precantis pontifex: priuilegiáque ſibi & præcepta monaſterij omnia ad legendum ex monaſterio mitti poſtulat: factúmque ita eſt. Relectis itaque coram pontifice, de Abbate eligendo, Caroli Regis præceptis, & Benedicti vij. Leoníſque noni priuilegiis, quibus continebatur quomodo Henricus primus Romano pontifici vij. Benedicto conſecrationem Theobaldi Abbatis Caſinenſis (quem ipſe imperator ordinauerat) conceſſit: & vnum in eundo prandium alterum in redeundo, reliqua imperio Romano reſeruauit. Idque ipſum Conradus & Henricus ſuus filius confirmauerunt: lecto itidem præcepto Caroli, vt Abbas in Caſinenſi cœnobio ille eligatur, quem digniorem Romanóque imperio fideliorem inueniſſent. Victus rationibus pontifex Caſinenſis Abbatis electionem fratribus, ordinationẽ Lothario Imperatori eiúſque ſucceſſoribus conceſſit atque firmauit: Sibi verò ſuíſque ſucceſſoribus Abbatis confirmationem: prandiúmque in eundo Beneuentum ac redeundo reſeruauit.

De electione Guibaldi: & de piiſſimo affectu Imperatoris erga monachos, ita vt in cunctis, illis faueret: & alia de eo & eius coniuge plura, & valde notabilia. CAP. CXXV.

IAm verò Chriſto duce quomodo Guibaldus electus ſit aut quis ille fuerit ſcribamus. Hic natione Lotaringus, & à puero in Stabulẽſi monaſterio monachus, omnibus liberalibus diſciplinis inſtitutus eſt. Qui ab Henrico quinto imperatore eiuſdem monaſterij Abbas effectus eſt, quo tempore Lotharius Imperator vnà cum Innocentio intrauit Italiam, nauali expeditioni præfectus, Neapolíque tranſmiſſus eſt. Qui ad patris Benedicti limina veniens, atque ob ſuprà memorati Rainaldi electionẽ, turbatam Eccleſiam Caſinenſem cum inueniſſet in capitulum veniens monere fratres cœpit, vt pacificè atque concorditer ſecundum beati Benedicti regulam viuerent. Reminiſci illos debere per totum ferè orbem ſanctæ prædicationis fluenta, & monaſticæ vitæ inſtituta ex eodem loco manaſſe: Quæ & quanta pater Benedictus ibi ſigna patraſſet: Caſinenſéque cœnobium, & regulæ deſcriptione, & corporali requie, caput omnium

A nium monaſteriorum perpetuò conſtituiſſe. Poſtremò quoniam propter filium Petri Leonis ab Eccleſia diſiuncti & ſeparati eſſent, opportere dare operam vt reconciliarentur Eccleſiæ: vt tantæ ſanctitatis inſignia ad antiquum decus remearent, & Innocentio Papæ (quem ſequebatur orbis totus) iungerentur. His dictis, patri Benedicto ſe ac fratribus commendans, profectus eſt. Tunc itaque diuiſis fratribus, cum ſibi non crederẽt: nouiſſimè hæc omnibus ſentẽtia placuit, vt in Caſinenſi cœnobio Abbas de Imperatoris latere eligeretur. Quod dum Innocentio Papæ retuliſſent omnino reniti ac reluctari cœpit: nullo modo ſe paſſurum aſſeuerans, vt in Caſinenſi cœnobio exter aliquis eligeretur, vel alicui extraneo illa Eccleſia ſubiiceretur: quæ Romanæ ſedi Stephanum ſeptimum, Victorem B tertium, ſecundúmque Gelaſium pontifices dederat, multíſque aliis Eccleſiis catholicos idoneóſque paſtores emiſerat. Statuerat fermè Nicolaum olim Abbatem reſtituere. Fratres tunc Imperatori Caſino moranti rem aperiunt: orant ſupplices, vt ſicut olim Henricus magnus Theobaldum, Conradúſque Richerium, ita & ipſe ex ſuo latere Abbatem eis daret. His verbis Imperator ſolutus in lachrymas permiſſurum ſe prius omnium Eccleſiarum priuilegia conceſſionéſque conuelli: quam quippiam ex dignitatibus Caſinẽſis Eccleſiæ minui, & ante omnium Epiſcoporum ac totius orbis Abbatum ordinationes, quam ſolius Caſinẽſis tolli. Nam niſi ex Caſinenſibus monachis Abbas eligatur, Abbas non eſt: & qui electionem monachis tollit: omnia monaſterij iura cõuellit. Iam verò quis C tanti Imperatoris clementiſſimum animum non admiretur? Sederat ad ſedandas diſſenſiones fratrum in capitulo, à prima diei hora vſque ad veſperam, abſque cibo potúque perdurans, dum paci vnitatíque conſuleret. Nempe enim ſub imperij clamide cœleſti militabat regi. Nam (vt ipſe teſtis ſum) in expeditione conſtitutus: ſummo diluculo Miſſam pro defunctis, dehinc pro exercitu, tertiam, poſtremò diei Miſſam audiebat. Demum viduis & orphanis cum Auguſta pedes lauans, tergebat crinibus & oſculabatur: cibúmque illis ac potum large diſtribuens: quæſtionéſque & oppreſſiones Eccleſiarum prius releuans, vltimo in loco eas quæ imperij erant ponebat. Quamdiu verò in Caſinenſi clauſtro remoratus eſt, ita omnes officinas monaſterij, ac ſi Abbas vel decanus circuibat: ſcire cupiens quomodo quiſq; ſub beati Benedicti magiſterio viueret: factóque D mane orans, monaſterij eccleſias nudis pedibus circuibat. Et hæc agens nunquam à conſortio Epiſcoporum & Abbatum auellebatur: & cum ſapientibus ſermocinatio eius. Erat profectò cæcorum baculus, eſuriẽtium cibus, miſerorum ſpes, lugentium conſolatio: atque ita in ſingulis eminebat virtutibus, vt omnes perfectè haberet. Sacerdotes honorabat vt patres: pauperes fouebat vt filios: viduas vt matres. Erat in orationibus peruigil: lachrymáſque creberrimas contriti cordis Deo offerebat. Sed hæc hactenus. Nunc iam ad ſuperiora redeamus. Igitur dũ ad Innocentij notitiam volũtas fratrum de Abbate eligendo perueniſſet: Americum Cancellarium mittit, mandans fratribus vt de ſua congregatione elige-

Abbas ex propria cõgregatione eligendus.

Deuotio & pia opera Lotharij Imperatoris.

rent Abbatem: Alioquin eligendi licentiam non haberent. Tulit hæc indignè imperator: papámque denuo pro nuncios rogat vt monachorum voluntati morem gerat. Sin alias, ſciret ex eo die Imperium à pontificatu omnino ſcindendum. Obſequitur deſiderio Imperatoris pontifex: monachíſque dat quem velint eligendi facultatem. Guibaldus verò cum (vt ante iam diximus) multa prudentia doctrináque polleret, eſſétque honeſtiſſimis moribus, id quod poſtea contigit verens loco ceſſerat. Nuncij protinus ad illum ab imperatore diriguntur ad monaſterium. Eo dũ veniſſet, fratrum deſiderio cognito obſiſtere pœnitus & contradicere cœpit. Conuenitur poſt hæc vbi imperator & Auguſta morabãtur, Patriarcha, Epiſcopis, Abbatibus proceribúſque præſentibus pulſatur omnium precibus: ſed perſtat in ſententia fixus, nunquam tanti oneris molem ſe ſubiturum. Ita reluctantem imperator fratribus tradit. A quibus Caſinẽſis monaſterij Abbas conſtitutus ab imperatore imperij ſceptrum in Caſinenſis Abbatiæ poſſeſſione, omnibúſque à Iuſtiniani temporibus vſque ad eum diem quæſitis poſſeſſionibus ac iuribus confirmatur: Imperatore dicẽte: Idcirco fidem abs te ſacramentúmque non quærimus: quia fideliter hactenus nobis ſemper obſecutus es. Neque tamen volumus vt exemplo tuo ſucceſſores tui hanc ſibi licentiam vſurpent: verùm ſucceſſoribus noſtris conſuetudinariam fidem ſacramento confirment: ſicuti maiorum noſtríſque præceptis conſtringuntur. Igitur ordinato imperator monaſterio, octauo poſtquam illuc aduenerat die, beato Benedicto ſe ac fratribus multum commendans, cum iam grandæuus eſſet, ac ferè centenarius, dierum ſuorum finem imminere cognoſcens, ad ciuitatem S. Germani vnà cum Guibaldo deſcendit: Abbatémque Papæ commendans, iuxta veterem Aquinenſem ciuitatem tentoria fixit. Guibaldus verò aſſumpto ſecum Othone decano, Rainaldóque qui poſt illum Abbas fuit, Petro diacono, Bertulfo manſionario, Anfrido veſtiario: aliíſque de congregatione compluribus, ad imperatorem peruenit. Tunc imperatoris iuſſu Rainulfus Apuliæ Dux ab Imperatore ordinatus: & Robertus Capuanus princeps, omnéſque principatus Capuani Comites: Aquinenſes & circumſtantes Normanni Guibaldo Abbati fidem ſacramento firmarunt ſuper Euangelia & lignum Domini, ſanctorúmque reliquias Caſinẽſi cœnobio cum omnibus omnino poſſeſſionibus ſuis. Eo autem die quo Guibaldus Abbas ordinatus eſt: ſuggeſtum eſt Imperatori, Pandulfum Landonis Aquinenſis comitis filium in ſylua monaſterij Tyrilla nomine caſtrum extruxiſſe: vt inde excurrens, cuncta iam monaſterio ſubiecta licentius prædaretur. Ad hæc motus Imperator Brunonem præfectum cum cohorte militum dirigens, caſtrum ipſum ſuccendit, cunctáque diripuit. Cernens Rainaldus Guibaldum contra ſpem ſuam ordinatum, callidè illum circumuenire officio ſatagens (verebatur enim exul in Germaniam agi) humilitatem corporis habitu præferens: obedientiam ei fidémque promiſit. Sicque prępoſitus ab eo monaſterio S. Magni iuxta Fundanam ciuitatem conſtitutus, vbi monaſterio egreſſus eſt, ad arcem

Guibaldus Abbas inuitus conſtituitur.

E F G H

quæ

A quæ caſtrum cœli dicitur (quam olim Manſo conſtruxerat Caſinenſis Abbas, quamque illius propinqui monaſterio ſubtraxerant) ſe contulit: omniq́ue conatu machinari cœpit, vt imperatore abſcedente, Caſinéſem Abbatiam recuperaret, ac de ſuis æmulis vltionem ſumere poſſet.

Quomodo pontifex & Imperator Abbatem & fratres ad prandium vocauerunt: & quomodo poſt amborum diſceſſum, Imperator Abbati ſcripſerit. CAP. CXXVI.

IMperator, Apoſtolico feſtum ſancti martyris Chriſti Mauricij in Eccleſia beati Petri Apoſtoli celebrante Guibaldū cum fratribus ad prandium euocauit dicens. Puto quia comedendi bibendiq́ue vobiſcum hic B mihi erit vltimus dies: idq́ue poſtea rei probauit euentus. Refectione expleta, Lotharius imperator Petrum diaconum ad ſuum cōſiſtorium euocans, iubet vt ſecum vnà cum præceptis à ſua maieſtate ſibi traditis Galliam peteret, in imperij ſeruitio futurus iugiter. Id Guibaldus moleſtè tulit: ac rogare cœpit, ne Petri deſtitueretur obſequio, ne illius priuaretur conſortio. Abbatis precibus annuit Cæſar: aſſiſtentibúſque prælatis atque proceribus apprehenſam Petri manum, Guibaldi manibus tradidit dicens. Noſtri adeo conſeruati imperij maieſtas hunc Henrici Epiſcopi & Cancellarij mei diſcipulum fecit, Logothetam, exceptorem, auditoréḿque conſtituit: & ei ad pedes noſtros ſeſſionem dedit. Eum tuæ fidei ſummo ſtudio, ſummóque amore commendo: ac ſi qua menti tuæ amoris erga te noſtri veſtigia ſunt, illum foue atque tuere. Eodem die piiſſi- C mus idem imperator interuentu Auguſtæ Guibaldo Abbati per præceptum confirmauit monaſterium cum poſſeſſionibus ſuis. Idémque Auguſtæ memoriæ Cæſar Guibaldo ac fratribus vale faciens, ac patri Benedicto ſe commendans: comitante ſe Papa Innocentio ad auream vrbem peruenit. Acceptóque à Ptolomæo Romanorum conſule ſacramento, Reginulfo illius filio obſide per anulum quod gerebat manu, confirmauit ei ipſiúſque hæredibus in perpetuum totam terram illam ſcilicet quæ ſibi ex parentum hæreditate pertinebat. Idem verò Imperator tunc ſcripſit Abbati noſtro huiuſmodi litteras. Lotharius Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, dilectiſsimo fideli ſuo Guibaldo Caſinenſi Hierarchæ & Romani imperij Cancellario Capellano ac principi pacis, D gratiam ſuam & bonam voluntatem. Tuæ fidelitati per imperialia ſcripta mandamus: vt noſtræ à Deo conſeruandæ maieſtati Petrum diaconum quià noſtra imperiali ſeruitute Logotheta Italicus, exceptor, Cartularius, & Capellanus Romani imperij conſtitutus eſt tranſmittere ſtudeas: recepturū pro ſuæ fidelitatis ſeruitio dignæ retributionis pręmium. Indubitanter enim noueritis noſtram maieſtatem & collitterales imperij propter antiquitates & rerum geſtarū relationes, eius abſentiam ferre non poſſe. Mitte etiam per eum omnia anteceſſorum noſtrorum priuilegia: quæ ei ad aquas penſiles olim cuſtodienda dediſſe meminimus. Data apud ſuburbium Tiburtinum pridie Calend. Octobris. Hi autem

Literæ Lotharij Imperatoris ad Guibaldum Abbatem Caſinenſem.

qui imperiales litteras detulerant, Caſinum profecti, reperiunt Guibaldum ad bellum quod imminebat ire paratum. Rainaldus enim abrogatus ab Imperatore & pontifice, vbi diſceſſum Imperatoris agnouit, cohortem Rogerianorum militum congregans, adiunctis etiam ſibi quibúſque nobilibus propinquis ſuis recipientibus ſe caſtri S. Angeli colonis, totam circumpoſitam regionem igni ferróque tradebat. Guibaldus vbi Auguſti ſcripta relegit animatus, poſt quartum diem quæ Imperator iuſſerat miſit: ſcripſitque Epiſtolam ſuas ac monaſterij totiúſq; prouinciæ clades tumultúſque ſignificãs: quos à Rogerio eiúſque militibus patiebatur, auxiliúmque ſibi ferri obſecrans. E

Quomodo Rogerius reuerſus, recuperare cœpit quæ amiſerat: & quomodo Abbas ſcripſit Imperatori, & de morte eiuſdem Imperatoris. F

Capvt CXXVII.

Litteræ Guibaldi Abbatis Caſinenſis ad Lotharium Imperatorẽ.

Rogerius enim Rex vbi Lotharium Campania exceſſiſſe cognouit, collecto exercitu, præter Barim Troiámque atque Neapolim, cuncta quæ facile amiſerat facilius recuperare cœpit. Econtra Rainulfus Imperatoris Dux cum Theutonibus & Apulis acriter illi obſiſtebat. Guibaldus euentum rei prouidens, eundem Imperatorem iam Tuſciam intrantem huiuſmodi litteris denuò ſollicitũ reddidit. In variis tribulationibus conſtituti, noſtrum ſperabamus in dies affuturũ præſidium: Sed vt video, noſtra nos fefellit ſpes. Nam vt eis referentibus didici, qui à veſtra maieſtate venerunt, Aquilegiæ iam propinquaſtis. Ex quo quantus nos dolor acceperit, nulla ratione exprimere poſſumus. De venerandis ſermonibus veſtris quos nobis per nuncios veſtros deſonaſtis, de ſacramento Normannorum, & Longobardorũ, non eis imputetur. Melius enim eis fuerat non iurare, quam periurum admittere. Omnes enim harũ partium incolæ apoſtatãtes, ad Satan conuerſi ſunt: nihílque dicunt aut faciunt, niſi quæ illorum cordi dæmon inſcripſerit. Quantas autem calamitates, quot preſſuras ab eis perpeti cogar, per dilectiſſimum filium meum Petrũ vobis ſignificare decreueram: ſed quia id viæ longitudo prohibuit, paucis expediam. Poſt receſſum enim veſtrum, Saraceni Normani ac Lõgobardi inuenientes quietam terram, quæque aduerſum ſe diffidere vaſtãtes omnia atque populantes cæde & incendio cuncta demolientes, ne arboribus quidem fructiferis parcunt: ne fortè quos vel cauernæ montiũ vel defoſſa terrarũ occultant hoc pabulo nutriri poſſint. Tantáque crudelitate bacchantur, vt nullus integer eorum euadat manus, nullúſque ſit ab eorũ infeſtatione immunis locus: præſertim in poſſeſsionibus Caſinenſis monaſterij & in aliis eccleſiis, baſilicíſque ſanctorũ ac monaſterij ſceleratius imminent: & maioribus incendiis orationis domus, quã vrbes & caſtra conflagrat. Impletur modo in eccleſiis, quod vir ſanctus deplorat ad dominũ dicẽs. Vbi laudauere te patres noſtri, facta eſt exuſtio ignis. Nũc iam venit hora, vt qui noſtrã prædantur terrã, incendunt, vaſtant, & ruſticos ac monachos G H

nachos

A nachos vinciunt compedibus, ac manicis aggrauāt, cædunt, cruciāt, vendunt & perſequuntur, obſequium ſe præſtare Deo arbitrentur. Vbi verò venerabilis aulæ clauſas inueniunt ianuas certatim dextrarū ictibus aditus reſerant vt rectè dicatur, Quaſi in ſylua lignorum, ſecuribus exciderunt ianuas eius in idipſum: in ſecuri & aſcia deiecerunt eam. Incenderunt igni ſanctuarium tuum in terra: polluerunt tabernaculum nominis tui. Quanti nunc ab eis pōtifices, preſbyteri, diaconi, monachi, nobiles, diuerſæ ætatis interficiuntur: quanti cruciantur vt tradant ſi quid auri vel argenti proprium, vel eccleſiaſticum habent? Et dum quæ habent vrgentibus pœnis facilius dant, iterùm crudelibus ſupplicijs ad maiora danda vrgentur. Non infirmior ſexus, non conſideratio nobilitatis, non reue- *Pſal. 73.*
B rentia ſacerdotij, non monaſtici habitus ſtemma crudeliſſimos eorum mitigat animos: immò ibi exaggeratur ira furoris, vbi honorem conſpiciunt dignitatis. Senilis maturitas, & veneranda canities quæ cæſariem capitis vt lanam candidam dealbarat, nullam ſibi ab hoſtibus miſericordiam vendicant. Paruulos etiam ab vberibus matris rapiens barbarus furor elidit ad terram. Impletum eſt nunc quod olim Iudæi canebant. Dixit inimicus incenſurum fines meos: & paruulos meos eliſurum ad terram. In ædificiis verò magnarum Eccleſiarum, domorum, vrbium, vbi incendium deſtructionis per ignem facere nequeunt, parietes ſolo æquant: vt nec antiqua illa ædificiorum ſpecies, fuiſſe quidem vnquam appareat. Quod ſi quis noſtris dictis derogat fidē: teſtes ſunt ciuitates pu- *Iudit. 16.*
C telana, aliſana, ac teleſina, quæ nihil aliud niſi quia olim fuere demonſtrant. Sed & aliæ vrbes quam plurimæ aut raris habitatoribus aut nullis incoluntur: Nam & hodie ſi quæ ſuperſunt, ſubinde deſolantur. Sicut & de Capuana vrbe, quæ olim poſt Romā totius Campaniæ & caput & gloria fuit fecerunt. Nam poſtquam eam hominibus deſolarunt, auro & argento ſpoliarunt, ne vel ad horam locus impietati cederet, illam incendio tradiderunt: & antiquam illam ingenuam ac nobilem libertatem in ſeruitutem redegerunt: & præcipuos quoſque captiuos duxerunt. Aurum argenteum gemmas veſtes, & quicquid precioſum, quicquid carum inuenerunt, aſportauere. Quanta verò & qualia ipſi & dux illorum Caſinenſi intulere cœnobio, & poſt veſtrum & ante veſtrum aduentum referre quis valeat? Quamobrem rogamus Cæſar inuicte, vt veſtræ
D cameræ afflictæ, deſtitutæ, deſolatæ ſubueniatis: ne quando dicant Saraceni, Normanni, ac Longobardi: vbi eſt Imperator illius? Is autem qui ferebat apices, Liguriam dum deueniſſet chartam quidem clementiſſimo Imperatori Lothario tradidit: Sed nihil auxilij referre potuit. Nam idem Imperator morbo ſimul feſſus ac ſenio, finem dierum iamiam ſibi imminere cōſpiciens, apud Cluſam Liguriæ ſe contulerat: ibique Henricum Ducem Bauariæ generum ſuum Saxoniæ hæredem ſibi cōſtituens Gemmea cœli palatia cum Chriſto ſine fine regnaturus intrauit: corpúſque eius Maguntiam relatum honorificè conditum eſt.

De inſultu Rainaldi depoſiti contra monaſterium: & quomodo Guibaldus Abbas metu Rogerij Abbatiam deſeruit. E

CAPVT CXXVIII.

POſt hæc, duces, principes ac reliqui imperij proceres conuenientes Conradum Sueuiæ Ducem, nepotem Henrici quinti Imperatoris, in ſeniori Roma monocratorem ſtatuunt. Eô etiam tempore Henricus Lotharij gener vita deceſſit. Sed vt ad id redeam vnde digreſſus ſum; Abbas Rainaldus cum Rogerium regem Farum tranſiſſe didiciſſet: conſanguineorum & amicorum exercitum congregans ſuſcipientibus ſe ciuibus ſancti Germani vrbem ingreſſus eſt, diſponens alio die ad capiendũ monaſterium Abbatiámque recipiendam montem conſcendere. Aduerſus F hunc Landulfus de monaſterio à Guibaldo Abbate miſſus ciuitatem obtinuit: Rainaldúmque cum ſuis in fugam vertens ignem vrbi iniecit, plurimíſque captis ac debellatis, ad Guibaldum rurſus in monaſterium rediit. Rogerius itaque rex exercitus ſui ſtipatus multitudine, Capuanam aggreditur vrbem: quam ignibus tradens imperio ſuo parere coëgit. Guibaldus verò conſilio cum fratribus inito, legatos ad Rogerium mittit Capuæ tunc commorantem, pacem petens, & amicitiam ſpondens. Cuius verba ille pro nihilo ducens, nuncios eius abſque effectu remiſit: mandans nulla ſeratione, nullo pacto ferre poſſe, vt Abbas ab Imperatore conſtitutus, in Caſinenſi cœnobio remaneret: quinimmo ſi G quo pacto Guibaldus in ipſius manus deueniſſet, abſque dubio laqueo ſuſpenſum enecaſſet. Tantis ac talibus minis Guibaldus exterritus, Caſinenſe cœnobium Landulfo de ſancto Ioanne cuſtodiendum relinquens, iiij. Non. Nouembris ignaris fratribus, eodem Landulfo ſe deducente, noctu diſceſſit: dans poteſtatem fratribus eligendi quẽ vellent.

De electione Rainaldi, non illius depoſiti ſed alterius: & de concordia facta cum Rogerio. CAP. CXXIX.

Rainaldus 2. Abbas Caſinẽſis. IAm xij. dies à Guibaldi diſceſſu tranſierant: cum fratres in vnum conuenientes, inuocata ſancti ſpiritus gratia, elegerunt Rainaldum eiuſdem cœnobij monachum, virum profectò honeſtiſſimum, & humanarum diuinarúmque rerum ſcientia clarum. Hic itaque nobiliſſimo H Marſorum Comitum genere, Valeria prouincia ortus, tertio ætatis ſuæ luſtro ſub Oderiſio ſecundo, beato Benedicto oblatus, tanta morum honeſtate tantáque conſtantia ſuper omnes coæuos enituit: vt iure illud *Act. 9.* ei dominicum aptari poſſe videretur, Ego oſtendam illi, quanta eũ oporteat pati pro nomine meo. Aduerſus hunc enim coniurauere gentes & regna: totúſque terrarum orbis in eum inſurrexit. Sed galea ſalutis & fidei lorica munitus, & patris Benedicti protectione vallatus, aduerſantium & æmulantium inſidias redegit ad nihilum. Eo etiam tempore cum Rogerius Rex vrbes & caſtra vſque ad confinia cœnobij Caſinenſis rece-

A recepiſſet, imperióque ſuo ſubdidiſſet: eique memoratus Abbas vt conſentiret ad ea quæ iniuſtè poſtulabat, nulla ratione induci potuiſſet, ciuitates ſe & caſtra, cunctáque pertinentia ad monaſterium demoliturum minari cœpit: miſſiſque nunciis id Abbati, fratribus, omníque populo nunciari iuſsit. Verùm vt in talibus aſſolet, ſæuire primò vulgus ignobile cœpit: deinde ſæuitia in metum conuerſa, cum ſuis omnibus vxoribus ac liberis ad monaſterium Caſinenſe confugere. Non multo poſt, rex ipſe fœdus cum Caſinenſibus iniit: omnéſque qui illius metu fugerant cum ſuis ad propria redire conceſsit.

De viſione Alberti Caſinenſis monachi. CAP. CXXX.

B ERat his diebus frater quidam in Caſinenſi monaſterio, Albertus nomine, natione Pelignus, ætate prouectus, religioſam agens vitam: adeò vt cæteris fratribus admirationis cópunctioniſque ſæpe cauſa eſſet. Is cum ſenio feſſus in infirmorum maneret domo: & populi ſua referre cupientis tumultum hauſiſſet auribus: quoſdã ex aſsiſtẽtibus rogat, quid ſibi velit is populi tumultus Et vnus ex his: Num inquit ignoras quis iſte tumultus ſit: cum nemini ferè iſtius regionis ignotus ſit? Et cum ille nihil ſe ſcire dixiſſet: Rex (ait) Rogerius nuper minatus eſt ſe Caſinenſe monaſterium & omnem illi adiacentem regionem demoliturum: ſed omnipotentis Dei gratia placatus, iniit. nobiſcum fœdus. Hæc huius tumultus cauſa eſt: quod omnia quæ huc delata fuerant flendo, à populo C gaudente referuntur. His ille auditis ingemuit: & ex intimo trahens longa ſuſpiria, hunc pſalmum cum lachrymis canere incœpit. Iudica me Deus, & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta. Cúmque verſum illum, Emitte lucem tuam, & veritatem tuam, cœpiſſet canere: mirabile dictu, immenſa coruſcatio repentè ſuper eum deſcendit: adeò vt ipſe qui diu iam luminibus orbatus fuerat, lumen continuò recuperaret oculorum, illiúſque immenſæ lucis munere nequaquam fauderetur. Nec mora, conſpicit ianuas Eccleſiæ ipſius in qua reſidebat patefactas: venerabiléſque vultu & habitu reuerendos viros duos ad ſe ingredi. Quos cum vidiſſet diuino circumfuſos lumine, expauit: nec vltra oculos auſus attollere, reſedit. Tum illi propius accedentes dixerunt: Surge age frater Alberte, Abbati ac fratribus vt pœnitentiam comD miſſorum delictorum agere ſatagant, edicito: diſcalciatíſque pedibus antiphonam beatæ Mariæ decantantes, egreſſi Litanias ante ſacroſanctum beati patris Benedicti corpus peragant: ſi fortè Deus veſtrorum delictorum lamentis ac pœnitentia memor factus, tantas ab his locis clades repellat. Tum frater, quinam eſſent & quibus vocarentur nominibus inquiſiuit. Ad hæc alter ex eis. Ego (inquit) ſum Maurus ſanctiſſimi patris Benedicti diſcipulus: Hic verò eiuſdem patris & ipſe diſcipulus Placidus. Adiecítque, Ea quæ nunc à te vel audita vel viſa ſunt, caue ne quibus iuſſus es dicere omittas. Sin alias, contemptor, negligentiæ pœnas exſolues. Sciáſque te ideo diuino iuſtóque iudicio, cor-

Pſal. 42.

porali lumine fuiſſe priuatum: quia quæ aliquando in capitulo ob agendam pœnitentiam diuina dignata eſt maieſtas oſtendere: tui cordis arcano condidiſti, nulli quæ videras pandens. Namque idem frater dũ adhuc ſub diſtrictione cœnobialis inſtitutionis in clauſtro cum fratribus reliquus degeret: ſéque ieiuniis orationibus vigiliis flagríſque in conſpectu diuinæ maieſtatis quotidie mactaret: nocte quadam ingreſſus capitulum in ſpiritu rapitur, iudiciariáſque ſedes in abſida capituli Domino vnà cum ſancta ipſius matre conſedente (ſicut ibi hactenus pictæ cernuntur) aſpexit: tantóque liberius diuinis cœpit intendere, quãto ſe ab humanis reddiderat alienũ. Cumque tanta viſione ſtupefactus aſſiſteret: vidit repentè ſanctiſſimum patrem Benedictum, Mauro ac Placido dextera leuáque comitatum in medium aduenisſe concilium, magnis vocibus omnipotentis Dei maieſtatem ita interpellare. Rex regum creator redemptórque mortalium, ſine cuius nutu ſubſiſtere fragilitas humana non valet, has oro queſtus mei voces exaudias: meúmque quod te donante fabricandum perpetuóque regendum monaſterium ſuſcepit, reſpicias. Tu enim Domine, qui cogitationes de longe conſideras & vocas ea quæ non ſunt tanquam ea quæ ſunt, hunc locum mihi adhuc mortali in carne conſtituto, deſtruendum eſſe monſtraueras: gentibúſque barbaris, quæ præparaueram fratribus, traditurum te occulto tuo iudicio dixeras, ac reſtituendum in melius pollicitus fueras: quod & factum hodie cernitur: Inſurrexerunt enim contra hunc locum iniquiſſimi quidam & execrabiles, ipſum conantes euertere. Rectores quoque ipſius nequaquam boni paſtoris, ſed voracis lupi veſtigia ſequentes, oues ſibi commiſſas voracibus dentibus laniant tyrannorum more, opes ad ſeruitium & honorem tuum congregatas in vſus turpiſſimos conuertunt: commiſſum ſibi populum vt laſciuientes vaccas vagari ſinunt: pupillorúmque & viduarum cauſas contemnentes, ad munera ſola conuertuntur. Quem das his cladibus finem, rex magne polorum? His dictis ſanctus conticuit, factóque ibi fine quieuit: Cum ecce innumerabilis multitudo dæmonum furcis igneis & vncinis armata, ante ſe Creſcentium Marſorum Comitem habentes adueniunt: thuribuláque argentea magna, quæ ex Caſinenſi monaſterio quidam in pignus acceperat, & quæ contra voluntatem Senioreti Abbatis recollegerat, in manibus veluti de fornace prodiret habentem. Quem idem frater cum interrogaſſet cur his ſuppliciis afficeretur: quia maiora thuribula retinuiſſet, ſe torqueri ait. Cœpítque rogare monachum, vt quæ de ſe viderat Berardo filio diceret: & vt ſupradicta thuribula monaſterio redderet rogaret. Addens, hoc illi ſignum ſit, quod eadẽ thuribula & aureum calicem ab aliis rebus dum viueret ſegregaſſet: ídque exceptis Fuſcone & Tranſmundo cõſiliariis ſuis neminem ſcire. Hoc ille vbi ad ſe rediit dicere dubitauit. Ex hinc iuſto Dei iudicio cæcatus eſt: & qui lumen æternũ quod viderat, talẽtúmque quod erogandum acceperat, noluit cæteris erogare conſeruis: ſed in terram vt piger ſeruus occuluit, iuſtè talentum proprij luminis perdidit. Et vt ad ea

quæ

A quæ omiſimus reuertamur: auditis beati viri Mauri monitis, illíſque recedentibus, lux quoque quæ eius illuſtrauerat oculos vnà abſceſſit: adeò vt cæcus (ſicut antea fuerat) remaneret. Verum ne delirus aut mendax haberetur: ne ſic quidem quæ audierat vel viderat dicere voluit. Trigeſimo autem die poſtquam hæc viderat, illuceſcente, cum idem frater in eodem loco vbi prius viſionem viderat ſederet in Eccleſia ſcilicet ſancti Andreæ Apoſtoli, idem qui ſupra ſanctiſſimus Maurus apparuit: & cur ea quæ viderat vel audierat dicere renuiſſet increpās, talia verba profudit. Ego quidem frater præcepi vt ſecreta Dei quæ tibi per me reuelata ſunt, hominibus panderes: ſed tu negligens deſidiæ te dediſti. Vnde veluti maieſtati obnoxius, tradendus eſſes inextinguibilibus ignibus: Sed B quia omnipotētis Domini miſericordia (quæ melior eſt ſuper vitas) hoc tibi commiſſum indulget: præcipio vt quæ à me tibi reuelata ſunt, dicere vltra non moreris. Quod niſi feceris (quod abſit) æternis traderis incendiis. Hæc fatus in tenues ſubitò ſanctus euanuit auras. Frater autem continuò ſurgens, Abbatem ad ſe euocat: & cuncta quæ audierat, vel viderat, per ordinem pandit. Abbas autem conuocans fratres, quæ ſupradictus frater viderat, narrat. Omnéſque diſcalciatis pedibus capitulum quo reſederant egreſſi, litanias cum fletu & lachrymis ante patris Benedicti corpus peregerunt. Cæterum quidam ex fratribus cum hæc deliramenta putarent, nullúmque præbere aſſenſum vellent: die quadam prædictus Albertus me acceſſiri fecit: rémque eandem quo ſupradiximus ordine, C ſe vidiſſe ſacramento firmauit. Nullos igitur hæc vlla ratione dubitare commoneo: ne fortè incredulitatis ſuæ pœna plectantur: & dum me falſitatis reprehendunt, ipſi falſi teſtes mentientes apud diſtrictum examen habeantur.

De morte Petri Leonis Antipapæ. Cap. CXXXI.

EO etiam tempore Petrus filius Petri Leonis humanis rebus exceſſit: atque in illius locum fautores eius Gregorium Cardinalem titulo Apoſtolorum præficientes, Victorem appellare decernunt. Innocentius verò magna in filios Petri Leonis illorúmque complices profligata pecunia illos ad ſuam partem attraxit: ſicque iam Cardinales qui filio Petri D Leonis communicauerant, omni auxilio deſtituti, Innocentij veſtigiis aduoluuntur: ſacramento prius ab eo percepto, quod illos non priuaret officio, neque bona ſua diminueret.

Inno. Pa. Antipapa mortuo ab omnibus receptus.

Explicit Chron. Casinen.

IOANNES Papa XXII. fecit extrahi Canonizatos de ordine & re- E
gula ſanctiſsimi Benedicti ex libris ſummorum Pontificum: & repperit quod à tempore dicti patris vſque ad tempus ſuum fuerunt infraſcripti.

Abbates quorum confirmatio ſpectat ad Papam xv. milia & lxxiiij.
Epiſcopi xv. milia.
Archiepiſcopi vij. milia.
Cardinales duo milia.
Romanæ ſedis pontifices xxv.
Et de ſanctis, eiuſdem regulæ & ordinis canonizatis iij. milia & iiij.
Anno Domini ccccxciiij. Conuerſus eſt beatus Benedictus: & accepit habitum F
monaſticæ religionis à beato Romano monacho.
Anno Domini cccccxxiij. beati Maurus & Placidus recepti fuerunt à ſancto Benedicto.
Anno Domini D.xxviij. Fundatum fuit monaſt. Caſinenſe à beato Benedicto.
Beatus Chriſti martyr Placidus vixit annis xxvi. & martyrio coronatur cum duobus fratribus Euthicio, Victorino, & ſorore Flauia: Fauſto & Firmiano diacono ſimul ac monachis xxx. anno Domini D.lxi. apud Meſanam Siciliæ vrbem: tertio nonas Octobris.
Anno Domini D.xlij. obiit beatiſsimus Benedictus apud montem Caſinum, ea die qua ſacroſanctum Paſchæ Sabbatum illuceſcebat xij. Cal. Aprilis.
Anno Domini D.lxxxiij. obiit beatus Maurus apud Gallias in monaſterio An- G
degauenſi, Glannafolio nuncupato, quod ipſe conſtruxerat.

DEO GRATIAS.

PRIVILEGIVM ALEXANDRI PAPÆ ſecundi, De reuelatione corporis beatiſsimi patris noſtri Benedicti.

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorū Dei, omnibus Eccleſiæ filiis ſalutem & Apoſtolicam benedictionē. Paſtoralis ſolicitudinis noſtræ bonum, ſi debet proſpicere, & proficere omnibus, etiam extraneis & longinquis: multò magis domeſticis & propinquis. Ipſis quippe ſe- H
cundo gradu poſt Deum admouenda eſt inuiſibilis claritas, & per eos velut quædā viſibilis flāma gradatim ad remotiores quoque diſcurrit. Piis ergo locis & diuina religione venerabilibus debitæ cōſolationis & defenſionis porrecturi manus: illū cæteris præferendū non ambigimus: quē monaſticæ normę cōſtat eſſe principale Gymnaſium, & S. Romanæ & Apoſtolicæ ſedi cōtiguum, quē ciues Romani, patres videlicet eximij Benedictus, Maurus, Placidus cū nōnullis aliis fundarūt. Quē quia à gētibus deſtructum ſanctiſſimi prædeceſſores noſtri Gregorius, & Zacharias reædificarūt: & priuilegiis Apoſtolicæ ſedis meritò cæteris Cœnobiis prætulerunt: vtpote quoniā non ſtudio hominū, ſed Dei imperio à ſanctiſ-

A ſanctiſſimo patre Benedicto conſtructum ſit, quorum nos ſacræ autoritati, ſicut loco & tempore ſuccedimus: ſic eorum exemplo, vt oportet, innitimur. Sed quia rerum geſtarum ſeries ad hoc literarum fide committuntur: ne illarum veritas poſterorum memoriæ ſubtrahatur: ea quæ noſtris temporibus acta ſunt pandere curamus. Nam cum dilectiſſimus filius noſter Deſiderius eandem renouaret eccleſiá, & aditum Baſilicæ diſponeret adæquare: cum tres non integras vlnas fodiſſet, dextro altaris latere, laterem eiuſdem confeſſoris nomen continentem reperit. Cumque fragmenta altaris remota fuiſſent: inuenit ſupra ſepulchrum ſindonem ſparſam candidiſſimá, quæ cũ tangeretur, euaneſcebat. Hac viſione certiſſimus redditus reſerari ſanctiſſimi patris præcipit tumulum. Quo
B facto ſanctiſſima corpora intemerata & indiminuta inueniens, nuncios noſtros aſciſcens, precioſiſſimaque corpora eis oſtendens, tam præſentes quam futuros, certiſſimos & indubios de ſanctis corporibus reddidit. Igitur cum ad eandem adueniſſemus dedicandam eccleſiam, vnà cum decem Archiepiſcopis & xliiij. Epiſcopis cleróque ſanctæ Romanæ eccleſiæ: idem filius noſter conqueſtus eſt eſſe quoſdam, nec Deum metuentes, nec homines reuerentes, qui beati Benedicti per diuerſa loca Caſinẽſi cœnobio poſſeſſiones auferentes, in ſuum retorquere dominium ſatagunt. Vnde coepiſcoporũ noſtrorum præſẽtium ſcilicet ac Cardinalium conſilio habito, præfato Cœnobio poſſeſſiones ſuas confirmantes, in perpetuum habendas ſtatuimus. Si quis verò (quod non optamus) poſſeſſiones
C & eccleſias, villas, ciuitates, & caſtra ſanctiſſimi Benedicti inuaſerit, & bis vel ter admonitus non emendauerit: ſciat ſe authoritate Dei omnipotentis, & beatæ Mariæ ſemper virginis, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & beati Benedicti, & omnium ſanctorum eſſe excommunicatum, & perpetuo anathematis vinculo innodatum, & à regno Dei alienatum, & cum diabolo & atrociſſimis pompis, & Iuda Ieſu Chriſti Domini noſtri proditore, æterno ſupplicio æternæque maledictioni deputatum. Et ſicut hæ lucernæ extinguuntur: ita ante Deum eius lucerna extinguatur: niſi forte res iniuſte inuaſas reddiderit S. Benedicto, & dignam pœnitentiam geſſerit. At verò qui huius Apoſtolici inſtituti obſeruator extiterit, benedictionis gratiam à Domino Deo noſtro per interceſſionem beati Benedicti conſequatur: & vitam æternam accipere mereatur. Statuimus
D etiam vt quicunque deuotus ad eiuſdem eccleſiæ dedicationem annualiter venerit: de peccatis ſuis xl. dierum remiſſionem accipiat. Ego Petrus peccator Hoſtienſis epiſcopus ſubſcripſi. Ego Ioannes Tuſculanus epiſcopus ſubſcripſi. Similiter & omnes Cardinales vnà cum xij Archiepiſcopis, & quadraginta epiſcopis ſubſcripti ſunt.

Anathema ſolemne cum lucernis accēſis & deinde interrā proiectis ac extinctis promulgatũ.

PRIVILEGIVM BENEDICTI PAPÆ OCTAVI, E
de reuelatione corporis ſanctiſſimi patris noſtri Benedicti, & Ilij dolore ablato.

Benedictus epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei. Notũ volumus eſſe om-
nibus fidelibus Chriſtianis, tã prælatis, quã ſubditis: qualiter Do-
minus Hẽricus Imperator ſpiritualis noſter filius perrexit ad mo-
naſterium ſancti Benedicti, quod ſitum eſt in monte: qui dicitur caſtrum
Caſinum: vbi ſanctiſſimum corpus eiuſdem ſancti Benedicti humatum
eſt. Et quamuis maximam circa eundem locum deuotionem gereret, &
nuſquam terribilius ac venerabilius oratorium ſe vidiſſe aſſereret: ſæpius F
tamen dubietatis ſcrupulo mouebatur: vtrum beatus Benedictus corpo-
raliter in eodem Caſini cœnobio quieſceret. Præ dolore autem ilij, quo
grauiſſimè idẽ Imperator cruciabatur nec penè dormienti, nec ex integro
vigilanti, ſanctiſſimus pater Benedictus eidem Imperatori apparens: vbi
nam pateretur inquirit. Cui languorem protinus confitenti ſanctiſſimus
Benedictus ait. Scio quoniam tu me hactenus hic dubitaſti quieſcere: ſed
ne ſuper hoc amplius dubites, meúmque in loco iſto vnà cum ſorore mea
certiſſime quieſcere corpuſculum credas. Hoc tibi ſignum erit. Cum
primum hodie ſurrexeris, in egeſtione vrinæ tuæ tres lapillos non paruos
mingere habebis: & ex tunc dolore iſto amplius non laborabis. Et ſcias
quia ego ſum frater Benedictus: & his dictis diſparuit. Expergefactus G
Imperator confeſtim ſurrexit: & iuxta viſionem quam viderat, ſanitati
priſtinæ redditus, Deo & beatiſſimo patri Benedicto gratias maximas re-
tulit. Mane autem facto, veniens in conuentum fratrum Imperator ait,
Quid nam Domini mei me conſulitis donare medico, qui me curauit?
Cumque reſponſum illi fuiſſet, vt quicquid de monaſterio ſibi placeret,
tolleret. Non ita oportet, inquit, Imperator. Sed quoniam ſanctiſſimus
pater Benedictus hac me euidenter nocte curauit: ratio eſt & quidẽ iuſtiſ-
ſima, vt de mea camera illius debeam remunerare medelam. Et hoc di-
cens cum lacrymis gaudio mixtis retulit omnibus quæ audiſſet & vidiſſet:
Adiiciens. Nunc planè cognoui pro certo, quoniam verè locus iſte ſan-
ctus eſt: & nulli mortalium eſt vlterius ambigendum, quod hic ſanctiſſi-
mus Benedictus pariter cum ſancta Scholaſtica ſorore ſua quieſcat. Ad fi- H
dem autem verborum ſuorum, tres illos lapillos ſuos (quos ſecundum
tenorem viſionis ante paululum minxerat) palam omnibus oſtendebat.
Imperator autem ſurgens, & ad corpus beati Benedicti perueniens, ob-
tulit eidem beato Benedicto munera hæc, Videlicet, textum euangelij, de
foris quidem ex vno latere adopertum auro puriſſimo, ac gemmis valde
precioſis. Ab intus verò litteris atque figuris aureis mirificè decoratum
Calicem aureum cum patena ſua, gemmis & margaritis ac ſmaltis opti-
mis laboratum, cum mapula cum qua offeruntur oloſerica auro texta, &
planetam de pallio diopaſtim adornatam optimis liſtis aureis & orarium

&

A & mapulam atque cingulum,& ſtolam,ſingula intexta auro. Similiter & pluuiale diaſprum cum liſtis auro textis:necnon & tunicam eiuſdem ſubtegminis aureis operibus exornatam. Situlam quoque & cupam argenteam, cum qua fratres in feſtiuitatibus biberent. Planetam dyarodinam aureis liſtis ornatam vnà cum alba,& cingulo, & ſtola, atque manipulo. Recollegit autem à Iudæis qui retinebant in pignore pro quingentis aureis vnam veſtem de altario ſancti Benedicti: quæ Caroli regis fuit: necnon & calicem argenteum Saxonicum maiorem, cum patena ſua, quem Theodericus Saxonum Rex B. Benedicto olim tranſmiſerat. Noſtra verò paruitas Imperatoriæ ſaluti congratulans, poſuimus ſuper altare ſancti Benedicti planetam optimam veneti coloris, liſtis nihilominus aureis decenter ornatam:& ſtolam aureo bruſtram cum manipulo ſuo. Similiter B & Belgrimus Archiepiſcopus obtulit planetam purpuream optimam, aureis liſtis xij. ſigna habentibus in circuitu adornatam: & ſtolam cum auro pluuiale vnum. Quæ omnia poſuimus ſuper altare ſancti Benedicti, in perpetuum ibi habenda. Quapropter ego qui ſupra, Benedictus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei cum prædicto Imperatore, omnes qui Chriſtiano vocabulo cenſentur, obſecramus per Dominum patrem omnipotentem, & per Ieſum Chriſtum filium eius vnicum Dominum noſtrum, qui pro ſalute totius mundi naſci, mori & reſurgere voluit,& per ſpiritum ſanctum ex vtroque procedentem, & per beatiſſimum Petrum Apoſtolorum principem, qui habet poteſtatem ligandi atque ſoluendi: vt nullus C vnquam de prædicto theſauro,& de omnibus quæ prædictus Imperator pro redemptione animæ ſuæ in prædicta eccleſia obtulit quolibet modo vel ingenio aliquatenus tollere præſumat. Si quis autem (quod non optamus) hanc noſtram obteſtationem vel obſecrationem pro nihilo duxerit:& aliquid de eis quę ſuperius ſcripta ſunt de prædicta eccleſia quolibet modo temerario auſu tollere præſumpſerit: ſciat ſe anathematis vinculo innodatum, atque à regno Dei alienum: & cum diabolo & eius atrociſſimis pompis, atque cum Iuda traditore Domini noſtri Ieſu Chriſti æterno incendio concremandum. At verò qui pio intuitu ſeruator in omnibus extiterit, cuſtodiens huius noſtri Apoſtolici conſtitutum, & ad cultum Dei reſpiciens, Benedictionis gratiam à miſericordiſſimo Domino noſtro per interceſſionem beati Benedicti multipliciter conſeque- D tur & vitæ æternæ particeps eſſe merebitur. Interfuerunt huic rei, Pupo patriarcha Aquilegienſis, Belgarinus Archiepiſcopus Colonienſis cum omnibus ferè Epiſcopis, Archiepiſcopis, & Abbatibus totius Galliæ & Italiæ: Anno ab incarnatione Domini M. xxiij. Pont. verò Domini Benedicti octaui Papæ anno x. Imperij verò Domini Henrici Imperatoris Romanorum anno v. indictione vi. menſe Iulij xxviij.

INCIPIT PRIVILEGIVM D. VRBANI PAPÆ ſecundi de corpore ſancti Benedicti qualiter vere requieſcat in monaſterio Caſinenſi: & qualiter ab eodem beatiſſimo Benedicto fuerit liberatus: & qualiter etiam conſtituit, quod nullus alio eum eſſe dicat vel credat. Et eiuſdem priuilegij per Clementem iiij. confirmatio. E

CLEMENS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis Abbati & conuentui monaſterij Caſinenſis ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinentis: Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Priuilegium fœlicis recordationis Vrbani Papæ ſecundi prædeceſſoris noſtri: quod monaſterio veſtro cōceſſum nobis tu fili Abba humiliter præſentaſti, diligenter inſpeximus, & quia illud incœperat nimia vetuſtate conſumi, tenorem ipſius de verbo ad verbum præſentibus fecimus annotari: qui talis eſt. F

VRbanus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, omnibus eccleſiæ catholicæ filiis redemptoris noſtri ſanguine precioſo redemptis Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Scriptum eſt, ſine pnīa ſunt dona, & vocatio Dei. Illud verò donum quòd Deus omnipotens beatiſſimo patri Benedicto, & per eum ſuo Caſinenſi conceſſit cœnobio, nulla poteſt ratione conuelli: nulla violentia permutare: quin ipſe omnium monachorum pater, & eius iam dictum Caſinenſe monaſterium caput omnium perpetuo habeatur: & meritò. Nam ex eodem loco de Benedicti G pectore monaſtici ordinis veneranda religio, quaſi de paradiſi fonte manauit: quem etiam idem venerabilis pater virtutibus & ſua corporali requie memorabilem toto orbe efficit. Cuius dum ſacratiſſima limina, more prædeceſſorum noſtrorum, ipſo die vigiliarum eiuſdem patris viſitaſſemus: conſuetudinario lateris dolore attracti, ad extrema deuenimus. Quumque ſalutis ſpes iam funditus nobis adimi videretur, & de corporali eiuſdem patris in eodem loco præſentia in animo noſtro dubietas verſaretur: nocte qua eiuſdem patris agebatur ſolemnitas, idem ſanctus Benedictus noſtræ exiguitati viſibiliter apparens dixit. Cur de noſtra corporali præſentia dubitas? Quem dum quis eſſet interrogaſſemus, reſpondit. Ego ſum frater Benedictus, huius Caſinenſis cœnobij cuſtos & habitator in ſempiternum. Quare autē tu me hic dubitaſti quieſcere? Id ne amplius H dubites: meumque hic, & ſororis meæ corpuſculū quieſcere credas. Hoc tibi ſignum erit. Quum primum nocturnale officium pulſatum fuerit, vlterius dolore iſto non laborabis: & his dictis, diſparuit, adueniente autem hora, iuxta quod ſanctus Domini dixerat, ſanitati priſtinę redditi, cum Epiſcopis & Cardinalibus Deo & ſanctiſſimo confeſſori Benedicto grates permaximas referentes, eiuſdem feſtiuitatem digna cum veneratione peregimus. Ob quam rem rogamus & obſecramus in Domino Ieſu, qui pro noſtra ſalute incarnari & mori dignatus eſt, & ex auctoritate beati Petri Apoſtolorum principis, cuius vice Ro. eccleſię præſidemus, & in

Eadē ſuprà, ſed cō tractius, referūtur lib. 4. cap. 5.

A in virtute ſpiritus ſancti præcipimus: ne quis vlterius falſam beati Patris Benedicti tranſlationem celebrare præſumat: Contradictoribus huius noſtri Apoſtolici conſtituti, diuinum iudicium intentantes: & anathematis iudicio innodantes. Et quia ex diſpenſatione ſacræ ſedis beati Petri Apoſtolorum principis (quã Deo auctore, licet indigni, adminiſtramus) totius dominici gregis curam gerere paſtorali ſolicitudine compellimur: Caſinenſi congregationi diuino cultui perpetuò mancipatæ tanto nos plus debere cognoſcimus: quanto per patrem Benedictum nos priſtinæ ſanitati redditi ſumus: & illos ab omni ſæculari inquietudine conuenit eſſe remotos: quatenus fidelis mens expedita impedimentis mundialibus interius & exterius inſiſtat creatoris ſui laudibus: & nos ſanctorum orationum ſuffragiis onere ſubleuemur. *Monachos expedit à ſeculari inquietudine eſſe remotos.* B Quocirca ſequentes ſtatuta prædeceſſorum noſtrorum, confirmamus in perpetuum ſancto Caſinenſi cœnobio quicquid à temporibus Iuſtini & Iuſtiniani Imperatorum vſque ad hunc diem eidem loco per totum orbem terrarum oblatum, conceſſum venditum vel commutatum eſt: ſiue quæ ammodo & in futurum tempus iuſtè atque canonicè poterit adipiſci. Confirmantes inſuper omnia priuilegia Romanorum pontificum, præcepta Imperatorum, Regum, Marchionum, Ducum, Principum, & oblationes quorumcumque fidelium beato Benedicto, & per eum ſuo Caſinenſi cœnobio conceſſas. Si qua verò in poſterum eccleſiaſtica ſæcularis-ve perſona noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentauerit: ſecundo & tertio C commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendauerit: poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reumque ſe exiſtere diuino iudicio de perpetrata iniquitate cognoſcat. Et ab altiſſimo & ſacratiſſimo corpore & ſanguine domini Dei, & redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat: atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eadem iuſtè ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti: quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant: & apud diuinum iudicium æternæ pacis præmia inueniant. Dat. Capuæ Calen. Aprilis, per manus Ioannis Cardinalis indictione xiij. Anno Domini M. xciij. Pontificatus verò Domini Vrbani ſecundi anno nono. 1093.

D

Ex Marco Antonio Sabellico.

De Conſaluo Agidario, præfecto regis Hiſpaniæ; & beatiſſimi patris Benedicti oraculo.

Magnam cauſa animi virtutem atque ſolertiam fuiſſe neceſſe eſt: qua vſus Conſaluus Agidarius Barulana obſidione à Gallis preſſus, non modo eos fugauit, ſed & vicit. Incluſerant Conſaluum Galli intra Barulum, qui ingentibus copiis aſſidebant. Tenuit ſeptem menſes obſidio cum Hiſpanus miles inſeſſis omnibus locis vnde commeatus inuehi in oppidum poſſent: ne à muribus quidem & herbarum omni genere abſtineret. In hac temporum difficultate, nihil inexcogitatum ab illo eſt, *Fames ingens.*

quo militum animos placaret: nunc enim monendo, nunc hortando, ſæpe ſe ſe gregariis inſerendo, ſæpe ſpe commeatus venturi & ſubſidij ſolando, adeo effecit: vt qui de eo necando cogitarent, mutata ſententia in fide perſeuerarent. Quo tempore conſtat illum diui Benedicti oraculo victoriam ſperare commonitum. Ex quo mox ille victoria potitus, congregationi ſanctæ Iuſtinæ Caſinatem ſaltum cum ſacratiſſimo Cœnobio reſtituendum curauit. E

PRIVILEGIVM IVLII PAPÆ SECVNDI de vnione ſacri Cænobij Caſinenſis congregationi ſanctæ Iuſtinæ: quam ob honorem prædicti Cænobij, congregationem Caſinenſem iuſſit nuncupari. F

IVlius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Super cathedram paſtoralis præeminentiæ, diſpoſitione diuina, meritis licet inſufficientibus conſidentes, pio ac ſancto deſiderio cupimus efficere, vt monaſteria & loca religioſa quæcunque per noſtræ operationis diligentiam, gratia cooperante diuina ſalubriter dirigantur, & in eis regularis diſciplinæ norma ſeruetur, cultus diuinus augeatur, charitas vigeat, humilitas perſeueret; & omnis bene viuendi modus teneatur, æternæ vitæ prœmio valeat ſtabiliri fœliciter. Sanè monaſterio Caſinenſe, nullo medio ad Ro. eccleſiam pertinente, ordinis ſancti Benedicti, nullius diœceſis, quod dilectus filius noſter, Ioannes ſanctæ Mariæ in dominica, diac. Cardinalis, ex conceſſione, & diſpoſitione Apoſtolica, in commendam nuper detinebat. Commenda huiuſmodi ceſſante, ex eo quod idem Ioannes Cardinalis ille hodie in manibus noſtris ſponte & libere ceſſit: nóſque ceſſionem ipſam duximus admittendam. Nos verò vltimum ſupradicti monaſterij vacationis modum, etiam ſi ex eo, quęuis grandis reſeruetur, & corpore iuris clauſula reſultet, præſentibus pro expreſſo habentes, ad prouiſionem ſuper ipſius monaſterij regimine, celerem & fœlicem, ne monaſterium ipſum longe vacationis exponatur incommodis, paternis ſtudiis intendentes: poſt deliberationem quã deſuper cũ fratribus noſtris habuimus diligẽter. Demũ ad dilectos filios monachos cõgregationis ſã. Iu. de Padua, ſupradicti ordi. ſub regulari obſeruantia viuentes direximus oculos mentis noſtræ, ſperãtes quod ſicut cõgregatio ipſa per vniuerſã Italiã per incrementa tẽporũ, ſuos palmites dilatauerit, ſicque vbique virtutum radiis iugiter creſcat: ſi monaſterium ipſum eidem congregationi perpetuò vniretur, annectaretur, incorporaretur, vigeretque in eo regularis obſeruantia ſupradicti ordi. monaſterium ipſum regulari obſeruantia hactenus deſtitutum (cum tamen caput omnium monaſteriorum ſupradicti ord. exiſtat.) Et in eo corpus ſanctiſſimi Benedicti nulla cum veneratione conſeruetur, exinde votiuæ reformationis ſuſciperet incrementum, & eorundem monachorum exemplari vita nobis tunc in minoribus conſtitutis eorum protectore exiſtentibus

A ſtentibus nota & accepta, in temporalibus & ſpiritualibus ſperatæ proſperitatis ſucceſſibus gratularetur, ſuccederetque in ea diuini cultus augmentum, cum incolarum, & habitatorum, ac omnium animarum ſalute. Quibus omnibus debita meditatione penſatis, monaſterium prædictum (ſicut præfertur) vacans, cum illo annexis, ac omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis, eidem congregationi per Abbatem temporalem, iuxta eiuſdem congregationis laudabiles ritus, & mores ac regularia inſtituta eiuſdem ordinis & eidem congregationi per ſedem Apoſtolicam conceſſa priuilegia & indulta perpetuis futuris temporibus duratura: ad inſtar aliorum monaſteriorũ dicti ordinis eiuſdem congregationis, vnitorum, annexorum, & incorporatorum, per præſidentem congregationis huiuſ-
B modi & diffinitores pro tempore exiſtentes deputandum, tenendum, regendum & gubernandum: de eorum fratrũ noſtrorũ cõcilio, Apoſtolica authoritate, tenore præſentium perpetuò vnimus, annectimus & incorporamus: ac volumus, ſtatuimus, & ordinamus illud de cætero dictæ congregationis eſſe, ac iuxta mores & ritus, & inſtituta prædicta perpetuò regi, & gubernari debere, liceréque præſidenti & diffinitoribus ac congregationi præfatæ per ſe, vel alium ſeu alios regiminis & adminiſtrationis, ac bonorum omnium mobilium & immobilium dicti monaſterij poſſeſſionẽ, vel quaſi propria authoritate liberè apprehẽdere, ac perpetuò retinere; ac illud (vt præfertur) regere, & gubernare, cuiuſuis licentia ſuper hoc minimè requiſita. Ac illos ex monachis dicti monaſterij, qui ſub di-
C cta obſeruantia viuere nollent, inde ammouere, ac ipſius ad alia monaſteria dicti ordinis, vbi beniuolos inuenerint receptores, ſeſe transferendi licentiã habeant, qui tamen beneficia eccleſiaſtica, vel alia vnde inhærere poſſint, non habuerint: quoad vixerint, aut donec dictos beniuolos inuenerint receptores, monachalem portionem ex fructibus dicti monaſterij accipiant. Necnon congregationem ipſam propter nomen & dignitatem monaſterij huiuſmodi, (quod aliorum monaſteriorum dicti ordinis caput eſt vt præfertur) de cætero Caſinenſem congregationem alias ſanctæ Iuſtinæ nuncupari debere, omnibus tamen & ſingulis priuilegiis & immunitatibus, & exemptionibus, conceſſionibus, & indultis, hactenus congregationi ſanctæ Iuſtinæ huiuſmodi conceſſis in ſui robore & firmitate perſiſtentibus, in omnibus & per om-
D nia, perinde ac ſi huiuſmodi tituli mutatio, ſeu variatio facta non eſſet: & huiuſmodi priuilegia à principio ſub nomine congregationis Caſinenſis, alias ſanctæ Iuſtinæ huiuſmodi ſpecialiter, & expreſſè conceſſa fuiſſent. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, necnon monaſterij ac congregationis ordinis prædictorum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſtitutionibus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane, ſi ſecus ſuper his à quocunque quauis authoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pagi-

Nolentes viuere ſub reformatione amouendi.

Caſinũ, caput omnium monaſteriorum ordinis S. Benedicti. Cõgregatio Caſinẽſis, alias S. Iuſtinæ de padua.

Ttt 4

nam noſtræ vnionis, annexionis, incorporationis, voluntatis, ſtatuti, ordinationis, & decreti infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli atque beati Benedicti ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum: Anno incarnationis
1503. dominicæ M. quingenteſimo iij. x. Cal. Decembris. Pontificatus noſtri anno primo.

TErtullus Dei gratia inuictiſſimæ reginæ cœli, terræque ciuitatis Romanæ patricius, dictatoribus, magiſtratibus, ſenatoribus, conſulibus, proconſulibus, præfectis, tribunis, centurionibus, decurionibus, & omnibus hominibus per totum orbem commorantibus Romanæque ditioni ſubiacentibus, ſalutem, & perpetuam pacem. Noſſe vos non ambigimus Senatum, Populúmque Romanum, totius mundi dominos, dominatores orbis, & Præſules, cum quicquid ſubiacet cælo, annis viciſſent, & in ſeruitutem redegiſſent, totius orbis reginam cœleſtem conſtituiſſe æternam & à Deo conſeruandam vrbem Romanam, ſingulari virtute, fertilitate, potentia, ſapientia, pulchritudine, bonitate, ædificiíſque toto orbe ſacratam. Ergo quia tantorum bonorum authorem Deum nobis hæc omnia concedente, adorare, colere, venerari, necnon eius Baſilicas poſſeſſionibus dicare deberemus: Idcirco ego Tertullus Domini gratia Ro. vrbis patricius, concedo tibi in perpetuũ patri Patrum Benedicto, & tuis ſucceſſoribus in Caſini Cœnobio ſancti Baptiſtę Ioan. degentibus, omnes patrimonij mei curtes, quę eſſe videntur in Sicilia, cum ſeruis. vij. Millibus, exceptis vxoribus eorum, & filiis. In Meſſana, modia terræ triginta cum portu ſuo. In Acio, modia terræ viginti milia. Iuxta ciuitatem Cathanenſem, modia terræ quinque milia centum quinquaginta. In Agrigento trecenta. Iuxta Syracuſam quadraginta. In Drepanis modia terræ iiij. milia. In Aquis ſergeſtianis nongenta. In ſolunto triginta. In thermis quadraginta. In parthenico octingenta. In Iochara ſexcenta. Iuxta Panormum trecenta cum portu ſuo. In cephalodio xv. millia. In Alexo lvij. In galeate clx. In Athaliate trecenta. In agamino duo millia. In tyndare cl. Has omnes cum eccleſiis, villis, ſyluis, aquis, piſcariis, aquarúmque decurſibus ad eaſdem curtes pertinentibus, in eodem. S. Cœnobio. S. Baptiſtæ Io. in perpetuum corroboro, & confirmo. Si quis autem hoc decretum noſtrum violare pręſumpſerit xiiij. millia talenta auri puriſſimi Romano ſoluat imperio. Et hoc decretum priſtinum robur obtineat. Actum eſt hoc decretum xv. Calen. Iulij. Anno Imperij Iuſtini quinto cccxxvj. olympiade.

Ego Tertullus patricius manus meæ ſigno roboraui.
Ego Symachus pat. conſul ſubſcripſi.
Ego Boetius bis conſul ſubſcripſi.
Ego Vitalianus conſul ſubſcripſi.

In

A IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Dei æterni, anno incarnatio-
nis eiuſdem quingenteſimo vigeſimo nono: Imperij verò Domini
noſtri conſeruandi Iuſtini perpetui ac triumphatoris auguſti, anno qua-
to menſis Iulij die xiiij. Chriſtus ſe ſequentibus, ſuáque iuſſa ſeruan-
tibus promiſſus eſt centuplum redditurum, & in cæleſti regno vitam
æternam daturum: quia quod Deo & ſanctis eius conceditur, poſt hanc
vitam in cæleſti palatio inuenitur. Quod ego Gordianus illuſtriſſimus
atque ſpectabilis conſul almæ ſenioris Romæ aduertens, declaro de-
ueniſſe nos Caſinum vnà cum conſanguineo Domino noſtro Tertul-
lo patricio, cauſa viſendi ac querendi propinquos noſtros chariſſimum
Placidum, Maurum, ac Fœliciſſimum. Cumque eundem locum in-
B greſſus, & à venerabili patre Benedicto in fraternitatem, & ſocieta-
tem bonorum operum fuiſſem ſuſceptus, nomina noſtra cum diſci-
pulorum ſuorum nominibus deſcribi fecit. Quo facto, nos quoque
ad remunerandum tantæ charitatis vinculum, in præſentia dicti glo-
rioſiſſimi Tertulli, noſtræ adeo conſeruandæ almæ ciuitatis Roma-
næ patricij, in conſpectu quoque parentum nobilium noſtrorum ſci-
licet Symachi, Vitaliani, Equitij, ac Dorothei, interuentu quoque ac
poſtulatione dilectiſſimi filij noſtri Gregorij, de præſenti in perpetuum
concedo tibi ſerue Dei Benedicte, caſtra, municipia, poſſeſſiones, & vil-
las, omnia & in omnibus, quæ mihi ex parte Octauiæ ſtirpis, & Syl-
uiæ noſtræ dilectiſſimæ coniugis pertinent in territorio noſtræ ciui-
C tatis Romanæ, ſuburbio Aquinenſi. Villam Eucheliam cum perti-
nentiis ſuis inter hos fines. Ab vno latere ſilice, & riuum, ab altero
longum Campum, & riuum, qui mittit in agrum de Maceda fa-
melica, & fluuium Carnellum ab altero, ſicut mittit à riuo Syluati-
ci & vadit in ſilicem: Necnon & fundum Granarium cum pertinen-
tiis ſuis, inter hos fines, ſicut mittit, a domo Firmana, & vadit dere-
ctè in Carmada, inde in fluuium Melpha, & vadit in limitem ſub gra-
narium, & aſcendit in montem ſancti Angeli: habentem à prima par-
te gradum malum: aſcendit eundem gradum, & vadit per radi-
cem montis ſancti Angeli, & mittit in riuum, & vadit in grana-
rium. A tertia parte finem habet dictum granarium. A quarta, via
publica antiquaque quæ dicitur Arceſana: & vadit per pedes ip-
D ſius montis: ſic incipit. A prædicto Granario, & vadit ad pri-
mos fines. Concedimus etiam & de præſenti iam dicto patri venera-
bili, fundum reginæ inter hos fines, ab vno latere viam latinam, ab
alio lat. ſilicem, à tertio lat. fluuium Melpha, & viam Campaniam:
inde in Porcaritiam, & vadit in foſſas, & mittit in ſilicem. Hæc omnia
interuentu dilectiſſimi filij noſtri Gregorij, propter ſingularem dile-
ctionem, quam in iam dictis Placido, & Mauro ac Fœliciſſimo ha-
beo: ac pro redemptione quoque animæ meæ, & Syluiæ vxoris meæ,
necnon propter Fœlicis, atque Thranſyllæ, totiúſque ſtirpis Octauiæ,

ad poſſidendum eidem ſeruo Dei Benedicto in perpetuum tradidi, E
confirmaui, donaui, ac roboraui ad ſemper habendum. Atque pallam altaris ſancti Baptiſtæ Ioannis in eadem Caſinenſi eccleſia obtuli, Cum intra ſe habentibus, ſubter & ſupra, cum viis ſuis intrandi, & exeundi per omnia, & in omnibus. Si quis autem huius noſtræ conceſſionis indiculum in aliquo violare præſumpſerit x. milia talenta auri puriſſimi Ro. ſoluat imperio. Et vt hæc noſtra conceſſio firma & ſtabilis in æuum permaneat, Actum hoc anno Imperij Iuſtini iiij. cccxxvj. olympiade.

Ego Gordianus Romanorum ſenator illu. manus meæ ſigno roboraui.
Ego Gregorius filius eius conſul ill. ſubſcripſi. F
Ego Tertullus ill. atque ſpectabilis almæ ci. Rom. patricius.
Ego Symmachus patricius, & conſul.
Ego Vitalianus pat. & conſul.
Ego Beliſarius pat. & conſ.
Ego Dorotheus conſ. nouæ Romæ conſtantinopoleos
Ego Boetius patricius, & bis conſul: compleui, & reddidi. xv. Iulij.

Epiſtola ſanctiſſimi patris noſtri Benedicti ad Remigium Remenſem Archiepiſcopum.

Dominico ſacerdoti Remigio, frater & conſeruus in Chriſto Ieſu G
cœnobialis vitæ humilis cultor Benedictus, æternæ benedictionis munus. Sanctiſſimo tuo congratulans profectui, ſacerdos regis ſummi, quia ſummi capitis membra ſumus, quod mihi deeſſe ſentio in me totum, laus Deo, poſſidere me credo in te. Ecce quod mea peccata fieri prohibuerunt, tuæ authoritatis ſacerdotalia habent merita: & deſinant ammodo circa me rumores hominum, Cum apud te conſtet omnium eſſe perfectionem virtutum. Hanc captiuam & ab antiquo hoſte obſeſſam tuę delego celſitudini quatenus pro eius liberatione ſacram hoſtiam offerre Deo debeas, & meam paruitatem victoria ipſa non minimum lætifices. Vale ſacerdotum Chriſti limpidiſſime calcule.

Demoniaca curāda à B. Benedicto ad S. Remigiū miſſa.

Cum verò ſignatis idem literis, hoſpitibus valefaceret, proprium H
nuncium cum illis in Galliam deſtinauit: qui beato Remigio tantæ humilitatis munus offerret. Cumque Remenſium vrbem intrarent, & ſanctus domini Pont. tanti patris apices prouidiſſet, lachrymis vberrimis profuſus in hæc verba proſiliuit. Gratias tibi Chriſte redemptor clementiſſime, qui noſtra tempora tanta ſublimaſti gloria: vt in ſpeciali famulo Benedicto tota te per orbem magnificet eccleſia. Surrexitque continuò glorioſus Archimandrita Remigius, & epiſcopali ſe infula more ſolito trabeauit; atque oblaturus Deo ſacrificium, eccleſiam

A ſiam concitus intrauit. Cumque miſerabilis illa parentum ſolatio in eccleſiam veniſſet, verſipellis vafer ille per os puellæ hæc verba inuitus protulit. O ſacerdos Remigi, noli aduerſus Benedictum gloriari: quia non per tuum imperium, ſed per eius humilitatem exire cogor: His dictis liberata eſt mulier: Et omnes qui audierunt dederunt gloriam Deo, qui eſt mirabilis in ſanctis ſuis & benedictus in ſæcula. *i. Diabolus.*

Epiſtola Siculorum ad ſanctiſſimum patrem noſtrum Benedictum pro paſſione ſancti martyris Placidi diſcipuli ſui, & ſociorum eius.

B VNiuerſali monachorum inſtitutori atque doctori Benedicto, ſerui & filij eius deſolati & deſtituti paſtore cum ſubiectione reuerētiam. Quia nihil paternitati veſtræ incognitum eſſe ratum duximus, de his quæ apud nos actitata ſunt ſcire veſtram ſanctitatem volumus, religioſiſſimum & ſanctiſſimū diſcipulum veſtrum Placidū tertio nonas Octobris: poſt multa tormentorum genera, gladij animaduerſione migraſſe ad Dominum. A duce namque Sarracenorum Mamucha cum fratribus ſuis Eutitio, Victorino, ac ſorore virgine Flauia, Fauſto, Firmiano & monachis triginta captus, poſt verberum mactationem, ſuſpenſionem, fumi adminiſtrationem, membrorum omnium tortionem, arteriarum & dentium confractionem, necnon & linguæ abſciſſionem, capite cum omnibus ſociis ſuis truncatus eſt. Vnde ſuppliciter veſtram paternitatem poſcimus, vt ad curtes & poſſeſſiones retinendas veſtros diſcipulos mittere dignemini. Clamat namque Sicilia, clamat per vniuerſam inſulam longe lateque fundata eccleſia. Oſtende in nobis Pater ſanctiſſime gratiam tuam, deſcendat ſuper nos benedictio tua, mittendo diſcipulos tuos, doce nos facere præcepta tua: quoniam quidem de reliquo tempus eſt, vt ſuper Placidi filij veſtri paſſione, Deo & vobis gloriam & gratiam referamus. Hic enim in vita & in morte nil aliud egit, atque nihil aliud ſtuduit, quam vt ſoli Deo viueret: quia mortuus viuit quiſquis Deo placite vixit, etiam ſi ante tempus moriatur. Placidus namque diſcipulus veſter vixit in Chriſto, & mortuus eſt propter Chriſtum, ſicut ſcriptum eſt: *Dies paſſionis Sancti Placidi.*

C (in margin before "ſciſſionem")

D Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum. Ergo quum eius memoriam notificando recenſemus, illius vitam & paſſionem laudamus. Iam tempus eſt Pater venerande, vt filiis & ſeruis tuis verbi miniſtros mittere digneris. Eccleſia namque in Sicilia locata clamat: Tunica mea ſciſſa eſt: os meum clauſum eſt, ſpecies mea obſcurata eſt. Exterminauit & occidit ſingularis aper Mamucha paſtorem ouium mearum Placidum patrem ſanctiſſimum: contaminauit inuidia Abdalæ regis ſaracenorū ſanctificationē Placidi patris mei, quaſi in ſylua lignorū, ſecuribus exciderūt ianuas monaſterij eius ante me. Inſuper in littore maris & in deſerto diri-

pientes occiderunt eum, dixerunt in corde ſuo, cognatio Agarenorum in idipſum, ſilere fecimus os placidi loquentis plurima aduerſus luciferum Deum noſtrum: humiliauimus aurum decoris eius, ad terram deiecimus nobilitatem eius: non eſt iam docens, neque amplius confutando claudet os noſtrum. Vſquequo Pater ſanctiſſime de filiorum tuorum abſentia improperat mihi inimicus? Reſtitue mihi ſocios Placidi diſcipuli tui, repræſenta mihi ancillæ tuæ ſpiritales tuos filios paſtores meos. Quáuis enim crudeliſſimus Mamucha iniuſtè & nequiter in me damnauit & occidit Placidum patrem meum, tamen charitatis coágulum retinere te conuenit, mittendo diſcipulos tuos, ſine quo nemo videt Deum. Iam enim tranſiit Saracenorum perfidia: ſed in Sicilia in perpetuum tua manet poſſeſſio. Ego in æternum ancilla tua. Lætifica cor filiorum tuorum, mittendo diſcipulos tuos, qui me tibi repræſentent, qui pro me omnipotentis Dei implorent clementiam. Si hoc feceris, non ſolum iam dictas poſſeſſiones retinebis: verùm etiam ſanctæ religionis habitum longe latéque propagabis. Ecce nunc quaſi ad patrem præſentem & verbis & ſcripto dirigo precem, poſcens meæ te compati neceſſitati. Indulge mihi profundum tuæ, non capienti, & querenti ſapientiæ: Nunc autem flens audacter rogo, non iubeo. Ne auertas obſecro ſecundò me confuſum, præbe teipſum nobis, mittendo diſcipulos tuos, & deſiderantes doctrinam tuam hilariter intueri. Deſtina proprios ad propria tua, quia gratanter ſuſcipientur. Exhilaratus itaque de tantis apicibus ſanctus, palmas ad alta ſuſtollens, gratias egit redemptori omnium dicens. Grates nunc tibi promo cunctorum vita ſalúſque, qui fructum labiorum meorum dilectiſſimum Placidum, ſingularem & vnicum mei pectoris filium, ad tuum feciſti conſcendere ſolium. Hæc patre ſanctiſſimo proclamante, & ſuper beatiſſimi martyris Placidi paſſionem vltra modum ſpirituali lætitia congaudente, omnem Caſinenſis conuocans congregationem, talem ad eos protulit orationem. Sicut patris eſt gaudere in ſuorum profectibus filiorum, ita & filiorum eſt augmentum patris ſua lucra reputare. Quapropter noueritis dulciſſimum & amantiſſimum filium meum Placidum martyriali trabea adornatum migraſſe ad Dominum. Iam enim meis interioribus oculis eius immaculatam hoſtiam & Deo beneplacentem deduxi in alta cœlorum. Hunc nempè tempore quo illum à patre, ſuo ſuſcepi, memineram eſſe mortalem, nec fefellit opinio. Nunc non eſt quod conquerar, habeo in quo Deo gratias agam: quia ſẽper optaui, vt de fructu cordis mei omnipotenti Deo ſacrificium offerretur. Nihil enim hoc ſacrificio habui precioſius, nihil amabilius, nihil carius: Elegit namque Placidus pro Chriſto momentaneam mortem: & peruenit ad eum in cæleſti ſolio ad dexteram patris regnantem. Ob id enim Chriſtus pro omnibus mortuus eſt, vt nos non nobis ſed Chriſto viueremus. Grates autem omnium refero redemptori, quia ingratus eſſe non poſſum: Congaudendum enim mihi eſt quod talem diſcipulum habuerim, non dolen-

Verba S. Benedicti, audita paſſione B. Placidi et ſociorum eius.

Egregia cõſolatio Sancti Benedicti.

E F G H

A dolendum quod amiſerim. Nam illud munus fuit, hoc debitum eſt: Functus ſum famulatu Placidi diſcipuli mei quamdiu Deus voluit: & poſt qui dedit recepit. Quod naturæ communis fuit Placidus pro Chriſto poſuit; & quod ſingularis eſt gratiæ meruit. Cur autem ego doleam mihi Placidum filium meum ereptum: quum ob ſalutem noſtram Deus filio ſuo non parcens, pro nobis omnibus tradidit illum? Quis vnquam exceptus eſt à conditione moriendi, qui non eſt exceptus à cōditione naſcendi? Non ergo Placidum defleam filium: quem ſcio tranſiſſe de morte ad vitam. In illius namque morte gaudendum eſt, nō dolendum: quia illam pro veritate guſtauit. Nam cur ego te Placide fili cariſſime defleam: qui mihi ſic ereptus es, vt omnium eſſes? Non enim perdidiſti vſum naturæ: B ſed cōmutaſti, ante corpore ſeparabilis à Deo exiſtēs, nunc indiuiduus cum Deo permanens: Fœlicia verba quæ in te expendi: fœlices labores quos in te ſuſtinui. Dum viueres mecum, non te Tertulli patritij patris tui amor à me diuellere potuit: nec ipſe mihi vnquā patrem prætuliſti, vſquequo ad æternā vitā migraſti. Hæc & his ſimilia patre Benedicto ſanctiſſimo proloquente, ex conſilio totius Caſinenſis congregationis quoſdam ex diſcipulis ſuis ad Siciliam direxit: præcipiens illos citius properare ad prædictam inſulam, ad monaſterium beatiſſimi martyris Placidi reſtaurandum, & curtes ac villas Tertulli Patricij gubernandas.

De morte beati Placidi.

Epiſtola Gordiani diſcipuli ſanctiſsimi Benedicti, ad beatum Maurum condiſcipulum ſuum.

C DOminico Leuitæ Mauro, Caſinenſi Cœnobij præpoſito, & ſanctis fratribus Fœliciſſimo Honorato, Peregrino, Aquino, Probo, Seuero, ac cæteris ibidem commanentibus, Gordianus vltimus patris Benedicti diſcipulus, in noua Roma Conſtantinopoleos conſtitutus. Sa. in Domino & ſpiritum fidei. Quia omnibus modis deſiderandam nobis & totis fibrarum præcordiis amplectendam ſanctitatem. V. nihil patimur ignorare eorum quam maxime, quæ ad augmentum ſanctitatis inſtitutoris noſtri ac legiſlatoris pertinere noſcuntur. Operæprecium duximus innoteſcere ea quæ temporibus iſtis circa ſanctum & dominum meum Placidum in Sicilia euenere. Is enim poſt innumera prodigiorum portenta, in fidei petra greſſus ſuos defigens, à feroce Agarenorum Duce Ma-D mucha captus, & diuerſis ſuppliciis affectus, nec fluminibus, nec ventis diuerſorum euentuum potuit à ſtabilitate ſua demergi, vel à nouis ſibi ſuppliciis illatis potuit à fide reuocari. Cum fratribus namque ſuis Eutitio, Victorino ac ſorore virgine Flauia & monachis triginta tribus, catenis vinctus, & fame ac ſiti cruciatus, ſuſpenſus, tortus, verberatus, aduſtus, fumigatus, arteria dentibúſque confractus, præciſa etiam lingua, apud Meſſanam ciuitatem tertio nonas Octobris capite truncatus, & inſepultus auibus cœli & beſtiis deuorandus relictus eſt: & monaſterium omne præter Eccleſiam ſancti Baptiſtæ Ioannis à fundamentis euerſum. Quorum corpora monachorū colligens in maris littore, ipſius verò Domini

S. Placid' die 5. Octobris martyrizatus.

mei & fratrum eius in Eccleſia humare curaui, quinto ſcilicet die Paſſionis eorum: gratias agens dominatori & gubernatori omnium: qui & illis virtutis conſtantiam, & martyrij lauream tribuit: & perſecutoribus illorum dignum retributionis præmium intulit. Comprehenſus namque eſt idem ſæuus tyrannus in operibus manuum ſuarum: & cum omni exercitu ſuo in medio mari ſubmerſus eſt, lacum aperuit & effodit eum: & incidit in foueam quam fecit: Conuertatur dolor eius in caput ipſius: & in verticem eius iniquitas eius deſcendat. In quo facto omnipotenti Deo gratias referre conuenit: qui & ſanctis martyribus dignam recompenſationem, & perſecutoribus æternæ vindictæ opprobriũ intulit: vnde veſtram fraternitatem in Domino Ieſu rogamus & obſecramus: vt eiuſdem loci ſancti deſtructionem, & iam dicti Domini mei Placidi paſſionem venerabili magiſtro noſtro Benedicto referre curetis: & noſtras, noſtríque deſtructi cœnobij preces audire, ſeruorum ſingultus proſpicere, & tanti gemitus lachrymas inceſſanter effuſas ſtudeatis attendere: quatenus ſolito more & ſolitæ pietatis viſceribus, familiæ iam dicti Domini mei Placidi in Sicilia conſtitutæ compatientes, & opem conſolationis eundem locum reſtaurando petentibus tribuentes (prout opportunum eſt) nos adiuuare ſatagatis: Quia poſt Deum vnica ſpes ſalutis, & liberationis noſtræ fiducia penes vos procul dubio eſt. Vale.

Pſal. 7.

Maurus ad Gordianum.

SPirituali dilectione in patris Benedicti viſceribus amplectendo fratri Gordiano, conſeruus & frater in Chriſto Ieſu Maurus, Caſinenſiũ fratrũ mihiſter indignus. Sic huius vitæ metas percurrere, vt in futuro æternam retributionem valeas ab omnium remuneratore percipe, pijs te ſtudiis in ſancta magiſtri doctrina & religione inſtructum gaudebamus: & poſt monaſterij ruinam, ob tuam liberationem cunctorum dominatori gratias agimus. Sed de veſtro receſſu vltra quam dici poteſt triſtamur & ingemiſcimus: Oportet enim te, iuxta quod pater Benedictus præcepit, in monaſterio iuxta Meſſanam ſito morari. Vnde te magiſtri noſtri imperio ad eundem locum redire monemus: & in cœnobij regimine inſudare, & curtium ac portuum curam adipiſci. Tanto namq; magis in iam dicta conſocij noſtri Placidi obedientia operam dare conuenit: quanto ſpecialius ab eodem inſtitutore noſtro, eodem te eſſe directum nõ ignoramus: tantóque pro tuæ ſalutis cuſtodia vigilare te condecet, quanto vt confirmet hoc Deus quod operatus eſt in te, enixus tibi & nobis optandum eſt. Redi ergo ad beatiſſimum martyrem Placidũ, quẽ ab ipſo tyrocinio amaſti, quem elegiſti, quẽ quæſiſti, cuiuſque in neceſſitatibus patrociniũ percepiſti, & ſalubriter & cõuenienter fluenta doctrinæ tuliſti, cuiúſque te protectioni cõmendaſti, & tradidiſti. Nos enim pro te oĩpotentem Deũ rogare nõ deſiſtimus: vt qui cœpit in vobis, operetur atque perficiat opus bonũ vſq; in finẽ: tribulationibus & anguſtiis veſtris compatientes, & veſtros dolores manu cogitationis in noſtro corde tangentes. Vale.

Gordiani

A *Gordiani ad ſanctiſsimum Papam Vigilium.*

DOmino ac patri ſuo ſanctiſſimo Vigilio ſummo pontifici & vniuerſali Papæ ſenioris Romæ, Gordianus patris Benedicti diſcipulus, & ab eo in ſeruitium Placidi martyris Chriſti electus, Sic huius vitæ pelagum currere vt portum ſalutis valeat apprehendere. Dudum te, pater millies beatiſſime, inundoſis mœnibus nouæ Romæ Conſtantinopoleos aduenisse cognoſcens, repletum eſt os noſtrum gaudio, & lingua noſtra exultatione, non aliter quam ſi corporalibus meis oculis magiſtrū noſtrum Benedictum viderem, vel Placidum martyrem ipſum. In te enim Petrum & Paulum Apoſtolorum principes perſpicio. In veſtro ſacratiſſimo cor- *Pſal. 125.*
B pore vniuerſos Romanos martyres, & confeſſores, & virgines cerno: in te magiſtri iam dicti mei præſentiam video. Ob quam rem Deo omnipotenti immenſas de veſtro aduentu gratias agimus: ſuppliciter illius implorantes clementiam, vt quandoque me de incolatu & peregrinatione abſtractum, ad Domini mei Placidi monaſterium ſua largiflua pietate reducat. Nos enim (pater patrum venerande) poſt eiuſdē martyris Chriſti Placidi lauream, varia tenuere diſcrimina, & immenſarū vndarū infinita certamina. Nā poſt monaſterij eius deſtructionem, Neapolitanorum nauem conſcendens ad has partes deuolutus ſum, non tamen ocioſè remoratus. Dedi namque operam, vt martyr Placidus (qui vitæ merito, ac miraculorum immenſitate per mundi climata viuit, & nobilitas eius, & lar-
C ga eleemoſynarum copia, & ſermonis facundia, quæ iam vſque ad mūdi fines peruenit) poſteris generationibus non lateret. Sed (vt potui) ſummatim ex multis pauca conſcripſi: non quod veſtram paternitatem eiuſdem precioſi martyris facta lateant: ſed vt per nos orbi Romano incomparabile & ineſtimabile illius præconiū in immortalē memoriam ſtatuatur: & ad inſtructionem omnium, quod de eo in noua Roma deſcripſimus, in vrbe quæ eum genuit, in lucem profudit, aluit & educauit perenniter habeatur. Durum namque Domino noſtro diuæ memoriæ Iuſtiniano perpetuò triumphatori videbatur: vt quum Æneadæ exteris quibúſque, & aliarum gentibus tantum honoris pro martyrij reuerentia detulerint: vt omnia penè acta illorum deſcribentes, per orbis circulum diſſeminarent, & ad noſtram vſque memoriam, qui nondum eramus per-
D uenirent, Placidi nobiliſſimi & ſingularis viri paſſio indiſcuſſa dimitteretur: qui & ſine martyrio habuit multa quæ apicibus tradi decerent, ſcilicet tanta & talia tamque innumera: vt magnitudinis immenſitate nos in hebetudinem mentis inducant. Imparem namque me eſſe cernebam ad tanti viri retexenda præconia: nec vnquam à me ſic poſſe tam grandia facta deſcribi: vt ſermo pauperculus illius videatur virtutibus dignus, cuius gloria, cuius præconium, ipſe Deus eſt: & ob id alicuius præconio non eget. Accedebat ad hoc quod diuus triumphator Auguſtus Iuſtinianus Æneada iam dicti nepotis ſui Placidi paſsionem exarare ſanxerat, gliſcens ardore inſatiabili examuſſim eius acta cruciatúſque agnoſcere. Cuius

ego ſacratiſſimo imperio parens (licet facundia deeſſet, licet ſermonis inopia nos inhabiles redderet) eius diuæ iuſſioni obtemperans, facta eius & dicta ſimul & paſſionem inſulſe deſcribentes: vſque ad veſtrum in hanc vrbem aduentum in domo Aniciorum habendã repoſuimus. Iam verò quia vos omnipotentis Dei largiflua gratia ad Orientalem Romani imperij ſedem direxit: vt diſcordantes ad concordiã reuocaretis, exemplum iam dictæ paſsionis beatiſsimi martyris Placidi veſtræ Apoſtolicæ authoritati trado: poſcens illam à veſtro ſacratiſsimo pectore roborari; & Romanis occidentalibus habendam contradi & in Apoſtolicæ ſedis archiuo conſeruandam reponi, & præſentem epiſtolam ad poſterorum memoriam in calce paſsionis conſcribi: ob id ſcilicet quia poſt iam dictæ paſſionis exarationem deſcripta eſt. Eandem namque hiſtoriam pótificum diadema inchoare ſtuduimus: à die ſcilicet quà illum matris vterus huic mundo edidit: vſque ad diem qua Chriſtus eundem ſanctiſsimum martyrem cum ſocis ſuis ad habitationem patriæ cæleſtis induxit: adiungentes ea quæ poſt paſsionem in iam dicto euenere Cœnobio. Omnia namque (vt V. P. nouit) priſcorum exempla ideo in litteris ſunt digeſta: vt legentium animos acuant, mentem confirment, & ad ea quæ Dei ſunt peragenda vnumquemque reddant expertum. Similiter & noua, vt Deus honoretur: & humanus animus ad Dei ſeruitium accendatur. Vetera enim & noua vtrique cauſæ conueniunt. Vna enim virtus ſpiritus ſancti: vna cum patre & filio deitas, vna poteſtas, vna maieſtas. Ipſe enim per prophetam locutus eſt dicens. In nouiſsimis diebus effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem: & prophetabunt filij veſtri & filiæ veſtræ. Senes veſtri ſomnia ſomniabunt: & iuuenes veſtri viſiones videbunt. &c. Sed quorſum hæc ſpectant? Ad nos ſcilicet & ad modernos doctores: qui ſicut prophetias, ita viſiones nouas repromiſſas & ſanctorum paſsiones ſimul ac ſigna cognoſcimus, diligimus, veneramur, & pro modulo noſtro honorare ſtudemus: atque virtutes & chariſmata ſpiritus ſancti ad vtilitatem & ædificationem ſanctæ Eccleſiæ deputamus: cui & miſſus eſt, id eſt omnia donatiua adminiſtraturus, iuxta illud Euangelicum. Rogabo patrem meum: & alium paraclitum dabit vobis. Et rurſum. Paraclitus autem ſpiritus ſanctus quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia: quia apud vos manebit, & in vobis erit. Paulus quoque Apoſtolus dona deſcribens Eccleſiæ, dicit. Vnicuique datur per ſpiritum ſermo ſapientiæ, alij gratia ſanitatum, alij genera linguarum, alij interpretatio ſermonum. Hæc omnia operatur vnus atque idem ſpiritus: diuidens ſingulis prout vult. Et nos itaque ſpiritus ſancti gratia adminiſtrante, Chriſti teſtis Placidi paſſionem atque miracula, ſicut audiuimus & oculis noſtris vidimus, inſulſe à nobis deſcriptam vobis pater venerande dirigimus, omni nixu poſcentes iam dictã hiſtoriam Romanis occidentalibus deſtinari: vt euidenter agnoſcant qualiter ſuperna clementia poſt labores & certamina martyrem ſuum Placidum glorificans, æterna laurea decorauit. Denique opus iſtud quod triumphatoris inuicti Iuſti-

Margin: E, F, G, H.

Joelis. 2. Act. 2.

Ioan. 14.

Ibidem.

1. Cor. 12.

Habetur hac paſſio S. Placidi à Gordiano deſcripta to. 7. Sury de ſanctis, ſub de quinta Octob.

A Iuſtiniani iuſſu cuderam, ſanctiſſimo Eutitio patriarchæ nouæ Romæ Conſtantinopoleos oſtendi in ſecretario maioris Eccleſiæ, dũ Synodum clv. Epiſcoporum vnà vobiſcum iuſſu Domini noſtri Iuſtiniani perpetui Auguſti celebraret: qui Deo omnipotenti cum iam dicto ſacerdotali collegio gratias agens, per Orientalem plagam diſſeminare conſtituit ad omnium ædificationem orthodoxorum. Honoris veſtri monarchiam, beatiſſimo Placido martyre interueniente, omnipotens Deus ſua largiflua pietate cuſtodiat ſanctiſſime ac beatiſsime Papa. Scripta, Domino noſtro Iuſtiniano Æneida xxvij. anno Imperante: Conſulatu Baſilij & Beliſarij anno xij.

B *Diualis ſacra Flauij Iuſtiniani Æneidæ Imperatoris inuicti ad ſanctiſsimum Vigilium Papam.*

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, Imperator Cæſar Flauius Iuſtinianus † Æneidã, Alamanicus, Gothicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Guandalicus, Herulicus, Africanus, Pius, fœlix, inclytus, victor ac triũphator ſemper Auguſtus, ſanctiſsimo ac beatiſsimo Papæ ſenioris Romæ Vigilio, & beatiſsimis Patriarchis Eutitio nouæ Rom. Conſtantinopoleos, Apollinario Alexandrino, Euſtachio Hieroſolymitano, & venerabiliſsimis Epiſcopis centum quinquaginta quinque in hac noua Roma Conſtantinopoleos conſtitutis: Salutem & perpetuam pacem. Quamquam ſolicitudinibus tam militaribus quam etiam ciuilibus indeſinenter Æneidarum imperij ſerenitas coartatur: tamen omnes Chri- C ſto amabiles Rom. rei pub. cauſas in ſecũdis ob diuinum cultum ponentes, quem contra barbaros, tam veſtri inuicti & à Deo conſeruandi imperij, quamque Chriſto dilectorum noſtrorum exercituum adiutricem habemus: æquum noſtra diua ſagacitas cẽſuit, præſentem noſtram piiſſimam ſacram ad veſtram beatitudinem deſtinare: per quam ea quæ circa nobiliſsimum & dilectiſsimum nepotem noſtrũ Placidum euenerunt, veſtra à Domino omnium dominatore cõgregata vniuerſitas agnoſcere, & eidem damnatori orgia laudis perſoluere valeat. Is enim cum fratribus & diſcipulis ſuis à Deo abhominandis & fulminandis paganis ob theologicam orthodoxámque fidem artatus, nexus, pedibus verſis ſit ſuſpenſus, verberatus & tortus, flamma aduſtus, præciſa etiam lingua, ad ex- D tremum pro capite omnium Chriſto caput ad præcidendum gladio nephando ſummiſit: Cuius triumphalem lauream ne per incuriam in abolitionem dehiſcens, perditum iret: per virum religioſiſsimum atque humillimum & Deo amabilem Gordianum, eiuſdem amantiſsimi nepotis noſtri Placidi famulum, argolicis apicibus exarare, & ad veſtram à Deo conſeruandam beatitudinem cum præſenti diuali ſacra deſtinare curauimus: ſtatuẽtes id à veſtra almitate per noſtram imperialem authoritatem Eoo & Heſperiæ tradi: & ad ſuccedũæ generationis memoriam archiuis ſanctarum Eccleſiarum habenda contradi. Licet autem illius inenarrabilem lauream, per omnia amplectendam doxam pro ſtatu Euangelicæ fi-

† Æneidã vbique ſe nominat, tamquã à ſanguine Æneæ lineam ducentem.

Id eſt, orienti & occidenti.

dei, noſtræ clementiæ ſingularis vigilantia narrare non ſufficiat: nõ tamen E
ideo prætermittenda ſunt fortitudinis eius inſignia: dum vbique vniuerſus orbis eius triumphalia narrat præconia: qui Chriſti Eccleſiã in victoria ſua trabea gloriæ & ſtola iucunditatis induit: eiuſdémque conſtantiſſimus defenſor extitit, accinctus gladio verbi Dei, quo diuiſit incredulos à credentibus. Induit ſe lorica fidei & galea ſalutis propugnator exiſtens:
Dauidi S. Placidum comparat. 3.Reg.17. & nouus Dauid non defenſor gentis illius quæ dominatori omnium eſt aduerſata: ſed illius quæ in Chriſto ceruicem cordis & corporis flecti Nazareni ſanguine coroboratus deiecit Goliam id eſt Mamucham impiiſſimum hoſtem: & cunctum agmen eius diſperdidit, & in maris profunda ſubmerſit. Percuſſit frontem, in qua non erat ſignaculum pietatis: in membris eius nullus relictus eſt vigor. Conclamate omnes & congau- F
Pſal. 80. dete ſtirpi Æneidarum: ſumite tympanum, & date pſalterium iucũdum cum cythara: quia vicit Placidus, cuius victoriam nullus poteſt dignè referre. Exultate nunc cum noſtro à Deo conſeruãdo imperio in eius triumpho. Infideles mœror & deiectio mentis comprimat atque conſumat. Fideles cum Placido æterna fœlicitate fruantur: & in orbẽ terrarum immenſis laudibus extollantur. Omnium dominatoris ſublimitas. V. B. conſeruet ſanctiſſimi ac beatiſſimi patres. Data iij. Non. Maias in noua Roma Conſtantinopoleos, miſſa per Cethegum patritium, & Petrum patritium & magiſtrum officiorum meum patritium Theodorum patritium, anno à Deo noſtri conſeruandi Imperij xxiij. conſulatu Baſilij viri clariſſimi anno nono. G

Vigilij Papæ reſcriptum ad Iuſtinianum Imperatorem.

Pliſſimo & ſereniſſimo victori triumphatori Flauio Iuſtiniano Conſtantino Imperatori Auguſto Aeneidæ, Vigilius Epiſcopus ſedis Apoſtolicæ ſenioris Romæ, cum reliquis coepiſcopis, Eutitio nouæ Romæ Conſtantinopoleos, Appollinario Alexandrino, Euſtachio Hieroſolymitano, & reliquis Epiſcopis centum quinquaginta quinque in noua Roma Conſtantinopoleos congregatis. De omnibus inimicis victoriam Regi regum (in cuius poteſtate ſunt moderamina rerum) gratias agimus: qui ita vobis orbis conceſſit monarchiam: vt cæleſte regnum poſt terreni imperij infulas concederet. Plus eſt enim quod in Deum defixa mente confiditis, quam de collato vobis diuinitus hono- H
re regnatis. Vos enim regnum Dei quæritis: vos ſanctis martyribus dignam reuerentiam exhibetis, qui eorum fortia facta apicibus mandari iuſsiſtis. Vnde omnes ad quos veſtrorum diuorum apicum peruenit notitia, innumeras gratiarum actiones, & inceſſabiles laudes propagatori omnium pro veſtro fortiſsimo imperio perſoluunt: Quia vt piiſsimus & æquiſsimus princeps, quæ ad Dei & martyrum redundant gloriam, cum timore & veneratione peragis: Confidentes quia quod promiſit veſtra pia clementia, potens eſt efficere: vt honor Eccleſiarum, & martyrum cultus in immenſum augeatur. Vnde & laus ab omnibus habitantibus

A tibus in orbe Romano, & perennis memoria, & frequens oratio pro ve-
ſtro triumphali imperio reddenda eſt: pro victoriis concedendis ante
Chriſtum dominum, cuius cauſa eſt, quatenus ſupernæ maieſtatis ter-
rore perculſæ gentium nationes, ſub ſceptri veſtri robuſtiſſimi princi-
patu, humiliter colla ſubſternant: vt piiſsimi regni veſtra contineat, dum
temporali imperio æterni regni ſuccedit, fœlicitas. Nec enim poterit
aliud ſimillimum inueniri quod veſtram inuictiſsimam fortitudinem
diuinæ maieſtatis commendet clementia: quam vt Eccleſiis & martyri-
bus honor debitus exhibeatur. Nos enim eiuſdem Chriſti Placidi amo-
re ducti, & veſtro inuictiſsimo parentes imperio, paſsionem illius à ve-
ſtra diua celſitate directam cum ingenti gaudio & veneratione ſuſcepi-
B mus: atque in perpetuum legendam Catholicis Eccleſiis tradimus: obſe-
crantes veſtram inuictam & triumphalem clementiam: vt pro amore
eiuſdem martyris, Caſinenſe Cœnobium (quod cum magiſtro ſuo Be-
nedicto idem martyr Domini in proprio ſolo fundauit) diligatis, foueã-
tis & Imperialem tuitionem exhibeatis: quatenus vnanimiter omnes ibi-
dem degentes pro tanto & tam inæſtimabili bono, per cunctũ vitæ ſuæ
ſpacium diuinam maieſtatem glorificent: & pro incolumitate atque ex-
altatione fortiſsimi imperij veſtri vnanimiter inceſſabiles Chriſto Domi-
no preces effundant. Piiſsimum veſtrum imperium gratia diuina, mar-
tyre Chriſti Placido intuente, vnà cum domina Theodora Auguſta, &
natis eius, cuſtodiat, eique omnium gentium colla ſubſternat, ſanctiſ-
C ſime & clementiſsime Imperator ſemper Auguſte. Vale.

Cenſura Cæſaris Baronij Card. in tres ſequentes Epiſtolas.

To. 7. An. ſub anno Chriſti 541

IN Epiſtolis quæ ſiue Gordiani, ſiue aliorum nomine apud Leonem Oſtienſem in ap-
pendice leguntur Chronici Caſinenſis nulla cohærentia ineſt, appoſitis à mendacio-
rum effictore conſulibus cum annis ibidem notatis Iuſtiniani Imperatoris. Et vt hæc obl-
ter attingamus, literæ eiuſdem Iuſtiniani ad Placidum nepotem ſuum datæ anno duode-
cimo ipſius Iuſtiniani Imp. (qui eſt annus Domini quingenteſimus trigeſimus octauus)
ſub conſulatu Boëtij & Cethegi, addito anno tertio, quorum nulla eſt mentio quod vnà
ſimul geſſerint conſulatum, ſed diuerſo tẽpore inter ſe, & à dicto Imperatoris anno lon-
ge remoto. Siquidem Cethegus Conſul fuit anno Domini quingenteſimo quarto: Boe-
tius quingenteſimo decimo: ſub anno verò duodecimo Iuſtiniani Ioannes & Voluſianus
Conſulatum geſſerunt. Qua pariter cenſura corrigas, quæ ei ſubiicitur, Theodoræ Epi-
D ſtolam ad S. Placidum, iiſdem Conſulibus & anno Imperatoris datam.

Sed maiori indigent caſtigatione eiuſdem Imperatoris Iuſtiniani nomine literæ ille
iiſdem coniunctæ, quibus ſalua vult eſſe Caſinenſi monaſterio, quæ Tertullus Placidi pa-
rens, quæve Iuſtinus ſenior Imp. eidem cœnobio contuliſſet: nempe villas, rura, caſtra,
oppida, ciuitates, & municipia ibidem recenſita, & quidẽ non parua numero. At quænam
ſub Theodorico Rege eſſe poterant alicui Romanorum Patricio oppida & ciuitates? Vel
quæ Iuſtinus Imp. eiuſmodi in Italia exiſtentia potuit donaſſe, non ſua? Nec enim glebam
Imperator Orientis ſub Theodorico Rege in Italia poſſidebat. Et quid illud ad finem: Ex
minio manu propria ſubſcripſimus: cùm teſte Suida Iuſtinianus literas penitus ignora-
ret? Et quomodo (vt ſuperiores Epiſtolæ) eadem data legitur ſub Conſulibus Boetio at-
que Cethego, anno duodecimo eius Imperij? Et quæ inſuper ridenda illa ſubſcriptio te-
ſtium: Theodoricus Rex aquilifer, Beliſarius draconifer, Mauricius leonifer, Tiberius
Iupiter? Ac denique quonam modo ſubſcripſiſſe potuit ei priuilegio anno duodecimo
Iuſtiniani Imperatoris Theodoricus Gothorum Rex, cum longe ante hæc tempora de-

ceſſiſſet: & poſt eum Athalaricus, inde Theodatus, ac poſtea Vitiges eo anno duodecimo Iuſtiniani regnaret? Sed miſſa iſthæc, quæ dolemus ab aliquo ocioſo confiꝟta. Miramur verò magis eadem ab eiuſdem ſacri ordinis monachis viris doctis non fuiſſe reiecta, & obliuione omnino ſepulta. E

Diualis ſacra Flauij Iuſtiniani Æneidæ triumphatoris inuicti ad Placidum nepotem ſuum.

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Imperator Cæſar Flauius Iuſtinianus, Æneida, Alamannicus Gothicus, Alanicus, Vuandalicus, Herculicus, Aphricanus, Pius, Fœlix, inclytus, victor ac triumphator inuictus ſemper Auguſtus, Placido nepoti ſuo dulciſſimo, ſalutis & perpetuitatis gaudia. Quantum noſtri imperij monarchiam rerum conditor exaltare gratuita pietate ſtuduerit, magiſtri veſtri Benedicti declarant F indicia: qui noſtro potiſſimum tempore fulgens miraculorum immenſitate, vniuerſum iam penè illuſtrauit ac decorauit orbem Romanum. Is enim præter vitæ meritum, præter legis doctrinam, præter pietatis immenſitatem, tanto virtutum iubare ſplenduit: vt iure & merito ſanctis ac beatis Apoſtolis comparatione dignus habeatur. Ob quem rem eius beatitudo apud noſtrum auunculum ſanctæ memoriæ Iuſtinum triumphatorem inuictum tam præcipuæ dilectionis & venerationis locum obtinuit: & tanta illi familiaritate, tanta coniunctus extitit vnanimitate: vt inextricabilem in noſtro diuo & à Deo conſeruando imperio ſui commendauerit, & perpetuam ſanctis meritis memoriam. Quem quia ob vitæ meritum, & proborum morum diſciplinam charum nimis & omnino venerabilem idem diuus Auguſtus dum viueret habuit: dũ debitum G naturæ perſolueret, inter alia multa imperij negocia, quæ noſtræ Auguſtali iniunxit clementiæ, hoc ab eo emolumenti accepimus: vt iam dicti patris Benedicti nos orationibus committeremus: & Caſinenſis cœnobio ab ipſo debitæ tuitionis & dilectionis curam impenderemus. Quo vita decedente, nos in Auguſtali ſolio ſuccedentes priorem illam Æneidarum charitatem non tantum in eodem ſtatu ſeruare, ſed etiam ampliare modis omnibus ſtuduimus: Nuper etiam dilectiſſimus ex Adelfus noſter Tertullus genitor veſter ad noſtram à Deo conſeruandam celſitudinem veniens, tanta nobis de religione, tanta de ſanctitatè dicti magiſtri veſtri Benedicti ſtuduit enarrare: vt hæc nullo modo poſſimus vel H verbis eloqui, vel apicibus cuncta mandare. Illud denique quondam in veſtri magiſtri iuſſione ſe cõfeſſus eſt proclamaſſe: O quàm bona domus tua Iacob? tabernacula tua Iſrael, quaſi tabernacula quæ fixit dominus. Et antiqua igitur patris Benedicti amicitia & ſanctitatis perſeuerãtia tantum in noſtris præcordiis charitatis ardorẽ accendit: vt aliquid ab eodem inſtitutore veſtro nobis iniungi ardenter optemus: per quod id quod habemus in affectu, exhibeamus in opere. Quapropter tuæ dilectioni per imperialia ſcripta mandamus: vt ad noſtrum à Deo conſeruãdum Æneidarum imperium ad nouam Romam deſcendere ſtudeat, noſtrámque à Deo conſeruãdam prolem inuiſere ſatagat, accepturus à noſtra maieſtate

A (prout ſanctæ memoriæ genitor veſter rogauit) pro Caſinenſi Eccleſia in veſtro proaſtio fundata Chryſobulium. Dei omniũ dominatoris clementia te in orthodoxa fide cuſtodiat dilectiſſime fili. Data iij. Calend. Auguſtas in noua Roma Conſtantinopoleos: Miſſa in Siciliam per Dorotheum & Beliſarium glorioſos patritios, anno à Deo noſtri conſeruandi imperij duodecimo Conſulatu Boetij & Cethegi anno tertio.

Diualis ſacra Theodoræ Auguſtæ piiſſimæ ad Placidum nepotem ſuum, vt ad nouam Romam aſcendere ſtudeat.

THeodora piiſſima ſemper Auguſta Placido religioſo Stephanito B Nepoti dilectiſſimo, honeſtum vitæ curſum fœliciter conſummare. Licet ex longo iam tempore noſtra à Deo conſeruanda clementia faciem veſtram non viderit, ob ſingulare dilectionis retinaculum in genitore tuo, noſtro autem cognato glorioſæ memoriæ Tertullo magnificentiſsimo & ſpectato Patritio habitum, tuam indolem ſpeciali amore amplectimur: & odore bonæ opinionis, qui de vobis & magiſtro veſtro Benedicto longe lateque diffunditur, tanquam fragrantia bene redolentium aromatum, delectabiliter reficimur: ſcientes & gratias agentes quod & magiſter veſter Benedictus noſtrum imperium ingenita pietate plurimum diligit: & pro Romani orbis ſtabilitate, omnium dominatoris clementiam exorare omnibus horis omnibúſque momen- C tis ardentiſsimè ſtudeat. Ea ergo gratia dilectionis qua glorioſæ memoriæ veſtrum dileximus, in eodem gradu dilectionis & propinquitatis te habere ſtatuimus; decernentes idem nobis liberíſque noſtris à veſtræ celſitatis reuerentia impendi, & magiſtro veſtro Benedicto noſtrum à Deo conſeruandum imperium humiliter commendari: quoniam & nos ſocietate eiuſdem patris ex longo iam tempore donari & inueſtiri meruimus: vnum autem veſtræ celſitatis orthodoxiam obſeruare volumus: vt iuxta id quod dominus noſter Flauius Iuſtinianus Æneida triumphator inuictus conſtituit, tua almitas ad vndoſa mœnia nouæ Romæ Conſtantinopoleos aſcendere ſtudeat, accepturus ab eo pro Caſinenſi Eccleſia Chryſobullium immunitatis. Omnipotentis Dei clementia te cum multiplici animarum fructu ad cæleſtia regna poſt mortem carnis per- D ducere dignetur amantiſſime ac ſpecioſiſſime fili. Data tertia Calendas Auguſti in noua Roma Conſtantinopoleos: Miſſa in Siciliam per Dorotheum & Beliſarium glorioſos Patritios, anno Domini noſtri Iuſtiniani triumphatoris inuicti decimo ſecundo Conſulatu Boetij & Cethegi anno tertio.

Diualis ſacra Flauij Iuſtiniani Æneidæ, triumphatoris inuicti, de immunitate Cœnobij Caſinenſis.

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, Imperator Cæſar Flauius Iuſtinianus Æneida, Alamanicus, Gothicus, Germanicus, Anticus,

Alanicus, Guandalicus, Herculicus, Africanus, Pius, Fœlix, inclytus, victor præcelſus, triumphator Auguſtus, humano generi habitanti in orbe Romano, Salutem & perpetuam pacem. Romani imperij propoſitum eſt vniuerſo orbi prouidere, viris religioſis manum porrigere, præcipuè tamen cælibatis, per eos diuinitati placentes, à quo imperandi & dominandi Æneidis ſub ſole donatum eſt. Hac de re cunctis notum eſſe volumus, quia Romani imperij ſtatus diuina pietate regitur atque firmatur: Deo enim propitio conſtituto, proſperè & ſecundum vota noſtra gubernari ſtatus Æneidarum & proficere ſolet. Imperium ergo auitum diuino nutu ſortiti, ſubditis pro pietate & manſuetudine neceſſariò ſolicitudinem impertimur: quatenus veſtra religio, & noſtra reſpublica cultu Dei puriſſimo, & pietate, firmata præfulgeat. Quapropter vniuerſis habitantibus in orbe Romano notum eſſe volumus: qualiter Placidus noſter dilectiſſimus nepos Exadelfus noſtri Tertulli magnificentiſſimi Patritii filius, ad noſtram celſitudinem veniens, vnà cum Theodora Auguſta, rogauit per noſtram diualem iuſſionem confirmari cuncta quæ ipſe vnà cum iam dicto Tertullo Patritio Benedicto ſeruo Dei obtulit. Cuius petitioni aurem accommodantes, confirmamus & corroboramus in perpetuum cuncta quæ idem Patritius cũ iam dicto Placido filio ſuo, Benedicto ſeruo domini obtulit. Caſtrum ſcilicet Caſinum: Caſtrum fortunæ: Interanneam, Caricam, Aquiloniam, Sueſſam, Fundos, Caietam, Minturnas, Furnia, Atinum, Arpinum, Galaciam, Soram, Abbam, Apamiam, Areſtinam, Tranſaquas, Oretinum, Carſeolim, Theatina, Sulmonem, Auſidenam, Hyſernium, Venaphrum, Bouianum, Calenum, Aquas viuas, Fabrateria, Aquinum, cum Eccleſiis, Xenodochiis, villis, Caſtris, Phochotrophium, Cocoſomiis, Berphotrophiis, monaſteriis, Archimãdritas, vel archimandritiſſim habentem, cum portubus, aquis, aquarúmue decurſibus, ſyluis, proaſtiis, ptociis, exenonibus, noſocomiis: Omnia & in omnibus inter hos fines ſeruo domini concedimus ſemper habendum, ab omnium mortalium iure atque dominio cuncta iam dicta libera perpetuã manere decernentes: ſolummodo ad ſerui domini Benedicti reſpectum cunctáque intra hos terminos concluduntur. A prima parte ortus fluui voliterni, ſicut mittit in mare. A ſecunda parte ortus fluuij ligulani, ſicut mittit in mare. A tertia parte fons fluuij ſacri, ſicut mittit in mare. A quarta municipium Carſeolanum cum vniuerſis quæ intra prædictos fines habentur, necnon & domum dilecti Placidi iam dicti noſtri nepotis in cælio monte æternæ vrbis Romæ conſtructam: ſimul etiam & lacum lucrinum, de quo idem exadelfus noſter Tertullus medietatem, medium verò Iuſtinus Cæſar Auguſtus auunculus noſter eidẽ ſeruo domini habendũ conceſſit. Pari etiam modo confirmamus inſulam Caprariam, in ſolo Parthenopenſi locatam. Portum quoque Traiectenſem & Vulturnenſem, & totam Piſcariam Leſinen. vnà cum fauce: & tres inſulas diomedis, ac fluuium Lauri iuxta Piſcariã Leſinen. Simul etiam & proaſtia quæ idem dilectus

A ctus Exadelfus noſter Tertullus ex parte ſtirpis Octauię in Apulia habuit, quorum nomina hæc ſunt. In canuſia fundum melitenſem, villam podenſem, villam pertuſam, Campum Calihenſem, Balolianum viculum, & eccleſiam theotocos in canuſia ſitam, cum his curtibus: mirazanum, plazanum, campum paſtena, lacum Romanum. In territorio conſino, fundum territanum, laudanenſem, melaſanum, finuclitum, necnon & res eius in magella ſupra fluuium lahentum, inter hos fines. Ab vno latere cyptam latronis ſub monte Saracenico, & ſicut aſcendit in ſtaphilum in vertice montis Magellæ, & deſcendit in cyptam latronis, & vadit in riuum biſeranum, & aſcendit ad volubrum ſuper Eccleſiam ſancti Donati, & aſcendit in riuo ficario, inde in riuo flaſsiano, & vadit in foſſam B lupariam, inde aſcendit in roſentem & vadit inter capitanum & collum ſancti Ianuarij: & per foſſatum pergit in aquam nigram, inde per foſſatum aſcendit ſub ſancto Vito, inde in aquam fraſsiningam, inde aſcendit ad ſtaphilum in vertice montis magellæ. Concedimus etiam, eiuſdem dilectiſsimi nepotis noſtri Placidi interuentu, eidem ſeruo domini Benedicto in perpetuum poſsidendas has cj. theate, aprucium, pinnæ, aſculum, firnium, & ciculanium. In mari adriatico vbi fluuius ſacer mare ingreditur, portum veneris, necnon & portum Salinenſem & Maurinenſem. In Liguria curtes has: adili, muſolinum, montironem, fraxenetulam, ſtratam petroſam, pontem longum, berſelli, grannarum, monterionem. In ſalo Caietano inſulas has, pontiam, pantateriam, palma-C riam, & portum fluminis Gariliani. Pari etiam modo cócedimus & confirmamus in perpetuum eidem ſeruo domini, curtes, quas idem noſter Exadelfus cum iam dicto Placido filio ſuo in Sicilia obtulit: quarum nomina hæc ſunt. In meſſana, modia terræ xxx. cum portu ſuo: In agrigento ccc. In ſyracuſis cccc. Iuxta Cathanenſium ciuitatem v.M.cl. In tindaride cl. In Drepanis iiij.M. In aquis Sergeſtianis DCCCC. In Parthenico DCCc. In Icaria DC. In Panhormo ccc. cum portu ſuo. In Sounto xxx. In Thermis xl. In Cephalodo xv.M. In Aleſo lxij. In Galeate clx. In Acaliate ccc. In Agantino ij.M. In Acio xx.M. Necnon etiã villas quæ iam ad dictas curtes attinent, quarũ nomina hæc ſunt. Iuxta ſyracuſas, villa Bidenſis, Centuripinenſis, Halicienſis, Himera, Soluntina, Heraclea, Hennenſis, Herbitenſis, Agirinenſis, Ethnenſis, Habitenſis, Murgentinenſis, Aſſo-D rinenſis, Macarenſis, Menenia, Ameſtra, Petrina, Calactina, Mutticenſis, Hyblẽſis, Halintina, Apollonia: Pachinum, Aggina, Caputina, Aſſorona, Florina, Letina, Girattiarina, Acherina, Leontina, Plinphia, Hẽtellena, Helora, Phaſilis, Lichrilla, Mamertina, Aluncia, Inguina, Achardina, Tychenoritana, Neapolis, Pritanea, Gellenſis, Lilibeũ, Tamaricij Palma, Taurominiũ, Naxum, Acium, Capitonia, Gelaſia, Pebilia, Gena, Allaua, Aquenſis, Lanarium, Mazaris, aquis Larodis, Caluiſana, Nible, Agris, ſolus Apræ, Capitoniana, Philoſophiana, Calloniatana, Cornoniana, Dedalia, Plintis, refugio Callis, plaga Caluiſiani, plaga Meſopotami, plaga Reoſinocymbi, refugiũ Apollinis, Pitamana, Comiciana, Petrina, Pyrina,

logarica, oliua. Aqua pertiniana. Hæc omnia eiuſdem nepotis noſtri Placidi rogatu, conceſsimus, confirmamus, & in perpetuum eidē ſeruo Domini Benedicto retinenda tradidimus. Conceſsimus etiam vt de noſtro à Deo conſeruãdo fiſco accipiat iam dicta Caſinenſis eccleſia vno quoque anno pro concinnatione luminum & indumentis monachorum, auri libras xxx. & pallia bis ſena. Et vt in omni Romano imperio incolæ eiuſdē Cœnobij nullum platearicum vel portaticum aliquando dent: vt liberius & inſtantius exorent cuncta regentem pro incolumitate & conſeruatione Æneidarum, Contradentes hoc imperiale reſcriptum, & confirmantes cuncta quæ in iam dicto Caſinenſi archiſterio conceſſa ſunt, vel in futurum concedenda erũt: & hanc noſtram diuam iuſſionem ad fortiſſimũ & ſanctum ſenatum ſenioris Romæ conſeruandũ dirigimus. Hoc à Deo noſtrum coronatum imperium ſtatuens in Caſinenſi Eccleſia in æuum conſeruari: & ad futurorum memoriam tabulis æreis inſcribi & ibidem reponi: Sancientes edictum, vt idem venerabilis locus ſit clariſſimus & venerabilis, nõ ſolum oris occiduis, verumetiam & æois, propter incomparabile ſanctitatis meritum quæ viget in venerabili patre Benedicto, eiúſque Caſinen. ante iam factum monaſterium cum vniuerſis pertinentiis ſuis ſupra taxatis, ab omnium mortalium iure atque dominio liberum perpetuò permanſurum decernentes: tuitionem tãtum Æneidarum imperio reſeruantes. Contradictoribus huius diualis edicti tredecim milia talentorum auri pœna mulctantes, & capitalem ſententiam proponentes. Propterea huic chryſobullio ex minio manu propria ſcripſimus in anno xij. noſtri à Deo conſeruandi imperij. Die xiij. menſe Septembris. Conſulatu Boetij & Cethegi anno tertio. Ego Flauius Iuſtinianus Auguſtus Æneida pius & in Chriſto Deo fideliſſimus Imperator Romanorum. Data die xv. menſis Septembris, in ciuitate ſanctiſsima Conſtantinopoleos nouæ Romæ. Ego Iuſtinus in Chriſto Deo fideliſsimus, & præcelſus Cæſar Romani Imperij, & Comes excubitorum iã dicti Auguſti filius ex iuſsione triũphalis Imperij. Subſcripſi. Ego Theodericus Cõſul Romanorum & Aquilifer, & Rex Gotthorum, ex iuſsione inuicti imperij. Subſc. Ego Beliſarius Cõſul & Patritius ac Draconifer inuicti Auguſti. Sub. Ego Tyberi Mauritius Comes excubitorum & Leonifer ſacri Imperij. Sub. Ego Tyberius Conſtantinus Conſul Patricius, & gener iam dicti Iuſtini magnificentiſsimi Cæſaris, & Lupifer ſacri imperij candidatus. Subſ. Ego Germanus magiſter officiorum Imperialium, & cuſtos Palatij. Subſ. Ego Phocas exarchus, & Centurio Romani imperij. Subſ. Ego Heraclius præfectus Africæ & primus à ſecretis. Subſ. Ego Baſilius Conſul Romanorum. Subſc. Ego Narſis cubicularius & Chartularius ſacri imperij. Subſc. Ego Longinus præfectus & prothodomeſticus imperialis. Sub. Ego Venantius Patritius & Conſul ſacri imperij. Subſc. Ego Liberius Patritius & Conſul ſacri imperij. Subſcripſi.

Gordiani

A *Gordiani ad Meſſalinum & Pompeium Tyllium à noua Roma Conſtantinopoleos, de reuerſione ſua, Epiſtola.*

GOrdianus diuino munere patris Benedicti diſcipulus, & B. martyris Placidi famulus, illuſtri viro Meſſalino & Põpeio Tyllio, omnibuſq; in poſſeſſionibus, ciuitatibus, caſtris & villis Tertulli patricij in Sicilia habitantibus à maiore vſque ad minorem ſalutem & dilectionem. Commendo me multum Domino meo martyri Placido & vobis, rogans, vt pro me Dei omnipotentis clementiam & eiuſdem Domini mei adiutorium imploretis. Quia ego & ſi corpore à vobis abſens ſum, mens mea tamen quotidie vobiſcum eſt: & quamuis indignus quotidie vos Deo omnipotenti commendare & beatiſſimo Christi martyri Placido non deſi-
B ſto: vt vos protectione defendat, & inter procellas & tempeſtates huius ſeculi vos illæſos cuſtodiat: & quantocius deſtructo monaſterio noſtro pacem & quietem reſtaurando tribuat. Teſtis enim mihi eſt Deus omnipotens, quia omnibus vobis puram exhibeo charitatem: & ſi neceſſe eſſet, & vobis expediret, ceruicem meam pro vobis omnibus apponerem & animam meam darem pro animabus veſtris. Obſecro autem vos ſanctiſſimi patres & fratres, vt in me puram charitatem exhibeatis: quia (ſicut iam ſuperius dixi) à minimo vſque ad maximum omnes vos in meis viſceribus habeo: & ſicut memetipſum diligo: & quam citius facultas data fuerit (prout mihi à Caſinenſi Cœnobio directum eſt) Siciliam remeare
C ſtudebo. Sin autem noſter redditus ad vos retardatus fuerit, rogo vt ſcãdalum contra me non habeatis: Sed ſtate viriliter in fide & dilectione magiſtri noſtri Benedicti, cuſtodientes & conſeruantes ciuitates, caſtra, portus, poſſeſſiones & villas, vſque dum (Deo volente) ad vos reuertamur, & fratres noſtri à Caſino ad monaſterium reſtaurandum veniant. Non ſint in vobis ſciſmata, neque diuiſiones: ſed in me (ſicut iam dixi) charitatem & dilectionem habete, ſicut & ego in vos perfectam habeo: Quia ſi vita comes fuerit, Deo volente, cooperantibus orationibus veſtris (prout pater Benedictus præcepit) reuertemur ad vos. Reminiſcimini quanta & qualia paſſus eſt dominus meus Placidus à perſecutoribus ſuis: qui cum omni grege ſibi cõmiſſo, poſt innumera tormẽtorũ genera, pro Christi fide capite trũcatus eſt: & neq; minis, neq; blãdimẽtis vllus eos potuit flecte-
D re, vt illos ſepararent à fidelitate & ſapientia patris noſtri Benedicti. Quòd etiam vos nunc agere condecet: vt per vos glorificetur Deus, & pater Domini noſtri Ieſu Christi: qui eſt Benedictus in ſecula ſeculorum Amen.

Gordiani Epiſtola à noua Roma Conſtantinopoleos Conſtantino Abbati Caſinenſi.

DOmino patri & reuerendiſſimo Abbati ſuo Domino Conſtantino & ſanctis fratribus Simplicio, Gregorio, Vitali, Theodoro, Speciosſo, Bonito, Valentiniano, Fœliciſſimo, Probo, Seuero, Honorato, A-

quino,Peregrino,Seruando,Paulino,Auguſtino, & vniuerſæ ſanctiſſimæ fratrum Caſinen. congregationi conſtitutæ in monaſterio ſancti Baptiſtæ Ioan. Gordianus peccator patris Benedicti diſcipulus, & ab eo in ſeruitium Domini mei Placidi martyris Chriſti electus, deuotiſſimæ venerationis obſequium. E

SVSCEPTIS Apicibus Chariſſimi Domini noſtri ſcilicet Præpoſiti Mauri, qui nunc ad partes Gallicanas & Dei & magiſtri noſtri eſt tranſmiſſus imperio: quas ad me paternitas eius in nouam Romam Conſtantinopoleos ſolius diuinæ dilectionis gratia (licet ſerò) tranſmittere dignatus eſt. Repletum eſt certè gaudio os noſtrum, & lingua noſtra exultatione. Non enim mihi quamuis indigno & immerito poſt Domini mei Placidi deceſſum, vt ſalua omnium veſtrum reuerentia dixerim, vel gratior mihi, vel magiſtro noſtro Benedicto fidelior deſtinare litteras potuit. F Cui vel idem pater quod in animo ſuo erat iniungere, vel ego quod meum erat, ex toto deberem reſcribere. Quapropter & eidem Domino meo Mauro, qui ad tam longe remotas directus eſt regiones & vobis omnibus ſupplices referimus gratias: quoniam Charitas quæ in ſanctorum cordibus principalem obtinet locum, in pectore veſtro & totis ſanctæ congregationis inflammante ſpiritu ſancto, hactenus flagitare non deſtitit. Quod autem mihi idem communis pater præpoſitus, ex parte patris Benedicti, litteris ſignificauit, vt ad Siciliam redirem: in omnibus me eius imperiis morigeraturum ſcitote. Gratias & vobis omni deuotione plenas ago: ſed ad præſens id me nequaquam poſſe perficere corde humili ſuggero. G Quæ autem cauſa, vel ratio, huiuſce mihi ſit excuſationis & viua veſtri nuncij voce, & literarum exaratione, vobis vt referatur idoneum percenſui. Sumptus enim ob regreſſionem faciendam deeſt: & ad eiuſdem Domini mei Placidi paſſionē Argolicis literis deſcribendam animum dedi. Hoc tamen vel breuiter manifeſtem quoniam multo potius ad præſens in beati Placidi monaſterio Meſſanæ conſtituto, vinculis ſanctæ dilectionis aſtringi cuperem: quam alicubi remorandus venirem. Reuera enim non modo alterum Caſinum, ſed paradiſum quodammodo alterum in eodem Cœnobio reperi, non heremum deſertam, inuiam vel inaquoſam: ſed cæleſtes incolas ciuitatis, & ſanctorum frequentiam, & omnium rerum abundantiam in eodem ſancto monaſterio reperi: & plateas tam viuis ac precioſis lapidibus quam & auro puriſſimo ſtratas, H & fontes aquæ ſalientis in vitam æternam. Vbi iam vidi (vt ita dicam) " quod ſpero, quod attingere deſidero, quò cupio peruenire: quod qui" cunque mihi ſurripere quoquo modo voluerit: ſicut ab hoſte & aduerſario meæ ſalutis defenderem. Ne autem me hæc ita arbitremini dicere, vt in vrbe toto meo Caſino, locū aliquē præferā: Cuius vtiq; loci vbiq; me ſeruum profitens orationum cæterarúmque ſanctarum actionum illius participem me fore opto, ſimul & credo. In patre noſtro Benedicto & in eius diſcipulo Domino meo martyre Chriſti Placido, omnem meum animum, omnem etiam ſpem atque deuotionem poſui. Quo autem tempore

A po re (Deo annuente) ad Siciliam venire diſpoſuerim: tam P. V. quam & omnibus in Meſſana commorantibus in alia chartula exarare curaui. Sanctitatem veſtram in Domino iugiter florere, & pro nobis Deum patrémque Benedictum, & martyrem Chriſti Placidum exorare humotenus flagitamus.

Siculorum Epiſtola congregationi Caſinenſi Lateranis degenti, pro inſtauratione monaſterij ſancti Placidi.

SAnctæ ac Deo dignæ congregationi Caſinenſi Lateranis degenti, ſerui & filij eorum in Sicilia commorantes. Sic huius vitæ pelagum currere, vt portum quietis valeant apprehendere diuerſis attriti miſeris, & B innumeris calamitatibus oppreſſi, de profundis ad V. P. clamamus, rogantes illam miſereri afflictæ & deſolatæ Siciliæ. Tot enim ac tantis tribulationum preſſuris deprimimur: vt iam nulla ſpes vitæ relinquatur. Saraceni namque ab Alexandria cum immenſo exercitu ad Siciliam venientes, omnem ferè inſulam igne & gladio deleuerunt: & monachos in ſancti Chriſti martyris Placidi commorantes Cœnobio diuerſis ſuppliciis affectos, morti tradiderunt. Redacta eſt terra in ſolitudinem: & ablatis ab illa hominibus, ferarum ſaltus effecta eſt. Et nonaginta & octo ciuitates, & villæ vobis in Sicilia ſubditæ, incenſæ, ſubuerſæ & deſolatæ ſunt. Sanctorum quoque domicilia deſtruentes, altaria domini ſuffoderunt: *Rom. 2.* & clericos cuiuſcunque ordinis & dignitatis diuerſis ſuppliciis affectos C occiderunt. Facta ſum in deriſum clamat Sicilia omnibus gentibus: can- *Thren. 3.* ticum eorum tota die, in triſtitia ſedeo, clamo, non eſt qui conſoletur me. *Iob. 19.* Iam enim pelli meæ conſumptis carnibus adhæſit os meum: & derelicta ſunt tantummodo labia mea circa dentes meos. Miſeremini mei, miſeremini mei ſaltem vos amici mei, Domini mei, vnica ſpes ſalutis meæ: quia manus Domini tetigit me. Quapropter opportunè importunè vos per patrem Benedictum & martyrem Chriſti Placidum adiuramus: vt ſuper nos afflictos miſericordiæ brachium extendatis: & ad monaſterium inſtaurandum, & ciuitates, caſtra, poſſeſſiones & villas reparandas dirigere cum ſupplemento pecuniæ ſtudeatis: periclitantíque inſulæ, iam iamque nutanti, Benedicti dexteram porrigatis, Iam enim Placidus in ſibi commiſſis ouibus rurſum occiditur: & Euticius, Victorinus, & Flauia vir- D go in ſibi adhærentibus rurſum capite truncantur. Effudere namque Saraceni ſanguinem monachorum Caſinenſium & chriſtianorum cum illis habitantium velut aquam in circuitu poſſeſſionum ſuarum: & non erat qui ſepeliret: Vnde veſtram Sanctitatē iterū iterúmque rogamus: vt nobis afflictis conſolationis iuuamen impendere ſtudeatis. Valete.

Reſcriptum Vitaliani Papæ ad eoſdem pro inſtauratione monaſterij beati martyris Placidi.

VItalianus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis in Chriſto filiis ſub patris Benedicti & Placidi dominio in Sicilia conſtitutis, Salu-

tem & Apoſtolicam benedictionem. Ad hoc nos ſuperna clementia in orbe terrarum præfecit rectores, atque cuſtodes: vt diſperſa congregare, & congregata conſeruare, & deſtructa reſtituere ſummopere procuremus. Quapropter, quia ciuitates, caſtra, monaſteria, poſſeſſiones & villas beato Benedicto in Sicilia ſubditas, paganorum incurſionibus deſolatas eſſe audiuimus: ſupra modum dolemus, omnipotentíque Deo ſuper hoc gratias agimus: qui ideo temporaliter hic flagella irrogat, ne in æternum puniat. Vnde vos Chariſſimi filij à fletu & mœrore ceſſare monemus: & hos noſtros filios, quos de Caſinenſi congregatione ad monaſteria reſtauranda & ciuitates, caſtra, poſſeſſiones, villas recuperandas in Siciliam dirigere ſtuduimus, & ſpecialibus dominis deſeruire curetis, ex parte beati Benedicti & noſtra præcipientes: vt in reſtauratione monaſterij & poſſeſſionum illos adiuuare ſtudeatis, cœptúmque laborem ad effectum perducere ſummopere procuretis. Nos enim & vos & ciuitates, caſtra, poſſeſſiones, & villas quas Tertullus patricius beato patri Benedicto in Sicilia dedit, defendere, adiuuare, & manutenere parati ſumus. Omnipotens Deus ſua vos gratia benedicat: atque à cunctis aduerſis eripiat. Valete. E F

Siculorum Epiſtola Apollinario Abbati Caſinenſium ob incurſionem Saracenorum Siciliam deuaſtantium, temporibus Ludouici & Baſilij Imperatorum.

SAncto ac venerabili patri Apollinario Dei gratia patris Benedicti digno Vicario Caſini locato, ſerui ac filij ſanctorum Benedicti & Placidi in Sicilia conſtituti, vtriúſque regni gloriam. Quanta & qualia à paganis Sicilia paſſa ſit, & noſtris frequentibus litteris ſignificantibus, & fama iam volitante audiſtis. Sed quia nunc ſuper nos vltra modum Saracenorum perſecutio ſæuit: ea quæ in noſtris ceruicibus imminent vobis notificare cupimus. Nuper namque Saraceni ab Alexandria, Aegypto, Babylonia, & Africa venientes Siciliam ingreſſi ſunt, operientes vniuerſam ſuperficiem terræ, ſicut locuſtæ: deuaſtantes, incendentes & cuncta exterminio ac morti tradentes, arbores fructiferas ſuccidentes, & in monaſteriis, ciuitatibus, caſtris ac villis Cœnobio Caſinenſi pertinentibus ſcelerati ſæuiunt: vt maioribus incendiis religioſorum loca, quam aliorum domicilia concremarent. Quaſi in ſylua lignorum ſecuribus exciderunt ianuas eccleſiarum in idipſum: bipenni & aſcia deiecerunt eas: incenderunt igni ſanctuarium Dei in terra: polluerunt tabernacula nominis Dei. Pontifices & ſacerdotes innumeris pœnarum generibus occiſi ſunt: vt traderent ſi quid auri vel argenti habebant. Et dum quæ penes illos erant pœnis vrgentibus manifeſtabant, interim eo amplius crudeliter torquebantur: cogitantes quandam partem non totum oblatum. Ibi verò amplius exacerbantur in ira furoris, vbi honorē conſpexerant dignitatis. Iam verò quis dignè referre valeat vnquam ea quæ nunc in Sicilia euenerunt? attendite quæſo vniuerſi populi & videte: perſpicite & auribus G H Pſal.73.

intendite

A intendite cuncti,ſi vnquam dolor extitit ſimilis ſicut dolor meus. Conuenite cuncti exclamat Sicilia ad domum mei doloris: & paribus oculis vnà mecum fundite flumina lachrymarum: quia meæ perditionis augmentum, chriſtianorum ludibrium eſt. Conſtituta ſum inter opprobria, parata ſum ad flagella: cogor exclamare inter flagella. Amoue à me plagas tuas, quia defeci in increpationibus. Intercede pro inſula tua dux monaſtici agminis Benedicte: quæ deſolata eſt, quæ abiecta, quæ vidua eſt. Conſidera & vide quia facta ſũ vilis: facta ſũ quaſi polluta menſtruis inter inimicos meos. Manum ſuam miſit Saracenus ad omnia deſiderabilia mea: quia vidi Iſmaelitas ingredi & inuadere atria mea, quibus præceperas ne intrarent eccleſiam meam. Viæ meæ lugent, eo quod non ſint qui veniant ad ſolemnitates. Egreſſus eſt à facie mea decor & deliciæ. Quæſiui qui ſimul contriſtaretur & non fuit: conſolantem me quæſiui, & non inueni. Et dederunt in eſcam meam fel: & in ſiti mea potauerunt me aceto. Exora pro hæreditate tua Placide martyrum beatiſſime: intercede pro inſula tua martyr Eutici, quam cernis afflictam & deſolatam: Eſto & tu beatiſſime Victorinæ in hoc ſuffragator fratrum tuorum: Flagita & tu Flauia virgo ſanctiſſima cuncta regentem pro ſalute Siculorum: vniuerſi ob eiuſdem ruinam ingemiſcite ſancti, Deum rogantes vt quandoque me de Paganorum manibus eripiens, priſtinæ libertati reſtituat. Hæc ſunt Apollinari pater beate pro quibus filij veſtri auxilium patris Benedicti corporale & ſpirituale expoſcunt: rogantes & omni nixu omnibúſque modis Domini Papæ & sereniſſimorum Imperatorum Ludouici & Baſilij adiutorium requiratis: quatenus à Paganorum manibus erepti, Deo & vobis gratias referre, & in Caſinenſis cœnobij ſeruitio ac fidelitate iugiter permanere poſſimus.

Threni. 1. — Pſal. 38. — Thren. 1. — B — Pſal. 68. — Cõuerſio orationis ad ipſos S. martyres. — C

Epiſtola Siculorum Leoni Caſinenſi Abbati.

SAnctitate decorato, amplitudine, & conſpicuæ religionis illuſtrato magnitudine donno Leoni Caſinenſi Abbati ſerui & filij ſanctorum Benedicti & Placidi in Sicilia conſtituti, fidelia ſeruitia. Multimodas grates. V. P. referimus de adiutorio nobis à piiſſimo Cæſare deſtinato, rogantes vt veſtra beneficia nobis ad præſens ſuccurrere non deſinant: & noſtræ recuperationis beneficium perficere & tractare, & ad finem ducere ne pigeat: quia omnis noſtræ ſpei ſubleuatio poſt Deum in vobis eſt. Calendarum itaque Auguſtarum die Rex Saracenorum Aphricam inhabitantium ad Siciliam veniens, Taurominium veſtram ciuitatem capere nititur. Quapropter rogamus vt nobis ſuccurratis: quatenus Taurominium manutenere, & ciuitates & caſtra à Saracenis defendere valeamus.

D

Diualis ſacra Flauij Iuſtiniani triumphatoris inuicti.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ trinitatis, Iuſtinianus diuina fauente clementia Gothicus, Anticus, Alamannicus, Alanicus, Guandalicus,

A occaſionis ſpecie minuere vel auferre, & ſiue ſuis vſibus applicare vel aliis quaſi piis cauſis pro ſuæ auaritię excuſatione concedere. Sed cuncta quæ ibi oblata ſunt, vel offerri contigerit, tam à te quam ab eis qui in tuo officio locóque ſucceſſerint perenni tempore illibata, & ſine inquietudine aliqua volumus poſſideri, eorum tamen vſibus, pro quorum ſuſtentatione gubernationéque conceſſa ſunt modis omnibus profutura. Item conſtituimus vt obeunte te Abbate ſupraſcripti monaſterii, non alius ibi quacunque præreptionis aſtutia ordinetur: niſi quem conſenſus monachorum ſecundum timorem Dei, & patris Benedicti regulam ordinauerit. Hoc quoque capitulo præſenti ſubiungimus, vt locum auaritiæ excludamus, nullum de regibus, nullum de ſacerdotibus, B vel quemcunque alium per ſe, ſuppoſitám-ve perſonam de ordinatione eiuſdem Abbatis, vel quibuſcunque cauſis monaſterio ipſi pertinentibus audire ſiue aliqualibet ſpecie commodi quicquam accipere. Neque eundem Abbatem ordinationis ſuæ cauſa dare præſumere, ne hac occaſione ea quæ à fidelibus piis locis offeruntur, aut iam oblata ſunt conſumentur. Et quia multæ occaſiones in deceptione religioſarum perſonarum à prauis illic (vt dicitur) hominibus exquiruntur: Abbatem atque preſbyterum prædicti monaſterij nullo modo priuandum deponendúmque eſſe cenſemus, niſi cauſa ſpecialiter criminis exigente. Vnde neceſſe eſt vt ſi qua contra eum huiuſmodi querela ſurrexit, Romanus pontifex ſubtiliter hoc inueſtare procuret: C quatenus canonicæ diſtrictionis iudicante cenſura, aut reum ferire, aut innocentem poſſit abſoluere. Simili quoque diffinitione decernimus, vt nullus eorum qui eidem monaſterio Abbas fuerit ordinatus, direptiones de bonis ipſius eccleſiæ audeat facere: ne res monaſterij iniqua erogatione conſumens, grauiſſimam egeſtatis neceſſitatem pauperibus & peregrinis, vel cæteris exinde viuentibus generet. Epiſcopum verò tollendi de eodem loco monachum ad eccleſiaſticum ordinem promouendum, vel alia quacunque cauſa ſine conſenſu Abbatis atque præpoſiti habere licentiam prohibemus: ne huius rei vſque ad hoc vſurpatio perducatur: vt loca quæ acquiſitione hominum conſtruenda ſunt, ablatione deſtruantur. Hæc igitur omnia quæ huius præcepti noſtri pagina continet, tam tibi quam cunctis D qui in eo quo es ordine locóque ſucceſſerint, vel eis quorum intereſſe potuerit, in perpetuum ſeruanda decernimus. Si quis verò regum, ſacerdotum, iudicum atque ſæcularium perſonarum hanc conſtitutionis noſtræ paginam agnoſcens, contra eam venire tentauerit: poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reumque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata cognoſcat iniquitate. Et niſi vel ea quæ ab illo male ſunt ablata reſtituerit, vel digna pœnitentia illicitè acta defleuerit: à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei Domini redemptoris noſtri Ieſu Chriſti alienus fiat, atque in æterno examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis eidem loco iuxta ſeruantibus ſit pax Domi-

ni noſtri Ieſu Chriſti. Quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant E
& apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Ego Gregorius catholicæ eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi. Ego Ioannes Epiſcopus Surrentinus ſubſcripſi. Ego Agnellus Epiſcopus Terracinen. ſubſcripſi. Ego Fœlix Epiſcopus Portuenſis ſubſcripſi. Ego Fortunatus Epiſcopus Neapolitanus ſubſcripſi. Ego Primenius Epiſcopus Nuariæ ſubſcripſi. Ego Glorioſus Epiſcopus Hoſtiæ ſubſcripſi. Ego Albinus Epiſcopus Furniæ ſubſcripſi. Ego Mennas Teloſinus ſubſcripſi. Ego Baſilius Capuanus ſubſcripſi. Ego Conſtantius Nomentanus ſubſcripſi. Ego Montanus Saonen. ſubſcripſi. Ego Victor Fauſinen. ſubſcripſi. Ego Ioannes preſbyter tituli ſanctorum Geruaſij & Prothaſij ſubſcripſi. Ego Deus-dedit preſbyter tituli ſanctorum Ioan. & Pauli ſubſcripſi. Ego Andromachus F
titulo Eudoxiæ ſubſcripſi. Ego Ruſticus præſbyter tituli ſanctæ Suſannæ ſubſcripſi. Dat. anno xiij. Imperij Domini Mauritij Tyberij perpetui Auguſti. Conſulatus eius anno xj. iij. Non. Octobris indictione quarta.

Apoſtolica iuſſio ſanctiſſimi Zachariæ Papæ Petronaci Abbati.

ZAcharias Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, omnibus Chriſti ſanguine redemptis, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Omnipotenti Deo cuius melior eſt miſericordia ſuper vitas gratias agimus: qui glorioſus in ſanctis ſuis atque mirabilis eſt, & virtutes ac dona ineffabili largitate diſpertit. Ipſe quippe beatiſſimum Benedictum patrem om- G
nium conſtituit monachorum: ipſe illius meritis Caſinenſe monaſterium in ſolo Tertulli patricij fundatum omnibus per totum orbem Cœnobiis clementi bonitate præfecit: quod videlicet quum à nephanda gente Longobardorum eſſet deſtructum, ſanctæ memoriæ Gregorius eundem locum perditum iri non ferens, in reſtauratione illius quam plurimum ſtuduit. Quem quum ſuperni regis clementia ad æternæ vitæ remunerationem vocaſſet: opus ab illo cœptum de reſtauratione eiuſdem monaſterij ad finem vſque perduximus. In dedicatione verò eiuſdem eccleſiæ dum ibidem cum xiij. Archiepiſcopis & lxviii. Epiſcopis adeſſemus, eidem loco poſſeſſiones ſuas in perpetuum habendas reddidimus: conſtituentes vt qui contra hoc venire tentauerint anathematis vinculo innodentur. Vt ita patris Benedicti, Mauri ac virginis Chriſti Scholaſticæ feſtiuitates ſicv t H
diem Natalis Domini celebrent. Necnon Tertullo patritio plenariam ac ſolemnem commemorationem vnoquoque anno perſoluant xiiii. die Iulii menſis. Et beatiſſimo Placido ſimiliter eadem die commemorationem miſſarum celebrent. Pari etiam modo conſtituimus vt iam dicto prædeceſſori noſtro Gregorio tertio ac noſtræ paruitati anniuerſario depoſitionis die ſolemnem ac feſtiuam commemorationem faciant: obſeruantibus huius edicti Apoſtolicam benedictionem, Contradictoribus diuinæ ſententiæ iaculum inferentes.

Priui-

A *Priuilegium ampliſsimum ſanctiſſimi Zachariæ Papæ, in quo affirmat ſe vidiſſe corpora ſanctiſſimi patris Benedicti & ſanctæ Scholaſticę virginis.*

ZAcharias Papa ſeruus ſeruorum Dei: omnibus eccleſiæ catholicæ Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Omnipotenti Deo cuius melior eſt miſericordia ſuper vitas gratias agimus, qui glorioſus in ſanctis ſuis atque mirabilis eſt, & virtutes ſuas vbicunque vult, ineffabili bonitate oſtendit. Ipſe quippe dignationis ſuæ potentia beatiſſimum benedictum patrem omnium conſtituit monachorum: ipſe eum monaſticæ legislatorem & operatorem eſſe diſpoſuit: ipſe illius meritis Caſinenſe monaſterium, in quo & ſanctiſſimè vixit & glorioſiſſimè obiit, omnibus per totum orbem monaſteriis clementi bonitate præfecit. Qui pater ſanctiſſimus dum vitam eremiticam duceret: diuina reuelatione monitus, ad eundem locum peruenit, duobus ſe Angelis comitantibus cum beatiſſimo Mauro & Placito Tertulli patricij filio, aliiſque nonnullis, vbi templa idolorum deſtruens monaſteriúmque conſtruens Apoſtolicis illud decorauit virtutibus. Inter quæ dum eis reuelatum fuiſſet quod ſupradictus locus eſſet deſtruendus, & ob id inconſolabiliter fleret: omnipotentis Dei ad ſe vocem audiuit dicentem. Noli probatiſſime ac dilectſſime Benedicte pro his quæ huic ventura didiciſti loco mœſtum gerere animum: quoniam quod ſemel à Deo præfixum eſt, immutabile atque irreuocabile eſt: ſolis tibi tuo merito conceſſis habitantium in loco animabus. Sed aderit omnipotentis conſolatio Dei, quæ locum iſtum in ampliòrem & multo meliorem quam nunc eſt reſtituet gradum: & huius ordinis doctrina de hoc iterum per totum orbem radiabit loco. Quod poſt eiuſdem patris òbitum conſummatũ eſt. Nam à Lógobardis peruaſum & igne crematum eſt. Fratres autem ad Apoſtolicam ſedẽ venientes, ex cóceſſione ſancti prædeceſſoris noſtri Pelagij iuxta Lateranen. palatium monaſterium conſtruxerunt: atque per prolixum tempus habitauerũt. Sed quum iam omnipotens Deus cenſuiſſet Caſinen. monaſterium reſtaurare, ac cœnobialem inſtitutionem quæ inde principium ſumpſerat, ex eodẽ loco propagare: à reuerentiſſimo Gregorio iij. prędeceſſore noſtro Petronax dilectus filius noſter eſt ad reſtaurandum directus. Qui dum ad eundem locum veniſſet, communis pater noſter Gregorius ex hoc mũdo migrauit. Sed poſt eius exceſſum in ſede Apoſtolica quũ paruitas noſtra ſucceſſiſſet, opus ab illo cœptũ in reſtauratione eiuſdem cœnobij, adiuuãte Domino, ad finem vſque perduximus. Hæc autem eo die quo ſanctiſſimi patris eccleſiam dedicauimus, paruitas noſtra obtulit: libros ſcilicet ſanctæ ſcripturæ, & librũ regulæ quã piiſſimus pater manu propria ſcripſerat. Pondus etiam libræ panis & menſuram vini, necnon diuerſa ad eccleſiaſticum miniſterium ornamenta, & poſſeſſiones Apoſtolica liberalitate conceſſimus. Qualiter autẽ eiuſdẽ patris pignora ſororíſque eius ſint

poſita perſpicientes, ac intemerata inuenientes, pro reuerentia tanti patris tangere minime auſi ſumus. In dedicatione verò eiuſdem dum illic cum xiij. Archiepiſcopis, & lxviij. Epiſcopis adeſſem, idem dilectiſſimus filius noſter poſtulare cœpit, quatenus poſſeſſiones quæ eidem monaſterio oblatæ ſunt à quibuſque fidelibus per noſtrum priuilegium roboraremus. Quorum deſideriis vtpote amabilium annuentes, hæc per præſens priuilegium quæ à nobis aliíſque fidelibus conceſſa ſunt in eodem loco in perpetuum corroboramus. Eccleſias quas ſanctus pater Benedictus conſtruxerat vna cum omnibus pertinentiis ſuis. Caſtrum Caſinum cum pertinentiis ſuis. Monaſteriũ ſancti Ioannis in veneri cum pertinentiis ſuis: Eccleſiam ſancti Caſſiani, & ſanctæ Mariæ in cingla cum omnibus eccleſiis & pertinentiis ſuis. Monaſterium ſanctæ Mariæ in plumbarola cum pertinentiis ſuis: curtem de territorio Gentianæ cum pertinentiis ſuis: Necnon & portum Traiecten. & Vulturnen. & totam piſcariam de ciuitate Liſina, vnà cum eccleſia ſancti Focati, aliíſque eccleſiis ibi vobis pertinentibus. Villam quæ dicitur Euchelia, cum pertinentiis ſuis. Monaſterium Sublacenſe cum omnibus pertinentiis ſuis: Necnon xviij. curtes quas Tertullus patricius vnà cum Placido filio ſuo beato Benedicto obtulit, cum ſeruis vij. M. & portu Panhormitano & Meſſano. Eccleſiam ſanctæ crucis & ſanctæ Mariæ in Tremiti, cum pertinentiis ſuis. Concedimus etiam vobis atque in perpetuum confirmamus & corroboramus cuncta in circuitu tam campeſtria quam montana, quæ dilectiſſimus filius noſter Giſulphus Beneuentanorum dux in perpetuum eidem monaſterio conceſſit, per has videlicet terminationes & fines: quemadmodum incipit ab ipſo fluuio qui dicitur Carnellus, & aſcendit per aquam quæ vocatur bantra vſque in riuum ſiccum: & ſicut aſcendit per ipſum riuum vſque in furcam ſancti Martini, & inde aſcendit per ſerras & vadit in montem qui dicitur ciſinus, & ſic inde pergit in peſclum coruarum. Et qualiter vadit per ipſas ſerras ad furcam quæ dicitur poplum, & inde pergit ad locum qui vocatur vitæcoſus: & inde vadit ad aquam fundatam & aſcendit in montem de Sile, & vadit exinde in caput aquæ de rapido. Et inde aſcendit in montem qui dicitur caballus & pergit in montem qui vocatur Rendenaria maior, & inde per ſerras montium venit ad Rendenariam minorem. Qualiter inde directe vadit per pedes montium, qui vocantur Freſelona & pergit in aquam de Mellano, & deſcendit per eandem aquam, cum vtriſque ripis & vadit in parietes de balnearia: Et inde vadit per locum qui dicitur Aglone, & aſcendit ad furcam de valle luci, & quomodo vadit per ipſas ſerras montium & deſcendit à petra ſcripta, & exinde aſcendit ad ſerras montis qui dicitur Orticoſa. Et quomodo vadit per ſerras montium & peruenit ad proſdora, quæ vocantur faldonara: Et qualiter vadit per duos montes, quorum vnus vocatur ſpinacius, alter porcatius. Et qualiter inde vadit ad chriſtas montis qui vocatur caria, & deſcendens venit

A nit ad petras ſuper aquam viuolam: Et aſcendit ad collem gimberuti, & deſcendit in quercetulum & inde in foſſatum iuxta ſanctum Damaſum: Et exinde directe pergit in ſilicem, loco vbi dicitur arcus gezuli. Et qualiter vadit ad lacum qui vocatur Redeprandi: Et quemadmodum inde pergit in farnietum: Et inde in riuum qui dicitur Maroze, Et qualiter deſcendit in ipſum fluuium Carnellum: & per eundem fluuium aſcendit in aquam, quæ nominatur Coſa: Inde per ſerras montis ſancti Donati. Inde ſuper monticellos de marri deſcendens vadit ad peſclos, qui ſunt in pede montis, qui dicitur Balbæ. Inde per duos leones: Et inde pergens aſcendit per ſerras montis ſuper Caſale. Et ſicut deſcendit per ipſum montem vſque ad villas de
B Gariliano: Inde ad peſclum qui vocatur cripta Imperatoris. Et inde pergit vſque ad iamdictum flumen Gariliani: atque per ipſum flumen aſcendit vſque ad priores fines, vnà cum omnibus caſtellis, vicis, domibus, eccleſiis, molendinis & aquis cæteriſque omnibus quæ intra prædictos fines habentur. Præterea corroboramus ac in perpetuum confirmamus eidem dilecto filio eiuſque ſucceſſoribus, in omni conuentu Epiſcoporum & principum ſuperiorem vniuerſis Abbatibus « ſedem: & in conſiliis & iudiciis priorem ſui ordinis omnibus ſen- « tentiam proferre, pro reuerentia tanti loci, qui primum & ſummum « monaſticæ legiſlatorem viuum & mortuum in perpetuum retine- « re promeruit: quique ipſius legiſlationem in eodem Caſinen. cœnobio ſcribens, verbo & exemplo cœnobiale propoſitum appetenti-
C bus in toto mundo ſole clarius euibrauit: Pro quo Caſinēſe cœnobium exaltantes, decernimus ac in perpetuum confirmamus, vt ſupradictus locus dignitate, vigore, ac honorificentia præcellat omnia monaſteria, quæ conſtructa vel cōnſtruenda ſunt in toto orbe terrarum. Abbáſque eiuſdem loci celſior ac celebrior exiſtat omnibus Abbatibus eandem regulam tenentibus, illícque lex monaſtici ordinis caput teneat ac principatum: vbi eiuſdem legis deſcriptor Benedictus pater ſanctiſſimus eandem deſcribens promulgauit regulam: Ibique Abbates & monachi honorem & reuerentiá deferant: & ibi vſque ad diem iudicij quærant doctorem, vbi monachorum vniuerſalis magiſter & doctor Benedictus pater almificus corporaliter vnà cum ſorore ſua quieſcens glorioſæ reſurre-
D ctionis diem expectat. Defuncto autem Abbate ipſa congregatio ſecundum ſanius conſilium ſapientum & ſeniorum fratrum ſibi Abbatem eligat: & Apoſtolicæ ſedis pontifici firmandū & conſecrandum exhibeat. Nō aliter ibi Abbas cōſtituatur, aut aliunde illuc intromittatur: niſi fortè ex ſe aliquem tanto regimini idoneum non habuerint, & ob id ſaniori cōſilio extraneum ſibi elegerint. Inſuper autem præſenti priuilegio ſupradictum locum vnà cum omnibus ſibi pertinentibus eccleſiis & poſſeſſionibus per totum orbem roboramus: atque vt nullius alterius niſi Ro. pont. ditionibus ſubmittatur authoritate Apoſtolica interdicimus ita vt niſi ab Abbate vel à præpoſito fuerit inuitatus, ꝙ miſſarum ſolemnitatem

nullus Epiſcopus celebrare præſumat in eiſdem poſſeſſionibus. Quod à præſẽti prima indictione irreuocabiliter in perpetuum ſtabilimus, retinemus, & cum Dei timore ſeruandum mandamus. Statuentes inſuper Apoſtolica cenſura ſub diuini iudicij obſeruatione, & validis atque atrocioribus anathematis interdictionibus, vt nullus vnquam qualibet dignitate aut poteſtate præditus, præſumat eidem monaſterio vel omnibus eius poſſeſſionibus vim inferre, vel aliquid de his aliquo modo auferre vel alienare. Sed & nec pacis, nec barbarico tempore ibidem aliquam iacturam vel moleſtiam inferre, dum perenniter illud firma ſtabilitate decernimus ſub ditione ſanctæ Ro. eccleſiæ permanendum, promulgantes quidem & hoc authoritate beati Petri Apoſtolorum principis coram Deo & terribili examine per hoc noſtrum Apoſtolicum priuilegium conſtitui ſancimus atque decernimus, quæ in omnibus prouinciis per totum orbem cõmutata, atque oblata, aut in poſterum eidem Cœnobio à qualibet perſona fuerint conceſſa, firma ſtabilitate ſub iure ipſius monaſterij exiſtenda atque in perpetuum permanenda. Statuimus ne licentia ſit (vt dictum eſt) cuilibet magnæ paruæque perſonæ aliquid ex his auferre, ſed inconcuſſe & irreuocabiliter ibidem & in perpetuum permanere. Cõceſſimus etiã hoc Apoſtolico priuilegio, vt pro oblatione vel ordinatione preſbyterorũ, diaconorũ ſubdiaconorũ & altariũ cõſecratione chriſmatiſque acceptione in quibuſlibet eiuſdẽ monaſterij poſſeſſionibus quemcũque voluerint epiſcopũ inuitandũ. Hymnum quoq; Angelicũ in dominicis & feſtiuis diebus concedimus in miſſarum ſolemniis decantandum: In horis verò diurnis ac nocturnalibus ſignum in eccleſia pulſandum. Simili modo licentiam damus & corroboramus in præfato monaſterio & in omnibus eius eccleſiis per totum orbem terrarum conſtructis, fontes benedici, & ſacrum baptiſma celebrari. Et non ſolum ibi, ſed in his quoque quæ ammodo in poſſeſſionibus prædicti Cœnobij præſentibus vel futuris temporibus eccleſiæ ædificandæ ſunt; remota ſcilicet cuiuſcunque Epiſcopi interdictione. Addimus etiã vt nullus epiſcopus prohibeat chriſtianum populum ingredi ad eaſdem eccleſias; vel in eiſdem de ſuis rebus aliquid offerre, vt ſolet fieri religione pia. Obſeruari quoque hanc noſtram iuſſionem volumus; vt nullus Epiſcopus in iam dicto Caſinenſi cœnobio, & in omnibus eius cellis per totum vrbem terrarum conſtructis, decimas tollat, ſacerdotem excommunicet, vel ad ſynodum prouocet. Simili etiam modo licentiam damus eidem dilecto filio eiuſque poſteris àbbatibus monachorum ſynodum congregandi, & quemcunque clericum voluerint cum ſuis ſubſtantiis ſuſcipere ad habitandum in omnibus Caſinenſis monaſterij poſſeſſionibus, ſiue preſbiter ſit aut diaconus vel cuiuſlibet eccleſiaſtici ordinis; & nullius epiſcopi timere contradictionem. Et liceat eidem religioſo Petronaci eiuſque poſteris & eorũ præpoſitis in perpetuũ iudicare prædictas eccleſias curtes & poſſeſſiones per totũ orbem terrarum: & omnem in eiſdem eccleſiis & poſſeſſionibus degentem clericum ad officium promoueri abſque perſonæ ſæcu

E F G H

laris

A laris poteſtate, & cuiuſlibet Epiſcopi prohibitione. Si quis autem (quod
abſit) ea quæ ad laudem Dei pro ſtabilitate, ac Caſinen. cœnobij conſer-
uandi dignitate, & poſſeſſionum eius tutela à nobis ſtatuta ſunt, nepha-
rio auſu corrumpere, violare, aut refragare præſumpſerit: niſi reſipue-
rit, ſciat ſe anathematis vinculo innodatum, & à regno Dei alienatum,
& cum diabolo & eiuſdē pompis, & Iuda Ieſu Chriſti domini noſtri tra-
ditore, æterno ſupplicio, æternæque maledictioni deputandum. At verò
qui pio intuitu huius noſtri Apoſtolici inſtituti obſeruator exiſtit: bene-
dictionis gratiam à miſericordiſſimo domino Deo noſtro per interceſ-
ſionem beatiſſimi patris noſtri Benedicti cõſequatur, & vitæ æternæ præ-
mia adipiſci mereatur. Scriptum per manum Leonis notarij & regiona-
rij atque ſcriniarij ca. Rom. Eccleſiæ in menſe Ianuario per indictionem
B ſupradictam primam. Datum xij. Cal. Martij Aquini per manum Bene-
dicti Epiſcopi ſanctæ ſyluæ candidæ, Bibliothecarij ſedis Apoſtolicæ, an-
no domini noſtri Zachariæ ſummi pontificis & vniuerſalis Papæ, primo:
in menſe Martio. Indictione ſupraſcripta prima.

SVPERIVS lib. 1. cap. 14. Chronici Caſinenſis pagina 468. dictum eſt Carolũ Magnum,
Deſiderio Longobardorum Rege, eiúſque genero Arechi Beneuentano Principe victis
& captis Caſinum orationis cauſa petiſſe, ſeque fratrum omnium hic Deo ſeruientium
precibus commendaſſe, cum eſſet annus ſalutis 774. Ac deinde in Gallias cum ipſo capti- Aim. lib. 4. cap. 70.
uo Deſiderio reuerſum miſiſſe literas ad Theodemarum, eorum Abbatem, vt aliquot
ſibi de monaſterio beati Benedicti dirigeret fratres, qui regularem diſciplinam in Galliæ
partibus iam extinctam, reuouarét. *Quod & fecit; mittens illi etiam regulam, & hymnos, qui tunc
ex traditione regulæ in hoc monaſterio canebantur. Pondus quoque libræ panis & menſuram vini. Sed &
calicis menſuram, quam in mixto ſeruitores accipere debent: & omnem conſuetudinem, quæ tunc in hoc loco
C ſeruabatur, ſcriptam tranſmiſit.* Hæc Leo Oſtienſis loco prænotato. Literæ autem Theode-
mari Abbatis 12. Caſinenſis, quibus petitioni Caroli Magni per omnia ſatisfaciebat, nun-
quam antea typis cuſæ fuerant: quas hodie 7. Februarij anni 1602. à doctiſſimo mihique
amantiſſimo I. C. Franciſco Pithoeo acceptas, poſteritati trado.

*Propagatori ac defenſori Chriſtianæ religionis Domno Carolo per Chriſti po-
tentiam Regi ſapientiſſimo ac fortiſſimo, Theodemar exiguus, & vniuer-
ſus beati Benedicti patris grex, veſtro ſubditus dominatui, æternam in do-
mino ſalutem.*

IAm per Epiſtolæ ſeriem, quamque & per ſanctum virum Adalga-
rium veſtram famam ſuſcipiẽtes, magna ſumus exultatione gauiſi:
dum veſtram ſublimitatem, dominámque noſtram Reginam, veſtróſ-
D que liberos ſoſpites valentéſque cognouimus. Nec minore etiam tripu-
dio exultauimus, dum veſtram protelationem finium victoriarúmque
de hoſtibus triumphos accepimus. Auxit etiã noſtrum illa res gaudium,
qui veſtram excellentiam de virtute in virtutem ſuccreſcentẽ Dei agrum
ſtudioſè excolere didicimus, ac monachorum religionem ad meliorem
perducere ſtatum. Certum eſt, quia vos hoc factũ beatiores efficiet: dum
tale Deo noſtro tanquam beneplacitum munus offertis. Qua de re, quia
ad Beati patris noſtri Benedicti doctrinam & luculenta exempla aliquos
monachorum regionis illius veſtræ clementiæ informare placuit, iuxta
præceptionem veſtram volumen vobis regulæ eiuſdem beati patris, de

Regula S. Benedicti, cũ illa quã ipſe ſcripſerat, collata ad Carolũ Magnũ trãſmiſſa.
† Cap. 10. Reg.

ipſo codice quem ille ſuis ſanctis manibus exarauit tranſcriptum direximus. In fine autem ſacræ eiuſdem regulæ hymnos, qui ſecundum inſtituta beati patris noſtri per ſingula officia vel feſtiuitates cantari debent, annexuimus. Si quem autẽ mouet, quare beatus Benedictus æſtatis tempore quotidianis diebus ad nocturnale officium vnam tantum de veteri teſtamẽto lectionem legi † præcepit: cognoſcat necdum eo tẽpore in Romana Eccleſia ſicut nunc legũtur ſacræ ſcripturæ lectiones fuiſſe, ſed poſt aliquod tempus hoc inſtitutum eſſe, ſiue à B. Papa Gregorio, ſiue (vt ab aliis affirmatur) ab Honorio. Qua de re noſtri maiores inſtituerunt, vt hîc in noſtro ſacro cœnobio, quod iuxta ſanctũ illius corpus inſtitutum eſt, tres quotidianis diebus æſtiuo tempore ex veteri teſtamẽto lectiones in codice legãtur: ne à ſancta Eccleſia Romana diſcrepare videremur. Nec enim credendum eſt hoc beato patri Benedicto diſplicere, ſed potius gratum eſſe, ſi quis ſupra id quod ille propter amorem Dei in laudibus inſtituit, adiiciendum eſſe curauerit. Nam & de pſalmorum canendorum per ſingulos ſeptimanæ dies diuiſione, ſi cui melius viſum fuerit, quam ipſe beatus pater inſtituit, ab ipſo habet licentiam vt melius æſtimauerit canere. Nec debent cogi monachi (ſi tamen veſtro ſapientiſſimo cordi ita placet) qui nunc Romano more pſallunt, iuxta inſtitutionem ſacræ huius regulæ pſalmos diuidere: ſed poſſunt (ſi vobis ita videtur) ſolito more canentes, arctioris vitæ normam ſuſcipere. Direximus quoque põdus quatuor librarum, ad cuius æqualitatem ponderis panis debeat fieri: qui in quaternos quadros ſingularum librarum, iuxta ſacrum textum regulæ poſſit diuidi: quando pondus, ſicut ab ipſo patre eſt inſtitutum, in hoc eſt loco repertum. Miſimus etiam menſuram potus, quæ prandio, & aliam quæ cœnæ tempore debeat fratribus præberi. Quas duas menſuras æſtimauerunt maiores noſtri heminæ mẽſuram eſſe. Direximus etiam menſuram vnius calicis, quam obſequuturi fratres, iuxta ſacræ regulæ textum, ſolent accipere. Beatus pater noſter inſtituit duo cocta pulmentaria in quotidiana refectione fratribus præparari, & tertium de leguminibus crudis aqua infuſis. Nos verò ex inſtitutione maiorum noſtrorum tria cocta pulmentaria aliis diebus, quarta & ſexta feria duo tantum reficiendis fratribus præparamus: excepto quod plures ex fratribus noſtris pane tantum his diebus herbíſque hortenſibus veſcantur: Quorum plærique etiam nec vinum bibunt. Die vero dominicô, & in feſtiuitatibus præcipuis etiam quartum addimus pulmentũ: exceptis ſecũda & quarta & ſexta feria. Aliis diebus prandentibus fratribus, quum vinum nobis abundat, ſingulas phialas miſcere facimus. In ſummis quoque feſtiuitatibus, hoc eſt in Natale Domini, in Epiphania, in Paſcha, & in ſexta feria poſt Paſcha, quando nobis grandis feſtiuitas eſt, in Aſcenſione Domini & in Pentecoſte, in ſancti Ioannis, Sancti Petri, Sancti Laurentij, in Sanctæ Mariæ, & in Sanctorum Martini, Benedicti, iam bis ad prandiũ miſcere facimus. Præter hæc etiã, æſtatis tempore poſt nonam, ſi eſt aliquid de pomis, & phialas noſtris fratribus præbemus. Cum verò tempus lectionis

Põdus panis S. Benedicti fuiſſe quatuor librarum.
De libra panis tãtũ fit mentio. c. 39. regu.
Hemnia vini eiuſdẽ in duas menſuras diuiſa pro prãdio & cœna.
Mẽſura mixti vini.
Nota abſtinentiam quorundã Caſinẽſiũ in quarta & ſexta feriis.

A ctionis eſt, etiam potionem ex melle ad horam quartam laborantibus fratribus proponimus. Volatilia nunquam, niſi die Natalis Domini, ſi eſt vnde, vſque ad dies octo comedimus. Similiter etiam paſchalibus feſtiuitatibus. Sed de eſu volatilium tam cautè pater noſter prudentiſsimus in ſua regula poſuit: vt ſi vellent comedere monachi, quum opportunum eſt, non ſubiaceant culpæ: Sin autem eis à ſuo tale edulium non præbetur Abbate, vt quaſi ex debito non poſsint requirere. Multi tamen fratrum noſtrorum neque volatilia comedunt; neque vinum vnquam, niſi de ſancto calice, bibunt. Sanè quia percontari dignati eſtis, quod veſtimentum cucullæ habeat intelligi: Cucullam nos eſſe dicimus, quam alio nomine Caſulam vocamus. Et inde eſt, quod in hieme villoſam, in æſtate

Nota de eſu volatiliũ in Natale domini & in Paſcha.

De cuculla.

B puram aut vetuſtam beatus pater habendam inſtituit: quia ſcilicet hoc genus indumenti ſolet vilius intexi. Illud autem indumentum quod à Gallicanis monachis Cuculla dicitur: nos Cappam vocamus. Quod proprium monachorum deſignat habitum, Melotem appellare debemus: ſicut hactenus in hac prouincia à quibuſdam vocatur. De quo (ſicut Beatus Gregorius ſcripſit in libro Dialogi) ereptus ab aqua per Maurum monachum puer Placidus dixit. Ego quum ab aqua abſtraherer, Melotem ſupra me Abbatis cernebam: eúmque me ab aquis educere conſiderabam. Quod tegumentum ideo ſic appellatum eſt: quia ſolebant antiquitus de illius animantis pelle fieri, quod Melos propter rotunditatem ſui corporis appellatur. Quod genus beſtiolæ à nonnullis Tacſus appellatur.

cap. 53. Reg.

lib. 2. c. 7. Melote vnde dicta.

Ridicula eſt hæc interpretatio. Nam melota eſt pellis ouina cum lana. Et ouis à Græcis μῆλον dicitur

C De genere tegumẽti nihil Beatus Benedictus in ſuo textu regulæ loquutus eſt: ob hoc ſcilicet (vt coiicere poſſumus) quia diuerſo modo hoc vidit à plærı́ſque monachis vti tegumento. Nam Galliarum monachi hoc latius & prolixius induuntur. Itali verò monachi (ſicut noſtis) breuius & ſtrictius huiuſcemodi veſtimentum habent. Græci verò propter operimentum capitis, modicum tantum ante pectus & à dorſo dependens. Tranſmarini autem monachi huiuſmodi operimentum pellicium habent. Ergo quia Beatus Benedictus vidit monachos tantam in hoc indumento diuerſitatem habere: vnicuique monachorum quid ex his potius eligere vellent proprio arbitrio dereliquit. De numero autem & qualitate veſtimentorum ſic Beatus pater noſter in ſua regula poſuit: vt tamen in prouidẽtia ſit Abbatis, quomodo debeat, pro ſua vnicuique diſtribuere

De melotis. Hebr. 11.

D neceſſitate. Sed & ipſe pater dixit in temperatis regionibus minus, in frigidis plus veſtimenti opus haberi. Seniores tamen noſtri & præteriti Abbates inſtituerunt fratribus noſtris, propter diuerſos labores, tres tunicas habere, duas groſſiores in hieme, & vnam ſubtiliorem in æſtate. Similiter & loco Cucullarum duas quas nos dicimus mantas habemus, quę ex groſſiori ſago fiunt: & vnum in æſtate operimentum. Cucullas autem ideo non habemus, quia maioris ſunt precij: & quia nobis pater noſter præcepit veſtimentis vti quales poſſint in prouincia vilius emi. Habent autem fratres noſtri & duplicia fœmoralia. Multi tamen ex eis, adiuuãte Deo, in tantum ſe continent, vt neque fœmoralia habeant, neque am-

plius quam duplicia (ſecundum regulæ textum) indumēta. Statuit autem E venerabilis pater, vt ſcapulare monachi propter opera habeant: quod ob hoc ſcapulare dicitur, quod ſcapulas præcipue tegat & caput. Quo veſtimento pene omnes in hac terra ruſtici vtuntur. Pro quo tegumento ex groſſiore textu ad melotum ſimilitudinem operimentū habemus: niſi quod manicæ in hoc vſque ad manus pertingentes habentur. Præter hęc, addimus vnicuique ſicut opus eſt ei. Nam ſenibus noſtris geminas pelliculas tribuimus. Infirmis etiam in culcitris iacere permittimus: & vnicuique omnino, ſicut ſua expoſcit neceſſitas præbemus. Cóceſſum eſt etiam fratribus noſtris habere manutergia, ſiue ad tonſuræ obſequium, ſiue ad codices, quos ad legendum ſuſcipiunt, inuoluendos. Præter regularia quoque ieiunia, in vigiliis præcipuarum feſtiuitatum vſque ad veſperam F ieiunamus: & à veſpera vigiliarum per totam noctem & diem feſtiuitatis vſque ad completorium genua non flectimus. Dominicis quoque diebus, & à natiuitate vſque ad octauum diem: à Paſcha quoque vſque ad Pentecoſten ſimiliter ad publicum officium genua nō flectimus. Textum quoque promiſſionis, quo ordine ſolebant antiquiores monachi regulam ſanctam in hoc loco promittere, Ecce intra hanc Epiſtolam in breui paginola exaratam direximus vobis. IN NOMINE Domini promitto me ego. N. in ſacro monaſterio beati martyris ſiue confeſſoris N. ſecundum inſtituta beati Benedicti, coram Deo & ſanctis eius Angelis, præſente etiam Abbate noſtro N. omnibus diebus meis in hoc monaſterio à modo & deinceps perſeueraturum, & in omni obedientia, quodcumque mihi præceptum fuerit obediturum. Ego N. hanc promiſſionem à G me factam manu propria coram teſtibus ſcripſi & roboraui.

Textum promiſſionis appellat formā profeſſionis.

REFORMATIO Cœnobiorum ordinis Sancti Benedicti in Gallia per Carolum Magnum, euocatis (vt dictum eſt) aliquot monachis Caſinenſibus attemptata, an effectum ſortita fuerit, incertum: ſed diu non duraſſe certiſſimum eſt. Nam Ludouicus Pius Imperator Rexque Francorum, filius eius, in hoc etiam negotio plurimum laborauit. Videns enim Benedictinum ordinem, præ omnibus in varias viuēdi formas diſſectum atque diuiſum: ita vt admodum pauca monaſteria eſſent, quæ iiſdem ſtatutis & ceremoniis, paríque victus ac veſtitus modo vterentur: conſti-
„ tuit (ait Aimoinus lib. 5. cap. 10.) quendam Benedictum Abbatem, & H
„ cum eo ſtrenuæ monachos per omnia vitæ: qui per omnia monacho-
„ rum euntes redeuntéſque monaſteria, vniformem cunctis traderent mo-
„ naſteriis tam virorum quam ſanctimonialium, viuendi ſecundum regu-
„ lam Sancti Benedicti incommutabilem morem.

A *DE INVENTIONE CORPORVM S. PLACIDI Abbatis & martyris ac ſotiorum eius.*

ANtequam de ipſa inuentione loquamur, pauca dicenda ſunt de eorum paſſione, ex Arnoldo Vvion lib. 5. Ligni vitæ, cap. 2. Martyrio coronatus eſt Sanctus Placidus cum triginta tribus monachis, fratribus duobus Euticio & Victorino & Flauia ſorore à pyratis duce Manuca (alias Mamuca) barbaro tyranno, in ciuitate Meſſana anno ſalutis 541. religionis 39. Ætatis 26. ingreſſus verò in Siciliam anno ſexto, die quinta menſis Octobris: & in Eccleſia Sancti Ioannis Baptiſtæ cum fratribus, ſorore, & aliis monachis, à Gordiano monacho & Pompeio Cilio Phœbo Romano (qui & ipſe poſtea apud eoſdem humatus eſt) digno honore reconditus. ANNO autem Domini 1588. Sixti verò Papæ quinti anno 4. die quarta menſis Auguſti, ipſorum ſanctorum corpora (quæ mille & amplius annis ignota in terra latuerant) diuino nutu cum multa miraculorum atteſtatione ſunt inuenta. Et quia (ait idem auctor ſub hac die, in ſuo Martyrologio, quod eſt præfati operis liber tertius) nulla ſimul inerat ſcriptura, poſſetque dubitari, eadémne an aliorum hominum eſſent corpora: ſubiungit quaſdam epiſtolas ad id probandum. Quarum prima eſt
B Theologorum ciuitatis Meſſanenſis ad R. P. Domnum Hieronymum à Peruſio, Abbatem Sanctæ Mariæ Florentiæ tranſmiſſa: quæ talis eſt.

De quatuor defunctorum corporibus in Eccleſia S. Ioannis Baptiſtæ Meſſanæ inuentis, quid ſentiendum ſit.

SOlemne fuit apud antiquos, vt vbi Eccleſia eſſet ædificanda, diligēti prius perueſtigatione exquireretur: ne aliquod ibi humatum eſſet corpus humanum: & id quidem S. Gregorius Papa pluribus † literis ſuis ſignificat. Rurſum & illud exploratum habetur, ſubter tribunā Eccleſiæ ſiue abſidem, in qua primarium altare ſurſum, & deorſum confeſſio eſſet, non niſi ſanctorum corpora reponi ſolere. Cum igitur eadē corpora ibidem loci ſint reperta, non niſi ſanctorū eſſe euidens eſt coniectura, immò
C & vehemens teſtimonium. Verùm ea eſſe ſacra corpora ſanctorum martyrum, Placidi, Euticij (alias Eutichij) & Victorini fratrum, & Flauiæ ſororis (trium virorum & vnius fœminæ eſſe, ex capitum differentiis accuratè perſpectum eſt) teſtimonio Gordiani diſcipuli S. Benedicti, & eiuſdem Placidi comitis: qui ipſius res geſtas & ſociorum martyrum ſcripſit, atque eorundem corpora ſepeliuit, expreſſum habetur: cum in primis in eorundem paſſione hæc habet.

† *Et præcipuè lib. 1. regiſtri Epiſtola 52.*

TVLIT *corpus B. Placidi martyris, & corpora SS. Euticij, & Victorini, ac S. virginis Flauiæ ſororis illius: & capita eorum coniungens corporibus, prout potuit, in Eccleſia S. Ioannis Baptiſtæ ſepeliuit, mundans eam prius à Saracenorum immūdiciis.* Fuerat ea eccleſia ab eodem S. Placido nuper erecta, vt eiuſ-
D dem acta teſtantur.

RVRSVS Idem Gordianus in Epiſtola tunc tēporis ſcripta ad S. Maurū Abbatem (quæ cum aliis habetur in fine Chronici Caſinenſis) Horum, inquit, corpora (Monachorum videlicet triginta trium tunc itidem occiſorum) colligens in maris littore, eius verò, Placidi ſcilicet & fratrum eius humare curaui in eccleſia, nimirum S. Ioannis, quæ vaſtato monaſterio remanſerat integra. Idque factum tradit à ſe quinta die à paſſione ipſorum: cum interea ipſe timoris cauſa latuiſſet. Hæcque præproperè à ſe curata eſſe demonſtrat: vt non ſit mirandum, ſi nullum in eo ſepulchro repertum ſit Epitaphium.

E

SEQVVNTVR QVATVOR EPISTOLÆ IPSAM CORPORVM BEATORVM MARTRYVM INVENtionem referentes. Quæ quidem Italico idiomate ſcriptæ fuerunt: ſed nos eas in Latinum conuerti curauimus.

Prima eſt Domni Mauri à Caſtro Ioannis, Priori Monaſterij S. Placidi Meſſanæ, ad Domnum Bernardinum Vegium Procuratorem Congregationis Caſinenſis apud Proregem Neapolitanum, in hunc modum, F

REVERENDISSIMO PATRI DOMNO Bernardino Vegio, congregationis Caſinenſis Procuratori digniſſimo. Neapol.

PRO mei parte officij rationi conſentaneum eſſe duxi, Maxime obſeruande mi Pater, vt te patris inſtar chariſſimi tanti theſauri tamque diuinæ animi alacritatis participem eſſe vellem, quanta noſtris ſeculis hominum mentes antea nunquam tam ſuauiter demulcendo peruaſerat: ob inuentionem ſcilicet piorum cadauerum & vitæ immortalis ſempiternæque gloriæ monimentorum Sancti Placidi ſanctorúmque ſodalium. Repertæ ſunt nempe die ipſo Fauſtæ Auguſtæ-ve Diui Stephani inuentionis, menſis Auguſti tertio. Eo verò quod iſtud me negotium maiorem in modum ſolicitum habet, concitatúmque piè ac religioſè perurget fœlicem rei totius euentum quam fieri poteſt breuiſſimè enarrando percurram. Hoc igitur ſic habeto. Die Iulij vigeſimo proximè elapſo, Magni Prioris Sancti Ioannis Baptiſtæ, magnæ Crucis Melitenſis recens creati, hominis & vitæ religione & nominis celebritate illuſtris Siculi noſtri Siracuſani acceptus & gratus hic Meſſanæ aduentus extitit. Ad eum octauo poſt die viſendum profectus, vbi portam Prioratus ingreſſus ſum, animaduerti qua parte altare Deo erectum ſanctíque Placidi nuncupatum eſt nomine, quoſdam iam tum ſacrarij tribunal deſtruentes. Quæ res vt attonitum reddidit, animúmque meum haud mediocriter perculit, Ædituos interrogaui, ecquid ſibi vellet ea nouitas. Illi autem reſponderunt, Dominum Priorem reuerendiſſimum velle templum illud antiquum iam, adeóque partim vetuſtate collapſum inſtaurare. Ego verò altius ſubeundo perrexi. Interea dum vnà verſaremur, in ſermonem incidimus Sancti Placidi & ſociorum. Ei cum quædam capita vitæ ac tormentorum, quibus illi fortiter pro Chriſti fide dimicando è viuis emigraſſent, commemorarem: deuotionis zelo quodam inflammari viſus eſt. Tum promiſi ei intra biduum paſſionis ipſorum

A ipſorum beatorum martyrum vniuerſam narrationis ſeriem eſſe miſſurum, prout etiam poſtridie compoſueram. Quando ratiocinando progreſſi eum certiorem facere cogitaui me à ſacerdote quodam affecta iam ætate & vitæ ſanctimonia claro aliquando accepiſſe. Qui rurſus à ſeniore ſexagenario eiuſdem Eccleſiæ ſacerdote audiuiſſe diceret, nocte intempeſta medio in templo precationibus matutinis poſt altare maius, altari Sancti Placidi vicinum, vidiſſe monachum, qui tribus ambulacris totum templum dimenſus eſſet, continuóque locum vnde emigrauerat repetiuiſſe. Hæc vt enarraui ipſi Domino Priori Reuerédiſſimo locum etiam indicaui. Is lætitia geſtiens recepit daturum operam, vt ibi ſolum funditus euerteretur, méque commonefacturum ſi quid ibidem noui reperi-
B retur. Mox idem conceſſa mihi abeundi venia, frequentes adhibuit, qui humum altius effoderét. Illi triduò vel quatriduò defoſsis ſoli octodecim circiter palmis, ſepulcrum nacti ſunt. Noctu id aperuerunt. Denique quatuor corpora deprehenderunt. Proxima aurorâ ad me in villam noſtram nuntium miſit. Eò accedentes nocturnis fodientium offendiculis oſſa illa abſque vllo hactenus titulo tumulata fuiſſe comperimus. Hoc monimentum longum eſt palmos duodecim, latum ſex, altum quinque. Extructum eſt quadratis laterculis ſeſquipalmaribus, & denſis digitos quatuor: præmunitum tabulis lapideis permiſtis, palmorum duorum & trium ſingulis, denſis verò digitum vnum, extuberantibus lineis architectonica ac polymita arte elaboratis: Ita vt columnarum quatuor
C veteris clauſtri montis Caſini in templi aditu lapides referre videantur. Eorum quæ ibi intus erant quatuor corporum, vnum erat fœminæ, prout medicorum arte ex cranij ſuturis compertum fuit. Nos autem Sanctæ Flauiæ eſſe iudicauimus Atque ipſum ſepulcrum ſub altari maiore Sancti Ioannis Baptiſtæ cornu dextri inferius palmos octodecim delitescebat. In ambitu ſepulcri iſtius nouem alia corpora comperimus: quæ nudè ſimplicitérque humi iacebant, ſpecioſis brachiis ordine ſtratis eiuſmodi, vt deuotionis planctus vnáque gaudij intuendo lacrymas excitarent. Ibi vnum abſque capite integrum ſanúmque extructo incluſum lapide ſublatum fuit. Multa præterea reperta ſunt corpora exuſta & concremata, permiſtis carbonibus ac cineribus eorum oſſibus: Iuxta quæ quatuordecim ampullæ ſanguine plenæ, & vna cerebro. Nihilominus
D aſſiduè effodiétes homines duodecim humum euoluunt. Adſunt & quatuor viri inſtituti. Vnus Legatus Archiepiſcopi: Alter, vice ciuitatis: Tertius, nomine Prioratus: Denique duo qui religionis perſonam cauſámque tueantur. Hoc vnum in primis curæ eſt omnibus, vt quadraginta horarum precationes ſupplicationéſque decernantur: Nos verò priuatim ſingulis matutinis preces fundamus, poſtulemúſque à Deo optimo maximo quotidie, vt per miſericordiam & gratiam ſuam dignos efficiat nos, vt glorioſorum corporum compotes ea ſpectare deuotè & religioſè contemplari promereamur. HOMINVM in templo eſt adeò frequens concurſus per ſacellorum ambitus, vt omnem admirationem ſuperare *Preces 40. horarum.*

videatur. Fœlix cenſetur is qui tantillum terræ referre poſſit inde, vnde effodiuntur: modicúmque aquæ haurire, quæ ſub pedibus ſepulchri Sancti Placidi ſcaturire videtur. Fama eſt ſanatos fuiſſe hactenus variis ægritudinibus homines quindecim. Deo duce cras matutino tempore conſilium ineundum eſt, quid ea in re omnino decernendum ſit. Iſtud adhuc ambigitur, ſi pro ſanctis ea colere ac venerari officioſè poſsimus. Poſtmodum Summi Pontificis ſanctitas facta certior tandem decernet. Denique quicquid in dies noui continget veſtræ paternitati multum reuerendæ per literas enarrabo: vt conſors tanti animi ſolatij, immenſi theſauri notitia ſemper exultet. Extremum eſt, vt omni obſeruatione ſacras veſtræ reuerentiæ manus exoſculer, méque deuotis precationibus commendem quamplurimum. Meſſanæ die Augusti extremo 1588. E F

Veſtræ paternitatis multum Reuerendæ obſequentiſſimus,

D. MAVRVS DE CASTRO.

EPISTOLA ALTERA.

Alia, in præſenti concremata corpora cum iaculorum ſpiculis exiguis & metalli materia, mauritanica arte vixdum quicquam vetuſtate detritis comperimus. Proinde coniecturam facere licet, ſanctos primùm ſagittis confoſſos: deinde concrematos fuiſſe. Nam varia in hiſtoriis tormentorum genera perleguntur: vt videre eſt aliis in locis diuerſa è ferro magna ex parte exæſa inſtrumenta. Modò verò ad ſedecim corpora oſſibus ſuo quæque ſcheleto integrè iunctis, cum duobus capite imminutis: Tum exuſta corpora circiter duodecim nacti ſumus. Porrò hac hebdomada Concilium, Deo duce, Theologorum, Conſultorúmque virorum habendum eſt: vt quid facto opus fuerit maturè decernatur. Qua in re cum dubitandi locus eſſe poſſit nemini, nobis omnibus numinis obſecrandi campus ampliſſimus, amœniſsimus, æquiſsimis animis eſt adeundus. G

EPISTOLA TERTIA. H

Reuerendiſſimo Patri D. Hieronymo Peruſino, Abbati digniſſimo, Patríque meo vſque obſeruandiſſimo, Florentiæ in Cænobio.

Siquidem in mentē animúmq; ſubierat proxima Synodo ſiue Capitulo, ad te P.R. ſcribendi & ſupplicandi, ob celebritatē noſtrorū glorioſiſſimorum martyrū Placidi & ſociorū ſolennibus feriis, perenni memoria tanti à Deo accepti beneficij, inaugurandam. Quamuis rei tā exoptatæ expectatione fruſtratus ſim: Domino ſanè placuit, vt ea optatior ſe ſe offerret

A offerret: Cum tertio nuper menſis elapſi die Inuentionis beatiſſimi Stephani protomartyris & ſociorum nobis etiam in hac ciuitate & Baſilica Deo ſacra, Diuiſque Ioannis Baptiſtæ nomini nuncupata, ſanctiſſimum noſtrum Placidum atque commilitones martyres reuelauit. Nempe ſub altari maiore viginti palmorum intercapedine dextro altaris cornu tumulus repertus fuit: qui foris cæmentitia ſtructura, intus permiſtis lapidibus columnarum montis Caſini inſtar eleganter elaboratus, vbi reperta quatuor incluſa corpora. Tum circa ſepulcrum ipſum ad viginti alia corpora ſub arena ſepulta, oſſibus candidis & ſolidis ſuberant mille iam ſupra quadraginta & ſeptem annis. Iuxta hæc frequentes ampullas è creta arte argutéque affabrè factas, humo confertas: quam ſcilicet humum martyrum ſanguine imbutam populus Meſſanenſis (qua tunc fi-

B de ardebat, charitatis zelo deuotus) collectámque vnà cum corporibus illis in vaſis proximè ſepeliuiſſet. MAGNA ſunt quæ ediderunt, quæque paſſim edunt miracula: Quando maximè duos paralyticos ſanitati reſtituerunt: & quamplurimos alios infirmos priſtinæ valetudini (vt & ciuitatis & Domini actis in eam rem ſuſceptis conſtat) reddiderunt. Ipſe Dominus de veneratione illorum ſummum pontificem conſulturus, Romam vadit. Nihilominus interea effodiendo ſolum euoluitur, & eruuntur nonnulla ſuperiorum corporum, & in capſis cuſtodiuntur. Quæ quidem capſæ in domicilio quodam abditæ ſunt. Cuius domicilij clauem vnam ipſe Dominus habet: alteram ciuitas: tertiam Prior eiuſdem Eccleſiæ, Eques Melitenſis magnæ Crucis. Cui hoc munus de cœlo

Paralytici duo curati, & alij ægroti.

C eſt attributum: vt tam diuinus ſuis temporibus theſaurus è tenebris in lucem atque hominum oculos emergeret. Quicquid deinceps noui ſucceſſerit, id omne tibi, P. R. per literas Deo duce, renunciabo. Quamobrem modò inuito te ad animi lætitiam & exultationis alacritatẽ, quia fratres noſtri inuenti ſunt: Hoc ego ſic profiteor & veſtri ordinis patres fratréſque vniuerſi. Ciuitas iſta inuſitata quadam lætitia & deuotionis iubilo feriatur: piáque alia opera multa perinde exercentur. NOS verò quando ciuitatem ingredimur, tanto honore afficimur & colimur, ac ſi iidem illi ſanctiſſimi patres ab eremo procederemus. Id verò totũ ad Dei benedicti gloriam, & eorum martyrum honorem, quorum meritis tanta generi hominum beneficia cõferuntur. At quia tui modò præſentia non

D occurrit: tantum ſacras manus tuas deoſculor, veſtríſque ſanctiſſimis orationibus me commendatum exopto, & ſaluto omnes veſtros patres & fratres quamplurimum. Meſſanæ, 8. Septemb. 1588.

Veſtræ paternitatis multum Reuerendæ obſequentiſſimus filius,

D. ALEXIS MESSINENSIS.

EPISTOLÆ QVARTÆ BREVE EXEMPLAR. E

PRIOR Sancti Ioannis huiuſce ciuitatis, religionem Hieroſolymitanam profeſſus, cum in optatis haberet Eccleſiæ ſuæ baſilicam quadrato lapide bellè & cum ratione illuſtrādo ædificare, tribunal vnà cùm altari maiore in locum magis opportunum transferendi, à me facultatem popoſcit: eíque conceſſi. Interea dum demolirentur & excauarent ipſius tribunalis ponè altare maius ſpatium, ſubtus ad duodecim in ambitu palmos monimentum repertum fuit antiquiſſimum, extructúmque cocto lapide, coopertum in modum arcæ, totum lateribus grandiuſculis recluſum intus. Se ſe vndique præterea offert munitum veſte è petra, veluti porphyrite. Ibique incluſa quatuor corpora deliteſcebant. Detecta re tota ciuitas rumore percrebuit Sancti Placidi Abbatis ordinis Caſinenſis, & Sanctorum Euticij & Victorini fratrum, & Sanctæ Flauiæ ſororis eiuſdem beata corpora eſſe reperta. Et magis magíſque frequens populi multitudo tumultuoſè concurrebat: eaque fide compellabatur, quinetiam id ita eſſe conſtanter credebat: Quod à maioribus acceptum eſſet ibidem martyrij coronam commeruiſſe eundem victoriæ gloria præclarum & vitæ ſanctitate illuſtrem virum, vnà cum Germanis fratribus & ſorore & religioſis aliis ſupra triginta. Quinetiam auctore Gordiano ipſius diſcipulo iſthic Diui Placidi vitam extare. In qua memoriæ præditum eſt, abſcedente tyranno quatuor illa corpora liberali & honeſta ſepultura donata eſſe, eaque in Eccleſia Diui Ioannis Baptiſtæ, qua tempeſtate monaſterium cœnobiúmve erat, vbi eiuſdem ordinis viri religioſi domicilium obtinebant. Equidem eò profectus obſeruaui omnia: At verò vt iſtiuſmodi turbam auerterem, cultúmque corporum intempeſtiuè citra fidem beatitudinis eorum veriſſimam retardarem: dedi operam vt illa omnia oſſa è tumulo collecta in capſam ſimul tuto loco reponerentur. Hoc dicto, facto, dum vicinam in dextram monimenti partem ſpatium palmo paululum amplius compertum fuit inhumatum corpus alterum. Cuius gratia conclamatum eſt vnum è Sanctis Martyribus monachis eſſe. Immò verò & communi vniuerſorum ſententia Sanctum Donatum. Qui quidem eodem legitur tempore & impetu impiorum tyrannorum cum Sancto Placido martyrij Lauream accepiſſe. Seorſim iſtud corpus, vt & alia fuit effoſum. Quin & aliorum in emerſum lucémque educendorum fides eſt. Magna verò ſunt, vt monimentis conſtat, indicia, eáque iudiciis medicorum cõfirmantur: Chirurgi vero anatomiſtæ obſeruatis illis quatuor corporibus, caput fœminæ inter ipſa deprehendiſſe aſſerunt. F G H

Sic ſcribit D. Archiepiſcopus Meßinenſis Illuſtrißimo Alexandro Montealto S.R.E. Cardinali.

SAN-

A

SANCTISSIMI D. N. SIXTI PAPÆ V. BVLLA, DE FESTO SS. PLACIDI ET SOCIORVM MARTYRVM CELEBRANDO,

& in Calendarium Romanum reponendo: & conceſsio Indulgentiæ viſitantibus Eccleſiam S. Ioannis Baptiſtæ Meſſanenſis, vbi eorum corpora nuper inuenta fuerunt.

B SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. DOMINVS Omnipotens qui ſuauiter cuncta diſponit, miſericordiarum pater & Deus totius conſolationis, ſacroſanctam eius Eccleſiam precioſo vnigeniti filij ſanguine acquiſitam & in Apoſtolicæ confeſsionis petra ſolidatam, voluit nedum inter mundi aduerſa & turbines ſanctis martyribus quaſi fortiſsimis propugnatoribus tueri: verùm eorundem glorioſis trophæis ita in dies illuſtrari, vt non modò illi fœliciſsimas de impiis perſecutoribus & Chriſtianæ fidei hoſtibus in hoc ſeculo victorias reportando eandem propagarent: ſed mox ad æternam ipſi cæleſtis patriæ beatitudinem euecti, piè apud Deum in-
C tercedendo illam vel maximè iuuarent, ac perpetuò iuuent. Vnde non immeritò ſacræ eorum reliquiæ, & eorundem paſsionum monumenta in terris relicta Chriſtianum populum ad laudandam in eis diuinam maieſtatem, ad illorum ſalutaria exempla imitanda, ad rerum humanarum & prætereuntis huius ſeculi deſpicientiam, ad eorum denique opem & patrocinium in tribulationibus & neceſsitatibus inuocandum mirum in modum excitant. INTER hos verò ipſos, quos martyrij corona donatos Catholica inuocat & veneratur Eccleſia, meritò inſigni honore celebranda eſt memoria ſanctorum Placidi & ſociorum martyrum: qui Iuſtiniani Magni Imperatoris temporibus, cum S. Benedicti tunc adhuc viuentis religionis zelum & vitæ ſanctitatem admirati ſub illius regulâ ſe Dei obſequiis dicauiſſent, & in monaſterio cum Eccleſia ſancti Ioan-
D nis Baptiſtæ, prope muros Meſſanæ ciuitatis tunc recenter ab ipſomet Placido in paterno fundo extructo & inſtituto, cui idem Placidus à Sancto Benedicto eo miſſus, tanto magiſtro dignus diſcipulus præerat, gratum Altiſsimo exhiberent famulatum: ad eam perfectionem breui peruenerunt, vt cum eorum ſanctimoniæ fama longe lateque diffuſa etiam in vrbem Romam peruaſiſſet, impulerit pios ipſius Placidi fratres Germanos, Euticium & Victorinum & virginē Flauiam eorundem ſororem, ad iter ſuſcipiendū, Placidi fratris viſendi cauſa. Sed diuina prouidētia factum eſt, vt cum Meſſanā veniſſent, & apud eū vix per paucos dies morati eſſent, crudeliſſimi Saracenorū Regis, vel potius tyranni Abdalæ claſsis,

Chriſtiano nomini nefarium bellum, inſulæ verò Siciliæ vaſtitatem, in- E
cendia, rapinas inferens, ad eandem ciuitatem ex improuiſo appulerit.
Vbi eius claſſis dux Mamuchà cum in monaſterium irrupiſſet, cœpit
mira feritate contra eos omnes in vincula coniectos ſæuire, & acerbiſſi-
mis quibuſdam cruciatibus exquiſitiſque tormentorum generibus co-
nari, ſi qua ratione poſſet eos à Chriſtiana religione dimouere. Verun-
tamen ipſi adiuuante ſpiritus ſancti gratia, & non modò in religioſis vi-
ris, ſed in aliis quoque Placidi fratribus, atque adeo in ſexu fragili & vir-
gineo pectore ſuam diuinam virtutem mirabiliter oſtendente, cuncti
in Chriſtianæ fidei præclara confeſſione fortiter perſeuerantes, agonem
ſuum glorioſo martyrio conſummarunt. Cumque eorum quidem ani-
mæ triumphalem palmam adeptæ in cœlum euolaſſent: corpora verò
multis (vt antiquæ teſtantur Hiſtoriæ) magníſque miraculis illuſtria in F
Eccleſia Sancti Ioannis Baptiſtæ Meſſanenſis, quæ poſtmodum ſucceſ-
ſu temporis in Prioratum Hoſpitalis eiuſdem Sancti Ioannis Hieroſoly-
mitani fuit erecta, piè ſepulta & recondita, temporum iniuria per multa
ſecula ita inibi occulta latuiſſent, vt iam noſtra ætate licet ex pluribus an-
tiquitatis monumentis conſtaret, ea in præfata Eccleſia Sancti Ioannis
Baptiſtæ ſepulta fuiſſe: tamē certus eius Eccleſiæ locus vbi ſita forēt peni-
tus ignoraretur: placuit tandem diuinæ miſericordiæ ſacra nonnullo-
rum ex eis monumenta & reliquias, dum pro fundamentis in reparatio-
ne ipſius Eccleſiæ iaciendis humus effoderetur, poſt longum temporis
interuallum nuper in lucem proferre. Quare cum primum ex relatione G
venerabilis fratris Antonij Archiepiſcopi Meſſanenſis compluribus in-
ſuper examinatis teſtibus ac proceſſu formato, & ad nos tranſmiſſo id
nobis ſignificatum fuit: Nos attendentes iuxta antiquiſſimum Catho-
licæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ vſum à primæuis Chriſtianæ religionis tem-
poribus receptum, ſanctorúmque patrum vnanimem conſenſionem &
ſacrorum Conciliorum, ac nouiſſimè œcumenici Tridentini decreta,
beatorum martyrum & aliorum cum Chriſto in cælis regnantium ſan-
cta corpora, per quæ multa beneficia à Deo mortalibus præſtantur con-
gruo quidem honore veneranda eſſe: ſed eam adhibendam cautionem
in ſacrarum reliquiarum veneratione, vt omnis ſuperſtitio tollatur, nec
nouas reliquias recipiendas eſſe, niſi prius ab Epiſcopo recognitæ & ap-
probatæ fuerint recognitionem proceſſus huiuſmodi venerabilibus fra- H
tribus noſtris S. R. E. Cardinalibus ſuper interpretatione & executio-
ne dicti Concilij Tridentini deputatis duximus committendam. Qui
ipſo proceſſu diligenter, prout rei grauitas poſtulabat, conſiderato &
recognito, necnon vocato & audito eodem Antonio Archiepiſcopo, qui
& ſacras reliquias & alia complura antiquitatis monumenta in ea Eccle-
ſia inſpexit, & deinde ad nos & beatorum Apoſtolorum limina viſitan-
da in vrbem venit, cum nobis retuliſſent ſatis conſtare de aliquorum ex
dictis ſanctis corporibus inuentione; Nos primum quidē ingentes Deo
omnipotēti gratias egimus, quod inter cætera quæ his calamitoſis & tur-

bulentis

A bulentis tẽporibus Chriſtiano populo indies largitur plurima & maxima beneficia, hoc quoq; inſigni munere, quaſi precioſiſsimo theſauro detecto, dignatus ſit dictorũ Placidi & ſociorũ martyrũ memoriã renouare. Nunc autẽ vt pro noſtro paſtorali officio quantũ in nobis eſt curemus ne inuictorũ martyrũ corpora, diuinæ erga nos charitatis pignora, quæ viua membra fuerunt Chriſti & tẽpla Spiritus ſancti, ab ipſo ad æternã vitam ſuſcitanda & glorificanda diutius inobſcuret vetuſtas, aut ex animis Chriſti fidelium deleat obliuio: ſed vt potius eis omnium gentium & ſeculorum prædicatione digniſſimis honor debitus, ſi non pro ipſorum dignitate ac meritis, ſaltem pro noſtra tenuitate tribuatur: Simulque excitentur ijdem fideles ad eorum veſtigia pro cuiuſque captu proſequenda, &
B ad inuocandam opem illorum quos & ipſius eccleſiæ amantiſſimos & propter religioſæ vitæ profeſſionem & obſeruationem, caſtimoniam, ſanctitatem, & conſtantem Chriſtianæ fidei confeſſionem martyrio conſummatam Deo acceptiſſimos eſſe intelligimus, ac denique vt in eorundem veneratione Dei, qui ſe per os Dauid in ſanctis ſuis laudari præcipit, immenſa bonitas glorificetur, & piæ Chriſti fidelium mentes ad eorum memoriam recolendam anniuerſaria commemoratione & celebritate admoneantur: Habita prædictorum Cardinalium relatione de eorum conſilio & aſſenſu, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium præcipimus, vt eorundẽ ſanctorum martyrũ Placidi & ſociorũ dies feſtus, quo ipſi bono & legitimo certamine pro Chriſti gloria abſoluto, curſu conſummato,
C fide ſeruata nobiliſſima martyrij corona decorari ad cæleſtem patriam migrauerunt, nimirum tertio Nonas Octobris in omnibus Chriſtiani orbis partibus ſub officio ſimplici, In Meſſanenſi verò ciuitate Diœceſi & prouincia, duplici, & præterea alter dies feſtus inuentionis eorundem pridiè Nonas Auguſti in Eccleſia præfata S. Ioãnis Baptiſtæ Meſſanenſis dũtaxat ſub duplici pariter officio à cunctis perſonis eccleſiaſticis ſecularibus, ac quorumuis ordinum regularibus de communi plurimorum martyrum, vbi proprium deerit, perpetuò celebretur. Volumuſque vt in Calendario quo nunc vtimur, ſicut in Romano martyrologio & antea in quibuſdam calendariis habebatur, ad eum diem eorundam ſanctorum nomina aſcribantur: etiam ſi in nouiſſima Miſſalis & Breuiarij Romani editione ea fuerint prætermiſſa. Hortantes vtriuſque ſexus Chriſti fideles
D ciuitatis Meſſanenſis incolas, vt eorundem martyrum diem feſtum pie ac religioſè colant & obſeruent, & ſicuti in reliquis diebus feſtis de præcepto Sanctæ matris eccleſiæ moris eſt, à ſeruilibus operibus abſtineant: Ac demum ad augendam Chriſtiani populi erga eoſdem inclytos martyres deuotionẽ, vtque eo frequentius & ardentiori pietatis ſtudio confluãt ad ſacra eorum ſepulchra, quo vberius cognouerint ſe per hoc cæleſtis gratiæ donis eſſe refectos, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, eiſdem Chriſti fidelibus verè pœnitentibus, qui peccata ſua ſacerdotibus idoneis ab ordinariis locorum approbatis confeſſi fuerint, ac ſanctiſſimum Euchariſtiæ

Pſal. 150.

Feſti SS. Placidi Martyris & ſociorũ eius inſtitutio.

Indulgẽtia Meſſanæ eccleſiæ cõceſſa in die feſto Inuẽtionis corporũ SS. Placidi & ſociorũ eius

ſacramentum ſuſceperint, & prædictæ inuentionis die feſtò dictam eccleſiam, vbi eadem ſancta corpora requieſcunt, deuotè viſitauerunt, atque inibi pias ad Deum preces fuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam & remiſſionem perpetuò concedimus & largimur. QVOCIRCA mandamus vniuerſis & ſingulis Venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, cæteriſque eccleſiarum Prælatis, vt præſentes literas in ſuis quilibet prouinciis, ciuitatibus & locis ſolenniter publicari, & ab omnibus perſonis eccleſiaſticis ſecularibus & regularibus vbique gentium & locorum inuiolatè obſeruari curent. Volumus autem vt earundem præſentium exempla, etiam impreſſa Notarij publici manu ſubſcripta & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ obſignata, eandem prorſus vbique fidem faciant, quã ipſæ præſentes facerent ſi oſtenderentur vel exhiberentur. NVLLI ergo omnino hominum liceat hanc Paginam noſtrorum præcepti, voluntatis, hortationis, conceſſionis, elargitionis & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit: Indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. DATVM Romæ Apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ M. D. lxxxviij. Idibus Nouembris, Pontificatus noſtri anno quarto.

ARNOLDVS Vvion lib. 3. Ligni vitæ. Calendis Maij anni 1589. In Monaſterio S. Benedicti, de Padolyrone, Diœceſis Mantuæ facta fuit proceſſio ſolennis, tempore Comitiorum generalium, ducentorum ferè monachorum, prò Receptione reliquiarum Sancti Placidi prothomartyris ordinis monaſtici. Cui (inquit auctor) me interfuiſſe pro magno munere reputò.

IDEM auctor, eodem libro, ſub die tertia Auguſti. In notis: Miracula quæ in hac inuentione perpetrata ſunt ſcriptis mandauit Domnus Bernardus Meſſanenſis, & Decanus S. Placidi extra ciuitatem Meſſanenſem: quæ reſeruantur M.S. apud R.P. Abbatem Caſinenſem, D. Hieronymum à Perugio.

LIBER

A

LIBER MIRACVLORVM BEATI MAVRI LEVITÆ ET ABBATIS, DISCIPVLI SANCTISSIMI BENEDICTI, QVI NVNquam prælo preſſus, nunc è bibliotheca inclyti Cœnobij D. Germani à Pratis premendus prodit.

PRÆFATIO.

B *Dilectiſſimo fratri & venerando viro Adelmodo Archidiacono Odo Abbas Cœnobij S. Mauri, Amoris ſubſidium.*

HISTORIAM euerſionis ſeu reſtaurationis ſancti Cœnobii quod olim à beato Mauro nobiliter ædificatum ex antiquo Glannafolium nominatur, quam à venerabilibus & probatiſſimis atque adhuc in carne manentibus perſonis plena fide didici, in corpus vnius libelli colligere ac ordinare aggrediens, ſicut crebrò tuam venerandæ vir Adalmode popoſciſſe reminiſcor fraternitatem, earundem perſonarum nomina in ipſo exordio narrationis inſerere dignum iudicaui: quatenus & ſcrupulum dubietatis legentibus auferrem, & ad veraciter fidelitérque amplectanda quę narro, ex ipſarum Deo C placita, & hominibus ſpectabili probitate, omnes audientes inuitarem. Harum, primus, & ordinis dignitate, & perfectioris vitæ ſanctitate, Godefridus venerandus Abbas Foſſatenſis monaſterij extat: qui prolixiore tempore ſub regimine ſanctæ recordationis, Theodradi in eodem ſancto deguit cœnobio. Bilechildis quoque Abbatiſſa, noſtro ſeculo, ſpeciale ſanctæ viduitatis decus, quæ cum viro ſuo illuſtriſſimo comite Rorigone in reparatione eiuſdem monaſterij iuxta quod illis cœlitus oſtenſum ac præceptum fuit, longo ſollicite inuigilauit tempore. Cuius & ego plurima, quæ refero, frequenti didici colloquutione. Sed & Bernegarius preſbiter, his tertius in proferendis ſubſtituitur. De cuius veriſſimis aſſertionibus, nemo noſtrum dubitare permittitur, qui eius probabilē in omD nibus, & præcipuè in ſanctæ orationis ſtudio vitam agnoſcentes, vt antiquiſſimorum eum antiquiorem veneramur patrem. Qui per duodecim continuos annos in iam dicto monaſterio & primùm cum piæ memoriæ, Gozlino, & poſtmodum cum fratre eius ſuperius nominato habitauit Theodrado. His nihilominus copulantur omnes pene ipſius loci congregationis fratres, qui geſtis ibidem ſui temporis miraculis, reuelationibus quoque & viſitationibus diuinitus procuratis, concentibus etiam inæſtimabili atque ineffabili ſuauitate angelico miniſterio, & præcipuæ nocturno tempore celebratis, nimio ſe terrore, ſæpiſſimè percuſſos fuiſſe aſſeuerant. Aliquotiens verò tantum melos, ita ſe animo captauiſſe aſtruunt, vt

eiuſdem cantilenæ dulciſſonis atque tinnulis modulationibus, aure cordis intenti, mihi iam illis niſi tantarum liberet inhærere harmoniarum E
modis. Ex quibus nonnullos nominatim exprimo, cum aſtipulandi opportunitas, proſequendi acciderit tenoris. Huius autem ſeries narrationis, à tempore diuæ recordationis Pipini incipit ad noſtram vſque præſentis anni decurrens ætatem qui eſt ab incarnatione Domini octingenteſi-
868. mus ſexageſimus actauus. Quo etiam anno eiuſdem beatiſſimi viri, ſanctiſſimam corporis glebam, iuſſu ſereniſſimi regis Caroli cognométo, calui, in monaſterio ſanctæ Dei genitricis, & ſemper virginis Mariæ, beatique Petri Apoſtolorum principis (quod antiquitus foſſatenſe appellabatur) digno cum honore, populorumque frequentiſſimo ac celeberri-
Æneas epiſcop' pariſ. mo detulimus occurſu. Quem ſanctus pótifex Æneas in ipſo introitu monaſterij ſuſcipiens, propriiſque imponens humeris, cum frequentia venerabilium monachorum, & numeroſitate nobilium canonicorum, ornatu quoque & apparatu eccleſiaſticorum miniſteriorum, in eccleſiam beati Petri feſtino ſatis deportauit obſequio: atque ſolemni ſanctæ deuotionis, in archa ferrea ad hoc ipſum præparata ſub die Iduum Nouembrium recondidit officio. Vbi etiam nunc cum ſuperna opitulatione debitis & aſſiduis monachorum veneratur & colitur ſeruitiis, ad laudem & honorem nominis Domini: qui ita præſentialiter mirificat ſanctos ſuos, quos iam æternaliter cæleſtium donauit pręmiis gaudiorum, conformes eos & cohæredes vnici filij ſui conſtituens. Quorum meritis & interuentionibus veniam conſequi commiſſorum mereamur flagitiorum, qui nos ſancti ſanguinis Chriſti gloriamur redemptos G
effuſione.

INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI SEQVENTIS.

1. *De eo quod Pipinus Rex cuidam Gaidulfo, Andegauenſem comitatum dedit, qui odio execrabili monachos perſequens cœnobium Beati Mauri ſolotenus deſtruxit, quem etiã hoc egiſſe, ſe ſuperbè iactitantem, idem Sanctus diuina virtute interemit.*
2. *Quod poſt mortem Caroli magni, Pipini filij, ab eius filio Ludouico Rorigo comes, eundem deſolatum dono locum, atque diuina monitus viſione in* H *priſtinum reformauit ſtatum.*
3. *Quod Rorigonis petitione Comitis, Ludouicus Imperator ſacrum edidit edictum, vt rectores Foſſatenſis Cœnobij curam agerent, & prouidentiam ſemper haberent monaſterij Glannafolij.*
4. *De eo quod Pipinus filius Ludouici. Abbatiam beati Mauri Ebroino Pictauenſi commiſit Epiſcopo.*
5. *Quod præfatus Ebroinus, liberrimam Foſſatenſibus de iam dicto loco, Rorigone viuente conceſſit poteſtatem, eóque mortuo omnes ab eodem pepulit Cœnobio.*

6. De

A 6. *De Abbatis Ganzlini ordinatione, & beati Mauri corporis tranſlatione ac octo perſonarum à diuerſis morbis curatione.*

7. *De eo quod quidam prædones, Haymericus videlicet atque Girardus aliique quamplures, vi ſancti Mauri cœnobium peruadunt, ac precibus ipſius ſancti, fragore tonitruorum & ictibus fulminum amiſsis ſenſibus fugati ſunt.*

8. *De Angelica viſione quam in eodem cœnobio Dei ſeruus Anouaredh vidit.*

9. *Quod aliquando in Innocentium ſolemnitate, Angelicæ voces in eccleſia Sancti Martini, (in qua corpus beatiſsimi quieſcebat Mauri) ab Abbate Gauzlino & cunctis fratribus auditæ ſunt.*

B 10. *Quod cuſtos eccleſiæ Manfredus nomine, aliquando dormiens à beato Mauro pulſus, ac bis excitatus, vt foras iret iuſſus eſt, ne ſcilicet ruina domatis opprimeretur.*

11. *De nauta, fune per pollicem in aere appenſo, ac in mortis articulo poſito per beatum Maurum liberato.*

12. *De Vvichero, qui beati Mauri ſeruum peremit, & alium de ſuo iure eius loco reſtituens, impunè non euaſit.*

13. *Qualiter, Vvlfuinus quidam eques cenſum nauium (quem vocant cœnadicum) fratribus beato ſeruientibus Mauro ſubripuit, & à quodam ſuo grauiter ob hoc percuſſus interiit.*

14. *De eo qui nauim beati Mauri & eius monachorum, in auferendo deducens dixit tantum eam pro illo dimitti, quantum pro ipſius vxore.*

C 15. *Quomodo Fredericus & Raimboldus ſuique commanipulares iniuriam ſancti Mauri cœnobio inferentes, vltrice Dei dextera, nece turpiſsima perierint.*

16. *Quod moto beati corpore Mauri à ſolo proprio, infeſtatione barbarica vel Normannica, mulier quædam Ratburgis nomine, per quinquennium vomitu ſanguinis laborans, eius prece ſanari promeruerit.*

17. *Quod in villam quæ nuncupatur Merula, beati Mauri corpus ſit delatum, ac in ſancta eccleſia Iuliani decenter reconditum, anno vno & dimidio: Vbi Dominus per eum plurima operari voluit miracula, cæcos illuminãdo, ſurdis, mutis, atque claudis medelam præbendo: Inter quos & nobilem virum Otgerium à typo febris ſanauit.*

D 18. *Quod corpus beati Mauri citra Ararim flumen deportatum, & in fundo Comitis Audonis ſit collocatum, ibique per tres ſemis annos cuſtoditum vbi ſedecim perſonarum infirmantium curatione, celebre nomen eius circunquaque diuulgatum eſt.*

19. *Quod iuſſu regis Caroli glorioſi in cœnobium Foſſatenſe beatiſsimi corpus Mauri ſit deportatum, & in eccleſia ſancti Petri reconditum, idibus Nouembribus, anno incarnationis dominicæ, octingenteſimo ſexageſimo nono, Regni verò eius vigeſimonono. Indictione ſecunda.*

DE EO QVOD PIPINVS REX CVIDAM *Gaidulfo, Andegauenſem comitatum dedit: qui odio execrabili monachos perſequens, cœnobium beati Mauri deſtruxit, quem idem Sanctus diuina virtute interemit.* E

Capvt Primvm.

IGitvr tempore Pipini glorioſiſſimi regis, cum adhuc monaſticæ religionis obſeruantia, in eodem ſancto cœnobio optimè cuſtodiretur, honor etiam & dignitas atque affluentia rerum omnium copioſiſſimè exuberaret, muneroſitas quoque religioſorum monachorum (vt ſtatutum à beato Mauro fuerat) ibi pleniter haberetur, locum ipſum cum omnium integritate poſſeſſionum, ad eundem pertinentium idem præcellentiſſimus Rex Gaidulfo cuidam Rauennati dedit. Qui barbariem ſæuiſſimi animi atque efferæ crudelitatis exercens duritiam, execrabili odio monachos ibidē commorantes perſequi aggreſſus eſt. Qui eius immaniſſimam ferre non valentes oppreſſionem, circunquaque diffugientes, diſperſi ſunt: ita vt nō remanerēt ex eis niſi quatuordecim tantum, qui inopiæ malo compulſi, aliud agere non valentes, quotidianam ſtipem vix emendicando à ſupradicto tyranno poterant extorquère, excubias ſemper prout valebant apud beati viri corpus ſollicitè obſeruantes Cumque & ipſi tam famis inedia, quam cæterarum miſeriarum acerrimo afficerentur cruciatu: nec inſtitutionis ſanctæ regulæ: arduam poſſent ducere vitam: conſilio accepto indumēta deponunt monaſtica, habitum canonicorum aſſumentes. Vnde ipſe, tyrannicæ peruerſitatis, nefandiſſimus homo, occaſione contra eos ſumpta, omnes de loco expulit, quinque tantum clericos abiectiſſimæ ſcilicet vilitatis perſonas ibi cōſtituens, à quibus aliquid officiorū diuini cultus, apud ſancti viri perageretur corpus. Inde inſtigatus à dominatore ſuo diabolo, monaſterium omne ſolotenus euertit: ita ut etiam fundamēta nō ullorum eruerit ædificiorum, quod hodieque inſpicientibus liquido claret dum diuerſarum adhuc officinarum, penitus abdita ibi cernuntur fundamina. Denique nec domibus eccleſiarum in eodem ſancto pepercit loco, dicens, Sicut dominus cędem interfectionis à ſanctuario ſuo iniciari iuſſit: ita euerſionis noſtræ deſtructio à ſanctis exordium ſumens, audacius reliqua peruadet ædificia. Poſt hæc omnia teſtamenta quorum auctoritate rerum cunctarum eidem loco collatarum conſtabat delegatio, ſollicitè perquirens & inueniens peiora ſemper peſſimis adiiciendo, partim cremauit partim in ligerim merſit, nònnulla verò in monaſterio Sancti Albini cuſtodienda depoſuit. Quod cum iam noſtro tempore ego auditu comperiſſem, quadam vice Andegauum pergens atque Anſcherum prępoſitum adiens, deprecari illum omnibus cœpi precibus, vt ſi aliquid ex his in peribulis aut in ſcriniis tomo cartarum eiuſdem loci eſſe ſciret, nobis reddere dignaretur. Tum ille fateor ait, me aliquid huiuſmodi, cum

A cum præcepta veterum regũ reuoluerẽ reperiſſe: ſed quia nemo vnquam extitit, qui à me quippiam horum inquireret, ego in talibus cor non appoſui: inter cartharum copiam, ea facilitate qua reperta ſunt, eadem & repoſita fuerunt. Cumque inſtrumenta præceptorum atque teſtamentorum noſtrorum inſectatione Paganorum deperiſſent, cum eis pariter & veſtra diſperierunt. Ne ergo legentibus ex his faſtidium ingeramus, ad propoſita articulum reflectamus. Hic itaque miſerior miſerrimis, non conſiderans damnationis ſuæ vltricem plagam, quæ eum iuſto Dei iudicio pro talibus tantarum auſis præſumptionum, erat conſequutura, poſtquam cuncta quæ animo conceperat, iuſta Dei permiſſione de eodem exercuit loco, conuocatis amicorum atque affinium turmis, ad
B conuiuium apparatioris prandij, ſcelerate à ſe geſta, poſt inſatiabilem lautiorum edacitatem ciborum, & vini meri nimiam potationem, cunctis qui aderant iactantiæ deſperabiliter barathro demerſus referre cœpit. Ne inquiens teterrimum monachorum genus, per ſuccedentia tempora, locum hunc, vanis ſpebus animatum repetere aut euindicare valeat: cum domorum euerſione teſtamenta ſunt ablata prædiorum, quibus ſe opinari poterant poſſeſſiones tantorum recuperaturos fundorum. Necdum verba compleuerat, cum ecce contra ſe ſuper menſam, ad quam laſciuiens adhuc reſidebat ſtare videt venerandi monachi habitus virum, cuius facies igneo reſplendebat aſpectu, canities verò comptiſſimi dignitate honoris ſuper niuem micans candebat. Qui ferulam manu geſtans, toruiſque aliquantiſper miſerum reſpectans lumini-
C bus, eum forti conamine, calce quidem in ventre, ferula autem in capite validè percuſſit. Qui illicò amens effectus, atque caput hac illacque ſuper ſcapulas crebrò iactans eiulando clamare cœpit: Maure tu me interficis, Maure tu me interficis. Cum hæc cunctis qui aderant audientibus, oculis iam cæcatus quos in capitis percuſſione amiſerat frequenter repeteret: Arrij multatus damnatione effuſis inteſtinis, infœlicem, (vt dignus erat,) finiuit vitam, particeps dæmoniorum effectus. Hæc ita geſta eſſe teſtatur Gerrannus, monachus noſtræ congregationis, qui à patruo ſuo ipſius loci monacho, ſe frequenter peracta, (ſicut hîc inſerta ſunt) iſta audiſſe confirmat. Qui de eodem cœnobio cum cæteris fratribus, ab ipſo peruerſæ mentis homine expulſus, ſæpe ad domum fratris ſui, patris vide-
D licet huius Gerranni veniens, cuncta ex ordine referre erat ſolitus. Aſtipulantur etiam huic aſſertioni, religioſæ admodum ac veteranæ perſonæ, quæ ab eo tempore ad noſtram vſque perdurantes ætatem, euidentiſſimis iſta proſequuntur indiciis. Ex quibus etiam ego duos vidi: quos pro hoc ipſo ad me euocans, atque ab eis cuncta diligenter ſciſcitans, veriſſima hæc eſſe, prout ea ipſi oculis inſpexerant, aſſeruerunt: addentes etiam hoc quia poſt expulſionem ipſius loci habitatorum, & eiuſdem ſcelerati viri deſperabilem percuſſionem, prædia ac villæ quarum ſubſidiis, ac redditibus locus idem, eatenus ſubſiſterat, præreptione ſatis iniuſta tam à comite Andegauenſi, quam ab aliis quibuſque

præſumptuoſæ ac cupidæ mentis hominibus vſurpatæ ſunt, atque perſuaſæ ea ſolummodo occaſione, qua nemo fuit qui ad notitiam Auguſti, magni ſcilicet Imperatoris Caroli, prout geſta erant hæc perferre curaret. E

Quod poſt mortem Caroli magni, Pipini filij ab eius filio Ludouico pio, Rorigo Comes, eundem deſolatum ſuſcepit dono locum, atque diuina monitus viſione in priſtinum reformauit ſtatum.

CAPVT II.

CVmque locus idem penè iam deſolatus atque in ſolitudinem redactus omnino eſſe videretur, iam tempore piiſſimi Auguſti Ludouici, cum pauciſſimo numero villarum (ſicut videlicet eum Vnager habuerat,) ab ipſo Imperatore Rorigoni, religioſæ ac nobilis memoriæ comiti collatus eſt. Qui Dei inſpiratione corde tactus, ac diuini muneris gratia præuentus, cum coniuge ſua iam ſuperius dicta Bilechilde ſollicitè perquirere cœpit, qualiter ſeculo renuncians, liber ab omni mundana occupatione, perfectionem regularis poſſet adipiſci religionis, vel qualem ipſa, ſuper hac re, gereret voluntatem. Cumque ei aſſenſum ſuum eadem venerabilis mulier, in tali negotio præbuiſſet, & ſe eadem facturam ſecundum ſexus ſui ordinem, pollicita fuiſſet: de ſola iam locorum opportunitate, in quibus id peragere cum ſuperno adiutorio poſſent ſtudioſè inueſtigare certabant. Sed cum Deus omnipotens & eundem locum, in priſtinam religionem reformare decreuiſſet, & eoſdem religioſos cōiuges, mercede perfectorum operum, quibus ipſi in reſtaurando inuigilauerunt loco, à ſe donandos eſſe hominibus notum facere voluiſſet: quadam die cor amborum, vt gratia orationis corpus beati Mauri adirent, manu ſancti deſiderij tetigit. Qui feruore ſanctæ deuotionis concepto, de loco habitationis ſuæ, qui Boſcus vocatur, aſcenſis equis religioſo ſatis obſequio, illuc tendere feſtinarunt. Perluſtratíſque omnibus conuenientiis, quibus locus ipſe digniſſimo effloruit & florere poterat honore, taliter communi conſilio in reſtructione cœnobij laborare æſtimauerunt. Continuò denique Turonos mittentes Lambertum religioſæ vitæ virum, de monaſterio ſancti pontificis Martini euocant, aſcito nihilominus Ebbone viro ſatis ſtrenuo, affinitate conſanguinitatis ſibi propinquo. Quibus cum voluntatem ſuam de his quæ ſupraſcripta ſunt, venerabilis Rorigo comes aperuiſſet: eorum conſiliis & exhortationibus, in ipſo ſuo ſancto deſiderio ardentiores effecti, mox ſummo ſtudio in fabrica monaſterij laborare agreſſi ſunt: conuenienter coram eis quos euocauerant iactis fundamentis. Sed aliquandiu ædificatione tanti operis aſſiduè occupati cum fuiſſent: quorundā impedimētorū interceptu impediti, Brennouuē ampliſſimū poſſeſſionis ſuę F G H

ceſpitem

A ceſpitem petunt. Vbi dum prolixiori tempore moras innecterent, & cæptum ab eis opus, eorum abſentia neglectum non aſſurgeret: cuidam reuerentiſſimæ vitæ Abbati, Iacob nomine cœnobij Cormericenſis, cũ poſt matutinale officium, ſanctarum inſtantia precum diuinitatis more ſibi ſolito pulſaret aures, quidam candidiſſimum monachi præferens habitum, cuius facies roſeo micabat aſpectu, canicies verò inſtar lactis candebat, aſtans talia infit. Vade, inquiens, & partes Britanniæ aggrediens, Rorigonem perquire comitem: quem cum inueneris iſta illi tibi diuinitus nunciata proſequere. Non rectè vir bonorum deſideriorum agis, quod ſegnitie improuidæ mentis preſſus, occupatione terrenarum implicatus rerum, his quæ cæleſti inſpiratus deſiderio perficere B cogitaueras neglectis, temporalibus atque caducis operam dando inhæres. Sed ſi tibi diuinitatem placabilem, & adiutricem fore (vt dudum optaueras) concupiſcis, religioſè quidem à te cæptis ſed periculoſè dimiſſis, ſtudioſiſſimè inſiſte operibus: vt meritis viri ſapientis, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram, à Deo donatus cœleſtis regni hæres, cum Paulo ſapiente architecto effici merearis. Cui Abbas reſpondit. Rorigonem non noui: ſed te qui talia iubes ignoro. At ille ſubiunxit. Illum quidem ocyus perquirere ſatage: me autem quis ſim vt ſuperno placuerit opifici ſcire licebit. His peroratis diſparuit. Tunc ille ſtupens ad ea quæ audierat & viderat, nulli prorſus prodere illa volebat, euentum rei ſollicitè expectans. Expleta verò hebC domada iterum ei idem vir, in eodem habitu hora eadem qua & prius in ipſo apparuit loco auſterius arguens, quod negligentius à ſe iuſſa ceperit, ſibique eum conſulere aſſeruit, ſi feſtinanter his quæ audierat obtemperare voluiſſet. Sed nec quidem ille etiam hac vice animum apposuit, vt executor oſtenſorum fieret, defectione quadam ſupra modum torpens: cum ecce die tertia, horribiliter eum compellans in eodem loco illi aſtitit, ac tertio illum acerbiſſimo flagello ſicut accliuis reſidebat, in dorſo validiſſimè percuſſit mortem ei minatus ſi vltra ad explenda, quæ audierat tardare præſumpſiſſet. Qui nimio percuſſionum excruciatus dolore, ſiquidem & cutis & carnis molliciem, diuinum tranſiens verber, medullitus vt ſic dictum ſit oſſibus inhæſit, timore quoque intentatæ mortis perterritus, illico D quo iuſſus fuerat perniciter tendere diſponit. Cumque poſt longos viarum anfractus, laborioſo confecto itinere, tandem vt optauerat Brennouuen deueniſſet, ac comiti ſupradicto, nunciatus fuiſſet, mox vt eius ingreſſus præſentiam adiit, ſecretiorem ab eo expetens locum, miſſum ſe ad ipſum ſpecialiter indicauit. Et continuò nihil amplius dicens, agiliter ſe cœpit expoliare. Quem in amentiam verſum comes exiſtimans, prohibere eum reluctando nitebatur. Cui ille: Non (inquit) virorum iuſtiſſime, vt tu putas deſipio, ſed cœleſtis oraculi tibi iuſſa deferens, euidentioribus te indiciis roborare deſidero.

Et hæc dicens, ac dorſum ſuum retegens, liuentes adhuc plagas lachrymis perfuſus ei oſtendebat. Et poſt hæc rei ordinem pandit. Denique cum eius vxor ab eo vocata introiſſet, illi quoque cuncta replicauit, oſtenſis nihilominus diuinorum vlceribus flagellorum. Igitur tantis ac talibus attoniti miraculis, tractare ſollicite cœperunt, quomodo cœpto operi attentius inuigilare poſſent. Deinde Abbatem illum diebus quindecim ſecum retinuerunt, inſtantiam deuotionis ſuæ certatim ei pandentes, ac frequentium fouere iubentes inductione † vnguinum. Quem iam obductis cicatricibus ad ſe euocantes, diuinis ſe per omnia præceptis parere promittunt. Ita demum non paruis donatum muneribus, ad propria eum lætantem & alacri corde remittunt, & poſt hæc pagum Andegauum repetere decernunt. Cumque in locum, qui Vernentis dicitur manendi gratia diuertiſſent: ſubitò aduerſæ valetudinis incommodo, ſupradicta matrona vt prægnans erat, ita vehementiſſimè cæpit atteri, vt de eius vita omnes qui aderant deſperare cogerentur. Sed honorabilis comes vir eius, progreſſum illius grauiter adminiſtrans, iter ſuum cornipedum velocitate, peragere ad ſupradictum locum diſponit, de ſola iam coniugis ſepultura, lugubri ſatis mente pertractans. Cum verò Ligerim nauigio ſubuehente, tranſmeare cœpiſſet, iamque media fluminis ſpatia, velox innare videretur; ſphæra ignis inſtar latioris clypei cœlitus emiſſa illi ſupra caput affuit, cuius odoris adeo perſenſit vigorem, vt comam capitis ſui aſſumi pertimeſceret. Attonitus ergo redditus, pro his quæ & videbat & ſentiebat, huiuſmodi oraculum cæleſtis percipit vocis, hic inquiens, ædifica, hic ædifica, hic ædifica. Quod niſi facturum te modo diuinitati ſpoponderis, nullo modo deinceps dulcibus dimiſſæ vxoris frueris oſculis, vel proſperè metas tibi conceſſi attinges æui. Hæc ipſe ſolus, in medio fluminis alueo videns & audiens, cuncta ſe impleturum pollicens, mox vt terram ratè appellente, arenoſum cœpit calcare ſolum, ocyus beati Mauri corpus, cum feruore ſanctæ deuotionis reuerenter expetiit. Non longe ſiquidem ab eo loco fluuium tranſnauigauerat: ſed vt æſtimari valet paſſibus quaſi ducentis. Denique hora eadem, vt poſtea ſimul conferentes inuenerunt, grauiſſimo pondere infirmitatis coniunx eius exonerata eſt: quæ iam tribus diebus totidemque noctibus, ſine cibi vel potus perceptione iacuerat. Cumque & ipſa nauigio ad eundem locum delata fuiſſet: abſque vllius adminiculo vrnam ſancti viri, religioſo ſatis adiit deſiderio. Eo adhuc tempore Bertingus quidam, non ignobili ortus familia, eorum dono cum coniuge ſua Huninga, locum ipſum beneficiario poſſidebat iure. Biduo igitur, ibi loci amore & conſideratione morati, ſolitum locum habitationis ſuæ Boſcum, reuiſere ſtatuunt. Vbi dum quadam die idem venerabilis comes in oratoriolo compendioſè ibidem conſtructo (vt nobilioribus mos eſt) poſt matutinos reſidens hymnos, diuinis intenderet theoris, pſalmis ac precibus per contemplationem inſiſtendo quidam ignoti ſchematis vir,

† Pro vnguentorum quibus plagas ſuas vngebat.

E F G H

A vir, illi viſibiliter aſtans, talia ore protulit: Noli (inquit) de his quæ tibi
diuinitùs ſunt nunciata vllo modo deinceps tardare, quoniam poſt au-
guſtini Ludouici defunctionem, non ita tibi ab illis facultas arridebit
temporis, vt licenter inſiſtere, ſicut nunc diuinis valeas iuſſionibus. Vt ve-
rò vxor tua à ſcapulæ & lacerti plenius conualeſcere queat incommodo:
ſanguiniſugæ ſitibunda ei adhibeatur numero ſitas. His dictis abſceſſit.
Porrò ille vxorem ſuam continuò euocans, cuncta illi quæ viderat per or-
dinem enarrauit: rurſúmque Lambertum & Ebbonem directis conuocá-
tes nűciis quæ erga ſe geſta vel ſibi oſtenſa fuerant retulerunt. Qui ſimul
cum eis laudantes, & benedicentes Deum hortati eos ſunt, vt cæteris poſt-
poſitis, hoc, quod ſalubriter quidem cœperant, ſed negligentius omiſe-
B rant, ſecundű diuinű ad ſe perlatum reſponſum, perficere quátocius poſ-
ſent, ſtudioſiſſimè elaborarét. Qui corű obſecűdantes cóſiliis, Ingelbertű
ſáctiſſimę vitæ virű Abbatē Foſſatēſis cœnobij, vt ſibi cooperator efficere-
tur, vix infatigabilibus emeruerűt obtinere precibus. Tádē ergo deuictus
votis corű, & familiaritatibus aſſűptis perfectioribus quibuſq; cógrega-
tionis ſuæ fratribus, perrexit ad locű. Ex quibus duo ſpecialiter noſtro ſe-
culo tá in diuinis cótēplationibus, quá in cunctis S. religionis obſeruatio-
nib⁹ velut duo quidá magna luminaria, in noſtro ordine emicuerűt: Gau-
bertus ſcilicet frater ipſius comitis Rorigonis, atque Vvikermus. Qui quá-
tæ nobilitatis quátęque poteſtatis extiterint, ac quales ſecularibus clarue-
rint honore dignitatis, & quá perfectá in omnibus vitá duxerint, poſtquá
C fugitiui ſeculi facibus abrenunciantes, atque non ſegniter præceptis Do-
mini inhærentes, cœnobialem delegerunt expetere conuerſationē, ſi quis
noſſe deſiderat, ab omnibus qui eos cognoſcere potuerűt, & adhuc ſuper-
ſtites in carne morátur, veraciter audire valet. Et quia locus ille in omni-
bus habitaculis, quæ monaſticæ conueniunt obſeruationi, inſtantia bo-
norum coniugum, ſicut nunc habetur, pene iam ædificatus erat: venera-
bilis Abbas Ingelbertus, cum illis quos ſupradiximus, copioſiorem fra-
trum numerum dimittens eoſque in ſancta religione corroborans, ad
propria reuerti accelerauit, certus vtique de eorum infatigabili ſanctæ
perfectionis obſeruantia.

D *Quod Rorigonis petitione Comitis, Ludouicus Imperator Sacrum edidit edi-
ctum, vt rectores Foſſatenſis Cœnobij, curam agerent & prouiden-
tiam haberent monaſterij † Glannafolij.*

CAPVT III.

ROrigo denique venerabilis comes, ne per ſuccedétia tēpora locus ip-
ſe habitatorű fortaſſe negligentia, à rectitudine regularis tramitis
exhorbitaret, præceptum Imperialis edicti, à ſereniſſimo Imperatore
Ludouico, ex ſacro promeruit ſcripto: quatinus rectores Foſſatenſis
monaſterij, ſemper prouidentiam de eodem loco habentes, inſtantiam

† Ab hac ſubiectione eos exemit Vrbanus Papa 2. et Caſinenſi ſubmiſit: Vide Chronicon Caſinēſe li. 4. Cap. 18.

ſollicitudinis ſuæ tam loco quam congregationi vigilanti cura in omnibus adhiberent, tales videlicet ſuæ congregationis eis magiſtros & prępoſitos ordinando fratres, quorum nutu & regimine cuncta illic præficienda & interius & exterius ſtudioſè diſponerentur. Quod qualiter tépore Ingelberti ablatum, ignique crematum fuerit, melius reticendum quam proferendum putamus. Cum itaque viri illi quorum ſuperius nomina ſunt inſerta, cum reliquis ſibi commiſſis locum eundem, honorificè ſatis ac religioſè, ſtabilire & ordinare cœpiſſent, paruo admodum tranſacto tépore nónullos ibi Deo per ſanctæ religionis obſeruationem acquirere ac adunare ſummo ſtudio conati ſunt. Siquidem de ſuo monaſterio iuſſu patris ſui, omnia quæ in diuinis cultibus, neceſſaria erant, & quibus ſe in nouiter cœpto indigere timuerant loco, ſecum detulerunt. E F

De eo quod Pipinus filius Ludouici, Abbatiam beati Mauri Ebroino Pictauenſi commiſit Epiſcopo. CAP. IIII.

CVm itaque indies augmentatio ſpiritualis incrementi, per eorum miniſteriũ fructum non modicum animarum ibidem Deo in ſegetem ſanctæ maturitatis proferre non ceſſaret: auguſtiſſimę recordationis Ludouicus Pipino filio ſuo cum reliquis, quæ magnitudini celſitudinis illius viſa ſunt, etiam Andegauenſem contulit comitatum, cum Abbatiis & fiſcis in eodẽ pago ſitis. Vnde factum eſt, vt conſilio & hortatu illuſtris viri Rorigonis, Ebroinus tunc adhuc flore iuuentutis, egregiè in clericatus pollens ordine, poſtea verò pontificali cathedra in Pictauẽſi ſublimatus eccleſia, locum hunc (de cuius reſtauratione ſermo à nobis deducitur) ſolemni donatione Pipini glorioſi regis, percipere mereretur: ob id ſcilicet, ne in alienas decedens manus, regularis vt dudum de eo eliminaretur religio. Nam & locũ tam ſuæ tumulationis, quam coniugis & filiorum cæterorúmque propinquorum idem nobiliſſimus comes illic decreuerat eligendum: vbi etiam ipſe Dei diſpoſitione & ſua quieſcit conditus electione. Affinitate enim carnalis generoſitatis, ipſe Ebroinus ei propinquus erat. Hoc ergo cũ apud Pipinum (vt optauerat) obtinuiſſet, accedens etiam ad piiſſimum Imperatorem Ludouicum, iam Epiſcopus conſtitutus, locum ipſum cum omnium plenitudine rerum, quas eo tempore dignoſcitur poſſediſſe, hæreditario ac perenni promeruit impetrare dono: vt teſtatur ſacræ auctoritatis eius celebre teſtamentum, quod hodieque ſcrinij noſtri cautiſſima conſeruatur repoſitione. G H

Quod præfatus Ebroinus, liberrimam Foſſatenſibus de iam dicto loco Rorigone viuente conceßit poteſtatem: eóque mortuo omnes ab eodem repulit Cœnobio.

CAPVT V.

DEnique Ebroinus comitis Rorigonis iuſſionem ſequẽs, eiuſque obtemperans voluntati, fratribus Foſſatenſis cœnobij, liberrimam de

eodem

A eodem loco conceſſit poteſtatem, quandiu idẽ nobiliſsimus & reuerendus vir, in corpore Deo volente permanſit. Illo verò præſenti, caſſo lumine cum auctoritatem ab eis inquireret, qualiter ipſum cœnobium in eorum deueniſſet poteſtatem, atque dominium, nec eam illi oſtendere quiuiſſent: quippe quia iam (vt ſupra magnificatum eſt) fraudulẽter abſtracta atque igni mancipata fuerat: ille aliquibus fratribus de ſupradicto monaſterio retẽtis, cæteros locũ ſuum iubet repetere. Et hoc poſt obitum Auguſti Ludouici, & iuſtæ recordationis Rorigonis, introductis à quibuſdã non ſani cordis viris agere aggreſſus eſt. Accedénſque ad Sereniſſimum Regem Carolũ, & oſtendens illi teſtamentũ patris eius (cuius auctoritate proprietatis iure eundẽ retinebat locum) deprecatus eſt eum vt ſuis nouis præceptionibus, domni genitoris ſui roborare dignaretur edi-B ctum. Cuius ille precibus libentiſsimè annuens, quod à tanto petebatur pontifice celeberrimis confirmauit ſcriptis. Quibus etiam continetur, vt quandiu aliquis de progenie noſtra inueniri poterit, qui locum ipſum ſecundum auctoritatem beati Benedicti regere & gubernare valeat regulariter ipſe viuens, & nullus alius ibi rectoris fungatur officio.

De Abbatis Gauzlini ordinatione, & beati Mauri corporis tranſlatione, ac octo perſonarum à diuerſis morbis curatione.

CAPVT VI.

C HIs ſtrenuè ſatis peractis, Gauzlinum virum eruditiſsimum atque in monaſtica perfectione religioſiſsimè inſtitutum, filium ſcilicet ſancti viri Gauſberti, regiæ præſentauit celſitudini: egítque cum eo vt illum loco ipſi Abbatis honore præficeret. Quod rex gratanter accipiẽs, (valde enim eum pro ſua eruditione, & doctiſsima locutione diligebat, qua idẽ vir nobiliſsime pollebat) honorabiliter eum coram optimatibus totius regni ſui, Abbatem conſtituit: ampliora ſe ei daturum promittens, cum opportunitas id peragẽdi ſe ei obtuliſſet. Qui ſuſcepta cura paſtorali eiuſdem loci à rege ſi iniuncta, nobiliter in ſancta religione cœpit excreſcere, denique in diuinis cultibus ſuo tempore nemini ſecundus emicuit. Quin, qualiter corpus beati Mauri de auſtrali climate altaris beati Martini, retrò (vt noſtro ſeculo mos eſt) ad Orientalem ſcilicet eiuſdem menſæ tran-D ſtulerit partem, ipſius ſcriptis pleniſsimè cognoſci valet. Ita enim proſequitur. Anno incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti, octingenteſimo quadrageſimo quinto, indictione octaua, feria quinta hebdomadis nihilominus quintæ, in quadrageſima quarto Idus Martij, tranſlata ſunt oſſa beatiſsimi Leuitæ Mauri, à famulo Dei Gauzlino aliíſque ſacerdotibus, in locum in quo nunc venerantur, in arca ferrea cum honore recondita. Hac eadem etiam die, reliquiæ Prothomartyris Stephani (quæ à Bertulfo Abbate, tempore Clotharij Regis, iuxta prædicti patris Mauri tumulum, ob eius venerationem, in pixide lignea reconditæ fuerant) ita intactæ & abſque macula ſunt repertæ: vt quaſi eodem die, illic repo-

ſitæ fuiſſe crederentur. In qua etiam membranulæ vetuſtiſsimæ, portiun- E
cula eſt inuenta: cuius ſeries diuturna obliteratione, pene deleta, vix per-
ſpicaciſsima, elucidari valuit indagine. Cuius textus tandem enucleatus
hæc continere repertus eſt. Hic requieſcit corpus beati Mauri monachi &
Leuitæ: qui tempore Theodeberti regis in Galliam venit, & octauodeci-
mo Kalendas Februarij migrauit à ſeculo. Beati quoque Petri Apoſtoli
patrocinia, ſimili modo ibidem ſunt reperta: in arcula quæ ad caput eius
erecta, & arenoſo aggere cooperta, pro conſeruatione eorundem (vt o-
pinari poteſt) decenter fuerat. Hæc quidem ille. Teſtati verò nobis ſunt
fratres congregationis noſtræ, qui eo die obſequiis tranſlationis tãti viri,
deuotiſsimè interfuerunt, quod octo notiſsimæ perſonæ, ibi à diuerſis
ſanatæ ſint infirmitatibus. Ex quibus tres cæci fuerunt, claudi duo, para-
liticus vnus, mulieres mutæ duæ. Eodem anno, pridie ante ſanctum Pen- F
tecoſtem tertio Kalendas Iunij, ordinatus eſt famulus Chriſti, Gauzlinus
primus Abbas, poſt reſtaurationem monaſtici ordinis, in cœnobio S.
Mauri in Eccleſia ſancti Saluatoris ante altare, quod ipſe ædificauerat in
honore indiuiduæ ac viuificæ Trinitatis: & à Summo Põtifice Turonicæ
vrbis Vrſmaro, & aliis duobus Epiſcopis conſecrari fecerat, quem etiam
ipſo anno, primum quidem Ebroinus antiſtes, in Eccleſia Pictauenſi ad
ordinem diaconatus, Dodo autem Epiſcopus, in Eccleſia Andegauenſi
ad Preſbyterij promouerat dignitatẽ. Sed iam ad virtutum inſignia, quæ
per hunc beatiſsimum virum, in hoc eodem loco cœlitus demonſtrata
ſunt, narrationis ordo eſt conuertendus.

G

De eo quod quidam prædones, Haimericus videlicet atque Girardus, aliique quamplures vi S. Mauri Cœnobium peruadunt: ac precibus eius fragore tonitruorum & ictibus fulminum fugati ſunt. Cap. VII.

Cvm locus idem, prouidẽtia & regimine monachorum Foſſatẽſium
iuſtæ videlicet memoriæ Gauſberti & cæterorum (quorum ſuperius
mentionem fecimus) conuenienter & religioſè gubernaretur, tempore
illo quo inter glorioſiſſimum Regem Carolum, & eius fratrem Clotha-
rium, longa concertatio pro regni faſtigio exorta eſt, quam Deo ſe pro-
tegente, ſereniſſimus Rex Carolus; ſtrenuè ſatis armis decertando, pu-
blicè euendicauit, Cœnomannicæ Eccleſiæ antiſtes, Baldricus, cunctáque H
in villa quæ Cauania nuncupatur habebat, prædicto Dei famulo Gauſ-
berto, ad noſtrum adducens monaſterium cuſtodienda commendauit.
Quod cum Haimericus quidam & eius compar Girardus comperiſſent,
miſſos ſuos illuc dirigentes, cuncta quæ à ſupradicto Pontifice illic de-
poſita fuerant ſe per vim diripere mandauerunt, niſi celerrimè à fratribus
illis traderentur. Cumque eis de monaſterio remandatum fuiſſet, certam
legem à Domino de depoſitis conſtitutam eſſe, ſéque omnia pro his cu-
ſtodiendis ac conſeruandis, etiam extrema pericula pati paratos: ipſi ira
accenſi, & cupiditate cæcati, ad monaſterium equis ſudantibus aduola-
uerunt

A uerunt: ſuis mandatum dantes, vt dum ipſi cum fratribus loquerentur, illi omnia oſtia domorum, in quibus commendata repoſita erant perua-dere abſque vllo timore ſatagerent. Qui eorũ impiis iuſſionibus obtem-perantes, mox vt auctores tanti mali introgreſſi, cum Dei famulo Gauſ-berto, & cæteris fratribus, de eadem re auſterius agere cœperunt, ſtrictis gladiis irrumpentes, auferre omnia diſſectis foribus conabantur. Quod cum viro Dei nunciatum fuiſſet, conuocatis fratribus, vt miſericordiam omnipotentis Dei attentius precarentur, ac ſancti Mauri ſuffragia ocyus ſibi affutura, crebra depoſcerent repetitione, ipſe lacrymis perfuſus hor-tatus eſt. Deinde ſignis ſonantibus, ſumptis ſanctorum reliquiis, impo-ſitáque Letania, cum omnium fratrum numero pergit ad locum, vbi iam B & vinum terræ effundebatur, & cædes cruentiſsima exoriebatur. Cum-que & iocundiſsima eſſet cæli ſerenitas, & apertiſsima ſolis reſplenderet claritas, ſubitò dum beati Mauri in Letaniarum prece à fratribus cœpiſ-ſet auxilium inclamari: tantus fragor tonitruorum, minaci ſupra mo-dum concrepuit terrore, tantáque coruſcatio, emiſſorum inhorruit ful-minum; vt omnes qui rapinæ malo decepti illic aduenerant, vitæ diſcri-men ſe ſubituros iam iamque pertimeſcerent: præſertim cum repentina effuſione inundatio ſubitaneæ pluuiæ conſequuta, limina oſtiorum eos egredi prohiberet. Vnde factum eſt vt quatuor ex eis ſenſu perdito, in amentiam verſi reliquos fugæ tantum ſumere præſidium compellerent. Qui miſeriores miſerrimis effecti, ſtrata viarum, plena vaſculorum & C vtrium relinquentes, nulli deinceps habitatorum loci ipſius moleſtiam inferre auſi fuerunt. Hæc meritis & interceſsionibus beatiſsimi confeſſo-ris Chriſti Mauri ita geſta eſſe affirmat aſſertio veridica monachorum, qui ſe his interfuiſſe teſtantur: ex quibus duos tantum Bernegarium vi-delicet & Raimundum ex nomine deſignatos eſſe ſufficiat.

De Angelica viſione, quam in eodem cœnobio Dei ſeruus Anouaredh vidit. CAP. VIII.

EOdem verò anno cuidam ſeruo Dei nomine Anouaredh, de regione Britonum per nocturnam viſionem præceptũ eſt, vt monaſterium Sancti Mauri, orationis gratia petere non negligeret. Qui longioris viæ confecto itinere, alueum Ligeris non longè ab ipſius beati viri cœnobio D tranſnauigauit. Duo verò ex fratribus miſſi à venerabili patre Gausberto, Andegauos pergentes, eum obuiam habuerunt. Qui eminus eum fre-quenter in modum crucis ſolo decumbere videntes (iſte quippe mos ei erat vt quotiens finito pſalmo, Gloria patri & ſequentia dicere inciperet, continuò toto corpore in terram ſe proſterneret,) inſanire eum æſtimaue-runt. Cumque ei appropinquaſſent, ab eius interprete cauſam frequentis eius didicerunt proſtrationis, & poſt hæc iter ſuum proſequentes, viam ei quæ ad monaſterium ducit demonſtrauerunt. Qui Eccleſiam ingreſſus, cum ſynaxim fratres veſpertinam decantare cœpiſſent, inter duos can-cellos demiſſo capite humiliter, ſicut re vera is qui ante Deum ſtare cœ-

pit. Præcentoris autem vox Antiphonam, Excelſus ſuper omnes gentes E
dominus, imponens (erat quippe dies illa magna, & percelebris, quæ Dominica appellatur) paululum eum caput erigere fecit. Viditque per feneſtram ab auſtrali altaris parte, Angelum ingredientem, quem ſequebatur vir valde honorabilis, diaconi præferens habitũ, atque in ſuo ordine, ſtola ſancta indutus. Qui vnà cum Angelo, ante altare veniens, atque expanſis brachiis deorſum id eſt ad chorum reſpiciens, ſéque ad altare iterum conuertens, quaſi orationes ſeruorũ Dei, Angelo ſuper altare ſtanti offerebat. Qui eas ab illo ſuſcipiens, in conſpectu Dei eleuare videbatur. Hoc ille diu videns & admirans cum iam oratio à presbytero compleretur, Angelum per feneſtram Orientalem egredi conſpicatur. Diaconus verò per medium chorum deſcendens, atque ſecus illum tranſiens, hæc F
eadem verba illi in aure loquutus eſt dicens. Sæpe huc venio, & frequenter hoc facio, hæc dicens diſparuit. Ille verò ſtatim in terrã corruens, lacrymis perfuſus atque pauore anxius, latinè repetere talia cœpit: Sancte Maure tuorum viſitator & cuſtos famulorum, intercede pro nobis indignis & peccatoribus. Iſta eiulando & plorando, terrámque capite percutiendo proſequens tandem à fratribus qui eum gregatim vallauerant, à pauimento eleuatus, ac inquiſitus, cur mœrens & triſtis, inconſolabiliter plangeret: peccatorum ſe conſciũ eſſe reſpondit, ac vt eorũ indulgentiam à Domino percipere mereretur deprecando flere. Gauzlinus verò tunc adhuc bonæ indolis adoleſcens, poſtea autem (vt ſupra dictũ eſt) Abbas ipſius loci, ordine quo ſuperius retulimus effectus, intelligens eum ibi- G
dem aliquid magni, aut vidiſſe aut audiſſe, duos congregationis ipſius fratres, Begonem & Vvinchelon, qui britannicæ linguæ notitiam habebant, deprecari cœpit, vt ipſi ab eo, cauſam tanti planctus, vel quo pergeret familiarius inquirere ſtuderent. Qui deuotiſſimè ad eum accedentes, vix ab eo obtinere potuerunt, vt rei geſtæ ordinem ſicut viderat & audierat, illis pandere non recuſaret. Quindecim quoque eum diebus, venerabilis pater Gausbertus ſecum retinuit: in quibus agere cum eo non potuit, vt vel modicum vini deguſtare debuiſſet. Si quando enim ſe hoc facturum pollicitus fuiſſet: mox vt vini poculum ori admouiſſet, lacrymarum & ſingultuum copioſiſſima prohibebatur inundatione. Quod Dei famulus Gausbertus altiori mente pertractans, eúmque hoc ſolius Dei intuitu agere perpendens, nullomodo illum huiuſcemodi moleſtia, H
amplius inquietare præſumpſit: ſed donatum omnibus quibus eum indigere perſpexerat, cum gaudio ad propria remeare permiſit: benedicentem & laudantem Deum in omnibus quæ audierat & viderat, ſicut diuinitus illi oſtenſa & demonſtrata fuerant.

Quod in Innocentum ſolemnitate, voces Angelicæ in Eccleſia S. Mauri, ab Abbate Gauzlino & cunctis fratribus auditæ ſint. CAP. IX.

ITem tempore Gauzlini Abbatis in ſolemnitate Innocentum cum nocturnum fratres officiũ in Eccleſia Saluatoris celebrarent & duodecimam

A mam lectionem, idem Abbas, vt in congregationibus monachorũ mos eſt, recitaret: ſubitò voces cantantium, cum nimia inæſtimabilíque ſuauitate, in baſilica S. Martini, in qua beati Mauri corpus iacebat, omnes fratres reſonantes audierunt. Et hoc antequam ſacratiſſimũ corpus eius, de illa in maiorem tranſlatum eſſet Eccleſiam contigit. Cumque tanto miraculo attoniti omnes reſiderẽt, & ipſe Abbas lectione terminata perquirere cœpiſſet à quibus tam inæſtimabilis dulcedinis multiplicium ac diuerſarum vocum celebraretur concentus, duo ex fratribus, quibus cuſtodia huius baſilicæ commiſſa erat, ocyus pergere cœperunt: vt diligentius fores Eccleſiæ egreſſi, percipere poſſent ea quæ audiebãt, aut aliquid ex his quæ dicebantur intelligerẽt. Sed antequam ad oſtium Eccleſiæ ipſius, quæ in monte ſita, tardiorem aſcendentibus greſſum efficit, perue-
B niſſent, omnis cantilenæ ipſius modulatio finita, deinceps à nullo potuit audiri. Splendorem tamen immenſi luminis, qui totam illam repleuerat baſilicam, partim exterius per feneſtras, partim introgreſſi, aperta viſione videre meruerunt. Omnibus ergo notum factum eſt, Angelorum miniſterio excubias, apud beati viri corpus obſeruantium, hæc celebrata, & peracta fuiſſe. Siquidem vt diſcerni potuit, tantæ ſuauitatis melodia, inſtar infantium reſonabat, cæleſtium agminum mellifluæ vocis iubilatio. Ex illo itaq; die crebrò hæc audita, & præcipuè nocturnis horis, apud eius ſanctiſſimum ſolemnizata ſunt tumulum: vt veriſſimis approbat aſſertionibus reuerentiſſimus Abbas Godefridus, & plerique eiuſdem monaſterij fratres: qui frequenter ſe hæc audiſſe teſtantur.

C

Quod cuſtos Eccleſiæ Mamfredus nomine, aliquando dormiens à beato Mauro bis excitatus, vt foras iret iuſſus eſt, ne ruina domatis opprimeretur. Cap. X.

Clericus quidam nomine Mamfredus, qui ob cuſtodiam, in contigua baſilicæ ipſius domuncula dormire erat ſolitus: cum membra in ſtratu meridiano compoſuiſſet tempore, à quodam ignotæ viſionis viro in latere pulſus atque excitatus, vt velociter foras egrederetur iuſſus eſt. Quod dum ſomno grauatus agere neglexiſſet, ac ſe in aliud conuertens latus, ſopori oculos repreſſiſſet: ille iterum, ſpeciem Otheberti, ipſius monaſterij, monachi prætendens, ac frequenti inclamatione, eum
D compellans, collocare ſe in eius velle lecto, ob nimiam laſſitudinem aſſerebat. Viſúmque ſibi fuiſſe dixit, quod ipſe eius magiſter Othbertus, qui eodem tempore Eccleſiarum eiuſdem loci archarius erat, ſe in ſtratu de quo ſurrexerat collocaſſet. Sed cũ ille baſilicã intraſſet, ſéque orationi dediſſet, doma illud de quo exierat funditùs corruit. Ille autẽ Othbertũ quẽ in lecto, vt ſperabat dimiſerat, mortuum exiſtimans, pernici curſu ad portas Eccleſiæ S. Saluatoris aduolauit, atque eas valido conatu impellens, eiulando magiſtrum ſuum ruina domus illius oppreſſum aſſerebat. Othbertus verò de ſtratu ſuo ſurgens, fores Eccleſiæ reſerauit: eúmque inſanire proclamabat. Ille è contra rei ordinẽ pandens diuerſam domum

illi demonſtrabat hoc nutu Dei aut per Angelum viſitatorem ipſius loci, E aut per eundem ſanctiſſimum virum actum eſſe datur intelligi: ne ſcilicet iuxta ſacratiſſimum corpus eius, vitæ diſcrimen cuſtos baſilicæ eius incurreret.

De nauta fune per pollicem in aëre appenſo, ac in mortis articulo poſito & per beatum Maurum liberato. CAP. XI.

NAuclerus quoque cuiuſdam ratis, ex his quæ mercibus inſeruientes magnis quæſtubus oneratæ, ſurſum per Ligerim aſcendere ſolent, cum rudentem peripetaſmatis, malum nauis ſcandens tornaturæ, de qua diſſilierat reaptare vellet, laqueo ſubtilioris funis per pollicē ſiniſtræ manus apprehenſus, ac validiſsimè cōſtrictus eſt. Qui cum adminiculo dexteræ manus, triplicem ipſius laquei inſertionem enodare conaretur: F repentè malo, quem inhærendo circundauerat amiſſo deſperabiliter pendere cœpit. Quid agerent nautæ, quo ſe verterēt neſciebant. Nam funem de quo ille pendebat præcidere metuebant, ne ſubitò corruens eliderctur. Sed & ſurſum aſcendere, illius intercepti appenſione non valētes, quo ei aliquo modo ſuccurrere poſſent, beati Mauri nomen inuocare cœperunt: vt ſuis ſanctis meritis & interceſſionibus miſero in articulo mortis poſito ſubuenire dignaretur. Hoc itaque ſub eius cœnobio contigit, in littore ſcilicet appulſionis piſcatorum, eidem loco ſeruientium. Exorto namque clamore nautarum, fratres conglobati, Chriſti clementiam ac beati Mauri auxilium inſtantiſſima prece, ſignis ſonantibus implorare G cœperunt: cum ecce ſubitò illis orantibus his appenſus qui fuerat paulatim deſurſum demitti videri cœpit. Cúmque iam in naui recta ſtaret planta, abſque vllius iuuamine, nodo duriſsimæ ſtrictionis ſolutus eſt, funis verò artemonis, non minùs mirabile dictu quam viſu, curſu citiſſimo ſuis locis redditus ſtupentibus nautis, ſecundo admodum flatu nauim dirigere cœpit, cunctis Deum laudantibus ac benedicentibus pro talibus tantorum beneficiis miraculorum, per beatiſsimum virum ibi celebratis.

De Vvichero, qui beati Mauri ſeruum peremit & alium de ſuo iure eius loco reſtituens impunè non euaſit. CAP. XII.

QValiter autem diuina clementia meritis huius beati viri, loco huic H defenſatrix ſemper affuerit, & contra perſecutores eius qui aliquo modo, res ad eum pertinentes præſumpſerunt, vel familiam eius inſectari, vltricem dexteram exercuerit, prout ea oculis inſpeximus & à fidelibus noſtri temporis viris, ex ordine videlicet monachorum eiuſdem loci congregationis veris teſtimoniis comperimus: paucis ſubiiciendum cenſemus. Vir quidam nobilioris generis Vvicherus nomine crudelitate efferæ mentis, in homines monaſterio delegatos vehementer deſæuire cœpit: adeo vt vni ex familia vitam malignus auferret. Cúmque ad hoc monaſterium nunciatum fuiſſet, iuſſu Gauzlini Abbatis fratres omnes ante

corpus

A corpus beati viri, miſericordiam omnipotentis Dei implorare cœperunt: quatinus meritis ſancti viri, & ille à peruerſitate atrociſſimi animi côquieſceret, & innocens familia ab eius immaniſsima vaſtatione liberaretur, & cum hoc per dies aliquot indeſinenter agi, ante ſepulchrum beati Mauri ille comperiſſet, timore actus, ne forte pro commiſſis, vitæ diſcrimen incurreret, ſeruum iuris ſui Abbati & fratribus, ad monaſterium tranſmiſit: vt illum loco illius quem peremerat, recipere & poſſidere dignaretur. Sed non pro hoc vltricis pœnæ euaſit vindictam. Ne enim orationes ſeruorum Dei incaſſum fuſæ viderentur, & auxilium ſancti viri ſibi ſeruientibus ſéque ac per ſe Deum inuocantibus, præſto non eſſe dubitaretur: diuinum continuò miſerum proſtrauit flagellum. Qui ad extrema veniens, B iamque deſperatus in lecto recumbens, ſubitò dum ab aſſiſtentibus obſeruaretur, arcuatim ſe virtute qua poterat colligens, de lecto agiliter proſiliebat, horribiliter & ſe & circumaſtantes vrinæ fœdans effuſione, atque clamore valido, ingeminans: heu Sancte Maure: etſi tibi ſeruum tuum perimens abſtuli, loco illius meliorem, ex proprio iure ſubſtitui. Quid me perſequeris? Quid me occidis? Hæc indeſinenter per ſex continuos dies eiulans, languore ingraueſcente, ſeptimo tandem die, in eadem verba infœlicem arripuit vitam.

Qualiter Vulfuinus quidam cenſum nauium, (quem vocant cenaticum) fratribus beato ſeruientibus Mauro ſubripuit, & qualiter ob hoc interiit. CAPVT XIII.

C VVlfuinus quoque vir clarus ſecundum ſeculi dignitatem, atque in equeſtri ordine nonnullos præcellens, cũ toto quadrageſimali tempore cenſum piſcium, (quem more prouinciæ, cenaticum vocant) per vim fratribus abſtuliſſet: nec crebris nũciis ſibi ab Abbate & fratribus directis, adquieſcere vellet, vt ea quæ à piſcatoribus monachis perſoluenda erát, ex debito redderent: Gerfredus monachus magnæ vitæ vir, (qui dudũ per viginti annos vitã eremiticã ducẽs, ab omni quod inebriare poteſt abſtinuerat) nouiſſimè ad eum accedens, mortẽ illi minatus eſt, niſi præteritorum pœnitudinem gerens, de reliquo ea quæ fratribus cõpetebãt, ſine impedimento illis recipere permitteret. Quod nullo modo ille aſſentiẽs, in priſtinam perſeuerauit malitiam. Abbas verò iam dictus Gauzlinus, cõmuni D decreuit cõſilio, vt expletis hymnis matutinalibus, ad tumulum B. Mauri ſeptẽ quotidie pſalmos fratres decantarent: & miſericordiã Chriſti ocius ſibi affuturam contra tyrannum precarentur. Quod cum inſtantiſſima prece, omni illo ieiuniorum tempore, peractum ab eis fuiſſet: ipſa dominicæ reſurrectionis die, poſt omnẽ multiplicium apparatum epularum, cunctorúmque gaudiorum iocundiſſimam hylaritatem, quam eo die celebrius atque ſolemnius ob honorem & reuerentiam tantæ feſtiuitatis, Chriſtianus orbis colit, cum ſuper ſeceſſum latrinæ reſideret: à quodam viro qui honoratior in domo eius erat nomine Adalgando, ipſo ſuo enſe quem ante illum tenebat, validiſſimo conatu per medium verticem

AA

percuſſus, præceps ruens, verecundioribus retectis, inſtar exanimati cadaueris proſtratus iacuit. Qui manibus ſeruulorum poſt paululũ ad lectum E
deportatus, ſenſúque aliquantiſper recepto, à parte profiteri cœpit, ſe ob iniuriam ſeruis Dei illatam talia perpeſſum eſſe: Continuóque ad monaſterium mittens, indulgentiam commiſſorum vocibus & eiulatibus coniugis ſuæ à fratribus precabatur. Et cum duo ex ſenioribus ad eum, ab Abbate gratia abſolutionis directi fuiſſent, à B. Mauro ſe lethaliter percuſſum aſſerebat: eo quod ſeruientibus moleſtiam inferre præſumpſiſſet. Nam & ille qui eum vulnerauerat fatebatur ſe ſubitò animo concepiſſe, non debere eum viuere, qui Dei cultoribus importunus exiſtere auſus fuiſſet: cum ipſe pœnitus, ea quæ ab ipſo monachis illata fuerãt ignoraret. Die ſiquidem paraſceue de pago cœnomannico ad eum venerat, F
vt communi cum eo ſanctorum dierum frueretur lætitia. Hic itaque cum iam tertio menſe, aſsidua medicorum cura ſibi impenſa, plenius cõualeſcere cœpiſſet, deſperabiliter corde cæcatus, deliberare ſecum cœpit, qualiter in monachos percuſſionis ſuæ vindictam, peiora illis quam prius ingerendo, vlciſci poſſet: dicens, quod illi eum ſuis orationibus, immò vt teſtabatur maledictionibus occidere voluiſſent. Tali ergo inſanæ mentis rabie efferatus, Cœnomános profectus eſt, partẽ prædiorũ ſibi cõpetentiũ, cũ fratre ſuo Herueo nomine diuiſurus. Sed exorta inter eos (vt in tali aſſolet negotio) cõtentione, fratris dextera viſce tenus confoſſus interiit.

De eo qui Nauim beati Mauri & eius monachorum in auferendo deducens, dixit tantum illam pro illo dimitti, quantum pro ipſius vxore. CAP. XIIII. G

GErelmi honorabilis viri, qui hodie in domo Angeluini Abbatis, clarior cæteris habetur, cuſtodes equorũ cum per vim, de monaſterio vinũ auferre vellent, & contradicentibus famulis & obnitentibus, plagas inferre cœpiſſent, tumultu exorto, quidã ex fratribus accurrerunt. Abbas quoque Theodradus, nuncio ſibi eadẽ deferente & ipſe aduenit. Qui cum eorum inſolentiam blanda cœpiſſet arguere increpatione, vnus illorũ qui vehementius cæteris inſiſtebat, conuiciis eum appetere irreuerẽter cœpit. Abbas verò capſula reliquiarum quã in pectore ſuo detulerat, eũ in fronte percuſſit, atque inſuper hæc ore protulit. Deus omnipotens per merita B. Mauri aliorúmque ſanctorũ, quorum reliquię in hac capſula recõditę venerantur, pœnas & vindictam de ſuis & ſeruorum ſuorum repoſcet, contemptoribus: & maximè de te, qui rapinæ malo inſeruiens, ducatũ talibus præbes prædonibus. Et poſt hæc eos de monaſterio proturbare iubet. Ille verò piſcatoriam nauim, quę fratrum vſui deſeruiebat ingreſſus: Ligerim cum ea tranſnauigare volebat. Cui quidam ex monachis, Aſſuerus nomine, occurrens dixit. Nõ rectè facis, quod nõ ſufficientibus tibi, reliquis, quæ ſeruientibus B. Mauro intuliſti malis, etiam nauim quæ eorũ neceſsitudinibus inſeruit, auferre conaris; & cum talia proſequẽdo nihil proficeret: Nauis ait B. Mauri eſt, non habeas licentiam longius eam impellendi. H

Cui

A Cui ille reſpondit tantum hoc pro B. Mauro, quantum pro eius dimittam vxore. Necdum verba compleuerat, cũ ecce à diabolo arreptus, ſaltu ſe in Ligerim proiecit. Qui ab imis ſurſum emergẽs ac iſtiuſmodi voce infrendens: diabole adiuua me, Vndis rurſum interceptus, nuſquam comparuit. Tertio tãdem die à piſcatoribus, ventre diſrupto inteſtiniſque perditis, inter duas inſulas repertus eſt. Qui nimio timore in fugam acti, pro cõfuſo murmure qui adhuc à dæmonibus ex eius ore emittebatur, vix naui relicta corpora gurgiti dantes, natando euadere potuerunt. Hæc de pluribus pauca perſtrinxiſſe ſufficiat: vt oſtẽderemus beati viri præſentiam, ſibi famulantibus atque in ſe ſperantibus numquam defuiſſe.

B *Quomodo Fridericus & Raimboldus ſuique cõmanipulares iniuriã S. Mauri cœnobio inferentes, vltrice Dei dextera perierint.* Cap. XV.

Omnes denique, quos noſtro iam tempore, atrociſſimos in omni genere perſequutionũ, inſectatores, rerumq́ue noſtrarũ crudeliſſimos pertulimus vaſtatores Fridericũ dixim⁹ & reliquos eiuſdẽ præſumptionis, ac cupidiſſimæ peruaſionis homines, fratres ſcilicet eius ac affines, illiſque adhærentes (qui omnes vno corde eodẽmq; opere, irremediabiliter & vltra quam humanũ cor cõcipere, aut lingua effari poteſt nequiores effecti, nequiſsimis, & vt ita dictum ſit paganis deteriores, omnigenis malis, & præcipuè rapinæ ſceleri, inſiſtebant) repentè exterminatos atque deletos, iuſto Dei & credimus & videm⁹ iudicio. Nã preces & gemitus ac lachrymę
C ſeruorum Dei quas immaniſſimè ab eis oppreſsi, ante ſanctorũ buſta aſsiduè profundebant, meritis eorundẽ ſanctorum, in conſpectu diuinæ maieſtatis recitatę ſunt, & admiſſę, ideòque illi ſubita cõtriti ſunt vltione. Fredericus enim (qui caput omniũ malorũ, & auctor ſcelerũ, cunctarumq́ue incentor erat ſeditionũ) captus à Nortmannis turpiſsima & nefandiſsima nece, vt erat dignus, ab eis arctatus interiit. Poſt quẽ ſequaces illius vnus poſt vnum, cæleſti eos inſequente vindicta, à finibus dilectæ ſibi telluris, alij effoſsis oculis, alij trũcatis manibus, eliminati ſunt. Raimboldus verò qui prim⁹ inter primos, in omni crimine habebatur, & nõnullo quotidie ſcelere fœdabatur, quique dudum ſatanę inſtinctu ſuccenſus, ac infra muros cœnobij noſtri, famulos monaſterij perſequi aggreſſus, cum ab Abbate Teodrado ei diceretur, cur talia agere præſumeret: Chriſtiani funditus animo nudatus lethaliter eum ferire conatus, lancea cucullam eius cum interiore perforauit indumento, ſole peroſus & aëre, ipſáque communi indignus luce. Sed pro talibus auſis diuina percuſſus animaduerſione conſortibus ſuis applicatus eſt dæmonibus. Frotinnudus autem, & Erchaniricus cum vxoribus & filiis, ac nonnullis ex obſequentibus ſibi perditis omnibus quæ habuerant, Nortmannica adhuc immenſis ferri conſtricti ponderibus detinentur captiuitate, domino illis quæ in ſe & in ſeruos ſuos commiſerant retribuente. Guanilo verò, qui paululum minus cæteris crudelis fuit, ipſe quidem captiuitate ſolutus eſt, vxore eius & filiis cum cæteris detentis. Non enim crediderunt in Deo nec

ſperauerunt in ſalutari eius, nec opera Chriſtianæ ſponſionis perficere ſtuduerunt: propterea exterminati ſunt ab exterminatore: & à crudeliſsimis nationum intercepti perierunt, per omnia benedictus Deus qui tradidit impios. E

Quod moto beati corpore Mauri à ſolo proprio, infeſtatione barbarica vel Normannica, mulier quædam Ratburgis nomine, per quinquennium vomitu ſanguinis laborans, eius prece ſanari promeruerit. CAP. XVI.

IGitur noſtro iam tempore, cum inſequentibus nos Nortmannis huius beati viri corpus à monaſterio aſportaſſemus, plura per eum fieri miracula vidimus: & licet in triſtibus poſiti, gaudio gauiſi fuimus. Nam F
cum in villa Scameraco, per aliquot dies demorati fuiſſemus, & frequẽs conuentus populi in Eccleſiam eiuſdem loci, in qua ſancti cuſtodiebatur gleba confluεret, mulier quædam quæ iam per quinquennium frequenti ſanguinis vomitu laborabat, cum cæteris aduentantibus ad eundem locum, ſancti imploratura auxilium, incommodo cogente aduenit. Cuius calamitatis miſerati, diuina pro ea in altari ſupra quod ſanctum depoſitum fuerat corpus, celebrauimus myſteria. Deinde pſalmorum & Letaniarum preces, quanta potuimus deuotione perſoluimus, in Eccleſia illam remorari præcipientes: cũ ecce medio noctis tempore nobis omnibus quieſcentibus, illa quoque ſopore depreſſa, cuncta luminaria Eccleſiæ illius, (quorũ copioſior numerus ob honorẽ ſancti corporis, apparatus fuerat) ſubitò accẽſa ſunt. Baſilica quoque albatorum repleta eſt multitudine: quorum ſonitu mulier excitata, ingenti pauore perculſa nequaquam ſe vt credebat mortis periculũ poſſe euadere, anxia formidare cœpit. Et cùm his quæ ab eis fieri videbat, paulatim timore exonerata intenderet: vnus illorum, qui præſtantior cæteris clarius in ſuo habitu refulgebat, ab altari deſcendens atque ad illam accedens, hæc eadem verba latinè illi loquutus eſt. Mulier gratias age Deo omnipotenti, qui te per merita & orationes beati Mauri ſanam redditam & incolumem habet. Quæ verba nos ex ore ipſius litteris exprimi fecimus, ne forte de his ab aliquo dubitari poſſet, qui eam ipſa quoque litterarum elementa ignorare ſciebant. Cumque iam de ſalute ſua certa, de loco quo iacuerat ſurrexiſſet: G
Girardum, religioſæ vitæ virum, monachum ſcilicet & preſbyterum congregationis noſtræ, qui inter duos cãcellos ob cuſtodiam ſancti corporis dormiebat, frequenti voce clamare cœpit. Cuius clamore ille excitatus, ardentiáque luminaria conſpiciens, atque ſuauiſſimum odorem perſentiens inquirere ab ea cœpit, qualiter erga illam diuina ageret clementia. Cui illa rei ordinem pandit. Qui cum ingreſſus cubiculum in quo dormiebamus nobis expergefactis, vt baſilicam ingrederemur annuere non ceſſaret: è ſtratis perniciter exilientes, Eccleſiam intrauimus, conſpicientéſque ſuccẽſa luminaria, ſimul & odorẽ captantes mirificũ, ſtupore attoniti hærere cœpimus: ſolutóque prius ſilẽtio, (vt mos eſt) cũcta quæ acta fuerant H

A fuerant,ab ipſa per ordinem didicimus muliere. Nã dicebat: Odor iſte cuius ſuauitate nares veſtræ adhuc perfruũtur, mox vt retecto feretro hi qui ingreſsi ſunt quaſi obſequendo & neſcio quid diuini dulciter modulãdo vrnam ſancti contingere cœperunt, totam iſtam repleuit Eccleſiã. Vocabatur autem eadem mulier Ratburgis: quæ cũ gaudio ad propria reuerſa diuina erga ſe per beatum Maurum miracula celebrata cunctis enarrare non ceſſabat. Sequẽti verò nocte, ne quid dubietatis ex his quæ à muliere audieramus, nobis in corde remaneret: antequã ad ſolemne peragendum ſurgeremus officium (erat quippe nox illa celebris, quæ dominica appellatur) ſubitò cum inæſtimabili cantus ſuauitate, voces concrepãtium audire cœpimus: ſed quaſi quodã preſſi onere, & cuiuſdam corporis grauati laſ-
B ſitudine, nullo modo ex ſtratis ſurgere valuimus. Præcipuè tamen Girardus cuſtos ſancti corporis, placidiſsimũ ſibi ſoporem infuſum aſſerebat, qualis matutino tempore nec plenè dormientibus, nec perfectè vigilantibus accidere ſolet. Cuius grauitudine occupatus nullo modo ſe de lecto ſurgere potuiſſe (quamquam ſæpe conatus fuerit) teſtabatur: nec horoma illud ſed manifeſta viſio fuit. Interdum enim apertis oculis, quoſdam ex celebratoribus tantarum excubiarum ſe vidiſſe fatebatur. His itaque viſis atque auditis, certò profectò tenuimus & tenemus, non minori frequẽtia cæleſtium agminum, ſancti viri corpus quocumque delatum fuerit & viſitari & honorari, quam in loco ſepulturæ eius: Idque euidentiſsimis crebrò, ab eis fieri approbatum eſt indiciis. Dignum quippe eſt, vt eos viſita-
C tores corporis ſui habeat in terris quorum cætibus admiſtus immarceſſibilis gloriæ fœlicitate, vna perfruitur in cælis.

Quod in villam quæ nuncupatur Merula, beati Mauri corpus ſit delatum, ac in Eccleſia ſancti Iuliani conditũ anno vno & dimidio. Vbi Dominus per eum plurima operatus eſt miracula, cæcos illuminando, ſurdis mutis atque claudis, medelam præbendo. Inter quos Otgerium illuſtrem à typo febris ſanauit.

CAPVT XVII.

EX eo ergo loco, comitante nos populi multitudine, qui vndique ex vicis & agris, nobis obuiam præcipites confluebant, in pagũ Sagenſem, cum ſacro deuenimus theſauro. Et quia ſanctus põtifex Hildebrannus, generali expeditione, vniuerſo populo contra Nortmannos indicta
D occupatus, ad ſuſcipiendum, componendúmque pro tempore, hoc ſancti viri corpus præſens adeſſe non potuit; Archidiaconum ſanctæ ſuæ ſedis cum electiori parte ſancti cleri, ad villam quæ Merula nuncupatur, quam munifica largitate Sereniſsimus Rex Carolus ad ſuggeſtionem S. Pontificis Ebroini, beato Mauro & eius famulis per magnificentiæ celſitudinis ſuæ contulerat præceptũ, cum omni Eccleſiaſticorũ honore & apparatu miniſteriorũ deſtinatum habuit: qui nobiſcũ ſancti viri glebam, religioſo ſatis in Eccleſia S. Iuliani reconderet obſequio. Vbi per annum integrum & dimidium, quanta valuimus, hoc ſancti viri corpus diligẽtia cuſtodiuimus. Vbi, quæ & quanta dominus per eundem ſeruum ſuum,

operari dignatus fuerit, ſi quis ſcripto digerere velit, ante (vt opinamur) E
tempus ei deficiet loquendi, quam materia ſcribendi. Multi enim cæci, ſurdi, & claudi, aliíſque oppreſſi languoribus, ante eius lecticā nobis cernentibus ſanitatem recipere meruerūt. Quos ideo nominatim exprimere omittimus: quia & copioſior eorum numerus, memoriam noſtram excedit, & legentium faſtidium ſummopere cauere certamus. Illud tamen vnum prætereuntes reticere non debemus, quod nullus febricitantium cuiuſcúnque typi contritione vexaretur (ſi plena fide huius ſancti viri implorauit auxiliū) ſine ſanitatis gaudio ab eius repedauit tumulo. Sed vt taceamus de reliquis, quid nobili viro Otgerio ibidem euenerit ſilere non debemus. Hic cum iam per tres cōtinuos menſes, ſine intermiſsione duobus diebus validiſsima vi febrium, irremediabiliter quateretur, adeo vt F
ſenſu penitus perdito, in amentiā verſus æſtimaretur. Cadilo Comes qui ei affinitate generis propinquus erat, ſecum eum ad locū ſancti corporis B. Mauri adduxit. Et cum eum hortaremur, vt cum fiducia fidelis animi, ante mēbra ſancti viri, nocte integra iaceret, reluctari cœpit, ſéque conſcium peccatorum ſuorū eſſe teſtabatur, pro quibus ſibi peiora accidere pauidus formidaret. Cuius puſillanimitatem ſacræ auctoritatis aſſertionibus vtcumque roborantes, inuitum eum illic dormire compulimus. Sed vt oſtenderet dominus quantum fides proficiat, & diffidentia officiat, meritis beati Mauri vnius tantum eum diei vexatione ſoluere eſt dignatus, vſquequaque poſt non longum tempus, pleniori iā fide animatus, cum exeniorum munere regreſſus, atque iam ſecurus periculorum, G
peruigilem, ante ſancti vrnam, ſumma cum deuotione duceret noctē: ſicque omni illius incommodi valitudine perfectè liberatus, gratias diuinitati, & ſancto Mauro referens, ex eo vſque nunc abſque vllius viget infirmitatis labore.

Quod corpus beati Mauri citra flumen Ararim deportatum, & in fundo Audonis comitis ſit collocatum, vbi ſedecim perſonarum infirmantium curatione, celebre nomen eius circumquaque diuulgatum eſt. CAP. XVIII.

CVm verò & illic creberrimis, & improuiſis paganorum deterreremur eruptionibus, ſecundum quod in Epiſtola huic opuſculo præ- H
poſita, continetur hoc ſancti viri corpus citra fluuiū Ararim à nobis deportatum, digno cum honore (prout temporis, & loci permiſit opportunitas) reconditum ac collocatum in fundo Audonis Comitis eſt: vbi per tres ſemis annos cuſtoditum ſedecim notiſsimarum perſonarum ſanitate celebre nomen eius circumcirca diuulgatum, aſsidua populorum frequentatione, venerari cœpit & excoli. Nam primo aduētus ſui ad eundem locum anno, frequentibus claruit virtutibus: quas enumerare longiſsimum eſt. In quibus clarius ea quæ ſupraſcripta eſt emicuit curatio, ſedecim perſonarum, quarum aliquanti cæci, nonnulli claudi, quidam verò ſurdi, aliquanti autem muti fuerunt.

A *Quod iuſſu regis Caroli glorioſi, in cœnobium Foſſatenſe beatiſſimi corpus Mauri, ſit deportatum, & in eccleſia ſancti Petri reconditum Idibus Nouembribus, anno incarnationis dominicæ, octingenteſimo ſexageſimonono, regni vero eius vigeſimonono Indictione ſecunda.* 869

Capvt XIX.

Exinde illud iuxta tenorem præfationis huius libelli, in monaſterium Foſſatenſe deportauimus, & (ſicut pleniter ibi proſequutum eſt) venerabiliter in eccleſia beati Petri, recondentes, in ipſius idibus Nouembris collocauimus. Ad quem locum glorioſiſſimus ac clementiſſi-
B mus Rex Carolus, à partibus Burgundiæ regrediens, per ſemetipſum dignatus eſt accedere, Chriſti protectionem ante lecticam ſancti viri, ſumma depoſcens deuotione, die Nonarum Februariarum, hoc anno qui eſt ab incarnatione Domini octingenteſimus ſexageſimus nonus, regni verò eius viceſimus nonus, indictione ſecunda. Qui ob maiorem deuotionem chriſtianiſſimi animi, quam erga Deum & ſanctos eius habet, poſt nonmultos dies, de monaſterio beatorum martyrum Dionyſij & ſociorum eius, honorabilia beato Mauro tranſmiſit munera, per Otulfum ſtrenuæ probitatis monachum: pallia ſcilicet precioſiſſima duo, quibus corpus eius in diebus proceſſionum, & cunctarum decoratur ſolemnitatum, cuius interceſſione perennis vitæ à Domino æternaliter recepturus eſt re-
C munerationem: qui ita præſentialiter, venerabilia exornare non deſinit poliandra ſanctorum: vt neminem priſcorum, qui regij nominis claruerunt honore priorem videatur habere, in ſancta religione. At nos optato tandẽ fine narrationis huius gaudentes, Chriſti miſericordiam per beati Mauri imploramus ſuffragia, vt qui incultiori ſcilicet ſtylo, fide tamen integra, ſeriem huius hiſtoriæ proſequuti ſumus, vinculis peccatorũ ſolui, ab eodem mereamur redemptore, æternorumque gaudiis perfrui valeamus præmiorum, iuncti in cœleſtibus conſortiis angelorum.

EXPLICIT LIBER MIRACVLORVM B. Mavri, Levitæ et Abbatis.

CONSTITVTIONES TRIVM ROMANORVM PONTIFICVM, GREGORII IX. NICOLAI IIII. ET BENEDICTI XII. DE REFORMATIONE

& obſeruantia regulari monachorum ordinis Sancti Benedicti Abbatis: Quarum vltima, ab auctoris nomine Benedictina nuncupata, in Capita diuiditur: quæ ſequens pagina docebit.

CONSTITVTIO

1. CONSTITVTIO GREGORII PAPÆ NONI.
2. CONSTITVTIO NICOLAI PAPÆ QVARTI.

INDEX CAPITVM BENEDICTINÆ.

Inſtrumentum publicationis Benedictinæ in maiore capella Beatæ Mariæ Cænobij D. Germani à pratis factæ, pro Rhemenſi & Senonenſi prouinciis.

Proœmium eiuſdem Benedictinæ.

Cap. 1. *De Capitulis prouincialibus.*
2. *De Viſitatoribus.*
3. *De Capitulis generalibus, & reddendis rationibus.*
4. *De ſubuentionibus & collectis.*
5. *De Capitulis quotidianis.*
6. *De ſtudiis.*
7. *De Studentibus ad generalia ſtudia mittendis.*
8. *De penſionibus ſtudentium.*
9. *De mutuis ac venditionibus ſyluarum, & conceſſionibus iurium.*
10. *De fictis & doloſis contractibus.*
11. *De forma iuramenti à Prælatis præſtandi.*
12. *De ſpoliis.*
13. *De Inuentariis per nouos Antiſtites, Abbates, & adminiſtratores alios in eorum nouitate faciendis.*
14. *De locis non tradendis ad firmam, niſi cum certa ſolemnitate.*
15. *De Priuilegiis & rebus aliis non tenendis extra loca adminiſtrationum*
16. *De monachis & conuerſis proprietariis, & negotiatoribus.*
17. *Ne victualia in pecunia miniſtrentur.*
18. *Ne ſeculares deputentur ad victum monachis miniſtrandum, nec monachi alterius monaſterij, alterius ordinis ſeu religionis.*
19. *Ne mulieres habitent in locis monachorum.*
20. *Ne monachi nutriant vel teneant animalia ſeu perſonas ſeculares in monaſteriis, vel aliis eorum locis, niſi quibus ex officio competit.*
21. *De ſoluendis cenſibus & redditibus, pro alimentis monachorum ſeu fratrum, terminis conſuetis.*
22. *De creatione monachorum.*
23. *De forma & honeſtate veſtimentorum.*
24. *De licentiis eundi extra monaſteria, vel alia loca monachis, ſine rationabili cauſa non dandis.*
25. *De monachis ad beneficia mittendis, & modo conuerſandi in eis.*
26. *De eſu & abſtinentia carnium, & de dormitorio, modóque cubandi.*
27. *De miſſarum celebratione, cõmunione non ſacerdotũ, & diuino officio.*

28. *De cuſtodia & reuerentia ornamentorum eccleſiæ, ac prouiſione librorum,* E

29. *De Decanis & præpoſitis, aliiſque ad ſacerdotium promouendis,*

30. *De inſtituendo Priore clauſtrali.*

31. *De monachis obtinentibus beneficia in monaſteriis alienis.*

32. *De obtinentibus beneficia ex collatione Apoſtolica, quod ſicut alij ſint ſubiecti.*

33. *Quod antiquus monachorum numerus teneatur in beneficiis eorundem, & procurationes ſoluantur.*

34. *De collapſis monaſteriis in religione.*

35. *De collapſis monaſteriis in facultatibus.*

36. *De mendicantibus ad ipſum ordinem aſſerentibus ſe tranſlatos.* F

37. *De delatoribus.*

38. *De conſpiratoribus.*

39. *De publicatione ſtatutorum & ordinationum præmiſſarum.*

CONSTITVTIO BENEDICTINORVM Gregorij Papæ Noni.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis Abbati & conuentui Cluniacenſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. *Iob.40.* Behemoth non contentus quaſi bos comedere paleas, ſed eſcas electas auidè concupiſcéns G venatur inſtanter animas delicatas: non ſolum ſimpliciter gradientibus ponendo pedicas & laqueos in capturã: ſed etiam contemplationis gratia in ſolitudinem aduolantibus prætendendo decipulas, & retia extendendo. Sanè dolore confodimur in occulto, & rubore præfundimur in aperto: quia cum ordo Cluniacen. in eccleſiæ paradiſo dextera diuina plantatus, à mari vſque ad mare protenſis palmitibus gratos flores & vberes fructus producere ſoleret honeſtatis: nunc in amaritudinem alienæ vitis auerſus producit labruſcas ſtuporem dentibus facientes: factus in laqueum & ruinam, in lapidem offenſionis & petram ſcandali, duabus domibus Iſrael, contemptatiuis videlicet & actiuis. Domus quoque veſtræ in multis locis deſolatæ ſunt, ſicut in vaſtitate hoſtili: & multę derelictæ ſunt, ſicut vmbraculum in vinea, & ſicut H *Eſaiæ 1.* tugurium in cucumerario, & velut ciuitas quæ vaſtatur. Quare cupientes deformatum ordinem reformare, & inſtaurare collapſum, Imprimis ſtatuimus, vt generale capitulum Abbatum & Priorum tam conuentualium quam minorum Cluniaſenſis ordinis ſiue immediatè ſiue aliquo medio ſint ſubiecti, apud Cluniacum annis ſingulis celebretur: vbi ſine perſonarum acceptione, ſecundum Deum & beati Benedicti regulam, & Cluniacenſis ordinis inſtituta, delinquentium corrigantur exceſſus: & de ſalute animarum, & de conſeruatione ordinis Cluniacenſis, & domorum indemnitate tractetur: & ſtatuatur quod fuerit regulariter ſtatuendum. Nec in

Statutum de generali capitulo ſingulis annis apud Cluniacum celebrãdo.

A in hoc priores vel camerarij inuicem ſibi parcant:ſed vnuſquiſque quod viderit in alio corrigendum, timorem Dei habens præ oculis in capitulo publicè vel priuatim (prout melius viderit expedire) in charitate proponat: & correctus hoc moleſtè non ferat: ſed correctionem fratris accipiat patienter. In hoc autem capitulo nullæ fiant exactiones ab aliquo, nulla dentur munera vel accipiantur ſeu etiam promittantur: ſed omnia in ſinceritate procedant, & ad inſtar Ciſtercien. ordi. celebrentur. Et in eo diffinitores de Abbatibus & prioribus Cluniacenſis ordinis ſtatuantur & viſitatores per ſingulas prouincias ordinētur: viſitationis forma & correctionis modo, iuxta Ciſtercienſem conſuetudinem obſeruatis. Huic quoque capitulo tres priores Cartuſienſes volumus intereſſe: non vt aliquā iuriſdictionē exerceant: ſed vt ipſos inſtruant & dirigant: & diligen- B tiam ipſorum vel negligentiam reſcribant ſedi Apoſtolicæ annuatim. Omnes cauſæ quæ inter perſonas ordinis Cluniacenſis emerſerint, & per Abbatem Cluniacenſem non fuerint terminatæ, delatæ ad capitulum per diffinitores ſtatutos (prout fit in Ciſtercien. capitulo) terminentur: & ea ſtatuantur quæ peruenire ad conſeruationem & reſtrictionem, non ad relaxationem ordinis vel regulæ videbuntur. Omnes verò Abbates & priores annis ſingulis ad capitulum venientes, diffinitiones (ſi quæ factæ fuerint) in ſuo reditu habeant bis in anno in ſuis capitulis, & viſitationis tempore nihilominus recitandas: vt nullus prætextu ignorantiæ ſe valeat excuſare. Viſitatores etiam à perſonis & locis quæ viſitant, præter moderatas expenſas victui neceſſarias recipere nihil omnino præſumant: ſed ex- C cutientes ab omni munere manus ſuas, cum paucis incedant: ſecundum quod in ipſo capitulo fuerit ordinatum. Prima enim vice omnes Abbates & Priores conueniant ad capitulum, recepturi reformationem præſentibus annotatam: & poſtmodum illi qui ſunt vltra mare Angliæ, vel vltra Alpes vno anno intermiſſo, cum moderato familię ac equitaturarum comitatu, ne domus ad quas eos venire continget aggrauentur, accedant: ſuper his in primo capitulo ſuperfluitate qualibet reſecanda & certo nihilominus moderamine adhibendo.

Exactiones fieri prohibentur.

Viſitatores præter paſtum nihil omnino debent recipere.

Statuimus inſuper, vt quolibet anno in capitulo per diffinitores quattuor perſonæ diſcretæ ac Deum timentes, videlicet duo Abbates & duo Priores Clun. ordinis eligantur: qui ſemel in anno ſtatuto termino ad D Cluniacenſe monaſterium accedentes tam de perſona Cluniacenſis Abbatis quam de monaſteriorum & locorum circum adiacentium ſtatu in ſpiritualibus & temporalibus diligenter inquirant: & quæ corrigenda inuenerint ad ipſorum concilium corrigantur. Ea verò quæ maiori conſilio indigent referantur ſingulis annis ad capitulum generale: vt Cluniacenſis eccleſia in bono ſtatu per viſitationem huiuſmodi perſeueret. Et ſi Abbatis exigerent merita (quæ celari non debent) per viſitatores moneatur vt cedat: & liceat viſitatoribus & conuentui Cluniacenſi huius recipere ceſſionem. Quod ſi fortè Abbas ſibi ceſſionis remedio noluerit prouidere: quæ de ipſo viſitatorum inquiſitio comprehendet, ad ſedem Apo-

ſtolicam referat. Cæterum quia ex mala ordinatione prioratuum & obe- E
dientiarum, & frequenti mutatione priorum multa euenisse detrimenta
noſcũtur: diſtrictè præcipimus vt prioratus, decanatus, & omnes aliæ ad-
miniſtrationes conferantur gratis abſque venalitate ac aliqua pactione:
& prioratus conuentuales non niſi ſacerdotibus committantur. Hæc au-
tem nolumus ad illas grangias ſeu adminiſtrationes extendi quæ curam
animarum non habent, & laicis conſueuere committi. Si quis autem
propter hæc dediſſe vel recepiſſe aliquid conuictus extiterit: extunc nun-
quam in ordine Clun. dignitatem habeat vel honorem. Et ſi aduerſus ali-
quem ſuper hoc apud viſitatores vel diffinitores vehemens habeatur præ-
ſumptio: ipſum per eos à prioratu vel adminiſtratione ſic obtenta volu-
mus amoueri. Et ſi quis ponens carnẽ brachiũ ſuũ, per interuẽtum ſecu- F
larium perſonarũ cõmitti ſibi obedientiã vel prioratũ popoſcerit: num-
quam illum obtineat, ſed nec aliũ infra annũ. Conuentales quoque prio-
res quamdiu in ſpiritualibus & temporalibus bene adminiſtrauerint,
non niſi ex certis cauſis debent amoueri: videlicet ſi dilapidatores, vel
inobedientes, aut rebelles, ſeu infames, vel incontinẽtes extiterint: ſeu ad
maiorem dignitatem fuerint promouendi: quod etiam de minoribus
prioribus volumus obſeruari. Nulluſque litteras confirmationis habeat,
quod de ſuo prioratu vel obedientia non debeat amoueri. In deſtitutione
verò Abbatum vel priorum conuentualium, videlicet octo monacho-
rum & ſupra, modus forma & cauſa ſeruentur, quæ conſueuerunt circa
Abbates Ciſtercien. ordinis obſeruari: & qui remouetur ſe inclinet humi- G
liter nec appellet. Quia ſi abſque iuſta cauſa remotus extiterit & hoc per
alios innoteſcat: capitulo generali tam amouentes quam conſentientes
more Ciſtercienſis ordinis puniantur. Et quidem vt plenum adhibeatur
huic morbo remedium, ita duximus prouidendum: videlicet quod ſin-
gulis ãnis in generali capitulo diffinitores ſcribãt & retineant nomina ſin-
gulorũ Abbatũ & priorũ qui tunc in eodẽ fuerint congregati: & in ſequen-
ti capitulo lectis eorum nominibus in quibus eccleſiis ſint Abbates vel
priores mutati diligenter attendant: & qui mutauerint, cauſam mutatio-
num proponant. Quæ ſi iuſta fuerit approbetur ab ipſis: alioquin mu-
tatoribus pœna ſecundum Ciſtercien. ordinis conſuetudinem infligatur.
Si quis fuerit ab Abbatia vel prioratu ſua culpa remotus, ad illud mona-
ſterium in quo dignè defleat, quod commiſit ſuperioris prouidentia H
tranſmittatur. Et ſi propter ſenectutis defectum, aut aliam cauſam hone-
ſtam ſpontaneus ceſſerit, reuertatur ad clauſtrum: illo ſibi quod elige-
re maluerit deputato. Ad inſtitutionem namque priorum conuentua-
lium abſque duorum priorum conuentualium conſilio minimè proce-
datur: quatinus talis præficiatur qui nouerit & poſſit præeſſe pariter &
prodeſſe: cũ in Ciſtercien. ordine abſque Abbatum conſilio nõ inſtitua-
tur aliquis in Abbatem. Verùm quia interdum monachi Abbatum vel
priorum ſuorum delicta reuelare formidant, ne ad ignotas & remotas
prouincias quaſi in exilium relegentur, huic morbo ſic duximus pro-
uidendum

Beneficia ſine pactione ſunt cõferenda.

Priores quibus de cauſis ſunt amouendi.

A uidendum: quod videlicet viſitatores cum acceſſerint ad monaſteria viſitanda diligenter inquirant, ſi quis monachus fuerit illo anno à monaſterio cui officiũ viſitationis impendunt emiſſus, & propter quam cauſam. Et ſi cauſa rationabilis extiterit, approbetur: alioquin & reuocetur monachus, & qui eu emiſit viſitatoris arbitrio puniatur. Adhuc diſtrictius inhibemus, vt nullus plures prioratus ſeu prioratum cum Abbatia eiuſdem ordinis vel alterius habere præſumat: nec Abbas Cluniacenſis vel aliquis alius Abbas vel prior eiuſdem ordinis aliquem de ſubiectis ſibi prioratibus ad manum ſuam retineat: ſed ſingulis Prioratibus Priores ſinguli deputentur. Nec aliquis qui ordinem Cluniacen. non fuerit profeſſus hunc eiuſdem ordinis Prioratum obtineat: nec in aliquo prioratu

Prioratus plures vel Prioratũ cũ Abbatia nullus habere præſumat.

Prioratũ nullus niſi qui Cluniacen. ordi. fuerit profeſſus obtineat.

B vnus ſolus monachus commoretur: ſed ei qui ſolus eſt vnus vel plures monachi ſocij adiungantur, ſi loci ſuppetant facultates: alioquin reuocetur ad clauſtrum: prouiſo quod in eodẽ loco diuina celebrentur honeſtè. Circa qualitatem verò ciborum & potus ſeruare præcipimus: vt omnes monachi in vno reficiantur refectorio de eodem pane & potu ac vna coquina: niſi forte ipſorum aliquem comedere cum Abbate vel priore, ſeu in infirmaria contingat. Abbas autem vel Prior in refectorio cum fratribus comedat niſi propter hoſpites mutet locum. Et in infirmaria nullus commedat, niſi propter infirmitatem vel debilitatem illuc fuerit deſtinatus. Præcipimus etiam (iuxta quod in beati Benedicti regula continetur) vt nullus monachus in quouis loco vel domo Cluniacenſis ordinis

Prior ſine ſocio cõmorari non debet.

C aut extra, niſi tantum in infirmaria (vt prædictum eſt) carnes manducare præſumat: quod qui præſũpſerit ſi clauſtralis fuerit graui pœna ſubdatur: vel ſi dignitatem vel adminiſtrationem habuerit, priuetur eadem. Illud quoque obſeruari præcipimus, vt monachi ſicut in clauſtro ita & foris honeſtè ſe habeant, nec incedant ſine cuculla & floco: licet ſine cuculla & capa regulari non bloia, non ſumptuoſa: ſed tali quæ triginta ſolidorum precium non excedat. Et nullus Abbas vel Prior ſine poſtella & ſella regulari non tamen precioſa equitare præſumat: nec aliquis Monachus equitans capellis filtreis vel aliis omnino capellis, ſeu calceis non corrigiatis vtatur; nec quiſquam in quouis loco tunicis vel coopertoriis de bruneto aut pellibus ſiluaticis, ſeu camiſiis vel liteaminibus lineis vti præſumat: nec deferat veſtes ſciſſas ante vel retro, nec aliquis clauſtralis habere pro-

De honeſtate & veſtimentis monachorũ in clauſtro & foris.

Numerus equitaturę abbatis & priorũ ordinis Cluniacenſis.

D priã capã pluuialem vel equitaturã ſibi deputatã attentet. Circa equitaturas nãque & familiã omnẽ ſuperfluitatẽ amputare volentes, mãdamus vt Abbas Cluniacenſis equitaturis ſexdecim contentus exiſtat: & alij Abbates eiuſdem ordinis ac Prior de Charitate octo: Prior ſancti Martini ſex. Priores alij conuentuales tribus vel quattuor, & cæteri Priores minores duabus euectionibus ſint contenti. Abbas vel Priores ſeruientes, non pueros, non nobiles, non veſtibus ſumptuoſis ſiue diuerſi coloris, ſed maturos habeant & honeſtos. Quia verò ad deſolationem domorum plurimum operatur laxa debita poteſtas contrahendi, & quod ratio non reddatur de debitis vel receptis: præci-

pimus, vt ſinguli Abbates & Priores de conſilio fratrum & familiæ qui- E
bus præſunt, cum teſtimonio bonorum virorum qui ad locum pertinét cum contrahédum vel innouandum eſt mutuum, ita id faciant diligenter quod omnibus liqueat quáta ſumma, quibus perſonis, quibus conditionibus, quibus terminis debeatur, & in quos vſus contractum mutuum ſit conuerſũ, & vt domorum ſtatus certior habeatur, ſingulis duobus menſibus coram Abbate, vel priore (ſi non eſt ibi Abbas) & ſenioribus reddant ſinguli officiales de ſuis officiis rationem de omnibus receptis & expenſis computationem fideliter facientes. Abbas quoque Cluniacenſis & cæteri Abbates & Priores, quater in anno ſtatum ſuæ domus in ſuo capitulo & etiam coram viſitatoribus cum venerint plenè declarent: nec aliquis Abbas vel prior prioratum vel grangiam perſonam aliquam, venditionis F
aut donationis ſeu aliquo alio titulo alienare abſque Abbatis Patris vel vel Patris Prioris & conuentus ſui de verbo & conſenſu præſumat. Monachis proprietariis etiam pœna, iuxta morem Ciſtercien. ordinis infligatur: & in proprietarios excommunicationis ſententia promulgetur, niſi monachus proprietarius depoſita reſtituerit quæ ſuis fuerint monaſteriis reſignanda. Ad hæc quoniam Abbas Cluniacenſis, necnon Abbates & Priores eiuſdem ordinis, Prioratus ſibi ſubiectos exactionibus & extorſionibus conſueuerunt adeo aggrauare, quod in eiſdem Prioratibus antiquus & conſuetus monachorum numerus eſt nimium diminutus: nos id de cætero fieri ſub atteſtatione diuini iudicij prohibemus: cum liqueat prioratus ipſos non ad deſtructionem, ſed ad conſeruationem ordinis & G
correctionem ſibi eſſe ſubiectos: & eiſdem Prioratibus pro ſuſtentatione monachorum inibi Domino famulantium poſſeſſiones pia deuotione fideliũ fuiſſe conceſſas. Cæterùm quia non eſt in primogenito bouis arandum, diſtrictius inhibemus ne pueri ante quintum decimum annum completum in monachos admittantur: illis dumtaxat exceptis, quibus in Cluniacen. monaſterio ex antiqua conſuetudine certum eſt officium deputatum: mulieribus ingreſſu clauſtri vel chori penitus interdicto. Et cum ſecundum Euangelicam veritatem, qui mandata Dei propter traditiones tranſgrediuntur humanas à Domino arguantur: ſtrictiſſimè interdicimus ne propter traditiones vel conſtitutiones noſtras regularia ſtatuta beati Benedicti aliquatenus omittantur. Vt ergo mandatum lucerna ſit vobis, & lex lux, & via vitæ increpatio diſciplinæ, vniuer- H
ſitatem veſtram monemus attentè per Apoſtolica nobis ſcripta, & in virtute obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus: quatinus quódcunque neceſſe eſt prouidè cupientes, præſcripta ſtatuta ſtudeatis inuiolabiliter obſeruare: vt ad frugem melioris vitæ conuerſi, aſcenſionibus in corde diſpoſitis, de gratia in gratiam, & de virtute proficientes ſalubriter in virtutem, bonus in omni loco efficiamini odor Chriſti: Noſque in veſtris meritis delectati, ad profectus veſtros meritò intendere debeamus. Datum Auinione, Idibus Ianuarij, Pontificatus noſtri anno ſexto.

De emptione & mutuo: & computorum redditione

Proprietariorum monachorũ pœna.

Exactiones ab abbatibus vel prioribus fieri prohibentur.

Deutero. 15.

Pueri ante 15. annũ in monachos nõ admittantur

A *STATVTA NICOLAI PAPÆ QVARTI SVPER proſpero ſtatu Monachorum Cluniacenſium.*

NICOLAVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis Abbati Clun. eiuſque coabbatibus, prioribus, & conuentibus vniuerſis Cluniacenſis ordinis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Regis pacifici pacis opera diligentis gerentes (licet immeriti) vices in terris, pacis bonum & concordiæ ſtabilis vnitatem cunctis fidei ortodoxæ cultoribus, ſed potiſſimè regularis obſeruantiæ vinculo alligatis, feruentibus votis appetimus, & ſollicitis ſtudiis procuramus: B vt diuinorum cultui, cui ſalubris illos dedicauit intentio, liberius & cómodius immorentur. Quamobrem vigiles reddimur & propenſius affectamus vt inter nos diuinis obſequiis regulariter deputatos tranquilla pax vigeat, fraterna charitas ferueat, animorum identitas perſeueret. Sane felicis recor. Gregorius Papa nonus, prædeceſſor noſter, ad noſtrum & monaſterij noſtri ſtatum proſperum & tranquillum intendens, nonnulla pro reformatione Cluniacenſis ordinis duxit dum viueret auctoritate Apoſtolica ſtatuenda: quæ diſtrictè ac inuiolabiter obſeruari præcepit in ordine ſupradicto.

Nos autem diligentius attendentes, quod aliquorum ex ſtatutis huiuſmodi quæ nobis non modicum difficilia videbantur, non poterat obſeruatio efficax peruenire, circa illa prout expedire cognouimus duxi- C mus prouidendum. Et volentes ipſius prædeceſſoris veſtigia imitari, auctoritate Apoſtolica duximus ſtatuendum vt ſtatuta ipſa iuxta moderationem noſtram prout notantur inferius in eodem ordine perpetuis futuris temporibus obſeruentur.

Imprimis itaque ſtatuimus, vt omnes Abbates & priores Cluniacen. ordinis immediatè monaſterio Cluniacen. ſubiecti in regno Franciæ conſtituti annis ſingulis: exiſtentes autem in Anglia, Hiſpania, Alemannia & Lombardia, de biennio in biennium conueniant ad capitulum generale, vbi ſine perſonarum acceptione ſecundum Deum & beati Benedicti regulam & Cluniacen. ordinis inſtituta delinquentium corrigantur exceſſus: & de ſalute animarum, & conſeruatione ordinis ac domorum indem- D nitate tractetur, & ſtatuatur quod fuerit regulariter ſtatuẽdum: nec in hoc priores & camerarij inuicem ſibi parcant: ſed vnuſquiſque quæ viderit in ordine corrigenda in perſonis vel rebus, quæ per viſitatores nó fuerint correcta, corã diffinitoribus ãnis ſingulis in publico vel priuatim in charitate proponãt. Et hoc idẽ viſitatores corã diffinitoribus facere teneãtur: & correctus hoc moleſtè non ferat, ſed correctionẽ accipiat patiẽter. Hoc autẽ capitulũ (in quo volumus vt nullæ fiãt exactiones ab aliquo, nulla dẽtur munera vel recipiãtur, ſeu etiã promittãtur, ſed omnia in ſincerita te procedant) modo qui ſequitur celebretur: & in eo diffinitores de Abbatibus & Prioribus Cluniacẽſis ordinis eligantur. Ad quod quidem

Conuenire debent ad capitulum generale tam Abbates quã priores.

capitulum Abbates & Priores præfati, modo prædicto per obedientiam venire teneantur (cauſa dumtaxat infirmitatis excepta) niſi caſus inopinatus & multum damnoſus incurreret: diffinitorum & capituli iudicio relinquendus & eorum quibus proprium impedimentum ſeu caſum capitulo & diffinitoribus denunciet ſupradictis. Qui verò non venerit, & ſe ſecundum modum legitimè non excuſauerit memoratum: poſt ſequens capitulum ad quod venire ſimiliter teneatur, in clauſtro Cluniacen. duorum menſium ſpacio aſſiduè moram trahat. Mediati autem Abbates & Priores ſingulis annis ſemel ad capitulum conueniant in principalibus Abbatiis & Prioratibus quibus ſubſunt ſtatuto tempore, prout viſum fuerit expedire. Quod ſi non fecerint, in ſuis immediatè maioribus Abbatiis vel Prioratibus pœna ſimili puniantur. Circa verò electionem diffinitorum generalis capituli Cluniacen. celebrandi, ordinamus vt dilecti filij noſtri Matthæus. TT. ſancti Laurentij in Damaſo: & H. TT. ſanctæ Sabinæ preſbyteri Cardinalis ac Abbas Mauziacen. & magiſter Albertus Prior ſancti Lupi, de ipſius ordinis Cluniacen. reformatione tractantes apud ſedem Apoſtolicam, quindecim de Abbatibus & Prioribus Cluniacen. ordinis ſupradicti eligant hac vice in diffinitores primi capituli reformationem huiuſmodi ſubſequentis. Qui quindecim ſic ab ipſis electi, iurent in ipſo primo futuro capitulo generali ad ſancta Dei Euangelia corporaliter tacto libro quod in diffinitionibus ſecūdum Deum & beati Benedicti regulam & Apoſtolicæ ſedis ſtatuta, ſine omni perſonarum acceptione, procedant: ac ipſi in principio ſequentis capituli antequam tractatus capituli aggrediantur eiuſdem, iurent tactis ſacroſanctis Euangeliis & bona fide ſine acceptione perſonarum eligere quindecim diffinitores de Abbatibus & Prioribus. Si Abbates defuerint: nihilominus de Prioribus præfati Cluniacen. ordinis viros probos ac Deum timentes, ac zelum communis vtilitatis habentes & præſtito eis huiuſmodi iuramento, viros tales poſtmodum eligant. Volumus autem quod illi qui diffinitores in vno capitulo fuerint, capitulo immediatè ſequenti diffinitores eſſe non poſſint: & hæc forma eligendi diffinitores in poſterum obſeruetur. Si autem aliqui de diffinitoribus capituli præcedentis, ad quos ſpectat electio diffinitorum, abeſſe contigerit: reliqui qui præſentes fuerint nihilominus ad ipſorum electionem procedere non obmittant. Et qui à maiori parte ipſorum eligentium nominati fuerint & electi: ſine aliqua exceptione pro diffinitoribus habeātur. Ex hoc etiam in diffinitoribus & diffinitorum ſententiis obſeruetur. Diligentiam autem vel negligentiam ordinis ſupradicti annis ſingulis diffinitores per ſuas patētes litteras ad moderatas Cluniacen. ordinis expenſas ſignificare ſummo pontifici teneantur: quomodo regula beati Benedicti & præſentia in ordine ipſo ſeruentur ſtatuta. Omnes verò cauſæ, quæ inter eiuſdem ordinis perſonas emerſerint, & per Abbatem non fuerint terminatæ: delatæ ad capitulum per diffinitores ſtatutos in capitulo terminentur: & ea ſtatuantur, quæ prouenire ad correctionem con-

Forma eligendi diffinitores in capitulo generali.

E F G H

A conſeruationem & reſtrictionem, non ad relaxationem ordinis vel regulæ videbuntur. Nec aliquis diffinita ſeu acta per diffinitores capituli generalis poſſit vel audeat immutare: niſi in caſu magnæ neceſſitatis & euidentis vtilitatis: in quo poteſtas Abbati intelligitur relinquenda de conſilio & aſſenſu peritorum & diſcretorum duorum ex illis qui Domini ordinis appellantur. Nec diſpenſare præſumat in pœnis, niſi contra aliquem ſententia excommunicationis, ſuſpenſionis vel interdicti ferretur: qui ſi paruerit, poterit per Abbatem Cluniacenſem aut alium vel priorem ſuum immediatè ſuperiorem abſolutionis beneficium obtinere: ita tamen quo ſic abſoluti culpa & ſatisfactio referatur & appareat diffinitoribus in primo tunc ſequenti capitulo generali. In aliis verò pœ-

Conſtitutiones capituli generalis imprimis obſeruanda ſūt.

B nis impoſitis à diffinitoribus nullus diſpenſet, niſi ex neceſſaria cauſa & rationabili: quam ſignificari volumus ſequenti capitulo generali. Et ſi diffinitores non iudicauerint eam eſſe legitimam, relaxantes ſeu diſpenſantes per ipſos diffinitores pœna ſimili puniantur. Diffinitiones autem ſeu ordinationes capituli generalis ad mortalem culpam non obligent, ſed ad pœnam: niſi contra eſſentialia obſeruantiæ regularis exiſtant. Omnes verò Abbates & Priores annis ſingulis ad capitulum venientes, diffinitiones ſi quæ factæ fuerint in ſuo reditu habere procurent, in vigiliis quinque feſtorum præcipuorum, & viſitationis tempore nihilominus recitandas: vt nullus prætextu ignorantiæ ſe valeat excuſare. Statuta verò præſentia in prima die menſis cuiuſlibet legantur: ne per ignorantiam negligantur.

Viſitatores in capitulo generali ordinentur.

C Statuimus inſuper vt in capitulo genera. Cluniacen. more ſolito per diffinitores ordinentur viſitatores diſcreti, ac Deum timentes per ſingulas prouincias: qui iurent ad ſancta Dei Euangelia, corporaliter tracto libro, quo viſitationis officium exercebunt (prout eis fuerit poſſibile) ſecundum Deum, & beati Benedicti regulam, ac ſedis Apoſtolicæ, & Cluniacenſis ordinis inſtituta: & quæ per eos corrigi poterunt corrigent ſecundum gratiam à Domino ſibi datam. Ea verò quæ adeò grauia emerſerint, vel occurrerint, quod per eos ſufficiēter non poſſint commodè corrigi: & quæ probata fuerint vel per famam deducta, in publicum referant corrigenda & punienda per diffinitores in capitulo generali: cætera autem non niſi Abbati exponant, propter pericula euitanda. Sta-

D tum quoque Abbatiarum & Prioratuum quantum ad ſpiritualia & temporalia referre & exponere quo ad prælatos & ſubditos fideliter coram diffinitoribus teneantur: ſed caueant viſitatores, ne ea que inuenerint in locis viſitatis de prælatis vel ſubditis pandant quomodolibet ſeu reuelent: niſi eo modo quo ſuperius eſt expreſſum. Et viſitatores ſic inſtituti per Abbatem, vel alium mutari non poſſunt: niſi ex cauſa rationabili & multum vrgenti & euidenti, & hoc de conſilio & aſſenſu dictorum dominorum qui ſuperius nominantur: ſed cauſa ipſa in viſitatorū exprimatur litteris: & in ſequenti capitulo & corā diffinitoribus exponatur. Quę ſi non fuerit rationabilis iudicata mutans diffinito-

rum arbitrio puniatur. Nec dicti viſitatores à perſonis & locis quæ viſitāt recipere quicquam, præter moderatas expēſas victui neceſſarias, quoquomodo præſumāt: excutientes manus ſuas ab omni munere & cū quattuor tantū ratione viſitationis aut alias equitaturis incedāt. Statuimus inſuper vt quolibet anno in capitulo per diffinitores, quattuor diſcretæ perſonæ ac Deum timentes, videlicet duo Abbates, & totidem Priores Clun. ordinis eligantur: ſi Abbates præſentes fuerint, alioquin loco Abbatum eligantur Priores ad viſitandum monaſterium Clun. perſonam Abbatis & loca circumadiacentia. Qui terminato generali capitulo, & licentiatis Abbatibus & Prioribus ac aliis qui ad capitulum conuenerant, prius præſtito corporali iuramento, ſuæ viſitationis officium infra ſex dies poſt terminatum capitulum incipiant exequi: nec viſitationem huiuſmodi (quæ nullo modo debet omitti) contingat quomodolibet impediri. Qui de ſtatu dicti monaſterij & locorum circum adiacentiū in temporalibus & ſpiritualibus & de Abbatis perſona diligēter inquirant: & ea quæ corrigēda inuenerint corrigere non obmittant. Ea verò quæ maiori conſilio indigent, referentur annis ſingulis ad capitulum generale, vt eccleſia Clun. in bono ſtatu per viſitationē huiuſmodi perſeueret. Et ſi Abbatis exigerent demerita, quod tolerari non debeat: per viſitatores moneatur vt cedat: & liceat viſitatoribus & conuentui Clun. recipere huiuſmodi ceſſionem. Quia ſi fortè Abbas ſibi de ceſſionis remedio prouidere noluerit: quę de ipſo viſitatorum inquiſitio comprehendet, ad ſedem Apoſtolicam referant. Adiicimus autem quod Abbas Clun. corā viſitatoribus de omnibus obligationibus per eundem vel de eius mandato factis, ac etiam de prouentibus & expen. reddat explicitè rationem: & viſitatores prædicti hoc ſignificare ſequenti generali capitulo, & deinde ſummo pontifici annis ſingulis teneātur. Quia verò propter defectū Abbatis remotas prouincias minimè viſitantis & domos ordinis exiſtentes in eis ſpiritualiter & tēporaliter male tractantur, & aliqua à ſubiectione ordinis ſe ſubtrahere moliuntur: præcipimus vt Abbas Clun. ſtudeat ſicut ei poſſibile fuerit ordinem viſitare, ac domos à Cluniacenſis ordinis ſubiectione ſubſtractas procuret cum Apoſtolicæ ſedis auxilio ad ſubiectionem ipſius reuocari ordinis vel reduci. Quod ſi dictus Abbas in eiuſdem ordinis viſitatione, quam per ſe vel per alium facere debet, negligens fuerit vel remiſſus, eum diffinitores corrigere teneantur. Qui etiam dum ſui ordinis loca viſitat, ſit temporatus & ſobrius in expenſis: ita quod omnibus computatis ſummā decem librarum turon. paruorum, diebus ſingulis in ſumptibus non excedat. Et viſitationis tempore tam ipſe quam ſui, excutiant ab omni munere manus ſuas: prout de acceptione munerum in ſtatutis feli. rec. Gre. Pa. ix. prædece. n. noſcitur contineri. Infra dictam autem ſummam idem Abbas ſe temperet ſecundum locorum exigentiam & facultatem ipſorum: & diffinitores de mora ſeu ſpacio temporis ordinent, quo Abbas & viſitatores huius ſuæ viſitationis officiū debeant terminare. Cœterùm quia ex mala ordinatione Prioratuum & obedientiarum, vel frequenti mutatione

viſitatores monaſter. Clun. & perſonam Abbatis viſitent.

Abbas Clun. de prouētibus & expen. coram viſitatoribus reddat rationem.

E F G H

mutatione Priorum, multa euenisse detrimenta noſcũtur: diſtrictè præ-
A cipimus vt prioratus, decanatus & omnes aliæ adminiſtrationes gratis
conferãtur, & abſque venalitate & aliqua pactione. Nec Cluniacenſis aut
alij Abbates, aut Priores Cluniacen. ordinis de prioratibus audeant aut
poſſint facere decanatus: nec de decanatibus in quibus decanus curam
animarũ habet, & monachi ſunt & eſſe conſueuerunt, poſſint facere grã-
gias: ita quod nec à monacho, nec à ſeculari perſona pro aliquo precio cõ-
ducantur: & vbi factum eſt, vel acceptatum cõtrarium per diffinitores, in
ſtatum priſtinum & antiquum reducatur. Et prioratus & decanatus hu-
iuſmodi non niſi ſacerdotibus dicti ordinis monachis committãtur. Hęc
autem nolumus ad illas grangias, ſeu adminiſtrationes extendi, quæ cu-
ram animarum non habent, & laicis conſueuere committi. Si quis autem
B propter hæc aliquid dediſſe vel recepiſſe conuictus extiterit, nunquam in
ordine Cluniacen. dignitatem habeat, vel honorem. Et ſi aduerſus ali-
quem ſuper hoc apud viſitatores, vel diffinitores vehemẽs habeatur præ-
ſumptio: ipſum per eos à prioratu, vel adminiſtratione ſic obtenta volu-
mus amoueri. Et ſi quis humana confiſus potentia per interuentum ſecu-
larium perſonarum committi ſibi obedientiam, vel prioratum popoſce-
rit: nunquam illum obtineat: ſed nec alium etiam infra annum. Nec per-
ſonis illegitimè natis prioratus & decanatus curam animarum habentes
in ordine ipſo vllatenus conferantur: & ſi ſecus factum fuerit, id per diffi-
nitores decreuimus reuocandum. Conuentuales quoque priores quam-
diu in ſpiritualibus & temporalibus bene adminiſtrauerint: non niſi ex
C certis cauſis debeant amoueri: videlicet ſi dilapidatores, vel inobedientes,
aut rebelles ſeu infames, vel incontinentes extiterint, ſeu alio graui crimi-
ne irretiti, ſiue ad maiorem dignitatem fuerint promouendi: quod etiam
de minoribus prioribus volumus obſeruari. In deſtitutione verò Abba-
tum & Priorum Conuentualium videlicet octo monachorum, & ſupra,
talis modus & forma ſeruetur. Videlicet quod ſi viſitatores Abbatem vel
priorem crimi noſum, aut infamem inuenerint, patri Abbati referre pro-
curent: qui de cõſilio ſex Abbatum vel Priorum propinquorum eiuſdem
ordinis talem admoneat, vel ſuſpẽdat: ipſéque ſic admonitus vel ſuſpen-
ſus inclinet humiliter, nec appellet. Nihilominus autem viſitatores, ad-
monitiones, & ſuſpenſiones huiuſmodi, & earum cauſas capitulo referãt
D generali. Et diffinitores ſuper hoc ordinent & diffiniant ſecundum quod
eis iuſtè ac ſecundum Deum videbitur expedire. Et quidem vt huic mor-
bo plenum adhibeatur remedium, infra duximus prouidẽdum: videlicet
quod ſingulis annis in generali capitulo diffinitores ſcribant, & retineãt
nomina ſingulorum Abbatum & Priorum qui tunc in eodẽ fuerint con-
gregati. In ſequenti capitulo lectis eorum nominibus, in quibus Eccleſiis
ſiue Abbates vel Priores mutati ſint, & mutationis cauſam diligenter at-
tendant: & tunc exceſſus mutantium ſi ſine iuſta cauſa mutauerint, &
mutatores huiuſmodi puniant & emendant, ſecundum qualitatem ex-
ceſſuum eorundem. Verùm quia monachi nonnunquam Abbatum vel

Priorum ſuorum delicta reuelare formidat, ne ad ignotas & remotas prouincias quaſi in exilium relegentur, huic morbo ſic duximus prouidendum: quod videlicet viſitatores cum acceſſerint ad monaſteria viſitanda, diligenter inquirant: ſi quis monachus illo anno à monaſterio cui officium viſitationis impendunt,& propter quam cauſam emiſſus fuerit. Et ſi cauſa regularis extiterit approbetur: alioquin reuocetur monachus, & qui eum emiſit viſitatorum arbitrio puniatur. Si quis autem fuerit ab Abbatia vel Prioratu ſua culpa remotus: ad aliud monaſterium in quo dignè defleat quod commiſit, ſuperioris prouidentia tranſmittatur. Et ſi forte propter ſenectutis defectum aut aliam cauſam honeſtam ſpontaneus ceſſerit, reuertatur ad clauſtrum: illo ſibi quod eligere maluerit deputato: nullúſque litteras confirmationis habeat, quod à ſuo Prioratu, vel obedientia non debeat amoueri. Ad inſtitutionem verò Prioris Conuentualis abſque duorum Priorum Conuentualiũ conſilio minimè procedatur. Abbates autem & Priores circa temporalia & ſpiritualia negligentes, per diffinitores grauiter puniantur: & tales præficiantur, qui ſciãt & poſſint præeſſe pariter & prodeſſe, ac iura cõmiſſorum ſibi Prioratuum obſeruare. Circa perſonarum verò dicti ordinis promotionem, ſic prouida & æqua ordinatione cenſemus quod Abbas Cluniac. in arduis & grauibus negociis vti debeat conſilio ſapientum, & dicti ordinis ſeniorum. Et in promouendo perſonas ordinis, & conferendo beneficia, non ſequatur carnalem affectum, ſed habendo Deum præ oculis imitetur in omnibus legem Dei. Et quod dictum eſt de Abbate Clunia. idem per alios Abbates & Priores ordinis decreuimus obſeruandum. Et quia denunciatum eſt nobis quod rarò aut nunquam de clauſtro Clun. aliquis vel aliqui ad regimen prioratuum Cluniacenſis ordinis aſſumuntur: Statuimus quod tam de clauſtralibus quam de aliis, ſine perſonarum acceptione, perſonæ idoneæ ad ipſorum prioratuum regimen aſſumantur: cum per tales qui ſunt in monaſterio enutriti, magis in religione ordo poſſit & debeat informari. Adhuc diſtrictius inhibemus, ne quis plures prioratus, vel Prioratum cum Abbatia eiuſdem ordinis vel alterius habere præſumat. Nec Abbas Cluniacenſis vel aliquis alius Abbas vel prior eiuſdem ordinis, aliquem de ſubiectis ſibi prioratibus ad manus ſuas retineat: ſed ſingulis prioratibus priores ſinguli deputentur. Nec aliquis qui Cluniacẽſis ordinis non fuerit profeſſus habeat eiuſdem ordinis prioratum: nec aliquis prioratus vel decanatus Cluniacenſis ordinis cui annexa eſt cura animarum vacet vltra ſex menſes: ſed infra huiuſmodi tẽpus Abbas Cluniacen. cæteríque Abbates & Priores qui habent prioratus & huiuſmodi decanatus ſubiectos eis debeant prouidere. Aliter prouiſio Prioratuum & decanatuum eorundum, Abbati Clun. nullo medio ſubiectorum, intelligatur ad ſedem Apoſtolicam deuoluta. Prioratuum verò & decanatuum aliorum prouiſio ad ſuos immediatè ſuperiores deuoluatur omnino: nec Prioratus vel decanatus cum cura perſonis ſecularibus, clericis vel monachis alterius ordinis, laicis, prælatis, ſeu ſubditis aliquatenus conferãtur:

Cluniacẽſib⁹ monachis Clun. ordinis beneficia cõferantur.

Null⁹ niſi clun. ordinis religioſus in clun. ordine beneficiũ habere debet.

E F G H

&vbi

A & vbi contrarium attemptatum eſſe dignoſcitur) diffinitorum arbitrio reuocetur. Circa verò illos prioratus, qui alienati & permutati eſſe dicuntur abſque ſedis memoratæ licentia: præcipimus vt quod per Abbatem ſuper illis actum eſt, pœnitus reuocetur, & Abbas ad reuocationem huiuſmodi faciẽdam quam primum commodè poterit exhibeat ſe vigilem, ſollicitum & etiam ſtudioſum: ita quod ad clerum diuinum & ſolitum monachorum numerum ac ſubiectionem dicti ordinis reducantur. Nec in prioratu aliquo vnus ſolus monachus commoretur: ſed ei qui ſolus eſt vnus vel plures ſocij monachi adiungantur, ſi loci ſuppetant facultates. Alioquin monachus reuocetur ad clauſtrum: prouiſo quod in eo diuina celebrentur honeſtè. Circa qualitatem autem ciborum & potus ſeruari B præcipimus: vt omnes monachi in vno reficiantur refectorio, de eodem potu & pane eadémque coquina: niſi forte aliquem ipſorum comedere cum Abbate vel priore ſeu in infirmaria contingat. Abbas autẽ cum fratribus in refectorio comedat: niſi propter hoſpites mutet locum. In infirmaria verò nullus comedat, niſi propter infirmitatem vel debilitatem illuc fuerit deſtitutus. Circa eſum verò carnium licentiam reliquimus diſpenſationi Abbatis: ſecundum indulgentiam Clemẽtinæ. Caueat tamen Abbas ne ſuper hoc ſit nimis ad diſpenſandum facilis, vel laxet nimium manus ſuas. Illud quoq; præcipimus obſeruari: vt monachi ſicut in clauſtro, ita foris ſe habeant: nec incedant ſine cuculla & froco, vel ſine cuculla & capa regulari & honeſta: nec nimium ſumptuoſa. Nec equitet C Abbas aliquis vel prior ſine poſtella & cella regulari: quæ tamen ſumptuoſa nimium non exiſtat. Nec aliquis monachus equitet ſine corrigiatis calceis, niſi in longo itinere conſtitutus: ſed contra imbres & pluuias, frigus, & æſtus, capellis filtreis poſſint vti: nec quiſquam in quouis loco, tunicis vel coopertoriis de Bruneto, aut pellibus ſiluaticis ſeu camiſiis, aut linteaminibus lineis vti præſumat: nec deferat veſtes ſciſſas ante & retrò. Nec aliquis clauſtralis habere, propriam capam, pluuialem aut equitaturam ſibi deputatam attentet. Circa equitaturas enim & familiam omnem ſuperfluitatem amputare volentes, mandamus vt Abbas Clun. ſexdecim equitaturis contentus exiſtat: & alij Abbates eiuſdem ordinis, ac prior de charitate octo: Prior ſancti Martini ſex, Priores alij conuentuales tribus vel quattuor: & cæteri minores duabus euectionibus D ſint contenti. Abbates quoque & Priores dicti ordinis ſeruientes honeſtos habeant, nec nimis comptos: qui & veſtes decentes deferant non nimium curioſas. Quia verò ad deſolationem domorum plurimum operatur laxa poteſtas debita contrahendi, & quod ratio non redditur de debitis vel receptis: præcipimus vt ſinguli Abbates & Priores de conſilio fratrum & familiæ quibus præſunt, cum teſtimonio bonorum virorum qui ad locum pertinent, contrahendum vel innouandum eſt mutuum, Ita faciant diligenter: vt omnibus liqueat quanta ſumma, quibus conditionibus, & quibus terminis debeatur, & in quos vſus cõtractum mutuum ſit conuerſum. Et vt ſtatus domorum certior habeatur, Statuimus in mo-

In vnõ prioratu vn monachus manere nõ debet.

De refectione monachorũ.

Eſus carnium relinquitur arbitrio Abbatis.

Abbas cluniacenſis 16 equitaturis cõtentus eſſe debet.

Prior de charitate 8. ac Prior S. Martini 6.

In monaſteriis Cluniacen. monaſterio ſubditis regiſtra fiãt in quibus ſcribatur quot monachi poſſint & debeãt commorari.

naſterio Clun.& aliis Abbatiis & Prioratibus Clun.ordini ſubiectos prioratus habẽtibus fiant regiſtra: in quibus ſcribatur quot monachi in qualibet domo, iuxta ipſius domus facultates, poſſint & debeant cõmorari: & inſtitutio Abbatum & Priorum ſcribatur in eiſdẽ regiſtris. In quo ſtatu inſtitutus recipiet Abbatiam ſeu Prioratum. Etſi eam in bono ſtatu receperit: & ipſam in malo poſuit, bona eius debitis obligando, vel ad vitam, vel perpetuò alienando, abſque cauſa rationabili, per diffinitores approbata poſt factum vel ante: Si per relationem fidelium viſitatorum conuictus fuerit de prædictis, abſque alia iuris ſolennitate per diffinitores Abbatia ſua vel prioratu priuetur. Dicta verò regiſtra ponantur & conſeruentur in archa communi, vbi commune ſigillum cõſueuit pro tempore cuſtodiri. Adiicimus etiam, vt nulla littera ſigilletur ſigillo conuentus Clun. vel alterius eiuſdem ordinis, niſi in capitulo coram cõuentu in vulgari & Latino prius lecta fuerit: & tunc ſigilletur. Et poſtquam ſigillata fuerit, ſi patens fuerit iterum modo prædicto in capitulo coram omnibus relegatur. Quo facto ponatur tenor litteræ in regiſtro: quod regiſtrũ ſeruetur in archa eadem in qua vt præmittitur ſeruatur commune ſigillũ. Et ſi littera data fuerit de debito contrahendo, cancelletur littera in regiſtro: & à creditoribus repetatur: & habita vel recuperata in capitulo cancelletur. Singuli autem officiales coram Abbate vel Priore (ſi non eſt ibi Abbas) & coram ſenioribus duobus, ſingulis menſibus de ſuis officiis rationem, & de omnibus receptis & expenſis computationem fideliter faciant. Abbas enim Cluniacen. & cæteri Abbates & priores, quater in anno ſtatum ſuæ domus in ſuo capitulo & coram viſitatoribus cum venerint plene declarent. Nullus quoque Abbas, vel Prior grangiam, penſionem, vel præbendam monachalẽ ſecularibus perſonis concedere, ſeu poſſeſſione aliqua venditionis, ſeu alio aliquo titulo alienare, abſque patris Abbatis, aut patris prioris & conuentus ſui conſilio & conſenſu præſumat. Pœna inſuper monachis proprietariis infligatur: videlicet vt per annum ad ſtatum nouum redigantur: & infra dictum annum aſſiduè coram conuentu comedant in terra ſedẽtes: & in depoſitarios ſi monachis proprietariis depoſita reſtituerint, quæ ſunt ſuis monaſteriis reſignanda, monitione præmiſſa, excommunicationis ſententia promulgetur. Adhuc quoniam Abbas Cluniacen. necnon Abbates & Priores eiuſdem ordinis Prioratus ſibi ſubiectos exactionibus & extorſionibus conſueuerunt adeo aggrauare, quod in eiſdem prioratibus antiquus & conſuetus monachorum numerus eſt nimium diminutus: nos id de cætero fieri ſub atteſtatione diuini iudicij prohibemus: iniungentes dicto Abbati Cluniacen. & aliis Abbatibus & Prioribus eiuſdem ordinis in virtute ſanctæ obedientiæ: vt deinceps nouos cenſus ſubiectis ſibi Prioratibus vel decanatibus non imponant, abſque licentia ſedis Apoſtolicæ ſpeciali: cum liqueat Prioratus ipſos non ad deſtructionem: ſed ad obſeruationem ordinis, & correctionem ſibi eſſe ſubiectos: & eiſdem Prioratibus pro ſubſtentatione monachorum inibi domino famulantium poſſeſſiones

Pœna monachis proprietariis infligẽda.

A ſeſſiones pia deuotione fidelium fuiſſe conceſſas. Circa ordinationem verò bonorum prioratuum vacantium, præcipimus vt in prioratibus dicti ordinis per mortem aut per admonitionem Priorum vacantibus, Abbas Cluniacen. Palefredum, capam, & breuiarium prioris præmortui (ſecundum antiquam conſuetudinem) habeat: & deductis debitis (ſi qua ſint) ante omnia, & ſolutis monachis etiam (ibidem commorantibus) & priori futuro ac familiæ domus pro ſe & neceſſitatibus ſuis vſque ad fructus nouos prius congrua ſubſtẽtatione dimiſſa, relictis etiam ad excolẽdum poſſeſſiones neceſſariis ad refectionem domorum (ſi neceſſe fuerit) de reſiduis mobilibus poſſit recipere quartã partem. Præcipimus etiam dicto Abbati, vt noua vel falſa debita præfatis Prioratibus non imponat: nec

Bona per mortẽ vacantia ab Abbate Clun accipienda ſolutis prius debitis ſi qua ſint.

B Abbas pro Prioratuum vel talium beneficiorum collatione aliquid recipere poſſit: cum hoc non careat vicio ſimoniæ. Animalia etiam domus (præter dictum palefredum) decernimus, quod nullatenus poſſit recipere vel habere. Inſuper ſi aliquis prior nolens præeſſe, ſed magis in clauſtro Domino deſeruire, renunciauerit Prioratui: hoc idem præcipimus obſeruari. Si autem aliquis prior eiuſdem ordinis mutatus fuerit vel tranſlatus alibi præficiatur, ordinamus & decernimus quod tunc nihil poſſit dictus Abbas recipere: ne propter vacationẽ vnius prioratus in fraudem plures vacare faciat: vt bona omnia ſecum portet. Quod autem de Abbate Cluniacenſi ſtatuimus: de aliis Abbatibus & Prioribus Cluniacenſis ordinis præcipimus, & decernimus obſeruari. In dictis verò prioratiC bus vacantibus, nullus niſi prior inſtitutus (cui committitur Prioratus) officiales adminiſtrantes, vel miniſtratores amoueat: niſi de ipſorum adminiſtratione mala conſtaret vel etiam appareret: vel non extiterit bonæ vitæ. Statuimus inſuper vt nullus Abbas vel prior det ſeu concedat litteras ſuas alicui clerico vel laico ſuper ipſius receptione futura in monachũ vel conuerſum, in aliqua Abbatia, ſeu prioratu ſibi ſubiecto. Cæterum quia ordo videtur graue profitentibus iugum imponere: diſtrictius inhibemus, ne ante quintumdecimum annum ætatis completum ad monachalem profeſſionem puer aliquis admittatur, mulieribus ingreſſu clauſtri vel chori interdicto. Statuimus præterea quod Abbas Cluniacen nullum ex cauſis legitimis pro vtilitate ordinis, vel Abbatiarum, vel Prioratuum appellantem excommunicare, vel incarcerare ſeu detinere præſuD mat. Quod ſi contrarium factum fuerit, excommunicans, incarcerans, vel detinens, pœnam ſuſpenſionis meritò poterit formidare. Inhibemus tamen, ne monachi paſſim & pro cauſis leuibus contra ſuos ſuperiores appellent. Et cum ſecundum Euangelicam veritatem qui mandata Dei propter traditiones tranſgrediuntur humanas à domino arguantur: arctiſſimè interdicimus, ne propter noſtras traditiones vel conſtitutiones, regularia beati Benedicti ſtatuta aliquatenus omittantur. Vt igitur huiuſmodi mandatũ lucerna ſit vobis, lex lux, via vitæ, increpatio diſciplinæ, vniuerſitatem veſtram monemus & hortamur attentè, per Apoſtolica vobis ſcripta in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo, mãdan-

Ante 15. annũ nullus profiteri debet.

Cõtra iuſte appellantem nõ eſt incarceratio aut alia pœna.

Matt. 15.

tes: quatinus mentes veſtras & animos, tanquam deuotionis obedientiæ E
filij, ad pacem & quietem veſtram ſollicite dirigentes, præſcripta ſtatuta ſtudeatis inuiolabiliter obſeruare: vt ad frugem melioris vitæ conuerſi, aſcenſionibus in corde diſpoſitis, de gratia in gratiam, & de virtute proficientes ſalubriter in virtutem, bonus in omni loco efficiamini odor Chriſti: Noſque in veſtris meritis delectati, ad profectus veſtros meritò intendere valeamus. Datum Reatæ, ſecundo Idus Septembris, Pontifica-
1290. tus noſtri anno ſecundo.

INSTRVMENTVM PVBLICATIONIS Benedictinæ.

F

IN NOMINE DOMINI. AMEN. Nouerint vniuerſi, quod ego Stephanus Froſſardi de Villeyo, Lingon. dioceſi clericus, auctoritate Imperiali publicus Notarius, tranſcriptum infraſcriptum vidi, legi, tenui, & palpaui, ſigillo curiæ Pariſien. & cōtraſigillo ſigillatum, vnà cum ſignis Notariorum: videlicet Matthæi Vtherij de Canorho, auctoritate Apoſtolica publici Notarij, & Ioannis Martini de Campellis in Bria, Pariſien. Dioceſ. clerici, auctoritate imperiali publici Notarij: cuius quidem tranſcripti tenor ſequitur in hæc verba. In nomine Domini Amen. Nouerint vniuerſi, quod nos Matthæus Vtherij de Ca- G
notho, & Ioannes Martini de Campellis in Bria, Pariſien. Dioceſ. Clerici publici Notarij infraſcripti requiſiti, vt de ſtatutis ordinationibus & conſtitutionibus Papalibus infra ſcriptis lectis & publicatis, in Capella beatæ Mariæ, in Abbatia ſeu monaſterio Sancti Germani de Pratis iuxta Pariſ. vbi fuerunt congregati religioſi viri ad capitulandum, & capitulum inibi ſolemniter celebrandum: & quod (vt decuit) celebrarunt plures Abbates, numero † ducēti vel circiter, in dioceſibus Remen. & Senonen. conſtituti, tam per ſe & in perſonis propriis, quam per procuratores ad hoc litteratoriæ conſtitutis. Et in capitulo ſupradicto & eo celebrato lecta fuerunt ſtatuta ordinationes conſtitutiones infra ſcripta, in Capella antedicta M. CCCXXXVII. indictione quinta, menſis Iunij die xxvj. videli-
cet die Iouis poſt feſtum ſancti Ioan. Bapt. continuata ſeu expectata à die H
1337. Mercurij præced. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris ac Domini noſtri Domini Benedicti diuina prouidentia Pap. xij. anno iij. Quarum conſtitutionum ordinationum & ſtatutorum copiam ſeu tranſcriptum aut tranſumptum facere ſub ſignis & ſubſcriptionibus noſtris Notariis publicis infraſcriptis, iuſſit reuerendus in Chriſto pater, Dominus Abbas monaſterij ſancti Dionyſij in Francia prope Pariſius, alter executor litterarum Apoſtolicarum ſuper hoc confectarum & ipſis ac aliis ſuis collegiis in hac parte directarum, omnibus petentibus quorum intereſt vel intererit, fieri ſuis ſumptibus & expen. fecimus in modum qui ſequitur

† Intelligit tā in propriis perſonis, quam per procuratores cōparentes. Nam perſonaliter conſtituti fuerunt tātum 104. vt eſt in Martyrologio Magloriano, vice exordij ante ipſam Benedictinam.

A & in formam. Et de ipſis collationem, cum ea qua potuimus diligentia (prout altiſſimus miniſtrauit) præſentibus diſcretis viris magiſtris Bertrando Salomoniis de Lambalia auctoritate Apoſtolica publico Notario, Petro Dionyſij & Germano Gedeym auctoritate pari Notariis, ac Perrino Martini de Campellis in Bria Pariſienſis Dioceſ. Clericis teſtibus ad dictam collationem faciendam vocatis ſpecialiter & rogatis.

CONSTITVTIONVM BENEDICTI PAPÆ XII.

B

PROEMIVM.

BENEDICTVS *Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Summi magiſtri dignatio nos (quamquam immeritos) miſeranter in Apoſtolici magiſterij Cathedra collocauit: vt nedum præſimus ſed proſimus pariter operibus & exemplis ſuper cunctum gregem dominicum, noſtræ fidei fiducialiter creditum vigilemus & labores expendamus aſſiduos: vt nobis & aliis ſalutis commoda procuremus. Proinde namque inter cæteros* C *ordines religioneſque ſacras in triformi conflictu militantis Eccleſiæ ſtrenuè dimicantes, ad ſacram religionem monachorum nigrorum noſtræ dirigentes attentè conſiderationis intuitum, optamus in Domino Ieſu Chriſto, vt ſicut ipſa religio à mari vſque ad mare per incrementa temporum ſuos palmites dilatauit: ſic per vniuerſa orbis climata virtutum radiis luminoſis iugiter illuſtretur. Et quamquam circa illius ſalubrem & fælicem ſtatum eiuſque attinentias, tam per regulares inſtitutiones almorum patrum qui de hoc ſeculo fæliciter tranſiuerunt, quam etiam per iuridicas ſanctiones prouiſum exiſtere dinoſcatur: Nos tamen ob zelum amplioris ſalutis & maioris proſperitatis eiuſdem intra noſtra præcordia, & cum nonnullis ex fratribus noſtris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, & dilectis filiis Petro Cluniacenſi Ioanne Caſedei, Gilberto Maſilienſi, Raymundo Pſalmodienſi, Guillelmo Mon-* D *tiſoluti, & Gregorio Tſiodorenſi, monaſteriorum Abbatibus eiuſdem religionis, Decretorum Doctoribus, diligenti tractatu præhabito, & ſuper eo digeſta deliberatione ſecuta, vt eadem religio in diuini cultus obſequio floreat honeſtatis candore, fulgeat diſciplina regulari, præemineat ſapientiæ ac ſcientiæ diuinæ pariter & humanæ (ſine quibus mortalium vita non regitur) fulgoribus rutilet: nec decreſcat in profectu ſubſtantiæ temporalis, ſed potius augeatur vigeátque inter cænobitas ſuos charitatis ſoliditas: & perſiſtat ſanctimoniæ fortitudo, in virtute Dominica confidentes: vt præmiſſa valeant cooperante ſuperna omnipotentia efficaciter prouenire, auctoritate Apoſtolica ſtatuta edimus, & ordinationes facimus quæ ordinatim ſubſcripta ſeriæ de-*

Bonus paſtor magis prodeſſe quam præeſſe debet operib' pariter & exemplis.

Vita mortalium abſque ſciẽtia diuina & humana minime regi poteſt. Spiritualia ſine tẽporalibus diu ſubſiſtere nõ poſſũt.

ſcribuntur, quæue vbique terrarum & locorum infra & per ipſam religionem eadem auctoritate volumus perpetuis futuriſque temporibus firmiter obſeruari. Per editionem nempe ſtatutorum & ordinationum prædictorum, non intendimus aliis iuribus inſtitutis (quatenus eiſdem ſtatutis & ordinationibus expreſſè non obuiant) aliquatenus derogare: ſed illa potius approbare. Subiunctiuè igitur ſtatuta & ordinationes huiuſmodi explicantes, conſtitutionem Concilij generalis de communi capitulo Abbatum, atque Priorum Abbates proprios non habentium, in ſingulis regnis ſiue Prouinciis faciendo de triennio in triennium volumus exactè, ne committatur neglectui, obſeruari. E

Extra de ſta.mo.ca. in ſingulis regnis.

F

DE CAPITVLIS PROVINCIALIBVS.

CAPVT PRIMVM.

STATVIMVS & etiam ordinamus, quod in ordine ſeu religione dictorum monachorum nigrorum in ſingulis prouinciis per nos inferius deputatis, fiat in loco ad hoc deputando de triennio in triennium (ſaluo iure Dioceſanorum Pontificum) commune ſeu prouinciale capitulum Abbatum & Priorum, Abbates proprios non habentium, aliorúmque Priorum Eccleſiarum Cathedralium ipſius ordinis ſeu religionis, vel aliorum maiorum in ipſis Eccleſiis poſt antiſtites eorum exiſtentium quocumque nomine nuncupentur: Cæterorúmque prælatorum Abbates proprios non habentium vt præfertur exemptorum & non exemptorum ordinis ſeu religionis eiuſdem. Ad quod quidem capitulum (iuſto impedimento ceſſante) prædicti Abbates, Priores & prælati alij conueniant vniuerſi. Et circa id ad reformationem ordinis ſeu religionis huiuſmodi & obſeruantiam regularem adimplere ſtudeant, quæ in conſtitutione huiuſmodi explicantur. Qui verò ad ipſum capitulum perſonaliter venire nequiuerint: ad allegandum iuſti impedimenti cauſam commonachum ſuum eiuſdem Eccleſiæ vel monaſterij (ſi commodè fieri valeat) alioquin alium idoneum cum ſufficienti mandato cauſam excuſationis ſufficientem & claram & etiam poteſtatem in animas eorum iurandi verum eſſe cauſam huiuſmodi exprimente, ad dictum capitulum tranſmittere teneantur: reſeruato præſidentium huiuſmodi prouincialibus capitulis arbitrio: quorum poteſtas de vno prouinciali ad aliud prouinciale capitulum habeat perdurare: vt pro eorum arbitrio decernere valeant, an cauſa excuſationis vel cauſæ excuſationum cum diuerſæ allegatæ fuerint ſufficientes vel inſufficientes exiſtant: & quod cuiquam non ſit licitum ab eorum Decreto ſuper hoc friuolè appellare, vel quouis modo alio reclamare. Non venientes autem, legitimo impedimento ceſſante, vel excuſatorem & procuratorem commonachum ſuum vel alium idoneum cum ſufficienti mandato ad illud præmittitur non mittentes: teneantur duplum

Prælati & omnes regulares teneantur venire ad capitulũ prouinciale. G

Poteſtas præſidentium capitulis prouincialib⁹ quãtũ duret. H

A decreto præſidentium non eſt appellandum.

Pœna non veniẽtium nec mittẽtium ad prouĩciale capitulũ.

eius

A eius quod expenſuri fuiſſent ad prædictum capitulum veniendo, & in eo morando ac redeundo ab ipſo, iuxta eorundem præſidentium arbitrium, ſeu maioris partis eorum æſtimando in termino per ipſos præſidentes ſtatuẽdo exſoluere, in vtilitatem ipſius prouincialis capituli conuertendam. Quodque poſſint ipſi præſidentes illos ad duplum huiuſmodi exſoluendum per cenſuram Eccleſiaſticam auctoritate Apoſtolica coercere: Eorúmque ſuper hoc faciendum proceſſum, & ferendas ſententias publicare ſeu publicari facere in locis ordinis ſeu religionis eiuſdem. Et quod circa ipſum duplum in totum vel in partem nulli valeat gratia fieri, vel remiſſio indulgeri. Et nihilominus contra non venientes præfatos, maxime ſi ſe malitioſe ſubtrahant: vel vt correctionem euitent, B ſiue vt neſciatur ſtatus Eccleſiæ vel monaſterij eorundem, alius prout dictis præſidentibus, ſeu maiori parti eorum viſum fuerit procedatur, ipſorum abſentia non obſtante. Circa præſidentes namque ac viſitatores in eiſdem capitulis deputandos, & alia omnia in eis exequenda illa ſeruentur, quæ in dicta generalis concilij & fœlicis recordationis Honorij Papæ tertij prædeceſſoris noſtri conſtitutionibus expreſſius continentur: Seruatis tamen ſtatutis ordinationibus & adiectionibus noſtris ſuprascriptis & infraſcriptis, quemadmodum modificatur & perſtringitur in eiſdem. Et quia prælatorum & monachorum ipſius ordinis ſeu religionis regularis eſt inſtitutio & obſeruantia ſalutaris: decernimus priores eccleſiarum Cathedralium ordinis ſeu religionis eiuſdem, aut maiores in C ipſis Eccleſiis poſt earum antiſtites exiſtentes, ac poſt ipſos antiſtites regularem curam monachorum habentes: quocunque nomine cenſeantur ad conueniendum in ipſis capitulis prouincialibus ſub modis & pœnis ſuperius deſignatis, necnon eoſdem Priores ſeu maiores & capitula, cunctoſque monachos earundem Eccleſiarum ſiue monaſteriorũ, etiam ſi in ipſis Eccleſiis vel monaſteriis, ſeu extra ea vbicunque prioratus, officia, vel adminiſtrationes habuerint ſeu moram traxerint, tam exemptos quam non exemptos, etiam ſi ipſi non exempti aliquibus exemptis antiſtibus ſint ſubiecti, fore ſubdictorum capitulorum prouincialium diſtrictionibus: correctionibus, & ordinationibus incluſos & etiam comprehenſos: & ad illas ſub pœnis quas dicti præſidentes eis duxerint imponendas per ipſos præſidentes ac etiam quoſcunque dictarum Eccleſia- D rum monachos, præfatos beneficia monachalia ad eaſdem Eccleſias pertinentia obtinentes, ad contributionem in expenſis moderatis rationabilibus, quas dicti Priores ſeu maiores fecerint ad ipſa capitula veniendo, & in eis ſtando, ac de illis redeundo per priores ſeu maiores prædictos, auctoritate Apoſtolica per cenſuram Eccleſiaſticam & alia remedia opportuna, ſublato appellationis obſtaculo, compellando. Quodque quiuis ordinarij locorum exempti nullum prædictis vel ſingulis impedimentum apponant vel apponi permittant: ſed legitimis temporibus requiſiti ea omnia & ſingula faciant executioni mandari, & in-

In quos vſus debent conuerti mulcta ſupradicta. Pœna iſta non poteſt minui neque indulgeri.

Omnes beneficiati monachi Eccleſiæ cathedralis ſicut cæteri quocunque nomine nũcupentur tenẽtur ad contributionem expenſarum capitulorũ prouincialium correctionibúſque & ordinationibus eorum ſubiiciuntur.

uiolabiliter obſeruari. Præcauere ſiquidem intendentes ne impedimentum accidens conuentioni alicuius prouincialis capituli obeſſe valeat, Intelligimus & volumus, quod ſi contigerit Eccleſias Cathedrales, monachales, Prioribus vel aliis poſt ipſarum antiſtites (exiſtentibus in eis maioribus vt præfertur) vel monaſteria ſeu loca alia ordinis aut religionis eiuſdem ſuis vacare ſeu carere paſtoribus, qui aſtricti eſſent ad conueniendum in prouinciali capitulo antedicto, tempore videlicet quo imminebit ipſum prouinciale capitulum celebrandum: teneantur capitula Eccleſiarum & Conuentus monaſteriorum, aliorúmque locorum Conuentualium prædictorum perſonam ſufficientem de gremio Eccleſiarum, monaſteriorum, & locorum eorundem (ſi commodè fieri poſſit) vel aliunde (dum tamen idoneum) tranſmittere ad dictum capitulum: pro faciendis & adimplendis omnibus, quæ facere poſſent Abbates, Priores, necnon Priores ſeu maiores in ipſis Eccleſiis Cathedralibus, ſeu aliis eiuſdem locis conuentualibus præſidentes præfati, ſi veniſſent ad idem capitulum & in eo perſonaliter intereſſent. Quod autem præmittitur de prouinciali capitulo de triennio in triennium celebrando, ad cuiuſlibet hæſitationis ſcrupulum amputandum, ad ſanum referri volumus intellectum: ſcilicet vt cum vno anno prouinciale capitulum fuerit celebratum, alio proximo futuro anno ab illo valeat abſtineri: & fiat omnino anno tertio ſubſequenti. Sanè quia ſuperuacuum foret edere ſanctiones, ſi prætermitteretur earum executio, & non eſſent qui tuerentur eaſdèm. Ordinamus & volumus vt dictum commune ſeu prouinciale capitulum apud vnum de monaſteriis eiuſdem ordinis ſeu religionis ad hoc aptum (ſi in eadem exiſtat prouincia) debeat celebrari. Alioquin celebretur in loco alio congruo & ſecuro, de quo ac de die primi capituli huiuſmodi celebrandi & aliis opportunè facientibus circa idem prouidebunt illi qui ſuper hoc per ſedem Apoſtolicam fuerint deputati prima vice. Et vt ſuper eodem capitulo & per illud extunc in poſterum & perpetuò rationabilis ordinatio habeatur: Statuimus quod in dicto capitulo primitus celebrando, & ſemper in antea ſucceſſiuè præſidentes ſingulis capitulis celebrandis, ſeu maior pars eorum prouideant & ordinare procurent, per quem in ſequenti capitulo ſermo fieri miſſaque celebrari debeat: & eligant locum pro celebrando alia vice proxima præfato capitulo, & qui præſidentes eſſe debeant in eodem: & ſic extunc fiat in prouincialibus capitulis ſucceſſiuis. Prouideant etiam qui Abbates quæ & quot ac quotiens Eccleſias Cathedrales, monachales, monaſteria, & alia loca eiuſdem ordinis ſeu religionis debeant vſque ad ipſum ſequens prouinciale capitulum viſitare. Vt igitur de prouinciis in quibus huiuſmodi capitula fuerint celebranda diſtincta limitatio habeatur, nec de ipſis in poſterum hæſitetur: quamlibet prouinciam prout ſequitur deputamus: videlicet quod prouinciæ

Locorum ordinary legitime requiſiti non apponant, aut apponere permittāt impedimentū ſed omnia obſeruari inuiolabiliter faciāt. Monaſterium aut alius locus regularis ſuo viduatus paſtore nihilominꝰ tenetur capitulum ſiue conuētus mittere monachū aut alium idoneū ad prouinciale capitulū.

Præſidētes prouincialibus capitulis prouidere debent per quē ſermo miſſaque celebrari debeat eligeréque debent locum in quo celebrari debeat capitulum.

E F G H

Remenſis

A Remenſis & Senonenſis, pro vna.

Rothomagenſis & Turon. cum monaſterio ſancti Florentij veteris, & membris ſuis, quod in nullo Epiſcopatu eſſe dicitur, pro alia.

Biturienſis, & Burdegalenſis, cum toto Epiſcopatu Anicienſi, pro alia.

Narbonenſis, Tholoſanus, & Auxitanenſis, pro alia.

Cantuarienſis & Eboracenſis, pro alia.

Compoſtellana & Hiſpalenſis, pro alia.

Toletana, pro alia.

Bracharenſis, pro alia.

Terraconenſis, & Cæſarauguſtana, cum toto Epiſcopatu Maioricenſi, pro alia.

Lugdunenſis, Biſuntinenſis, Tharantaſienſis, pro alia.

B Viennenſis, Arelatenſis, Aquenſis, & Ebredun. pro alia.

Vrbs Romana, cum Epiſcopatibus nobis immediatè ſubiectis, necnon Sublacenſi & Farſenſi monaſteriis: quæ in nullo Epiſcopatu cõſiſtunt, in noſtra prouincia conſtitutis, pro alia.

Reginenſis, Cuſentinẽſis, ſanctæ Seuerinæ, & Roſſanenſis, cum Militẽſi, & Biſiguinenſi Epiſcopatibus, pro alia.

Conſanenſis, Acheruntinenſis, Tharatinenſis, Brunduſinenſis, & Hydruntinenſis, pro alia.

Barenſis, Tranenſis, Sipontinenſis, & Beneuentanus, cum Troien. Melſienſi Rapallan. Epiſcopatibus, pro alia.

C Neapolitanenſis, Capuan. Salernitanẽſis, Amalſitanenſis, & Surrentinenſis, cum Caſinenſi, Reuellenſi, & Auerſanenſi Epiſcopatibus & monaſterio ſancti Vincentij de Vulturno, quod in nullo Epiſcopatu exiſtit, pro alia.

Panormitanus, Meſſanenſis, & Montiſlegalis, cum Epiſcopatu Meleuitano, pro alia.

Strigomenſis & Colocenſis, pro alia.

Gueznenſis, pro alia.

Armachan. Dublinenſis, Caſſellenſis, & Caumenſis, pro alia.

Regna Scotiæ, pro alia.

Boëmiæ, pro alia.

Daciæ, pro alia.

D Noruvegiæ, pro alia.

Sueſſiæ, Sardiniæ, & Corſicæ, pro alia.

Cipri, pro alia.

Prouinciæ, Thebanenſis, Athemen. Patracenſis, Corinthienſis, & Neopacenſis, cum toto Patriarchatu Conſtantinopolitano habeantur, pro alia.

Patriarchatus Aquileienſis & Gradenſis ac Prouinciæ Iadrenſis, Spalaten. & Reguſinenſis, pro alia.

Prouinciæ, Mediolan. Ianuenſis & Piſana, pro alia.

Rauenna, cum Ferrarienſi & Placentin. Epiſcopatibus, pro alia.

Rauenna, cum Ferrarienſi & Placentin Epiſcopatibus, pro alia. E
Maguntinenſis, cum Epiſcopatu Rambergenſi ſiue regno Boemiæ, pro alia.
Colonienſis & Treuerenſis, pro alia.
Bremenſis & Magdeburgenſis, cum Epiſcopatu Caminenſi, pro alia.
Salzburgenſis, pro alia.
Regenſis, pro alia.

Cæterum ſi quis Epiſcopatus, aut ſi qua monaſteria, vel loca dicti ordinis vel religionis fuerint, quæ in aliqua dictarum prouinciarum minimè includantur quoad prædicta Capitula: de illa prouincia eſſe volumus, cui Epiſcopatus, monaſteria, & loca huiuſmodi viciniora exiſtent. F

DE VISITATORIBVS. CAPVT II.

Extra in antiq. cap. In ſingulis de ſta. mo. Extra in anti. de ſta. mo. ca. pæ. & ca. vlti. Supra eo. li. c. de prouin. cap. §. non venientes.

PORRO viſitatores, qui ſecundum prædictam cõſtitutionem ipſius generalis Concilij fuerint in huiuſmodi prouincialibus capitulis deputati, ſint idonei, ſolliciti & diſcreti circa viſitationis eorum officium exequendum: & cuncta obſeruent, quæ in præfata eiuſdem concilij & alia dicti Honorij, prędeceſſorum noſtrorum conſtitutionibus ſtatuta exiſtere dinoſcuntur. Quia ſi viſitatores ipſi illa exequi omiſerint negligenter, G eos pœnas incurrere volumus ipſo facto, quas incurrunt hi qui non veniunt ad capitulum prouinciale præpeditionem canonicam non habentes. Et quia cupimus vt huiuſmodi præfatorum viſitatorum officiũ cum omni ſinceritate procedat, interdicimus quod nullus viſitatoris ſibi deputati eodem anno eſſe valeat viſitator. Prædicti autem viſitatores vel familiares eorũ in Eccleſia Cathedrali, monachali, vel monaſterio, ſeu loco alio ipſius ordinis, ſeu religionis ad quæ viſitationis cauſa duxerint declinandum, vltra duos dies nequaquã remaneant: niſi euidens neceſſitas vel magna vtilitas Eccleſiæ, vel monaſterij, ſeu loci huiuſmodi per eos viſitatores ampliorem inibi morã viſitatorum vel familiariũ exigerent eorũdẽ, ſed tunc id efficiant de Eccleſiæ, vel monaſterij, ſeu loci huiuſmodi præfatorum cõſilio ſeniorum: nec viſitatores ſeu familiares ipſi eiſdem Eccleſiis, monaſteriis & locis viſitatis onerosi & graues exiſtant. Nõ ſumptuoſas epulas querant: ſed cum gratiarum actione recipiãt, quod illis honeſtè & competẽter fuerit miniſtratum. Dicti quoque viſitatores & familiares ipſorum, nullã pecuniã huiuſmodi occaſione, ſeu quolibet alio modo recipiant: nec ipſi vel quiſquam ſuorum aliquod munus quodcunque ſit, vel qualitercunque offeratur præſumãt recipere: vt non quæ ſua ſunt videantur quærere, ſed quæ Chriſti. Vnde ſtatuimus & ordinamus, vt vniuerſi & ſinguli viſitatores huiuſmodi vel familiares ipſorum, qui præter expenſas eis dumtaxat in victualibus exhibendas, exigere vel recipere pecuniam H

Epulas ſumptuoſa à viſitatoribus nõ ſunt quærenda. Munera nõ ſunt ſumenda & minus exigenda.

A pecuniam etiam à volente, ſeu ipſi vel quiſquam ſuorum familiarium, ſimiliter munera recipere quoquomodo præſumpſerint: duplũ eius quod receperunt eccleſiæ, vel monaſterio, ſeu alteri loco ipſius ordinis ſeu religionis eiuſdem, à qua vel à quo id receptum fuerit infra menſem reddere teneantur. Alioquin ex tunc viſitatores huiuſmodi duplum eis vltra huiuſmodi tempus reſtituere differentes, ab officio huiuſmodi & beneficio nouerint ſe ſuſpenſos: quouſque huiuſmodi grauatis eccleſiis, vel monaſteriis, aut locis, de huiuſmodi duplo plenariam ſatisfactionem impendant: nulla eis in hoc dantium remiſſione, libertate vel gratia valituris. Et nihilominus (ſi expedierit) ipſi viſitatores ſic ſuſpenſi, per præſidentes dictis capitulis & eorum quemlibet ad reſtitutionem præfati dupli

Liberalitas ſiue remiſſio non poteſt prodeſſe.

B aucτoritate Apoſtolica per cenſuram eccleſiaſticam & alia oportuna remedia, remoto appellationis obice, compellantur. Et quia procedit de virtute prudentiæ, ſi via ſcandalis præcludatur: inhibemus viſitatoribus memoratis, ne illos ſeu eorum nomina qui eis aliqua ſecreta in viſitationibus reuelauerint præſumant aliis reuelare: niſi tunc demum cum propter reuelata huiuſmodi ad alicuius punitionem vel pœnam fuerit procedendum. Aliter autem huiuſmodi reuelantes puniantur plus vel minus prout facti qualitas exiget ſecundum arbitrium præſidentium eorundem.

Secreta ab aliis cognita non ſunt reuelanda niſi in caſu.

De capitulis generalibus & reddendis rationibus.

C

CAPVT. III.

RVrſus quia in eccleſiis cathedralibus, monaſteriis eiuſdem ordinis ſeu religionis ad ſalutem & proſperitatem noſcitur prouenire cum in eorum ſingulis annuatim generale capitulum celebratur: in quo alij Abbates, Priores, Prælati & adminiſtratores eis ſubiecti, ordinis ſeu religionis ipſius conueniant die præſtituto in illis in quibus ſtatutum exiſtit: dieque ſtatuendo in illis in quibus nondum ad hoc dies huiuſmodi conſtitutus, vt membra ſuo capiti conſonent, & caput reſpiciat ſua membra: Statuimus & etiam ordinamus, vt in ſingulis eccleſiis cathedralibus & monaſteriis antedictis die ſtatuto vel ſtatuendo ſingulis annis generale capitulum celebretur, in quo cum prælatis eorum alij Abbates, Priores,

D Prælati & adminiſtratores immediatè eiſdem ſubiecti ſtudeant conuenire, ad tractandum de reformatione huiuſmodi ordinis ſeu religionis & obſeruantia regulari, necnon corrigant & reforment ibidem tam in ſpiritualibus quam in temporalibus, quæ corrigenda fuerint ac etiam reformanda. Et in quo tam Abbates, Priores, ſeu Adminiſtratores principalium monaſteriorum & adminiſtrantes in ipſis eccleſiis cathedralibus quam prædicti alii ſubiecti de adminiſtrationibus cuiuſcunque, ipſorum reddant in ſcriptis (quamuis non requiſiti) rationem fidelem: ſummas videlicet rerum principalium & groſſarum, quo ad receptas & expenſas annuas veraciter explicando: necnon quanta & qualia ſuperſint, & etiam

Ratio reddẽda eſſe de receptis & expen.

Computa prælatorũ ſeu adminiſtratorũ regularium quid continere debeant.

debeantur: & ex qua cauſa, & à quibus perſonis, aut deſint etiam veraci- E
ter exprimendo. Qui verò legitimè præpediti ad capitulum huiuſmodi
venire nequiuerint: procuratores idoneos ſufficienter inſtructos cum
ſufficienti mandato excuſationum ſuarum, cauſas rationabiles etiam ex-
primente cum poteſtate iurandi in eorum animas cauſas huiuſmodi fore
veras, & reddendi rationem prædictam: & alia faciendi quæ ipſi facerent
ſi præſentes exiſterent, ad illud tranſmittere teneantur. Quia ſi non vene-
rint non impediti legitimè, vel non tranſmiſerint ad idem capitulum (vt
præfertur) pœnis ſubiaceant ſuperius contra non venientes ad capitula
prouincialia inſtitutis. Quorum compulſio & ipſarum pęnarum executio
ad Abbatem iſtius monaſterij principalis in quo ipſum capitulum cele-
bratur, vel ad illum qui maior eſt poſt antiſtitem in illa cathedrali eccleſia F
in qua celebrari continget capitulum prælibatum auctoritate Apoſtoli-
ca pertineat: prout ſuprà de præſidentibus prouincialibus capitulis eſt ſta-
tutum. Et quia memoriam perpetuat & cautelam adiicit conſeruatio
ſcripturarum: volumus & ordinamus quod duæ ſcripturæ cóſimiles fiãt,
rationes huiuſmodi continentes: quarum vna penes illum qui eccleſiæ
poſt antiſtitem, ſeu monaſterio vbi dictum capitulum celebrari conti-
gerit præſidebit: Et alia in archa pro ſigillo capituli eccleſiæ, vel conuen-
tus, monaſterij præfatorum deputata vel deputanda: ſeu alio loco com-
petenti, (de quo huiuſmodi præſidenti, & capitulo, ſeu conuentui vel ma-
iori parti eius videbitur) ad cautelam & prouidentiam neceſſariam & vti-
lem conſeruentur. Volumus inſuper, vt Cellerarij, camerarij, hoſpitalarij, G
elemoſinarij, infirmarij, & alij officiales quicunque quocunque nomine
cenſeantur victum ſeu veſtitum conuentui vel aliis in dictis eccleſiis vel
monaſteriis, ſiue locis conuentualibus miniſtrantes, rationem plenam
& explicitam de receptis & expenſis ratione adminiſtrationum vel offi-
ciorum huiuſmodi ter annuatim, computata ratione quam reddiderint
in generali capitulo (vt præfertur) in fine ſcilicet cuiuſlibet quarti menſis,
etiam irrequiſitis prælatis qui eccleſiis, monaſteriis, & aliis locis conuen-
tualibus præſunt & præerunt ante dictis, & capitulis ſeu conuẽtibus eorũ-
dem, aut illis diſcretis qui ad rationem ipſam audiendam, & fideliter eis
referendam deputati fuerint, reddere teneantur. Prouiſo attentius quo
illi ex huiuſmodi adminiſtratoribus, Prioribus ſeu officiatis, qui grauia &
enormia crimina commiſerint vel committent vel alias demeriti fuerint: H
ſiue per annum excommunicationis, ſuſpenſionis, aut interdicti ſenten-
tias rationabiliter in eos latas pertinaciter tollerabunt, & de his conuicti
fuerint, vel aliàs legitime conſtiterit, ab eorum ſuperioribus cum conſi-
lio ſeniorum eccleſiarum vel monaſterium ſeu locorum prædictorum,
nedum à ſuis adminiſtrationibus, prioratibus vel officiis ſeu beneficiis
amoueri valeant: Scilicet ob crimina vel demerita huiuſmodi pœnis de-
bitis percellantur: vt ſit eis in pænalis confuſionis opprobrium, & per-
nicioſum non tranſeat aliis in exemplum. Ille verò per cuiuſpiam callidi-
tatis

Officiales quocunque nomine cẽſeantur tenẽtur reddere ter in ãno cõputũ ſiue rationẽ Abbatibus & eorũ cõuẽtib⁹ de receptis & eorũ expenſis. Caſus ſiue cãs propter quas vel quis Prior ſeu adminiſtrator amouẽdus ab adminiſtratione.

A tatis ingenium euenire contingat, quin capitula prædicta celebrentur locis & temporibus debitis quemadmodum ſuperius eſt diſtinctum, quia forte prætenderetur occaſio quod eccleſiæ, monaſteria, & loca prædicta grauata forent, & ſumptus exiſterent euitandi: Nos prouidere volentes ne capitulorum ipſorum generalium tantæ ſalutis & proſperitatis fructibus obuenturis malignitatis flatibus reſiſtatur, taliter ordinamus, quod illi qui venire tenentur ad prouinciale de triennio in triennium, ad cuiuſuis eccleſiæ vel monaſterij annuatim capitula prælibata veniant, cum aliis ipſius loci monachis in communi: & familiaribus ſuis clericis & laicis & etiam euectionibus extra eccleſias, vel monaſteria, & loca ipſa de ſuis propriis redditibus prouidere in neceſſariis teneantur: quauis conſtitu-

B tione ſeu conſuetudine contrariis non obſtantibus. Licet autem circa rationes de adminiſtrationibus & officiis (vt præmittitur) reddendas duxerimus prouidendum: quia tamen veritatis claritas latebras non requirit, ſed metas potius patientis claritatis expoſcit: cautius in hac parte ſuper his eccleſiarum, monaſteriorum, & locorum præfatorum occurrentes diſpendiis, & profectibus prouidentes, volumus vt viſitatores capituli prouincialis, qui pro tempore fuerint, cum ad eccleſias, monaſteria, Prioratus, & loca huiuſmodi venerint, eorum officium exequendo, nequaquam obmittant quin de ſtatu ſpirituali & temporali eccleſiarum, monaſterium & prioratuum & locorum prædictorum plenarie ſe informent: vt ſic reformando vel referendo (prout ſecundum iura

Supra ea. li. & ti. acerſi. & in quo Inquiſitio. quã debent facere viſitatores viſitando monaſteria.

C & ordinationes capitulorum huiuſmodi ſalubrius & vtilius fuerit) eccleſiis, monaſteriis, prioratibus, & locis ipſis prouidere valeant viſitatis, prouiſo quod prædicta prouincialia & alia eccleſiarum & monaſteriorum prædictorum capitula non concurrant ad inuicem: ne valeat vnum per aliud impediri. Cæterum ſtatuimus, vt omnes & ſinguli ad eadem capitula venientes non ducant vel duci faciant ſeu permittant euectiones ſeu familiares in numero ſuperfluo ſeu quomodolibet exceſſiuo. ſed numero euectionum & familiarium ſtatui eorum cuiuſlibet congruo, eos volumus & præcipimus eſſe contentos. Ipſi autem familiares & alij quos ducent vel duci faciant ſeu tenebunt ſint humiles & honeſti, de quibus aliquatenus præſumi nequeat quod alicui Abbati, Priori, adminiſtratori, officiato monacho, vel cuicunque alteri cum eis aliis ad ipſa capitula ve-

Familiares monachorum quales eſſe debent.

D nientibus aut in eis morantibus, vel de illis redeuntibus, aut eccleſiis, monaſteriis, Prioratibus, vel aliis eorum locis inferant per ſe aut alios ſeculares vel regulares, ſeu quoſlibet alios in perſonis vel rebus iniuriã vel offenſam: vel quod in aliquo de dictis capitulis, aut in aliqua eccleſia vel monaſterio ſeu loco vbi celebrabuntur, ſcandalum ſuſcitare vel turbationem facere, ſeu diſcordiam vel contentionem mouere præſumant. Quia ſi quis ad inferendum iniuriam vel offenſam huiuſmodi, vt turbetur vel impediatur quodcunque de dictis capitulis ſcienter & ex propoſito tales duxerit vel alias tenuerit ſeu ad hoc diſpoſuerit aut conuocauerit vel reuocari fecerit: & turbatio vel impedimentum huiuſmodi ſi aliqua

Agẽtes & conſentientes pari pœna puniuntur.

ex eis fuerint ſubſecuta:& qui conſentiens extiterit in prędictis vel aliquo E
eorundem, aut dans ſcienter & ex propoſito auxilium, conſilium vel fauorem: ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat. A quo duntaxat, ſi ſit Abbas vel monachus ipſius ordinis, per præſidentes capitulo prouinciali, ſeu eorum aliquem quantum ad ea quæ ipſum capitulum prouinciale concernant, quantum verò ad illa de prædictis quæ annuale capitulum vel eccleſiam ſeu monaſterium, aut alium locum vbi celebrabitur annuale capitulum antedictum, ſeu perſonas aut bona eorum vel alia concernerent per Abbatem vel alium huiuſmodi annuali capitulo præſidentem auctoritate Apoſtolica: Seculares verò & alij religioſi à ſentẽtiis huiuſmodi per locorũ ordinarios, tunc demũ cũ ſatisfactionẽ impenderint congruentem & non ante, poſſint abſolui: niſi commiſſa F
huiuſmodi talia fuerint, propter quæ ſedes Apoſtolica eſſet meritò conſulenda. Et ſi mors vel membri mutilatio ſeu debilitatio alicuius perpetua occaſione prædictorum ſecutæ fuerint: talis nedum ad adminiſtrationẽ vel officium ſeu beneficia aliqua in ordine ſeu religione huiuſmodi, vel ab illis obtinenda exiſtat inhabilis: ſed & obtentis in eis vel ab ipſis ſit eo ipſo priuatus quæ aliis & non ſibi per illum ad quem collatio aut quæuis alia deſpoſitio pertinuerit libere conferantur, vel alius de illis canonicè ordinetur. Eandem quoque ſenten. excommunicationis ipſo facto incurrat quilibet, cuiuſcunque ſit præeminentię, dignitatis, ſtatus vel conditionis, qui per ſe vel per alium malitioſè impediuerit vel impedire fecerit ſcienter & ex propoſito, quominus prædicta capitula liberè valeant G
celebrari: quique præſumpſerit euntes ad illa vel in eis morantes, ſeu de ipſis redeuntes capere, capi facere ſeu captos detinere aut impedire vel eis aut eorum familiaribus in perſonis vel rebus damna, iniurias vel offenſas occaſione huiuſmodi, vt videlicet turbetur vel impediatur celebratio cuiuſcunque ipſorum capitulorum inferre: necnon quicunque ipſius ordinis ſeu religionis qui prætextu viſitationis malitioſè & ex propoſito prædicta vel eorum aliquid per ſe vel alium commiſerit in perſonas Abbatũ, priorũ, & aliorũ maiorũ prædictorũ proprios ſubiectos viſitantiũ vel in perſonas viſitatorũ in prouincialibus capitulis: vel per Abbates alios ſeu prælatos principaliũ, vel propriorũ monaſteriorũ deputãdorũ, vel familiariũ eorundẽ aut in bonis eorũ. Et quicunque prædicti ordinis, qui in viſitationibus huiuſmodi vel correctionibus ſeu executi- H
onibus, proceſſus eorũ malitioſè impediuerit, vel eis procaciter vel proteruè ſe oppoſuerit: aut prædicta faciẽtibus cõſenſerit per ſe vel aliũ, preces minas, literas, auxilia potentiũ, ſecularium, vel laicorũ, ſeu quæcunque alia impedimenta malitioſè procurando, etiam impediens eundem ordinem ſeu religionem ipſam in contributionibus legitimè faciendis. Præſidentes autem prouincialibus & annualibus capitulis prælibatis, & eorum quilibet dum ſimpliciter & de plano eis conſtiterit aliquem ex prædictis præfatam excommunicationis ſententiam incurriſſe, ipſum per omnia eiuſdem ordinis ſeu religionis loca vicina de quibus eis videbitur tam-

Monaſterium ſi fuerit enormiter læſũ ſiue mors aut membri mutilatio fuerit ſecuta, tũc per ſedem apoſtolicã ſolum ſunt tales abſoluendi.

Sẽtẽtia excommunicationis fertur contra magnates impedientes capitula prouincialia et generalia.

Itẽ contra regulares qui prætextu viſitationis aliquid horũ cõmiſerit.

Itẽ contra regulares qui ſe oppoſuerint correctionibus ſiue executionibus proceſſus.

A tamdiu ſolenniter publicent & faciant ab aliis auctoritate Apoſtolica publicari: eis ſuper hoc non parentes per cẽſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compellendo donec congruam ſatisfactionem impenderit: & per ipſos præſidentes dumtaxat vel per duos eorum ad minus auctoritate Apoſtolica fuerit abſolutus. Adhæc tam diuerſorum locorum diœceſanis quam aliis perſonis quæ pro tempore præfuerint ipſis capitulis celebrandis in virtute obedientiæ diſtrictè præcipimus, vt per cenſuram eccleſiaſticam appellatione ceſſante compeſcant aduocatos, patronos, magnates, rectores, vice-dominos, conſules, & milites, ſeu quoſlibet alios, ne cathedrales eccleſias, monaſteria, vel alia loca monaſtica in perſonis vel rebus eorum præſumant offendere quoquomodo: & ſi ſecus
B forſan aliud egerint, eos vſque ad ſatisfactionem debitam per cenſuram eandem (appellatione remota) cogere non poſtponant: vt prælati & alij ſerui Dei dicti ordinis ſeu religionis huiuſmodi, liberis & deuotis mentibus altiſſimo penſum debitum quotidianum ſoluere ſatagant ſeruitutis.

De ſubuentionibus & collectis CAPVT IIII.

PRofectò cum in ſæpe dicta conſtitutione concilij generalis inter cætera ſit expreſſum, quod hi qui conuenerint in triennali capitulo vitã ducant communem, & ſimul omnes communes expenſas proportionaliter faciant: nos attendentes quo propter expenſas huiuſmodi expenſæ
C aliæ nedum pro prouinciali, ſed etiam annuali capitulis prædictis, neceſſariò requiruntur: Statuimus & ordinamus, quod in eiſdem capitulis cuiuſquam contradictione vel abſentia non obſtante, pro libertate, neceſſitatibus, vtilitatibus, expenſis communibus, & alijs cõſuetis (cum onus diuiſum in partes leuius ſupportetur) auctoritate Apoſtolica fiant, imponantur, ſeu inducantur collectæ, ſubuentiones, ſeu contributiones: ſecundum arbitrium præſidentium ſeu diffinitorum, quoad huiuſmodi capitulum prouinciale vel Abbatis ſeu alterius præſidentis, ipſi annuali capitulo & diffinitorum quoad annuale capitulum, antè dictum. Vt autem in conſeruatione collectarum, ſubuentionum, ſeu contributionum huiuſmodi cautela ſecuritatis fideliter habeatur: volumus & ordinamus vt collectæ quæ fiẽt in capitulo prouinciali per tres probos & fideles Abba-
D tes ſeu alios prælatos ipſius ordinis ſeu religionis illius prouinciæ, in qua idem capitulum fuerit celebratum, in aliquo ſecuro monaſterio ſeu alio loco congruenti. Quæ verò fient in ſingularibus eccleſiis, monaſteriis vel aliis locis eiuſdem ordinis ſeu religionis, per tres probos & fideles monachos cuiuſlibet eccleſiæ vel monaſterij ſeu loci, in quam vel in quo (vt præfertur) fient: quorum vnum ponet Abbas vel alius prælatus ipſius loci: aliũ verò Prior vel priores & adminiſtratores ſeu officiarij: & tertium capitulum eccleſiæ ſeu conuentus monaſterii ſeu loci huiuſmodi in vna archa ſerata, tribus diuerſificatis ſeris & clauibus fideliter collectæ, diligenter cuſtodiãtur: & ad vſum duntaxat eorum pro quibus factæ fuerint

De collectis & pecuniis pro ſubleuatione capituli ordinandis.

Onus in partes leuius ſupportatur.

& ad nullos vſus alios conuertantur, pro quibus fideliter conſeruandis & complendis præſtent dicti tres Abbates in præſidentium & præfati monachi in Abbatis & capituli, necnon conuentus eccleſiæ vel monaſterii ſeu prælati alterius loci principalis vbi dictum annuale capitulum extiterit celebratum præſentia corporaliter iuramentum. Nec fieri valeat alia contributio quamdiu aliquid quod ſufficiat de prima contributione contigerit ſupereſſe. Habeantque dicti præſidentes & eorum quilibet, quoad huiuſmodi prouincialia capitula, necnon Abbates, Priores, & maiores, ſeu alij iá dicti poteſtatẽ auctoritate Apoſtolica ſupradicta exigendi, colligendi & leuandi collectas, ſubuentiones & contributiones huiuſmodi, ab omnibus & ſingulis Abbatibus ſubiectis ſi quos habeant: & prioribus, prælatis, adminiſtratoribus officiatis, & beneficiatis quibuſcunque qui erunt ipſi annuali capitulo, ſeu eccleſiæ vel monaſterio aut alij loco principali ſubiecti, & compellendi omnes & ſingulos antedictos eadem auctoritate per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione remota: & alia iuris & ipſius ordinis ſeu religionis remedia ad ſoluendum integrè collectas ſubuentiones & contributiones præfatas, prout in huiuſmodi prouinciali & annuali capitulis fuerit ordinatum: ſuper hoc terminis aſſignatis ac etiam publicandi & exequendi liberæ prædicta & proceſſus: ac ſententias in eccleſiis cathedralibus, & monaſteriis, & aliis locis eiuſdẽ ordinis ſeu religionis quãdo & quotiẽs eis viſũ fuerit expedire: nec non abſoluendi à dictis ſententiis, (congrua tamen ſatisfactione pręmiſſa) & relaxandi ac tollendi omnes proceſſus ſententias ſuſpenſionis & interdicti: & cum eis ſuper irregularitate, ſi qua ſint ligati, profanando diuina vel alias ſe illis immiſcendo: non tamen in contemptum clauium ſuccurrerint diſpenſandi.

Collecta fieri non poteſt quamdiu aliquid quod ſufficiat de prima ſuperſit.

Abbas ſiue inferior qualiter diſpenſare poſſit ſuper irregularitate.

De capitulis quotidianis. Cap. V.

De capitulis in prioratibus cõuentualibus ſingulis hebdomatibus celebrandis.

RVrſus quia per quotidianã & ordinatam factionem capituli regularis fortificatur & durat neruus monaſticæ diſciplinæ: Statuimus & ordinamus, vt in cunctis & ſingulis eccleſiis cathedralibus, monaſteriis & aliis conuentualibus, cæteriſque locis huiuſmodi ordinis ſeu religionis in quibus erunt ſex monachi vel ſupra, & etiam alibi vbi fieri conſueuit capitulum regulare huiuſmodi, capitulum fiat & teneatur die qualibet ordinatim. In quo priuſquam ad quęuis alia procedatur plenè (ſecundum regulam monaſticam & eccleſiarum monaſteriorum conuentualium & aliorum locorum præfatorum conſuetudines approbatas) monachorum ſeu fratrum exceſſus, tranſgreſſiones, & negligentiæ corrigantur: ac de diſciplina & reformatione regulari agatur in illo. Vbi nullus monachus ſeu frater clamoſè aut irreuerenter alterum defendere vel ſuſtinere pręſumat: & quotiens regula pronunciata fuerit à lectore per pręſidentem ipſi capitulo, vel alium cui hoc ipſe iniunxerit, eiuſdem regulæ ſententia vulgariter exponatur.

Regula eſt vulgariter exponenda.

De

A

De ſtudiis. Capvt. VI.

QVia verò per exercitium lectionis acquiritur ſcientiæ margarita, & per ſtudium ſacræ paginæ ad cognitionem excellentiæ diuinæ familiarius peruenitur: ac per agnitionem humani iuris, animus rationabilior efficitur, & ad iuſtitiam certius informatur: nos cupientes vt viri eiuſdem ordinis ſeu religionis, in agro dominico laborantes, in primitiuis, ac deinde in diuini & humani, canonici videlicet iurium ſcientiis inſtruantur, conſtitutioni Clementis Papæ quinti & prædeceſſoris noſtri, de monachis in ſcientiis primitiuis inſtruendis infra monaſteria quibus degunt editæ inhærentes, illã volumus & præcipimus firmiter obſeruari: *Extra in de.c. ve in agro. de ſta. mo.*

B & nihilominus adiiciendo ſtatuimus & ordinamus, vt in quibuſlibet eccleſiis cathedralibus, monaſteriis, Prioratibus, & aliis conuentualibus & ſolennibus locis, quibus ad hoc ſuppetunt facultates ordinis ſeu religionis huiuſmodi, deinceps habeatur magiſter qui monachos eorum doceat in huiuſmodi ſcientiis primitiuis, videlicet grammatica, logica & philoſophia: prouiſo attentius, vt ſæculares inſtruendi cum ipſis monachis docendis in eiſdem Eccleſiis, Monaſteriis, Prioratibus, & locis nullatenus admittantur. *Seculares cum monachis inſtrui nõ debẽt.* Cui quidem magiſtro ſi monachus non fuerit ipſius ordinis ſeu religionis de pane & vino & pictantia prouidere quotidie ſicut vni ex monachis eccleſiarum, monaſteriorum, Prioratuum ac locorum huiuſmodi teneantur illi qui talia tenentur in eis capitulis eccleſiarũ monaſteriorum Prioratuum, & locorum ipſorum conuentibus ſeu mo- *Pẽſio pro victualibus magiſtro nonitiorũ aſſignata.*

C nachis miniſtrare: necnon pro veſtimentis, calciamentis, & ſalario congrua penſio annua aſſignetur: quæ tamen viginti librarũ turonen. paruorum, ſummã nequaquam excedat: quæ de infraſcripta communi contributione ſoluetur, donec pro ea & penſionibus monachorum ſtudentium ad generalia ſeu ſolennia ſtudia mittendorum certi & perpetui redditus aſſignati fuerint: prout infra expreſſius & plenius continetur. Si verò in eccleſiis, monaſteriis, Prioratibus vel locis prædictis ſit monachus idoneus ad prædicta: monachus ipſe per antiſtites in cathedralibus eccleſiis, in monaſteriis verò & aliis locis præfatis per ſuperiores ſuos inſtruere fideliter ipſos monachos in prædictis ſcientiis deputetur: & ad hoc ſi neceſſe fuerit compellatur. *Infra de pẽſio. ſtu. §. volumus.* Cui ſcilicet monacho inſtructori decem libræ tu-

D ronenſes, vltra victum & veſtitum, pro libris emendis, vel aliis ſuis neceſſitatibus, iuxta diſpoſitionem ipſius antiſtitis, vel dictorum ſuperiorum deputentur. Antiſtites verò & alij ſuperiores prædicti prædictos monachos, qui dociles fuerint, cum conſilio proborũ & ſeniorum eccleſiarum, monaſteriorũ, Prioratuũ & locorũ huiuſmodi eligere teneãtur: & ordinare de certo numero eorundẽ, ac de locis & tẽporibus, quibus lectionibus, quibuſve diuinis officiis ſeu obſequis aliis opportunis intendãt poſſintq; dicti antiſtites & ſuperiores dictos magiſtros inſtructores & inſtruendos cũ cõſilio proborũ & ſeniorũ prædictorũ (prout eis expediens viſum fuerit) remouere: & loco eorum alios ſubrogare. Præcipimus inſuper in virtute

obedientiæ cunctis viſitatoribus in prouincialibus capitulis deputandis, E
quod omnia & ſingula de magiſtris inſtructoribus & perſonis inſtruẽdis, & aliis circa ea ſuperius ordinata faciant auctoritate Apoſtolica per cenſuram eccleſiaſticam, & alia opportuna remedia (appellatione remota) firmiter obſeruari. Et nihilominus ea quæ ſuper prædictis fecerint & inuenerint præſidentibus capitulo prouinciali referant: qui etiam auctoritate Apoſtolica præfata ſi videatur eiſdẽ vel ipſorum maiori parti, contra negligentes vel rebelles in præmiſſis fortius procedere non poſtponant.

De ſtudentibus ad generalia ſtudia mittendis. CAPVT VII.

CÆterum quia expedire dignoſcitur, vt poſtquam præfati monachi in prædictis ſcientiis primitiuis eruditi fuerint, ad ſacræ theologiæ vel canonum tranſeant facultates: Statuimus & ordinamus, F
vt eccleſiæ, monaſteria, Prioratus, & alia loca huiuſmodi ſingula, videlicet eorum cum ſuis membris inferius declarandis, de quolibet numero vicenario monachorum, vnum aptum pro fructu maioris ſcientiæ acquirendo, ad generalia ſeu ſolennia ſtudia mittere teneantur: & quilibet ipſorum mittendorum de infra ſcripta penſione annua prouidere. Sic autem huiuſmodi numerum vicenarium volumus computari: vt illi duntaxat monachi numerum ipſum efficiant in hoc caſu, qui ſunt ſeu erunt in eccleſiis, monaſteriis, vel locis principalibus, & in locis alijs eiſdem Eccleſiis, monaſteriis & locis principalibus ſubiectis, habentibus octo monachos ſiue plures: & hi ſolum cum monachis eccleſiarum, mo- G
naſteriorum & locorum principalium huiuſmodi in computatione ac miſſione huiuſmodi coniungãtur. Declaramus inſuper quod ſi forſan vltra dictum numerum vicenarium aliqui ſupereſſent, qui tamen vicenarium alium non complerent, non propter hoc arceantur ſuperiores eorum, eorumque capitula ſeu conuentus aliquem mittere ad ſtudia prælibata: niſi alias eſſent ad mittendũ plures aſtricti virtute conſuetudinis, ſtatuti, vel ordinationis alterius cuiuſcunque: quibus cõſuetudini, ſtatuto vel ordinationi, per hæc non intendimus in aliquo derogare. Eligantur quoque ipſi monachi mittendi, prout in ſcientia theologiæ vel iuris canonici ſeu magis in vna quã alia ipſarũ aptiores poterunt inueniri. Sic tamẽ quod ſi apti reperiantur pro ipſius theologiæ ſtudio: ad minus medietas mittendorum pro ipſo theologiæ ſtudio deſtinetur, vel etiam quanto plures H
aptiores potuerint inueniri, ac reliqua medietas eorundem mittendorũ ad ipſius iuris canonici ſtudium tranſmittatur. In electione nãque dictorum monachorum ad huiuſmodi ſtudia mittendorum, ſubſequentẽ ordinationẽ modificatã duximus adhibẽdam: quod videlicet quiuis antiſtes cathedralis eccleſiæ monachis octo probos & ſeniores monachos ipſius eccleſiæ per eius capitulum ſeu maiorem partem ipſius eligendos (inter quos non vt prælatus, ſed vt monachus duntaxat vocem habeat) iuramento infraſcripto aſtringat ad nominandũ & eligendũ ſecũ mittendos monachos antedictos: ipſeque antiſtites huiuſmodi monachos nominatos

Monachus aptior mittendus eſt ad generale ſtudium

Numerus vicenarius qualiter ſit computandus.

Monachi mittendi ad ſtudia generalia qualiter ſunt eligendi.

Numerus eligẽtiũ in eccleſia ca-

A tòs& electos per eum & alios octo prædictos ſeu maiorem partem eorum licentiare ad eum dum ad huiuſmodi ſtudia teneatur infra tempus inferius declarandum. Quilibet verò Abbas, ſeu Prior, vel alius locum conuentualem & ſolennem obtinens quattuor monachos eligat de ſuo monaſterio ſeu loco ſeniores, quos eſſe ſinceriores in zelo& diſcretiores in iudicio exiſtimauerit: & corporali iuramento aſtringat eoſdem, quos reiectis gratia, odio vel timore quibuſcunque & qualitercunque ſecundum Deum & prout magis expedire viderint perſonis & locis cum conſilio inſtructoris ſi monachus fuerit cum iuramento ſimili aſtringendi illos ex monachis inſtructis in eiſdem primitiuis ſcientiis, & in obſeruantiis regularibus informatis, ſiue in eccleſiis, monaſterijs, & aliis locis principalibus B ſeu membris reſideant ad prædicta ſtudia mittendos: iuxta mittendorum huiuſmodi prętaxatum numerum, nominent ſeu eligant coram eo, quos dociles eſſe nouerint, & vitæ ac morum honeſtate decoros, ad puritatem religionis tenendam, & ad acquirendum fructum ſcientiæ aptiores. Taliter autem nominati ſeu electi ab eis, vel vbi concordes non eſſent à maiori parte ipſorum, ſiue vbi quilibet nominaret & eligeret diuerſos, illi quos ex ipſis nominatis & electis Abbas vel Prior ſeu alius locum conuentualem & ſolennem obtinens elegerit, ad prædicta ſtudia deſtinentur: ita quod in feſto exaltationis ſanctæ crucis, vel circa ipſi taliter nominati & electi in ſtudio Pariſienſi exiſtant qui Pariſius fuerint deſtinandi: in aliis verò ſtudiis in feſto ſancti Lucæ, vel circa infallibiliter ſint præſentes. C Quia ſi dictus antiſtes annis ſingulis quibus præfati monachi ad eadem ſtudia mitti debebunt, vel in locum illorum alij ſubrogari, infra decem dies feſtum aſſumptionis beatæ Mariæ virginis immediatè præcedentes cum dictis octo probis minimè nominauerit & elegerit ac licẽtiauerit (vt præfertur) ipſis decem diebus elapſis ad Priorem qui poſt eum præerit monachis eccleſiæ ſuæ in regularibus diſciplinis ſeu alium his& in illis præſidentem quocunque nomine nuncupetur cum conſilio & aſſenſu quattuor proborum monachorum eiuſdem eccleſiæ quos dictus Prior vel alius (vt prædicitur) præſidens elegerit: & quos ſimiliter vt de Abbate ac Priore, vel alio locum conuentualem & ſolennem obtinente prætangitur, ſimili iuramento aſtringat, poteſtas huiuſmodi nominandi, eligendi, & licentiandi liberè deuoluatur. Si verò idem Prior vel alius D præſidens (vt præfertur) id non fecerit: pœnas ipſo facto incurrat inflictas infra proximè contra Abbates vel Priores, ſeu alios loca conuentualia & ſolemnia obtinentes, qui ſuper hoc extiterint negligentes, Abbas quoque vel Prior, aut alius huiuſmodi locum conuentualem & ſolemnem obtinens, qui ſeniores prædictos infra præfatos decem dies non elegerit, vt præfertur, ipſoſque dicto non aſtrinxerit iuramento, aut nominatos & electos per illos ad ſtudia non licentiauerit memorata: pœnas incurrat inflictas Abbatibus vel Prioribus, ſeu aliis loca huiuſmodi conuentualia & ſolemnia obtinentibus ſoluere neglĩgẽtibus, id quod pro huiuſmodi mittẽdis ad ipſa ſtudia fuerit aſſignãdũ,

thedrali quis eſt.

Numerus eligentium in monaſterio ſiue alio regulari loco quis eſt.

Forma iuramẽti eligẽtiũ monachos mittendos ad ſtudia generalia.

Tempus electionis monachorum mittendorum ad ſtudia generalia.

pro rata ipſos contingente ſecundum gradum, modum, & ordinem infra proximè ſequentes: à quibus liberari vel abſolui non valeant niſi per præſidentes, prouincialibus capitulis illius prouinciæ in qua fuerint Abbates, priores, vel alij loca conuentualia & ſollemnia (vt prædicitur) obtinentes: ſuper his negligentes, ſeu per aliquem eorundem, nec etiam ab ipſis pręſidentibus quouſque præmiſſa negligẽter omiſſa impleuerint: & ad eorundem præſidentium arbitrium ſatisfecerint competenter: quos etiam negligentes ipſi præſidentes & eorum quilibet ad omnia & ſingula prædicta & infraſcripta complenda per cẽſuram eccleſiaſticam & alia iuris & ipſius ordinis ſeu religionis remedia compellere, ſub moto appellationis obſtaculo, auctoritate Apoſtolica teneantur. Et vt hæc celerius & expedientius compleãtur, ordinamus quod dicti ſeniores eligendi per eoſdem Abbates vel priores ſeu alios maiores in eccleſiis cathedralibus poſt antiſtites ac alios loca conuentualia & ſolennia obtinentes, ſtatim cum electi fuerint, & huiuſmodi iuramentum præſtiterint: includantur in aliquo loco ſecreto, de quo nullatenus permittantur exire, donec infra diem incluſionis huiuſmodi, in ſcriptis eorum Abbatibus vel aliis ſuperioribus proximè dictis nominauerint & elegerint ſupradictos ad ſtudia deſtinandos. quod ſi non fecerint, elapſa die huiuſmodi, ad ipſos Abbates & ſupradictos eligendi & licentiandi eoſdem, poteſtas liberè deuoluatur: qui ſecundum Deum & bonam conſcientiam infra tres dies immediatè ſequentes, dociles & aptiores vitamque honeſtam & religionem ſeruantes, vt præmiſſum eſt, licentiare teneantur ad prædicta ſtudia tranſmittendos. Si qui verò Abbates, Priores, vel prælati alij Abbates proprios non habentes, ſeu adminiſtratores vel cæteri quicunque ad hoc obligati illud quod ipſis monachis mittendis ad ipſa ſtudia fuerit aſſignatũ, pro rata ipſos cõtingẽte in termino vel terminis ad id ſtatutis ſoluere non curauerint: vltra quantitatem quam ſecundum taxationem cõtingentem eoſdem ſoluere tenebantur infra menſem, tantundem nomine pœnæ ſoluere ſint aſtricti. Quia ſi non fecerint, ſit eis tam diu eo ipſo eccleſię interdictus ingreſſus: donec tam principale ad quod tenebantur quam huiuſmodi aliam quantitatem nomine pœnæ, vt præfertur, appoſitã, duxerint perſoluendam. Et ſi ex tunc per quatuor menſes huiuſmodi ſuſtinuerint interdictum, ſint ipſo facto tamdiu à diuinis ſuſpenſi: donec integre huiuſmodi principale ac pœnam ſoluerint, nulla eis remiſſione in præmiſſis quomodolibet profutura. Quantitas autem huiuſmodi nomine pœnæ, vt prædicitur, exſoluenda in acquiſitionem librorum vtilium & alios profectus dictorum ſtudentium, quam etiam quantitas quam per contemnentem ſatisfacere in termino aſſignato, ſtudentibus ipſis mitti præcipimus ad ipſius contemnentis expenſas iuxta ſuperioris ſui arbitrium conuertatur. Præmiſſis quoque adiicimus quod priores, vt cæteri adminiſtratores Abbates proprios non habentes, ſeu quiuis alij beneficiati, qui huiuſmodi ſummas ſoluere contempſerint, & prænominatas pœnas per alios quattuor menſes immediatè ſequentes ſuſtinuerint

Iuramento præſtito includantur electores monachorum mittendorum ad ſtudia generalia.

Ingreſſus eccleſiæ quibus interdicitur.

Suſpenſio à diuinis qualiter noceat.

Pœna pecuniaria ad quæ cõuertenda ſit.

B F G H

A rint animis induratis: excommunicationis ſententiam eo ipſo incurrant. A qua non poſſint abſolui, niſi debita ſatisfactione præmiſſa: & tunc per præſidentes dumtaxat capitulis prouincialibus illius prouinciæ cuius erūt vel alterum eorundem. Quam ſi per annum pertinacibus animis ſuſtinuerint, ſint eo ipſo cunctis beneficiis quæ obtinuerint priuati: & de beneficiis huiuſmodi per illos, ad quorum collationem ſeu quamuis aliam diſpoſitionem pertinuerint, liberè in perſonis aliis diſponatur.

De penſionibus ſtudentium. CAP. VIII.

SAne quia proſecutiones liberalium ſtudiorum, præcipuè in generalibus ſeu ſecularibus ſtudiis, diuerſa requirunt onera expenſarum: B nos huiuſmodi monachis mittēdis ad ipſa ſtudia & pro eis & aliis ratione dictorum ſtudiorum penſiones in quantitatibus ſubſequentibus prouidemus fore annis ſingulis miniſtrandis & infraſcriptis terminis tranſmittendis: videlicet pro magiſtro in theologia in ſtudio generali legente sexaginta, bacchalaurio necnon ſcholari theologiæ quadraginta: doctori decretorū iura canonica in huiuſmodi ſtudio legenti quinquaginta, bacchalaurio verò ſeu ſcholari canoniſtæ trigintaquinque librarū turonen. paruorū vel earū valorē in alia moneta, tā pro victualibus, veſtimentis & calciamentis, quam pro libris & quibuſcunque aliis neceſſitatibus eorūdē: illis videlicet qui ad ſtudiū Pariſien. in feſto Exaltationis ſanctæ crucis vel circiter, iis verò qui ad alia ſtudia deputati fuerint, in feſto B. Lucæ vel C circa ſingulis annis per illum vel illos qui ad ipſas penſiones colligendas deputati fuerint infallibiliter tranſmittendas: & per illos qui tenebuntur ad ſoluendum eaſdem in feſto Aſſumptionis beatæ Mariæ annis quibuſlibet ipſis collectoribus integraliter perſoluendas. De quibus quidem pēſionibus dictis ſcholaribus (vt præmittitur) miniſtrandis, quilibet ſcholaris habeat pro quotidianis expenſis viginti libras duntaxat: & pro veſtimentis & calciamentis ſex libras tantum: de reſiduo verò ementur libri, ac prouideatur de ipſis quæ ratione infirmitatum, vel alia neceſſaria ſibi erunt. Nullus autem cuiuſcunque fuerit præeminentiæ, dignitatis, conditionis, aut ſtatus, ſiue collector penſionum huiuſmodi ſeu redditruum aſſignandorum, pro ipſis vel pro quocunqne alio nomine fuerit deputatus, aliquid ſibi vel alteri, ſeu vſui cuicunque & quantumcunque pio de D præfatis penſionibus vel de fructibus, redditibus, ſeu prouentibus qui aſſignabūtur pro penſionibus ipſis, quomodolibet applicare vel dare ſeu cōmutare aut quomodolibet alienare præſumat. Qui verò contrariū fecerit, & qui addendas vel mittendas illis extiterit deputatus, ſi eas (vt præmittitur) in eiſdem terminis dictis ſtudentibus non dederit vel miſerit, pœnas eo ipſo incurrat ſtatutas contra non ſoluentes id quod monachis mittendis ad dicta ſtudia fuerit aſſignatum, ſecundum ſtatum ipſorum non ſoluentiū, & iuxta gradus & ordinem ſuperius denotatos. Si verò laicus extiterit, excōmunicationis incurrat ſententiā eo ipſo: à qua (niſi debita

Pēſio qualis debeatur ſcholaribus, penſio magiſtri in theologia.

Pēſio bacchalaurij canoniſtæ ſiue ſcholaris.

Tempus miſſionis penſionis ſtudentibus.

Infirmari monaſterij nō tenetur prouidere monachis ſtudētibus circa infirmitatē.

Pœna non ſoluentium penſionem ſtudentiū.

Contributio ad penſiones ſcholarium.

fatione præmiſſa) nequeat abſolutionis beneficium obtinere. Et vt onus huiuſmodi penſionum leuius ſupportetur: Statuimus & ordinamus vt ſoluantur penſiones huiuſmodi, & etiam penſio dicti magiſtri qui monachos in primitiuis ſcientiis inſtruet (vt præfertur) per capitula cuiuſlibet eccleſiæ cathedralis ipſius ordinis ſeu religionis: & per beneficiatos quorumlibet beneficiorum monachalium eiuſdem, & cuiuſlibet monaſterij Prioratus, & loci ordinis ſeu religionis huiuſmodi, & membrorum ſuorum, de communi contributione inter caput & beneficia ſeu membra omnia & ſingula ad ipſum caput pertinentia vel dependentia ab eodem facienda ſecundum taxationem vel extimationem decimæ in taxatis. In non taxatis verò beneficiis proportionabiliter & rationabiliter ſecundum valorem ipſorum, in primo cuiuſlibet eccleſiæ cathedralis eiuſdem ordinis ſeu religionis, ac monaſterij, ſeu prioratus, vel alterius loci Abbatem proprium non habentis capitulo generali per Priores, vel alios maiores poſt antiſtitē in cathedralibus eccleſiis. In monaſteriis verò Prioratibus, vel aliis ſupradictis per Abbates, vel Priores, ſeu alios præſidentes eiſdem cum conſilio & aſſenſu capituli, ſeu conuentus, ſeu maioris partis ipſorum. Quam ſi fortè facere neglexerint, vel noluerint, præſidentes prouinciali capitulo illius prouinciæ, vbi tales negligentes fuerint, & quilibet ipſorum præſidentium: ac viſitatores per dictum prouinciale capitulum deputati, & eorum quilibet ipſos negligentes auctoritate Apoſtolica per cenſuram eccleſiaſticam, & alia opportuna remedia ad illam faciendam (appellatione ceſſante) compellere teneantur quouſque certi & perpetui redditus pro ipſis penſionibus exoluendis extiterint aſſignati. Volumus autem quod per illos qui ad hoc per nos cum ſufficienti poteſtate fuerint deputati, cum antiſtibus in cathedralibus eccleſiis monachalibus, & cum Abbatibus & Prioribus & aliis loca conuentualia: & ſolemnia (vt prædicitur) obtinentibus cum conſilio & aſſenſu capitulorum & conuentuum eorundem auctoritate Apoſtolica prædicta poſſint pro prædictis penſionibus aſſignari, vel adinuicem vniri, aut eccleſiis cathedralibus monaſteriis, ſeu locis aliis conuentualibus ſupradictis, vel eorum adminiſtrationibus, aut officiis, ſeu locis vicinioribus ad eccleſias cathedrales, monaſteria, Prioratus, ſeu loca huiuſmodi pertinentibus, prout erit commodius, Prioratus aliaque beneficia eccleſiaſtica ſine cura ipſius ordinis, ſeu religionis cōſueta monachis aſſignari: & ad eccleſias cathedrales, monaſteria ſeu loca alia couētualia præfata ſpectātia: dū tamē ipſa beneficia tāto tēpore ab vno, vel pluribus monachis fuerint cōtinuè, ac pacificè gubernata vt præſcriptio legitima ſit completa, etiam ſi ante, vel poſt clerici ſeculares quandoque miniſtrauerint in eiſdem: dummodo per ipſos clericos legitima præſcriptio minimè ſit impleta. Quod ſi fortè huiuſmodi Prioratus, ſeu beneficia ſine cura non inueniantur accommoda, vel non ſufficiant ad præmiſſa poſſint per prædictos modo præmiſſo, & vt commodius fieri poterit

Vniri poſſūt beneficia ſiue officia regularia ſiue officia curam animarum nō habententia pro pēſionibus ſtudentiū.

Officia prioratus aut beneficia in monaſterio quæ nō habēt curā animarum poſſunt vniri.

super

A ſuper aliis Prioratibus, adminiſtrationibus, ſeu beneficiis monachalibus curatis (ſi facultates eorum ad hoc ſufficiant) aliis eorum oneribus ſupportatis, de parte dumtaxat quam monachi percipiunt ex eiſdem pro prædictis perpetuè penſiones imponi. Prohibemus autē quod nulli monacho quodcunque beneficium quamtumcunque modicum, vel aliam pēſionem habenti (niſi ea omnino dimitteret aliis conferenda vel aſſignanda) poſſit aliqua de dictis penſionibus ſtudentium aſſignari, vel aſſignata dimitti: nec in ipſa ſibi ius aliquod acquiratur: immo ſi aſſignationi penſionis huiuſmodi conſenſerit: eo ipſo priuatus exiſtat quocunque beneficio ſeu quauis alia penſione: ſi quod vel quam forſitan antea obtinebat. Si verò ipſi monacho habenti pēſionem huiuſmodi ſtuden-
B tium, beneficium aliquod quantumcumque modicū conferatur: adepta ipſius poſſeſſione pacifica, ipſo facto vacet dicta penſio: eaque priuatus exiſtat, ſtudenti alteri aſſignanda: vt non deſit ſtudens de numero inſtituto. Nec per noſtras litteras à ſede Apoſtolica vel Legatis ipſius ſuper prouiſione quorūlibet monachorum, aut aliorū directas, de ſtudentium penſione aliqua prædictorum cuiquam valeat prouideri: nec alicui alteri, niſi nominatus electus & licentiatus fuerit: prout eſt ſuperius ordinatū, alias nulla ſit aſſignatio huiuſmodi ipſo iure, nec per eā ius alicui acquiratur: & tam aſſignans quam accipiens teneantur ad reſtitutionem omnium quæ exinde recepta fuerint faciēdam: quæ in libris vel aliis neceſſitatibus dictorum ſtudentium conuertantur: & nihilominus pœnis
C ſubiaceant ſuperius deſignatis. Prohibemus inſuper, ne libri Eccleſiarum Cathedralium, monaſteriorum, & aliorum locorum prædictorum qui dictis ſtudentibus fuerint aſſignati, ſeu eis à cōſanguineis vel amicis dati, aut per eoſdem ſtudentes alias licitè acquiſiti, per eos alienentur detrahantur, ſeu etiam obligentur. Quinimmo volumus, quod dicti libri (defunctis eiſdem ſtudentibus quibus fuerint aſſignati) ad Eccleſias monaſteria, ſeu alia loca prædicta, liberè reuertantur. Volumus etiam quod ſi in Eccleſiis, monaſteriis, ſeu locis præfatis libri multiplicati fuerint, libris neceſſariis in ipſis Eccleſiis monaſteriis & locis remanentibus: de cæteris libris per antiſtites in Eccleſiis Cathedralibus, & in monaſteriis, vel aliis locis prædictis, per eorum prælatos & de conſilio eorum, cum quorum conſilio ſtudentes præfati, ſunt (vt præmiſſum eſt) eligendi: fiat con-
D ueniens diſtributio inter ſtudentes eoſdem. fiátque prius memoralis ſcriptura de perſonis ſtudentium, quibus dicti libri tradentur, & librorum nominibus prædictorum: quæ quidem ſcriptura in Eccleſiis, monaſteriis vel locis huiuſmodi conſeruetur. Si quis verò de ſtudentibus ipſis, per ſe vel alium, librum ſeu libros huiuſmodi (qui ad eum præmiſſis modis peruenerunt) diſtraxerit aut obligauerit: niſi pro vtilioribus vel pluribus libris emendis: & tunc de licentia ſuperioris ſui petita humiliter & obtenta: eo ipſo ſit inhabilis per biennium, ad quodcumque beneficiū obtinendum. Et nihilominus ad clauſtrum ſuum de ſtudio reuocetur, & loco ſui alius ſubrogetur: & etiam per ſuperiorem ſuum (prout facti qua-

Monach' obtinēs officium, aut beneficium non poteſt habere pēſionem debitam ſcholaribus ſimul & ſemel alias priuatur vtroque: quia ſunt incompatibilia.

Libri qualiter debeant conſeruari & diſtribui.

Scriptura memoralis fieri debet de omnib' diſtributis.

Inhibetur ſcholarib' ne alienēt aut vendāt libros ſuos, niſi in caſibus hic poſitis.

litas exegerit,) alias grauiter puniatur. Præſidentes inſuper & alij conuenientes in dicto capitulo prouinciali ordinare debent, qualiter dicti ſtudentes viuere ſeu ad inuicem ſe habere debebunt: qualiter & ex quibus cauſis ante tempus etiam regulariter præſtitutum poterunt & debebunt de ſtudiis huiuſmodi reuocari: & in locum eorum alij totidem numero ſubrogari, iuxta modificationē ſuperius deſignatam. Vbi autem erit aliquis de ipſis ſtudentibus qui ſit vitæ laudabilis aliuſque idoneus & diſcretus, & ad bacchalaureatum vel magiſterium diſpoſitus vel propinquus, idem prior dictorum ſtudentium qui erit pro tempore, cum conſilio aliquorum proborum ſtudentium eorundem ſcribat præſidentibus antedictis; vt prælato ipſius proprio mandent, & ordinēt cum eodem, quod talem non reuocet: ſed eum in ſcientia proficere, & ad ſtatum bacchalaureatus honorem magiſterij peruenire, lecturámque continuare permittat, ac ipſum & alios ſimiles quos iam in ſciētia laudabiliter proficere cognouerit, dignis attollat honoribus, & promotionibus efferat opportunis. Prouideant quoque præſidentes & alij præfati conuenientes in ipſo capitulo prouinciali, quod monachi ad dicta ſtudia tranſmittēdi (prout cōmunius & commodius fieri poterit) diſtributi in ſimul commorentur, ſaltem deni ad minus: & deni huiuſmodi non poſſint vltra quattuor ſeruitores habere, computato in eis coco, ſeu ſeruitore coquinæ: deputent etiam iam dicti præſidentes in ſingulis eorū prouincialibus capitulis ſpeciales viſitatores huiuſmodi ordinis, ſeu religionis prouinciæ, infra quam erit ſtudium, in quo ſtudentes huiuſmodi morabuntur. Quibus ſiquidē viſitatoribus & etiam aliis viſitatoribus per prouincias, ad viſitandum cathedrales Eccleſias monachales, monaſteria, & alia loca ipſius ordinis ſeu religionis, per prædicta prouincialia ordinandi: necnon dictis ſtudentium prioribus in virtute obedientiæ diſtrictè præcipimus: vt omni fauore, gratia, odio, & perſonarum acceptione ſemotis, ex puritate conſcientiarum ſuarum, ſecundum quod Deo magis placere, & huiuſmodi ordini ſeu religioni expedire crediderint, in his quæ circa ipſos ſtudentes in ordinationibus noſtris præſcriptis & ſubſcriptis ſalubriter ſtatuuntur, ſint ſolliciti & attenti: & quod ſi forſan per antiſtites Eccleſiarum cathedralium, monachalium, Abbates, Priores, & adminiſtratores alios monaſteriorum & aliorum locorum ipſius ordinis ſeu religionis, eorúmque capitula & conuentus illa quæ de ſcholaribus mittendis ad ſtudia, & penſionibus aliis quæ præmittuntur inuenerint non completa: plenam de ipſis relationem faciant in capitulis prouincialibus cuiuſcunque prouinciæ ſuperius limitatæ, qualitérque in ipſis ſequentibus capitulis ea ordinari & compleri omnino debeant, vel quæ minus conſideratè ordinata fuerint corrigantur: aut vt bona etiam in meliora mutentur: prout hæc vel alias ex ſucceſſione temporum, ac probatione factorum poterunt apparere. Ordinamus inſuper vt iidem præſidentes habeant plenariam poteſtatem faciendi compleri & inuiolabiliter obſeruari auctoritate Apoſtolica omnia & ſingula ſupradicta: necnon contradictores & rebelles,

Religioſus bene meritus in aliqua ſciētia nō debet à ſtudio per ſuperiorem reuocari ſed debet permitti quod aſcēdat ad gradus dicta ſcientia & cum honoribus extolli.

Monachi ſtudētes in ſtudio generali debent ſimul morari.

Prior generalis ſtudy debet viſitare cum viſitatoribus quādo viſitant ſtudentes.

Viſitatores reperiētes aliquē prælatum regularem non obſeruantē quæ ſtatuuntur de ſtudentibus debēt denūciare capitulo prouīciali.

E F G H

per

A per cenſuram eccleſiaſticam, & per alia iuris & ipſius ordinis ſeu religionis remedia, ſublato appellationis obſtaculo, compellendi & proceſſus ac ſententias eorum in locis eiuſdem ordinis ſeu religionis ſolemniter publicandi & illos qui ſententias eorum incurrerint (præmiſſa congrua ſatisfactione) iuxta formam Eccleſiæ abſoluendi. Præcauere nempe volẽtes, ac etiã prouidere dictis ſcholaribus in eiſdem ſtudiis morantibus, & etiam moraturis, eo quod abſint ab eorum cœnobiis, regularis nõ deſit ſalubre gubernaculum diſciplinæ: Ordinamus & volumus, quod capitulis prouinciarum, in quibus erunt huiuſmodi ſtudia, præſidentes vnum Abbatem vel priorem ipſius ordinis, ſeu religionis cuiuſlibet ipſorum ſtudiorum vicinum & quem quotiens eis placuerit ponere valeant & mutare

Poteſtas fulminãdi & publicãdi ſententias.

Poteſtas abſoluẽdi à ſentẽtiis.

Prior eſt ponendus annuatim qui religioſos ſtudentes dirigat & corrigat & reformet verbo pariter & exemplo.

B ordinent, & aſſignent. qui Abbas vel prior ex prædictis ſtudẽtibus, vnum inibi monachorum priorem ſtudentium deputet, per vnum tantum annum duraturum. Quem quidem priorem dicti etiam præſidentes ipſi mutare valeant: quotiens videbitur expedire: quique potens in opere ac ſermone per directionẽ verbi, & ducatum exempli, eoſdem monachos ſtudentes tractando ipſos, quotiens opus fuerit, & ſibi videbitur expedire, conuocet ad locum competentem, illiſque quo ad regularẽ præſideat diſciplinam & poteſtatem habeat illos corrigendi, puniendi, & abſoluendi, & cum eis diſpenſandi (quamdiu in ipſis ſtudiis moram traxerint) ab omnibus, à quibus, & ſuper quibus, & prout poſſet Abbas vel alius prælatus eorum proprius, in monaſterio, vel alio loco, vnde cœnobitæ, ſeu

Prior generalis ſtudij poteſt conuocare omnes religioſos ſtudẽtes in locũ cõpetentem: eoſque corrigere punire & abſoluere.

C clauſtrales exiſtunt, ipſoſque informãdi, & inſtruendi, ac tenendi ſub regularibus diſciplinis, & illos etiam coërcendi ne vagentur, vel actibus ſeu operibus vacent illicitis: ſed ſtudeant & proficiant ſicut decet, viuantque laudabiliter & honeſtè. Prouideat inſuper quod dicti monachi ſtudẽtes expenſas faciant moderatas, & non ſuperfluas, vel aliquatenus exceſſiuas: eoſque cogat ad reddendum de receptis, & expenſis in fine cuiuſlibet mẽſis (vel prout alias ſibi videatur) rationem illi, vel illis prouidis, & diſcretis, quos idem prior ad hoc duxerit deputandos. Et quando eorundem ſtudentium demerita, ſeu conditio ſuaſerit eos à ſtudio reuocari, prior ipſe teneatur id (conſultè tamen cautè & ſollicitè) antiſtiti, Abbati, vel alij prælato eorum proprio per ſuas litteras intimare. Idẽmque antiſtes, Abbas, ſeu prælatus proprius eos reuocare debeat: & in locum eorum toti-

Studentes tenentur reddere rationem de expenſis priori generali ſtudiorum.

D dem monachos ſubrogare, appellatione, contradictione, vel reclamatione reiectis. Concedimus quoque dicto priori eadem auctoritate Apoſtolica plenariam poteſtatem dictos monachos ſtudentes quamdiu in ipſis ſtudiis fuerint, ab excommunicationum & ſuſpenſionis ſententiis dumtaxat quæ contra ſtudentes in locis vbi erunt dicta ſtudia generaliter ex cauſis minoribus prolatæ, vel per ſtatuta ſui ordinis, ſiue ſuæ religionis, aut Eccleſiæ ſeu loci eius vnde cœnobitæ ſunt inflictæ fuerint: à quibus Abbas vel alius prælatus eorum proprius de iure vel permiſſione ſuæ regulæ abſoluere potuiſſet congrua ſatisfactione præmiſſa, iuxta præfatam formam Eccleſiæ abſoluendi: & cum eis ſuper irregularitate quã ex cau-

Prior generalis ſtudij poteſt abſoluere monachos ſtudentes à ſententiis excommunicationis ſuſpenſionis & interdicti.

ſis huiuſmodi ſic ligati celebrando diuina, ſeu illis ſe alias immiſcendo, E

Inferior poteſt diſpẽſare ſuper irregularitate qui eſt prior generalis ſtudy.

(non tamen in contemptum clauium) incurrerent diſpenſandi. Per prædicta verò dicti monachi ſtudentes à poteſtate antiſtitis, vel alterius prælati ſui exempti aliquatenus non exiſtant. Ordinamus etiam quod dicti monachi Pariſienſi ſtudio inſiſtentes, ipſi priori ſtudentium vltra ſuam penſionem, de vigintiquinque librarum Turon. paruorũ annuatim, alij verò cuiuſlibet ſtudiorum aliorum, ſi tamen in eo ſexaginta monachi vel

Salarium quod debẽt monachi ſtudentes ſuo priori generali.

ſupra ſtudentes fuerint de viginti libris: ſi verò pauciores numero ſexageſimo extiterint, quilibet eorum de quinque ſolidis ipſius monetæ, ſeu alterius de ęquiualenti ſumma duntaxat per contributionem communem de dictis pẽſionibus ipſorum inibi ſtudentium annis ſingulis faciendam prouidere procurent: dictóſque monachos ſtudentes ad cõtributionem F ipſam faciendam & ſoluendam eandem iam dicto priori præfatus prior

Prior poteſt cogere per cẽſurã eccleſiaſticã ad ſoluẽdum ſalarium.

per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia ipſius ordinis ſeu religionis remedia poſſit eadem auctoritate Apoſtolica (ſemoto appellationis diffugio) coartare. Volumus tamen quod idem prior ſumptus nunciorum ſubeat: quos pro præmiſſis duxerit tranſmittendos. Præterea volumus & ordinamus quod priores & alij beneficiati & non beneficiati prælibatis ſtudiis inſiſtendo, (qui tamen expenſas in ipſis ſtudiis aliunde habuerint quã ſic vt ſupra tangitur ordinatũ) ſub correctione & obedientia dicti prioris ſtudentium humiliter maneant: & ad contributionẽ huiuſmodi iuxta quantitates præmiſſas eidem priori ſoluendas, prout alij ſtudentes præfati, firmiter aſtringantur, & ad eas ſoluendas ſicut de aliis ſtudentibus iam dictum ſeriatim & modificatim exiſtit, per ipſum priorem valeat coartari. G Porrò ſtatuimus & ordinamus quod nullus de ordine ſeu religione huiuſmodi ad recipiendum magiſtratus ſeu doctoratus honorem de cætero aſſumatur: niſi præſtito per eum primitus iuramento in præſentia dicti prioris ſtudentium, ac duodecim proborum & diſcretorũ ex ſtudentibus antedictis: quod in aſſumptione ipſius honoris vel ante, ſeu poſt eius occaſione, circa cibos, veſtes, vel alia non expendet per ſe vel alium vndecũque habuerit vel fuerit ſibi datũ, nec quantum in eo fuerit expendi permittet vltra valorem duorum milium Turon. argenti ab aliis etiam ſuis conſanguineis vel amicis, illi etiam qui ad bacchalaureatum extiterint aſſumendi præſtare ſimiliter teneantur iuramentũ in præſentia prioris ſtudentium & duodecim proborum, & diſcretorũ præfatorum: quod H huiuſmodi ſui bacchalaureatus prætextu, ipſa die qua incipiet, vel ante,

Tẽpus infra quod religioſus poteſt legere curſum bibliæ.

ſeu poſt, nullum feſtum ſeu conuiuium facient per ſe vel alium ſeu alias fieri permittent à quibuſcunque aliis eorum conſanguineis vel amicis. Statuimus & etiam ordinamus quod quicunque ipſius ordinis ſeu religionis qui in dicto Pariſien. vel in aliquo alio generali ſtudio per ſex annos in ſola ſacra Theologia ſtuduerit, in aliis primitiuis ſcientiis ſufficienter inſtructi, & ad hoc ſufficientes & idonei fuerint, poſſint in ipſo Pariſienſi ſtudio curſus conſuetos bibliæ facere. Qui verò per octo annos in ſola Theologia ſtuduerint (vt præfertur) librum ſententiarum legere valeant

Tẽpus infra quod poteſt legere librum ſententiarum.

A leant in Pariſien. ſtudio prælibato: & quod in eodem Pariſien. & quocunque alio ſtudio in quo ad magiſterium in Theologia ipſa licētia dari conſueuerit, cum digni reperti ad hoc extiterint, ad magiſterium & Doctoratum in dicta Theologia, & nihilominus ad bacchalaureatum, licentiam, magiſterium, ſeu Doctoratum & lecturam iuris Canonici ſiue Decretorum in eodem Pariſiē. & quolibet alio ſtudio, in cappa ſuæ religioni congruenti, dummodo ſufficientes & idonei fuerint, ac illi qui ad bacchalaureatum & ad legēdum decretales ibi aſſumi voluerint, & in ipſo Pariſien. vel quouis alio generali ſtudio audiuerint iura canonica per ſex annos, de quibus per tres annos ad minus audiuerint Decretum: necnon illi qui ad magiſterium in Decretis, vel ad lecturam Decretorū aſſumi voluerint in

B præfato Pariſien. ſtudio: & ibi vel in alio generali ſtudio audiuerint iura canonica vt bacchalaurei legerint per quinque annos, & de hoc primo fidem fecerint per eorum proprium & aliorum duorum iuramentum, abſque dilatione & difficultate malitioſa & impedimento quibuſcunque liberè admittantur: ſicut cæteri clerici ſeculares ibidem conſueuerunt admitti: Non obſtantibus quibuſcunque ſtatutis & conſuetudinibus monaſteriorum & aliorum locorum eiuſdem ordinis ſeu religionis, Pariſiēſis & aliorum ſtudiorum quorumcunque cōtrariis iuramentis confirmationibus Apoſtolicis & quibuſuis firmitatibus aliis roboratis: & illis præſertim ſtatutis, quibus in eodem Pariſien. ſtudio caueri dicitur, quod nūllus poſſit legere curſum bibliæ, niſi ſtuduerit inibi ſeptem annis: nec per-

C mittatur ſententias legere niſi etiam inibi ſtuduerit decem annis: quodque nullus monachus vel religioſus alius legat ibidem iura canonica: vel ad bacchalaureatus ſtatum aut magiſterij honorē in iure canonico permittatur aſſumi: ſeu quod nullus ſine rubea cappa Decretum legat, ſeu legere permittatur ibidem: aut quod nullus ibi legere valeat iura canonica, vel ad bacchalaureatum aſſumi, ſeu vt bacchalaureus legere Decretales, aut ad magiſterium aſcendere in Decretis, ſiue Doctor fieri Decretorum aut ad lecturam Decretorum in Decretis aſſumi, ſeu ipſam continuare, niſi ibidē vel alio ſtudio generali audiuerit iura canonica per quinque & alibi iura ciuilia per tres annos: aut alibi iura ciuilia per quinque vel in alio generali ſtudio iura canonica per tres annos: & prout ſic vel aliter in ſtatutis ipſius ſtudij Pariſien. dicitur contineri, vel de conſuetudi-

D ne obſeruari: & aliis conſuetudinibus vel ſtatutis eiuſdem Pariſien. ſtudij quibuſcunque ſub quacunque forma vel expreſſione verborum in contrarium editis vel edendis: necnon quibuſlibet priuilegiis vel indulgentiis generalibus aut ſpecialibus, & litteris Apoſtolicis contrariis ordinibus Eccleſiis monaſteriis, locis, ac ſtudiis quibuſcunque ſiue vniuerſitatibus magiſtrorum vel ſcholarium eorundem: ſeu perſonis Eccleſiaſticis ſecularibus & regularibus exemptis & non exemptis cuiuſcunque ſint præeminentiæ, dignitatis, conditionis, aut ſtatus, ſub quauis forma vel expreſſione verborum conceſſis, per quæ præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta effectus huiuſmodi ſtatutorum & ordinationum,

Monachi ſicut cæteri clerici poſſunt ad gradus & honores ſcientiæ theologiæ & iuris canonici promoueri.

Derogat cōſtitutionib⁹ & priuilegiis cōſuetudinibus & ſtatutis monaſteriorū & ſtudiorū.

Derogatur expreſſe ſtatuto Pariſien. ſtudij.

omniúmque aliorum & ſingulorum contentorum in eiſdem, præſentibus impediri valeat quomodolibet vel differri: & de quibus quorúcunque totis tenoribus plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum oporteat in illis vel aliis noſtris litteris fieri mentionem. E

De mutuis ac venditionibus ſyluarum & conceſſionibus iurium.

CAPVT IX.

Alienatio ſiue venditio arborũ ſyluarũ nõ cæduarũ, & ad magnã quantitatẽ cæduarũ & mutua cõtracta & præterea quæ hic cõtinẽtur nõ ſeruata ſolemnitate hic poſita eſt ipſo iure nulla & ĩcurrit prælatus aliẽnãs periuriũ vt no. Panor. in c. nulli. & in c. ſi quis de re. eccl. non alie. ampliſſime c. vlt. de eccl. ædifi. per eundẽ. Nota extrau. Pauli ſecundi ambitioſæ.

PRofectò conſiderantes attentius nobis fuiſſe fida & concordi relatione monſtratum qualiter experientia docuerat cum iactura, quod ad deſolationes Eccleſiarũ Cathedralium, monaſteriorum, prioratuum, adminiſtrationum, & aliorum locorum ordinis ſeu religionis eiuſdem, F plurimum redundabant debita cõtrahendi effrenata poteſtas: & plerúmque innouatio eorundem, ac obligationes & ſubmiſſiones quæ fiunt pro tempore ſuper eis, necnon arborum ſyluarum non cæduarum & etiam cæduarum venditiones, & iurium reddituum, poſſeſſionum ſeu penſionum conceſſiones ad vitam & ad longi temporis ſpacium: Nos Eccleſiarum, monaſteriorum, Prioratuum, adminiſtrationum & aliorum locorum præfatorum indemnitatibus occurrere deſiderabiliter affectãtes, & ſuper his intendentes, opportunæ cautelæ profuturum remedium adhibere, ſtatuimus & ordinamus: vt ſaluis aliis iuris & ordinationum ac ſtatutorum Eccleſiarum Cathedralium, monachalium, & monaſteriorum, prioratuum, adminiſtrationum, & aliorum locorũ prædictorum remediis, talis in prædictis & circa ea ſolemnitas debeat obſeruari. G Videlicet quod cum per antiſtitem vel per Abbatem ſeu priorem, vel adminiſtratorem aut alium prælatum, Abbatem proprium non habentem, ſeu per alium priorem vel adminiſtratorem quemcunque ipſis ſubiectum, conuentum non habentem, ſuſcipiendum vel innouandum fuerit mutuum, vel facienda pro neceſſitate vel vtilitate (cum non aliter fieri debeat) venditio arborum ſyluarum non cæduarum, vel ad magnam & notabilem quantitatem etiam cæduarum, ſeu conceſſio iurium reddituum vel poſſeſſionum, aut annuarum penſionum, ſiue diminutio cenſuum, penſionum, ſeu canonum ad vitam alicuius vel ad certum tempus, etiam pecunia inde recepta: tractatus duorum dierum ad minus interpolatorum diligens & maturus præcedere debeat, H habendus per antiſtitem cum eius capitulo in dictis Eccleſiis, ſeu per Abbatem vel alium prælatum Abbatem proprium non habentem, cum conuentu cuiuſque ipſorum. Et nihilominus de conſenſu ipſius capituli vel conuentus, aut maioris partis eiuſdem fiant omnia ſupradicta. In prioratibus verò vel adminiſtrationibus aliis conuentualibus, antiſtitem aut Abbatem vel alium ſuperiorem immediatum habentibus, tractatus habeatur huiuſmodi per Priorem ſeu alium adminiſtratorem ipſius cum proprio conuentu eiuſdem: & nihilominus poſtea per antiſtitem aut per Abbatem vel alium prælatum ſuperiorem immediatum cum capitulo ſeu conuentu Eccleſiæ vel mona-

ſterij

A ſterij tractatus etiam habeatur, fiantque contractus huiuſmodi de conſenſu ſui ipſius capituli & huiuſmodi ſubiecti conuentus, vel vtriuſque conuentus ſuperioris ſcilicet & ſubiecti, ſeu maioris partis eorũ, ac de ipſius antiſtitis ſeu Abbatis vel alterius immediati ſuperioris auctoritate expreſſa & licentia ſpeciali. In tractatibus namque præfatis agatur & clarè liqueat, ob quam cauſam, quanta ſumma, à quibus creditoribus, quibus conditionibus & obligationibus, quibúſque terminis ſoluendum ſuſcipiatur mutuum prælibatum: & quare, cui, ad quãtum tempus, & ſub quo precio fiant venditio, & conceſſio vel cenſuum, ſeu canonum, aut penſionum diminutio, ſeu penſionum aſſignatio ſupradicta, ac de cæteris omnibus, quæ in huiuſmodi negocio fuerint opportuna, & quod de cauſis, tractatibus, conſenſibus, auctoritatibus, licentiis, & aliis prędictis ſcripturæ

B conficiantur autenticæ: in quibus nomina & cognomina tractãtium, conſentientium, auctoriſantium & licentiæ huiuſmodi exprimantur: & ſigilla antiſtitis vel Abbatis, ſeu Abbatum aut aliorum ſuperiorum, necnon capituli & conuentuum prædictorum apponantur in illis. Prohibemus autem, ne virtute alicuius procuratorij generalis, etiam ſi contineatur in eo quod procurator mutuum poſſit recipere, aut obligare monaſterium, vel alium locum ipſius ordinis, ſeu religionis, aut penſionem aſſignare ad vitam vel ad tempus, ſeu canonem, cẽſum, ſeu penſionem diminuere poſſit mutuum recipi, vel eccleſia ſeu monaſterium aliquod, ſiue locus alius obligari, aut penſio ad vitam vel alias dari, ſeu cenſus vel canon aut penſio diminui: niſi prius clarè ac explicitè omnia

Nomina & cognomina tractantiũ & auctorisãtiũ exprimi debent.

C prædicta fuerint obſeruata, & quod pecunia quæ mutuo recepta fuerit vel ex aliis prædictis habita, in ſolius antiſtitis vel Abbatis ſeu prioris aut alterius adminiſtratorum huiuſmodi contractum principaliter ineuntis, non remaneat poteſtate: ſed tradatur tribus viris prouidis & diſcretis eiuſdem ordinis ſeu religionis (ſi commodè fieri poſſit) qui eam ad illas dumtaxat neceſſitates vel vtilitates conuertant, propter quas receptum, mutuum, vel venditio aut conceſſio ſeu cenſus vel canonis aut penſionis diminutio, ſeu penſionis aſſignatio & obligatio factæ fuerint ſupradictæ. Ad quæ fideliter exequenda & obſeruanda ipſi tres viri iuramenti vinculo aſtringantur: quando tradetur eis pecunia prælibata. Volumus etiam, quod eorum quæ debentur eccleſiis vel monaſte-

Pecunia habita non debet remanere in manibus ſoliꝰ prelati ſed tradi debet tribus viris diſcretis qui ſolũ eam expõdent ad illas neceſſitates propter quas ſuit facta venditio aut mutuũ contractũ.

D riis, ſeu aliis locis ipſius ordinis ſeu religionis, remiſſio fraudulosa & notabiliter damnoſa à quoquam nequeat attentari. Inſuper volumus & ordinamus, quod illa ſumma quæ in capitulo generali cuiuſlibet Eccleſiæ vel monaſterij, ſeu alterius loci ipſius ordinis ſeu religionis eiuſdem prouinciæ annis ſingulis pro euidenti vtilitate vel neceſsitate, per antiſtitem ſeu Abbatem, vel alium ſuperiorem, & capitulum generale prædictos, ſeu maiorem eius partem, vel per tres prouidos & diſcretos monachos iuratos ſuper hoc per eos deputandos taxabitur, poſsit recipi mutuum ſine prædictis ſolemnitatibus & pœnis infra proximè deſignatis. Et etiam ſi caſus aliquis euidenter vtilis ſeu neceſſarius occur-

rerer, cui ſuccurri non valeat niſi mutuum contrahatur: ſi Abbas vel alij ſupradicti à locis quibus præfuerint ſint multum remoti, licitum ſit eiſdem abſque ſolennitatibus & pœnis huiuſmodi, vt tali caſui valeat prouideri tantam abſque fraude qualibet ſummam recipere mutuò, quanta neceſſaria fuerit pro ſupportando caſu præfato: ſiue vt ſibi prouideant per eoſdē. Quo videlicet caſu Abbates, & Priores, ac cæteri Abbates proprios non habentes, infra octo dies poſtquā ad monaſteria ſua redierint hæc omnia conuentibus propriis exponere teneātur. Priores verò & adminiſtratores cæteri ſuis ſuperioribus & ipſorū conuentibus ſimiliter infra octo dies, poſtquā ipſorum ſuperiorum & conuentuum eorū præſentiam adire poterunt facere teneantur: & quod fiat de his ſcriptura autentica, quæ in Eccleſia vel monaſterio principali fideliter conſeruetur: & quæ cauſas & omnia quare mutuum huiuſmodi contractū fuerit debeat continere. Nec ante ſolutionē integrā mutui ſic contracti, dictæque ſummæ ſingulis annis (vt præfertur) taxādæ aliud debeat cōtrahi per Abbates vel alios ſupradictos: niſi ſolennitates huiuſmodi obſeruentur. Nos inſuper decernimus irritum & inane, ſi cōtra prædicta extiterit attentatū. Volentes itaque vt ſtatutum, & ordinatio huiuſmodi firmius obſeruentur. E F

Mutuum cōtractum pro neceſſitate vel vtilitate monaſterij ſine benedictionē factam à prælato tenetur infra octo dies illud notificare ſuo cōuentui ſiue ſuperiori & conuentui ſi habeat.

Mutuum ſi fuerit cōtractū ſine cōditio facta contra tenorē conſtitutionis irrita eſt.

Pœna prælatis inflicta non ſeruātibus conſtitutiones.

Ordinamus quod Abbas ſeu prior, aut quicunque alius propriū non habens Abbatē, ſi omiſſis ſolemnitatibus huiuſmodi venditionē ſeu cōceſſionem, aut penſionis aſſignationem, vel cenſus ſeu canonis vel penſionis diminutionem, aut remiſſionē debitorū huiuſmodi, & obligationes præfatas de prædictis facere, aut mutuū vltra vel alias (quā ſupra proxime cōceditur) recipere præſumpſerit, occaſione ipſius, eccleſiam, monaſterium, Prioratum, adminiſtrationem, ſeu locum aliū, aut iura redditus ſeu penſiones ipſius obligando ſeu ſubmittendo, aut inſtrumēta vel litteras concedendo: præter alias pœnas iuris, tandiu ingreſſum eccleſiæ ſibi eo ipſo nouerit interdictum, donec obligationes, & ſubmiſſiones, venditiones, & conceſſiones cenſuum ſeu canonum & penſionum diminutiones, ac penſionum aſſignationes, & illarum effectus, necnon grauamen Eccleſiæ, monaſterij, prioratus, ſeu alterius adminiſtrationis omnino ceſſent: & eccleſiam, monaſterium, Prioratum ſeu adminiſtrationē, huiuſmodi iuxta poſſe indemnia reddiderit, ſeu reddi fecerit, aut procurauerit in pręmiſſis. G

Suſtinētes interdictū per ſex mēſes ſuſpenduntur à diuinis & à collatione beneficiorum.

Viſitatoribus præcipitur quod faciant informationem diligenter & referāt

Quia ſi per ſex menſes huiuſmodi ſuſtinuerit interdictum, ſit à diuinis, & à collatione beneficiorum eoipſo ſuſpenſus: & collatio beneficiorum huiuſmodi ad priorem ſeu alium prælatum maiorē poſt Abbatem ſeu prælatum monaſterij ſeu alterius loci, ordinis ſeu religionis huiuſmodi, Abbatem proprium non habentem (durante ſuſpenſione huiuſmodi) liberè deuoluatur. Nos autem omnibus præſidentibus prouincialibus capitulis prouinciarum à nobis ſuperius decretarū, & viſitatoribus in illis ordinatis & ordinandis in virtute obediētiæ diſtrictè præcipiendo iniungimus: vt contra talē ſic interdictū & ſuſpēſum ſuper pręddictis ac de fama, & de regimine ipſius ſimpliciter, & de plano informationē recipiāt: & ſi exēptus ſedi Apoſtolicæ immediate ſubiectus ipſi ſedi, ſi verò exēptus eidē ſedi, H

mediate

A mediatè ſubiectus ſuperiori ſuo immediato: ſi autem exemptus non fuerit, diœceſano ſuo informationẽ huiuſmodi ſub eorum ſigillis incluſam: quam cito commodius poterunt, deſtinare procurent: & ſeruent contra talem quæ in ſupradicta conſtitutione ſæpe dicti Honorij prædeceſſoris inſtituta fore noſcuntur. Cæteri verò priores & adminiſtratores, quilibet ipſius ordinis ſeu religionis, nedum interdicti huiuſmodi pœnam eo ipſo incurrant: ſed etiam (vt de aliis eſt præmiſſum) infra ſex menſes à tempore quo prædicta commiſerint numerandos, obligationes, ſubmiſſiones, venditiones, conceſſiones cenſuum, ſeu canonum, aut penſionum diminutiones, & penſionum aſſignationes, necnon illarum effectus & grauamina ceſſare non fecerint: & quatenus de facto proceſſerint tolli, ac prioratus ſeu adminiſtrationes alias indemnes non reddiderint, ſeu reddi nõ B fecerint ac procurauerint, donec proximè dicta compleuerint, ſint à diuinis eo ipſo ſuſpenſi. Quod ſi ſuſpenſionem huiuſmodi per alios ſex mẽſes proximè ſecuturos tolerare præſumpſerit, ſint ipſis Prioratibus & adminiſtrationibus ipſo facto priuati: per illos ad quos eorum collatio pertinuerit aliis idoneis & nullatenus eis illa vice libere conferendis.

ſuperioribus vt remedium poſſint talibus dare.

De fictis & doloſis contractibus. CAP. X.

PRæterea quia plerumque contingit, quod quidam Abbates & Priores, ac nonnulli alij adminiſtratores, præſidentes, ſeu monachi & cõuerſi, eiuſdem ordinis ſeu religionis, prætextu adminiſtrationũ vel aliorum negociorum quæ gerunt, multas fraudes adhibent, & doloſos ſeu C ſimulatos ſeu fictos contractus ineunt: mutua etiam per ſe & alios ſimulata & ficta ſuſcipiunt: aliquando proprio & etiam fideiuſſorio & etiam diuerſimodè nomine alieno, & inter cætera quãdoque confitẽtur in inſtrumentis publicis ſeu autenticis & aliis ſcripturis ſe à patre, fratre, nepote, vel conſanguineo, ſeu quolibet alio coniuncto affine, familiari, ſeruitore, amico, ſeu mercatore recepiſſe mutuò, vel alias, pecuniam, pãnos, vinum, bladum, equos, boues, ſiue animalia alia, vel res, ſeu cætera bona, eaque in vtilitatem locorum quibus præſident vel adminiſtrationũ quas gerunt fuiſſe conuerſa: cum tamen aliquando nec pro ſe, ſeu eorum locis, neque pro adminiſtrationibus ſuis receperint: ſed eſſe finguntur & ponuntur ac ſcribuntur frequenter principales: & vt tales ſe obligant (cum D reuera fideiuſſores dumtaxat exiſtant) & interdum pro aliis recipiuntur mutua prælibata: ſuper his etiam frequẽtes ſe ac aliis, locáque ipſa, poſſeſſiones, redditus, prouentus, bona, & iura ipſorum multipliciter obligando etiam & ſubmittendo. Quidam inſuper in fraudem ſeu doloſè confitentur, & alios præſertim eorum debitores faciunt confiteri, ac etiã obligari: ac ſuper his inſtrumenta & autenticas, vel alias ſcripturas in fraudem confici, iura, redditus, poſſeſſiones, animalia, blada, pecuniæ, debita, ſeu alia bona, ad ipſos vel monaſteria, ſeu quæuis alia loca ipſius ordinis ſeu religionis pertinentia, ſeu debita fuerint, ſunt vel eſſe debent patris, matris, ſeu fratris eorum vel aliarum perſonarum prędictarum, & ad ipſas

Cõtractus factus per monachũ abſque auctoritate ſuperioris ſine ſolemnitate prohibetur.

perſonas pertinere,vel debita eis fore: alióſque multos contractus ſimiles E
fingunt,faciunt, ſeu fieri procurant,aut permittunt fraudulenter ſeu doloſè: per quos Eccleſiæ, monaſteria, & alia loca ipſius ordinis ſeu religionis (quibus præſunt) ac iura,redditus, & poſſeſſiones ſeu alia bona ipſorũ damnificari, grauari, obligari, vel alias impediri, ſeu deperire poſſunt: Nos ſuper præmiſſis eccleſiarum,monaſteriorum,& aliorũ locorum prę-fatorum indemnitatibus,prout tenemur obuiare volentes, Statuimus & ordinamus,quod præter alias pœnas iuris talia committentes,vel fieri facientes, aut eis conſentientes vel ſcientes, & quam cito commodè poterunt,quibuſlibet fraude ac dolo excluſis, ſuperioribus talium & eorum conuentibus minimè reuelantes,ſi eiuſdem ordinis ſeu religionis fuerint, incurrant excommunicationis ſententiam ipſo facto: à qua nequeant F
abſolui (ſcientes videlicet) niſi ea reuelauerint. Cæteri verò niſi prius præmiſſa omnia tolli fecerint & ceſſare, & eccleſias, monaſteria, Prioratus administrationes, & loca (quantum eis poſſibile fuerit) reddiderint, ſeu reddi fecerint indemnia: ſeu procurauerint à talibus diſpendiis reuelari, & tunc per præſidentes prouincialibus capitulis dumtaxat, vel per aliquem ipſorum ſi fuerint Abbates qui deliquerint in præmiſſis, vel Priores: aut alij Abbates proprios non habentes. Cæteri verò per proprios Abbates, vel alios ſuperiores eorum à præfata excommunicationis ſententia abſoluantur. Interim verò cum ſummariè ac de plano conſtiterit aliquem huiuſmodi ſententiam incurriſſe, ſi Abbas fuerit vel prior, ſeu alius proprium non habens Abbatem: tunc quilibet præſidentium capi- G
tulo prouinciali, ac viſitator illius Eccleſiæ ſeu monaſterij, aut loci, proprium Abbatem non habentis, ſi verò alius prior aut adminiſtrator extiterit Abbas, vel alius eius proprius & immediatus ſuperior, eum publicent & teneantur facere excommunicatum per loca ipſius ordinis ſeu religionis, vſque ad ſatisfactionem condignam, publicè nunciari.

Monachꝰ fictè ſeu doloſe faciens contractũ conſentiẽs aut ſciens & non reuelans præter pœnas iuris excõmunicationis ſententiã ipſo facto icurrit. Prælati ſi deliquerĩt ſolũ abſoluũtur per præſidẽtes prouincialibus capitulis.

De forma iuramenti à Prælatis præſtandi. Cap. XI.

PRæterea vt prædictis & aliis damnis, periculis & ſcandalis obuietur, Statuimus & ordinamus quod omnes & ſinguli Abbates, & alij prælati ordinis ſeu religionis huiuſmodi Abbates proprios non habẽtes, qui per ſedem Apoſtolicam promoti ſunt vel promouebuntur in antea & eidem ſedi non exiſtunt immediatè ſubiecti, ſuis immediatis ſuperioribus H
iuramentum præſtare ad ſancta Dei Euangelia corporaliter teneantur: quod poſſeſſiones vel iura ad menſam ſui monaſterij ſiue loci ſpectantia non vendent, nec alienabunt, nec impignorabunt, neque de nouo infeudabunt, nec per aliquem modum donabunt, neque cenſus diminuẽt: niſi quatenus à iure permittitur, & ſeruata ſolẽnitate ſuperius denotata. Nec etiam obligabunt alias vel vltra quam in præſcriptis ſtatutis & ordinationibus cõtinetur, & quod poſſeſſiones redditus & iura mẽſæ prędictæ indebitè alienata, diſtracta vel occupata (prout cõmodè poterũt repetent: & ad ius & proprietatẽ eccleſię, vel monaſterij, ſeu loci ſui ordinis ſeu religionis huiuſ-

A huiuſmodi procurabunt reduci: Non obſtante ſi forte aliud vel ſimile
Romanæ Eccleſiæ præſtiterint iuramentum: ad quod præſtandũ per cen-
ſuram eccleſiaſticam & alia iuris remedia per ſuperiores prædictos (appel-
latione remota) valeant coartari. De præſtatione verò huiuſmodi iura-
menti plena & ſufficiens fides fiat conuentibus eorundem: & idem iura-
mentum præſtare teneantur immediatibus Abbatibus ſeu aliis prælatis
ſuis in præſentia capituli, vel conuentus (ſi commodè fieri poſſit) omnes
& ſinguli priores, ſeu quicunque alij adminiſtratores, & beneficiati mo-
nachi eiuſdem ordinis ſeu religionis: quibus per dictam ſedem, vel eius le-
gatos, ſeu executores, vel alios prouiſores à ſede Apoſtolica ſeu per ipſius
vel dictorum legatorũ litteras deputatos, ſiue per Abbates, aut per quoſ-
B cunque alios iure ordinario vel alias quomodolibet prouiſum hactenus
vel prouidebitur in futurum: & ad præſtandum huiuſmodi iuramentum
per ipſos Abbates ſeu Priores etiam auctoritate Apoſtolica per cẽſuram
eccleſiaſticam & alia remedia (ſi moniti præſtare iuramẽtum huiuſmodi
recuſarint remoto appellationis obice) cogi poſſint per prædicta. Inſuper
quibuſcunque formis aliis licitis iuramentorum, per quæ ad alia plura
iurantes aſtringuntur non intendimus derogare, ſed ſi forſan in illis con-
tineantur capitula & alia in præmiſſa forma non expreſſa: illos ad ea ob-
ligari volumus & aſtringi. Decernimus inſuper, quod cũ ciuitas, caſtrum,
villa, vel iuriſdictio alicuius eorum feudum ſolemne aut grangia, ſeu ma-
gnum territorium, vel magnus poſſeſſionum aut terrarum numerus ven-
denda vel obliganda, ſeu monaſteria, prioratus, vel Eccleſiæ aliquo à iure
C præmiſſo alienationis titulo alienanda, vel in alios transferenda extite-
rint, venditiones ſeu alienationes, aut tranſlationes huiuſmodi fieri ne-
queant: niſi etiam prius conſulto Romano Pontifice, ac eius ſuper his
petita licẽtia & obtenta. Aliter autẽ venditiones ſeu alienationes vel trãſla-
tiones præfatæ ſint irritæ ipſo iure: & quilibet præſidentium ac viſitato-
res contra exemptos ſedi Apoſtolicæ ſupradictæ & contra non exemptos
contrarium facientes, locorum ordinariis eorumdem quamcitò cõmodè
poterunt ſub eorum ſigillis intimare prædicta nihilominus teneantur.

Fides iuramenti præſtiti ſuperiori à prælato debet fieri cõuentib⁹.

Prælati oẽs ſecundum Panor. in c. vlt. de ecc. ædi. hodie præſtãt iſtud iuramẽtum.

De ſpoliis. CAPVT XII.

D CÆterum aſtantibus ordinariis, Abbatibus, Prioribus, & aliis præla-
tis religionis eiuſdem, qui bona mobilia Prioratuum, adminiſtra-
tionum, & beneficiorum quorumlibet ſibi ſubiectorum vacantium in
ipſis tempore huiuſmodi vacationis inuentá, ſeu illa durante obuenien-
tia in priuilegio vel conſuetudine, ſeu alia cauſa rationabili ad ſe aſſerunt
pertinere, diſtrictius inhibemus: ne vaſa, veſtimenta, ſeu alia ornamenta
quæcunque diuino cultui deputata, animalia etiam tam pro agricultura,
quam aliis ipſorum locorum neceſſitatibus teneri inibi conſueta, vaſa in-
ſuper vinaria & coquinæ, lectos, & alia ſupellectilia, ſeu vaſa (niſi forte au-
rea vel argentea fuerint) occupare, vel exinde aſportare, aut ſibi appro-
priare præſumant. Quódque in apprehendendis bonis aliis formam

Cõſuetudo aliquorum monaſteriorũ, per quam officinæ ſpoliãtur reprobatur.

conſtitutionis Fœl. recor. Bonifa. Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri ſuper hoc editæ diligenter obſeruent: ac nihilominus de portione dictorum bonorum, quæ rationabiliter eos continget, quartam partem in augmentum ornamentorum eccleſiaſticorum, eccleſiarum ſeu monaſteriorum ſuorum conuertere integraliter teneantur. Qui verò ſecus fecerint, iuxta qualitatem delinquentium perſonarum pœnas incurrāt, quæ per conſtitutionem eandem eius tranſgreſſoribus infliguntur. E

Bonorum eccleſiaſticorū quarta pars cōuertenda eſt in augmētum rerum eccleſiaſticarū.

De inuentariis per nouos antiſtites, Abbates, & adminiſtratores alios in eorum nouitate faciendis. CAP. XIII.

STatuimus inſuper ac etiam ordinamus, & diſtrictè præcipiēdo iniungimus, quod deinceps in ſingulis eccleſiis cathedralibus, monachalibus, ac monaſteriis, & Prioratibus necnon adminiſtrationibus aliis quibuſcunque ipſius ordinis, ſeu religionis per antiſtites eccleſiarum, Abbates, Priores, & alios gerentes adminiſtrationes huiuſmodi, in eorum nouitate coram vno, vel duobus notariis publicis, & aliquibus probis & ſenioribus eccleſiarum, monaſteriorum & aliorum locorum eorūdem de omnibus bonis mobilibus & immobilibus ſeſéque mouentibus ad ipſorum adminiſtrationes dumtaxat ſpectātibus in quibuſcunque locis conſiſtant, fiant inuentaria, ſeu regiſtra conſimilia duplicata: in quibus ſcribatur quot monachi in quolibet loco ipſarum adminiſtrationum iuxta ipſius loci facultates poſſint & debeant commorari: & in quo ſtatu quilibet recipit eccleſiam, monaſterium, vel prioratū, ſeu adminiſtrationem, & inter alia quot extant vel deficiant animalia, & qualia, quanta blada, vina, & cætera victualia & moneta, vaſella aurea vel argentea, & quæ, & quot, & quibus, eccleſia, monaſterium, Prioratus, adminiſtratio, ſeu locus huiuſmodi debent, & quæ, & quot, & à quibus debentur eiſdem: & ſub quibus obligationibus debent & debetur eiſdem: & quæ, & quot alia bona mobilia vel vaſa, ſiue ornamenta, vel ſuppellectilia, & ſimilia inibi fuerint. Et ſi quid ex prædictis in bono ſtatu receperit: ipſæque ad malum ſtatum duxerit, eccleſiam, monaſterium, prioratum, adminiſtrationem, ſeu locum eius bona ipſius debitis obligando indebitè ad vitam vel perpetuò concedendo, ſeu alías alienando vel dilapidando: procedatur contrà eum, prout iura & ſtatuta, necnon ordinationes noſtra ſuperiora requirunt: & præſertim ſupradicta conſtitutio Honorij ſuper hoc exactè ſeruetur. Prædicta verò inuētaria ſeu regiſtra, clarè, ac integraliter legantur in capitulo cuiuſlibet eccleſiæ cathedralis, ac monaſterij, Prioratus vel alterius loci huiuſmodi, præſentibus capitulo ſeu conuentu ad hoc ſpecialiter congregatis. Quibus lectis vnū ponatur & ſeruetur in arca communi, vbi cōmune ſigillum eſt ſolitum cuſtodiri, ſeu loco alio congruēti: & reliquum remaneat pœnes antiſtitē aut Abbatem vel Priorem, ſeu adminiſtratorem alium à ſupradictis. Ita quod ſi aliquem ex prædictis ad eccleſiam, monaſterium, Prioratum, adminiſtrationem, ſeu locum alium transferri ſeu mutari contigerit, ipſe tranſlatus ſeu mutatus, ſi antiſtites, vel

Inuētaria quid continere debeant.

Prælatus indebite alienans ſiue dilapidans bona eccleſiæ punitur.

Inuētaria debent legi in capitulo coram toto conuentu ad hoc ſpecialiter cōgregato.

Abbas trāſlatus tenetur infra

A vel Abbas, aut prior, ſeu alius ſuperiorem eiuſdem religionis non habens fuerit capitulo ſeu conuentui loci quod dimiſerit: ſeu deputatis ab eis infra ſex menſes ad tardius poſt adeptionem pacificè poſſeſſionis Eccleſiarum, Monaſteriorum, Prioratuum, adminiſtrationum, ſeu ipſorum locorum: vel ſi hoc ante non fecerint, ſuccedenti ſibi in loco dimiſſo. Alij verò ſuperioribus ſuis immediatis, iuxta inuentaria ſeu regiſtra prædicta, rationem debitam vocati, & præſentibus aliquibus probis viris, Eccleſiarum, Monaſteriorum, Prioratuum, & aliorum locorum ipſorum reddere teneantur: dictaque inuentaria ſeu regiſtra tranſmittantur ad eccleſias, monaſteria, vel alia loca principalia (vt præfertur) legenda & conſeruanda in illis.

ſex menſes reddere inuentariũ conuentui loci quod dimiſerit.

B

De locis non tradendis ad firmam, niſi cum certa ſolennitate.

Cap. XIIII.

VErùm quia traditiones ad firmam factæ de bonis adminiſtrationum ipſius ordinis ſeu religionis, aut prouentuum ipſorum per antiſtites, Abbates, Priores, & alios adminiſtratores eorũ, ipſis eccleſiis, monaſteriis, Prioratibus, adminiſtrationibus, & locis ſpiritualiter & temporaliter diuerſa præiudicia generantur: Prohibemus ne prouentus ſeu loca prædicta ad firmam de cætero cócedantur, niſi ex cauſa & in caſu neceſſario ſiue vtili euidenter. Et tunc ſi antiſtes, Abbas, vel prior, ſeu alius proprium non habens Abbatem, vel adminiſtratorem, hoc facere voluerit: C debeat deliberationem ſuper hoc cum capitulo vel conuentu præmittere, & diligentem tractatum cum illo habere de cauſa huiuſmodi, & de quantitate precij, ac de perſona cui fuerit firma ſeu venditio huiuſmodi facienda: & de conditionibus, pactis, obligationibus, ſolutionibus, & ſimilibus pertinentibus ad prædicta: & ipſius capituli vel conuentus ſeu maioris partis eiuſdem in hac parte conſilium adhibere. Si verò Prior ſeu adminiſtrator alius fuerit, conuentum habens proprium, & ſuperiorem Abbatem vel alium eiuſdem religionis, præmittere debeat deliberationem & tractatum præfatos: nedum cum proprio ſuo conuentu, ſed cum ipſo Abbate vel alio ſuperiore prædicto immediato & conuentu ſuperioris monaſterij ſui, ac expreſſam auctoritatem & licentiam eiuſdem Abbatis, vel alterius ſuperioris cum conſilio conuentus ipſius Abbatis, D vel alterius ſuperioris primitus obtinere, Priores autem & adminiſtratores alij Abbatem proprium, vel alium ſuperiorem eiuſdem religionis, non tamen conuentum habentes teneantur deliberationem & tractatum iam dictos cum eorum Abbate, vel alio ſuperiore præmittere: necnon auctoritatem & licentiam ſpecialem ab eo primitus obtinere. Quia ſi ſecus actum fuerit, firma ſeu venditio ipſa & contractus quilibet ſuper præmiſſis initus, ſint irriti eo ipſo, ac inſtrumenta & quælibet alia documenta ſuper eis confecta nullam obtineant firmitatem. Et nihilominus Abbates & Priores cæteríque Abbates proprios non habentes, qui contra fecerint per præſidentes prouincialibus capitulis, cæteri verò per Ab-

Deliberatio quam debet prælatus habere cum cõuentu quãdo aliquis locus tradendus eſt ad firmam.

Deliberatio quam debet inferior facere cum ſuperiore & conuentu ſuperioris.

bates vel alios ſuperiores eorum, arguantur grauiter & debitè puniantur. E

De priuilegiis & rebus aliis non tenendis extra loca administrationum. CAP. XV.

PRæterea ſtatuimus & ordinamus quod antiſtites, Abbates, Priores & cæteri adminiſtratores vel monachi, vel conuerſi eiuſdem ordinis, ſeu religionis, priuilegia, litteras & inſtrumenta, quibus libertates, poſſeſſiones, res & iura locorum & adminiſtrationum ſuarum firmantur, vaſa etiam aurea & argentea, ornamenta Eccleſiaſtica, libros, pecunias, blada, vina, animalia, & res alias notabiles ſeu precioſas, ad Eccleſias, Monaſteria, ſeu loca eorum ſpectantia, extra Eccleſias Monaſteria ſeu loca eadem F apud conſanguineos, vel propinquos, ſeu alios quoſcunque fraudulenter aut doloſè in damnum Eccleſiarum, Monaſteriorum, locorũ, ſeu adminiſtrationũ huiuſmodi, nullatenus tranſportẽt, ſeu tenere præſumant: & quod Antiſtitibus, Abbatibus, vel Prioribus, ac cęteris ſuperiorẽ eiuſdem religionis non habentibus, qui contra fecerint, ſit eoipſo per menſem ingreſſus Eccleſiæ interdictus: & nihilominus ipſi huiuſmodi tranſportata detenta ad Eccleſias, Monaſteria, loca & adminiſtrationes præfatas reducere teneantur. Et ſi Abbatum, Priorum, & aliorum adminiſtratorum ſuperiores (vt præmittitur) non habentium, tranſgreſſio manifeſta ſeu nota fuerit: per Præſidentes in prouinciali Capitulo, ſeu viſitatores per idem Capitulum deputandos, cenſuræ grauiori ac debitæ ſatiſ- G factioni ſubdantur. Alij verò inferiores adminiſtratores & tranſgreſſores, ipſo facto ſint & permaneant per annum integrum ab eorum officijs & adminiſtrationibus ſuſpenſi. Et ſi eorũ tranſgreſſio manifeſta ſeu nota extiterit, per ſuos ſuperiores amoueantur perpetuò ab adminiſtrationibus eorundem & adminiſtrationes huiuſmodi per eoſdem ſuperiores ad quos eorum collatio pertinuerit, alijs liberè conferantur. Simplices autem monachi & conuerſi tranſgreſſores, ſint inhabiles ad obtinenda quęlibet beneficia & officia ipſius ordinis ſeu religionis: vſquequo per eorum ſuperiores (congrua ſatisfactione præmiſſa) cum eis extiterit miſericorditer diſpenſatum.

De Monachis & conuerſis proprietariis & negotiatoribus. CAP. XVI. H

RVrſum licet contra monachos proprietarios ſit plenè prouiſum per Canonicas ſanctiones: ſpecialius prouidere volentes contra illos monachos & conuerſos ipſius ordinis ſeu religionis, qui ſuæ ſalutis obliti contra regulares & Canonicas inſtitutiones pecuniam congregant, iura, poſſeſſiones, redditus, ſeu cenſus annuos & alia bona emunt, ſeu emi faciunt, aliquando proprio, & ſæpe nomine alieno, multis ſuper his figmentis adhibitis: alijſque tradunt animalia nutienda, & cum augmento vel lucro ſibi vel alteri reddenda eorum nomine, ſeu pro ipſis, & alios multos

A multos contractus diuerſimodè tanquam negociatores exercent, necnon appetentes & ſectantes lucra turpia, peculium occultant & illicitè detinent, in ſuarum periculum animarum: auctoritate Apoſtolica prædicta, decernimus omnia præmiſſa (quæ tamen reſtitutioni non ſubiaceant aliorum) nedum poſt obitum, ſed etiam in vita ipſorum monachorum & conuerſorum fore per antiſtites, Abbates, ſeu alios prælatos eorum proprios cum conſilio proborum monachorum ſeniorum eccleſiæ, monaſterij, vel loci cuiuſlibet eorũ eiuſmodi eccleſiis, monaſteriis, locis, propriis applicanda, & in eorũ vtilitatem totaliter cõuertenda vſu (immo potius abuſu) quocunque contrario non obſtante: Quodque ipſi antiſtites Abbates ſeu alij prælati proprij alicui monacho vel conuerſo talia
B faciendi licentiam nequeant impartiri. Et quod tam prælati monachi & conuerſi prædicta committentes, quam alii quicunque ordinis ſeu religionis huiuſmodi ſupradicta retinentes, aut ſibi ipſi appropriantes vel applicationi & conuerſioni huiuſmodi reſiſtentes, vel impedimentum publicè aut occultè præſtantes ſeu præſtari procurantes, vel dictum peculium non reuelantes antiſtitibus, abbatibus, ſeu prælatis propriis antedictis, ſint eo ipſo inhabiles ad beneficium prioratum, adminiſtrationem, officium, regimen & gubernationem quamlibet in ordine ſeu religione huiuſmodi obtinenda. Permittimus tamen, quod cum ipſis monachis & conuerſis poſſit antiſtes Abbas, vel alius eorum prælatus proprius diſpenſare ſuper pœnis huiuſmodi, quando ei videbitur expedire: dum-
C modo præmiſſa reuelauerint & plenè reſtituerint, vt præfertur.

Abbas nõ põt concedere monacho quod poſſit habere peculium.

Monachi proprietarij fiunt inhabiles ad obtinendũ quodcunque officium ſiue beneficiũ.

Ne victualia in pecunia miniſtrentur. Cap. XVII.

NEmpe ſtatuimus & ordinamus, quod iuxta ſuppetẽtiam facultatum eccleſiarum cathedralium ſeu capitulum earum ac monaſteriorum & aliorũ locorũ eiuſdẽ ordinis ſeu religionis & ſingularũ religionũ, regionum qualitates per antiſtites Abbates & alios prælatos & quoſuis alios adminiſtratores vel officia ad hæc deputata vel deputãda tenentes & exercentes ſufficienter victualia, veſtiaria, omniaque alia neceſſaria monachis miniſtrentur: prouiſo attentius quod pro huiuſmodi victualibus, veſtiariis, aut aliis quibuſlibet eiſdem monachis neceſſariis pecuniæ ſimul aut
D per vices ſeu minutatim nullatenus eis dentur aut pẽſio vel redditus quomodolibet aſſignantur: ſed in victualibus veſtiariis & rebus aliis eis ipſorumque vſui congruentibus prouideatur eiſdem, quemadmodum fuerit opportunum, & vbi alius certus terminus ſuper hoc non fuerit ordinatus ſingulis annis, prima videlicet die menſis Octobris veſtiaria præbeantur. Si qui autem redditus vel penſiones hactenus propter hoc ſeu alias extiterint aſſignati nullatenus dimittantur eiſdẽ: ſed extunc pro reuocatis ab ipſis totaliter habeantur. Et nihilominus illi qui penſionem redditus aut pecuniam pro prædictis vel eorum aliquo cuiquam monacho miniſtrare vel aſſignare præſumpſerint: Si antiſtites, Abbates vel Priores ſeu

Victus & veſtitus in pecunia monachis non eſt miniſtrãdus.

Solutionis terminus veſtiarij monachorum quis eſſe debeat.

Scholares & qui pro vtilitate eccleſiæ ſeu monaſterij abſētātur poſſunt habere victū & veſtitū in pecunia, & etiam magiſter nouiciorum.

cæteri ſuperiores eiuſdem ordinis ſeu religionis non habentes extiterint: E
infra octo dies tantumdem erogare pauperibus teneantur: hoc tamen adhibito moderamine circa idem, quod monachis de ſuorū ſuperiorum licentia extra cathedrales eccleſias, monachales, monaſteria, Prioratus, & adminiſtrationes præfatas in ſcholis, vel alibi pro vtilitate eccleſiarum, monaſteriorum, Prioratuum, & adminiſtrationum huiuſmodi commorantibus, poſſit pro victu & veſtitu (ſicut eorum ſuperioribus videbitur) dari pecunia: non tamen penſio vel redditus aſſignari ſaluis etiam ſtatuto & ordinatione præſcriptis, de monachis ad ſtudia generalia tranſmittendis: & de penſionibus eis ac de decem libris exhibendis dicto monacho, qui infra eccleſias, monaſteria, & alia loca eiuſdem ordinis ſeu religionis monachos dociles inſtruet, prout ſeriosè ſuperius eſt diſtinctum. F
Ad hæc ſubiungimus, quòd illa, qui prædicta miniſtrare tenentur ad ea omnia, excuſatione ceſſante, ſufficienter (vt præmittitur) miniſtranda per ſuperiores ſuos, aut in defectu eorum per viſitatores vel præſidentes præfatos irremiſſibiliter compellantur: nec audiantur ſi dicant ſe priuilegium, ſtatutum, ordinationem vel conſuetudinem aliaque ſe habere, aut pro ſuis perſonis eorumque ſtatu (iuxta perſonarum vel officiorum decentiam ſuſtinendis) ſe aſſerant indigere: nulla quoque ſuper hoc appellatio, nulla-ve ſupplicatio eis proſint. Sed ſi tertiò moniti per aliquorum dierum competentia interualla prælati eorum arbitrio relinquenda, præmiſſis efficaciter parere contempſerint, remoueantur liberè à ſuis adminiſtrationibus vel officiis: ipſaque aliis idoneis prædicta complere G
valentibus committantur. Quia ſi forte redditus officiorum ſeu adminiſtrationum huiuſmodi ad victum, veſtiarium ſeu alia neceſſaria monachis miniſtranda non ſufficiant: de cōmuni contributione, vt de penſionibus ſtudentium præmiſſum eſt, facienda, defectus huiuſmodi ſuppleatur: donec pro aliis per deputandos à nobis redditus ſeu penſiones perpetui fuerint aſſignati: quos per eoſdem deputandos aſſignari volumus eiſdem modis & formis pro penſionibus dictorum ſtudentium redditus ſeu penſiones perpetuas ordinauimus & ſtatuimus aſſignari. Abbates verò ac Priores & cæteri ſuperiores (vt præfertur) non habentes, qui tenentur adminiſtrare prædicta, à præſidentibus aut viſitatoribus per cenſuram eccleſiaſticam, modiſque aliis congruentibus ad id omnino cogantur: ipſis, niſi ſuos ſubditos & præſidentibus ac viſitatoribus niſi Abbates, Priores, & alios ſupradictos iuxta modum præfatum effectualiter ad H
præmiſſa compulerint, in capitulis prouincialibus grauiter arguendis, & taliter corrigendis, quod rubor & confuſio de præteritis diligentiam efficiant ad futura.

Pœna vnius debet eſſe metus & exēplum aliorum.

Ne ſeculares deputentur ad victum monachis miniſtrandum, nec monachi alterius monaſterij aut alterius ordinis ſeu religionis. CAP XVIII.

CÆterum, vt viam ſcandalis præcludamus, prohibemus expreſſè, ne in eccleſiis vel monaſteriis ſeu locis aliis conuentualibus eiuſdem ordinis

A ordinis ſeu religionis clerici ſeculares vel laici,ſeu alterius monaſterij monachi vel religioſi alterius religionis, ad victum monachis miniſtrandum de cætero deputentur. Quicquid autem ad victum monachis miniſtrandum in cibo,potu,vel pictantia eiſdem monachis miniſtrandum exiſtit, ſingulis eorum die qualibet adminiſtretur ad congruentem menſuram prout erit opus:iuxta eccleſiarũ,monaſteriorum & locorum ipſorum exigentiam facultatum,& quicquid de adminiſtratis ſupererit eleemoſinæ applicetur per illum qui ad hoc fuerit deputatus. Nec aliquis alius per ſe vel alium de refectorio ſeu infirmitorio vel alio loco in quo monachi comedent aliquid extrahere vel alibi deferre ſeu alteri vſui applicare præſumat. Quod ſi fecerit,pro qualibet vice per duos dies panis & aquæ ſolummodo pœnitentiæ ſubdatur.

Victus reſiduũ monachorum eſt pauperibus erogãdum nec debẽt monachi aliquid aſportare.

B

Ne mulieres habitent in locis monachorum. CAP. XIX.

INſuper ſtatuimus & ordinamus, quod antiſtites,Abbates,Priores,ac cæteri adminiſtratores in Eccleſiis vel Monaſterijs ſeu alijs locis eiuſdẽ ordinis vel religionis huiuſmodi, aut infra ſepta Eccleſiarum, monaſteriorum & locorum eorundem,vel in domibus in quibus monachi habitant,mulieres tenere (etiam ſi matres vel ſorores fuerint) non præſumãt. Antiſtites verò Abbates,Priores ac cæteri(ſuperiores religionis eiuſdem non habentes) qui contra fecerint , à collatione beneficiorum ſint per tres menſes eo ipſo ſuſpenſi : quibus durantibus ad Priorem vel alium C maiorem poſt antiſtitem,ſeu Abbatem,cum conſenſu Capituli ſeu Conuentus vel maioris partis eiuſdem beneficiorum ipſorum ſit collatio deuoluta. Alii verò Priores & adminiſtratores quicunque fuerint, per ſex menſes à perceptione fructuum beneficiorum quæ obtinuerint ſint ſuſpenſi : quibus durantibus antiſtes,Abbas vel alius prælatus immediatus eorũ ſuperior,ponat in eiſdẽ beneficiis alios monachos adminiſtratores prouidos & diſcretos,ac fructus ex his dictis ſex mẽſibus obueniẽtes qui ſupererunt(debitis cõſuetis oneribus ſupportatis) cõuertantur Eccleſiæ, in vtilitatẽ monaſterii ſeu loci immediatè ſuperioris delinquẽtium prædictorum. Et nihilominus dicti Abbates, & Priores, & alii non habentes ſuperiores per præſidentes ſeu viſitatores,cæteri verò per ſuos ſuperiores, prout culpæ aut delinquentium qualitas exegerit alias puniantur.

Mulieres nõ debent habitare in locis monachorum, etiam matres & ſorores,quãtũuis non ſuſpectæ.

D

Ne monachi nutriant vel teneant animalia,ſeu perſonas ſeculares in monaſteriis vel aliis eorum locis,niſi quibus ex officio competit. CAPVT. XX.

CÆterũ prohibemus ne aliqui monachi nutriant ſeu teneant equos vel alias euectiones aut ſeruitores, ſeu alias perſonas, vel familiares in Eccleſiis,monaſteriis ſeu locis aliis conuentualibus ordinis ſeu religionis eiuſdem : niſi eis ratione adminiſtrationum vel officiorum quæ geſſerint id cõpetere dignoſcatur.In infirmitorio tamen pro neceſſitatibus in-

Seruitorẽ nullus debet habere niſi ei competat ex officio.

firmorum & coquina capituli vel conuentus aliiſque officiis, honeſti ſeruitores ſeu famuli ſeculares teneri poterunt neceſſarii in numero moderato: prout in aliquibus Eccleſiis Cathedralibus vel monaſteriis ſeu locis aliis ipſius ordinis ſeu religionis fuerit rationabiliter obſeruatum. Qui ſeculares quantominus fieri poterit, cum monachis conuerſentur: nec bibant, nec comedant cum eiſdem in Capitulo vel conuentu. Superiores quoque ſuper hoc prouideant quod diligentius obſeruetur: tranſgreſſores eorum arguendo, & prout expediens fuerit puniendo. Prohibemus inſuper ne ſuperiores Abbates, Priores, & cæteri quicunque ipſius ordinis ſeu religionis lautis conuiuiis & comeſſationibus occupentur: nec in his ſumptus immoderatos & alias exceſſiuos faciant, volētes quod à familiarium ſeruitorum aut ſequentium, & robarum ſeu veſtium multitudine indecenti & exceſſiua, tam infra Eccleſias, monaſteria, Prioratus, adminiſtrationes, & alia loca eorum, quàm etiam extra illa diligenter ſtudeant abſtinere: & honeſtè ac laudabiliter cōuerſari. Inhibimus namque ne aliquis Abbas vel prior, ſeu adminiſtrator alius religionis eiuſdē Conuentum habens, plures ſeculares perſonas equitantes quàm monachos, eo pro vno monacho computato, ſecum ducere præſumat: niſi guerræ diſcrimen vel perſonarum ſeu rerum periculum timeretur, aut forſitam immineret: fictione & fraude ceſſantibus quibuſcunque. Cæteri verò Conuentum non habentes, ſi duos equitantes ſecum ducant, volumus quod vnus illorum monachus exiſtat. Si autem plures ducat equitantes, circa hoc ſeruetur quod ſuperius de Conuentum habentibus eſt expreſſum. Adiicientes quod Abbas, vel prior, ſeu adminiſtrator, vel monachus quicunque religionis eiuſdem, domicellum, vel domicellos veſtibus virgatis, ſeu partitis, aut curioſis, vel quomodolibet inhoneſtis non induat, vel indutos ſecum teneat, ſiue ducat. Qui autem contrarium fecerit, ſi ſuperiorem religionis eiuſdem non habuerit, per præſidentes dictis Capitulis prouincialibus, ſi autem ſuperiorem huiuſmodi habuerit, per ipſum ſuperiorem immediatum videlicet puniatur.

Famuli ſiue ſeruitores ſeculares non debent conuerſari ſiue comedere cum religioſis.

Prælati nō debent vacare lautis conuiuiis nec facere ſumptus immoderatos.

E F G

De ſoluendis cenſibus & redditibus, pro alimentis monachorum ſeu fratrum terminis conſuetis. CAP. XXI.

SAne ſtatuimus & ordinamus, quod omnes Abbates, Priores, & adminiſtratores cæteri, ac clerici ſeculares & laici quicunque, qui cenſus, redditus, penſiones ſeu quæcunque alia ſimilia debent vel debebunt in poſterum, pro alimentis quotidianis, vel pro neceſſariis Eccleſiis Cathedralibus, monaſteriis, Prioratibus, adminiſtrationibus, officiis ſeu locis, Capitulis vel Conuentibus, ordinis ſeu religionis eiuſdem, ſiue in blado, vino, oleo, piſcibus, pecunia, ſeu rebus aliis quibuſcunque conſiſtant, illa eis ſoluere in terminis conſuetis vel pręfixis, ſeu in antea præfigendis integre non omittant. Et ſi ea in ipſis terminis vel ſaltem poſt eos infra qnindecim dies non ſoluerint, Priores, & adminiſtratores cæteri ordinis ſeu religionis ipſius totam quatitatem rei debitæ, ac vltra ipſam quartam

Priores & cæteri non ſoluentes veſtiaria

H

A quartam patrem prædictæ quantitatis eiuſdem, loco pœnæ (infra mē-ſem dictos quindecim dies immediatè ſequentem) ſoluere ſint aſtricti. Quas quidem quantitatem & quartam partem appoſitam (vt prædicitur) loco pœnæ, ſi ſoluere contempſerint, infra menſem alium ex tunc primo ſecuturum, à beneficiis quæ obtinuerint, donec prædicta ſoluerint, ſint ipſo facto ſuſpenſi: & ſi ſuſpenſionem huiuſmodi per aliū menſem extunc futurum ſuſtinuerint, donec de prædictis integrè ſatisfecerint, ab officio ſint ſuſpenſi. Quia ſi per alium menſem proximè ſequentem ſuſpenſionem huiuſmodi ab officio ſuſtinere præſumpſerint: incurrant excommunicationis ſententiam ipſo facto. Quam ſi per ſex menſes ex tunc ſecuturos pertinaciter tolerauerint, Prioratibus, adminiſtrationibus & quibuſuis aliis beneficiis quæ obtinuerint ſint ipſo facto priuati,

Siue victū monachis terminis conſuetis puniūtur.

Suſpenſio a beneficiis quādo imponitur.

Suſpenſio ab officiis quando imponitur.

B per illos ad quos eorum collatio, ſeu quæuis alia diſpoſitio pertinuerit, aliis perſonis idoneis liberè committendis, ſeu etiam conferendis. Abbates verò qui infra præfatos quindecim dies prædicta per eos debita non ſoluerint (vt præfertur) totam debitam quātitatem & vltra illam, loco pœnę tertiam partem illius quod debuerint perſoluere teneantur. Et ſi per tres menſes dictos quindecin dies immediatè ſequentes quantitatem quam debuerint, ipſamque tertiam partem loco pœnæ non ſoluerint, ſint eiſdem Abbatibus ſtallus chori, & locus Capituli Abbatialia, donec ſuper his integre ſatisfecerint, penitus interdicti. Quia ſi interdictum huiuſmodi per alios tres mēſes proximè ſecuturos ſuſtinere præſumpſerint: ſit ipſis Eccleſiæ interdictus ingreſſus, quouſque ſatisfecerint competenter

Excōmunicationē ſuſtinens per ſex mēſes priuatur beneficijs & officijs.

C ter integrè de principali & tertia parte præfatis: & nihilominus dicti Abbates, ac omnes & ſinguli ſupradicti damna & expenſas ac intereſſe, quæ Eccleſiæ, monaſteria, Prioratus, adminiſtrationes, officia, & loca huiuſmodi ſuſtinuerint, fecerint, & incurrerint occaſione retardatæ ſolutionis huiuſmodi, vel ob defectum prædictorum reficere & ſoluere teneantur. Pœnæ autem prædictæ quartæ & tertiæ partium prædictarum in eos vſus conuertantur, in quos principales quantitates fuerant conuertendæ. Sententiæ vero præmiſſæ authoritate Apoſtolica vbi expediens videbitur in ordine ſeu religione huiuſmodi contra ipſos contemptóres valeant publicari: & quoties contumatia non ſoluentium exegerit aggrauari per ſuperiores, qui locis præfuerint, quorum extiterit ſolutio retardata. Nec in

Abſoluere a ſentētijs quæ perſone poſſint.

D eis valeat remiſſio ſeu gratia cuiuſcúnque: nec per tempus lapſum, vel per negligentiā non petentium intelligantur remitti vel poſſint iure petendi præſcribi. Abſolutio autē dictarū ſententiarū competit Abbatibus prælibatis. Per hæc autē, pœnis aliis ſi quas dicti non ſoluentes iuxta ſtatuta vel ordinationes ſedis Apoſtolicæ aut ordinis ſeu religionis eiuſdē, ſeu quouiſmodo a lia aliis exiſterēt incurſuri, nó intēdimus in aliquo derogari.

De creatione monachorum. Cap. XXII.

CEterum quia multū ordini ſeu religioni pręfatis hactenus obfuit indiſcreta receptio monachorū: Statuimus & ordinamus, vt per illos

Monach⁹ niſi ſit idone⁹ nō debet recipi.

ad quos in eccleſiis cathedralibus, monaſteriis, prioratibus, decanatibus E
ſeu aliis locis quibuſcunque ipſius ordinis ſeu religionis ſpectat creatio monachorum, deinceps non recipiantur aut induantur in monachos vel cóuerſos niſi perſonæ idoneæ: vel de quarum idoneitate veriſimiliter ſpes exiſtat: & tales per quos inibi Deo in diuinis officiis congruè deſeruiri ſeu impendi valeant obſequia opportuna: & quod per eoſdem ad quos (vt præmittitur) creatio ipſa ſpectat, infra eccleſias, monaſteria, prioratus, decanatus huiuſmodi, ſeu alia conuentualia loca ipſis ſubiecta, & non alibi, cum proborum eccleſiæ conſilio, eccleſiæ, monaſteria, Prioratus, decanatus, aut loci huiuſmodi, cui hi ad quos dicta creatio pertinet præfuerint induantur: nec per eos huiuſmodi creatio, habitus traditio ſeu receptio, niſi perſonis ordinis, ſeu religionis eiuſdem de cætero committantur: & quod infra tempus probationis ad loca alia, niſi conuentualia fuerint, non mittantur. Decernimus quoque quod cum imminebit huiuſmodi receptio facienda, ſi ad Antiſtites, Abbates, vel prȩlatos alios vna cum capitulis vel conuentibus eorundem, ſeu cum eorundem conſenſu pertineat: & capitula ſeu conuentus huiuſmodi, vel eorum maior pars ad eam purè procedere vel receptioni huiuſmodi pro eorum libito renuant conſentire antiſtites, Abbates, ſeu alij prælati poſt ipſos, eos moneant in virtute obediẽtiæ vt pure ac ſecundum Deum, & iuxta eorum conſcientiam infra decem dies huiuſmodi creationi, ſed receptioni conſenſum præſtare procurent. Quia ſi fortè id facere negligant vel recuſent ad eoſdem Antiſtites, Abbates, vel prælatos alios creatio, ſeu receptio ipſa liberè deuoluatur: dummodo nil fraudulenter per eos actum fuerit in præmiſſis. Qui quidem antiſtites, Abbates & prælati alijs in locis in quibus ſexaginta monachi, vel pauciores fuerint, cum cóſilio ſeniorum, proborum, & diſcretorum ſuorum capitulorum, vel conuentuum eligendorũ per eos tertiã partem numero eorundem capitulorum vel conuentuũ facientium. In aliis vero locis in quibus monachi numerum ſexagenariũ exceſſerint, cũ cóſilio viginti ſeniorum, proborũ, & diſcretorũ ex eis dũtaxat eaſdẽ creationẽ & receptionẽ cum Dei timore ac obſeruantia regulæ de perſonis, vt prædicitur, idoneis facere non poſtponãt aliorũ contradictione in aliquo nó obſtãte. Prohibemus inſuper, ne aliquis recipiatur in monachũ ordinis ſeu religionis eiuſdẽ, niſi ſtatim induatur habitu monachalj nec litteræ ſeu inſtrumẽta ſuper futura receptione monachorũ aliquibus cócedantur, aut promiſſiones ſeu obligationes aliæ inde fiant. Vt autem aduerſus eos qui tẽpore probationis elapſo, volunt regularis profeſſionis votum emittere, nullius difficultatis obſtaculum ingeratur: vniuerſis & ſingulis prælatis ad quos pertinet ſuos monachos ad huiuſmodi profeſſionem recipere duximus iniungendum: vt omnes illos qui dicto tempore probationis elapſo expreſſè profiteri voluerint, iuxta regularia inſtituta ſine dilatione ac difficultate quibuſlibet ad huiuſmodi proceſſionem admittant. Quod ſi facere ſine rationabili cauſa recuſauerint: tandiu ſint ſtallũ chori & locus capituli Abbatialia, vel prioralia (vbi

Monach⁹ nó eſt induẽdus aliquis niſi cũ conſilio eorũ quorum intereſt.

Superior quid facere debeat cũ ad ipſũ pertinet creatio monachorum.

Prelati qualiter debent creare & recipere monachos de nouo.

F (margin)

G (margin)

Monachus nullus recipiatur niſi induatur habitu monachali.

H (margin)

A (vbi per priorem monaſterium gubernatur) interdicta eiſdem, donec præfatos ad profeſſionem receperint antedictã. Et nihilominus id per viſitatores prouinciali capitulo referatur: vt per præſidentes eidem capitulo debite puniantur: prouiſo attentius quod in eccleſiis cathedralibus, monaſteriis & aliis locis, ordinis, ſeu religionis huiuſmodi non recipiant plures monachi vel conuerſi quam quot potuerint de ipſorum prouentibus congrue ſuſtentari. Licet autem præcipiatur in ſupradicta conſtitutione ſæpedicti Honorij prædeceſſoris noſtri, vt in nullo monaſterio ad præbendas ex tunc recipiant Abbates vel monachi clericos ſeculares: Nos tamen ſuper hoc expreſſius prouidere volentes, ipſorũq; monaſteriorũ & aliorum locorum ipſius ordinis ſeu religionis indemnitatibus (quæ plerumque contigerunt) propterea præcauere, huiuſmodi præceptum in-
B nouamus, & etiam approbamus: & adiicientes prohibemus ne in eccleſiis cathedralibus, monaſteriis, Prioratibus conuentualibus, ſiue locis aliis eiuſdem ordinis ſeu religionis, Prælati, Priores ſeu adminiſtratores alii, vel capitula, ſeu conuentus eorum, clericos ſeculares vel laicos (niſi eiſdem Eccleſiis, monaſteriis ſeu locis dederint ſe & ſua) vllomodo recipiant ad præbendas: nec eas aliquibus ad vitam vel ad tempus vendere, ſeu concedere, vel dare præſumant: volentes quod venditio, conceſſio, ſeu datio (quas deinceps contra præmiſſa fieri contingerit) ſint irritæ & inanes: nec ex venditione, conceſſione, ſeu datione huiuſmodi, eis quibus factæ fuerint ius aliquid acquiratur: & nihilominus contra hoc dantes &
C concedentes, per ſuperiores ſuos, vel ſi ſuperiores eiuſdem religionis non habuerint, per præſidentes prouincialibus capitulis pro eorum arbitrio puniantur.

Monachi nõ ſunt recipiendi vltra facultates monaſteriorũ

Clerici ſeculares nõ ſũt recipiendi nec ponendi in monaſteriis cũ monachis: niſi ſe & ſua dederint.

Præbendæ nõ ſunt dãdæ, concedendæ nec vendendæ in perpetuum nec ad temp⁹.

De forma & honeſtate veſtimentorum. Cap. XXIII.

QVamuis autem in conſtitutione Viennen. cõcilii ſcilicet, Ne in agro, de veſtibus, caputiis & ſotularibus monachorum, eorúmque formis prouide ſit ſtatutum: Nos tamen præmiſſis adiicimus, quod altitudo ſotularium ipſorum tanta ad minus eſſe debeat, vt quattuor digitorum tranſuerſalium de tibia ſuper cauillam ſpaciũ comprehendat: quodque nulli monacho eiuſdem ordinis ſeu religionis portare caputium etiã fiſſum ſuper humeros ſit licitum quoquomodo: niſi prius ipſius ca-
D putii fiſſura & honeſtas alia per Abbatem ſeu præſidẽtem alium vbi præeſt alius, fuerint arbitratæ. Horum namque tranſgreſſores pœnas eo ipſo incurrant, quæ portantibus ſotulares non corrigiatos & altos, aut caputia non fiſſa inflictæ noſcuntur per dictam conſtitutionem ipſius concilii Viennen. Adiiciendo quoque interdicimus expreſſe vniuerſis & ſingulis ipſius ordinis ſeu religionis monachis, quod nullus eorum decætero rodundellum, clochiam, cucullam manicatam vel tabardatam, ſeu epithogiatam, aut in veſte ſuperiori habitui proxima, manicas ligatas, conſuticias, ſeu quomodolibet botonatas portare præſumat: ſed quales portare ſtatuit præfata cõſtitutio eiuſdem concilii. Vien-

Veſtimenta qualia monachis debeãtur.

nē. Qui verò interdicti huiuſmodi trāſgreſſor extiterit, auferatur ab eo per ſuū ſuperiorē veſtis ipſa trāſgreſſionis, pauperibus eroganda: & nihilominus tranſgreſſor ipſe per eundem ſuperiorem ſic alias debitè puniatur, quo cæteri à ſimilibus arceantur. Abbates autem in monaſteriis, & in cathedralibus eccleſiis monachalibus, Priores ſeu alii maiores in illis poſt eorum antiſtites, ac Priores, ſeu alij non habentes ſuperiores religionis eiuſdem, ſic formam honeſtam veſtium ac calciamentorum ordinent & diſponātur: quod ſit omnibus monachis tam intrinſecis quam extrinſecis vniformis: ipſamque tam Abbates quā Priores, & adminiſtratores ac cæteri quicunque monachi, Priores videlicet & alij per proprios eorum Abbates, ſeu prælatos alios: Abbates verò & cæteri Abbates proprios monachos non habentes per præſidentes prouincialibus capitulis, ſeu per quamlibet eorumdem, ac per viſitatores in ipſis capitulis deputandis tenere ac ſeruare cogantur. Per præmiſſa verò vel per ea quæ in dicta conſtitutione Viennen. concilij ſtatuuntur, non intendimus quod in religionibus ſiue locis in quibus Abbates vel alij prælati locorum ſeu monachi eiuſdem ordinis ſeu religionis vti caputiis vel ſotularibus non ſolebant, ipſis vti licitum ſit eiſdem.

De licentiis eundi extra monaſteria vel alia loca, monachis ſine rationabili cauſa non dandis. Et de pœna redeuntium apoſtatarum. Cap XXIIII.

Monaſteriū nullus debet exire niſi prius petita & obtenta a ſuperiore licentia.

STatuimus inſuper & etiam ordinamus, quod nullus monachus ordinis ſeu religionis eiuſdem, de eccleſia, cœnobio, ſeu alio loco conuentuali exire præſumat, niſi petita & obtenta licentia primitus ab eius ſuperiore, qui eam valeat indulgere, quauis conſuetudine contraria non obſtante. Ipſeque cauſam exitus vel itineris (omni fictione ceſſante) ſuperiori exponat: dictuſque ſuperior licentiam huiuſmodi, niſi ex cauſa rationabili, non concedat. Et eis quibus illam conceſſerit certum ad redeundum terminum præfigat, vt conuenienter poterit breuiorem: ipſoſque ſalubriter exhortetur, à quibus extra monaſterium habeant abſtinere. Si quis verò monachus contrarium fecerit, teneatur ſatisfactionem illam vel pœnam ſubire, cui ſine licentia de monaſteriis ſuis ſeu locis exeuntes conſueuerunt, ſeu debent ſubijci in ordine ſeu religione præfatis. Ad eccleſias vel monaſteria, ſeu loca huiuſmodi redeuntes, ad communionem aliorum monachorum ſeu fratrum (donec ſatisfactionem huiuſmodi fecerint nullatenus admittantur: quæ ſubijcitur eſſe talis. Videlicet

Pœna redeuntium apoſtatarū

quod à porta regulari, parlatorio ſeu alio loco conſueto, per clauſtrum cum magiſtro nouiciorum, vel alio ad hoc deputato ad capitulum veniat in ſtaminea vel nudus, ſecundum quarundam eccleſiarum, monaſteriorū, & locorū religioſorū morē, femoralia & caligas ſine pedalibus tātū habens, cucullā ſeu ſcapulare vel floccū in brachiis ac ferulā in manibus ſuis ferēs. Cū quibus ibi prius venia recepta & ſua recognita culpa, coram omnibus publicè verberetur. Demū verò per Abbatē vel aliū prælatū principalem

A palem ſi ſit ibi aut priorem, vel alium poſt Abbatem, ſeu per principa-
lem prælatum huiuſmodi pænitentia ſeu pœna leuis aut grauis culpæ ſi-
bi pro qualitate demeriti imponatur, ſecundum morem cuiuſlibet ec-
cleſiæ monaſterij, ſeu loci laudabiliter obſeruatum: prouiſo attentius
quod modum peccati modus correctionis nequaquam excedat: pæna
quoque ſimili puniantur monachi in prioratibus ſeu adminiſtratio-
nibus aliis exterioribus deputati, qui de illis redierint ad eccleſias vel mo-
naſteria ſeu loca conuentualia prædicta, ſine vocatione Antiſtitis, Ab-
batis, vel alterius prælati ſeu ſine licentia eiuſdem à priore vel admini-
ſtratore alio loci: in quo (vt præfertur) fuerint deputati per patentes lit-
teras eiſdem dandas, iuſtam cauſam licentiæ huiuſmodi continentes. Nul-
B luſque monachus pernoctaturus extra eccleſiam monaſterium vel alium
locum ſuum, permittatur abire ſine cuculla regulari clauſa, necnon bre-
uiario, in quo ſeruitutis ſuæ penſum poſſit exoluere creatori.

De monachis ad beneficia mittendis: & modo conuerſandi in eis.

Capvt XXV.

ORdinamus etiam & volumus Lateran. concilij de monachis ſingulis
per villas vel oppida, & parrochiales eccleſias nó ponendis, & ſupra-
dictam Clementis prædeceſſoris editam in dicto concilio Viennenſi con-
ſtitutionem, ne ipſi ſinguli monachi in ſingulis ſibi cómiſſis adminiſtra-
C tionibus vel Prioratibus habitare præſumant, firmiter obſeruari. Statui-
mus inſuper quod abſque perſonarum delectu tranſmittatur cum faci-
endum fuerit monachi per ſuperiores eorum: prout locis conguere noue-
rint & perſonis, & non prout Priores ſeu adminiſtratores alij eos duxerint
eligendos: vel ſibi per Antiſtes Abbates aut alios ad quos hoc pertinet pe-
tierint aſſignari. Quia ſi per ignorantiam vel errorem aliqui ad huiuſmo-
di Prioratus & adminiſtrationes vltra numerum conſtitutum vel cóſtitu-
endum miſſi forſan extiterint, Priores ſeu alii adminiſtratores locorum
ipſorum eos cum litteris ſuis cauſam huiuſmodi exprimentibus & expé-
ſis conuenientibus ad ſuperiores remittant eorum. Verùm ſi ceſſante cau-
ſa huiuſmodi Priores ſeu alii adminiſtratores prædicti recuſarint admit-
tere aliquem ad ſe miſſum, vel eis ſufficienter in neceſſariis promdere, tam-
D diu iidé Priores ſeu adminiſtratores in clauſtro principali eccleſiæ mona-
ſterii ſiue loci ad modú clauſtraliú ſequédo capitulú ſeu cóuentú reſidéri
facere teneátur, ad gubernationé locorú ſibi cómiſſorú per ſuperiores prę-
dictos, monachis aliis idoneis vno vel pluribus prout ſuperioribus ipſis vi-
debitur ſubrogatis: donec prædicti Priores ſeu adminiſtratores plenè per-
uenerint in præmiſſis: ſaluis nihilominus aliis rationabilibus pœnis ſtatu-
tis & cóſuetudinibus cótra tales vel alios inobediétes in quibuſcúq; mo-
naſteriis vel locis ipſius ordinis vel religionis hactenus obſeruatis. Mona-
chi auté in Prioratibus ſed adminiſtrationibus cú dictis Prioribus ſeu ad-
miniſtratoribus commorátes, in eccleſia horis cógruis & locis cum dictis

Mittendi ſút monachi ad prioratus prout locis & perſonis eſt cógruum.

Priorú pæna non admittétium ſiue nó bene tractantium monachos ad eos miſſos.

Monachi qualiter debeát cóuerſari

in prioratibus cum prioribus exeuntes: & quomodo diuinũ officiũ facere: ac horas & miſſas celebrare.

Prioribus ſeu adminiſtratoribus ſimul ſint,& canonicas horas dicãt.Et in E
miſſis celebrandis ſuas hebdomadas ordinatè,debitè ac tractim non ſincopando,humiliter & deuotè & horis competẽtibus,& cum nota vbi fuerint tres vel quattuor ſeu plures facere teneantur. Et in talibus locis vbi tres ſint aut ſupra, vna per eos miſſa ad minus cum nota die qualibet celebretur. In vnaquaque domo cõmuni regulariter iaceant, camerulis & cellulis eis penitus interdictis.In domo inſuper vna prior & monachi veſcantur: niſi infirmitas aut alia euidens ratio aliud interdum ſuaſerit faciendum.In veſtitu lectiſterniis & tonſura,à communi Eccleſiæ Monaſterij ſeu loci cuiuſcunque alterius ſuperioris eorundem inſtitutione vel debita obſeruantia non recedant. Monachi quoque ſuo priori vel adminiſtratori iuxta ordinationem antiſtitis,Abbatis vel ſuperioris alterius obediant humiliter & deuotè. Prior autem vel adminiſtrator ipſos tractet F
fraterna in Domino charitate: nec ipſi Priores ſeu adminiſtratores monachos vel eorum ſocios extra Prioratus vel adminiſtrationes morari faciant vel permittant: aut à ſe remittere valeãt abſque ſuperiorum ſuorum

Priores debẽt reſidere in prioratib⁹ ſuis.

licentia: niſi ad ipſos ſuperiores vel eccleſias monaſteria ſeu alia loca principalia ex cauſa legitima, & cum eorum priorum ſeu adminiſtratorum patentibus litteris, & prout ſuperius eſt expreſſum: Prouiſo diligentius quod dicti Priores vel adminiſtratores ſoli non remaneãt in eiſdem Prio-

Monachus ſi fuerit rebellis ſuo priori aut inobediens illud notificet ſuperiori: idem ſi cõtingat mori aut fugitiuum eſſe.

ratibus vel adminiſtrationibus: immo ad reſidendum ibi continuè compellant monachos antedictos, & ſi eis obedire noluerint, ſuperioribus notificent indilatè. Idemque faciant quando mori vel fugitiuos fieri cõ- G
tinget monachos prælibatos,diem mortis eorum in ſuis litteris exprimẽdo: vt in eccleſiis monaſteriis ſeu locis aliis principalibus pro anima monachi defuncti fiant ſuffragia conſueta: ac diem etiam fugæ ſeu receſſus eorum, vt fugitiuos valeant reuocare, ſeu loco ipſorum alios ſubrogare. Quia ſi dum primo id ſciuerint ſuperioribus præfatis ſignificare diſtulerint: ipſi priores vel adminiſtratores duplum illorum quæ monachus (ſi fuiſſet ibidem) expendiſſet pro pictantia capituli eccleſiæ vel conuentus monaſterij ſeu loci alterius principalis ſoluere teneantur. Cæteros autem limites à priore vel adminiſtratore prædictis præfixos ipſi monachi habeant: quos etiam cauſa deductionis ſeu recreationis, vel alias

Monachus nõ debet eſſe ſolus cũ exit monaſterium.

tranſgredi eis non liceat, ſine prioris vel adminiſtratoris licentia ſpeciali. Soli quoque nunquam incedant: ſed ſemper cum alio monacho vel alia H
honeſta perſona. In villa verò, in qua fuerint prioratus vel adminiſtrationes huiuſmodi, comedere ſeu bibere, vel domos ingredi non præſumant: niſi cum honeſtis perſonis, & hoc de ſui prioris vel adminiſtratoris licentia ſpeciali. Qui autem præmiſſa minimè obſeruauerint, regulari ſubiaceant diſciplinæ. Vt autem hæc efficacius obſeruentur, Antiſtites Abbates & ſuperiores, necnon alij qui ad viſitandum per eos fuerint deputati, cum Prioratus & adminiſtrationes huiuſmodi viſitabunt, circa illa ſeruanda & non ſeruata, etiam corrigenda curam adhibeant diligentem.

De

A *De eſu & abſtinentia carnium, & de Dormitorio modóque cubandi.* CAPVT XXVI.

VErùm quia ad ſalutis profectum tenditur, ſi moderationis ſobrietas & modeſtia obſeruentur: volentes ea quæ circa eſum & abſtinentiam carnium beati Benedicti regularis inſtitutio tradidit, & in conſtitutione piæ memoriæ Innocentij Papæ tertij prædeceſſoris noſtri ſunt ſtatuta firmiter obſeruari: Statuimus & ordinamus quod per totũ annum feria quarta, & die Sabbati, & à prima Dominica de aduentu vſque ad diem Natalis Domini: & à Dominica ſeptuageſimæ vſque ad diẽ Paſchæ omnes regulares eiuſdem ordinis ſeu religionis ab eſu carnium vbique B abſtineant: niſi neceſſitas infirmitatis non fictæ per Abbatem, vel alium prælatum proprium forte ſuadeat cum aliquo diſpenſandum. Diebus autem quibus monachi in infirmitorio carnes edent ſic prouideatur omnino, quod in refectorio remaneat ad minus medietas monachorum capituli vel conuentus, & idem fiat vbi Abbas ſeu alius prælatus principalis aliquos ad domum, ſeu ad cameram ſuam vocabit, ad melius & plenius exhibendum. Quotiẽs verò plures ſimul carnes in infirmitorio comedẽt, verſus & oratio in principio menſæ, ac poſt refectionem hymnus & verſus dicatur, & continuum diſcumbendo ſilentium obſeruetur. Ibique legatur ſicut in refectorio cõtinuè aliquid quod ædificet audientes: nullaque perſona ſecularis ad comedendum inibi aliquatenus inuitetur. Caueant autem Abbates & alij prælati aliorum locorum ipſius ordinis ſeu C religionis, ne ſeculares perſonas ad eorum menſas conuocent: quarũ occaſione ipſi vel ordo ſeu religio huiuſmodi denigrari valeant vel notari. Omnes inſuper monachi, vel (ſi multitudo non ſinit eorum) ſaltem quãto plures ex ipſis commodè poterunt in vna domo dormiant & iaceant, iuxta regularia & canonica inſtituta: non per ſeparatas cameras vel per cellas, exceptis his quibus in cameris vel cellis infirmitorij permittetur, propter ſenectutem, vel inualitudines corporales, vel ex aliis rationabilibus cauſis: iuxta diſpoſitionem Abbatis ſeu alterius eorum prælati: vel niſi propter adminiſtrationes ſeu officia ſuper hæc aliqui excuſentur. Veſtiti autem iaceant Abbates, Priores, adminiſtratores & monachi vniuerſi, tam infra quam vbicunque extra monaſterium conſtituti: lineiſque D camiſiis (cum ſint eis expreſſè prohibitæ) non vtantur. Tranſgreſſores verò præmiſſorum ſi Abbates, ſeu alij prælati Abbates proprios non habentes fuerint, per præſidentes vel viſitatores prouincialis capituli, cæteri verò per ſuos ſuperiores (prout culpæ ac deliquentium qualitas exegerit) debitè puniantur. Cæterum quia cellæ in dormitoriis inhoneſtates inducunt, Statuimus & ordinamus, quod in ipſis dormitoriis cellæ decætero nullæ fiant: & iam factæ nullatenus dimittantur: ſed per antiſtites in Cathedralibus Eccleſiis monachalibus, & per Abbates vel alios prælatos principales in monaſteriis ac Prioratibus & locis aliis per illos qui eis præfuerint infra quattuor menſes à tempore quo ſtatutum ſeu ordinatio

Feria 4. & Sabbatí, & in aduentu domini atque in ſeptuageſima monachis interdicitur eſus carnium.

Obſeruãtia regularis diſcipli na tanta eſt in infirmitorio adhibẽda ſicut in refectorio.

Seculares cũ monachis comedere non debent.

Cellæ dormitorij amouendæ.

huiuſmodi ad eos peruenerit, eiſque negligentibus ſeu non valentibus E
per viſitatores in prima viſitatione quam impendent auctoritate Apo-
ſtolica deſtruentur: & quod ſuper his reſiſtẽtes eiſdem, vel impedimen-
tum aliquod præſtantes ſeu præſtari procurantes, & ad hoc dantes auxi-
lium, conſilium vel fauorem publicè, vel occultè, excõmunicationis in-
currant ſententiam ipſo facto: A qua nequeant niſi per prædictos viſita-
tores abſolui: quos ipſi viſitatores ad hoc per alia iuris & ipſius ordinis
ſeu religionis remedia valeant auctoritate Apoſtolica coartare. Ipſi etiam

Prouidendum eſt de loco pro ſtudentibus.

viſitatores quod ſuper his inuenerint vel fecerint referant plenè ac fideli-
ter in ſubſequenti cuiuſlibet prouinciæ (in quam viſitatores deputati ex-
titerint) capitulo prouinciali. Pro ſtudentibus tamen prouideatur iuxta
dormitorium, de cellis in quibus ipſi ſtudere valeant, non iacere. F

De Miſſarum celebratione, & communione non ſacerdotum.

Capvt XXVII.

Monachis præcipitur bis aut ter in hebdomada celebrare.

MOnemus inſuper vniuerſos Priores, adminiſtratores, & monachos
ipſius ordinis ſeu religionis in ſacerdotio conſtitutos, intra Eccle-
ſias monaſteria, & alia loca eorum conuentualia reſidentes, vt eorum
quilibet bis, vel ter, qui verò in Prioratibus vel aliis locis non conuen-
tualibus aut in ſcholis ſiue alibi fuerint & ſi nõ frequentius, ſaltem ſemel
in ſeptimana (ſalua honeſtate & debita deuotione) Miſſas ſtudeant cele-
brare. Et nihilominus qui locis conuentualibus præſidebunt, in feſtis ſo- G
lemnibus Miſſas maiores cõuentuales celebrent in eiſdem. Alij verò non

Præſidentes locis cõuentualib⁹ debent feſtis ſolemnibus celebrare & officiare.

ſacerdotes: & ſi non ſæpius ſaltem ſingulis ſeptimanis confiteantur: &
ſingulis menſibus iuxta conſtitutionem ſæpe dicti clementis prædeceſſo-
ris æditam in præfato conſilio Viennen. ad communionem accedant. Illi
videlicet qui infra Eccleſias, monaſteria, ſeu alia loca conuentualia erũt,
in altari maiori. Qui verò extra illa fuerint, vbi magis viſum fuerit hone-
ſtum eiſdem: niſi abſtineant ex cauſa rationabili, & de licentia ſuperioris
aut confeſſorum ſuorum, (quod ſi negligenter obmiſerunt) per eoſdem

Confiteri debent in ſacris non conſtituti ſĩgulis hebdomadis & ſingulis menſibus communicare.

ſuperiores ſuos grauiter arguãtur: & nihilominus debite puniantur. Per
hæc autem ſtatutis vel conſuetudinibus eccleſiarum, monaſteriorum ſeu
locorum prædictorum in quibus obſeruaretur, vt confiteri vel celebrare
ſeu communicare frequentius habeant, non intendimus in aliquo dero- H
gare. Abbates inſuper ac priores, & cæteri non habentes ſuperiores eiuſ-
dem religionis (qui eo amplius debent forma vitæ pollere, quo magis ſta-
tus præfulgent honore) die qualibet (rationabili cauſa ceſſante) Miſſam

Prælati regulares debent quotidie celebrare, aut ſaltẽ miſſam audire.

celebrent vel audiant: & in ſolemnibus feſtis in ſuis monaſteriis ſiue lo-
cis Miſſas ſolemnes ſtudeant celebrare. Quamuis autem ſatis ſit (tam in
regula beati Benedicti quam in iure) prouiſum, quomodo in eccleſiis,
monaſteriis & locis aliis conuentualibus ſupradictis, monachi conuenire
debeant ad diuina officia, diurna videlicet & nocturna atque pſallere in
eiſdem: quia tamen hæc negligenter obmittunt interdum, volumus &
etiam

A etiam ordinamus: vt in eiſdem eccleſiis, monaſteriis ſiue locis cum grauitate ac modeſtia humiliter & deuotè horis debitis ad diuina officia vniuerſi & ſinguli monachi debeant conuenire ipſáque cum deuotione ſincera tractim, diſtinctè, conuenienter, & debitè celebrent, non tranſcurrendo aut ſincopando, & quo ad alia, quæ his impedimentum afferrent, ſeruando ſilentium: quinimmo ad diuina ipſa intentis præcordiis attendendo. Tranſgreſſores verò præmiſſorum debitæ ſubiaceant diſciplinæ. Cæterum qui ad chorum vel ad eccleſiam accedere nequiuerint: prædicationi, lectioni, ſtudio, ſeu adminiſtrationibus vel officiis ſuis, aut piis ſiue licitis operibus, de licentia illius ad quem eam dare pertinuerit occupati, in loco alio congruo & honeſto debitis horis iuxta poſſibilitatem B plures ſimul conueniant, & debitè dicant diuinum officium & quotidianum penſum exſoluant debitæ ſeruitutis.

Diuinum officiũ qualiter per monachos ſit celebrãdum.

Monachi de licentia ſuperioris ſe à choro abſentare poſsũt cauſa ſtudij.

De cuſtodia & reuerentia ornamentorum Eccleſiæ ac prouiſione librorum. Cap. XXVIII.

SAne vniuerſis & ſingulis antiſtitibus, Abbatibus, Prioribus, decanis, præpoſitis, ſacriſtis, & adminiſtratoribus aliis, quibus hoc competit in virtute obedientiæ diſtrictè iniungimus: vt eccleſias, oratoria, altaria, vaſa, corporalia, veſtimenta, & alia ornamenta eccleſiaſtica munda & nitida conſeruent & faciant ab aliis conſeruari quódque de breuiariis miſſalibus, aliíſque libris & veſtimentis ac ornamentis quibuſlibet neC ceſſariis omnino prouideant, ſeu faciant prouideri.

De decanis & præpoſitis, aliíſque ad ſacerdotium promouendis. Cap. XXIX.

INſuper cum caueatur in ſupradicta conſtitutione dicti Clementis prædeceſſoris, ædita in eodem Cócilio Viennenſi, quod Prioratus cóuentuales alicui, niſi viceſimumquintum annum attigerit conferri nequeãt vel committi: & quod qui tales Prioratus habuerint, infra annum computandum à tempore collationis ſeu commiſſionis ſibi factæ de illis, & poſſeſſionis eorum adeptæ, ſe faciant ad ſacerdotium promoueri: quod ſi (ceſſante rationabili cauſa) non fecerint, eo ipſo dictis Prioratibus ſint priuati: Nos pari ratione inducti, quod ſuper his in prænominata conD ſtitutione cautum exiſtit, ad decanos, præpoſitos, & quoſcunque alios præſidentes locis conuẽtualibus ordinis ſeu religionis eiuſdem duximus extendendum: & hoc idem ſtatuimus & decernimus exiſtere ſimiliter obſeruandum, in aſſumendis ad officia, ſeu adminiſtrationes clauſtrales: quæ beneficia cenſebuntur ipſius ordinis ſeu religionis, etiam ſi officia ſeu adminiſtrationes huiuſmodi curam non habeant animarum. Et quod de Prioratibus non conuentualibus, curam animarum habẽtibus, etſi cura ipſa per ſeculares presbyteros habeat exerceri, & aſsũptis ad eos ad ſacerdotium promouendis ac eorundem ætate, in dicta conſtitutione cauetur: In decanatibus, præpoſituris, & aliis quibuſcunque admini-

Iudicium idẽ eſt de beneficiis collatiuis regularibꝰ & officiis & adminiſtrationibꝰ quo ad promotionem, compatibilitatẽ, ſiue aſſumptionẽ ad ea.

ſtrationibus non conuentualibus ſimilem curam habentibus ordinis ſeu religionis huiuſmodi, & in aſſumendis ad eos idem per omnia volumus obſeruari. E

De inſtituendo Priore clauſtrali. Cap. XXX.

Prior clauſtralis eſt ab Abbate & conuentu eligendus.

SAne cum Prior clauſtralis eſſe debeat potens in opere ac ſermone, Volumus & in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus: vt inſtituatur ipſe Prior prouidus & diſcretus: prout in congregatione Cathedralis Eccleſiæ vel monaſterij, ſeu alterius loci eiuſdem ordinis ſeu religionis aptior poterit inueniri ſitque talis qui continuè in capitulo ſeu conuentu reſideat: clauſtríque curam & regimen exercere aſſiduè teneatur. F

De Monachis obtinentibus beneficia in Monaſteriis alienis. Cap. XXXI.

Monach⁹ auctoritate Apoſtolica obtinens beneficium officium, ſiue adminiſtrationem in monaſterio alieno niſi canonice transferatur priuatur ipſo iure quacunque diſpenſatione nõ obſtante.

ATtendentes præterea fore quam plurimos monachos ipſius ordinis ſeu religionis, qui licet in vel ſub alienis Eccleſiis vel monaſteriis, quorum vnum ab alio non dependet, ex diſpenſatione ſupradictæ ſedis beneficia ſint adepti, remanent tamen in primis Eccleſiis, ſeu monaſteriis monachi: nec ad Eccleſias, monaſteria, vel ſub quibus beneficia obtinent ſint tranſlati, propter quæ diuerſa iuri & rationi repugnantia ſubſequuntur: Nos in hac parte opportunè prouidere volentes, auctoritate Apoſtolica ſtatuimus & etiã ordinamus quod quiuis ex monachis ſupradictis infra menſem poſt publicationem præſentis cõſtitutionis in ſuo prouinciali capitulo faciendam, dictarum Eccleſiarum ſeu monaſteriorum alterum eligere teneantur. Quod ſi ſecundum elegerit, in quo vel ſub quo beneficiatus extiterit: ſtatim eoipſo eius verus monachus cẽſeatur, & eſſe deſinat in priori: niſi forſan in huiuſmodi Eccleſia vel monaſterio ſic electo certus eſſet monachorum numerus, & de ipſo aliquis nõ deeſſet. Quo caſu tranſlationem ad Eccleſiam vel monaſteriũ ſic electum differri volumus, donec aliquis de numero prædicto defuerit: & tunc in eius locum eadem auctoritate eoipſo nouerit ſe tranſlatum. Quia ſi ſecũdam Eccleſiam vel monaſterium omnino elegerit (vt præfertur) prioratu, adminiſtratione, officio, ſeu beneficio huiuſmodi eoipſo nouerit ſe priuatum: & in priori Eccleſia vel monaſterio remaneat monachus, ſicut prius diſpenſatione prædicta contra præſens ſtatutum in nullo ſibi pœnitus ſuffragante: volentes nihilominus quod de Prioratu, adminiſtratione, officio, ſeu beneficio huiuſmodi, per eos ad quos alias eorum collatio, conceſſio, ſeu quæuis diſpoſitio pertinet, non obſtante contradictione cuiuſpiam liberè diſponatur: eos nihilominus qui contra cõſtitutionem præſentẽ huiuſmodi Prioratus adminiſtrationes, officia, ſeu beneficia in alienis Eccleſiis ſeu monaſteriis retinere præſumpſerint, pœnis conſtitutionis bonifacianæ (cum ſingula capitula) volumus ſubiacere. Et nihilominus per ſuperiores eorum grauiter decernimus puniendos. G H

De

A

De obtinentibus beneficia ex collatione Apoſtolica, quod ſicut alij ſint ſubiecti. CAP. XXXII.

RVrſum declaramus quod omnes monachi beneficia obtinentes in ordine ſeu religione huiuſmodi, ex collatione, prouiſione, vel ordinatione ſedis Apoſtolicæ, aut legatorum executorum, vel prouiſorum eiuſdem, ſeu per ipſius ſedis, vel per prædictorum litteras, & qui ea obtinuerint in futurnm teneantur obedire ſuperioribus ſuis eiuſdem religionis, eorúmque ſubeſſe correctionibus, ordinationibus, punitionibus, & ſtatutis, & prioratibus, adminiſtrationibus, officiis ſeu quibuſcunque beneficiis, quæ obtinent (vt præfertur) & obtinuerint in futurum, ex cauB ſis rationabilibus priuari valeant: & ab illis etiam amoueri, ac ſi per ſuperiores ſuos de ſuis beneficiis eis foret prouiſum.

Beneficiũ officiũ, ſiue adminiſtrationem obtinẽs ex prouiſione Apoſtolica ſicut cæteri ſunt ſubiecti ſuperioribus & ex cauſis rationabilibus poſſunt amoueri.

Quod antiquus monachorum numerus teneatur in beneficiis eorundem: ac procurationes ſoluantur. CAP. XXXIII.

CÆterum cupientes cultum diuini nominis non minui, ſed potius augeri: ſitque rationabile vt quicunque beneficia regularia obtinent, onera debita & conſueta ſupportẽt: Statuimus & ordinamus quod in monaſteriis, Prioratibus, & aliis beneficiis monachalibus, perſonis quibuſlibet extra ordinem ſeu religionem huiuſmodi, cuiuſcunque ſint dignitatis, gradus, ſeu præeminentiæ collatis vel commendatis, ſeu de C cætero commendandis vel conferendis, tot monachi teneantur, quot in eis tenebantur, cum per monachos, monaſteria, Prioratus, & beneficia huiuſmodi regebantur: Et quod nihilominus monacho in eiſdem monaſteriis, Prioratibus, & beneficiis committatur id quod ſuprà, vel circa alios monachos inibi reſidentes habere exercere adminiſtrator monachus, ſi præeſſet eiſdem quantum ad ea quæ pertinent ad regulam ſeu diſciplinam, vel obſeruantiam regularem: & quod quilibet huiuſmodi monaſteria, Prioratus, & beneficia quomodolibet obtinentes ad Procurationes & alia quælibet onera imminentia perſoluenda reddenda & ſupportanda auctoritate Apoſtolica per cenſuram Eccleſiaſticam & alias ſic per omnia compelli valeant per capitulorum prouincialium præſidentes: ſicut per ſuperiores poſſent & deberent cõpelli monachi ſi præeſſent D monaſteriis, Prioratibus, & beneficiis memoratis: niſi fuerint ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, quos non decet talium compulſionibus ſubiacere.

Curam & regimẽ ſiue adminiſtrationem monachorum debet prelatus commẽdatarius committere monacho eiuſdẽ religionis & domus.

Romana Eccleſia Cardinales nõ poſſunt cõpelli niſi per Romanum pontificem ſiue per regem.

De collapſis monaſteriis in religione. CAP. XXXIIII.

STatuimus quoque & ordinamus quod ſi aliquod monaſterium ipſius ordinis ſeu religionis lapſum in religione vel regulari obſeruantia patiatur, qui per Abbatem ſeu alium adminiſtratorem vel monachos eiuſdem monaſterij veriſimiliter reparari non poſſit: per præſidentes prouinciali capitulo, vel quemlibet eorundem ad requiſitionem ſeu rela-

Monaſterium in religione collapſum ſi per monachos eiuſdẽ monaſterij non poſſit

reparari. aſſumendi ſunt monachi alteriꝰ. Monachi per quos monaſterium patitur lapſũ mittendi ſũt ad monaſteria alia.

tionem viſitatorum prout eidem capitulo ſuper hoc conſulendo videbitur expedire, vel ſine conſultatione huiuſmodi, ſi ex dilatione conſulẽdi dictum capitulum periculum immineret, auctoritate Apoſtolica aſſumantur de alio monaſterio (in cultu eiuſdem religionis vigente) monachi idonei: & ad dictum monaſterium lapſum patiens tranſmittantur, inibi quamdiu expediens fuerit moraturi, per quos lapſus huiuſmodi reparetur. Illi autem monachi ob quorum culpam alij tranſmittentur ad locum ſeu monaſterium ſic collapſum, in dicto monaſterio: de quo alij (vt præfertur) aſſumpti fuerint, vel in diuerſis aliis monaſteriis religione vigentibus, vbi eorum cõditio valeat reformari per præſidentes eoſdem, prout expedientius fuerit, eadem auctoritate Apoſtolica collocentur. E

De collapſis monaſteriis in facultatibus. CAP. XXXV. F

STatuimus inſuper & ordinamus vt ſi alicuius monaſterij ſeu loci eiuſdem ordinis ſeu religionis repentinus aut nouus in facultatibus ſuis lapſus, vel aliquorum ipſius monachorum exceſſus monachos ſic excedentes aut alios ad monaſteria mitti exegerit aliena, præſidentes præfati & eorum quilibet ad requiſitionem ſeu relationem præfatorum viſitatorum, vbi prouinciali capitulo prius videbitur, & dilatio conſulendi præfatum capitulum periculum non inducet: alioquin ſine conſultatione dicti capituli huiuſmodi monachorum, auctoritate prædicta faciant ad tempus de quo eis videbitur miſſionem ad receptionem ipſorum, Abbates & alios prælatos principales ipſius ordinis ſeu religionis qui eos aliter recipere ferre noluerint compellentes: niſi fuerit talis huiuſmodi miſſorum conditio, quod ſine graui ſcandalo in monaſteriis ſeu locis aliis ad quæ miſſi fuerint admitti vel tollerari non poſſint: vel niſi alias euidens & incalumniabilis ratio ipſos Abbates vel prælatos ad receptionem talium ſuaſerit non exiſtere compellendos. quo caſu ad alia monaſteria vel loca modo ſimili tranſmittantur (contraria ſuper his conſuetudine non obſtante) & manente nihilominus illa conſuetudine, quam ſuper libera miſſione & receptione monachorum huiuſmodi alia monaſteria ſiue loca inter ſe hactenus habuiſſe noſcuntur: aut Eccleſias cathedrales, monachales quantum ad miſſionem & receptionem monachorum eorundem ſub ſtatuto, & ordinatione præſentibus incluſas fore intelligimus & iubemus. G H

Conſuetudo aliquorum monaſteriorum ſuper miſſione, trãſlatione, ac receptione monachorũ approbatur.

De mendicantibus ad ipſum ordinem aſſerentibus ſe tranſlatos.
CAPVT XXXVI.

Aſſerenti ſe diſpẽſatum nõ eſt credẽdum niſi diſpenſationẽ exhibeat. Mãdatur prelatis

PLerúmque ſiquidem contingit, quod nonnulli qui profeſſores ordinum mendicantium extiterint, de ſuorum ſuperiorũ qui tunc erant, vel Apoſtolica licentia quam ſe habere prætendunt, ſe ad ordinem ſeu religionem huiuſmodi tranſtulerint; qui aſſerunt quod ex diſpenſatione dictæ ſedis poſſint vocem aut locum in capitulo habere, ac Prioratus, adminiſtrationes, ſeu officia monachalia licitè obtinere. Nos igitur prouidere

A dere volentes, quod vnde veritatis claritas pateat in præmiſſis vniuerſis & ſingulis antiſtitibus dictarũ Eccleſiarum, necnon Abbatibus, & Prioribus, aliiſq; loca conuentualia ipſius ordinis vel religionis obtinentibus, à quibus prædicti tranſlati eſſe noſcuntur: Mãdamus vt auctoritate Apoſtolica tales compellant, quod licentiam & diſpenſationẽ huiuſmodi legitimas (ſi quas habẽt) necnon titulum Prioratuum, adminiſtrationum, ſeu officiorum (ſi qua obtinent) omnino exhi bere procurẽt infra certum tempus, antiſtitum vel Abbatum, aliorúmque prædictorum arbitrio rationabiliter moderandum. Quia ſi non fecerint, vel ſufficientem licẽtiam & diſpenſationes præfatas non habuerint, prædicti Antiſtites, Abbates, & alij non differant ipſos (prout iuſtum fuerit) ab Eccleſiis, Monaſteriis, B Prioratibus, adminiſtrationibus, ſeu officiis huiuſmodi amouere: eoſque à voce & loco capituli repellere, aliáſque debitè procedere contra eos. *quod compellãt mẽdicantes oſtendere ſuas diſpẽſationes ſi quas habent.*

De delatoribus. CAPVT XXXVII.

PORrò quia nonnulli monachi contra prælatos vel ſuperiores ſuos multa frequenter proponunt, non vt omnia probent quia nec poſſent: ſed vt diffament de omnibus & probatis forſan illorum aliquibus finem conſequantur optatum: Statuimus & etiam ordinamus, quod nullus omnino monachus contra ſuum prælatum vel ſuperiorem ſuper crimine vel criminibus deinceps quomodolibet audiatur: niſi ſe prius obligauerit ad pœnam congruam ſi defecerit in probatione propoſitorum, C vel alicuius ex eis irremiſſibiliter ſubeundam. Volumus tamen, quod prælatus vel alius (ſi de criminibus legitimè conuincatur) iudicium non effugiat debitæ vltionis. *Accuſare non poteſt monachus Abbatem niſi ſe obligauerit ad pœnam cõgruã ſi defecerit in probatione propoſitorum.*

De conſpiratoribus. CAPVT XXXVIII.

CÆterum quia pro eo quod conſpiratores & coniuratores illiciti ordinis & religionis eiuſdem, interdum vt expediebat puniti hactenus non fuerunt, multa mala & ſcandala in eiſdem ordine ſeu religione ſunt ſecuta: Statuimus & ordinamus, quod ipſi conſpiratores & coniuratores cum de conſpiratione & coniuratione huiuſmodi legitimè conuicti fuerint, vel confeſſi, præter alias pœnas talibus à iure, vel alias quouiſmodo inflictas, ſint Prioratibus, adminiſtrationibus, & beneficiis quibuſlibet D quæ obtinuerint eoipſo priuati. Si verò ſimplices clauſtrales fuerint, eoipſo reddantur inhabiles ad Prioratus, adminiſtrationes, ſeu quæuis alia beneficia eccleſiaſtica quomodolibet obtinenda. Contra conſpiratores autem & coniuratores occultos, ſeu non conuictos vel non confeſſos (vt præfertur) per ſuperiorem aut viſitatores etiam pœnæ aliæ prout expedire videbitur, generaliter ſtatuãtur. Statuta namq; & ordinationes ſuprascripta, necnon cuncta & ſingula in illis expreſſa, quemadmodũ deſignatur, modificatur, & perſtringitur in eiſdem vbique terrarum & locorum infra, & per ordinem ſeu religionem huiuſm odi, eadem auctoritate volumus perpetuis futuris temporibns firmiter obſeruari: Non obſtantibus *Conſpiratores puniãtur. Conſpiratores clauſtrales & monachi ſimplices fiunt inhabiles ad quodcunq; beneficium officium ſiue adminiſtrationẽ. Cõſtitutio per religionẽ S. Benedicti firmiter obſeruari præcipitur.*

quibuſcunque priuilegiis indulgentiis exemptionibus vel litteris quibuſuis ordinibus, religionibus, eccleſiis cathedralibus, monaſteriis, ſeu aliis locis ſub quacunque forma vel expreſſione verborum ab Apoſtolica ſede conceſſis, Necnon quibuſlibet ſtatutis & conſuetudinibus ordinum, religionum, eccleſiarum cathedralium, monaſteriorũ, & aliorum locorum eiuſdem ordinis ſeu religionis monachorum nigrorum Pariſienſium & aliorum ſtudiorum quoruncunque contrariis iuramentis, confirmationibus Apoſtolicis, aut quibuſuis firmitatibus aliis roboratis, necnó quibuſlibet priuilegiis, vel indulgentiis, & litteris Apoſtolicis generalibus, & ſpecialibus cõtrariis, eccleſiis & monaſteriis, locis, & ſtudiis quibuſcunque, ſiue vniuerſitatibus magiſtrorum vel ſcholarium eorundẽ, ſeu perſonis eccleſiaſticis, ſcholaribus, & regularibus exemptis & non exemptis, cuiuſcunque ſint vel fuerint præeminentiæ, dignitatis, conditionis, aut ſtatus, ſub quibuſuis formis vel expreſſionibus verborum (vt prætãgitur) à dicta ſede conceſſis, & ordinationibus ab eis, vel pro ipſis factis: per quæ præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta, effectus huiuſmodi ſtatutorum & ordinationum, omniúmque aliarum & ſingularum contentarum in eiſdem præſentibus impediri valeat quomodolibet vel differri: & de quibus quorumque totis tenoribus plenam & expreſſam oporteat in illis vel aliis noſtris litteris fieri mentionem: ſeu ſi aliquibus à præfata ſede indultum exiſtat communiter, vel diuiſim, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas, non faciẽtes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem.

De publicatione ſtatutorum & ordinationum præmiſſorum.
CAPVT XXXIX.

Cõſtitutio Benedictinorum non intẽdis derogare iuri communi. *Conſtitutiones ac ſtatuta Benedictinorum bis in anno legi debent.*

POſtremo volumus & mandamus vt ordinationes, & ſtatuta noſtra huiuſmodi, & omnia alia & ſingula ſupraſcripta (per quæ aliis iuris ſolennitatibus, non intendimus in aliquo derogare) in ſingulis eccleſiis cathedralibus ac monaſteriis & locis aliis conuentualibus ipſius ordinis ſeu religionis ſub ſcriptura autentica perpetuò habeantur, & fideliter conſeruẽtur: & quod in ſingulis prouincialibus capitulis quarũlibet prouinciarum ſuperius diſtinctarum, & nihilominus bis quolibet anno in antea in ſingulis eccleſiis, monaſteriis, & aliis locis conuentualibus ſupradictis integrè, & attentè legantur & etiam auſcultentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatutorum, ordinationum, voluntatum, conſtitutionũ deputationis inhibitionum, declarationũ, prouiſionis, prohibitionis, conceſſionis, innouationis, approbationis, monitionis, extenſionis, & mandatorum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit: indignationẽ omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Auenioni xij. Kaléd. Iulij Põtificatus noſtri anno ſecũdo.

BVLLA

A

BVLLA ALEXANDRI PAPÆ VI. Abbatibus Lucemburgenſi, Maioriſmonaſterij, ac Caſalis Benedicti directa, pro reformatione monaſteriorum tam virorum quam mulierum ordinis Sancti Benedicti, anno Domini 1494.

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filiis beatæ Mariæ Lucemburgenſis, & Maioris monaſterij, ac Caſalis Benedicti, Treuerenſis & Turonenſis ac Biturienſis Dioceſum, monaſteriorum Abbatibus, Salutem
B & Apoſtolicam benedictionem. QVANTA in Dei Eccleſia ad ſalutem animarum Chriſti fidelium perſonæ religioſæ earum vita exemplari, & ſalutaribus operibus afferunt incrementa virtutum: tanta eiſdem inferunt detrimenta ſalutis, ſi à recto tramite deuiantes per incontinentiam & vitam laxiorem ad illicita dilabuntur. Quo fit, vt diligens & curioſum reformationis miniſterium in talibus opportunum eſſe noſcatur: ne per vitiorum atque exceſſuum tolerãtiam, hoſtis antiqui operãte verſutia, religionis claritas obnubiletur: & errores innumeri infinitáque ſcandala cum inemendabili iactura exinde valeant veriſimiliter exoriri. SANE plurimorum, & præcipuè dilectorum filiorum Abbatum & Præſidentium prouincialium vltramontanorum monachorum nigrorum,
C qui Benedictini appellantur, relatione percepimus: quod licet tam ex fœlici recordatione Innocentij tertij, Honorij tertij, Bonifacij octaui, Gregorij noni, Clementis quinti, Benedicti duodecimi, & Sexti quarti, aliorúmq; diuerſorum Romanorum põtificum prædeceſſorum noſtrorum, quã ſacrorum generalium Conciliorum, & etiã Prælatorum ordinis S. Benedicti ſanctionibus, & ex illis poſtmodum ſubſecutis declarationibus, quibus circa ſtatum ordinis & religionis ceremonialia honeſtate debita cõformiter obſeruẽtur, Contradictores & rebelles cẽſuris & pœnis etiam pecuniariis coërceantur, ac in ſua rebellione pertinaces per ſuſpenſionem & priuationẽ puniãtur: Nihilominus in multis prouinciis vltramontanis, Abbates, Præpoſiti, Priores, Decani, ſeu cæteri prælati, ac adminiſtrationes in eodẽ ordine obtinentes, capitula huiuſmodi celebrare contẽnunt,
D nullas viſitationes admittunt, & diſſolutè viuunt: ita quod regulam cum ſtatutis negligere videantur. IN aliis autem prouinciis, vbi capitula huiuſmodi celebrãtur, quidã obſtinata mente capitulis ipſis intereſſe ſpernunt, viſitatores deputatos excludunt. Et nunc appellationibus, nunc verò ſeculari potentia ſe defendunt. Vnde multi in diſſolutionibus huiuſmodi perdurantes, dum neminem timent, cuncta bona monaſteriorũ & locorum eorundem dilapidant & cõſumunt: ita quod multa monaſteria pœnitus deſolata pereunt, ac eorum poſſeſſiones, decimæ, & alia bona ad manus ſecularium deueniunt. ALII recepta pecuniæ ſumma aut penſione, alte-

rius ordinis fratribus aut ſororibus ſua monaſteria vendunt. Rurſus in
cerris monaſteriis moniáliũ dicti ordinis, ipſæ moniales apertis clauſtris E
indifferenter omnes homines etiam ſuſpectos intromittunt, ac extra mo-
naſteria in curiis, caſtris & plateis vagantes, plura ſcandala committunt.
Aliæ etiam velum cum habitu regulari abiiciẽtes, ſub colore, quod à ſede
Apoſtolica forſan ſurreptitiè indultum obtinuerunt, quod poſſunt habi-
tum, & velum nigrum in albũ mutare, in ipſis monaſteriis ſeculariter vi-
uunt: aut monaſteria relinquentes etiam paſſim nubere non verentur.
SIMILITER religioſi, qui in ſacris ordinibus conſtituti non ſunt, relicto
habitu regulari, matrimonium contrahere dicũtur. Vnde his & ſimilibus
abuſibus ordo periit, religio deſtruitur, & plura alia nefanda (proh dolor)
committuntur. NOS IGITVR attendentes, quod vbi regularis diſcipli-
na contemnitur, neceſſe eſt vt religio naufragetur, ac cupiẽtes religionem F
ipſam, quam præ cæteris ordinibus ſpecialiter gerimus in viſceribus cha-
ritatis, per debitæ reformationis officium, ad priſtinum viuendi modum
iure noſtræ ſolicitudinis ſtudio reſtitui & reſtaurari prædictorum præſi-
dentium prouincialium querelis ſuper hoc frequenter incitati, ipſos &
eorum quemlibet à quibuſcumque excommunicationis, ſuſpenſionis, &
interdicti, aliíſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis à iure vel ab
homine quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet inno-
dari exiſtunt, ad effectum præſentiũ duntaxat conſequẽdum, harum ſerie
abſoluẽtes, & abſolutos fore cenſentes, eorũ in hac parte ſupplicationibus
inclinati, dictorum prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærẽdo, diſcre- G
tioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos vel duo, aut
vnus veſtrum, ſeu alij probi viri, Deum timentes, & religionis honeſtatem
zelantes, ad id per vos eligendi, deputandi vel aſſumendi, ſuper quo vo-
bis plenam & liberam concedimus harum ſerie facultatem, ad dicti or-
dinis monachorum nigrorum, qui Benedictini vulgariter nuncupantur,
monaſteria, præpoſituras, prioratus, & loca alia conuentualia duntaxat,
tam virorum quam mulierum vbicumque conſiſtentia (expenſis tamen
viſitandorum) perſonaliter accedẽtes, & ſolum Deum præ oculis haben-
tes, monaſteria, præpoſituras, prioratus & loca alia conuentualia huiuſ-
modi, eíſque præſidentes, ac alias illorum perſonas totiens quotiẽs nobis
viſum fuerit Apoſtolica auctoritate viſiteris, illáque tam in capite quã in
membris in his quæ noueritis reformatione indigere, iuxta prædictorũ & H
aliorũ Romanorum pontificum canonicas ſanctiones, ac S. Benedicti re-
gularia inſtituta, tam in ſpiritualibus quam in temporalibus reformetis,
corrigatis & emenderis. Statuta quoque antiqua & cõſuetudines videatis,
examinetis diligenter, illáque etiã ſi dicta auctoritate edita vel cõfirmata
fuerint, interpretemini, moderemini, & limiteris, ſeu quatenus opus fue-
rit, alia (honeſta tamẽ ac ſtatutis aliorum religioſorum ſub eadem regula
bene viuentium non contraria) de nouo faciatis: Et ſi qua prius taliter
edita fuerint, eadem auctoritate confirmetis. Et vbi in diuino officio
ſeu ordinario Eccleſiaſtico ſingularitates inueneritis, vt conformes ſint
tempe-

A ſint temperetis,addatis vel ſubtrahatis,quantū regula prędicta permittit. NECNON abſoluatis,diſpenſetis,faciatis,& diſponatis omnia & ſingula, quæ præſidentes,diffinitores,viſitatores,Abbates,Generales,Prælati,aliíque ſuperiores de iure vel ex priuilegio,ſeu cōſuetudine facere poſſunt aut conſueuerunt.Præterea omnes & ſingulos monachos & moniales regulā S.Benedicti huiuſmodi expreſſè vel tacitè profeſſos, qui habitū monaſticum ſine diſpenſatione legitima reliquerunt, aut matrimonia contraxerunt,ad monaſteria ſi illa exiuerunt redire,& habitū monaſticum, ac velū nigrum reaſſumere dicta auctoritate cōpellatis. Et inſuper quia iuxta ſupradicta ipſius ordinis priuilegia & ſtatuta, certa ſubſidia ſeu certæ cōtributiones,pro ordinis priuilegiorum huiuſmodi conſeruatione, per ſuperiores imponi conſueuerunt:volumus quod illa monaſteria,Prioratus,&
B loca cōuentualia dicti ordinis Benedictinorū nuncupati,quæ capitula celebrare negligunt,ne ordo ipſe per eorum negligentiā contributione debita fraudetur: nobis iuxta redditu ū quantitatē tantā ſummā annuatim perſoluant & deliberent,quantā alia monaſteria, Prioratus, & loca Generalibus aut prouinciarū collectoribus ſoluere ſolita ſunt,donec & quouſque in ſuis prouinciis capitula huiuſmodi celebrentur, aut alicui ex vicinioribus prouinciis ſe adiungant. Omnia quoque & ſingula per nos ſic tunc,vt præfertur,ſtatuta & ordinata,quæ locū duntaxat habeant quoad monaſteria & alia loca ordinis Benedictinorum nuncupatorū eadem auctoritate inuiolabiliter obſeruari faciatis.Contradictores quoſlibet & rebelles cuiuſcunque dignitatis,ſtatus,gradus,ordinis, vel conditionis, aut
C ſexus fuerint, etiā ſummariè ſimpliciter & de plano ſine ſtrepitu & figura iudicij, procedendo per cenſuram eccleſiaſticā, & pœnas etiam pecuniarias, more ipſius ordinis, & alia iuris remedia, appellatione poſtpoſita compeſcēdo,inuocato etiam ad hoc,ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis.Super quibus omnibus & ſingulis vobis & veſtrum cuilibet plenam & liberam concedimus tenore præſentium facultatem. NON obſtantibus præfati Bonifacij prædeceſſoris,qua inter alia cauetur,quod nullus extra ciuitatem ſuam vel dioceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis vltra vnam dietam à fine ſuæ dioceſis ad iudiciū euocetur: Seu ne iudices à ſede Apoſtolica deputati extra ciuitatē & dioceſim,in quibus deputati fuerint contra quoſcunq; procedere, aut alij vel aliis vices ſuas cōmittere præſu-
D māt.Et de duab⁹ dietis in cōcilio generali edita,aliíſque cōſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis,ac ſtatutis,cōſuetudinibus,& exemptionibus monaſteriorū & ordinis prædictorū, Necnō prouocationibus & appellationibus à præmiſſis forſan interponēdis, Necnon cōtradictionibus oppoſitionibus& recuſationibus,quas pro nullis infectis & viribus vacuis haberi debere decernimus. Priuilegiis quoque & indultis præfato ordini ſeu illius monaſteriis particularibus per ſedē prædictam, vel eius legatos, ſeu aliàs quomodolibet etiā motu proprio, & ex certa ſciētia, ac ſub quibuſuis formis & expreſſionibus verborum,& cùm quibuſuis etiā derogatoriarū derogatoriis,aliíſq; fortioribus & efficaciorib⁹, ac in litteris Apo-

ſtolicis apponi inſolitis, vim & effectũ habẽtibus clauſulis, Necnõ Decretis irritãtibus cõceſſis & impoſterũ concedendis. Quibus omnibus etiã ſi ad illorum derogationem de illis eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum ſpecialis, ſpecifica, indiuidua & expreſſa, nõ autem per generales ſeu alias etiam idem importantes clauſulas mentio habenda, ſeu quæuis ſpecificatio facienda, aut aliqua alia ad id exquiſita forma ſeruanda eſſet, hac vice duntaxat, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, harũ ſerie expreſſè derogamus, & derogatum eſſe volumus & intendimus, Cæteriſque cõtrariis quibuſcũque, aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab eadẽ ſit ſede indultum, quod viſitari, interdici, ſuſpendi, vel excõmunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem quod tranſumptis pręſentium litterarum manu alicuius Notarij publici ſubſcripti, ac ſigno alicuius prælati eccleſiaſtici munitis tanta fides in iudicio & extra illud vbicumque adhibeatur, quanta eiſdem litteris adhiberetur, ſi forent originaliter exhibitæ vel oſtenſæ. DATVM Romæ apud Sanctum 1494. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1494. nono Calendas Augusti, Pontificatus noſtri annõ ſecundo. Sic ſignatum ſuper plicam marginis inferioris. A. CASAMINA.

E F

BVLLA LEONIS PAPÆ DECIMI, De erectione Congregationis Caſalis Benedicti in Francia, Ordinis S. Benedicti, ad inſtar Congregationis Montiſcaſini, aliàs Sanctæ Iuſtinæ de Padua reformatæ. Data anno Incarnationis Dominicæ 1516.

G

LEo Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ (quam Dei filius Dominus noſter Ieſus Chriſtus, auctor ipſe pacis & tranquillitatis fundauit) regimini ſuperna diſpoſitione præſidentes, ad ea libenter pro debito paſtoralis officij intendimus, per quæ tranquillitas inter quaſvis perſonas Eccleſiaſticas, & præſertim ſub ſuaui religionis iugo Domino famulantes, cõſiſtat: ac regularis vitæ inſtitutio iamdiu à ſanctis viris tam piè & religioſè inuenta & conſtituta conſeruetur: & ſi quid deperire incœperit, Domino concedente reformationem ſuſcipiat, & in ſuum priſtinum refloreſcat ſtatum, ac vberes fructus bonorum operum indies accreſcant: & perſonæ ipſæ Domino ſecundum dictæ regulæ puritatem famulantes, animarum ſuarum ſalutem Domino miſerante facilius conſequi, & cæteris Chriſti fidelibus vitæ ac morum exemplo proficere valeant ad ſalutem. Et vt præmiſſa facilius optatum conſequantur effectum: nonnulla Romanus Pontifex ſuper his ſtatuere & ordinare, ac aliàs opportunè prouidere conſueuit, prout in Domino conſpicit ſalubliter expedire. SANE pro parte chariſſimi in Chriſto filij

H

A lij noſtri Franciſci Francorum Regis Chriſtianiſſimi, nobis nuper exhibita petitio continebat: quod licet ſacer ille ordo monaſticus Diui Benedicti tam caſtè religioſéque ab eodem Diuo Benedicto ad omnipotentis Dei totiúſque militiæ cœleſtis laudem & gloriam, eccleſiæque Dei piam eruditionem inſtitutus fuerit, & inuiolabiliter obſeruatus: vt illius virtutum fragrantia & ſuauitatis odore reſperſus vniuerſus orbis, multi diuerſarum nationum reges & principes catholici ipſum diuum Benedictũ eiuſque inſtitutum ordinem in ſpeciali veneratione habentes, ad illius honorem & illius ordinis ampliationem, & maximè in regno Franciæ ac Gallicanis partibus quamplura monaſteria, & alia regularia loca dicti ordinis ſumptuoſè conſtruxerint, & opibus, priuilegiis & B honoribus dotarint & condonauerint; & in eiſdem monaſteriis & aliis regularibus locis, diuina inſpirante clementia, & ipſius diui Benedicti piis ſuffragiis, cum totius eccleſiæ militantis pia ædificatione, monaſticus ordo ſub illius ſacris inſtitutis, in vitæ regularis caſtimonia & mentis ſinceritate præ cæteris ordinibus hactenus fuerit irrefragabilitur obſeruatus, & propterea à ſingulis vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus feruenti deuotione veneratus. TAMEN (quod dolenter referimus) antiqui hoſtis humanæ naturæ cauſante verſutia, & hominum (proh dolor) accreſcente nequitia, ordo ipſe ac regularis obſeruantia vitæque caſtimonia in plurimis eiuſdem regni monaſteriis & aliis regularibus locis Abbatum & monachorum eorundem impudica vita adeò deturpatus exiſtit: vt in C eo omnis vitæ difformitas, iugo religionis abiecto, laxatiſque pudicitiæ habenis adeò inualuerit: vt ordo ipſe illũ priſtinæ & ſincere religionis odorẽ amplius nõ retineat, in diuinæ maieſtatis offenſã, dicti ordinis & eccleſiaſticæ diſciplinæ vilipendiũ & contẽptum, pernicioſũ quoque exemplũ & ſcandalũ plurimorũ. Quo fit vt reges & principes cæteríque Chriſti fideles à deuotione dicti ordinis quaſi ſe retraxerint: Verũtamen operante ipſo, cuius perfecta ſunt opera, & cuiu ſpretioſi ſanguinis effuſione in ara crucis genus humanum redemptum fuit, præfati diui Benedicti (vt piè credendum eſt) meritis, dicti ordinis regularis obſeruantia funditus relaxata non fuit: cum immenſa Dei bonitas, quæ ſanctos ſuos in cælo & in terra voluit venerari, ac ſpiritu ſancto inſpirante, Dilecti filij Abbas & Conuentus monaſterij Caſalis Benedicti dicti ordinis, Bituricenſis dioceD ſis, mundi vanitatibus & illecebris penitus cõculcatis, cæleſtia regna quęrentes, ſacra ipſius diui Benedicti inſtituta ſinceris affectibus, & tota cordis & mentis deuotione amplexantes, & eorum vitam (quantum humana patiebatur fragilitas) præfatis inſtitutis, & beatæ vitæ dicti diui Benedicti cõformantes, & in pacis amœnitate & ſuaui religionis iugo cũ ſuauitatis totius ordinis odore altiſſimo perpetuò famulari ſponte elegerunt: vt ſingulis aliis dicti ordinis monaſteriis & aliis regularibus locis viam præberent vitæ ſalutaris: ac in dicto ordine deprauata exemplaris vitæ caſtimonia ac virtutum claritate caſtigarent. Quorum veſtigia ſucceſſiuè dilecti filij ſancti Sulpicij, & ſancti Vincentij, necnon ſancti

Ilidij, Bituricenſis Cœnomanenſis & Claromontenſis diœceſũ, Ac S. Martini Saginẽſis dicti ordinis Abbates & Cõuentus, tanquã ab oriente ſole lumẽ claritatis & veritatis ſpeculũ ab eiſdẽ recipiendo proſecuti ſunt. Nã & eorũ exẽplaris vita, & regularis obſeruantiæ norma ſpiritus S. gratia inſtructi, reformatũ pro viribus, iuxta dicti ordinis inſtituta, vitã ducentes, etiam ad congregationem Montiſcaſini, alias ſanctæ Iuſtinæ, ſub regulari obſeruantia dicti ordinis in Ciſalpinis partibus, etiam ante tempora fœlicis recordationis Eugenij Papæ quarti prædeceſſoris noſtri ſanctiſſimè inſtitutam, & erectam: ac per eundem Eugenium & nonnullos alios Romanos pontifices prædeceſſores noſtros, ac etiam per nos nouiſſimè Apoſtolica auctoritate confirmatam & approbatam, multiſque & variis priuilegiis & indultis Apoſtolicis condonatam, ſuæ deuotionis direxerunt affectum, Cuius etiam veſtigia cupientes intenſis deſideriis, eis aſſiſtente altiſſimo, perpetuò imitari, inter ſe congregationem vnam ſub nomine Caſalis Benedicti, ad inſtar congregationis Montiſcaſini, alias ſanctæ Iuſtinæ, pia deuotione inſtituerunt & erexerunt: & illius more nonnulla ſtatuta & ordinationes, ſtatutis & ordinationibus congregationis Montiſcaſini non diſparia (iuxta quorum tenores pluribus iã annis effluxis in ſinceritate religionis ſunt Altiſſimo diuóque eorum Patri Benedicto deuotè laudabiliterque famulati) pro ſolidiori obſeruantia huiuſmodi regularis vitæ condiderunt. QVARE pro parte præfati Franciſci Regis attendentis reformatam vitam Abbatum & Conuentuũ prædictorum, ac huiuſmodi congregationis inſtitutionem, Deo pariter & hominibus fore plurimum acceptam, & regno ſuo exinde, & eccleſiæ Dei non modicum prouenire deuotionis incrementum, locumque ipſum vnde fulgor tam ſalubris reformationis primum emicuit, ſpecialis prærogatiuæ & dignitatis titulo præ cæteris meritò attollendum fore: Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt congregationi per præfatos Abbates & Conuentus inſtitutæ & erectæ, ſtatutis quoque & ordinationibus illam quomodolibet cõcernentibus per eos conditis & inde ſequutis quęcũque robur Apoſtolicæ confirmationis adiicere, & potiori pro cautela eandem congregationem ſub inuocatione Caſalis Benedicti, in dicto ordine ſancti Benedicti, & regno Franciæ & aliis Galliæ partibus ditioni dicti regis ſpectantibus, ad inſtar dictæ congregationis Montiſcaſini, alias ſanctæ Iuſtinæ, in Ciſalpinis partibus (vt præfertur) inſtitutæ & erectæ, de nouo perpetuò erigere & inſtituere, Necnon prædictis Abbatibus & conuentibus ſub huiuſmodi congregatione & reformatione de cætero inuicem viuere volentibus, vt in ſuo laudabili propoſito perſeuerare valeant, de benignitate Apoſtolica concedere dignaremur. NOS IGITVR qui vt eccleſiaſticus ordo regulari obſeruantia, vitæ ſanctimonia, & virtutum claritate, noſtris præſertim temporibus adeò præfulgeat, vt ſinguli vtriuſque ſexus Chriſti fideles in eorum exemplari & caſtigata vita illuminati, per viam ſalutis in hoc ſeculo gradientes, ad cæleſtia regna mereantur peruenire, ſupremis deſideramus affectibus: præfatos Abbates, & con-

A & Conuentus in ſuo laudabili propoſito, muneris ſedis apoſtolicæ conſolatione confouere; dictorúmque monaſteriorum Abbates & Conuentus ad tam ſalutarem reformationem & obſeruantiæ regularis caſtimoniam æternis præmiis inuitare volentes: huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, inſtitutam per eoſdem Abbates & Conuentus congregationem prædictam ac ſtatuta & ordinationes illam quomodolibet concernentia (licita tamen & honeſta) Apoſtolica auctoritate confirmamus & approbamus. Ipſamque congregationem ſub inuocatione Caſalis Benedicti, ad inſtar dictæ congregationis Montiſcaſini, aut alias ſanctę Iuſtinæ, in prædictis monaſteriis duntaxat, eadem auctoritate Apoſtolica tenore præſentium de nouo erigimus & inſtituimus: ac Caſalis Benedicti, ſancti
B Sulpicij, ſancti Vincentij, ſancti Illidij, & ſancti Martini monaſteria prædicta, illorumque Abbates & Conuentus, ac ſingulares perſonas, qui nunc ſunt, & pro tempore perpetuis futuris temporibus erunt, vnum tantum corpus & vna congregatio ſub dicta inuocatione Caſalis Benedicti, ſic vt præfertur per præſentes inſtituta & erecta in vitæ tranquillitate & mentis puritate gratum Deo valeat perpetuò reddere famulatum, & ſingula quęque illi occurrentia negotia matura deliberatione diſponere auctoritate & tenore præſentium ſtatuimus & ordinamus, quod per præfatam congregationem locus eligatur congruus & idoneus, ſine rationabili cauſa nullo vnquam tempore immutandus ſeu transferendus: In quo Capitulum generale eiuſdem congregationis Caſalis Benedicti congre-
C getur & celebretur. Ad quod quidem Capitulum generale vniuerſi & ſinguli prælati, & alij ad hoc deputandi monachi diſcreti ſeu conuentuales nuncupati Congregationis Caſalis Benedicti, niſi ſint legitimo impedimento detenti, comparere teneantur. Et ad illius celebrationis effectum, nouem, aut plures, aut pauciores, pro temporum & rerum diuerſitate ex his perſonis quæ in dicto capitulo actiuam & paſſiuam vocem habere cenſentur & debent, prout eidem congregationi vtilius videbitur expedire, perſonæ eligantur: quæ diffinitores ipſius congregationis & capituli appellentur, & totum ipſum capitulum repræſentent. Quæ nouem aut plures aut pauciores ſic electæ perſonæ pro ſalubri directione ſtatus dictæ congregationis Caſalis Benedicti, ac monaſteriorum, & aliorum regularium locorum eiuſdem, cum totius tamen congregationis conſi-
D lio & voto, locum celebrationis dicti capituli generalis ſemel electum & acceptatum, etiam durante dicto capitulo generali, ex rationabili cauſa immutare, ac quæcumque quotcumque & qualiacumque licita & honeſta, conſtitutiones & ordinationes & ſtatuta omnia & ſingula, quæ in ſpiritualibus & temporalibus ipſius congregationis & obſeruantiæ regularis ſtatum & indemnitatem quomodolibet concernere poterunt, etiam circa directionem & ordinationem diuini officij, abſque ipſius regulæ diui Benedicti immutatione, concedere, ſtatuere, & ordinare, ſtatuta quoque condita & ordinata interpretari, ac temporum qualitate penſata, prout eis in Domino ſalubrius viſum fuerit expedire, & pro ipſius con-

Nouem dixit, quia totidem ſunt diffinitores in congregatione S. Iuſtinæ.

gregationis ſalubriori directione moderari & immutare: Ita quod ſic E
ſtatuta condita & ordinata extunc Apoſtolica auctoritate confirmata &
approbata ſint, & eſſe cenſeantur: & prout ex nunc ea auctoritate Apo-
ſtolica approbamus & confirmamus. Ipſique diffinitores ſic electi, vnum
aut plures viſitatores monaſteriorum & aliorum regularium locorum
dictæ congregationis ſingularumque perſonarum eorundem: quorum
vnus viſitatorum huiuſmodi, ſi plures electi fuerint, cum decreto dicti
capituli Præſidentis nomen ſuſcipiat, deputare liberè & licitè poſſint &
valeant. Ad quem quidem Præſidentem omnia & ſingula dictæ congre-
gationis negotia pro tempore ingruentia, dicto capitulo generali ceſſan-
te, deferantur: per eum cum ſimili conſilio & aſſen ſu dictorum viſitato-
rum, ſi plures ſuper hoc per ipſum Capitulum generale deputati fuerint,
iuxta traditam & attributam ſibi à dicto Capitulo generali poteſtatem & F
facultatem, debitè & ſalubriter diſponenda, ordinanda & pertractanda:
Officio tamen Præſidentis & viſitatorum huiuſmodi, ſi plures deputati
fuerint, vſque ad annum duntaxat à die deputationis eorundem, & ce-
lebrationem Capituli generalis anni immediatè ſequentis duntaxat du-
raturo. Quodque ſinguli Abbates & conuentus, ſingulareſque perſonæ
monaſteriorum, & aliorum regularium locorum dictæ congregationis
cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtant,
etiam ſi Abbatiali aut alia quauis grandi præfulgeant dignitate, capitu-
lo generali, Præſidenti & viſitatoribus, & gradatim ſuis prælatis & ſu-
perioribus immediatè ſubiiciantur: Ac ſtatutis, conſtitutionibus, & or- G
dinationibus, diffinitionibus, mandatis, emendis, & correctionibus per
eoſdem Capitulum generale, diffinitores, Præſidentem & viſitatores au-
ctoritate dicti Capituli generalis pro tẽpore factis, promptè humiliter &
deuotè, abſque aliqua contradictione, ſub obedientiæ ac excommuni-
cationis, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis cen ſuris † & pœnis ipſo facto &
abſque aliqua alia declaratione incurrenda, cum effectu parere & obedi-
re teneantur & debeant. Nec contra ea vel ab eis ſub ſimilibus pœnis va-
leant aut præſumant ad ſedem Apoſtolicam prædictam, aut alios ſuperi-
ores directè vel indirectè quouis quæſito colore, in his quæ dictæ refor-
mationis ſtatum aut ſtabilitatem, aut dictorum Abbatum, Præſidentis,
Diffinitorum & religioſorum correctionem reſpiciunt quomodolibet
appellare. Et inſuper quod ſi monachi dictæ congregationis ex decreto H
ſeu mandato aut ordinatione præfati Capituli generalis de ſuo monaſte-
rio eiuſdem congregationis veniant, (etiam diuerſis vicibus transferen-
di) extunc à monaſterio ſeu regulari loco de quo transferentur, & illius
Abbatis ſeu ſuperioris obedientia penitus ſint exempti, liberati & abſolu-
ti: ac monaſterio ſeu regulari loco, illiuſque Abbati ſeu ſuperiori, in quo
per tranſlationem huiuſmodi recipientur, ſub correctione tamen & ſupe-
rioritate dicti Capituli generalis ac Præſidentis & viſitatorum prædicto-
rum, immediatè ſubiiciantur. Et quandiu inibi permanſerint duntaxat
illiuſque monaſterij ad quod ſic transferendi ſunt, priuilegiis & indultis
liberè

Sed has cẽſuras ſuſtulit Clemẽs Papa 7. in bulla data anno 1525.

Apellationes interdicũtur.

De translatis à capitulo generali.

A liberè gaudere, ac inibi in quibuſuis actibus & negotiis capitularibus & conuentualibus pro tempore celebrandis actiuam & paſſiuam vocem habere, ac illius vel ab alio dependentia beneficia vel officia eis canonicè conferenda obtinere poſſint & valeant in omnibus & per omnia, perinde ac ſi inibi expreſſam profeſſionem emiſiſſent regularem: próque monachis eiuſdem monaſterij ad quod ſic transferuntur, reputentur, & tales eſſe cenſeantur. SI VERO aliqui monachi in dicta congregatione pro tempore forſan exiſtant, qui defectum natalium patiantur, dummodo in monaſteriis & aliis regularibus locis religioſè viuentes, alias laudabiliter conuerſati fuerint: defectu prædicto non obſtante ad officia prælationes & dignitates & beneficia in monaſteriis & regularibus locis huiuſmodi, alias iuxta conſtitutiones, ordinationes & ſtatuta prædicta, liberè & licitè valeant aſſumi, ac ad minores & alios ſacros ordines promoueri. Reliquis autem prælatis & monachis dictæ congregationis vagandi ſemitas præcludere volentes, eos quos dicti Capituli generalis licentia non obtenta, etiam prætextu arctioris vitæ, ordinis, vel religionis, ac quarumcumque literarum Apoſtolicarum eis ſub quibuſuis verborum formis & clauſulis, etiam de dicta congregatione mentionem facientium, & illius priuilegiis & indultis expreſſè derogantium, de dicta congregatione ſe ſubſtrahere, aut alias per diuerſas mundi partes diſcurrere aut vagari cótigerit: eorumque receptores & complices quandiu vagantes & ſe ſubtrahentes, Abbates vel monachos huiuſmodi ſcienter receptauerint & ſuſtinuerint, ſeu ad hoc conſilium & fauorem præſtiterint: excommunicationis ſententia (à qua præterquam in mortis articulo conſtituti etiam per ſedem Apoſtolicam prædictam abſolui non poſſint) innodamus. Volumus quoque & ordinamus Abbatum ſeu ſuperiorum Prælatorum aut Conuentuum, ſeu priuatarum perſonarum dictæ congregationis cauſas, reformationem, ſtatum, & ſtabilitaté, & eorum correctiones concernentes, per præfatum Capitulum generale ſeu delegatos ab eiſdem, ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu & figura iudicij, iuxta conſtitutiones, ordinationes & ſtatuta præfatæ congregationis (Iuris communis apicibus, dilationibus, terminis, & litium anfractibus omiſſis) ſola rei veritate inſpectu decidi & terminari, remque ſic pro tempore iudicatam debitæ executioni demandari. ET QVONIAM auaritię & ambitionis peccatum mentem quam infecerit ita grauem reddit, vt ad appetenda ſublimia attolli non poſſit, atque domus tali infecta peccato penitus conturbetur: Operæprecium fore conſpicimus & ſalutare ſuper hoc præbere temperamentum: ne dictę congregationis Abbates & Pręlati per auaritię cæcitatem ambitioniſque hiatum ad Abbatiales dignitates aliaſque pręlaturas dictæ congregationis de cætero eligantur, aſſumantur, vel quomodolibet ordinentur: ne tanto crimine infecti in deteriora paſſim ſerpentes, velut morbidum pecus reliqua inficientes, ſua incurabili contagione totam ipſam congregationem inficiát. QVARE præſentium tenore & auctoritate præfata, ac de Apoſtolicæ

Defectum natalium ſupplet religio.

A congregatione ad aliã religionẽ etiã ſtrictiorem tranſitus prohibitus ſine licentia capituli generalis.

poteſtatis plenitudine, Caſalis Benedicti, Sancti Sulpicij, & ſancti Vincentij, ac S. Illidij, necnon S. Martini monaſteria prædicta, vnum & idem corpus indiuiſibile & inſeparabile de cætero perpetuis futuris tẽporibus fore & eſſe, & ab inuicem ſeparari non poſſe, neque debere: Quodque ex nunc in futurum à data præſentium computandum, illorum vacatio per obitum ſeu reſignationem, aut alias quouis modo vacãdi etiam apud ſedem prædictam prætendi aut accidere, neque illa aut eorum aliqua per aliquam pro tempore prætenſam vacationem à ſede prædicta ſeu eius legatis aut quibuſuis aliis primatibus vel ordinariis impetrari, vel ad illa per illorum Conuentus pro inibi futurorum Abbatum electione celebranda ad electionem procedi non poſſit aut valeat, auctoritate & tenore præmiſſis decernimus & declaramus. Ac propterea illorum vacationẽ ex nunc in antea perpetuis futuris temporibus ſupprimimus, & nullam fore nunciamus. Et tam eligendi quam confirmandi, ſeu conferendi & prouidendi iura Conuentibus dictorum monaſteriorum & ordinariis locorum eorundem aliiſque primatibus ſeu prælatis, vel quibuſuis perſonis eccleſiaſticis tam ex priuilegio Apoſtolico (cui etiam non foret hactenus in aliquo derogatum) quam ex antiqua & approbata hactenuſque pacificè obſeruata conſuetudine: Ac etiam ex iuris communis diſpoſitione quomodolibet ſpectantia & pertinentia ab eiuſdẽ conuentibus ordinariis locorum & primatibus & prælatis ac aliis perſonis huiuſmodi auferimus & ablatum extinguimus. Statuentes & ordinantes quod ex nunc in antea eiſdem perpetuis futuris temporibus nulli Abbatum monaſteriorum dictæ Congregationis Caſalis Benedicti liceat regimini & adminiſtrationi eorundem monaſteriorum in alterius, etiam noſtris & ſedis Apoſtolicæ, quam Capituli generalis dictæ congregationis manibus cedere. Quinimo pro tempore exiſtentes & qui nunc præſunt regimini & adminiſtrationi dictorum monaſteriorum, regimini & adminiſtrationi ſingulorum monaſteriorum eorundem in capitulo generali dictæ cõgregationis Caſalis Benedicti ex nunc proximè celebrando: Aut ne tanta ſimul fiat mutatio, pars in proximo, & alia pars in ſequenti, vel tertio abhinc celebrando capitulo generali, arbitrio præſidentium, cedere teneantur. QVIBVS quidem monaſteriis per huiuſmodi ceſſiones Abbatum regimine deſtitutis, per dictum capitulum generale, illiuſque diffinitores, & nullos alios, de perſonis idoneis dictum ordinem expreſſè profeſſis & de dicta congregatione Caſalis Benedicti exiſtentibus per modum electionis ſeu nominationis, commiſſionis, deputationis, ſeu alterius vtilioris prouiſionis, ad annum, biennium ſeu triennium duntaxat, prout dicto capitulo generali vtilius viſum fuerit expedire, poſſit prouideri. Ipſæque perſonæ ad huiuſmodi monaſteria, ſic vt præfertur electæ nominatæ commiſſæ aut deputatæ, de anno in annum, biennio aut triennio in biennium aut triennium, prout per eos ordinatum extiterit, aut ad nutum dicti capituli generalis, per ipſum capitulum generale duntaxat, etiam eiſdem Abbatibus pro tempore exiſtentibus in dicto capitulo generali præſen-

Trienniū prælationis.

A præſentibus vel abſentibus ab eodem, aut ad illud vocatis vel non vocatis, ſine alterius cauſæ cognitione, totiens quotiens generale capitulũ huiuſmodi celebrabitur, ab eiſdẽ monaſteriis, illorúmque ſpirituali & temporali regimine & adminiſtratione realiter & cum effectu amoueri poſſint & valeant: prout tenore præſentium ex nunc prout ex tunc ipſos amotos fore: Ac ſingulas electiones cõmiſſiones ſeu prouiſiones de dictis monaſteriis aliàs quã vt præmittitur factas, nullas nulliúſque roboris vel momẽti: ſicque pro tempore factas canonicas fore & eſſe, effectúmque ſortiri debere decernimus. PRÆTEREA ſi contingat aliquem Abbatẽ ſeu prælatum per dictam congregationem, ſic vt præfertur electum, ſeu nominatum, deputatum, infra ſuæ deputationis, & extra celebrationis dicti capituli generalis tẽpora ab humanis decedere: præfati Præſidens & alij viſitatores (ſi qui erunt per ipſum capitulũ generale deputati) loco dictorum defunctorũ pro tempore Abbatum ſeu prælatorum in eiſdẽ monaſteriis alios idoneos monachos dicti ordinis & congregationis, vſque ad tẽpus dicti capituli generalis proximè ex tunc celebrandi, iuxta facultatem eis à dicto capitulo generali attributam, in Abbates & prælatos inſtituere, ac etiam abſque cauſę cognitione deſtituere. Ipſique Abbates & prælati tam per præfatam congregationem, & illius generale capitulũ, quam ceſſante dicto capitulo, per Præſidentem & viſitatores huiuſmodi, ad eorũ nutum, ſic vt præfertur inſtituti & deputati, etiam abſque alia confirmatione inſtitutionis & deputationis huiuſmodi à ſede Apoſtolica, vel quibuſuis aliis ordinariis mediatis vel immediatis obtinenda, ſeu munere benedictionis ſuſcipiendo (ad quod ſuſcipiendũ eos perpetuò abſoluimus) monaſteria ipſa in ſpiritualibus & tẽporalibus regere & gubernare, perinde ac ſi dicto munere benedictionis inſigniti forent, liberè & licitè poſſint & valeant, concedimus & indulgemus. FACVLTATEM verò & auctoritatem generalem regiminis & adminiſtrationis tam in ſpiritualibus quam temporalibus & totalem directionem dictæ congregationis volumus & decernimus penes dictũ capitulũ generale illiúſque diffinitores, Præſidẽtem & viſitatores præfatos ſpecialiter perpetuò permanere. Qui tẽporum & locorum ac perſonarum qualitate debitè penſata, ſingulis monaſteriis & regularibus locis dicti ordinis & congregationis ac ſingularibus perſonis eorundem in occurrẽtibus eis neceſſitatibus prouidere, ac illis incumbentia onera totaliter perferre teneantur. Et inſuper vt congregationis huiuſmodi perſonarum corda in Dei mandatorum ac præfati ordinis obſeruantia, donis ſpiritualis gratiæ roborentur: quo ex hoc eorum numeri effecti fortiores ſolida perſeuerãtia ſub cruce Chriſti aduerſus mundum valeant viriliter dimicare: Quod Præſidens, viſitatores, Abbates, Priores, adminiſtratores monaſteriorum, & locorum dictæ cõgregationis præſentes & futuri idoneum confeſſorem eligere poſſint & valeãt, qui eos ab omnibus caſibus, etiam ſedi Apoſtolicæ reſeruatis (præterquã contentis in Bulla Cœnæ Domini) De reſeruatis videlicet ſemel in anno, & de non reſeruatis caſibus huiuſmodi totiens quotiens opus fuerit abſoluere,

[Margin: Prouiſio per mortẽ.]

[Margin: Confeſſorũ electio libera.]

& eis pœnitentiam ſalutarem iniungere poſſit & valeat. Ipſique Præſidēs, E
viſitatores, Abbates, Priores & adminiſtratores monaſteriorum & locorum dictæ congregationis, & eorū Vicarij, omnes & ſingulos monachos, nouitios, conuerſos, & alias perſonas eiuſdem congregationis præſentes & futuras ab excommunicationis ſuſpenſionis & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis à iure vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis & promulgatis: quarum etiam abſolutio foret ſedi prædictæ ſpecialiter reſeruata, ſi quas pro tempore incurrerint, totiens quotiens ac quando ſe confiteri voluerint, ab omnibus & ſingulis aliis eorum peccatis, delictis, exceſſibus, quantumcunque grauibus & enormibus, etiam ſi talia forent, propter quæ ſedes Apoſtolica prædicta meritò foret conſulenda. Videlicet & de reſeruatis (præterquam contentis F
in Bulla Cœnæ Domini) huiuſmodi, ſemel in anno. De aliis verò ſedi prædictæ non reſeruatis caſibus totiens quotiens opus fuerit abſoluere, & pro commiſſis pœnitentiam ſalutarem iniungere, ac cum eiſdem monachis nouitiis, & aliis perſonis dictæ congregationis ſuper quibuſuis irregularitatibus per eos, etiam ratione celebrationis Miſſarum, & aliorum diuinorum officiorum, tempore quo forſan erāt excommunicationis & aliis Eccleſiaſticis cenſuris innodati, dummodo non in contemptum clauium aut alias quomodolibet, præter quam ratione homicidij, ſeu mutilationis membri propria manu cōmiſſæ, vel falſificationis literarū Apoſtolicarū, aut bigamiæ, Etiā quoad ſacros ordines ſuſcipiendos, & in illis miniſtrando, totiens quotiens opus fuerit liberè diſpēſare. Et in præmiſſis G
ac aliis gratiis, priuilegiis & indulgentiis dictæ congregationis Caſaliſbenedicti, illiúſque monaſteriis, Conuentibus, regularibus locis, & illorum ſingulis perſonis in genere vel in ſpecie quomodolibet conceſſis, in quibus aliquid dubietatis & ſcrupuli emerſerit, non ſecūdum iuris rigorem, aut varias ſubtilitates & difficultates forſan emergēdas, ſed ſecundum veram æquitatem, & in fauorem ſalutis animarum, pio moderamine adhibito, largiſſimè interpretari. Ipſique monachi & aliæ perſonæ dictæ congregationis, de licentia & voluntate ſuorum ſuperiorum, idoneum confeſſorem, qui eos ab omnibus caſibus prædictis abſoluat, Ac ſemel in vita & in mortis articulo omnium peccatorum ſuorum plenariam remiſſionem & abſolutionem impendat, eligere poſſint & valeant. Ita quod hi qui dicto priuilegio eligendi confeſſorem vti & gaudere voluerint, quinquies Pater noſter & totidem Aue Maria vno anno durante ſingulis hebdomadis dicere & recitare teneantur. Et conſequentur indulgentias, quæ H
lucrantur viſitando Eccleſias dictę vrbis & extra eam: Ac ante diem etiam in locis ordinaria auctoritate interdictis, tempore interdicti huiuſmodi officia diuina celebrandi, ac ſacramenta Eccleſiaſtica miniſtrandi: Et illos qui votum religionis etiā arctioris vouiſſent, ad probationem profeſſionéque admittendi, & cum eis & quibuſuis aliis dictæ cōgregationis monachis ſuper cēſuris & aliis Eccleſiaſticis pœnis abſoluendi: Necnon votis relaxandis, facultatibus aliiſq; priuilegiis indultis, gratiis, fauoribus,

A ribus, exemptionibus ſpiritualibus & temporalibus hactenus eidem congregationi Montiſcaſini, aliàs S. Iuſtinæ, per nos & Romanos pontifices prædictos in genere vel in ſpecie quomodolibet conceſſis & confirmatis & iteratis vicibus innouatis, ac quibus vtuntur, potiuntur & gaudent, ſeu vti, potiri & gaudere poterunt quomodolibet in futurum: Quoad hoc etiam vt eorum monaſteria, Prioratus & regularia loca, prætextu quarumuis gratiarum expectatiuarum, ſpecialiũ vel generalium reſeruationum, etiam mentalium vnionum annexionum & incorporationum, ſeu vniendi & incorporandi & conferendi mandatorum, aliarúmque litterarum Apoſtolicarum quibuſuis perſonis, etiam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, etiam intuitu Regũ, Reginarum, aut aliarum quarumcumque perſonarum quauis Eccleſiaſtica vel mundana dignitate fulgentium per nos & ſedem prædictam pro tempore cum quibuſuis fortiſſimis & inſolitis clauſulis, irritantibúſque decretis, etiã conſiſtorialiter & motu proprio, ac in nullius fauorem conceſſorum hactenus & concedendarum prouideri, & illorum occaſione quomodolibet moleſtari non poſſint: Ac etiam quoad conſeruatoriam eidem congregationi Montis Caſini, aliàs ſanctæ Iuſtinæ nuper apoſtolica auctoritate conceſſam, ac aliàs quaſcunque in eis contentas clauſulas perpetuò pacificè vti, frui & gaudere poſſint & valeant indulgemus. Necnon præfata priuilegia congregationis Montis Caſini illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, ad congregationem Caſalis Benedicti huiuſmodi extendimus & ampliamus. Et quia nonnunquam Romani pontifices per importunitatem petẽtium, nonnulla concedunt in Eccleſia Dei zizaniam & diſſentiones parturientia: his obuiare cupiẽtes omnes & ſingulas litteras Apoſtolicas gratiam ſiue iuſtitiam concernentes contra præſentium noſtrarum litterarum tenorem, etiam ſi de præſentibus ac inſtitutione congregationis huiuſmodi de verbo ad verbum plena mentio fieret, ac aliàs cum quibuſuis fortiſſimis efficaciſſimis & inſolitis clauſulis irritantibúſque decretis in quorumuis etiã ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium fauorem & quacumque grandi & inexcogitabili cauſa, conſideratione, vel intuitu, etiam conſiſtorialiter motu proprio, & nullius fauorem impoſterum quomodolibet cõcedendas: per quas præſentibus litteris videretur vel poſſet in aliquo derogari,
D ad præſentes litteras decernimus nullo modo poſſe aut debere extendi: « niſi de nomine dicti Franciſci Regis, & data præſentium litterarum in eiſdem derogatoriis litteris expreſſa mentio fiat. Et tunc de conſenſu dictæ congregationis, de quo expreſſè & authenticè conſtare debeat, derogatum eſſe aut derogari poſſe minimè cenſeatur: ſicque per quoſcunque iudices Eccleſiaſticos & ſeculares, etiam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales iudicari, interpretari, & diffiniri debere, ſublata eis & eorum cuilibet quauis alia & aliter iudicandi ſententiandi aut interpretandi facultate & auctoritate. Irritum quoque & inane quicquid ſecus ſuper omnibus præmiſſis à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel

ignoranter contigerit attemptari. Et nihilominus venerabilibus fratribus noſtris Cœnomanenſi & Meldenſi Epiſcopis, ac dilecto filio Abbati monaſterij ſancti Victoris propè Pariſius, per Apoſtolica ſcripta tenore præſentium committimus & mandamus: quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel aliũ, ſeu alios præſentes literas ſolenniter publicantes, omnia in eis cõtenta inuiolabiliter obſeruari faciant: Nõ permittẽtes Prælatos & alios religioſos dictæ congregationis nouiter inſtitutæ huiuſmodi contra indultorũ eis cõceſſorum & litterarũ noſtrarum huiuſmodi tenorem atque formam per quempiam quauis auctoritate moleſtari ſeu inquietari: Contradictores quoſlibet & rebelles per cenſuram eccleſiaſticam & alia opportuna iuris remedia, appellatione poſtpoſita, ad hoc compeſcendo, inuocato ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac in prouincialibus & ſynodalibus Conciliis, edictis generalibus vel ſpecialibus, necnon ordinariorum & ſuffraganeorum, & aliorum, ad quos forſan dictorum monaſteriorum electio, prouiſio ſeu confirmatio de iure vel conſuetudine pertinet, iuribus ac ſtatutis & conſtitutionibus, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegiis quoque indultis & literis Apoſtolicis, eis forſan conceſſis confirmatis & innouatis. Quibus omnibus (etiam ſi de illis eorúmque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio ſeu quæuis alia expreſſio habenda foret) illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis & incertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſſè derogamus & derogatum eſſe volumus contrariis quibuſcumque. Aut ſi ordinariis locorum & Cõuentibus monaſteriorum huiuſmodi, vel quibuſuis aliis communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Noſtræ tamen intentionis exiſtit priuilegiis, libertatibus, exemptionibus, gratiis, indulgentiis & indultis monaſteriorum dictæ congregationis Caſalis Benedicti per nos & ſedem prædictam hactenus conceſſis, nullatenus in aliquo derogare: quominus illorum Abbates & Conuentus, ſingularéſque perſonæ illis (dummodo ſtatutis & ordinationibus dictæ congregationis Montiſcaſini, aliàs ſanctæ Iuſtinæ non contrarientur) prout hactenus pacificè vſi fuerunt, perpetuò vti, frui & gaudere liberè & licitè poſſint & valeant. Volumus autem quod dictorum monaſteriorum Abbates & Conuentus ex nunc de ſoluenda annata, & aliis iuribus Cameræ Apoſtolicæ ratione monaſteriorum eorundem, & de quindecim annis in quindecim annos in dicta Camera Apoſtolica obligationem facere teneãtur: *Annata quindẽnales.*

Nota. QVÓDQVE ipſi Abbates & Conuentus priuilegiis dictæ cõgregationis Caſinenſis de recipiendis monaſteriis, & aliis locis à volentibus aggregari dictæ congregationi Caſinenſi, cum pactis & conuentionibus inter

eos

A eos incundis, vti non poſſint: & alia monaſteria & loca dicti ordinis ab illa obtinentibus, & eis aggregari & adhærere volentibus nullatenus recipiant. Alioquin præſentes litteræ eis quoad præmiſſa omnia nullatenus ſuffragentur.

NVLLI ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, erectionis, inſtitutionis, ſtatuti, ordinationis, approbationis, abſolutionis, conceſſionis, innodationis, voluntatis, declarationis, nunciationis, indulti, extenſionis, ampliationis, decreti, mandati, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. SI QVIS autem hoc attemptare præſumpſerit: indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum.

B DATVM Romæ, Apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1516. Calendis Decembris Pontificatus noſtri anno 4.

Sic ſignatum; BEMBVS.

CHEMINART.

LECTA publicata & regiſtrata in magno Regis conſilio, audito Procuratore Regis, pro vtendo & gaudendo contentis in Bulla præinſerta per Abbates & Conuentus in eadem nominatos, quandiu durabit reformatio dictorum monaſteriorum & Conuentuum. Actum Pariſius in eodem conſilio, die 7. Februarij 1518.

Sic ſignatum, DE MOVLINS.

C AD INTERCESSIONEM Illuſtriſſimæ Ludouicæ Duciſſæ Engoliſmenſis, matris Franciſci Regis, tunc in Hiſpania captiui, Clemens Papa VII. ſexto nonas Martij, anno 1525. litteras prædicti Leonis confirmauit: demptis duntaxat cenſuris quibus inobedientes innodabat, & permiſſo cuique Abbatum (ſecundum arbitrium capituli generalis) altero prælationis triennio, abſque depoſitione: propter paucitatem perſonarum regimini monaſteriorum idonearum.

EASDEM quoque literas confirmarunt Paulus Papa III. 14. Kalend. Iunij. an. 1537. Et Iulius Papa III. 3. nonas Octob. an. 1551. Lectæ autem, publicatæ ac regiſtratæ in Curia Parlamenti iſtæ poſteriores die 26. Iunij, an. 1552. omnia in ſuperioribus contenta repetunt: Et inſuper addunt Viſitatorem ex priuatis religioſis eligi poſſe: Qui licet non ſit Abbas ſeu Prælatus, vtatur baculo paſtorali, & parem cum eis poteſtatem habens, calices, patenas, corporalia, indumenta, ac cætera ornamenta Eccleſiaſtica benedicat, habeat altare portatile, miſſas ante diem (circa tamen diurnam lucem) celebret, & quas voluerit Moniales congregationis ad lauanda prædicta corporalia & indumenta inſtituat. Denique ſancitur Prioratus à Cœnobiis dictæ congregationis dependentes non D poſſe, niſi à ſuis alumnis profeſſis haberi, excluſa omni extraneorum cupiditate. Quod duobus areſtis Senatus Pariſienſis confirmauit. Primo 11. Calend. Aprilis an. 1564. pro Vincentianis Cœnomannorum monachis contra fratrem Michaëlem Paulmier, de Prioratu DASSE' LE BOISNE. Altero 11. Cal. Iunij. 565. pro eiſdem, aduerſus Petrum des Prez, de Prioratu DE COVRGAIN. Hæc refert doctiſſimus Choppinus lib. 2. De Domanio Franciæ, titulo 10. articulo 11.

E

LETTRES DV ROY, FRANÇOIS PREMIER, pour l'homologation de la ſuſdicte Bulle du Pape Leon dixieſme.

FRANÇOIS par la grace de Dieu Roy de France, A noz amez & feaulx les gens de noſtre grand Conſeil, de noz Cours de Parlement de Paris & Rouen, Baillifs de Berry, Montferrant, Caen, Seneſchal du Maine, & à tous noz autres Iuſticiers, ou à leurs Lieutenans, & à chacun d'eux, ſalut & dilection. POVRCE que par les concordatz dernierement faits F *& paſſez entre noſtre Sainct pere le Pape & nous, ait eſté entre autres choſes expreſſement conclud & arreſté, que les elections qui ſe faiſoient és Archeueſchez, Eueſchez, & Abbayes de noſtre Royaume ſeroient & demoureroiët abolies, & n'auroient en iceluy plus de lieu: Ains y ſeroit pourueu par noſtredict ſainct Pere à noſtre nomination. Et ſi comme ces choſes ſe traictoient & deliberoient, nous fuſmes lors deuëment acertenez & aduertis de la reformation & obſeruance reguliere, qui auoit eſté par long temps auparauant tenuë & gardee, & encores eſtoit és monaſteres & Abbayes de Cheſaubenoiſt, Sainct Sulpice de Bourges, ſainct Vincent du Mans, ſainct Alliere pres Cleremont, & ſainct Martin de Sees. Eſquelles on viuoit ſelon la purité & netteté de la reigle Mõſieur ſainct Benoiſt: Meſmes les Abbez d'icelles, pour obuier aux ambitions qui* G *en telles matieres ſe pourroient commettre, n'auoient accouſtumé tenir leſdictes Abbayes, & encores de preſent ne les tiennent, que de trois ans en trois ans. Au moyen dequoy, & que pour rien n'euſſions voulu conſentir à la rupture de ladicte reformation & obſeruance reguliere, ainſi ſi ſainctement entretenuë eſdictes cinq Abbayes & Monaſteres, & que chacun iour y floriſſoit de plus en plus, ne les comprendre eſdits Concordatz, & au nombre & qualité des autres Abbayes qui ne ſont reformees. A ceſte cauſe deſlors & en leur faueur, nous en eſcriuimes & priaſmes à noſtredict ſainct Pere, que le plaiſir de ſa ſainctetè fuſt auoir regard à ce que deſſus, & de ce octroyer auſdictes cinq Abbayes & Monaſteres priuilege ſpecial. Par leſquels ils fuſſent entretenus en icelle reformation & obſeruance reguliere, & auec ce diſtinctz ſeparez & non comprins eſditz* H *Concordatz, ne mis à la qualité deſſuſdicte des autres Abbayes d'iceluy noſtredict Royaume. Ce que noſtredict ſainct Pere, à noſtre priere & requeſte, liberalement leur accorda, & ſur-ce fit expedier ſes Bulles. Par leſquelles ſadicte ſainctetè vnit leſdits cinq Monaſteres & Abbayes enſemblement, ſaiſant d'iceux vn meſme corps. Lequel à touſiours ſeroit appellé, la Congregation de Cheſaubenoiſt. Et que les Abbez d'iceux ſeroient & demoureroient cy apres annaux biennaux ou triënaux au plus, à la diſcretion de leur Chapitre general, qui ſe tiendroit d'an en an, au lieu & ainſi qui ſeroit par eux ordonné. Outre noſtredict ſainct Pere donna faculté & puiſſance audict Chapitre general & deputez*

tez pour iceluy tenir & inſtituer leſdits Abbéz, nommer & pouruoir audictes Abbayes pour vn an, deux ou trois ans ſeulement. Et ledict temps reuolu les deſtituer, & en y mettre d'autres en leur lieu. Et ou aucuns deſdicts Abbéz alloient de vie à treſpas pendant iceluy temps: audict cas noſtre ſainct Pere veult & promet aux preſident & viſiteurs élus & deputéz par ledit chapitre qu'ils y pouruoient & donnent ordre & prouiſion en attendant leur prochain chapitre, pour là y eſtre pourueu comme ilz verront à eſtre faire. Comme toutes ces choſes ſont bien & amplement deduites ſpecifiees & declarees es Bulles ſur ce obtenues de noſtredict ſainct Pere donnees à Rome le premier iour de Decembre, Mil cinq cents & ſeize, l'an de ſon pontificat quart. Nous *pour les cauſes deſſuſdictes, ayans pour agreables leſdictes bulles, deſquelles ſommes impetrans & ſupplians, & deſirans de tout noſtre pouuoir le contenu d'icelles faire entretenir inuiolablement, ſans enfraindre tant en & au dedans les fins & mettes de vos reſſors, iuriſdictions & deſtrois, meſmes ou leſdictes Abbayes ſont ſituees & aßiſes, que par tout ailleurs où beſoin ſera. Apres ce qu'elles ont eſté veues par noſtre conſeil, voulons, vous mandons & tres-expreſſément enioignons & à chaſcun de vous endroict ſoy, ſi comme a luy apartiendra, que de tout l'effect & contenu en icelles Bulles, vous faictes, ſouffrez & laiſſez ioyr & vſer les Religieux & Abbez deſdictes cinq Abbayes & Monaſteres plainement & paiſiblement, ſelon leur forme & teneur. Sans en ce leur faire mettre ou donner, ne ſouffrir eſtre faict mis ou donné ores, ne pour le temps aduenir aucun deſtoubier ou empeſchement au contraire. Et lequel ſi faict mis ou donné leur auoit eſté ou eſtoit, l'oſtez & mettez ou faictes oſter & mettre incontinent & ſans delay au premier eſtat & deu. En contraignant à ce faire ſouffrir & à y obeir, C'eſt aſſauoir les gens d'Egliſe par prinſe de leur temporel en noſtre main, Et les laiz par toutes autres voyes & manieres deuës & en tel cas requiſes: Car tel eſt noſtre plaiſir. Non obſtant leſdictz concordatz ordonnances reſtrinctions mandemens ou deffences à ce contraires.*

Donné *A Paris le 19. Iour de May, l'an de grace 1517. Et de noſtre Regne le troiſieſme.*

Signé; ROBERTET.

Henry ſecond, Roy de France, à remis à ſa premiere inſtitution & confirmé la congregation de Cheſaubenoiſt, par ſes letres patentes données à Fontaine-bel-eaux, au mois de Feburier 1547. Leuës publiées & enregiſtrees au grand Conſeil, le 20. Feburier audict an. Et ſignees *Couton. Contentor. Des Landes.*

Et en la Cour de Parlement le 28. dudit mois, à meſme annee.

Signées. DV TILLET.

Esquelles lettres le Roy a inſeré ce qui ſ'enſuit. *Pourueu toutesfois & ſoubz condition que toutes & quantesfois, qu'il ſera pourueu de nouuel Abbé par ledit chapitre d'icelle congregation à aucunes deſdictes Abbayes, ſera tenu celuy qui aura eſté ainſi pourueu, le plutoſt que faire ſe pourra, & au plus tard ſix mois apres la datte de ſa prouiſion; apporter ou enuoyer ſadicte prouiſion par deuers nous ou noſtredict Conſeil priué, pour eſtre veuë en iceluy. Et eſtre de nous obtenuës lettres de Viſa, ou annexé ſur icelle prouiſion. En ſigne & pour au lieu du droict de nomination à nous appartenant ſur les Abbayes de noſtredict Royaume. Sans que pource neantmoins ſoit faict aucun arreſt ou empeſchement à l'Abbé ainſi pourueu par ledict chapitre en ſon adminiſtration.*

Le meſme Roy par ſes patentes a confirmé la Bulle du Pape Iules V. cy deſſus mentionee le 7. Iuillet 1552. & de ſon regne le 6. Leuës publiees & enregiſtrees en Parlement le 26. de Iuillet, audict an.

Les Roys ſubſequens ont donné ſemblables confirmations. Charles IX. le 5. Octobre 1571. Publiees & enregiſtrees en la Cour de Parlement le 5. Ianuier 1572. Henry III. le 5. May 1575. & Henry IIII. le 15. Nouembre 1601. Enregiſtrees comme deſſus le vnzieſme Feurier. 1602. *Hæc omnia Regum priuilegia breuiter perſtringit. R. Choppinus lib. 1. Monaſtici, titulo. 1. articulo 4.*

INDEX

INDEX RERVM AC VERBORVM LOCVPLETISSIMVS, QVÆ TOTO HOC OPERÉ CONTINENTVR.

A

ABBAS ex propria congregatione eligendus. 75.c.751.b.791.a. Et ſit ſacerdos, vel ſaltem Diaconus.747.d.Non deponatur, niſi pro crimine. 791.b. Vt ſi fuerit dilapidator bonorũ monaſterij. 791. c
Depoſitionis forma apud Caſinenſes. 749. d
Abbas Caſinenſis. Vide Caſinenſis.
Abbas Cluniacenſis, dum ſui ordinis loca viſitat, ſit temperatus & ſobrius in expenſis. 844.h
Abbatis Tremitenſis crudelia facinora. 603. c
Abbas Cluniacenſis, & alij Abbates & Priores eiuſdem congreg. quater in anno declarẽt ſtatum ſuæ domus in ſuo capitulo, & etiã coram viſitatoribus. 840. e. Nec ſuos ſubditos exactionibus premant. ibid. f
Abbas non poteſt concedere monacho, vt peculium habeat. 883. a
Abbas non habeat ſecum domicellos vel alios ſeruos virgatis ſeu partitis aut curioſis veſtibus indutos. 886. g
Abbatum S.Germani à Pratis catalogus. 427.a. Secundò
Abbates ſunt ſub gubernatione regum : nec vnquam corũ prouiſio ſine aſſẽſu regis facta.77.b
Abbatiam vel epiſcopatũ de manu laici accipere vetitum, ſub pœna excommunicationis. 647.a
Abbatiam & Prioratũ ſimul habere nemo permittatur in congregatione Cluniacenſi.846.g. 839. a
Abbo, de obſeſſa à Nortmannis Lutecia. 399. Quod fuerit monachus S. Germani. 400.f
Abdalæ Mauritani ex Africa ad Carolum Magnum profectio. 221. d
Abdoriti Francorum auxiliares ſemper fuere. 222.g.223.c. Pagis Saxonum trãſalbianis à Carolo Magno donantur.227.b. Ab eodẽ aduerſus Danorum Vvltzorúmque excurſiones defenduntur. 230.h. Dux eorum Traſco in emporio Reris proditione à Danis interficitur. 233 b. Ab Hludouico rege deficiunt. 242.g. 284.g. Eorũ Rex regno ab eodem mulctatur, regnúmque alij datur.244.f.250.g.251 d. Dux illorum pariter. 256.f. 257.a
Abſtinentia quorundam Caſinenſiũ in feriis 4. & 6.798.g
Accuſare nõ poteſt monachus ſuum ſuperiorẽ, niſi prius ſe obligauerit ad pœnam congruam ſi defecerit in probatione. 899. b
Adalais filia Humberti Comitis Morianæ, Ludouico Craſſo Regi nupta. 369. c
Adelbertus Sclauorum epiſcopus martyrium ſubit. 519. b
Ademarus Comes, Odonis milites profligat. 425. a
Adoptio per tactum barbæ alterius 31. a. Item barbæ præſciſionem. 177. d
Adrianus Papa 1. Stephano 4. ſuccedit. 205. a
Ægidius Remẽſis Archiepiſcopus à Childeberto rege ad Chilpericum regem, confirmandi fœderis quod inierant cauſa, dirigitur. 114. e. Populi ſeditione in eũ exorta, fuga pernici ſe exemit diſcrimini. 115. a
Ægidium Romanorũ ducem regno decedere à Childerico compellitur. Qui cõpulſus Sueſſionẽ petiit. Quo mortuo eius filius Siagrius vrbem hæreditario iure poſſedit. 17. c
S. Agapitus Papa Iuſtinianum Imp. in Euthycis ſectã delapſum ad Catholicã reduxit fidẽ. 53. b
Agareni, Idem qui & Saraceni. 478.g.498.e
Agennum à Chilperico rege Sueſſionenſi inuaſum. 107. c
Agger ingens ad Aruſeũ oriẽtalis Saxoniæ lacũ miraculoſè, terra intumeſcente erectus, Hludouico Caroli Magni filio regnante. 248.h
S. Agricola, Cabilonenſis epiſcopus. 108. h
Ala Theobaldi Comitis Palatini Bleſenſis filia, Ludouici regis tertiis nuptiis vxor. 376. e
Alces 4.
Aimoinus, Monachus Sancti Germani à Pratis, Magiſter Abbonis. 403. a. Fatetur ſe ſcriptorem eſſe tranſlationis S. Vincentij Leuitæ & martyris. 384. e
Alaricus Rex à Clodoueo rege ſuperatur. 30,h. Iterum ad Pictauim, & occiditur.32.g. Cauſa huius belli. 31. a. Regnauit annis. 12.h
Albericus monachus Caſinenſis eruditiſſimus nunquam carnes guſtauit, neque vinum bibit, nudiſque ſemper inceſſit pedibus. 698. g. Eius opera, 614. h
Alberti monachi Caſinenſis viſio in ſomnis: qui tam oculis antea cæcus lumen recepit. 757.c
Albigenſes vini frumentique tributo à Ludouico Aquitaniæ rege leuantur. 268. h
Albis villa, hodie Albigenſis ciuitas, vulgò *Ably*. 389. d
Alboinus Rex Langobardorum vxorem duxit Clotſindam, Clotharij regis filiam. Qua defuncta Roſemundam accepit, quæ eum veneno ſuſtulit, in vindictam patris dudum ab eo occiſi. 91. c. d
Alemannorum in Vltraiuranos excurſio. 148.h
Alexander Papa II. dæmoniacum & claudum ſanat. 616. a
Alienationis ex cauſa vrgẽte factæ pecunia non debet remanere in manibus ſolius Prælati, ſed

tradi debet tribus viris diſcretis, qui ſolũ eam expendeнt ad illas neceſſitates, propter quas fuit facta venditio. 875. c
Alexander Papa 3. creatur. 376. h. In Franciam venit & à rege Ludouico iuniore Craſſi filio ſuſcipitur. 377.a
Alienare quicquam Abbas nõ poteſt, ſine conſenſu conuentus. 840. e
Alienatio ſiue venditio arborum ſyluarum non cæduarum, & ad magnam quãtitatem cæduarum, & mutua contracta, non ſeruata ſolemnitate, nulla ſunt. 874. f
Alienor Aquitaniæ Ducis filia Ludouico Regi cum Aquitaniæ Ducatu nubit. 371.d. Ab ea diuertit. 374.g
Aligernus Abbas 27. Caſinenſis ab Adenulfo Aquinenſi captus, Aquinum ducitur: & in eum vrſi pelle tectum canes latrantes immittuntur. 508. f
Allodum S.Germani, pro Allodium. 487.a
Allophyli, id eſt, Alienigenæ, Nortmanni appellati. 418.h. 430.g
Almitas, pro, ſublimitas. 781. e
Altarium, pro, Altare. 547. d
Alueus ingẽs à Carolo Magno inter Radãtiam & Alonum amnes effoſſus: vt à Danubio in Rhenum nauigaretur. 219. e
Amalfitani ſolidi. 635.a. 663.a
Amalricus Rex Gothorum vxorem ſuam Clothildem Clodouei filiam indignè ac probroſè habet. 43.d. 44.g
Ambitio monachorum iura Epiſcoporum & canonicorum expetentium. 707.a
Amelbergá Clodouei neptis Hermenfrido Thoringorum regi nubit. 45. e
Amingus & Leutharius Theobaldi Duces in Italia intereunt. 71. a
Amphora vini regiæ menſæ à cultoribus debita. 102. g. Et hæc (teſte Reginone lib. 1.) de vnoquoque arpento vineæ colligebatur. ibid. & margine.
Anaſtaſius bibliothecarius Conſtãtinopolim ab Adriano Papa cum aliis legatis ad Baſiliũ Imp. & filios mittitur. 320. e
Anathema quid ſit. 79.f. & promulgatur, cum lucernis accenſis, & deinde in terram proiectis ac extinctis. ibid. & 761.e
Andegauis à Childerico rege capitur. 17.c. a Nortmannis occupatur. 321.h
S.Andeolus à B. Polycarpo in Gallias ad prædicandum gentibus miſſus, in Ocitania martyriũ ſubit, in loco qui etiamnũ Burgus S. Andeoli dicitur. 60. e
Angeli voce puerili ad corpus S.Benedicti modulantes. 618. e
Angelots, nummi aurei, Michalati, à figura S. Michaelis appellat. 634.h. in fine.
Angilbertus, Abbas S.Richarij Centulẽſis, quõdam Bertæ filiæ Caroli Magni filius. 211. a
Anglorum conuerſio ad fidẽ Catholicam. 135.e
Anglus mutus & ſurdus, ad ſepulcrum S. Benedicti ſanatus. 469. d
Anna Ruthenorũ regis filia, Hẽrici 1. Franc. regis vxor. 361.a Hæc in honorẽ S.Vincentij eccleſiam apud Siluanectum conſtruxit. ibid.
Anniuerſarium Eleutherij & Euſebiæ genitorũ S.Germani epiſcopi Pariſienſis. 436. g
Anſchericus Epiſcopus Pariſ. 426.g. 428.h. 429.d
Annua dona Regi Franc. à ſubditis in conuentibus generalibus dari ſolita. 258.h. 260.h. 324.f
Anulorum commutatio in teſſeram promiſſionis. 41. a
Apertio ſacrorũ librorum fortuita, ad præſciendum futura. 66. g. 95. a
Apologus de lupo. 149. c
Apollinis Idolum à S.Benedicto contritũ. 459.d
Apollinaris, Abbas Caſinẽſis 14. ſuper fluuiũ ambulat vſque ad alterã ripam, ſicco pede. 474 g
Apoſtatarum redeuntium pœna. 890. h
Appellare à ſuis ſuperioribus paſſim & pro leuibus cauſis monachi prohibẽtur. 849.d. Atque etiam Abbates & alij prælati à decreto capituli prouincialis. 852.h
Apulia à Nortmannis acquiſita. 557.b
Aquæductus obſeſſis diligenter obſeruãdi. 30.h
Aquitania ab aquis dicta 8. Eius vrbes amœ́ǫque clari. 6.7.8.a Gothis inuaditur. 15.b. A Chramno in Clotharij patris perniciem ſollicitatur. 66. e
Aquitaniæ Rex maieſtatem regis Frãcorum nexu obſeruabat. 303. c. 304. e. vt & Italiæ. Vide dictionem Italia.
Aquinenſium Comitum, qui Abbatem Caſinẽſem cœperant pœnitentia. 558.h. Ariberto in apanagium à Dagoberto Rege eius fratre datur. 165. b. Ariberti morte recipitur. 171. e. A Carlomanno & Pipino fratribus quum defeciſſet, recuperatur. 196. g. A Pipino Rege ſubigitur. 201. e. 202. h. 203.a
Aquiſgranum quare nunc vocetur, *Ais la Chapelle.* 260. h
Arar fluuius, Sagonna hodie dictus, vulgò *la Saune.* 153. b
Arbogaſtis ad Romanos defectio. 14. h
Arbores menſe Septembri, regnante Chilperico denuò floruerunt. 104. e. Et iterum. 117. b. 122. g
Arcæ ferreæ Iuſtini Imp. ad congerenda talenta quæ rapiebat. 92. f
Arelate caput regni Burgundiæ. 30.g. 182.f. Ab Vvandalis obſidetur. 74.f. 87.a
Arenæ ciuitatis Treuers, arcis vicem præſtitere. 74. e
Argentei 40. quinque ſolidis, æquales. 384. h. Ex quo patet ſolidos ſignificare aureos, qui nunc ſcuta dicuntur.
Aripenna, non arpenna, vt per ſyncopem hodie dicunt. 437. a
Arnulphus Remenſis Archiepiſ. degradatur 357. Carceri mãcipatur: ſed reſtituitur dignitati. 358.e
Arianæ hæreſi Burgundiones Gothíque fauebant. 30. h
Arrianorum libri. Vide Libri.
Aruerni à Theodorico Clodouei filio ſubigũtur. 32.b. Superbi dicuntur. 365.a
Aruerna vrbs à Childeberto in Theodoricũ fratrem vſurpatur. 44.c. A Theodorico Auſtraſiorum rege in ditionem redigitur. 44.h

Aſylum

Aſylum eccleſiarum Francis ſacroſanctum. 39.c. 44.f. 67.d. 69.b. 70.c. 93.d.94.f.h.124.g.125.d. 116 f. 127.a. 132.g. 177. b. 181.c. 286.f

Atrium Eccleſiæ, Paradiſus nuncupatum. 180.g. 515. a.604. h

Auaritia Iuſtini minoris Imp. cauſa dementiæ eius & mortis. 92.f

Audaldus monachus Valentiā vſque pergit, pro adipiſcendo S. Vincentij corpore. 584.g

Audefleda Clodouei ſoror Theodorico Gothorum regi nubit. 38.e

S. Audoenus (qui & Dado dictus eſt) Rothomagenſis epiſcopus, Referendarius Dagoberti Regis, fundator Rebacēſis monaſterij in Brigeio, ſiue Bria. 185.b. Moritur. 188.g

Audouera Regina, Chilperici Regis Sueſſionū vxor, tandem ab eo impulſu Fredegūdis pellicis in monaſterium detruſa. 83. b

Auguſta ciuitas Langobardorum Guntranno Regi Francorum iure belli ceſſit. 150. a

Auguſtinus, Mellitus & Ioannes in Britannias pro conuerſione gentis, à S. Gregorio Papa miſſi. 135. b

Auenio profugium Mummoli patricij à Guntrāno Rege. 107. b. 121.b. 122.e

S. Auitus Abbas Aurelianenſis. 39. c

Auticarum inter ipſos inuidia & proditio. 20.e. 21.c. 41.e. 51.d. 169 b

Aurelianēſis ciuitas ab Hunis obſidetur: ſed meritis S. Aniani, tunc epiſcopi liberatur. 15.c

Aurelianenſi regno acceſſit Burgundię regnum. 87. a

Aurelianenſe Clodamiri interfecti regnum Clotharius frater eius, Sueſſion. Rex accepit. 40.f

Auſpicium portēdens Imperium Iuſtiniano. 40. Creatur Imperator. 41. a

Auſtraſium Theodeberti regnum, Theodorico fratri Rex Aurelian. iure belli cedit. 149.b. 150.e

Auſtraia, ſiue Auſtraſia. vide Neuſtria.

S. Auſtregiſillus, Biturecenſis Archiepiſ. 154.h. falſò accuſatur, & miraculo purgatur. 155. a

S. Auſtrenus Aurelianenſis epiſcopus. 144. g

Auſtrigildis vxor Guntranni Regis Aurelianenſis. 104. pag.t.

Autharius Abbas primus S. Germani à Pratis. 61.b. 72.f. 427. Secundò a

B

S. BAbolenus Abbas 9. S. Germani à Pratis, diſcipulus S. Columbani, cæcū ad portā Pariſiacam ſolo tactu illuminauit. Ob quod miraculum Clodoueus 2. Francorum Rex dedit monaſterio noſtro fiſcum regium Valentonium. 188.g.h. 417.b. Secundò

Baioaria Ducatus. 197.e. Fidelitatis inſiutandū Pipino Franc. regi præſtat. 200.h. Et Carolo magno cum obſidibus 210.f. Denuò illius pacem per Papam implorat. Huic rex Taſſillo à Childeberto rege Auſtraſiorum datus. 136.g. Læſæ maieſtatis eius à Carolo Magno, de conuentus generalis Franc. ſententia damnatur 216. f Tandem hæc regio fit prouincia Franc. 216.h. Hludouicus Rex filium ſuum & regem præficit. 242.f. Baioariæ motus Huldouicus Rex cōpeſcuit. 288.g. A regni diuiſione per Ludonicū regem facta excipitur. 302. g

Baioariorum Rex filiam Ducis Lōgobardorum, vxorem ducit. 158. e

Ballomiris Gundoaldus à Guntranno vocatus. 124 e. Similiter & à Cōuenarum ciuibus. 131.b. Idem quoque appellatus eſt Siliceruiū. ibid.

Balſiacus portus à Carolo Magno, monaſterio S. Germani à Pratis datus. 265. d

S. Blatildis, al. Baltechildis, Saxonica, Clodoueo 2. Francorum regi nubit. 185. d

Barbæ reſecatio dedecoris nota. 166. f

S. Bartholomæi Apoſtoli corpus è Lipparitana inſula Beneuentum tranſlatum. 476. h

Barcæ, nauium genus Venetis frequens, vulgò *Barques*. 404. b. 418.f

Barcinona in limite Hiſpanico ſita à zati Sarraceno Carolo magno traditur. 221.d. 226.f. Hludouici Aquitaniæ regis maieſtatem obſeruat. 269.d. Ab eo obſidetur & deditione accipitur. 270.h. 271.b

Barones. 361.c. 361. g. 366.c. 367. c.

Barrenſibus tributi immunitas data. 17.c

Baſilia S. Georgij vrbis Cabillonēſis miraculoſè ab incendio ſeruata. 294.e

Baſilica S. Marcelli Cabilloni à S. Guntranno Rege ædificata. 138. f

Baſilica S. Vincentij (quæ nunc eſt S. Germani à Pratis) conſtruitur à Childeberto Rege. Qui & ibidem collocauit reliquias quas à Cæſarauguſta aſportarat. 56. f

Baſina Baſſini Thoringorum Regis vxor Childericum adiit. 17.d. Quam ſibi in matrimonium adſciuit. 18. e

Batauorum inſula 3. Batua. 7.

Behemi, Sclauorum gens, à Carolo Magno diripiuntur. 218.f. 219.b

Belgæ fortiſſimi, ad quos mercatores minimè commeant. 6. Eorum ſitus 7. Vrbes famoſæ & fluuij. ibid.

Beliſarius Iuſtiniani Imp. amantiſſimus, ab eo Patricius cōſtituitur. 41.d. Duodecim millia puerorum, & duodeuiginti millia militū propriis alebat ſtupendiis. 42.h. Per inuidiā quorundam Iuſtinianus Imp. ei interdixit patriciatus curam. 52. c. Neapolim capit. 53.b. Romam rediens, Crucem auream centum librarum, gemmis exornatam (in qua ſuas deſcripſerat victorias) Beato Petro obtulit per manus Vigilij Papæ. 63.b. Eius pugna cum Francis, in qua occiſus fuit. 63.c. 70.h

Bella per Narſetem Gothis & Francis illata, & ſub Iuſtino Imp. terminata. 91. b

Bellum Francorum contra Alamannos. In quo Clodoueus Rex vouit ſe Chriſtianum fore, ſi victoria ſuccederet. 28. e

Bellum ſacrum. 362.b. 372.g. 373.a. 658.e

Bellum Fontaneum inter quatuor filios Ludonici Pij Imp. 307. c

Belligerare non eſt eccleſiaſticorum. 744. g

S. Benedicti vita & obitus. 61.d. & 459.b. Coruos tres nutrire ſolitus. 459.d. 738.g. Trāſlatio corporis eius, falſa iudicata à Ro. pont. 535.c. 537.a

538. a. 654.f. 670.g. Eius tumulus caſu repertus. 604.c. Eiuſdem ſeptem miracula. 617.c. Veſtibus nigris vſus. 741. c. Verba eius audita Sancti Placidi & ſociorum eius paſſione. 772. g. In ſomnis viſus ab Alberto monacho Caſineoſi, orare ad Deum pro conſeruatione ſui monaſterij. 758. f
Benedictioné epiſcopi, quam Priſcus Iudæus reſpuit, Chilpericus Rex expetiit & accepit. 111.c
Beneficium eccleſiaſticum de manu laici non recipiatur. Vide Eccleſia.
Beneficium aut officium per interuétum ſecularium habere volens, nunquam illud habeat, ſed nec aliud infra anoum. 838.f
Beneficia gratis abſque pactione cooferantur. Et qui aliquid dederit aut acceperit, nuoquam in ordine Cluniaceoſi dignitatem habeat vel honorem. 838. e
Beneuentanus Ducatus à Carolo Magno ſubigitur. 214. g. 224. h. 225.d. Tributum xxv. millium ſolidorum auri ei pédit. 236. Sed ab Hludouico Rege, eius filio, ad ſeptem millia ſolidorum reducitur. 239.a. 143.d. 279.a
Berengarij error de Euchariſtia: cootra qué ſcripſit Albericus diacoous. 615.a
Bernhardus Caroli Magni nepos, ob coniuratio nem in auunculum, iudicio Francorum capitali ſeotentia damnatus, luminibus iubetur orbari. 243.b
Berno Abbas Caſtrenſis. 382. e
Berta Balduini Hollandiæ Comitis filia, Philippi primi Francorum regis vxor. 361.b. Repudiatur ab illo. 363.a
Betharius Abbas Caſinenſis, decollatus à Saracenis. 491.
Berthetrudis Clotharij II. Frácorum regis vxor. 159.d. Sepultura eius. 435.d
Bertoaldus Protadiũ ad ſingulare certameo prouocat.
Bertrada Pipini regis vxor. 203.e
Bibli, pro, Libri. 401.d
Bitaricas Rex Philippus I. emit ſexagiota millibus ſolidorum, id eſt aureorũ ab Harpino. 361.c
Blandinus Abbas monaſterij, quod vulgò *Conkitas* dicebatur. 384.f
Bobium monaſterium à S. Columbano in Italia conſtructum. 148.f
Bodillus Childerici ſecundi Fraocorum regis, & eius vxoris Blithildis interemptor. 436.e
Bonifacius Papa IIII. à Foca Imp. obtinuit, vt ſedem Romanæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ caput eſſe omnium eccleſiarũ ſtatueret. 157.a
S. Booifacius Archiepiſcopus Mogũtinus in Friſia à paganis martyrizatus. 198. g
Bonorum eccleſiaſticorũ quarta pars conuertenda in augmentum rerum eccleſiaſticarũ. 880. e
Borna Dalmatiæ atq; Lyburniæ Dux obiit. 247.c. Succeſſor eius Ladiſlaus. ibid.
Boſtar (glo. Stabulum) effecta Eccleſia monaſterij S. Germani. 418. g
Bonm lnes inſignis ac interitus Carolo Magno rege. 234.g. & ſub Hludouico eius filio. 246.g
Brabantiones vulgò dicti, prædones. 378. h
Brachij S. Mauri os integrum, Sãctus Odilo, Abbas Cluniacen. miſit Caſioum. 542. g
Brachium S. Matthæi Apoſtoli ex Beneuẽto ad Caſinenſe cœnobium delatum: ea cõditione, vt à nouitiis ad coouerſionem veniẽtibus Abbas nihil exigeret. 704. f
Brachium S. Georgij martyris à Iuſtino Iuniore Imp. B. Germano inter alias reliquias datũ. 84.g
Brachium S. Dionyſij à Clodoueo II. Dagoberti filio Francorum rege abſciſſum, inſtigante Diabolo. 186. f
Brachij in collum cuiuſdam ioiectio, ſymbolum dominationis. 81.b
Brenacum villa. vulgò *Brene*. 110. f
Briçoonetorum genus: quorũ duo fuere Abbates Cœnobij S. Germani à Pratis. 433. b
Britanoia cur ita dicta. 214. e. Cum Frácis bellum gerit. 137.b. 140.g. A Fraocorũ regibus partim in deditioné accipitur, partim ſubigitur ac tributaria fit. 214.e. 224.e. Perfida à Carolo Magno mulctatur. 235.d. Rebellis ab Hludouico Rege tota ſubigitur, obſidéſq; dat. 243.e. 253.b. Fidefraga & inquieta. 254.b. 297.d. Eius Comites, belliqne motus. 93.b. 101.a. Perfida. 337. c
Brunichildis, prius Bruna, ſiue Bruma dicta, Athanahildis Gothorũ Hiſpaoenſiũ regis filia Sigeberto regi Metenſi oubit. 80.b. Baptizatur Catholicè, ingratitudo in maioré domus quieam ab Hiſpania abduxerat. 81.c. Secuodis nuptiis Merouei Chilperici regis filio nubit. 89.a. ſed intercedeote filio eius Childeberto iuoioro liberatur. 91. a. à Theodeberto de regno Auſtraſiorũ expellitur, & à Theodorico eius fratre ſuſcipitur. 141.g. Pauperé qui hanc per inuia errantem ad eũ deduxerat epiſcopato Autiſiodoréſi donat, ibidem S. Columbanũ perſequitur. 147.e. & ad oppidom Veſontionum relegari facit. 148. Vaticiniũ Sibillæ de ea. 81.c. Iuxta quod caudæ indomiti equi per crines & brachia alligata, eóque ad curſum concitato, diſrupta periit, exprobratis tameo ei prius à Clothario II. rege oecibus regiis & aliis ſceleribus. 153.e. 154.f. Fuodationes eius. 154.g. Palatium in Ieceooa ſylua. 8.
Brunoni fogienti oe epiſcopus fieret apparet B. Maria. 671. f. Ad ſepulcrum eius miracula patrata. 684. h
Bucellenus Theodeberti Dux Beliſariũ ſuperat necátque. 63. c. Idémque à Narſete ſuperatur. 70.b. & 71.a
Bulgari nullos legatos ad Francorum reges ante Hludouici Pij, Caroli magni filij regnũ miſerunt, 152.b. 253.d. 155.c. Sclauos Pannonicos ſedibus ſuis pellunt. 258. b. à Dagoberto loca vacantia incolenda petunt. 172. h
Bulla Sixti Papæ V. de inſtitutione feſti SS. Placidi & ſociorum eius martyrum. 807.a
Bulla Alexandri Papæ VI. pro reformatione ordinis S. Benedicti. 901. a
Bulla Leonis Papæ X. De erectione coogregationis Caſaliſbenedicti. 904. g
Burgundia pars Lugdunenſis Galliæ Francis reſtituit. 8. à Francis ruinis iocendióque veſtatur. 27. b

27.b.39.c.40.f.Tributaria à Clodoueo fit.30.b. A Clothario Sueſſionenſi & Childeberto Pariſienſi Regibus denuò ſubigitur. 43. c Auſtraſiorum regno, Gūtranni Regis deſignatione ac teſtamento accedit. 129.d. 136.f

Burgundiones Francorum in prælio impetum ferre nequeunt. 40. e. Regnante Guntrāno in Hiſpania à Gothis trucidati. 136. h. Repudiato principum palatij imperio, nullius ſe præter Dei & regis velle pati dominium profitentur. 163. d

C

CAbilonenſis Comitis ditio ac terra Duci Burgūdiæ ac Comiti Niuernēſi ex æquo à Ludouico rege donatur. 379. b

Cachanus Hunorum lingua Rex dicitur. 157. c

Cælum ardere viſum. 104.e. 107.d. 122.g. 135.d. 142.g

Cæſarauguſtani obſeſſi ad Deū conuertuntur, & Litanias agunt. 55.c

Cadurci à Theodorico, Clodouei filio ſubiguntur. 32. h

Calcei monachorum ſint corrigiati. 839.c. & alti quatuor digitorum tranſuerſorum ſuper cauillam pedis. 889. c

Caluacata, & Cabalicata. 283. c

Camara, 612.g

Camaria inſula, vulgò *Camargues*, Sarracenorum portus. 312. g

Cambuttæ Claudi, ante fores Eccleſiæ ſuſpenſæ.705. Sunt autem fulcimenta ſubalaria, vulgò *Potences*.

Cameræ particulares in dormitoriis prohibitæ. 892.e. 893.d

Camiſiis lineis non vtuntur monachi. 839.c

Campania Tulenſis. 149.b. Caralaunenſis. 153.a. Remenſis. 86.h. 89.c. 95.b.139.a

Campaniæ ducatus. 107.b.189.c

Campanariū pro campanili. 473.b.598.g.604. g

Campus Longobardorū lingua, Regia eſt. 221.b

Campus mendacii, à fide Ludouico Pio Imp. ibi mentita appellatus. 290.e

Cantabria à Francis poſſeſſa, & poſtea Frācorum regibus tributaria facta. 162.e

Capilli tondendi mos in adoptione filij. 195. b

Capitulum generale annuatim celebretur, tā in cathedralibus eccleſiis, quam in monaſteriis. 857.c. Et in eo Prælati ſeu adminiſtratores regulares rationem ſiue computa reddant de receptis & expenſis. ibid.d

Capitulum generale congregationis Cluniacēſis quotannis Cluniaci celebrādū.836.h. Et huic debent intereſſe omnes Abbates & Priores, abſque legitimo impedimento. 842.e. Nullæ fiant in eo exactiones, nec munera vltro citróque dentur. 837.a. In eo ſtatuantur ea quæ ad cōſeruationem & reſtrictionem, non ad relaxationem ordinis vel regulæ faciant. ibid. b. Et bis in anno recitentur in capitulis monaſteriorum, atque etiam viſitationis tempore ordinationes quæ factæ fuerint. ibidem

Capitulum prouinciale monachorum de triēnio in triennium fiat. Ad quod Prælati omnes venire teneantur, iuſto impedimento ceſſante. 852.f. g

Capitulis quotidianis fortificatur & durat neruus monaſticæ diſciplinæ. In quibus nullus monachus clamoſè aut irreuerēter alterū defendere vel ſuſtinere præſumat. 862.h. At in congregatione Caſaliſbenedicti, non vt apud Cluniacenſes quotidie, ſed bis tantum in hebdomada capitulum tenetur.

Capitularibus diebus regula in monaſteriis eſt vulgariter exponenda. 862. h

Capua in Archiepiſcopatum erecta. 514.h

Caput certet pro membris, pro natis pater, pro ouibus paſtor. 732. e

Caputium ſuper humeros monachis portare illicitum. 889. c

Carcamuſæ. 413. d

Carrale. 264. f

Carolus Martellus Pipini ſenioris filius, nothus, Palatij Auſtraſij Comes, Clothariū Auſtraſiorum regem facit. 191. c. Qui rex eodem anno obiit. ibidem.d. Chilpericum II. Regem Frācorum infeſtat fugátque. 191. a. Saxoniam debellat. ibid. Deinde tranſito regno, Alemanniam, Sueuiam, Bagaurium, Aquitaniā, Friſiam, Burgundiam, Prouinciam, Galliam, Gothiam peragrat ſubigitque. 192.e. 193.b. 195.a. Vtraque Francorum regna annis 25.rexit. Carlomanno & Pipino filiis ſuis regna Francica diuiſit. 196. e. Huic aduerſus Longobardos Romanę ſedis tutela cum magnis muneribus legatione honorificentiſſima à B. Gregorio Papa offertur. 195. b

Carolus Magnus ac Carlomannus fratres, Pipino patre mortuo Reges à Frācis creantur, regnūque inter ſe diuidūt 203. Mortuo fratre, Carolus rerum ſolus potitur. 204.h. Aquitaniam in ordinem redigit. 204. e. 262.g. Saxones vndecies vincit. Vide dictionem Saxones. Deſiderij regis Longobardorum filiam vxorē ducit. 204.g. Quam mox repudiat. 205.c. Bellum Longobardis, hortatu Adriani Papæ, infert. 205.d. Deſiderium regē vicit & cœpit, atque in Franciam vinctū duxit. 206. f. 468. h. Sed prius Caſinum perrexit, & huic loco priuilegia quædam cōceſſit. 469.b. Reuerſus in Galliam, inde iuſſit monachos venire, pro reformatione monaſteriorum Frāciæ. 469.c. filiam Conſtantino Imperatori in vxorem denegat, eiúſque exercitum, iniuriæ huius vindicem in Calabria ſternit. 215.216.g. Militaris ars eius in traiiciendis fluminibus. 217.b. Fœlicis Orgelli epiſcopi hęreſim de adoptione Chriſti in Synodo damnat. 218.h. 219.a. 220.e. Claues S. Petri, & vexillū vrbis Romæ, eiuſque ditionē à Leone Papa 3. accipit. 221. Ab eodē Romæ in Imperatorē coronatur. 225.b. Duces Venetiis ac Dalmatiæ præficit. 228.g. Danorū in Abroditos excurſiones repreſſit. 231.a. Regē Nordanhumbrorum Britāniæ regno pulſum reſtituit. 231. e. Imperator réxque à Legatis Michaëlis Imp. Conſtantinopolitani appellatur. 236. g. Claſſis eius in Oceano Gallico aduerſus Nort-

mannos pyratas inſtituta.230.f. Regnauit 47. annos, obiitque anno ætatis ſuæ 71. 238.g.
Carlomannus & Pipinus fratres, Aquitaniam, Alemanniam, Baioariam, ac Saxoniam, quæ à Francorum ditione defecerant, recipiunt. 196.g
Carlomannus prædictus fit monachus Caſini. 197.a. 463.c. In paſcendis ouibus cœnobij humilitas eius, & obedientia. Ibidem. Moritur in Galliis: ſed corpus eius Caſinum defertur. 464. f
Carolus Caluus Ludouici Pij Impe. poſtremus filius, Francorum Rex, Romæ in Imperatorem vnctus & coronatus, atque Imp. Auguſtus acclamatus. 326.e. pannum aureum Romam ad altare S. Petri cum duabus coronis aureis miſit. 318. e
Carolus filius Ludouici Regis Germaniæ à dæmone poſſeſſus. 321.d
Carolus Lotharij filius, & Ludouici frater, Rex poſtremus ex ſtirpe Caroli Magni ab Hugone Duce Francorum regno ſpoliatur. 356.h. 357.a
Carlomannus patri ſuo Carolo Caluo Regi inſidiatur. Abbatiis quas habebat priuatur, & in ciuitate Syluanectenſi cuſtodiæ mancipatur. 315.b. Inde eripitur. 317.d. Iterum fugit & vbique graſſatur. 318.e. Diaconus Senonenſis erat. 319.a. Degradatur. 321.b. Excæcatur. ibid.c
Carolus Comes Flandriæ, Danorum Regis filius apud Brugas à Burchardo quodam nefandiſſimè occiditur. 367. c
Carolus Simplex, Rex Francorum. 349.b. Regnauit annis.27. 353.d
Carnes in quauis domo Cluniacenſi non licet comedere, niſi tantum in infirmaria. Et tranſgreſſor pœna grauioris culpæ plectendus, ſi clauſtralis fuerit. Quod ſi dignitatem vel adminiſtrationem habuerit, eadem priuetur. 839.b. Hæc eſt conſtitutio Gregorij Papæ 9. At Nicolaus Papa 4. in ſua conſtitutione ait. Circa eſus carnium licentiam relinquimus diſpenſationi Abbatis, ſecundum indulgentiam Clementinæ. 847.b
Carnium eſus (ſecundum Benedictinam) monachis interdicitur feria 4. Sabbato, in aduentu domini, & in ſeptuageſima. 393. a
Caſinum Cœnobium à S. Cœnobio ædificatum, & primò à Longobardis deſtructum. 138. e. 460.h. A Petronace poſtea eius Abbate reparatum. 461.c. Iterum à Saracenis inceditur. 491.c. Eius immunitas ab omni ſubiectione epiſcopali. 462.f. 781.d. Vnitur congregationi S. Iuſtinæ. 16.f. 766.f
Caſinum omniū monaſteriorum ordinis S. Benedicti caput. 707.c. 750.h. 767.c. 764.g. 795.c. Gymnaſium principale monaſticæ normæ. 760.h. Camera Romani Imperij. 735.d. 755. d.e. Caſinenſi monaſterio, religionis exemplum & forma, per orbem occiduum emanauit. 726.f. 735.b
Caſinenſis Abbatis electio Conuentui libera. 469.c. 574. g. 795. d. Hic Abbas Abbatum, non Cluniacenſis eſt inſtitutus. 694.f. Et vt ſuperiorem omnibus Abbatibus ſedem haberet à Ro. pont. indultum. 576.f. 795.b. Capellanus Imperatoris, etiam à tēpore Caroli Magni inſtitutus. 728.g. Hierarcha, Romani Imperij Cancellarius, & Capellanus in literis Lotharij Imp. appellatus. 753.d. Ei vſus Sandaliorum, Dalmaticæ, & Chirotecarum cōceſſus. 566. e
Caſini Abbates primi poſt S. Benedictum. 138.e. 460. h
Caſini arx quondam Mello dicta. 461.g
Caſinum miris extollit laudibus Carolus Magnus. 471. d
Caſinēſis Abbas Aligernus à Capuanis deceptus, & excæcatus. Et ibi vide iudiciū Dei, de Epiſcopo, qui hoc procurarat. 518. f
Caſinenſis Abbatis Rainaldi depoſitio. Et ibi vide formam depoſitionis. 749.d
Caſinenſes Abbates, effecti lupi rapaces. 758.f
Caſinenſes qui Petro Leoni Antipapæ, contra Innocentium Papam adhæſerant, veniam petunt, & ab anathemate ſoluuntur. 743. c
Caſinenſes in præcipuis feſtiuitatibus bibebant in pateris argenteis deauratis. 635.b. 663.a
Caſinenſes aliquot in Dalmatiam ad conſtruendum monaſterium miſſi. 708.f
Caſinenſes quidam feriis 4. & 6. pane tantum & herbis hortenſibus veſcebantur, nec vinum bibebant. 798.g
Caſinenſis nouæ Eccleſiæ à Deſiderio Abbate conſtructæ dedicatio. 606. f
Caſſiodorus & alij clari viri ſynchroni. 84. f
Caſtellani. 420. h
Caſtella duo extructa ſuper Albim à Carolo Magno in Sclauorum excurſiones. 231.d. Contra Danos autem trans Albim ciuitas cum præſidio. 233.a. Dealbanda arx in eoſdem Sclauos trans Albim à Saxonibus extructa. 249. b
Caſtrum Saracenicum, cur ita appellatum. 571.a
Caſtrum, Monaſterium Albigenſis Regionis, in epiſcopatum erectum. 397.b
Caſtrum Caſinum, Harum appellatum. 53. a
Caſtrum Mediolanenſe, nunc Magdunū, vulgò *Meun*, apud Bituriges. 114. g
Catalogus Abbatum Caſinenſium, in eorum chronico memoratorum.
Catalogus Abbatum Sancti Germani à Pratis. 427. Secundò.
Cateiæ. glo. Dardi. 410.e. 416.g. 419.c
Cathedra, pro corpore: quod eſt veluti ſedes animæ, quamdiu viuit homo. 436.g
Catuliacus vicus, hodie eſt vrbs S. Dionyſij in Francia. 165. d
Cautini Aruernæ vrbis epiſcopi crudele facinus. 71. h
Cella nouitiorum à dormitorio fratrū diſtincta. 612. h
Cellæ diſtinctæ, in dormitorio nō conſtruantur: & ſi quæ ſunt conſtructæ, demoliantur. 893.d
Celticæ Galliæ vrbes amnēſque celebres. 6. & 7.
Cenſura Baronij in quaſdam epiſtolas, quæ poſt

Chronicon

Chronicon Caſinenſe habentur. 779.c
Cenſus nauium, cœnaricus dictus, vt pote cœnæ monachorum deputatus. Quem Vulfuinus quidam rapiens, fraterno gladio poſtea confoditur. 827.c.& 828.f
Centulum, monaſterium S. Richarij, in Picardia. 224.g
Ceſpis terræ ingens in Thoringia miraculoſè abreptus, Hludouico Caroli magni filio rege. 248.h
Chararicum regem cum filio Clodoueus Rex dolo cepit. Et tonderi eos faciens, patrem quidem preſbiterum, & filium Diaconum ordinari iuſſit. 33.c
Charibertus Rex ob ſuam impudicitiam ſemel ac iterum à B. Germano admonitus, nec emédatus, excommunicatur. 74.g. Eius mors. Ibidem.
Chartas monaſterij parum fidis hominibus oſtendere periculoſum. 674.h
Charrerius Petragoricus Antiſtes accuſatur apud Chilpericum regem: ſed ad propria illæſus regredi iubetur. 113.d
Childebertus & Clotharius reges Francorum in Hiſpaniam profecti ad vindicandam iniuriam ſororis ſuæ, quæ Almarico (al. Amalrico) regi Arriano nupſerat, Cæſarauguſtam obſident: ſed hanc obſidionem ſoluunt, accepta tunica S. Vincentij leuitæ & martyris. 44.c.56.e
Childebertus aduerſus Clotharium fratrem pugnaturus procedit: ſed vtriúſque diſpoſitis aciebus, per preces Chrotildis matris ad Deũ fuſas in pacem redeunt. 54.g.h.& 55.a. Epitaphium Childeberti. 67.a. Eius obitus. Regn. an.46. Ibidem. b
Childebertus 2. Sigiberti filius, Rex Metenſis creatur ab Auſtraſiis. 89.a. A Gundoaldo per feneſtram in ſporta deponitur. 88. h. A Guntranno patruo, Burgundiæ rege adoptatur. 93.c. Et regni eius hęres conſtituitur. 99.b. A Fredegunde cruenta ſtrage ſuperatur. 140.e. Eiuſque filij. 142.e. Regnauit annis 23. 141. b
Childebertus Theodorici filius, Rex Francorum à Clodouei fratris obitu. 189.d. Regnatque annis 17. 190.e
Childemerus Vuandalorum Rex Conſtantinopolim ducitur, catenis argenteis vinctus. 43. b
Childerannus Abbas 10. S. Germani à Pratis. 189.b.427 b. Secundò.
Childericus primus, Merouei filius, quattus Rex Francorum paganus. 15. d. Regnauit 24. annis. 24.f. Regno eiicitur. 15. d. Thoringam petiit. 16. f. Naſcitur ei filius nomine Clodoueus ex Baſina. 24.c. Moritur. Ibidem.f.
Childerico rege eiecto Egidium patricium Romanum Franci Regem inſtituunt. 16.f
Childerici viſio, regni Francorum fatalem decurſum denotans. 18. e. Quam eius vxor interpretara eſt. Ibidem. f.
Childericus 2 Auſtraſiorum Rex à Francis, eiecto Theodorico, in regem eleuatur. Poſtea cum vxore grauida ob eius tyrannidem necatur à Bodillo. 186. h. 187. a. Ambo in eccleſia S. Germani à Pratis ſepulti. 436.e
Chilpericus Rex contra pactum (quod cum Francis inierat) Parrhiſios iure dominantis ingreſſus, portionem quæ eum contingebat, amiſſit. 116.h. Legatos amicitiæ cauſa ad Iuſtinum Imp. mittit. 63 a. Baſinam filiam ſuam ſanctimonialem vult matrimonio iungere. 115. b. Sed à S. Radegunde prohibitus eſt. Ibidem. Clodobertus filius eius moritur 103. c. Admonitus à Fredegũde agnoſcit ſe liberis orbari diuina vltione, propter oppreſſionem populi. 103. b. filium ſuum Merouecum tonderi ac presbiterum ordinari iubet. 89. d. In hæreſim Sabellianam lapſus ab ea reſipuit. 108. f. Sacris canonibus nouum aſſuit. 99. a. Quarundam literarum Græcarum inuentor. 108. g. Aſtu Fredegundis vxoris, à Landerico interficitur. 119. a. Eius deteſtandi mores. Ibidem. b. In baſilica ſancti Vincentij (quæ nunc eſt ſancti Germani à Pratis) ſepelitur. Ibidem. & 435.c.
Chilpericus clericus, Daniel nuncupatus, à Francis Rex creatur. 190. h. Annis quinque regnauit. 191. d
Chramnus tactis ſacroſanctis pignoribus iurauit quod patris ſui Clotarij primi Francorum Regis, perpetuus hoſtis exiſteret. 66. f. Cabillonem cepit. Ibidem. 9. Sed in Britannia prælio à Patre ſuperatus cum coniuge ac filiabus igni eſt crematus. 68.g
Chriſma Francorum regum, cœlitus miſſum. 29.c
Chryſobulium. 781. a. Et infrà. Chryſobulium immunitatis. 781.c.784.f
Cibi & potus reſidui monachorum, pauperibus erogandi. 885.a
Ciborium argenteum miræ magnitudinis. 80 g
Circitoria ad altare. 633.c.663.a
Ciſpitaticum. 264. f. Alias Ceſpitaticum, & quid. 265. b. Hinc ceſpitatores equi qui facile & crebrò labuntur, & Ceſpitare, vulgò *broncher* dicitur.
Claudus ſanatus ad corpus beati Benedicti. 704.h
Claues Sancti ſepulchri, & vincula B. Petri à S. Gregorio ad Carolum Martellum mittuntur. 195.b
Clauſtra pro cluſis, ſiue excluſis, id eſt, aditibus difficilibus. 340. e
Cleri per Ludouicum regem reformatio. 275.b
Clerici ſeculares non recipiantur, nec ponantur in monaſteriis cum monachis, niſi ſe & ſua dederint. 889.a
Clodio Crinitus, Francorum Rex, Cameracum & Tornacum vrbes expugnauit: regnauítque 20. annis. 15.b.c
S. Clodoaldus, presbiter efficitur. 50. e. Moritur & ſepelitur in Nouigéro, Parthiſiorum vico, hodie, *S. Cloud.*
Clodoueus Childerici, quinti Francorum regis pagani filius. 24 .f. habuit Chrotildam vxorem ab incunabulis chriſtianam. 25. d. Eius deſponſatio. 27. c. Siagrium Romanorum patricium à Sueſſionis ciuitate expellit, eúmque

ſuæ ditioni ſubdit. 24.g. Charatici regis regnũ & theſauros diripuit: & patrem in presbiterum, eiuſque filium in Diaconum ordinari fecit. 33.c. Se chriſtianum fore vouet, ſi ab Alemannis victoriam reportet. 28.e. Qua obtenta proceres conſulit de baptiſmo ſuſcipiendo. 28.g. Remis baptizatur à S. Remigio. 29.b.c. cum tribus millibus hominum, vt ſcribit Greg. Tur. Et ad eum inungendum columba ampullam ſacri chriſmatis roſtro attulit. Ibidem. Vindictam ſumit de ſuperbo milite: qui ne vrceum ſolus ex ſpoliis hoſtium haberet impedierat. 25.c. Contra Gothos profectus mittit legatos ad S. Martinũ, & ex eo quod intrantes eccleſiam cantari audierant (ſcilicet, *Præcinxiſti me virtute*, &c.) omen victoriæ collegit. 32.e. Sed & cerua apparens, vadum Vigennæ (vulgò, *la riuiere de Vienne*) oſtendit. 32.g. Ab Anaſtaſio Imp. Conſtantinopolitano, amicus Impp. Patriciuſque Romanorum appellatus: Et poſtea Conſul, & Auguſtus. 33.a Redimit equum, quem S. Martino miſerat. Ibidem.b. Coronam auream mittit Romam ad S. Petrum. 35.a. Regnauit annis 30. 36.f. Et mortuus ſepultus eſt Luteciæ, in baſilica S. Petri, quam conſtruxerat. 35.d. Ea nunc eſt S. Genouefæ, Epitaphium eius. Ibidem. Regnum eius quatuor filij quadrifariam inter ſe partiuntur.

Clodouei ſecundi filij Dagoberti Francorum regis oratio, pro exemptione Abbatiæ S. Dioniſij à ſubiectione epiſcopali. 184.g. Brachium S. Dioniſij, inſtigante Diabolo abſcidit. 186.f. Fornicarius fuit, illuſor fœminarum, gulæ & ebrietati deditus. Ibidem.

Clodoueus 3. Theodorici filius, Rex Francorum, regnauit annis duobus. 189.d

Clodomiri, filij Clodouei primi, ſedes regia Aurelianis. 37.a. 38.c. Eius virtus ac ferocitas. 39.c. Cum Burgundionibus dimicans occiditur. 40.f

Clotharij primi Francorum regis progenies. 64.h. Crudelitas eius in nece ſuorum nepotum 51.c. Regnauit 41. annis, mortuuſque ſepultus eſt in Baſilica D. Medardi Sueſſionenſis, quam ædificarat. 73.A. Reliquit quatuor filios hæredes. Ibidem. c

Clotharius 2. regno patri ſui Chilperici ſuccedit. 120.h. Solus legitimus hæres regiæ ſtirpis, reiectis nothis filiis Theodorici fratris. 152.f. 153.a. Dagobertum filium ſuum ex Berthetruda prima vxore ſua ſuſceptum regno Auſtraſiorum donat, nonnullis exceptis. 159.d. Merouеum Theodorici filium de ſacro fonte leuat. 146.g. Eius iam ſenio confecti vigor & robur in certamine. 167.c. Annos 44. regnauit, mortuuſque ſepulturam habuit in ſuburbana Pariſiorum baſilica beati Vincentij, quæ nunc S. Germani à Pratis dicitur. 164.f. 435. Secundò.

Clotharius. 3. Clodouei ſecundi filius, licet moribus impius, tamen quia primogenitus, fratribus præfertur: & patri in regno ſuccedit. 186.g

Clypeare, pro clypeo contegere. 410.f

Cœlum. Vide. Cælum

S. Columbanus Abbas, ab Hybernia Oceani inſula progreſſus, primum à Theodeberto, & deinde à Theodorico rege ſuſcipitur. Sed quia nothos eius benedicere noluit, in oppidum Veſuntionum (inſtigante auia Brunichilde relegatur. 147.c. 148.f. Miraculum de vaſis (quæ oblatos Columbano regios cibos & potus continebant) ſponte fractis. Ibidem.

Cometes viginti quinque diebus apparuit. 300.g. Iterum 302. eáque obitum Pipini portendens.

Comitatus Aleſatij, Sugitenſis, Turonenſis ac Campanenſis Theodeberto regi Auſtraſiorum, à Theodorico fratre rege Aurelianenſi viceſſit. 148.9.

Comites Parrhiſienſes redditus Abbatiæ S. Germani ſibi vendicarunt, decanos monachis ſtatuentes, & nomen Abbatis ſibi aſſumentes. 331.d

Commendatarij cuiuſcumque gradus aut dignitatis fuerint, nõ minuant numerum monachorum cœnobiorum quæ habent in commendam: eáque regenda committant religioſis eorundem locorum, non alienis. 897.b

Comes ſtabuli. 110.h. 200.h. 211. A. Qui & Comes cuſtodum equorum regiorum dictus eſt. 110.e. 146.h. Item Regalium præpoſitus equorum. Vbi dicitur: vulgo Comiſtabilem vocant: quaſi Comitem ſtabilem. Eò reſpexit Anna Monmorentius: quum hac præcelſa dignitate inſignitus, pro ſymbolo adſumpſit, ΑΠΛΑΝΩΣ: quæ dictio Græca firmum, ſtabilem, non vagum, ſignificat. Interdum etiam Comes ſtabuli præficiebatur maritimis claſſibus regiis: vt 230.f. Sed hoc eſt hodie Almirali.

Commercium Galliæ & Hiſpaniæ trans Pyreneos è regione Oſcæ & Cæſarauguſtæ Caſtelláque illius. 233.b

Cõmutatio anulorum in teſſeram promiſſionis 41.a

Computa ter in anno ab officiariis reddenda: in fine ſcilicet cuiuſlibet quarti menſis. 850.g

Concertatio inter Girardum Cardinalem, & Petrum Diaconum Caſinenſem. 731.a

Concilia quinque iuſſu Caroli magni habita. Primum Moguntiæ, Secundum Remis, Tertium Turoni, Quartum Cabilloni, Quintum Arelati. 237.c

Concilium Claromontenſe ab Vrbano Papa 2. conuocatum. 362.f

Concilium Clippiaci habitum. 163.c

Cõcordia paruæ res creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur. 477.d

Concubinæ regum Francorum Vide Matrimonium. Confeſſio Nouitiorum fiat ſingulis ſeptimanis, & ſacra communio ſemel in menſe. 894.g

Confugium ad regem, victis aſylum. 162.g

Congre-

Congregatio Caſinenſis. al. S.Iuſtinæ de Padua, quaodo primum nuocupata. 767.c
Congregatio Caſalis Benedicti per Leonem Papam 10.coofirmata. 924.g
Coniuratores laici luminibus orbati: Epiſcopi autem depoſiti, & in monaſteria detruſi. 243.c
Coniurationes liberorum in patres ſuos: vt Chramni in patrem ſuum Clotharium regem 66.e.68.e.Pipini in Carolum magnum. 219.a & vltio. Ibidem. b. Pipini,Hlotharij, Hludonici fratrum, in Hludouicum Pium patrem. 268. f. 286. e. 287. b. 288. e. 289. c.290.e.291.a. a92.c.194.f.Leuis pœna ſeu vltio eorum, & aliorum coniuratorum. 287.b.288.h
Conradus Imp. enam prouocatus à grege monachorum Caſioeoſium,vt eis Abbatem conſtituat, negar ſuum eſſe.552.g.Nec vulr ab his extraoenm eligi. 751.b.
Conſiliarij principum ſi fuerint auari, ingens principibus pernicies. 33. d. 145. c. 159. c. a68.h.
Conſilium nefandum matris Crochi regis Vvandolorum 73.d
Conſpiratio Romanorum in Leonem Papam. 239.d
Conſpiratio Childeberti & Clotharij in nepotum ſuorum. 48.h
Conſpiratores monachi inhabiles ſinr ad beneficia vel officia obtinenda:& ſi aliqua habuerint,his priuandi. 899.c
Conſtantia Hiſpaniæ regis filia Ludouico 7. Frácorum regi nubit. 375. Dolore partus interiit. d
Cooſtantinus Hirenæ Imperatricis filius,propter morum inſolentiam à ſuis comprehenſus, excæcatus eſt. 222.h
Conſtantini Afri, monachi Caſinenſis & medici opera medica. 615.c
Conſtitutiones capituli generalis. Vide. Ordinationes.
Conſuetudines Caſinenſium in feriis Paſchæ. 482.g
Cootractus factus per monachum abſque auctoritate ſui ſuperioris & ſine ſolennitate prohibetur.877.c.Ipſum verò faciens,præter pœnas iuris, excommunicationis ſententiam incurrit. 878. e. & f
Coouenæ in cacumine præcelſi montis trans Garonnam vrbs ſita.130.f Diripitur. 133.d.
Conuentio inter Ludouicum,filium Caroli Impe. & Ludouicum, filium Ludouici regis. 340.g. Articuli huius conuentionis. Ibidem h 341.342.
Conuiuia lauta vitent Prælati,nec faciant immoderatos ſumptus. 886.e
Corooam auream Clodoueus primos Francorum rex Romam ad ſanctũ Petrum miſit.35.a Et Carolus Caluus duas. 318.e
Corporali calicis incendium ſedatum. 704. e
Corpora SS. Antonij & Conſtaotiniani monachorum, in Glannafolio à Caliſto Papa ipoſita. 67.b
Corpus S. Luciæ à Siracuſana ciuitate Conſtantinopolim tranſlatum. 555.d
Cor S. Viocentii leuitæ & martyris (quod erar io Duno Regio, vulgò *Domleroy*, Biturigum oppidulo) ab hæreticis combuſtum. 398. h
Coroſolitum Britanniæ inſulæ, profugorum colonia. 214.f
Correctiones fiant, ſine perſonarum acceptione. 836.h
Coruos tres S. Benedictus nutrire ſolitus. 459. d 738.g
Cotia ſylua. 72.h.'90.g
Chrochus Vvandalorum Rex, matris conſilium ſecutus, ex ſubuerſione vrbiũ famam quæſiuit. 73.d.Sed poſtea à Mario milite,captus,&per ciuitates quas deſtruxerat ductus ac excruciatus interiit. 74.f
Chrotildis Gundebaldi Burgundionum regis neptis ea fratre eius progenita, ſtipe alitur regia.25.d. Eius ſanctum reſponſum Aureliano Clodouei legato: quod noo liceat chriſtianæ mulieri paganum ſortiri maritum.26.g. Interfecerat autem iſte Gundebaldum fratrem ſuũ Chilpericum,Clothildis patrem.27.c.30. g Ad quod facinus vindicandum illa filios ſuos Clodomirum Childebertum & Clotharium concitauit. 38. g.Oratio eius ad Deum, vt filii eius Childebertus & Clotharius depoſitis armis in pacem redirent. 54.g. Effectus huius orationis. Ibidem. h. Moritur Chrotildis in Turonica ciuitate. 64.e. Corpus eius transfertur Luteciam in eccleſiam S. Petri, quæ nuoc eſt Diuæ Genoueſæ. Ibidem
S. Crucis pars à Choſdrohe Perſarum rege aſportatur. 169.d
S. Crucis portio ab Hyeroſolymis in Caſinum allata. 515.e. Item alia è Conſtantinopoli per Malfitanum nobilem aſportata. 633.b
S. Crucis lignum delatum flammas extinguit. Crux aurea B. Petro à Beliſario patricio oblata. 63.B. Crucem in pauimento ſculpere à Tybio Impe. vetitum. 92.h
Cruciadæ addicti, Cruces in ſcapulis dextris ferebant. 658.g
Crudelitas Clotharii primi, Francorum Regis in nepotes ſuos. 49.c
Cuculla à Caſinenſibus Caſula nuncupata: ab aliis Cappa. 799.a
Cumbis villæ donatio per Dagobertum regem facta monaſterio S. Germani à Pratis. 176.h
Cupa argentea in qua bibebant Caſinenſes in feſtiuitatibus. 763.a
Curſus ſacri, horæ canonicę. 421. b

D

DEmoniacus ad ſepulchrum S. Benedicti curatus. 617.c
Dæmoniaca ſanata per aquæ potum, qua Paſchalis Papa 2. manus ſuas lauerat. 682.h
Dagobertus Clotharii 2.filius, mortuus patre fit monarcha Fraocorum. 165. a. Ariberto fratri regni prouinciam, vulgo Appanagium dat.

Ibidem c. A Gomatrude vxore ſterili diuertit. 168. f. Sadrigiſilum nimis ſuperbientem flagellis cędi, barbaræque amputatione deturpari fecit 166. e. Teſtamentum condit, eiuſque tenore ſepulturam in baſilica ſancti Germani à Pratis eligit. Et ei Cumbis villam (Gallicè *Cumlauille* largitur. 176. f. Pia eius exhortatio ad filios: vt in charitate ſe contineant. 177. a Sigiberto & Hludouico ſiue Clodoueo 2 (quod idem eſt germanicè) regnum reſignat. 166. e. Regnauit annis. 178. h

Dagobertus 2. Childeberti 2. filius, Theodorici nepos, Rex Francorum. 190. f. Regnauit annis quinque. Ibidem. h

Dalmatius Rutenenſis Epiſcopus. 108. h

Dani pyratę ac prędatores à Theodeberto rege profligantur Daras, 38. f. ciuitas conſtructa. 41. b

Dardi, vulgò *des dars*. 406. 410. e. 423. D.

Decani monaſterio Sancti Germani a Rotberto comiti inſtituti. 350. e

Decertatio Guntranni Aurelianenſis regis cum Childeberto de regni prętogatiua. 121. h 123. a

Decimarum exemptio, pro omnibus Caſinenſi Cœnobio ſubiectis. 507. c

Dedicatio prima eccleſiæ S. Germani à Pratis. 67. B

Dedicationi nouæ eccleſiæ Caſinenſis à Deſiderio Abbate erectæ, Archiepiſcopi decem, Epiſcopi quadraginta ſex interfuerunt. 606. h

Delatores ſuorum ſuperiorum non prius audiantur quam ſe obligauerint ad pœnam congruam ſi defecerint.

Denteleni ducatus. Vide Ducatus.

Depoſitio Abbatis non niſi pro crimine fieri debet. 791. b

Depoſitionis Priorum legitimæ cauſæ. 845. c

Deſiderius in poſſeſſionem Caſinenſis Abbatię mittitur. 588. G. Conſecratur, & fit presbyter Cardinalis. 590. f. Deinde Papa, Victor 3. nominatus. 642. e

Deſiderius Abbas 4. monaſterij S. Germani à Pratis 146. f. 427. b. Secundò.

Deſiderius ex comite ſtabuli Aiſtulphi regis Longobardorum, factus Rex eorum. 200. h A Carolo magno captiuus in Galliam ducitur 206. f

Detruſio in monaſterium, pœnę genus olim reis tum clericis quam laicis impoſitum. 216. f. 243. c. 287. d.

Deum omnipotentem nemo ſine pœna contemnit. 790. e

Deutheria Romana, Regis Longobardorum filia, Theodeberto, Theodorici Regis filio nubit 51. a. filiam quam ex priore marito ſuſceperat, crudeliter necat. 51. c

Diabolus Carolum Ludouici imperatoris filium ſequitur, etiam in eccleſia eumque poſt buccellam poſſidet. 322. e

Dies ſolis apud barbaros dominica vocatur. 47. d

Diffinitores 15. In Capitulo generali Congreg. Cluniacenſis. 842. f.

Disbargum Thotingorum prima ſedes regni Francorum. 15. a

Diſputatio de fide inter philoſophum Grecum & Petrum Diaconum Caſinenſem. 744. f

Diuinationis genus olim Francis vſitatum. 32. f 66. g. 95. a

Diuionenſis caſtri ſitus, & murorum firmitas. 63. d Ab Aureliano Impe. conſtructum, 64. e

Diuiſio regni inter filios Clotharij primi. 73. c

Diuiſio regni inter Theodebertum & Theodoricum filios Childeberti Iunioris, filij Sigiberti Regis. 141. b

Dominica dies magna & percelebris. 824. e. 831. a

S. Dominici Abbatis Sorę tranſitus, qui contigit 22. Ianuarij. 549. b

S. Droctoueus diſcipulus beati Germani Epiſcopi Par. Et Abbas 1 monaſteri eius Et obitus eius 91. a. Verſus Fortunati in eius laudem. Ibidem.

Druydarum mores & conſuetudines. 8

Ducatus Denteleni. 143. a. 149. b. 151. a Tandem Neuſtriis Auſtraſiorum conſenſu à Dagoberto reſtitutus. 174. e

Ducem ſub ſe habere 12 Comitatus mos antiquus. 197. d

Ducum inter ipſos odium ac inuidia, exercitus calamitas. 211. b

Dormitorium non habeat cellas diſtinctas. 892. e. 893. d

Duellū ad purgationem obiecti criminis, quondam vſitatum Francis. 161. b. 288. f

Dunenſis lacus. Vide. Lacus.

Durcones, Naues. 406. h

Dyſenterię morbus graſſatur in Gallia. 104. g

E

EBerulfus cubiculariis Chilperici regis prępoſitus, necis eiuſdem caput. 125. d. Ad ſepulchrum Sancti Martini à Claudio occiditur. 127. b.

Ebolus Abbas S. Ger. nepos Gozlini Epiſcopi Par. 349. a. 427. c. Secūdò. 405. c. Martius Abba nūcupatur 422. g. Item Mauortius Abba. 428. h

Ebroinus adhuc iuuenis fit Abbas Glannafolii, ſiue S. Mauri ſupra Ligerim. 820. f. Hic poſtea fuit Epiſcopus Pictauenſis. Et deinde Abbas ſancti Germani à Pratis. 304. e. 427. Secundò

Eccleſia ſancti Petri, quæ nunc eſt D. Genouefæ, à Clodoueo primo Rege conſtructa. 19. e

Eccleſię S. Dionyſii lamine argenteę egenis tempore famis, iuſſu Clodouei 2. regis, erogantur. 184. f.

Eccleſiæ Galliæ à Dagoberto earum quas ab eo acceperant rerum hæredes, in publico Francorum conuentu teſtamento fiunt. 166. d 167. h

Eccesia Leſignenſis in honorem ſancti Germani Pariſienſis Antiſtitis haud procul à Ionzaco ab Irminone Abbate dicti ſancti Germani erecta. 237. a

Eccleſiæ Galliarum fiſco tertiam fructuum partem, edicto Clotharii pendere iuſſit 65.c

Eccleſia Maroilenſis vici, ſancto Martino dicata à Bituricenſibus cremata & miraculum inibi factum. 123.a

Eccleſiam à laico accipiens excommunicatur cum dante. 622.f.647.a.674.e

Editii ſenatoris largæ eleemoſinæ, tempore famis. 24.c. Vox de cælo ab eo audita ſibi congratulans. Ibidem.

Edict du Roy Francois premier, par lequel il quitte ſon droit de nomination es cinq Abbayes de la congregation de Chelaubenoiſt.

Egidius. Vide. Ægidius.

Egredi è monaſterio ſine licentia petita & obtenta vetitum. 890.g. Idque ſecundum Reg. cap. 67

Electio potius debet fieri de gremio, quam de extraneis. 77.a

Electio Abbatis Caſinenſis nõ abſque nutu Principis præſumpta. 546.f. fiat tamen ex vno eorum, & non ex extraneis. 791.a

Eleutherius & Euſebia, genitores ſãcti Germani Epiſcopi Par. in noſtra eccleſia ſepulti. 415.c. 436.f

Eleutherij ſepulchrum Normannus demoliens, lapide in eius pectus reſilieote, perimitur. Ibidem.

S. Eligius aurifaber. 564. g. 585. B. Eius ſanctitas Ibidem. c.

Emporium lingua Danorum Reric vocatur. 231. b

Engoliſmæ murus diuinitus collapſus. 33. a. A Clodoueo ſubigitur. Ibidem.

Engoliſmenſem comitatum Nantinus à rege emit. 501.d

S. Eparchius Engoliſmæ recluſus, furem ſuſpendio mortuum vitæ reſtituit. 151.d

Epiphanius Epiſcopus cuſtodiæ mancipatur, ibique obiit. 121 d

Epiſcopus, qui Abbati Caſinẽſi oculos erui, & ad ſe deferri data pecunia procurarat, vt eius Abbatiam obtineret, ſtatim iudicio Dei mortuus 518.f.

Epiſcopus ab Epiſcopis conſenſu regis iudicatur 95.f.97.a.98.99.100.c.109.a.110.c.113.d.124.h. 219.a.243.c.219.a

Epiſcopatum vel Abbatiam de manu laici accipere vetitum, ſub pœna excommunicationis. 647. a

Epiſtola S. Benedicti ad S. Remigium, qua mittit ei Dæmonium curandum, 770.

Epitaphium Childeberti primi, Francorum regis. 67.a

Equos ſtabulari in capitulo monachorum faciẽs, dolure lateris torquetur. 537.c

Etherius Lexouiæ Epiſcopus ab Archidiacono ſuo falſò accuſatus, à Guntranno rege innoxius remittitur. 116.g

Eurardi Archiepiſcopi Senonẽſis obitus. 420 h

Exactiones non fiant ab Abbatibus vel Prioribus. 840.f

Exactiones nimiæ prælatorum inducunt odium ſubditorum. 79. e

Examen, pro Origo.

Excluſæ (aditus intellige) Italiæ præſidiis à Bernhardo rege firmatæ. 242.h 294.g. Alibi cluſæ, à claudendo, & clauſtra appellatæ. vt 340.f

Excommunicationis ſpecies apud Druidas paganos. 8

Excommunicationem ſuſtinens per ſex menſes, priuatur beneficiis & officiis. 887.a

Excommunicationis vis. 502.e

Excommunicatus Sergius, Neapolitanus dux, ob fœdus cum Saracenis initum. 490.e

Excommunicãtur hi qui de rebus ad anniuerſarũ Eleutherii & Euſebiæ progenitorum ſancti Germani Epiſcopi Par. legatis, aliquid tulerint. 437. e

Exemptiones propter abuſus, & nimias exactiones ac oppreſſiones Epiſcoporum introductæ. 79. e

Exhortatio Lotharii Imp. ad Caſinenſes, vt concorditer viuant. 750.h

Expeditio Hieroſolymitana, vulgò, *la Croiſade* 362.b.372.g 373.a.

F

FAla. 453.d.459.c glo. turris. 424.f

Falſum teſtimonium acriter flagellis in clerico punitum. 110.e

Fama ex ſcelere pacta per Chrocum Vuandalorum regem conſilio matris nefandæ. 73.d. de eius crudeli interitu. 74.f

Fames ingens Romæ. 76.f

Fames Salernitana ad eſum immundorum animalium adigens. 624.f. Alia in Barulana obſidione. 765.d

Fames validiſſima Burgundiam opprimit. 24.c. Annona editii leuatur. 24.c. Francium 182.f. ſed cura Clodouei Regis leuatur 184. f. Alia. 253 Alia Item in omni Gallia 349.d.354.g Alia iterum annorum 7. Henrico 1. rege. 361.b

Faramundus Marcomiri ducis filius primus Francorum Rex. 15.a

Fardulfus coniurationis delator fit Abbas ſancti Dioniſii. 219.b

Farganæ 635. A Centum nonaginta Farganas fratribus in dormitorium miſit.

Faſeli glo. Naues 410.h

Faſtrada Franca Radulphi comitis filia Caroli magni tertiis nuptiis vxor 212 g.268.e

Felth, campos patentes ſignificat. 50.g

Feria quarta & ſexta plures Caſinenſes pane tantum herbiſque horteoſibus veſcebantur nec vinum bibebant. 798.g

Ferrum mallei in mare lapſum, ad manubrium ſponte redit. 546. e

Feſtum tranſlationis S. Benedicti fieri prohibitum a Paſchali Papa 2. 670.g

Figmentum Audaldi monachi, vt corpus S. Vincentii a Cæſarauguſtano Epiſcopo, alterius eſſe credatur. 386.h

Finium regundorum controuerſia, inter Hunnos, Carolum Magnum regem, belli ſeminarium 217. g. 218. f. inter Bulgaros, & Francos. 254. g. 255. d

Fiſcus quid. 57. d

Fiſcus Iſciacenſis, ſeu Iſciacus. 56. g

Fiſcalini ſerui. 110. e. 117. e

Flandriæ comitum origo. 360. f

Flandri rebelles à Ludouico rege plectuntur. 367. d. 368. 369. a

Florianus nouus imperator à Beliſario occiditur. 52. h

Focas imperator iuſſit, vt loco veteris fani, quod Pantheon vocabant, Baſilica in honorem B. Mariæ & omnium martyrum fieret. 157. b Idem ab Heracliano Aphricæ præfecto perimitur. 169. d

Focæ dictio barbara pro foſſa. 470. f. 636

Foderus al. fodrus ſumma quædam frumenti fuit quam aduenienti in Italiam regi, populi ſoluere tenebantur. 269. a

Foderi militariæ, collatione, Aquitanici plebei a Ludouicu Aquitaniæ rege leuantur. 268. h.

Francifci a Car. M. 267. a

Fœdera Francorum regum cum exteris. Clodouei cum Gundebaldo rege Burgundiæ 25. d. Sigeberti regis Metten. cum Hunnis 83. b. 85. d eiuſdem Sigeberti ac Chilperici Regis Sueſſionen. cum Burgundiæ rege. 87. b. Eiuſdem Chilperici cum Iuſtino imperatore Conſtantinopol. 93. a Item cum Britonum comite 96. e. Childeberti Regis cum Langobardis. 106. e. Guntranni Regis Aurelianenſis cum Imp. Conſtantinopolitano. 136. e. Eorundem Guntranni ac Childeberti cum Langobardis. 137. c. Frãcorum cum Langobardis. 141. d 143. b Eorundem regum cum Langobardis, quò comiter illorum maieſtas, adiecto annuo tributo, a Langobardis, obſeruabatur. 159. a. Dagoberti regis cum Heraclio Imp. Cõſtantinopol. 169. c. Dagoberti regis cum Britannorum rege, quò Britannia, prouincia Francorum facta eſt. 175. a Caroli Magni cum Hunnis, ſeu Auaribus. 210. h Francorum cum Abdoritis, æquo fœdere. 222. h. Caroli magni cum Hirena imperatrice Conſtantinopol. 122. h. 226. g. mox cum Nicephoro, Imper. Cõſtantinopol. 227. a denuò cũ eodem Nicephoro. 234. g. 235. a. cũ Abulaze Mauro Hiſpaniæ. 134. g. 236. h. Cum Danorum rege Hemmingo pace tantummodo iurata, ac in armis ſeruata 234. h. 235. b. mox per decemuiros confirmata. 235. b. cum Michaele imper. Conſtantinopol. 236. g. cum Danis rurſus 137. d. cum Leone imper. Conſtan. 238. h. Ludouici regis cum eodem imper. Leone. 239. a. cum Leone Papa 241. a. cum Paſchale Papa 142. e. cum filiis Godefridi Danis. 241. d. cum Abulamo Mauro rege Hiſpaniæ 249. f. cum filiis Godefridi Danis iterum 255. a. cum Michaele imper. Conſtantinopol. 259. e. eiuſdem Ludouici Aquitaniæ tantum regis cum Aldefonſo Galleciarum regе. 269. b. cum Bahalue montanorum Saracenorum ducc. 269. b. Caroli Calui Regis cum Rorico Nortmanno. 314. f

Fœdus Caroli Auſtraſij palatij principis, cum Eudone Aquitaniæ duce 191. d cum Langobardorum rege. 195. b

Fœdus Ludouici fr. R. Caroli & Ludouici Germaniæ, R. Ludouici. 340. f

Fœminas non ingredi monaſteria virorum, antiqua patrum conſuetudo. 390. f 393. d

Femineum dominatum primates Franciæ auerſantur. 152. f

Fœmoralia duplicia habent Caſinenſes. 799. d. multi tamen eorum, his non vtuntur. Ibidem. Et hoc ſecundum regulam, vt patet cap. 55.

Foreſtis regia 57. a. foreſtarius Regis. 360. f

Foreſtis, pro foreſta multiplicitei ſumpta. 59. b

Forma depoſitionis Caſinenſis Abbatis. 749. d

Formoſus Antipapa mortuus, de ſepolchro extrahitur, iubente Stephano Papa. 5 494. e

Forſconciliare Gallica dictio, malum captiuolumque conſilium dare. 314. g. 341. a

Fortunatus, Epiſcopus Pictauis ordinatur. 88. g. eiuſdem laus. Ibidem.

Fortunati Patriarchæ Grandenſis fuga. 247. c

Foſſatenſi Cœnobio Glannafolium, id eſt Monaſterium S. Mauri ad Ligerim ſubiicitur a Ludouico Pio Imper. 819. d. Sed ab hac ſubiectione eximitur, & Caſinenſi Cœnobio ſubmittitur per Vrbanum Papam 2. 665. b

Framea. 48. f

Francia dicta quæ & Germania. 46. f. a Priſcis Francis in Auſtriam Neuſtriámque prouinciam diuiſa fuit. 8. 56. g

Franci multas Galliarum Eccleſias inuadentes theſauros earum diripiunt. 24. b

Franci i. feroces, a Valentiniano qui Sicambri appellantur. 13. d 48. e. Libertatis ergo ad Rheni ripas poſthabitis Sicambria migrant. 14. g. Imperatoris Theodoſii aues in Germania ſternunt. 14. g. Alamannos acie ſuperãt 28. e. Inter Saxones & Alamannos habitauere. 46. e

Franci neſcii vinci, victoriiſque aſſueti. 45. d. a Saxonibus tamen ſuperantur. 65. d

Franciſca, Francorum ſpata ac enſis. 25. e

Francorum ad Rhenum migrationis duces tres 14. g

Francorum antiquus ritus in creando rege eleuantes eum Clypeo. 122. g. vnde eleuare verbum, in regum Franco. creationibus Hiſtoricis vſurpatum. 186 7. h

Francorum appellationis dubia cauſa. 141 a.

Francorum Hiſtoria ante Aimoinum diſiecta vagabatur.

Francorum reges regiíque liberi olim criniti erãt. 15. a. t 11. b

Francorum regum ſpolia cum exercitu ſorte ſtipendii partiebantur. 24. h. 25. a

Francorum regum ſuſpectos regni affectati, aut rerum nouarum omnes captata occaſione necabant, aut tonſos in monaſterium trudebant 30. f. 34. e. 44. h. 45. c. 47. a. 49. c. 171. c. 172. f. 196. e. 207. b. 216 f

Fratres regum quibus appanagium datur regiis ornamen-

ornamentis vti non debent. 165.c197.d
Freda tributi genus 299.b.d
Fredegundis reginæ nefarij mores. 82. h. 88. e. 89.e.97.d.98.g.102.f. 103.f.118.f.119. a.124.g. 125. b.d. eius virilis atque animoſa concio ad Clotharij filij ſui milites 139. b. 142. e. Chilpericum maritum proditione per Landericum adulterum necat. 119. a. Childebertum regem Autraſiorum cum filiis cruenta ſtrage ſuperat. 140.e.142.e. eius obitus 142. e. ſepultura ibid. 433. Secundò.d
Frontiaca arxopus Caroli Magni. 204.e
Fuga ridicula Chilperici regis Sueſſionenſis buccinis acti. 86.f
Fulco Britanniæ comes Henrici regis Angliæ tributarius. 366.c.
Fulgur cum inaudito ſtrepitu per cœlum errans Chilperico regnante. 104.e. ſereno cœlo cadit domos homineſque ſternit. 252.f
Fulgur magnus in habitaculo,ad quod corpus S. Vincentij tranſlatum fuerat:Ita vt incendio illud conflagrare putaretur. 385.d
Funera Gallorum magnifica & ſumptuoſa. 10
S.Furſeus ædificat monaſterium Latiniacum.30.e

G

Gaidulfus Andegauenſis Comes(qui Glannafolium S. Mauri Cœnobium deſtruxerat ab eo calce in ventre, & virga in capite percuſſus,miſerabiliter interit. 815.c
Galliæ varia partitio eiuſque prouinciarum limites. 5.6.
Gallici duo Mutij Scæuolæ. 88.e
Gallicus equitatus ſummo ſemper in prætio habitus. 44.f.61.c.
Gallicus dies noctem ſubſequentem continet. 10.
Gallicus Martius campus. 25.c
Galli exuuias ſpoliaque hoſtiũ Marti ſacroſanctæ deuouebant. 9
Galli Druydes in publicis priuatiſque rebus, græcis literis vtuntur. 9. 108.g
Galli odio tributi,regi Chilperico ſolum vertunt 102.g.veteri Francorum exempto. 14.f
Gallis AſtronomiæGeometriæ phyſicæ acTheologiæ ſtudia antiquiſſima fuere. 9
Gallorum cadauera olim cremabantur, vnde feutel locutio Gallica, originem habet. 10
Gallorum hominum duo ſunt genera, nobiles ſiue equites,qui nunc gentiles homines dicuntur, & plebei ,qui nunc roturieri nuncupantur. 9.102.e
Gallorum, origo,religio mores,inſtituta, perſonarum iura. 6. 8.9.10.11.102.g
Gallorum vota inhumana. 9. Numina ibidem Ius ſocietatis bonorum inter virum & exorem 10. poteſtas vitæ neſciſque in vxores ac liberos. 10. funera nefanda. 10. Leuis damnoſaque credulitas 10. Ingens virtus 5.7.11. Lex de rumore, ac fama, ſapientiſſima atque vtiliſſima. 10.
Galſonta Atanachildis Gothorum hiſpanenſium Regis ælia Chilperico regi Sueſſionenſe nubit 81. d. A Chilperico ſtrangulata.82.f. miraculum ad eius ſepulchrum ibidem
Garonina flumen, Gallos Lugdunenſes, a Belgis Matrona,& Sequana diuidit 6
Gerbæ vide Mergites.
Gaudremarus Abbas 12. ſancti Germani à Pratis. 189.d.427. b. ſecundò.
Gauſcio quintus Abbas S. Germani. 159.d,427.b ſecundò
Gauzlinus primus Abbas Glannafolij, poſt reſtaurationem. 822.f
Gebertus Remenſis Archiepiſcopus loco Arnulphi conſtituitur 357.c. Iuſſu Papæ degradatur deinde Rauennæ epiſcopus fit: tum demum Papa eligitur. 358.e.
Gelaſij Papæ 2. electio. 696.e
S. Genoueſa virgo a S. Germano Altiſiodorenſi epiſcopo,conſecratur.34.g.in templo BB. Petri & Pauli ſepulta eſt. 64.f
S. Genoueſæ virginis corpus ad B. Mariæ eccleſiam Par. delatum. 424.g
Gentiliacum villa. 202.f
Germaniæ diuiſio longitudo,latitudo,& Amnes 3. Germanorũ mores,educatio inſtituta. 4.5.
S. Germanus Par. Epiſcopus Sacros ordines. a b. Agripino ſuſcepit. 54. a S. Pontifice Nectario,Abbas ad S. Symphorianum aſciſcitur. 55.a in ſomno poſitus viſionem videt futurum Epiſcopum prænunciantem. 55. b. hieroſolimam proficiſcitur, & Reliquias a Iuſtino iuniore Conſtan. Imperatore accipit. 84.g eius obitus. 90. e. eius epitaphium. ibidem. g, Tranlatio eiuſdem. 198. g. obitum Theodeberto Auſtraſiorum Regi denuntiat.64.f.eundem inuocant Pariſini obſeſſi. 425. a
S. Germanus teres, Antiſiodorenſis interpretatus. 419.d
S. Germani Capuani Epiſcopi corpus in Franciam tranſlatum. 488.h
Germanus Abbas.6. ſancti Germani a pratis.177. 427.b. ſecundò.
Giſlebertus Abbas Caſtrenſis. 387.b
Gitberga Othonis Imp. ſoror Ludoui. R. vxor. 354.g.
Glaciei moles Auguſtuduni de cælo cæcidit Ludouico rege. 254.f
Glannafolium, monaſterium S. Mauri In Andegauenſi diœceſi ſubiectũ fuit Conobio foſſatenſi à Ludouico pio Imp. 819. d. A qua ſubiectione liberatur, & Caſinenſi ſubmititur per Vrbanum Papam 2. 965.b
Glannafolij eccleſiam Caliſtus Papa. 2. dedicauit Rogatus à Girardo Caſinenſi Abbate. In qua etiam poſuit corpora SS. Antonij & Conſtiniani monachorum,qui de Caſinenſi Cœno. ad Gallias cum B. Mauro venerant; 697. B. Item Gerardus obtinuit ab eodem pontifice, vt direptæ poſſeſſiones dicti Glannafolij, ſub terminatione anathematis recuperarẽtur.706.
Gomatrudis ſoror Sichildis reginæ, Dagoberto Regi Auſtraſiorum nubit. 162.e
Gothi hiſpanẽſes a Childeb. R. profligãtur. 44.f

106.g. Cantabriam inuadunt, dictione ſeu ad Pyreneum perducta. 162.g
Gothorum in Francos fraus. 31.b
Gothorum ſuos reges necandi conſuetudo. 56.e. 180.g
Gozlinus epiſcopus Pat. 404. g. Eius encomium & mors. 420.g.
B. Gregorius in Papam electus Pontificatum repudiebat 135.b. eiuſdem preconia ibidem reliquias BB. Apoſtolorum petri & Pauli Brunichildi reginæ mittit. 145.e
Gregorius Papa 7. moritur. 640. c.
B. Gregorius Turonenſis epiſcopus. 94. falſo accuſatur. 109.a
B. Gregorius Lingonenſis epiſcopus. 47.e. 63.d
Grifo in Saxonia ac Baioaria nouas res moliens à Pipino fratre palatiorum Franciæ principe, ſuperatur, captiuuſque ducitur. 197.c
Grimoaldus Pipini filius Auſtraſij Palatij princeps, Dagoberto regni hærede tonſo ac pulſo filium ſuum Auſtraſiorum regem creat, poſtea necatur. 86. e. Diarium tamen aliter. 189. d. 190.e. Pipinus Childerico Francor. rege tonſo regnum inuadit. 198.e. A Rangario gentili filio Belial occiſus eſt. 190.f
Grippo Legatus Childeberti a Mauritio Impe. honorifice ſuſceptus. 140.g
Gibaldi Abbatis Caſinenſis electio, præter eius voluntatem facta. 750.g. 752.e. Eius ad Lotharium Imp. literæ. 754.f.
Guiperti Antipapæ perſecutio. 644.h
Gondeaca Clodomiri regis Aurelianenſis vxor 40.g
Gundoaldus Clotharij R. filius falſo creditus ad Imp. Conſtantinopol, prefugit. 121. b. 131. a factione Deſiderii ac Mummoli Antirex Franc. declaratur. 122. f. proditione eiuſdem Mummoli capitur interficitur. 132. e. 133. a. eius expeditio regni vſurpandi cauſa. 127. d. 128. e. antea piſtor regem agere vult. 131.b
Guntranni Regis Aurelianenſis memorabile dictum. 117. b. eius ad populum concio 120.g. grande eiuſdem facinus diuina punitum vltione. 93.a
S. Guntrannus Rex ædificator Baſilice ac monaſterii S. Marcelli, In ſuburbio Cabinenſi, vbi & ſepultus eſt. 138.f. Hic poſuit cibarium argenteum miræ magnitudinis ſimul & pulchritudinis, quod ex theſauro defoſſo ſibi per viſum oſtenſo conflarat. 80.f.g
Guntrannus rex Aurelianenſis vltro Childebertum regni ſui ſucceſſorem deſignat. 129.d. teſtamento poſtea hæredem facit loco Andalao nuncupato. 136.e
Guntranni Boſonis filiæ virtute patris: ſuffragante D. Martino liberantur. 95.e
Gurdi. glo. inepti. ſtulti. 413.d. 416.e. 430.h

H

HAſtæ traditio Francis olim ſignum ſucceſſionis in regnum. 129.d
Hæredum penuria regnorum pernicies. 370.h
Headhgina Anglorum regis filia Caroli ſimplicis vxor. 353.c.
Hemina vini in duas partes diuiſa, pro prandio & cœna monachorum. 798.g
Henricus Imp. à Morbo per S. Benedictum curatus, poſtquam dubium ex animo ſubſtuliſſet de eius corpore Caſini exiſtente. 535.c. & 537.a
Henrici Imp. caſtitas, cum coniuge virgine remanente. 538.e
Henrici quinti, Imp. obitus. 711.b
Henricus Roberti f. Francorum Rex. 361.a
Henricus Saxo potens in auxilium obſeſſæ Luteciæ venit. 417.a. Occiditur. 423.d
Heraclii Imp. in hæreſim Eutychianam lapſi mors. 171.a
Herbertus Abbas S. Petri viui occiditur, homicidarum punitio. 372.b
Herebempertus, ſcriptor Hiſtoriæ Longobardorum, poſt Paulum Diaconum. 466.e
Hercinia ſylua, à quibuſdam orcinia apellata. 3. latitudo & extenſio eiuſdem ferarum genera quæ in ea videri ſolent. 4.
Heriſtalia Caſtra Caroli magni 222.e
Hermenfridus Rex Thoringorum conſilio, Analbergæ vxoris ſuæ occidit fratres ſuos. 45 b Præcipitatus ex alto occumbit. 46.e
Hermenberga regis Hiſpaniæ filia Theodorico regi Aurelianen. nubit. 146.h
Hieroſolymorum regum genus atque origo. 360.a
S. Hilario dæmonē eiicit a corpore cuiuſdam. 46
Hildegardis Sueua Caroli magni ſecūdis nuptiis vxor. 265.e. obiit. 212.e
Hylduynus primus, Abbas 18, S. Germani à pratis. 257. d. 427. c. Secundò fuit etiam Abbas S. Dionyſii Pat. & S. Medardi Sueſſionenſis. 257. c. Item Archicapellanus regis. 280.f
Hylduynus 2. Abbas 20. S. Germani à Pratis. 308.f 427. c. Secundò.
Hirmingarda (al. Hermingarda) Nigrani Comitis filia, Hludouici Aquitaniæ regis. 269.c
Hirmintrudis Caroli Calui Regis vxor moritur. 313.c.
Hiſpania à Childeberto & Clothario regibus diripitur. 44. f. 55. c. Item à Childeberto 2. rege, Sigiberti filio. 106.g. ab Hludouico Aquitaniæ rege. 269.d. 278.e. 273 b. 274.g
Hiſpaniæ Rex Hadefonſus, Regis Francorum Caroli magni maieſtatem officioſe obſeruat 222.e. 223.a.
Hiſpanorum in pellendis regno ſuo ſiue occidendis regibus antiquus mos. 180.g
Hludouicus pius Caroli magni filius Aquitaniæ Rex cōſtituitur, & ab Adriano Papa. I. vngitur. 210. e. Coronatur à patre, fitque conſors imperialis nominis. 237. e. Defuncto patre Imperator & Auguſtus appellatur. 238. g. A Stephano Papa. 5. Remis diademate coronatur. 246. a. Pœnitentiam egit de fratribus quos inuitos tonderi iuſſerat, eiſque reconciliatus eſt. 249. a. Nimiæ clementiæ accuſatus eſt. 261. e. 268. g. 293. a. Tribus diebus per ſingulas hebdomadas rei iudiciarie intererat. 276.e. filij in eum bellum mouent. 290.f

Quorum vnus ſcilicet Ludouicus Iudith vxorem eius in exilium mittit. Ibidem. g. Lotharius autem patrem in monaſterio S. Medardi Sueſſionis ſub arcta cuſtodia ponit. Ibidem. h. Libertati reſtituitur & adempta arma recipit. 292. g. Eius ſtudia quadrageſimalia. 305. a. Huth, Huth, moriens exclamat: quod ſignificat, foras. Vnde patet, quia malignum ſpiritum videbat. 307. b. Regnauit in aquitania 37. annis. In Francia verò & imperio 27. Sepultuſque eſt Metis cum matre in eccleſia S. Arnulfi. 307. c.

Hlotharius Hludouici Pij Impe. primogenitus à patre in generali Francorum conuentu coronatur, nominiſque atque Imperii conſors fit: cæteris fratribus regibus appellatis. 242. f. 278. g 284. f. Defuncto autem patre, à Paſchali Papa Romæ coronatur, Imperatórque & Auguſtus apellatur. 250. h. 280. e

Honorii Papæ 2. electio. 709. d

S. Hormiſda Papa poſt S. Symmachum creatur. 35. a. obitus eius. Ibidem.

Horologium clepſidræ ſummi artificii Carolo Magno à rege Perſarum dono datum. 230. e

S. Hoſpitii recluſi mira vitæ ſanctitas & aſperitas 107. c.

Hoſtis, id eſt, loſt, pro exercitu, vocabulum Gallicum. 312. f. 319. b. d

Hugo Francorum Rex, pulſo Carolo lotharingo, legitimo hærede. 357. a

Hugo 3. Abbas 41. S. Germani à Pratis, Patrinus Philippi Auguſti. 381. 428. g. Secundò.

Hunfridus 11. Abbas S. Germani à Pratis. 189. b. 427. Secundò. b

Huni, qui Auares 85. cum eis pacem Sigebertus Rex firmauit captus ab eiſdem. Ibidem Galliam rapinis, igne, ac cædibus latè vaſtant 15. c. A Sigeberto Auſtraſiorum rege funduntur, 83. S. fœdifragi denuò à Baioariis. 216. g 221. b. Thoringiam infeſtantes a Brunichilde pecunia repelluntur 141. d Longobardos profligant 157. c. colondas inter Sabariam & Carnutum, Caganoque ſua priſca regia inſignia a Carolo Magno impetrant 228. e. A Carolo magno legati ad illorum controuerſias diiudicandas & pacandas mittuntur. 235. c

Hyemes aſperimæ ac rigentiſſimæ, & prolixæ, Clothario rege 64. g. Pipino rege 202. g. Hludouico Caroli Magni f. R. 248. f. 252. h. 280. a Carolo rege. 324. e

I

IAnuæ obſeratæ eccleſiæ S. Stephani in Caſino, diuinitus apertæ. 721. b

Idolum Saxonum Irminſul nomine à Carolo Magno deſtructum. 205. b

Ieiunium in pane & aqua per omnes anni ferias ſextas, contra crebra fulmina inſtitutum. 598. f

Ieiunium triduanum ante electionem Papæ. 652. h

Imago B. Mariæ nimia vetuſtate penè neglecta mirum in modum per duos effulcit dies. 252. f

Immunitas eccleſiæ S. Germani à Pratis. 74. h ab omni ſubiectione epiſcopali Huius immunitatis Priuilegium ab ipſo ſancto datum. 75. a

Immunitas eiuſdem ab omni telonei ſolutione per totum regnum, à Carolo magno data. 263. d

Immunitas Caſinenſis Cœnobij à Iuſtiniano Impe. data. 781. d

Impiare, pro Impium facere. vt ibi. Se à puero flagitiis impiarat. 620. e.

Incendia vrbium: Burdegalenſe & Aurelianenſe 104. f. Cabilonenſe 183. d. 294. e. Pariſienſe Henrico. 1. rege. 361. a

Indolis regiæ, regiſque animi vis in Grimoaldo. 158. c. Is Longobardo Rex poſtea euaſit. 177. c

Indulgentiæ Meſſanæ ecclaſiæ conceſſæ, in die feſto Inuentionis corporum SS. Placidi & ſociorum eius martyrum. 810. e

Infirmis Caſinenſibus iacere in culcitris permiſſum. 800. e

In Infirmaria nullus comedat, niſi qui propter infirmitatem vel debilitatem illuc fuerit deſtinatus. 839. b

In infirmitorio, ſeu Infirmaria, vbi plures sũt infirmi, obſeruantia regularis teneatur ſicut in refectorio. Continuum diſcumbendo ſilentium obſeruetur. Legatur ibi cõtinuè aliquid quod ædificet audientes. Et nulla perſona ſecularis ad comedendum inibi aliquatenus inuitetur. 893. b

Ingelbertus Abbas foſſotenſis, vir ſanctiſſimæ vitæ. 819. b

Ingoberga Chariberti regis Pariſienſis vxor. 74. f

Ingo, Abbas 27. S. Germani à Pratis. 359. d

Ingomirus filius Clodouei primi & Crothildis, ſtatim à baptiſmo, cum adhuc in albis eſſet, mortuus. 27. d

Ingratitudo Romanorum in Narſetem. 85. a

Ingratitudo Baſilii monachi in Abbatem ſuum. 546. e.

Ingratitudo cuiuſdam clerici in epiſcopũ ſuum Etherium, qui eum morti adiudicatum, etiam data pecunia redemerat. 116. e

Ingredi monaſteria virorum fœminæ ex antiqua conſuetudine prohibentur. 390. f. 840. h. 849. c Vbi etiam ingreſſus chori exprimitur.

Inguinarda lues Maſilentiis ac prouincialis. 142. f. Italica. 134. h.

Ingundis Childeberti Regis ſoror filio regis Gothorum hiſpanenſium nubit. 106. f. captiua in Siciliam portatur. 106. g. vide. 43. d & 44. e

Iniacenſe prædium Clodoueus primus, Francorũ Rex Sancto Euſpicio Archiprebytero Viridunenſi, ac eius nepoti B. Maximino confert 29. d

Innocentius Papa 2. eligitur. 717. d. Virgam ei & annulum confirmat ex more Lotharius Impe. 718. f

Inſignia regalia Francorum regum. 337. a. 342. h. 364. e. inſignia optimi imperatoris, æquitas & iuſtitia. 105. b

Interdictũ ſuſtinẽtes Prælati per ſex mẽſes ſuſpẽdũr. à diuinis, & à colatione beneficiorũ. 870. g

Inuentio corporum S. Dyoniſii & ſociorum eius. 166.c
Inuentio epiſcopum SS. martyrum Placidi, & ſociorum eius 801.a
Inuentaria per nouos Antiſtites, Abbates, & alios adminiſtratores danda, cáque in conuentu legenda. 880.f.g.h
Inueſtitura beneficiorum à Paſchali Papa II. per Henricum V. Imp. extorta. 682. f. Sed poſtea reuocata. 686.f
Inuidia ac proditio inter aulicos. 20.c. 21.c.42.e. 51.d.169.b
Inuidia in Beliſarium. 52.e
Inuocatio Sanctorum quam ſit vtilis. 179.d
Inũdationes in Gallia ſub Chilperico rege. 104.e. In Italia ſub Pelagio II. Papa. 134. h. In Burgundia ſub Guntranno rege. 135. d. ſub Hludouico Caroli Magni filio, in Gallia. 246.h
S. Ioannes Papa I. a Theodorico Gothorum rege ad Iuſtinum Imp. mittitur. 37.b
Ioannes Papa 8. in Franciam venit. 338.c.
Ioannis Apuli, Præpoſiti ſanctitas & virtus in curandis ægrotis. 572. h. Aqua qua manus in miſſa lauerat, à Febricitante pota, ſalutaris. 573.b
Ionzaci prædij ditiſſimi in diœceſi Xantonenſi donatio monaſterio S. Germani à Pratis facta per Carolum magnum Imp. 237. a. Vide Eccleſia Leſignenſis. Sed Irmino Abbas S. Germani à Pratis, qui tunc cum Imperatore erat, obtinuit vt nepoti ſuo clientelæ iure poſſidẽda traderetur: ea conditione vt tam ipſe quã alij ſucceſſores Ionzaci Domini præſtando ſemel in vita homagiũ Abbati S. Germani darent ei 13. cultellos menſales ſine vaginis, & corium ceruinum decenter læuigatum, ad cooperiendum libros Eccleſiæ. 237.b
Irmingardis Hugonis comitis filia Hlothario Hludouici R. F. nubit. 247.d
Irmino Abbas 17. S. Germani à Pratis 237. a. 427 ſecundò. prudentiſſimus appellatur. 331.c. conſiliarius regis fuit.
Irminſul idolum Saxonũ a Carolo Magno euerſum. 205.b
Italia a Gothorum dominatione liberatur. 70.h
Italiæ Rex Pipinus a Carolo Magno patre præficitur 229.a. Bernhardus poſtea Pipini. F. C. Ne. 237.c.
Italiæ Rex Maieſtatem Regis Francorum nexu obſeruabat ab eoque multabatur. 242.h.243 a. 245.d.248.e.249.c.250. h.278.a.296.h. vt & Aquitaniæ Rex. 303.b.304.c.
Iudæi in Gallia. 111.c. 113 b. A Dagoberto R. Heraclij Imp. hortatu exterminati 170.h. Iudæo Carolus magnus in legatione ad R. Perſarum vtitur 226.e. Carolus Rex Iudæo medico vtitur a quo veneno necatur. 336.f
Iudith Huelpi comitis filia Hludouico R. nubit 244.g. monialis fit. 286.g.
Iuramentum Rainaldi Abbatis Caſinenſis, Romanæ Eccleſiæ, præſtitum. 743.c
Iurare interdicitur monachis. 731.d
Iurare ſupra corpora SS. Dionyſij, Martini & S. Germani ſolenne. 200.a
Iuriſiurandi in eccleſiis patrati, vetus Francorum religio 66. f. 95. a. 163. b. 187. d. 201. a. nexus. 267. b. Purgatio innocentiæ. 225.a.288.g. vide dictionem Clotharius. Per aquam calidam, ferrum candens, aquamque frigidam vetus ritus. 330.c
Iuriſiurandi religio ſpecie per fraudem rata habita. 157. 178.c. & ſimulata. 187.c.
Iuſtinus imperator a S. Ioanne Papa coronatur. 37.c. Conſtantinopoli moritur 40.b. octo annis imperauit. 41.a
Iuſtinus minor vndecim annis imperauit & mortuus eſt. 92.g
Iuſtinianus Antoniæ Amazonis captiuæ fruitus concubitu, & commutatis inuicem anulis, ſpõdet ſe hanc in vxorem ducturum, ſi vnquam ad Imperium peruenerit. Quod & adimpleuit. 41.c.
Iuſtiniano Imperatoria inſignia adimuntur, & Floriano dantur. 52.f. deinde reſtituuntur. 53. a. Imperauit 33. an. Et eius laus 84.c. Hic extruxit Conſtantinopoli templum ſanctæ Sophiæ. Ibidem. f
Iunna fluuius, *la riuiere D'eſtampes*. 145.a.

L

Lacus Dunenſis, adeò feruente ebulliens aqua, vt piſces coctos ad litus proiiciat. 142.f
Laicos miniſtrare in refectorio quondam prohibitum apud Caſinenſes. 546.g
Lampas in aëre ante imaginem Saluatoris abſque fulcimento pendens. 618.f
Lampas in pauimentum vſque tertiò lapſa, & minimè fracta. Ibidem.
Lampas quoque alia vſque ad laquearia fermè eleuata, & in pauimentum lapſa abſque fractura. Ibidem.
Lampas ad ſepulchrum Azonis, Decani Caſinenſis ſponte iteratis vicibus accenſa. 689.b
Land germanice Latine patria dicitur. 50.g
Landericus Epiſcopus Pariſienſis. 184.h
Langobardorum ducis filia Alemannorum regi nubit. 158.e
Langobardæ mulieres fœtidæ quare appellatæ 157.d
Lãgobardorũ, qui & Herũli, ex Scãdinauia ortus. 50.f. migrationes, duces, reges 50. 51. a.68.h 71.g. 92.e.105.c.143.b.159.a.160.g.177. c. 195. a 200.g.205.c.207.b.210.e. A Childeberto hortatu imperat. Conſtantinopol. bello petuntur. 105.d. 10.6.h. 140.g. tributum xii M. ſolidorum regibus Francorum ad Clotharium monarcham vſque ſoluerunt. 159. a. a Clothario conſiliariorum eius ſordibus ac corrupela liberantur Ibidem. Francorum Regis nomen ac tutelam amicitiæ Imp. Conſtantinopol. præferunt Ibidem. a Carolo magno ſubiugantur. 206.f. 207. b. 214.f.
Laniones Nortmanni appellati. 419.b
Lanfredus 14. Abbas S. Germani à Pratis. 191.d. 427. ſecundò. in Aquitaniam à Carolo Auſtraſiorum duce mittitur. 195.a

Lapidum in Pyrencis montibos ingens eolliſio. 104.f
Lapidibus cum grandine pluit. 252.f
Latiniacum monaſterium 30.e
Latrones etiam depoſitis reboa qoas futati fuerant, egredi miraculoſe non valcotes. 639.b
Laudunum eleuatum. 187.d
S. Leander Hiſpal. epiſcopus Herminigildum ab Atriana hæreſi ad fidem Catholicam conuertit.
Lecenna ſylua in finibus Bitnrigum 8. in ea domos lapidea Brunichildis oſtunditur. Ibidem.
Legatio ſola pars ſequeſtra eſt. 32.e
Legatio Heraclij Imp. ad Dagobertom, de Iudæis exterminandis. 170.g
Legati nimis ſoperbe loquuti, opprobriis & ſtercore afficiuntur. 124.g.
Legatorum ius ac ſacroſanctitas, καὶ παῤῥησία. 31.d. 32.e. 123.b. 124.e. 171. d. 172. e. eorum litui ſacri priſcorum Francorum more. 129. b. dolo tamen miſſi a popolis Bohim in carcerem à Ludouico Germaniæ rege truduntur. 323.c.
Legatorum violatorum vltiones 31.d. 32. e. 96.e. 112.h. 116.g. 124.f. 129.c. 171.d. 222.g
Legiuum, à legendo, ſublimis locus lectoris io refectorio. 611.c. Item in eccleſia. 614.e
S. Leodegatius Epiſcopus Auguſtudnneoſis Martyrizatos. 187.b
Leo Papa a Romanis violatus ad Carolum magnum Lippiam perducitur, Romam reducitur. 223.b. Iureiurando publicè purgatur. 225. A Carolo magno honorifice in Galliam veniens excipitur. 227.c.
Leo Papa 3. oculis & liogua priuatus, mirabiliter viſum & loquelam recepit. 473.d
Leo Papa 9. Caſini ad mandatum id eſt ablutionem pedum fratrum, die ſabbati ingreſſua, lauit pedes ſa monachis. 567. b. Nudipes & in ~~priuato habitu tribus~~ in hebdomada diebus noctu ab eccleſia Lateranenſi ad S. Petrum oraodo pergere ſolebat. Ibidem.
Leſina ciuitas. 470.f
Leodaſtis Turonicus comes ob tyrannidem excommonicatur & in exilium mittitur. 109. e. eiuſdem miſer exitus. Ibidem.d
Leudi regis 138. h. 145. d 159. d. 164. c. 192. g vide dictionem Vaſſ.
Leogæ. 404.h. 423.c.
Leonifiur Magontiacenſis Antiſtes. 149.c.
Liber miraculorum B. Mauri Leuitæ & Abbatis. 811
Libri qoos Deſiderios Abbas tranſcribi curauit. 638.g
Libri à Brunone Abbate Caſinenſi editi. 673.c.
Libri à Petro Diacono Caſinenſi compoſiti. 698.b.
Libri Arrianorum Rechardi regis edicto cremantur. 136.h
Libræ panis pondos mooachorum Caſinenſium ad Carolum magnum Impe. tranſmiſſum. 469.c. 798.f.
Limes inter Daniam, & Saxoniam vallo miræ longitudinis a Dauorum rege ſtatutus. 231.c
Limitanei milites ſeu cuſtodes, ſeo comites, ſeu præfecti. 238.h. 233. c. 242. g. 244. e. 247. a. qoi & Markæ Comiter dicti. 249.b. 255.d. 256. f. Markianes 260.e. vide dictionem Marka.
Lineis camiſiis, & liotcaminibus ne vtantur monachi. 839.c
Lintei pars, qoo Chriſtus pedes diſcipulorum ſuorum abſterſit, Caſinum allata, & miraculo comprobata. 529.a
Liſbooa PortoGalliæ, Oliſippo quondam dicta, & vnde. 397.c
Liris fluuius. 468.c. 474.g. 722.e
Litaniarum inſtitutio. 35.c. 55 c. 223.b.
Literæ & auolus per ſagittam in arcem obſeſſam miſſæ. 505.d.
Literæ Abbaris & conueutus Caſtreuſis, de reliquiis ſancti Vincentij leuitæ & martyris ad Ludouicum Philippi Auguſti Regis Fraocorum miſſis. Quas ille Cœoobio S. Germani à Pratis dedit. 397.d
Literæ Lotharij. Vide. Lotharij.
Literæ Guibaldi Abbaris. Vide Goibaldi.
Litteræ θ φ. χ. ω. α. Chilperico R. Sueſſioneuſ. edicto Gallicis additæ. 108.g
Liudeuuitus inferioris Pannoniæ dux rebellis. 244.h. 245.a. triũ exercituũ expeditione coercetur. 245.c. 246.e. 247.a. 248.e.h
Liuones a Carolo Magno ſobiguntur. 231.a. 136.c
Liutberga Deſiderij Langobardorum Regis filia Taſſilonis ducis Baioariorum vxor 216.f
Liutgarda Caroli magni vxor. 224.h
Locotitie, vel Leucotetia, vnde Luteiia, ab albedine. 56.g. 58.e
Locuſtarum acies ac pugna in campo Ramaniaco. 66.a. 67.a. nimietas in Germania, Gallia, & Hiſpania. 323.b
Locutio incaota cauſa mortis. 33.a
Logotheta. 744.h. 753.b.
Lougolaria alias Langolaria ſylua. 166.h
Lotharius Hludooici Impe. filius ſupplex ad patrem reuertitur. 294.g. eiuſdem regnum Regis Lotharij nomen retinuit 307. d. Carolo Caluo Francorum regi a Lotharii Fratris obitu ſubditorum electione defertur. 308.h. 309. 310. 311. de eo a Ludouico Germaniæ rege cum Carolo Caluo Fratre diu diſceptatur. 313.d. 314 f. 317.d. tandé inter eos diuiditur. 314.h. 315.a. 316.e Amplius 340. g. a Lothario R. rurſos Francorum ditioni ſubigitur. 355.d
Lotharius R. Otboni Imp. Lotharii regnum in beneficium dat renitentibus Francis. 356.f
Lotharii Impe. electio. 711. B. Eius deuotio & pia opera. 751. e. Eius literæ ad Guibaldum, Abbatem Caſinenſem. 753.c
S. Luciæ corpus è Siracuſana ciuitate Conſtantinopolim tranſlatum. 555.d
Ludi in Circis a Chilperico, Sueſſionis & Pariſiis exhibiti. 111.a
Ludouicus Rex Germaniæ ab Adriano Papa Romæ Imperator eſt coronatus. 320.f
Lodouicus iunior a Ioanne Papa Trecis Rex Francorum coronator. 339.b
Ludouicus pius Impe. Caroli, Magni filius,

Almus & Sanctus appellatus. 472.c
Ludouicus Caroli Simplicis filius Rex. 354. & regnauit An. 151. Ibid.g
Ludouicus Lotharij filius regna. ann. 12. 356.g
Ludouicus Philippi filius Francorum Rex. 363 d. obitus eius 370. montem Caluarium firmauit. Ibidem.
Ludouicus Ludouici groſſi filius ab Innocentio Papa Remis coronatur. 369.d
Lupus adiuratus per nomen ſancti Benedicti, puerum raptum reportat. 618.g
S. Lupus Senonum præſul à Clothario rege in exilium mittitur, deinde reuocatur. 164.g
Lupi, & Vrſi in Viennam ciuitatem irruunt 35.c.
Luſitania & Portugalia idem. 397.c.
Lutecia ſedes regia iam à tempore Clodouei primi, Francorum Regis. 29.c. Hæc beatæ Mariæ ſacrata. 411.c
Luxuriæ libidineſque Regũ, ingentium calamitatum cauſæ. 15.a. Ibidem. d. 33.c. 147. c. 148. c. 160.f. 169.b

M

MAdriolarum prioratus à Munſterolo Ygannæ (hodie Yonæ) fluuij termino vnica leuca diſtantis donatio. 265,c
Malagia. 414.a. Glo. Caſæ.
Magiſter nouitiorum, ſi fuerit regularis, locum habet in conſiliis cum ſenioribus 865.a
Magiſter ſecularis (ſi deſit regularis) habeatur in monaſteriis: qui doceat grammaticam, logicam & phyſicam, cum penſione pro victu & veſtitu. 863.b
Magiſtro nouitiorum in litteris, ſi fuerit regularis, dentur annuatim decem libræ, pro emendis libris. 863.d
Magdunum Caſtrum, olim Mediolanenſe dictum, vulgò *Mun*, in agro Bituricenſi. 114.g
Maior domus regis, qui & Maior palatij, & Comes domus regis, & Comes palatij principis, & Præfectus, aut Præpoſitus, aut Rector Palatij regni, & Gubernator palatij, & Princeps regiminis aut Palatij dicitur, eiuſque iuriſdictio, ingens auctoritas, ſummáque poteſtas. 81. a. 158. h. 163. d. 118. g. 144. f. 145. c. 186. e. g. 181. c. 182. f. 191. d. 192. f. 193. a. 142. f. 187. a. 152. g. 158. f. h. 162. h. 163. d. Prouinciis regniſque particularibus tanquam Prorex præficiebatur. A Clothario quidẽ Auſtraſiæ. 158. f. 168. c. A Sigiberto itidem. 186. c. Burgundiæ ab eodem Clothario cum adiectione, Ne quoad viueret ei ſuccederetur. 158. f. 163. d. Neuſtriæ. 181. c. Comes palatij, Carolo magno rege. 211. a. Hludouico Caroli filio rege. 250.h
Mallum. 181.c
S. Mammertus Viennenſis Archiepiſcopus ieiunium triduanum indicit. 35.e
Mandatum, pro ablutione pedum, quæ Caſini fiebat ſingulis ſabbatis. 567.b
Mangana, inſtrumenta, quibus ſaxa iaciuntur ingentia. 412.f
Manicare, antiquum verbum, pro. manè ſurgere. 138.g
Manna de cælo in Aginenſi agro pluit Ludouico Caroli magni filio rege. 260.g
Manſionatius pro ſacriſta. 685. c. 689.b 705. a
Manſus dominicus. 437.a
Manſionatici qui. 283.d. 324.f
Maranatha, quid. 79.f
SS. Marcellini & Petri corpora, annuente Gregorio Papa. 4. in Franciam, proprijs Hemardi ſumptibus aſportantur. 259.a
Marcha, & Marchio, ſiue Marka & Markio: Limes & limitum præfecti. 255. a. 258. g. 259. c. 267. a. Foroiulienſis. 216. g 244. c. Hiſpana. 247. a. 249. b. Vide dictionem Limitanei.
Markio Gothiæ. 336.f
Markio Francorum ſeu regni. 331.d. 350.f
Markiæ. 345.b
Markam Hiſpaniæ nimia ducum Francorum tardatione Sarraceni vaſtant. 258. e. Mora ducum mulctata, honorum amiſſione. 259. c. Similiter & Comitum Markæ Pannoniæ. Ibid.
Marcomirus poſt Francionam Rex Francorum eligitur. 14.b.
Marcus Referendarius, orta ſeditione interficitur à Senonicis. 102.b
Margarita ſcientiæ acquiritur per exercitium lectionis. 863.a
S. Martinus Gallicienſis Epiſcopus obiit. 107.d
Maſſentia, pro Maxentia. 264.c. 265.a
Maſſilia, à Childeberto in Guntrannũ capitur. 112.g. 114.f. 115.b
Mathites, diſcipulus. 403.b
S. Matthæi Apoſtoli corpus Beneuentum tranſlatum. 511. a. Eccleſia ibi à Roberto principe conſtructa. 614. Tranſlatio hæc celebratur die 6. Maii. Baronius in martyrologio. Brachij eius tranſportatio varia. 634. f. 704.f
Matrimonij iura à priſcis Francorum principibus paſſim violata. 17. d. 51. a. 74. f. 81. d. 82. e. Hinc pactum ſolenne ortum de non priuanda futura ſponſa regio honore Ibidem. & 146. h. 205. c. Nam concubinæ regibus Francorum in vſu erant. 43.c. 51, a. 74. f. 80. a. 81.d
Mauritius Epiſcopus Caturienſis, vir eruditiſſimus, ac valde eleemoſinarius, obiit. 104.h.
Mauricius Imp. creatur. 105. b. Legatio eius a Childeberto Francorum rege contempta. 106. g. Imperauit annis 21. Occiſus a Foca cum filijs Theodoſio, Tyberio & Conſtantino. 155. b. Omen mortis eius. Ibidem. c. 156.g
SS. Maurus & Placidus beato Benedicto à parentibus oblati. 459.d
S. Maurus in Gallias cum Fauſto, & alij tribus monachis ad conſtruandum monaſterium miſſus. 460. c. Eius vita ab eodem Fauſto ſcripta. 461. B. Brachium eius ad Cœnobium Caſinenſe deportatum. 542.
S. Maurus Leuita tantum fuit, & nunquam ſacerdos. 740.e
SS. Maurus & Placidus apparẽt in ſõnis Alberto Monacho

Monacho Caſinenſi, & de conſeruando monaſterio fiduciam præbeot. 757. e
S. Mauri corpus transfertur. 821. c. deinde in villam Merulam, vbi multa patrata miracula. 831. d. Item in fundum Audonis vbi 16. infirmi ſanati. 832. h. & poſtremo in Foſſatenſe cœnobium. 833. a
S. Mauri nauim qui rapuerat à dæmone obſeſſus ſe in Ligerim proiicit & ſubmergitur. 829. a
S. Mauri viſio, de obitu B. Benedicti. 62. c. Quam S. Romano aperit. ibidem.
Mauri pyratæ inſulas Baleares deprædãtur. 223. a. Corſicam, Sardiniam, ibique à Caroli Magni claſſe profligaotur. 230. f. 232. g. Corſicam ſubigunt. 233. d. vaſtant. 234. h. 236. h. 246. f
Mauri ingeos perſpicacitas ex fimo equorũ ſqua Francorum traiectio detecta. 273. e
Mauſolea Regum ac Reginarum Franciæ, quæ in templo D. Germani à Pratis adhuc extant. 435. a
Mauſoleum honorificentiſſimum S. Medardi à Clothario 1. Rege paratum. 72. f
S. Medardus Veromandenſis epiſcopus honorificè ſepelitur à Clothario rege. 72. f
Medici ad querelam reginæ morientis, ab eius marito Guntranno rege interempti. 104. g
Mediomatrici, ſiue Metẽſis vrbis præconia. 73.
Mercurij martyris corpus Beneuẽtum cum aliis delatum. 466. f
Mergites, glo. Garbæ. vulgò *Gerbes*. 420. h
Melote ridicula interpretatio. 799. b. Sed melior ibidem. In margioe.
Membra ſequantur caput: & caput pro membris certet, pro natis pater, pro ouibus paſtor, Dixit Lotharius Imperator. 732. e
Memoria, pro eccleſia. 469. d. item pro ſepulchro. 166. f
Meodicanti religioſo afferenti ſe diſpeoſatũ eſſe ad tranſeundum io alium ordinem non credatur, niſi diſpenſationem exhibeat. 898. h
Menſura vini ſingulorum monachorum (quæ hemina à D. Benedicto dicitur) ad Carolum Magnum tranſmiſſa. 469. c. 798. g
Meroueus, Clodionis affinis, tertius Francorum Rex. 15. c. Eius miſer exitus. 95. b
Merouens Chilperici regis filius apoſtatat. 93. d. Petit oraculum à diuinis libris, & eius miſer exitus. 95. b
Merouęus & Clodoueus eiuſdem Chilperici & Audoueræ Reginæ filij, dolo Fredegundis nouercæ occiſi, & in eccleſia S. Germani à Pratis tumulati. 436. f
Metis, ſedes regia Theodorici filij Clodouei primi Francorum regis. 37. b. A Chroco s. rege Vvandalorum vaſtatur. 74. e
Michaël Imp. monachus efficitur. 238. f
Michalati. 634. h. io fine. Videntur eſſe nummi aurei, qui vulgò dicuntur *des Angelots*. Eadem vox repetitur. 665. a
Miles à crurum fractura in ſepulchro S. Beoedicti ſanatus. 685. c
Milidunum caſtrum cum totius ducatu regionis iure beneficij Aurelano concedit Rex Clodoueus. 27. b
Militiá exercentes pontifices arguuntur à Græco Philoſopho. 744. g
Miraculum à B. Dionyſio oſtenſum. 166 f
Miracula S. Germani, quatuor cõtractis, & duobus cæcis curatis. 426. h. Item aliud in morte Ragenarij Ducis Nortmannorum. 308. e
Miſſaticum, id eſt, nuncium. 313 c
Miſſas bis aut ter in hebdomada monachi ſacerdotes, ſi ſint in locis conuentualibus: ſi autem ruri aut in ſcholis ſaltem ſemel celebrare debent. Qui autem præſunt debent dicere maiorem miſſam in feſtis ſolemoibus. 834. f
Miſſi ad aliquem locum habitandum, ſi ſine licentia redierint, vt apoſtatæ puniendi.
Miſtorius aureus, ſupellex aurea, quæ vulgo *le Buffet*, dicitur. 120. e. 173. a
Mixti menſura ſeruitorum. 459. c. 798. g. retentus. 120. a. Item alius à Siſenando Hiſpano promiſſus Dagoberto. 173. a
Modicum terræ Theodoricus, ob Italiam, Imperatori Conſtantinop. dependebat. 25. b
Moguntia à Chroco Vvandalorum rege deleta. 74. c
Molendina regalia. 110. e. 124. f
Molendinum Gordinũ à vulgari dictiooe *Gor*. 58. h
Monarchia Franciæ à Clodouei primi regno, ad Clotharij Chilperici filij regnum ſecta in plura regna fuit. 158. f. A Dagoberto rurſus in duo diuiſa. 175. d. 176. c. 174. c. A Carolo Magno & Carlomanno fratribus denuò. 203. d. In vnum rediit. 204. h. 262. f. Rurſus à Carolo Magno in tria regoa. 228. h. Rurſus in voum, Hludouico Caroli Magni filio rege. 238. g. Rurſus ab eo diuiſa. 242. f. 247. b. Ab eo in tria diuiſa. 291. g. 302. g. A filiis vero poſt eius obitum in quatuor. 307. e
Monachorum receptio. Vide Receptio.
Monachi nil incompoſitũ aut indiſciplinatum in habitu, in inceſſu, ſeu locutiooe præferant. Admonitio fuit Lotharij Imp. ad Caſinenſes. 746. h. Et Gregorius Papa 9. in ſua conſtitutione ait: Monachi ſicut in clauſtro, ita & foris honeſtè ſe habeaot: nec incedant ſine cuculla & floceo. 839. c
Monachos expedit à ſeculari inquietudine eſſe remotos. 765. a. Et propter ſeculares non ſinantur cum monachis cõuerſari, nec cum eis comedere aut bibere in refectorio. 886. c. 893. c
Monachi Caſinenſes à S. Stephano Vngariæ Rege euocati ad inſtituendum monaſterium. 564. e
Monachus ſolus non commoretur in Prioratu. Quod ſi facultates non ſuppetunt vt habeat ſocium, reuocetur ad clauſtrum. 839. h. 891. b. 892. f
Monachi nunquam ſoli incedant extra monaſterium. 892. h
Monachus non habeat ſeruitorem, niſi cui competit ex officio. 885. d
Monachi miſſi ab Abbate ad habitandũ in Prio-

ratibus qualiter ibi conuerſari debeant. 891. d
Monachi etiam in ſuo monaſterio degẽtes, poſſunt ſtudij cauſa ſe abſentare à choro, de licentia ſuperioris. 895. a
Monachi aptiores mittantur ad ſtudia generalia, de quolibet vicenario numero vnus. 864. f
Monachus obtinens officium aut beneficium cum redditu, non poteſt habere penſionem debitam ſcholaribus ſimul & ſemel. Alias priuatur vtroque: quia ſunt incõpatibilia. 869. a
Monachi Benedictini ſtudentes in ſtudio generali debent ſimul morari. 870. f. & prohibentur vendere libros ſuos, ſub pœna ibi indicta. 869. c. & d. Iidem poſſunt ad omnes gradus & honores theologiæ ac iuris canonici promoueri, ſi idonei fuerint. 873. a
Monachi proprietarij fiũt inhabiles ad obtinendum quodcumque officium vel beneficium. 883. b
Monachus, obtinens beneficium, officium ſiue adminiſtrationem alieni monaſterij, iubetur ad illud tranſire: non obſtante quacumque diſpenſatione. 896. g
Monaſterium S. Germani à Pratis cunctis nobilius. 414. g
Monaſterij S. Mariæ in Cingla ędificatio. 452. h. Eius deuaſtatio. 481. a
Monaſteria ditata, vt monachi vacarent orationi. 707. b
Monaſteria virorum ingredi fœminæ ex antiqua conſuetudine prohibentur. 390. f
Monaſterium in religione collapſum, ſi per monachos eiuſdem monaſterij non poſſit reformari, aſſumendi ſunt monachi alterius. Et diſformati nolentes ſe ſubdere reformationi in alia monaſteria transferendi. 897. d
Monaſterium pro carcere datum tam clericis quam ſecularibus reis. 216. f. 243. c. 287. d
Monaſterium S. Germani à Pratis per Nortmãnos depopulatum. 307. d. Monachorum eius numerus à regibus Ludouico Pio, & Carolo Caluo præſcriptus centum viginti. 281. c
Monaſteria per Ludouicum Aquitaniæ regem inſtaurata aut ædificata. 275. d. 276. e
Monaſteria iure communi ad eum pertinent epiſcopũ in cuius territorio ſunt cõſtituta. 78. d
Monaſterium Sancti Silueſtri in monte Soracte à Carlomanno ædificatum. 197. h
Monaſteriũ Abiſolæ, nunc S. Carilephi dictum à Childeberto Francorũ rege fundatum. 89. d
Monaſterium Solemniacum in agro Lemouicino à S. Eligio conſtructum. 185. c
Monoerator. 756. e
Mons Lethericus, vulgò *Montlehery*. 360. f
Mons iura, ſiue Iurenſis altiſſimus, hodie mons S. Claudij. 6
Mons Marcomirus. 164. e
Mons Veſæuus in flammas erumpens. 567. a
Mons Martis, *Montmartre*, prope Luteciam. 423. b. 426. f
Monumenta eccleſię S. Germani à Pratis à Nortmannis funditus ſubuerſa. 436. e
Mos antiquus ſcribendi. 76. h
Morardus Abbas 26. Sancti Germani à Pratis, qui eccleſiam dicti loci ter à paganis Nortmannis incenſam à fundamentis reædificauit. 359. d. 428. e. Secundò.
Mulieres non debent habitare in locis monachorum, etiamſi matres, ſorores, vel aliæ non ſuſpectæ fuerint. 885. b
Mulieres è palatio Ludouicus Pius Imp. excluſit. 278. h
Mulieres auidæ vltionis. 27. b. 38. g. 39. b. 91. d. 109. d. 110. g. 145. c. 146. g. 147. e
Muliebriter altercari. 388. a
Mundericus ſe propinquum regis iactitat. 44. h. proditorem ſuum Aregiſilum occidit, & cum aliis fortiter dimicans cadit. 45. a
Mummolus Præfectus apud Chilpericũ regem magiæ & veneficij inſimulatus, atrociſſimis pœnis torquetur: ex quibus non multo poſt obiit. 115. d
Mummolus Patricius rebellionis cõuictus, iuſſu Guntranni regis iugulatur. 131. d
Muri ciuitatum diuinitus collapſi ad ingreſſum obſidentium: vt Engoliſmæ Clodoueo regi. 33. a. Metis & Crocho regi Vvandalorum. 74. f. Et Sueſſionis, abſque tamen obſidione. 113. a
Muſcli, cuniculi effoſſi. 406. f
Mutatio nominis ad ingreſſum religionis. Sic Deſiderius dictus eſt, qui prius Dauferius dicebatur. 584. g
Mutatio ſortium hominum in bello. 408. f
Mutuum cum quanta cautela contrahi, expendi, & reddi debeat. 840. e

N

NÆuus i. macula domus imperialis filiæ laſciuæ. 278. e
Nanthildis ſanctimonialis Dagoberto regi nubit. 168. g. Obitus & ſepultura. 181. h
Nantini crudelitas. 102. e
Narbo Gothorum metropolis à Carolo Martello obſidetur. 194. g
Narſetis laudes, geſta, & obitus. 71. f. 85. a
Natalitius dies Leonis Imperatoris ab eo & ſenatoribus celebratur. 21. d
Nauta fune per pollicem in aëre appenſus, & per inuocationem S. Mauri liberatus. 826. f
Nemauſi Biterrarum atque Agatę muri à Carolo Auſtraſio palatij comite diruuntur, vrbéſque incendio vaſtantur. 194. h
Neuſtria, & Auſtria, ſiue Auſtraſia (quæ nunc Alemannia. 195. c. cuius regia ſedet Mettis. 37. b. 73. d.) prima ditionis Francorum partitio fuit ſuis limitibus diſtinctæ. 8. Neuſtraſij tamẽ & Franci Childeberto rege. 56. g. Auſtraſij Franci ſuperiores. 87. a. 128 g. & Franci orientales. 209. a. 210. h. 213. d. 215. c. 240. g. Diuerſæ ab his prouinciæ erant Thoringia, Burgundia, ac Prouincia. 172. e. 174. e. 186. g. 195. c. Sed & Frãcia & Aquitania Car. M. rege. 264. e. 301. Frãci & Germani. 276. g. 287. c. Aliter. 335. a
Nicena prouinciæ Narbonenſis à Mauris vaſtatur. 238. e
S. Nicetius Lugdunenſis epiſcopus. 99. d

S. Nicolai

S.Nicolai corpus ex ciuitate Myrenſi Venetias tranſlatum. Alij Barim. 642. b
Nigellum. 649. a. Fumigatorium Græcum,aliud cum nigello. Et paulò poſt. Pixis aurea cum ſmaltis pro corpore domini: & alia maior argentea cum Nigello.
Nobiles tributo inferendalis vini à Chilperico rege Sueſſionum ſubiecti. 102. g
Nocetum, vulgò *Noiſy*. 110. g
Nolentes viuere ſub reformatione, amouendi. 767. c
Nortmāni(qui & Dani)ſoboles Plutonis.404.g. Proles Satanæ. 409.b. Plebs inimica Deo. 416.g. Allophyli,id eſt, alienigenæ. 418. h. 430. g. Laniones. 419. b. Acephali:quoniam Chriſtum(qui eſt caput noſtrum)perdiderūt. 428.e. 429.d. Ad rapinam auidi. 554. e
Nortmanni acceptis 700. argenti libris à Lutecia recedunt. 429. g
Nortmānorum in Gallias irruptio 307.d. eorum deditio. 323. d. conditiones. ibid.
Normannorum aduentus in Apuliam. 531.b
Normannus quidam piſcationem Caſinenſium rapere volens, in mare cadit & ſubmergitur. 554. e
Nortmannus quidam feneſtras vitreas eccleſiæ S. Germani à Pratis rumpere volens, amens effectus occumbit. 414.h. Item alius turriculum (ſic enim ſcribitur) id eſt paruam turrim ſeu campanile ſcandens, corruit mortuus. 415.a. Tertius in ſepulcrum S.Germani irruere volens, oculos amiſit. Quintus lapide ſepulcri Eleutherij patris B.Germani (quod demoliebatur) in pectus reſiliente, occiditur. ibidem.
Nouitij debent ſingulis ſeptimanis confiteri, & ſemel in menſe ſacram communionem percipere. 894. g
Numerus Ro.pont.Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & Abbatum canonizatorum ordinis S. Benedicti, qui fuerunt vſque ad Ioannem Papam. 22. 760. e
Numerus præſcriptus equitaturæ Abbatis & Priorum Cluniacenſium. 839. d
Numiſma Tyberij Imp.excellens. 93. a
Nuptiæ inceſtæ morte à Clothario monarcha damnatæ. 163. a

O

OBlatio per capillos capitis ſui. 994.
Obſides fœderibus pacis accedebāt. 47.c. 65.d. 96.e. 114.f. etiam inter Francos. 188. e. Fœderéque violato ſeruituti addicebantur. 47.c. etiam inter priuatos accipiebātur. 122.e. 365.d. inter regem & ſubditos. 367.a
Octauianus Antipapa ſchiſmaticus à Fœderico Alemaniæ Imp.ſuſcipitur. 377. c
Oderiſij Abbatis primordia. 651. a
S.Odilo Abbas Cluniacenſis Caſinū profectus, petit oſculari pedes omnium fratrum Caſinēſium. 542. g. Et poſt ſeptennium miſit eis os integrum brachij S.Mauri Abbatis. ibid.
Odoacro prædixit S.Seuerinus, eum mox Italiæ dominum futurum. 19. a
Odo Rotberti comitis Andegauorum Saxonici generis filius, tutor Caroli Simplicis adhuc puer à proceribus Franciæ eligitur. 349. b
Odo Comes Pariſiorum, Rex futurus. 405. a. 415. a. 422. g. Eius fortitudo. 409. d. deſcribitur: vbi enumeratis aliquot principib⁹ ſubiūgitur.
Hi Comites cūcti, ſed nobilior fuit Odo:
Qui totidē Danos perimit, quot ſpicula mittit.
Odo tandem fit Rex, quamuis Neuſtriacus. 428. h
Officiales quocumque nomine cenſeantur, tenentur reddere ter in anno computum ſiue rationem Abbatibus & Conuentibus de receptis & expenſis. 858. g
Officium diuinum qualiter per monachos celebrandum. 895. a
Oliſippo Portugalliæ ciuitas, quæ nūc Liſbona dicitur. 397. c
Olla Vulcani ad Liſaram cur ita dicta. 38. e
Omen futuræ victoriæ Clodouei, ex hoc quod in eccleſia canebatur præſumptum. 32. f
Orama, viſio occulta. 831. b
Oratio ad Deum Clotharij primi, Francorum regis, contra Chramnum filium perduellem pugnaturi. 68. e
Oratoriolum compendioſè conſtructum. 818. h
Oratio pro defunctis ſancta & efficaciſſima. 24. e
Orationis effectus. 55. a
Oratorium S. Andeoli martyris. 57. b. Nunc eſt Luteciæ Parœcia S. Andreæ Apoſtoli. 60. e
Ordines ſacri quandoque pro pœna dati: vt ibi patet de Chararico rege & ei⁹ filio, in preſbyterū & diaconū(prę̄ter voluntatē) ꝓmotis. 33. c
Ordines duo in eccleſia: prædicantium, & orantium ſeu monachorum. 707. b
Ordo S. Benedicti graue iugum imponit profitentibus, ait Nicolaus Papa 4. 849. e
Ordinationes Capituli generalis ſint ad correctionem, conſeruationem & reſtrictionem, non ad relaxationē ordinis vel regulæ. 842. h. Nec ſunt immutandæ, niſi in caſu magnę neceſſitatis. 843. Hæ non obligant ad mortalem culpam, ſed ad pœnam. ibid. b. Has publicare debent ſuperiores in ſuo reditu, necnon in vigiliis quinque feſtorum præcipuorum, & tempore viſitationis. 843. b
Organa à Conſtantino Imper. ad Pipinū regem miſſa. 200. h
Orientales Saxones. 213. a. Franci. 209. a. 210. h. 213. d. 215. c. 240. g. 244. f. Sclaui. 239. d. partes Oriētales regni Frāciæ. 249. d. Abdoriti. 250. g
Ornamenta eccleſiæ munda & nitida cōſeruentur. 895. b
Oſea Hiſpanorum Carolo Magno deditur. 221. d. 224. e
Oſcarus amnis. 63. d
Os maxillæ S. Vincentij martyris è Caſtro monaſterio ad S.Germani à Pratis cœnobium allatum. 397. d
Otho Imperator veneno ſublatus ab vxore Creſcentij Senatoris, quem occiderat. 582. f

P

PAcis conditiones ab hoſte Gallis obtatæ ab iiſque reiectæ, magno exitio Galliæ ſæpe fuere. 65.d. 191.b.329.d. 330.e

Pallatiolum villa (vulgò *Palaiſeau*) per Pipinum regem Francorum monaſterio S. Germani in die tranſlationis eiuſdem data. 199. h. Alienatur. ibidem

Palatium regale Viennæ vrbis, cœleſti igne cōcrematum. 35. c

Palatia cœli gemmea. 755.a

Pallæ eccleſiæ, pro mappis poſitæ. 394. e

Palladius, eiuſque filius Sedocus Toloſatū epiſcopus in exilium truduntur. 163. c

Palefredum, capam, & breuiarium Prioris præmortui congregationis Cluniacenſis (ſecundum antiquam cōſuetudinem) debet habere Abbas Cluniacenſis. 849. a

Pantheon (quod erat Romæ) in eccleſiam B. Mariæ, & omnium martyrum conuerſum. 157. b

Papæ electio ſine aſſenſu Imperatoris olim non poterat fieri. 135. a

Papæ duo ſimul eligūtur Symmachus, & Laurētius. 23. c. Cælius antea Symmachus vocatus iudicio Theodorici Græcus Papa cēſetur. 23. c

Paradiſus, pro atrio eccleſiæ. 180. g. 515. q. 604. h. 656. e. vulgò *le Paruis*. 180. g

Paralytici duo, & alij ægroti ſanati in inuētione SS. corporum Placidi & ſociorum eius. 800. b

Paraliticus ad ſepulchrum S. Germani curatus. 90. g

Paratas facere quid. 300. e

Pariſienſe Childeberti regnum Clothario Regi Sueſſionenſi fratri obuenit. 67. a

Pariſienſe regnum in controuerſiam vertitur inter Guntrannum Regem Aurelianēſ. & Childebertum Regem Auſtraſior. 120. f

Pariſius ſedes regia Francorum. 29. c. 73. c.

Pariſius ſedes regia Childeberti Clodouei filij. 370. g

Pariſini obſeſſi à Nortmannis inuocant S. Germanum. 405. a

Parmæ pictæ. Scuta picta. 406. h

Parthemij horrendum viſum. 65. a. interficitur. ibid. b

Paruaredi. 281. c. quid ſint & vnde dicti. 283. b

Paſchalis Papa. 1. inuito Imperatore eligitur. 241. Moritur. 253. a

Paſchalis Papa 2. venit ad Floriacenſe ſeu S. Benedicti monaſterium ſupra Ligerim: & prohibet fieri feſtum tranſlationis ipſius B. Benedicti. 670. g

Vnū & ſexaginta dies in ergaſtulo ab Henrico 5. Imp. detinetur. 680. g. Moritur. 696. e

Paſchaſius vir ſanctiſſimus, S.R.E. diaconus nūquam flecti potuit & Symmacho aſſentiret. 23. d. Dæmoniacus quidam tangens dalmaticam quæ ſuper feretrum eius erat poſita continuo liberatur. ibid. d

Paſchaſius ea propter in angulanis Therniis ſtare à Germano Capuano epiſcopo quia Laurentio Antipapæ aſſentiſſet. 23. d. eiuſdem epiſcopi præcibus liberatur. 24. e

Paſtor bonus magis prodeſſe debet, quam præeſſe operibus pariter & exemplis. 851. b

Pateris argenteis deauratis in præcipuis feſtiuitatibus Caſinenſes vtebantur. 635. b

Patrinorum ſeu ſuſceptorū erga filiolos pietas. 51. b. 83. a. 98. h

Pauli Diaconi præclari hiſtorici vita. 470. h. Conuerſio eius ad ordinem monaſticum in Caſino. 471. c. In regulam S. Benedicti commentatus. ibid. Verſus Caroli magni ad eum. ibidem.

Pauli Papæ. 1. obitus. 203. b

Paupertas inuidia caret. 42. e

Pauper qui Brunichildem per inuia errantem ad Theodoricum nepotem deduxerat, pro mercede donatur ab ea epiſcopatu Antiſiodorēſi. 142. g

Peculium monacho Abbas non poteſt permittere. 883. a

Pecuniā vēditionis ſeu mutui cōtracti nō debet remanere in manibus ſolius prælati: ſed tradi debet tribus viris diſcretis. Qui ſolum eam expēdent ad illas neceſſitates, propter quas fuit facta venditio, aut mutuum contractum. 875. e

Pelagium Papam peſtis inguinaria percutit & extinxit. 135. a

Pelles ſyluaticè monachis interdictæ. 839. c

Pelliculæ geminæ, id eſt, duo pelliciones ſenibus Caſinenſibus tribuuntur. 800. e

Peltæ. glo. Scuta. 412. g. 429. d

Perſarum Rex Legatos ad Carolū Magnum cum eximiis muneribus mittit. 226. e. Iterum etiam cum artificioſiſſima clepſydra. 230. e

Perſecutio dira Catholicorum in Hiſpania. 106. f

Pertica legalis quid. 59. d

Peſtis inguinaria Romæ. 134. h

Petrogoricum à Chilperico rege Sueſſionenſi inuaſum. 107. c

Petronax Brixianus reædificator monaſterij Caſinenſis. 461. c

Petrus (qui poſtea Diaconus cognominatus eſt) anno ætatis ſuæ quinto monachus Caſini factus. 698. h. Libri ab eo compoſiti. ibidem. Mittitur ad innocentium Papam 2. pro agenda Cauſa Caſinenſi. 729. c. Oratio eius docta, coram Lothario Imp. habita. 724. g

Petri Leonis Antipapæ mors. 759. c

Pharus ignea videtur egredi, è baſilica S. Hilarij & ad tentorium regis protendere. 326

Pharus Bononiæ Galliæ à Carolo Magno reſtituta. 235. d

Pharus, pro maxima corona argentea in eccleſia ſuſpenſa multas lampades atque etiam cereos in circuitu habente. Talis eſt ærea in ſancta capella Bituricenſi. 611. a

Philippi Auguſti natiuitas. 381. a

Philyra, quid ſit. 76. h

Philippus Henrici 1. f. viuente patre in Francorum regem vngitur. 361. b. excommunicatur ob repudiatam vxorem à qua excommunicatione tandem abſoluitur. 367. b

Pictauenſes, Arbaſſeni, & Andegauenſes à Britonibus

nibus profliguntur. 96. e
Pipinus Auſtraſius vtriuſque Francorum palatij princeps fit.197.a.Zacharia Papa, de regni titulo in Childerici Regis poſterorũ eius perniciem conſulto, Childericum ex priſca ſtirpe regia poſtremum Francor.Rex ex Papæ reſponſo conditur, regnúmque inuadit, Sueſſionis.197.d.198.e. A Stephano Papa in regẽ cum Carlo & Carlomanno filiis Cariſiaci vngitur, ab eoque in Langobardos concitatur. 198.f. Langobardos ad rerum Romanæ eccleſiæ abreptarum reſtitutionem æraris cogit. 200. e. Gentiliaci Synodum ſuper controuerſia orientalis occidentaliſque eccleſiæ habet. 203. a. regn. an. 15. menſ. 4. dies 20. Palatij vero principatum geſſit 10. Anni. 198. e
Pipini probitas. 169. b
Pipinus Caroli Magni filius Longobardorum Rex. 210. c
Pipinus Caroli Magni filius Romæ, ab Adriano Papa baptizatur inque regem cum Hludouico fratre vngitur, ac coronatur. 210. e
Pipinorum gens regiæ Francor. ſtirpi fatalis exitialiſque. 185. d. 187.d. 189.a. 190.c. 191. b. 195.c. 197.e. 198.e
Pipinus Dux Auſtraſius Theodoricum regem ac Berchariam Palatij comitem ſuperat mortuóque Berchario maior domus palatij fit. 189.a. 190.g.Cum rege ſuo, ſubditus ipſe capitulatur. 189. b
Pipinus & Martinus Duces incidentibus Auſtraſiæ inter regnis, Auſtraſiis Imperitabat. 187. c
Piſana eccleſia in Archiepiſcopatum à Gelaſio Papa 2. erecta. 696.h
SS. Placidi & ſociorum eius martyrum vita & paſſio à Gordiano deſcripta, & ad Vigilium Papam miſſa. 776. h. 777.d. Epiſtola Siculorum de eadem paſſione. 771.a. & alia Gordiani. 773. c
S. Placidus Dauidi comparatus, & Mamucha Goliæ. 778.e
Placitum. 31. b. 120.g. 123. b.d. generale. 175. c. 182. g. pro conuentu generali Francor. 247.d. 250. c. 251. a. 261.a. 288. g. Aliter. 324. h. 340.g. 341.d
Planctus Crothildis reginæ, in nepotum nece. 49. b
Pluralitas beneficiorum reprobatur. 839.a.846.g
Podienſis epiſcopus in Armenia. *l'Eueſque du Puy.* 658.h
Poëma Aimdini de tranſlatione S. Vincentij. 385. c
Pœna infernalis Pandulfi principis, ob ſublatum monaſterio S.Benedicti calicem. 548.g
Pœna proprietariorum. Vide Proprietarij.
Pœna apoſtatarum redeuntium. 890.h
Pœnæ Francis in vſu, Pedum abſciſionis. 125. c. 146.g. Excæcationis. 215.a. 243.c.278.f. 286.h Patriæ libertatiſque amiſſionis in pertinaces rebelles. 208.e. 226.f. 227.b
Pœnitentia Comitum Aquinenſium, qui Abbatem Caſinenſem ceperant. 558.
Pompelonis muri à Carolo magno euertuntur. 208. g
Pompilonenſes fidei Caroli Magni denuo ſe tradunt. 229. b
Pondus libræ panis Benedictinæ ad Carolum Magnum tranſmiſſum. 469.c. 798.f
Pons ciuitatis Pariſienſis. 57.a. 58.h. 109.d. 113.c. 281. c
Pontaticum. 264. f
Pontius Cluniacenſis, qui ſe Abbatẽ Abbatum iactabat, arguitur. 694. f. Idem cum duodecim fratribus monaſterium Caſinenſe petiit: & cum luſtraſſet officinas dixit. Mallem decanus eſſe Caſinenſis, quam Cluniacenſis Abbas. 705. d
Portus à Balſiaco villa Sancti Germani vſque monaſteriolum S.Mauricij, cœnobio dicti S. Germani à Carolo magno datus. 265. d
Poſitor, pro poëta. 401.d. 426.h. Secundò.
Potences, Gallicè, quibus claudi fulciuntur, hic dicuntur Cambuttæ. 705. b
Præceptio ſeu præceptum, per diploma regium vnde dicti, *les Secretaires des Commandemens.* 57.b. 74.h. 263.c
Prædenecenti Abroditorum gẽs Bulgaris finitimi, Daciam Danubianam incolum. 249.d. 253. d
Prædones Glannafolij monaſterij, fragore tonitruum, & ictibus fulgurum fugati. 823.b
Pręfectus regalium venatorum, *le grand Veneur.* 197. c
Pręfectorum vrbium inſtitutio. 263. b
Prælati non debent vacare lautis conuiuiis nec facere ſumptus immoderatos. 886. e
Pręſidentes locis conuentualibus debent in feſtis ſolemnibus maiorem miſſam celebrare. 894. g. Alio autem tempore quotidie miſſam priuatá celebrare vel audire, rationabili cauſa ceſſante. ibid. h
Prętextatus Rothomagenſis epiſcopus in exiliũ mittitur à Chilperico rege. 93.d. Ab eodem reuocatus coram epiſcopis accuſatur. 96. f. A Guntranno rege reſtituitur. 124. h
Prętoria præſidia ac cohortes antiquis regibus Galliæ non ita in vſu fuere. 125. a
Pragmaticum quid. 57.c
Pratum S. Germani. 426. h. vulgo *le Pré aux Clercs.* 356.g. 357.b
Preces 40.horarũ inſtitutæ, quum effoderentur corpora SS. Placidi & ſociorũ eius martyrum. 803. d
Primates Childeberti leſæ maieſtatis conuicti ipſo ordinante perempti. 136. g
Primatus Galliarum Germanięque Archiepiſcopo Senonenſi attributus. 327. a
Primogenituræ habita ratio in ſucceſſione regni. Sic Clotharius 30. patri Clodoueo 2. poſthabitis fratribus ſucceſſit: quia ſenior natu erat. 186.g. Et Ludouicus Imp. filium ſuum primogenitum Lotharium coronauit, & nominis atque imperij ſui ſocium ſibi conſtituit. 242. f

Principum familiares auari ingens ipſis malum. 33.d. 45.c. 159.c
Priores Conuentuales non ſunt amouendi, niſi fuerint dilapidatores, vel inobedientes, ſeu infames, vel incontinentes, vel ad maiorem dignitatem promoueantur. 838.f. Sed hæc conſtitutio locum non habet in congregationibus, in quibus Priores non ſunt perpetui, ſed ad nutū capituli generalis amouibiles, atque ad ſummum triennales, quinquennales aut ſexennales.
Prior clauſtralis eligatur ab Abbate & Conuentu, prouidus, diſcretus, & qui iugiter reſideat. 896. e
Prioratus plures vel Prioratum cum Abbatia nemo habeat. 839. a. 846.g
Prioratum Congreg. Cluniacenſis nullus habere poteſt, niſi fuerit huius cōgreg. profeſſus. ibid.
Prior generalis monachorum ſtudentium in vniuerſitatibus annuatim eligendus: & eius poteſtas. 871.b. Pro ſalario debent ei ſinguli monachi quinque ſolidos Turon. 872.c. Ipſi autem poſſunt ad omnes gradus & honores Theologię & iuris canonici promoueri. 873.a
Priorum pœnæ non admittentium ſiue nō bene tractantium monachos per Abbatem ad eos miſſos. 891.c. & qualiter ipſi monachi cōuerſari ibi debeant. ibid. d
Priores nō remaneant ſoli in Prioratibus. 839.b. 891. b. 892.f
Priſcianus. 84.g
Priſcus Iudæus interficitur. 113. b
Priuilegia, præcepta appellata. 510. f
Priuilegium, de inueſtitura Beneficiorum Henricus Papa 2. extorquet. 682. f. Sed illud tam ipſe Papa, quam alij pontifices poſtea damnarunt. 686. f
Priuilegium S. Gregorij Papæ, datum monaſterio Caſinenſi, tempore Boniti Abbatis. 790.g
Priuilegia, literæ, chartæ, inſtrumenta, necnon vaſa aurea vel argentea, ornamēta eccleſiæ vel etiam libri, extra eccleſias & monaſteria non efferantur, nec apud extraneos recondantur. 888. f
Priuilegium Childeberti regis, filij Clodouei primi de fundatione monaſterij S. Germani à Pratis. 56.
Priuilegium S. Germani epiſcopi Parthiſienſis, de immunitate dicti loci ab omni ſubiectione Prælatorum.
Priuilegium Caroli Magni Imp. de immunitate ab omni telonei ſolutione. 293.
Aliud eiuſdem priuilegium de donatione Mariolarum (vulgò *Marolles*) propè Munſterolum, Yonæ fluuij terminum. 265.
Priuilegium Hludouici Pij, eiuſque filij Hlotharij Impp. confirmans villas menſæ conuētuali S. Germani à Pratis per Hilduynum primum Abbatem vnitas. 380.
Priuilegium Pipini, vltimi Aquitanorum regis confirmans dicto Cœnobio villas in Aquitania conſtitutas. 298.
Priuilegium Caroli Calui, Francorum regis, partitionē bonorum præfati monaſterij à Gozlino Abbate factam confirmans. 332.
Priuilegium Caroli Simplicis, Francorum Regis, de donatione Abbatiæ Crucis S. Audoeni (hodie Crux S. Leufredi) prædicto monaſterio facta. 350.
Proaſtium. 781.a. 782.g. & h. in fine.
Prodigia, & eorum ſignificationes. 18.h. 80.f. 95.b. 64.g. 122.g. 135.d. 104.c. 113.a. 152. c. 107.d. 226.b. 152. e. 258.g. 300.g. 301.a. 32.c. 305.c. 349.d. 354.c
Proditio grata principibus at proditores exoſi. 34.f. 45.a. 133.d. 157.d. 343.d
Proditor patriæ Pando iuſtè punitus à Saracenis. 478. e
Proprietarij monachi puniendi & excommunicandi. 840.f
Proprietariorum pœna rigida ex conſtitutione Nicolai Papæ 4. Comedere per annū in terra, & tantumdem temporis nouiſſimum locum tenere. 848.g. fiunt inhabiles ad obtinendum quodcumque officium vel beneficium. 883.b
Protadius alienigena (Romanus ſcilicet) in dedecus Francorum, factus Maior domus Clotharij 2. Francorum regis, plebem vectigalibus opprimit, & nobiles quoſque contemnit 145.d. Propterea occiditur. 146. e
Prothi & Hiacinthi pulchra viſio, 539. c
S. Proſper Aquitanicus epiſcopus regienſis obiit. 382. g
Prouerbium Chilperici coruus corui oculum non eruet. 97. b
Prouinciarum limitatio in quibus capitulū prouinciale celebrari debeat. 855. a
Pſallendi ordo ex monaſterio Agaunenſis, id eſt S. Mauritij adsūptus & in alia deriuatus. 138.g. hic ordo à B. Germano in monaſterio S. Vincentij Seruari iuſſus. ibidem.
Pſalteria tria duō poſt completorium in eccleſia pſallenda Caſinenſes ſibi imponunt pro fractione ſilentij, quod tempore tumultus bellici obſeruare non potuerant. 782. e
Pudicitiam nouo aſtu, Giſulfi Longobardorum Rex filiæ intantur. 157. d
Puella Commerciana ab omni cibo per decem menſes abſtinens. 152.e. Eadem poſtea dicitur abſtinuiſſe. 255. b
Pueri in ecſtaſim rapti verſus. 983. a
Pueri ante 15. annum completum nō admittantur in monachos. 840.g. Sed intellige profeſſos: vt exponitur infrà. 849. c
Pugna Tulbiacenſis inter Theodoricū & Theodebertum R.R. fratres cæde inaudita. 149. e. 150. e
Pulla veſtis, id eſt Lugubris. 103. d
Pulmentaria duo cocta ſufficere in refectione ſcribit S. Benedictus cap. 39. regulæ. Sed Caſinenſes addunt tertium, præter quam feriis 4. & ſexta. Atque etiam quartum diebus dominicis, & in præcipuis feſtiuitatibus. 798.g. & h
Puluerāticum. 364. quid. 265. a
Punitio Rucolcni qui domum eccleſiæ deſtruere nitebatur. 94. e

Porpriſum,

Purpriſum, vox Gallica ſignificās domum,ambitum,conſeptum,vulgò *Pourpris*. 340. h
Puteus capellæ S. Germani febricitantibus ſalotaris. 427. a. Eius aqua à duabus Normānis hauſta, modò in ſanguinē vertitur,modò cum maſſa frumenti temperata, panem reddit rubrum. ibid.
Pyrenæi montis altitudo & difficultas. 262. h
Pythoniſſa à Guntranno conſulitur quæ ipſum epiſcopum futurum aliáque prædicit. 94.

Q

Quæſtio de proceſſione Spiritus Sancti. 233. a
Quintio Dux inſtigante Brunichilde interficitur. 142. f
Quod fecit Saulus, patitur Paulus. Et quod egit lupus, ſuſtinet Agnus,dictū Victoris Papæ 2. Qui ſicut contrarius fuerat Leoni nono, prædeceſſori ſuo: ita & aduerſarios multos habuit. 570. e

R

Rachis Longobardorum Rex,fit monachus Caſini. 464. h
S. Radegundis Berthariij regis filia. 47. b
Ragnacharius Gamaraci dominus à Clodoueo vincitur necatúrque apud Cenomanorum vrbem. 34. e
Rainaldus Abbas Caſinenſis deponitur. Et depoſitionis forma. 749. d
Receptio nouitiorum fiat de idoneis, vel de quorum idoneitate veriſimiliter ſpes exiſtat, & hoc cum conſenſu conuentus, ſeu maioris partis. 888. e. nec plures recipiantur, quam poſſint de prouentibus monaſterij congrue ſuſtentari. 889. a
Recharedus Gothorum Rex à S. Leandro epiſcopo baptiſatur. 136. h
Rectores Caſinenſes, Lupi effecti. 758. g
Radhibitionum Gallicarū ſpecies ac vocabola. 264. e. 265. c
Refectorium, triclinium appellatum. 611. d
Referendarius regis olim, qui nunc Cācellarius Franciæ dicitur. 185. b
Reformatio prima monaſterij Sancti Germani à Pratis per Guilielmum Abbatem, tempore Roberti Regis facta. 359. d. Altera per cōgregationem Caſaliſbenedicti, ſub Franciſco primo Rege. 432. e
Reformatio ordinis S. Benedicti in Francia, non tantum à Carolo Magno Imper. ſed etiam à Ludouico eius filio attentata. 800. g
Reges Franciæ principatum palatiorum gerentibus Pipinis ac Carolo Auſtraſiis, nomine contenti, omni regni adminiſtratione carebant. 197. d
Reges Francorum non iam ſucceſſione vndc agnati quam Francorum electione ac conſenſu olim creabantur 15. a. 16. e. 122. f. 186. f. 238. g. pulſi aliquando à quibus creati. 190. g. 191. b. ac interfecti. 187. a
Rege minore natu, de ſummis regni rebus in publicis conuentibus à Francis agebatur. 186. g
Regens ſiue rector Franciæ impuberiſque Caroli Simplicis inter primorum Frāciæ electione creatur vngiturque. 349. b
Regia Hunorum, Rhingus vocata. 221. b
Regicidæ morte ac poſteritate à Guntranno R. Aorelianen. mulctat. 125. d
Regina mater regi filio minori natu conſors adminiſtrationis à Francis data. 152. f. 154. h. 186. c
Regina filium regem, rege genitum habens, ſupplicio dedi non debet. 123. d. ſeditione tamē interfecta fuit. 187. a
Regis infantia regni afflictio, ac calamitas, 180. g. 186. e. g. 190. f
Regnorum Aurelianen. Auſtraſij, & Pariſien. fines fœdere Theodeberti Theodorici ac Clotharij R. R. poſiti. 143. a
Regnum Italiæ quomodo à Francis ad Teutonicos tranſlatum. 505. a
Regula manu S. Benedicti ſcripta, Libra panis, & menſura vini monachorum Romam delata. 138. e. 461. a. Demùm tempore Zachariæ Papæ Caſinū relata. 793. d. Hæc poſtea combuſta fuit in Teaneſis Cœnobij incendio. 495. d. Similia autem ſuperioribus Theodemarus Abbas Caſinenſis miſit Carolo magno pro reformatione cœnobiorum Franciæ. Vbi & additur menſura mixti ſeruitarum. 469. c. & 798. g
Religione nihil maius, nihil ſanctius ordine monaſtico, nihilque ſublimius patre Benedicto. Dixit Petrus Diaconus Caſinenſis coram Lothario Imp. 734. h
Reliquiæ quas Iuſtinus iunior Conſtantinopol. Imp. S. Germano dedit. 84. g
Reliquiæ S. Sebaſtiani ab Eugenio Papa Hilduino Abbati S. Dionyſij miſſæ. 257. b. miracula in ea aſportatione facta. ibid.
Reliquiæ S. Vincentij à Cæſarguſtana Hiſpaniæ ciuitate, ad Baſilicam S. Vincentij, (quæ nunc eſt S. Germani à Pratis) per Childebertum regem aſportatæ. 65. f
Reliquiæ eiuſdē martyris per intereeſſionē Ludouici filij Philippi Auguſti, Francorum Regis, à Caſtrenſibus monachis impetratæ, & ad eundem locum allatæ. 397. d
Remenſis eccleſiæ de iure regum vngendorum diſceptatio. 364. e
S. Remigius Remenſis epiſcopus. 28. f
Remorum miraculoſa protectio. 348. e. 359. b
Reric Abdoritorum nobile emporium à Danis euerſum. 231. b
Reuelatio corporis B. Benedicti in Caſino, tempore Alexandri Papæ II. 760. g. Item tempore Benedicti Papæ VIII. 761. e. Tempore Vrbani Papæ II. 764. f
Rheni ortus in ipſo prope centum habentur in longitudine inſulæ. 5. earum pars magna à feris & barbaris nationibus incolitur. ibid.
Rhingus Hunorum lingua regiam ſonat. 221. b
Richardus Dux Burgundiæ ſepultus in Baſilica Sanctæ Columbæ in oratorio Sācti Symphoriani. 349. d

Richildis Buuini Comitis filia Caroli Calui Regis concubina. 313.c. poſtea vxor. 314.f
Richildis Caroli R. vxor. 315.a. A Ioanne Papa in Imperatricem conſecratur. 335.d
Rigundis Chilperici R. filia cum dote immenſa Hiſpaniæ regi nubit. 117.c. 118.e. huic imméſóque comitatui, proficiſcenti à Francis ſubditis commeatus edicto præbiti. 118.e. à Deſideria Duce Toloſano intercepta theſauris dotéque ſpoliatur. 121.a. ad matrem per Cuppané cubicularium reducitur. 134.g. in exilium relegatur. 126.
Riparum Sequanæ quantum nauigiis piſcatoribúſque cedat. 57.a
Ripaticum quid. 59.d
Ripaticum Teloneum. 265.d
Ritus Francorum in fidelitatis ſponſione. 300.h
Robertus Hugonis frater Francor. Rex. 357.a. 358.g. à Burgundionibus tanquam Rex Heterogenes non agnoſcitur. 359.
Robertus Antirex in Gallia. 353.b
Rotbertus Comes Andium, pater Rotberti Comitis Pariſiēſis, in bello Nortmānico occiſus.
Rotbertus primus, Abbas 16. S. Germani à Pratis. 210.g. 237.a. 427. ſecundò.
Rodinus Dux inuentum theſaurum pauperibus largitur. 108.e
Rodomum. 264.e. id eſt, Rothomagum. 265.a
Rodulphus Nortmannorū Dux cum quingentis & eo amplius complicibus ſuis occiditur. 323.b
Rodulphus Richardi Burgundionum Ducis F. Antirex in Gallia. 353.c. regn. an. xij. ibid. d. ſepultus in baſilica S. Collumbæ. 354.e
Rogationum quæ letaniæ cauſa origo. 35.c
Roma à Totila capitur. 70.f
Romæ ornamenta Conſtantinopolim à Conſtante Imp. tranſlata. 178.f
Romana eccleſia à Foca Imp. omnium eccleſiarum caput declaratur. 157.b
Rorigo Comes, reædificator Glannafolij. 816.f
Roſæ menſe Ianuario, arboréſque eodem anno bis fructum ferentes. 117.b
Rotaticum Teloneum. 265. ſeu vultaticū. ibid.
Rotæ ſupplicium olim Francis in vſu fuit, ſecus tamen quā nunc graſſatores plectebātur. 115.a aliter etiam Ludouico rege. 368.g
Rotbertus Pharetratus, *Comes de Trouſſi.* 414.e
Rotbertus Comes fit Abbas S. Germani. 350.e. 351.e
Rotheni à Theodorico Clodouei filio ſubiguntur. 32.h
Rubor & confuſio de præteritis, diligentiam efficiat ad futura. 884.h

S

SAbelliana hæreſis à Chilperico R. Sueſſionenſi in Gallia edicto promulgatur. 108.f
Sacci in quibꝰ diuino iuſſu Patri Benedicto eſcæ delatæ fuerant, igne combuſti, in Teonenſis cœnobij incendio. 495.d
Sacrilegi diuinitus puniuntur. 151.b
Sacrilegium in monaſterio S. Martini commiſſum diuinitus punitum. 86.g
Sacrilegus Iordanes excæcatus à Deo. 625.d
Sadregiſillus Dux Aquitanorū occiditur. 174.f
Saginarij theſauri. 519.d
Sagittę adminiculo literæ & anulus in arcem obſeſſam iactæ. 50.d
Salerni fames, ad eſum immūdorum animalium adigens. 624.f
Salonij & Sagittarij epiſcoporum perfidia. 99.d
S. Saluius monachus Caſinenſis. 493.a
Salutaticum. 264.f. 265.d
Salutatorium S. Martini. 126.f
Saltus Vodrenſis. 185.b. Brigenſis. ibidem. e. Pyreneus. 208.g.
Saltz Palatium Caroli Magni ad Salam Amnem in Baioaria. 268.f. incendio abſumptum. 217.d. 227.a
Sambucus vuas tulit. 64.g
Samo Senonenſis mercator à Sclauis Rex eligitur. 160.a
Sancerra, vrbs Biturigum, antiquitus Sacrum Cæſaris dicta. 398.h
Sandaliorum, Dalmaticæ & chirothecharum vſus Abbati Caſinenſi à Leone Papa 9. conceſſus. 566.e. 576.f
Sanguis Chriſti Mantuæ repertus. 227.
Sanguis Toloſæ manauit, Pariſius de milio fluxit. 18.h. 107.d. Turonis de pane. 113.a
Sarraceni ſuaſu Eudonis Aquitaniæ Ducis in Francos Aquitaniam vaſtant, à Carolo Palatij Auſtraſij Comite ad Turonos funduntur. 192.e. Iidem ab eodem Auennioni trucidantur, demum in Corbaria valle ad Narbonem ingenti ſtrage excinduntur. 194.e
Sarraceni Septimaniam inuadunt, deprædantur. 219.d
Saraceni quando primū Siciliam ingreſſi. 475.d. Ab Italis inter ſe diuiſis acceerſiti, exitio Italiæ fuere. 478.e
Saraceniſcum caſtrum cur ita appellatum. 571.a
Saracenorum, gens Iſmaëlitorum eſt. 194.a.g
Sarracenus Benelarabi Hiſpanus ciuitates Carolo Magno vltro permittit. 208.f.g
Sauara, al. Sauaræ in Sequanam influens, vulgò *le Ru de Sure, qui deſcend en Seine.* 57.a. 59.a
Saumarij, equi ſarcinarij. 566.h
Saumarum teloneum quid, & quale ſit. 264.e.h
Saxonum in Francorum exercitum. 200.h. Ludouici regis in obſeſſos. 366.g. Duellicum Heraclij Imper. Conſtantinopol. 170.e
Saxonici ſuper arma iuſiurandi ritus. 173.c
Saxones à Childerico Rege Aurelianis ſuperātur. 17.c. Sigebertus Rex eorum à Clodoueo necatur regiáque diripitur. 30.e. A Clothario ad vuiſeram ſubiugantur. 65.c. Clotharium eundem cruenta pugna vincunt. 65.d. In Galliam erumpentes à Guntranno Aurelianen. R. retruduntur. Illis per Galliam ad Mettenſe regnum iter conceditur. Eorum fraus in Gallos mercatores. 83.c. Cum Dagoberto rege Auſtraſiorum pugnam rebelles ineunt. 166.h. A Clothario ſuperantur, & qui ſpatthæ eius longitudinem excedunt

cedunt omnes trucidantur. 167. d. Tributum quingentarum vaccarum inferendalium annuum Francorum regi pendebant. 173. c. Quo tributo liberati, ſunt ea lege, vt Sclanos rebelles mulctarent & vicinum Francorũ limitem tutarentur. 173.a. A Carolo Auſtraſio palatij principe ſubiguntur. 191. d. A Pipino rege profligantur. 198. f. Honorario trecẽtorum equorũ tributo ab eodẽ dãnantur. 201.a. A Carolo Magno armis perdomantur, ac ad fidem chriſtianam adiguntur. 205.b. Secũdum. 206.f. Tertium. ibid.h. Quartum. 207.a. 208. 209. Quintum. 211. ingentíque numero per ſupplicium cæduntur. 211.d. Sextum. 212. 213. 217.c. 219.c. Septimum. 220. & octauum. ibid. nonum. 221. decimum. 222. 223. vndecimum. 226.h. transferuntur cum vxoribus, ac liberis in Franciam ab eodem. 227. b. triginta trium annorum obſtinatiſſimo bello prorſus ſubigũtur. 270.e. à Ludouico rege Caroli Magni. f. patriæ reſtituuntur. 279.b. Trecis à Senonibus vincuntur. 355. b
Saxones, gens perfida, & fidei fraga. 206.g
Scameracum villa. Dubium, ſi non ſit *Saumur*. 830. f
Scapulare à Scapulis, quas cum capite tegit, dictum. 800. e
Scara verbum Francicum pro turma. 173.c. 318.b
Scaramangę Imperatorum. 649. a
Scidula, pro ſchedula, parua charta. 401. a
Scindulæ pro ſcandalis ſunt regulæ ligneæ quæ vulgò *du Bardea*. dicuntur. 331. d
Sclaomirus Abdoritorum Rex in exilium mittitur. 144. f. percepto baptiſmatis ſacramento obiit. 248.f
Scubilio 3. Abbas. S. Germani. 91.a. 417. b
Scyfati, genus monetæ. 634. h
Secretarium, pro, Sacrario, ſiue Sacriſtia. 604.g 625. c
Seculares inſtruendis cum monachis in monaſteriis non admittantur. 863.b. Sed nec ſinantur cũ eis in refectorio comedere aut bibere. 886. c
Seditio orta à Lemouicis propter tributum impoſitum. 102. g
Segemundus, epiſcopus Meldenſis. 429.a
Seniores quatuor monaſterij ab Abbate duntaxat electi. 865. a
Senior, nomen Cæſarauguſtani epiſcopi. 386. Eius crudelitas & inuerecundia. 387. a
Senioreti Abbatis Caſinenſis electio. 715. d
Senones ab obſidione per Ebbonem epiſcopum liberantur. 193. c
Sententia Theodorici inſignis ſuper fraude Frãcis à Gothis facta. 31. c
Sepulcra mota & violata, crebri terræ motus cauſa apud Caſinenſes credita. 611. f
S. Sergij martyris reliquiæ brachio cuiuſdã oriẽtalis regis alligatæ, eum inexpugnabilem reddunt. 126. h. Miraculum eiuſdem ſancti. 129.a
S. Seuerinus Abbas Cœnobij Agaunẽſis, regem Clodoueum primum per annum continuum febre laborantem ſanitati reſtituit. 34. g. Obiit apud Caſtrum Nantoneuſe, vulgò *Chaſteau-Landon*, pro Nauton. ibid.
Siſonẽdus, Sentila exacto, Dagoberti Regis Frãcorum ope & armis Rex Hiſpaniæ efficitur. 172. h
Soſius Conſul Romanus, capta Hieroſolymorum vrbe, in domini templo coronam obtulit. 35. b
Seuſium Langobardorum ciuitas Guntrãno regi Fancorum belli iure ceſſit. 159.a
Siagrius Comes ex præcepto Guntranni Conſtantinopolim ad componendum cum imperatore pacem proficiſcitur. 136. e
Sicambrorum Frãcorum regni prima ſedes. 15.a
Sicambriam in finibus Pannoniorum Antenor Troia profugus condidit. 13. b
Sicambris ob Alanos à Mæotide pulſos, à Valentiniano Imper. decennio tributi immunitate data. 13. c. Idem poſtea tributum ſoluere renuunt. 14.
Siebildem Clotharius 2. Francorum Rex, ſecundis nuptiis vxorem ducit. 159. d
Sicilia à Buccelleno Theodeberti regis Duce ſubigitur. 65. c
Sigebertus R. Metenſis ann. 13. regnauit. 88. g. interficitur. ibid. ei mortem ſuã B. Germanus prædicit. 87. d
Sigebertus Dagoberti ex Ragnetrude filius dũ à B. Amando baptizatur reſpondet Amen. 169. h. à patre Dagoberto Rex Auſtraſiis pręficitur. 173. d
Sigefridus Dux Nortmannorum, ſolo Rex verbo: Nam carebat regno. 404.h. 419.d. al. Sigenfredus. 413.d. 419.c
Sigilla antiquitus non appendebantur. 61. a
Sigiſmundus rex Burgundiæ, Baſilicam S. Mauricij & ſociorum eius in Agauno magnis impenſis ædificat. 39.b. A Clodomiro Aurelianenſi rege capitur, & cum filiis trucidatus in puteum proiicitur. ibidem.
Siginaldus à Theodorico occiditur. 51. b
Signum ſpeciale in monaſterio, ad ſignificãdum obitum alicuius fratris. 622. h.
Per ſignum autem intellige campanam.
Sigo Abba 7. S. Germani. 186.f. 427. ſecundo.b
Sigofridus Abbas 8. S. Germani à Pratis. 188.g. 427.b. ſecundo
Silicernium. 131. b
Sinrinc, Rex Danorũ ſubmerſus cum quinquaginta ſuorum. 423. d
Siſinnius à Carolo Magno Legatis Hirenæ Imperatricis conceditur. 222.h
Smalti vel Smaltæ. 473.c. 596.h. Hæc vox. 635.b. 648.g. 649.a. 762.h. Et alibi paſſim repetita, ferè ſemper auro gemmis vel margaritis iungitur: meóque iudicio ſignificat. *des Emaulx*.
Solida appellati nummi aurei. 384. h
Solidatus Auſtraſij regni 12. vit Francor. arbitratu à Clothario Monarcha regi Auſtraſiorum redditur, 162.e
Solis deliquium tempore Guntranni regis. 138.f. Item aliud Hludouici Imperatoris obitum portendens. 305. c

S. Sophiæ templum Beneuenti, ab Archi (al. Atechi) Longobardorum rege conſtructum. 466. a
Sorabi campos Albiæ, & Salæ interiacentes incolunt. 210. h. Magnamque Dalmatiæ partem obtinent. 249. b. à Carolo Magno ſubiguntur. 229. a. rebelles ab Hludouico R. domantur. 240. g
Soſius Conſul Romanus, capta Hieroſolymorum vrbe, in domini templo coronam obtulit. 39. b
Sotulares. vide Calcei.
Spatij in regnum paternũ cum legitimis ſucceſſere. 37. b. 45. c. idque ad Clotharij Chilperici filij regnum viguiſſe videtur. 152. f. 153. a. iterum regnante Dagoberto obtinuiſſe. 168. h. 174. e
Stabulum, Boſtar appellatum. 418. g
Stampenſe flumen, dictum Iunna. *La riuiere d'Eſtampes.* 145. a
Statuta ordinis firmiter obſeruãda. 899. d. Ea bis in anno conuentualiter legenda. 900. h
Stella cometes. 107. d. 140. g
Stellæ in Lunam ingredientis portentum. 64. g. 95. b. 229. c. in Solem. 229. d
Stella in medio Lunæ viſa. 95. b
Stellæ innumerabiles è cælo cadere viſæ. 708. e
Stephanus Papa 2. venit in Frãciam, & Pipinum filióſque eius, Carolum & Carlomannum vnxit in reges. 465. b
S. Stephanus Vngariæ Rex, petit monachos Caſinenſes ad inſtituendum monaſterium. 564. e
Stipẽdiaria annona plebs Francia à Carolo Mag. Ludouici Aquitaniæ R. exẽplo leuatur. 168. h
Strages mutua exercituum Francorum ad Doremellum vicum. 142. h. Angelus domini in ea pugna aſtans euaginatum viſus eſt tenuiſſe gladium. Ibid.
Stratagema Fredegundis reginæ contra Childebertum iuniorem pugnaturæ, appenſis nolis ad colla equorum, præciſiſque ramis ac manibus geſtatis. 139. c
Stratagema militare Eboli Abbatis, ſex catholicis more Nortmannorum indutis. 412. h
Spiritualia ſine temporalibus diu ſubſiſtere non poſſunt. 851. d
Stratagemata atque actus, Ptolomæi aulicum. 22. e. Thoringorum in Frãcorum equitatum. 45. c. Priuatum, Leonis. 47. d. 48. e. Leudegiſili, in ſubditos obſeſſos. 132. f. Filiarum Giſulphi Longobardorum regis. 155. d
Studentes monachi. Vide Monachi.
Studij cauſa monachi poſſunt ſe à choro abſentare, de licentia ſuperioris. 895. a
Sueſſionũ vrbs ab Egidio Romano, Siagrióque eius filio vſurpatur. 17. c. A Clodoueo illis eripitur. 24. f. 73. Sedes regia Clotharij primi, filij Clodouei fuit. 37. b
B. Sulpitius Biturigenſium epiſcopus, eius miracula. 164. g. 185. b
Superbia ſemper Deo inuiſa. 556. g
Supputatio annorum mundi ex qua cõuincitur hanc Hiſtoriæ collectionem non vnius eſſe Auctoris. 192. h. 193. a
Symbola antiqua Francorum barbæ tactus adoptionis. 31. a. brachij collo alterius impoſitio dignitatis ac prærogatiuæ. 81. b. haſtæ traditio in regnum ſucceſſionis. 129. d
Symmachus Patricius & Boetius, cum S. Ioanne Papa Theodoricus gladio puniri iubet. 57. eorundem laus. ibid.
Synodus Cabillone collecta Sanctum Deſideriũ, factione Brunichildis reginæ, Athaliç Galliæ, & Aridij Lugdunenſis pontificis, deiicitur, atque in exilium mittitur. 144. e. Quem reuocatum Theodoricus Rex rabiei animæ ſuę Brunichildis prædictæ ſatisfacere volens, lapidari fecit. 146. g
Synodus generalis apud Põtigonem indicitur. 326. g. Celebratio eiuſdem. 327. s. 328. e. Alia ibidem à Ioanne Papa 8. indicitur. In qua recitatæ ſunt literæ excommunicationis perſecutorum Papæ. 338. e
Synodica confirmatio electionis Caroli Calui in Imperatorem. 335. c
Synodus Remenſis, iuſſu Hugonis Regis indicitur. 357. c. Item à Papa. 358. e
Synodus Olippiaci, à Clothario conuocatus. 163. d
Synodus Lugdunenſis. 100. 111. b
Synodus Conſtantinopolitana ſub Helena & Conſtantino filio eius congregata, reuocata & abdicata. 220. f
Syluerius Papa. 53. d. 54. e

T

TAreui monetæ genus. 562. e. 634. h. 718. e
Templum S. Michaëlis in monte Gargano à Sarracenis diruptum. 312. f
Templum D. Vincentij apud Agennenſes ſpoliatur. 131. a. vltio diuina in prædatores illius. ibidem.
Templum S. Sophiæ à Iuſtiniano Imp. Conſtantinopoli ædificatum. 84. f
Templum D. Dionyſij ſanguine contaminatur. 101. b
Templũ Diuæ virginis apud Parrhiſios. *Chelles.* 120. e
Templorum dilapidatores puniuntur. 131. a
Terræmotus, Viennæ. 35. c. Burdegalis. 104. f. Andegauis. 113. a. Italiæ, Galliæ, ac Germaniæ. 215. Aquiſgrani 226. 252. e. 260. h. Conſtantinopoli diebus quinque. 240. f. Santonis. 240. f. In Gallia. 349. c
Terræmotus magnus, litania nudipeda ad Caſinenſe monaſterium ſedatus. 697. c
Teſtamentum Dagoberti eiuſque exemplaria quatuor ab illo, filiiſque ſuis, ac Franciæ optimatibus in generali Conuentu obſignatis. 176. c. Caroli Magni. 228. h
Teſtamentum Caroli Magni, diligẽter ac promptè à Ludouico Imper. eius filio exequitur. 278. g
Tebbertus Comes Meldorum, frater Anſcherici Epiſcopi Pariſienſi. 429. a

Tedelmarus

Thedelmarus Abbas 13. S. Germani à pratis 190.c. 427. ſecundò. b
Thebaldus 40. Abbas S. Germani a Pratis in monte Peſſulano Alexandro 3. Papæ occurrit. 377. a 428. ſecundò
Theobaldus & Guntarus filij Clodomiri a Clothario occiduntur. 49.d
Theodebaldus Theodeberti filius Auſtraſiorum Rex. 64. g. regnauit an. viij. ibidem
Theodebertus Theodorici filius Italiam tributariam facit. 61.c
Theodebertus exorante Deſiderato Viridunenſi epiſcopo viij. M. ſolidorum Rhemenſes ciues tributo ſoluit 64.f. eiusdem laus ibidem..
Theodeberti Regis Auſtraſiorum interitus. 64.f regni xiiij. an. 150.f
Theodemar, ſiue Theodemarus Abbas 12. Caſinenſis miſit Carolo magno monachos, & cũ cis Regulam S. Benedicti, pondus libræ panis & menſuram vini, menſuram quóque mixti ſeruitorium, pro reformatione monaſteriorum ordinis S. Benedicti in Francia. 469.
Theodericus patricius factus à Leone Imperatore ad Italiam tuendam dirigitur. 19. d. ab ea reuocatur & de eius nece ab Imperatore tractatur. 20. f. prudentiſſimum conſilium, & oratio Ptholomæi ſenatoris ad Imperatorem, quo amicum ſuum poſſet liberare ibidem. g. Gothorum qui Italiam inuaſerant Rex tercatur Modium terræ in ærarium contulit. 23.a
Theodoricus Alarici Regis filius Rothenos, ladarcos atque Aruernos ſubegit. 32.h
Theodotici mors ſubitanea & miſera. 38.c
Theodericus fratri Clothario inſidias tendit. 47.a
Theodoricus moritur. 24. annis regn. 51.b
Theodorici Chilperici filii natiuitas. 114. e. obitus eiuſdem. 115.b
Thodoricus Rex Aurelia, Hermienbergam vxorem ſuam theſauris expoliatam ſuadente Brunichilde ad Hiſpaniam remittit 146.h. eiuſdem reſipiſcentia. 147. d. Interitus. 151.c
Theodoricus metu fratris ſui cum eo præfatur 148.g
Theodoricus Clotharii fratris in regno ſucceſſor mox a Francis regno pulſus. 186. g. Regn. a. 19. 1. 189.c
Theodoricus Dagoberti Iunioris filius kale monaſterio educatus Chilperico obeunte Rex a Francis creatur. 191.d
Theodorus Maſſilienſis, epiſcopus duro carceri traditus, eſt ibi lux immenſa totam ſubito in qua cuſtodiebatur repleuit cellulam. 121.d
Theotgerus leuita & monachus Caſtrenſis. Ad quem Aimoinus tranſlationem S. Vincentii Martyris breui pœmate ſcriptam miſit. 395.a
Theſauri inopinate reperti. 80. 6. 92. h. 108.c
Theſauri ſaginarii. 519.d
Theudelinda Autharii regi langobardorum nubit primo. 130. g. Agilulfo qui & Aga dictus eſt ſecundò. 137. d. huic reginæ B. Papa Gregorius 4. lib Dialogorum direxit. ibidem.
Thoringi à Clothario & Childeberto R.R. profligantur. 46. b. ſtupenda ſtrage ad amnem Oneſtrudha Thedorico rege funduntur ibidem. d. ſubiguntur. 46. e. a Clothario diripiuntur. 65.c
Thorus pro ſepulchro. 436.g
Tincæ. 516.g
Tituli antiquorum regum Francorũ in ſuis præceptis ſ. litteris patentibus Childeberti quidem 56. g. Caroli magni autem 265. c. Hludouici vero eius filii, 280.f
Toletana ſpolia a Childeberto reportata. 444.g
Toloſa Gothorum regia 18. h. a Clodoueo R. cum Theſauris Alarici Regis diripitur 33. a. ab Ariberto contra pactum conuentum cum R. Dagoberto fratre ſedes regni fit. 165.c
Tonſio capillorum. pœna amiſſionis regni, dignitatis, Iuriſque ſucceſſionis in regnum. 33. c 49. a. 89. d. 186. e. 243. c. 216. f. 286. b. 288.c
Torgoti, ſiue Torchoti Thraciæ populi. 14.e
Totila Rex, a B. Benedicto commonitus, crudelis vt antea eſſe deſinit. 68. b. 79. g. occiditur 70.b
Trabeauit ſe infula S. Remigius. 770.h
Tranſlatio corporis Beatiſſimi Germani Pariſienſis Epiſcopi ex oratorio S. Symphriani ad Maiorem Baſilicam. 198.g
Tranſlatio corporis S. Nicolai è Myrenſi ciuitate venetias. 643.b
Tranlatio corporis S. Luciæ à Siracuſana ciuitate Conſtantinopolim. 555.d
Tranſlatio epiſcopis S. Benedicti è Caſino ad Gallidas falſa declaratur. 535. c. 537. a 537.a 670. g. Hæc tamen creditur vera ab Aimoino lib. 2. cap. 22. In fine ſupra pa. 63. a. propterea auctor faſciculi temporum ſub anno Chriſti 664. adductis vtrorumque opinionibus concludit. Hoc Galli dicunt: ſed Itali omnino contradicunt Maneat pietas, & reuelabitur veritas
Tranlatio corporis ſancti Vincentii Leuitæ & martyris. 308. c. De ea lib. ri duo. 383.a
Tranſlatio corporis S. Mauri è Glannofolio ad Foſſatenſe cœnobium. 821.c.
Tranſlatio Corporum SS. Leufredi Abbatis Agofridi fratris eius & thuriani Dolenſis Archipræſulis e Nortmannia ad monaſterium ſancti Germani à Pratis 348.g
Traſlatio corporum SS. Marcellini, & Petri. 259. a.
Tranſlatio corporis ſancti Vincentii. 380. c. 383.a
Tranſlatio corporum SS. Georgii, Aurelii atque capitis S. natalis ex corduba ciuitate ad monaſterium ſancti Germani per monachos eiuſdem loci. 308.f
Treuerorum vrbs Lucii Romani factione Francis deditur. 14.h
Tributi, quod regi penditur ex vino, vulgo *le huictieſme* origo. 102.g
Tributorum excogitatorum merces. 365. a. 302.g

Tributi exactio. 335.a
Triclymum, Refectorium apellatum 621.b
Truecana olades. 140.f
Tunica Domini incoſutilis in ciuitate Zaphat reperta. Hinc inde ab Epiſcopis tranſlata eſt. 137.
Tunica S. Vincentii data Baſilice eiuſdem ſancti que nunc eſt ſancti Germani à Pratis 56.f
Turbo Auſtraliæ inauditus regnante Chilperico 104.g
Turris Pariſienſis. 56.h.58.g.
Tyberius Conſtantinus imperator ſexageſimus ſecundus creatur. 92.g
Tyberius ingentem Theſaurum reperit quem pauperibus erogauit. 92.h
Tyberius Conſtatinus Imp. poſtquam.7.Annis. regnauit mortuus eſt. 105.g
Tyrannni & boni principis differentia. 24.h

V

VAccæ inferendales cur dictæ. 173.c
Valentoniam monaſterio Sancti Germani à Pratis in gratiam ſancti Baldeni a Clodoueo 2. Francorum collatum. 288.h. Alienatum ibidem.
Valuæ ſãcti Hilarij a Dagoberto Pariſios, aſportate. 169.a
Vangiones nunc Vuaimantij dicti. 295.d. 305.b
Vanna Piſcatoria. 56. h. alias Gor. appellatur. 58.g
Varui rebelles a Childeberto Re. Mettenſi ſubiguntur. 140.g
Vaſa & ornamenta eccleſiæ in redemptionem captiuorum expenſa. 500.h
Vaſa & ornamenta eccleſiæ rapere volens, diuinitus punitur. 547.d
Vaſſi Regis vaſſaticum 206. h. 216. e. 265. b. 315. c. 316.f. vide dictionem Leudi.
S. Vedaſtus poſtea Atrabatenſis epiſcopus a rege comes ittineris ſui aſcitur. 28.f
Venatio Francis conſueta familiaris. 32. g. 72.h. 118.f. 119.a. 179.b. 227. c. 165. d. Venatio, regia Autumnalis. 245.c. 246. h. 247. b. 249. d. 251.c. 255.a. 257.a. 274.h. 297.a. verna. 254.g
Venditionis ſeu mutui contracti pecunia non debet remanere in manibus ſolius prælati: ſed tradi debet tribus viris diſcretis. Qui ſolum eam expendant ad illas neceſſitates, propter quas fuit facta venditio, aut mutuum contractum. 875.c
Veneficæ mulieres multos ſe carminibus interemiſſe fatentur. 115.c
Venenum inferens amentiam. 160.h
Venetum vrbs Britanniæ beneficium Chilperici Regis Sueſſione ac ei tributaria. 96. c. Britanniæ inſulæ profugorum colonia. 214.f
Venetiæ cum ducibus ſe Pipino Caroli magni filio dedunt. 233. Nicephoro Imp. Conſtantinopol. à Carolo magno redduntur. 234.g
Ventus, pro anima. 430.g
Vernona caſtrum regnante Theodorico redificari ceptum. 249.b
Verſus Fortunati, de ſancto Droctoueo Abbate. 91.a
Verſus Aimoini, de tranſlatione S. vincentij leuitæ & martyris. 385.c
Verſus Caroli magni Impe. Ad Paulum Diaconum Hiſtoricum & monachum Caſinenſem. 471
Verſus pueri in ecſtaſim rapti. 673.a
Veſæuus mons in flammas erumpens. 567.a
Veſperæ Baioarianæ vt Siciliane. 172.g
Veſtimenta ſecularia & precio clericis à Paſchali Papa 2. interdicta. 674.c
Veſtimenta monachorum qualia eſſe debeant. 889.c
Vexillum vrbis Romæ cum aliis muneribus, à Leone Papa.3. ad Carolum magnum Impe. miſſum. 221.a
Victor Popa 2. electus. 570.e
Victor Papa 3. antea Caſinenſis Abbas, Deſiderius nominatus. 641.c
B. Victoris corpus miraculoſe a B. Euchonio Maurienenſi epiſcopo. innuenitur. 143. d. ad eius Sancti ſepulchrum plurima ſigna oſtenſa ſunt. 144.c
Victuriacum a Munderico in Theodoricum regem metenſem vſurpatur. 44.h
Victus & veſtitus ſingulis monachis in pecunia non miniſtretur. 883. c. excipiuntur ſcholares abſentes: & eorum magiſter. 885.a
Victus reſiduum monachorum pauperibus erogandum. 885.a
Vigilius Papa ſuccedit S. Siluuerio. 54. c. 69. a eiuſdem perſequtio ibidem, indignum facinus in eundem. 70.c. obitus.
Vigilii Paqe reſcriptum ad Iuſtinianum Impe. de paſſione S S. Placidi & ſociorum eius. 778.g
Vilcaſſinum Coronæ franciæ queſitum a R Philippo. 361. d. Nortmanni cum vilcaſſimum a R. Ludouico. 374.c. filio autem regio Anglorum ab eodem cum Margarita filia in dotem datur. 375.b
Villæ Cumbis donatio per Dagobertum regem monaſterio S. Germani à pratis. 176.h
Ville regiæ, familie domuíque regiæ annonam prebentes. 268.g. 296.h.
S. Vincentius leuita, anno Domini 307 paſſus. Anno autem. 855. corpus eius integrum & ſinæ corruptione repertum 385. B. Ramis palmarum obuolutum transfertur. Ibidem.c
S. Vincentio primum B. Marini martyris, & deinde Sugnarii nomen ab Audaldo impoſitum quo facilius ab hiſpania tranſferri permitteretur. 387.a. & c.
S. Vincentii Cœnobium à Saracenis, duce Serdamo inſenſum. 485.d
Vinea à S. Germano Epiſcopo Par. plantata 437.a
Vini inferendalis tributum guæſtoribus exitiale ſublatum poſtea. 102.g. 173.a
Vinum meritis S. Benedicti miraculoſè auctum. 617.c
Virgæ ſacratæ olim Francorum legatia dariſolitę

quibus

quibus prolatis totius immunes forent iniuriæ. 119.b
Viridunum rebellans à Clodoueo domatur.29.d Tributum 8. M. ſolidorum ad opera publica illi a Theodeberto Auſtraſiorum rege condonatur. 64.f
Viridunenſes rebellantes ſupplicante S. Iuſtitio eiuſdem vrbis Archipreſbytero benigne a Clodoueo recipiuntur. 20.d
Virmandenſis comes. 353.b
Viſio Alberti monachi Caſinenſis. In qua ei apparuerant SS. Placidus & Maurus, fiduciam de monaſterij conſeruatione dantes. 757.d
Viſio mirabilis in Saxonum Auſtris. 207.c
Viſio mirabilis eiuſdem Anſoaldi in obitu Dagoberti regis. 179.c
Viſio ſancti Gregorij Turonenſis. 116.g
Viſio B. Gregorii Turonenſis. 111.b
Viſio Saluii epiſcopi. 111.a
Viſio mirabilis Guntranni Regis. 80.b
Viſio arboris ab Vmbilico nuptę ancillę nomine filiæ procedentis. 19.c
Viſitatio nullo modo debet omitti. 844.f
Viſitatio fraterna tempore quadrageſimali inter quæ monaſteria. 485.c
Viſitator nullus eſſe debet eius à quo eodem anno viſitatur. Sed hoc non obſeruatur in noſtra congregatione inter Abbates ſancti Vincentii & ſancti Martini Sagienſis, quando eorum alter eſt viſitator: Sed nec inter S. Sulpicij & Caſalis Benedicti Abbates.
Viſitatores à perſonis & locis quæ viſitant, præter moderatas expenſas recipere nihil præſumant, & ab omni munere excutiant manus ſuas. Sed & cum paucis incedant: ne domus aggrauentur. 837.b. 844.c.856.h. Quæ inuenerint corrigenda in locis viſitatis de prælatis vel ſubditis, non pandant aliis. 843.d. 857.b. Non vltra duos dies remaneant in loco quem viſitant: niſi euidens neceſſitas vel magna vtilitas maiorem moram exegerit. 856. g. Non ſumptoſas epulas quærant. Ibidem.
Vitia tria Gallorum. Superbia, Voluptas, & Veſtium luxus. 426.f. ſecundò
Vltio diuina in prædatores diui Vincentii Agenenſis territorii. 131.a
Vltraiurani Francorum regi parebant. 158.f
Vnguina, pro Vnguenta. 818.e
Vnio Caſinenſis monaſterii cum congregatione S. Iuſtinæ. 16.& 766.f
Vnio Congregationis Cluniacenſis cum Caſinenſi. 631.B
Vnio monaſterii S. Germani à Pratis cum congregatione Caſalis Benedicti. 433.a
Volatilium eſus in Natale Domini per octo dies & in paſcha per totidem dies Caſinenſibus cōceſſus. 799.a
Vrbani Pa.2.(antea Othonis dicti) electio.652.h
Vrbes ob igne cæleſti, lupis, ac vrſis impetitę Vienna.35.c. Burdegalæ. 113.a. finhſazi pagi Saxoniæ. 25.a
Vuæ pampiniique menſe Decembri in vineis Guntranno rege. 121.g
Vualderada Langobardi regis filia, Theodebaldo regi Metenſi nubit. 64.h
Vuādali à Beliſario & Antonina vxore eius vincuntur. 43.a
Vuandalorum in Gallia incendia, vaſtationes, cædes, graſſationes. 193.b
Vuarui a Childeberto profligantur. 140.g
Vuaſcones a RR. Auſtraſio & Aurelianenſi iure belli ducem accipiunt. 143.b. Nouas res molientes a Dagoberto domantur. 174. g.177.b. in Pyrenei ſaltu Francorum exercitum cędunt 208.g.254.e.252.h.lenes.267.d. ob defectionem à Hludouico Franc. R. domantur. 240.275. a denuo 245.b. ferocientes a Hludouico Aquitaniæ tunc tantum R. talionis pœna plectuntur. 270.h.275.b
Vaſconum antiqua veſtiendi ratio. 267.a
Vuaſtinenſis regio regi Philippo à comite Fubone ex pacto conuento vuerpitur. 361. e
Vuelatabi vide dictionem vultzi.
Vuerpire verbum Gallicum, pro tradere. 361.c. contrarium deuerpire.
Vvicherus (qui ſeruum monaſterii S. Mauri interfecerat) infœliciter mortuus. 827. b
Vuilelmus Nortmannorum Comes Angliam inuadit. 362.e
Vuinidi qui & Sclani Hunis ſubditi.160. c. Vide dictionem Sclaui.
Vuinomadus actu Childericum Francis conſilio reſtituit. 17. b. qua ratione. 16. g. & ſequenti Regi apud Caſtrum cui nomen Barrum eſt occurrit.
Vuirciniacum villa. 209.b
Vuiſegarda regis Langobardorum filia, Theodeberto Theodorici regis Metenſis filio nubit. 50.e. repudiata ab eo iterum relicta Deatherda reſumitur. 51.d
Vuitigis Romam per annum obſidet. 53.c. a Beliſario Conſtantinopolim captus ducitur. 54.f
Vultrogota regina Childeberti Regis vxor, 67.b
Vuulzi ſeu vuiltzi qui & Vuelatabi Sclauorum gens Francis Abdoritiſque Francorum auxiliariis inimica a Carolo Magno ſubiuguntur, in fidem recipiūtur. 217.a.223. e. ad Danos cōtra Abdoritos deficiunt, à Carolo Magno retunduntur. 231.b. Ab Abdoritis diripiuntur. 232. h. Carolo Magno obſides dant. 236. h. de regni cōtrouerſia Hludouici R. Car. M. F. ſententiæ parent. 250.f
Vxorum viricidarum pœnæ à priſcis Gallis inſtitutæ. 10

X

Xerxis Auaris animi magnitudo. 21. b

Z

Zacharias Maurus locum ſepulturæ S. Vincētij Audaldo monacho, acceptis quinque ſolidis id eſt, aureis, pandit. 383.h
Zati Sarracenus exilio à Carolo magno damnatur. 226.f

FINIS.

PARISIIS,
Ex Typographia DIONYSII BINET,
decimo ſeptimo Auguſti.

1602.

VA1 15 6428